UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 01510286 6

SANCTI

PROSPERI AQUITANI, OPERA OMNIA.

SANCTI

PROSPERI

AQUITANI

OPERA OMNIA.

SANCTI PROSPERI AQUITANI,

S. AUGUSTINI DISCIPULI,

S. LEONIS PAPÆ PRIMI NOTARII,

OPERA OMNIA,

AD MANUSCRIPTOS CODICES,

necnon ad editiones antiquiores & castigatiores emendata,

Nunc primum secundum ordinem temporum dispositа,

ET CHRONICO INTEGRO EJUSDEM, AB ORTU rerum, usque ad obitum Valentiniani tertii, & Romam a Vandalis captam pertinente locupletata.

Quibus præfigitur ejusdem S. PROSPERI AQUITANI VITA *ex Operibus ipsius, & Scriptorum Ecclesiasticorum libris concinnata.*

EDITIO PRIMA VENETA

Juxta Parisiensem accuratissimam anni MDCCXI.

TOMUS PRIMUS.

ADDITIS NUNC PRIMUM S. ASTERII EPISCOPI AMASEÆ HOMILIIS.

Dal P. Aquilino Bjeni Li
Vallicastello Min. Oss.

LIBRERIA DEI PP. MM. OO. DI S. FRANCESCO DI PIETRASANTA

Leonardo Cunibert... Ex libris

VENETIIS,

Apud SIMONEM OCCHI

Sub Signo Italiæ.

M. DCCXLIV.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.

SANCTI
PROSPERI
AQUITANI,
S. AUGUSTINI DISCIPULI,
S. LEONIS PAPÆ PRIMI NOTARII,
OPERA OMNIA
AD MANUSCRIPTOS CODICES,
recensa ad editiones antiquiores & castigationes emendata,
Nec primum Iterandum editionis temporum dispositio,
ET CHRONOLOGIA INTEGRO MUSÆO ADDITA
Item, notæ ad eorum Vindicationem scriptæ, & Lectorum a
Variabilis exquirum pertinere Investigatio.
Quibus prodiit elucidatio S. P. [illegible] Vitæ Operumque
ejusdem, & Scriptorum Erroribus hinc emendatur.
EDITIO PRIMA VENETA
Item Variorum accessionum una Miscella.
TOMUS PRIMUS,
ADMITTIS NOVE PRIMUS METRIS LIBROM MARTE NOVUM.

LIBRARY
JUL 07 1909
UNIVERSITY OF TORONTO
VENETIIS,
Apud S. [illegible] OCCHI
M.DCCXLIV.

ILLUSTRISS. ET REVERENDISS. D. D.

GASPARI DE NIGRIS

EPISCOPO PARENTINO,

COMITI, DOMINOQUE URSARIÆ &c.

AUGUSTINUS SAVIOLI

F.

Optanti mihi, ILLUSTRISS. PRÆSUL, cultus atque observantiæ erga te meæ jam tum argumentum aliquod exhibere, cum benevolentiæ in me tuæ fructus primos, eosdemque maximos perciperem, nullum ad hanc diem aptius visum tempus est, quam hoc, quo absoluta tandem D.

Prosperi Opera in lucem profero. Equidem vehemens illud desiderium grati animi mei significandi tibi jam pridem expleviſſem, ſi quid occurriſſet excudendum te, tuaque doctrina dignum. Verum cunctatio hæc mea illud ſaltem percommode effecit, ut non vulgaris aliquis, aut inopportunus tibi Scriptor commendaretur, ſed eruditiſſimus Orthodoxæ fidei Propugnator, acerrimus, ſtrenuuſque Hæreticorum Oppugnator, æternæ animarum ſalutis ſolicitus Paſtor, firmiſſimum Eccleſiæ Columen, uno verbo, Auguſtini Diſcipulus, ejuſdemque Hæres Doctrinæ. Scriptis igitur tanti Viri nullius profecto nomen præfigi aptius poterat, quam tuum, paucorum decore coæquandum. Neque enim qui in ſcientiam tuam moreſque mentem intenderit, alibi exquirat oportet imaginem, quæ referat elegantius Operis hujus Auctorem. Talem enim te prædicant & Æmonia, cujus Eccleſiæ clavum tanta cum laude per multos annos tenuiſti, ut, optimum licet nacta ſecundum te Paſtorem ſit, tui tamen neſciat oblivi ſci, & Parentina Urbs, cui tanta modo præes cum fama virtutum, ut facile unuſquiſque ſibi perſuadeat fore ut de Paſtore tam eximio, tam ſingulari nulla unquam ætas conticeſcat. Nolo ego ſingularum hic meminiſſe: id enim nec moderatio inſignis tua, nec mea patitur imbecillitas. Reliquum igitur nihil eſt, niſi ut vehementer te orem atque obſecrem, Præſul Ampliſſime, ne, dum munus hoc, quia te tuaque doctrina ac pietate digniſſimum eſt, humaniter ac benevole excipis, offerentem ipſum tui addictiſſimum benigno vultu reſpicere dedigneris. Vale.

PRÆ.

PRÆFATIO.

OVAM Editionem Operum omnium ſancti Proſperi Aquitani, fideliſſimi quondam ſancti Auguſtini Diſcipuli, doctrinæque ab ipſo traditæ vindicis ſtrenuiſſimi, ſancti Leonis Magni Papæ I. Notarii, in lucem novis curis emitti oportuit : tum ut illorum, quibus cordi eſt cæleſtis Auguſtini de Gratia Dei ſervatoris, & de aliis fidei morumque capitibus doctrinam commodis aliqua ex parte conſuleretur, ampliori & emendatiori codice Proſperi ſubminiſtrato, cujus operibus tota Auguſtini ipſius doctrina paucioribus ſub conſpectum ponitur : tum ut eximiæ illi ſancti Auguſtini Operum Editioni a Doctiſſimis religioſiſſimiſque viris ante aliquot annos procuratæ nonnulla, nec forte inutilis, fieret acceſſio; ejus viri libris multiplicatis, qui ſuſceptum ab Auguſtino revincendorum inſtruendorumque Semipelagianorum laborem eatenus ad exitum perduxiſſe dici poteſt, quatenus has Pelagianæ hæreſeos reliquias armis omnibus, quas e Pelagianorum clade ſuperſtites videbantur collegiſſe ſpoliaverit: tum denique (quod quidem omnium maxime ad hunc laborem aggrediendum compulit,) ut ILLUSTRISSIMI GALLIARUM CANCELLARII, quem ſagax providentia totius regni utilitatibus ſemper intentum ; de litteris quoque, & Eccleſiaſticis præſertim, promovendis ſollicitum facit, expreſſis in eo quod humaniſſime conceſſit Privilegio mandatis obtemperaretur.

Cui quidem Editioni novæ quia curam noſtram laboremque qualemcumque apponere. Deo permittente, ſuſcepimus : ideo incumbere nobis agnoſcimus, ut pro more ſolemni, de Auctoris commendatione, de Operum ipſius inſtituto, ac de Editionis hujus ordine & commodis aliquem ad Lectores ſermonem habeamus. At de primis duobus ſat multa alibi legere eſt : de ſanctiſſimi & eruditiſſimi Auctoris meritis & commendatione in Vita ipſius, quæ mox Præfationem hanc excipiet. De ordine vero, ſeu anno quo unumquodque opus ab eo ſcriptum fuerit, & de quo argumento ibidem agatur, in Admonitione ſingulis hujus voluminis tractatibus prævia plurima, &, ni fallimur, quæ ſufficiant, reperientur. Unde hoc unum modo ſupereſt præſtandum, ut ſcilicet quid in hac Editione a nobis tentatum aut effectum ſit paucis exponamus: poſtquam tamen nonnulla de veteribus Editionibus, quæ ex variis locis ab annis fere ducentis prodierunt præmiſerimus.

Igitur, quantum ex libris quos manibus terere datum eſt, dum huic operi incumberemus, innotuit, inter cetera ſancti Proſpe-

ri opera illud primo omnium Typis ſubjici cœpit, volumine quod vocant *in octavo*, cui titulus *Liber ſancti Proſperi de Gratia Dei & Libero arbitrio, pro defenſione Divi Aurelii Auguſtini Hypponenſis Epiſcopi: contra Caſſiani Presbyteri Librum, qui titulo de Protectione Dei prænotatur. Item. Capitula tredecim Decretorum Cæleſtini Papæ pro Proſpero & Hilario, de Gratia Dei, adverſos quoſdam Galliarum Presbyteros Pelagii ſectatores:* quibus præfigitur *Epiſtola Cæleſtini ad Epiſcopos Galliarum*, quæ hujus Editionis pag. 149. exhibetur. Moguntiæ Nonis Septembris 1524. induſtria Nicolai Carbacchii: „ qui quidem „ in Admonitione ad Lectorem ſcribit hunc ſe libellum, cujus „ Proſpero ſcribendi occaſionem a Joanne Caſſiano libros Augu„ ſtini jam mortui adverſus Pelagianos pro Gratia Dei perſcri„ ptos impugnante datam obſervat, in Bibliotheca religioſorum „ fratrum Benedictinorum Montis ſancti Jacobi repertum publi„ care conſtituiſſe, cum propter vetuſtatem operis ante annos „ pluſquam mille & ſeptuaginta a Proſpero pro tanti viri defen„ ſione ſcripti, tum quia quæ continet ſummorum Pontificum In„ nocentii primi, Zoſimi, Bonifacii, Cæleſtini, & Xiſti tertii „ auctoritate, & ſacrorum Conciliorum conſenſu approbata le„ guntur. Subditque, ob eam cauſſam ſe huic rei impenſius ope„ ram dediſſe, quo ora obſtruerentur eorum qui ſua ætate palam „ ſe Pelagianæ hæreſeos aſſertores eſſe indicabant, viderentque „ tales quod docebant jam olim a priſcis ſacrarum litterarum tra„ ſtatoribus fuiſſe improbatum. Hæc ille.

Septimo poſt anno ſcilicet 1531. prodiit minori volumine editio *Sententiarum ex Auguſtino excerptarum* per Proſperum: anno vero 1536. *Libri de Vita contemplativa Juliani Pomerii*, quæ Proſperi operibus aſſui conſueverunt, ejuſdem molis codice impreſſi in lucem emiſſi ſunt.

Biennio poſt Venetiis prodiit aliud huic par volumen cui titulus appoſitus: *Opuſcula de Gratia & libero arbitrio S. Proſperi Aquitani Epiſcopi Reginenſis viri religioſiſſimi, Divi Auguſtini diſcipuli, & in divinis ſcripturis eruditiſſimi. Venetiis per Bernardinum Stagninum anno* 1538. Quo libello continentur *Epiſtola S. Proſperi ad Rufinum. Ad excerpta Januenſium* (quod alii dicunt Genuenſium) *Liber S. Proſperi contra Caſſianum. Epiſtola Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi, Cæleſtini Epiſtola ad Epiſcopos Galliæ.* Item *Sedis Apoſtolicæ auctoritates, &c. ac S. Proſperi Epigrammata*, quibus jungitur, *Ad uxorem poema*.

Poſt annum vero, ſcilicet anno 1539. Vir libris non paucis eleganti caraſtere excuſis celebris, Stephanus Gryphius Lugdunenſis Typographus primus omnium, ut videtur, ſuſcepit omnia Divi Proſperi Aquitanici Epiſcopi Regienſis Opera accurata vetuſtorum exemplarium collatione per viros eruditos recognita prælo ſuo ſubjicienda. Quem ſuum laborem Senatui populoque Regien„ ſi dicatum voluit. Ad quos ſcribens narrat, ante annos plus

mi-

„ minus quatuor ſe recepiſſe ipſis D. Proſperi Epiſcopi ipſorum „ lucubratione typis ſuis excudere: nec ſtatim id præſtare potuiſ- „ ſe, propter exemplaria tum parum accurate deſcripta, tum „ nonnullis deſideratis opuſculis imperfecta. Quapropter (ſub- „ dit) ut vobis gratificarer, atque ſtudioſorum commodis inſer- „ virem, editionem minime præcipitandam putavi: ſed primum „ vehementer conandum, ut opus, ſi quo pacto fieri poſſet, prius „ priſtino nitori, germanæque integritati reſtitueretur. Proinde „ huc illuc miſſis litteris, negotium dedi amicis & Gallis & Ger- „ manis, præſertim humaniorum litterarum ſtudioſioribus, ut „ quidquid hujus auctoris apud eos in antiquis Bibliothecis late- „ ret, tam lacerum quam integrum ad me tranſmitterent. A quibus inter alia vetuſtiſſima exemplaria allata ſunt ſimul quæ de- „ ſiderabantur opuſcula: nempe duo verſu heroico, *De Provi-* „ *dentia Dei* unum, alterum περὶ ἀχαρίστων: præterea *Expoſitio in po-* „ *ſtremos unum & quinquaginta Pſalmos*: omnia, ut opinor, a no- „ ſtræ tempeſtatis hominibus non viſa. His igitur omnibus ſi- „ mul inter ſe diligentiſſime collatis, effeci tandem ut hic veſter „ Proſper, vir tam ſanctus, quam eruditus, tot retro ſæculis in „ tenebris deliteſcens, ſitum cariemque paſſus, totus nitidus, „ purus, integerque in lucem exiret. Hactenus Stephanus Gry- phius. Ex cujus verbis colligitur, quæcumque ante ſe fuerant edita tunc a viris doctis recognita, omiſſis tamen tam Epiſtola Cæleſtini Papæ ad Epiſcopo Galliæ pro Proſpero & Hilario, quam ſedis Apoſtolicæ ſententiis de Gratia Dei & libero arbitrio: alia vero his addita, quæ ab eo recenſentur: quibus annumerandæ *Reſponſiones ad Capitula Gallorum*, & *ad Capitula objectionum Vincentianarum*. Hiſque omnibus præfigi curavit vitam ejuſdem Proſperi a Joanne Antonio Flaminio Imolenſi contextam: de qua quid ſentiendum legi poteſt infra articulo XI. Vitæ ſancti Proſperi.

Verum anno Chriſti 1565. Joannes Sotellus Montinenſis, Lovanii minoris Collegii Theologorum alumnus, Reverendo in Chriſto Patri D. Carolo Vander Linden ſacræ Theologiæ Bacca- laureo, & Monaſterii Parcenſis Ordinis Præmonſtratenſis apud Lovanium Abbati nuncupavit novam quam inſtituit Operum Proſperi noſtri emendationem. In qua quidem editione nihil priorum repræſentare omiſit, & nonnulla alia proprio labore ad- didit: ſcilicet *Libros duos De Vocatione Gentium*, qui alias Ambro- ſio, & aliis quibuſdam afficti legebantur: ille autem falſo quidem „ S. Mediolanenſi Antiſtiti tribui fatetur, at auctori ſuo Proſpe- „ ro putat reſtituendos, non tantum ob ſtyli & phraſis ſimilitu- „ dinem, ſed etiam quia in Bibliotheca regularium S. Martini „ Lovanienſis & in Bibliotheca Abbatiæ Camberonenſis, nec „ non in Bonneffienſi Abbatia apud Namurcum in antiquiſſimis „ exemplaribus MSS. habentur nomine beati Proſperi. Certe

„ Am-

„ Ambroſii non eſſe (ait ille) ex ſtylo clarius apparet, quam ut „ ulla oſtenſione egeat: & ex eo maxime, quod poſt damnatos „ Pelagianos (ante quorum damnationem e vivis exceſſerat Am- „ broſius) ſint ſcripti, ut videre eſt in cap. 22. libri prioris. Ejuſ- dem quoque Proſperi cenſet Epiſtolam quam addidit ad Deme- triadem virginem, partim ob ſtylum, partim ob argumentum. „ Dirigitur enim poſt damnatam Pelagii hæreſim contra Epiſto- „ lam ejuſdem Pelagii de ſancta Virginitate ad eamdem Deme- „ triadem, quæ habetur in initio tomi 4. apud Hieronymum: „ quæ Epiſtola vivente adhuc Ambroſio non videtur extitiſſe. Sed de his nos in Admonitione utrique præfixa ſat multa diſſeruimus. Addidit quoque *Proſperi Epiſtolam ad Auguſtinum de reliquiis Pelagianæ hæreſeos in Gallia ſuboleſcentibus*, inter Proſperi opera nondum editam: omiſſamque in Lugdunenſi editione *Cæleſtini Papæ Epiſtolam* cum ſententiis ſubjici ſolitis vir ille non omiſit: primuſque inter omnes libris Proſperi noſtri adjunxit, nec immerito, ut nos poſtea dicturi ſumus, *Canones alterius Concilii Arauſicani*. Vitam quoque ex ſuo ingenio ſuiſque partim conjecturis, judice Labbeo, concinnatam præmiſit: in qua quid ſibi de ſingulis a ſe editis operibus videretur aperuit: & inter cetera, *Carmen de providentia Dei* a D. Proſperi operibus removendum duxit, quia Pelagianæ doctrinæ eſt, cui Proſper infeſtiſſimus fuit. De quo in Admonitione pag. 453. diximus. *Libros* vero *De prædictionibus & promiſſionibus Dei*, quatenus ſibi licuit, puros integroſque edidit, ſed ab alio quam a Proſpero ſcriptos ex ſtyli phraſiſque diſſimilitudine, & Gennadii Trithemiique ſilentio probari poſſe arbitratur.

Lab. Scrip. Eccl. to. 2. pag. 249.

Anno autem 1576. iidem omnes S. Proſperi libri denuo ad examen revocati in editione Duacenſi per Joannem Olivarium, qui hanc ſuam editionem dicat Joanni Sarraceno Priori Vedaſtino „ Atrebatenſi: cui ſuſcepti a ſe laboris rationem reddens in Epi- „ ſtola nuncupatoria, Proſperi opera mittere ſe gloriatur ſupe- „ rioribus quidem editionibus non ſatis expurgata, tunc vero ni- „ tidiora & non modica acceſſione cum variarum lectionum, tum „ plurium lacunarum, maximeque unius perquam inſignis ſup- „ plemento locupletiora. Emendationes plurimas, itemque va- „ rias lectiones partim ſuppeditarat liber ab ipſomet Reverendiſ- „ ſimo Priore collatus cum antiquis codicibus, partim vetuſtiſſi- „ mum volumen Bibliothecæ Camberonenſis, quod habebat ma- „ nu deſcriptos *De Vita contemplativa libros tres*, *De Vocatione Gentium duos*, *& unum Epigrammatum*. Ex quo his in libris multa facta meliora, quæ deerant ſuppleta, adnotata plurima, nec acerrimo quidem patroni ſui, cui libenter illa ſubmittit, judicio (ut ſperat) improbanda.

Ad poſtremæ hujus editionis Duacenſis normam anno 1630. prodiit, quæ Coloniæ Agrippinæ facta notatur ſumptibus hære-

dum

dum Joannis Crithii ſub ſigno Galli ; ac reliquæ omnes quæ deinceps ad noſtra uſque tempora diverſis annis variiſque in urbibus excuſæ fuerunt. Unde de prioribus S. Proſperi Operum editionibus hæc ſatis erunt. Ad hanc noſtram tandem eſt deſcendendum.

In ea adornanda hæc nobis mens, hic finis fuit, ut, quantum fieri potuiſſet, ampliſſima, caſtigatiſſima, & optimo ordine diſpoſita prodiret : ut etiam ex illa aliquid adjumenti Lectoribus ſubminiſtraretur ad erroris Semipelagiani hiſtoriam plenius cognoſcendam. Ampliorem quidem exhibere nequivimus, quam in eam conferendo quidquid Operum S. Proſperi genuinorum, aut ipſi affictorum hactenus in lucem prodierat. Hinc non neglexi-mus illud Opuſculum, quod a Sirmondo primum publicatum eſt anno 1619. ſub hoc titulo, *Confeſſio Proſperi Tyronis Aquitani*, ex Bibliotheca Vaticana poſt Eugenii & Dracontii carmina: de qua quid ſentiendum Eruditis videretur, aperuimus in prævia illi operi Admonitione pag. 446. Exhibuimus etiam *Chronicum integrum*, opus a prioribus Proſperi editoribus omiſſum : cujus omiſſionis ratio ea a Stephano Gryphio in Lugdunenſi anni 1539. editione affertur : „quia inter Euſebiana aliorumque Chronica eſſet excu-„ ſum, & quod ob nimiam corruptionem lectori faſtidio fore vide-„ retur. Non enim inde Proſpero noſtro præjudicium inferri debere credidimus, quod aliquid ipſius aliorum fortunis annexum haberetur, quin eidem data occaſione eſſet reſtituendum, tam ipſius ornamento, quam Lectorum commodis profuturum. Nec certe tam corruptum cenſeri nunc debebit, quam ante centum ſeptuaginta annos; cum a viris peritis ad MSS. codices recenſitum, emendatum, & auctum habeatur, tam ab Andrea Ducheſnio tom. 1. Hiſt. Francorum, quam a Philippo Labbeo, qui integrum edidit tomo 1. Bibliothecæ novæ MSS. cujus editionem, quaſi ampliorem emendatioremque nos ſecuti, non omiſſis aliarum editionum differentiis, novo etiam labore cum MSS. Colbertinis quinque contulimus.

Caſtigavimus etiam ſingulos editionis hujus libros ad fidem tot MSS. quot per conceſſi temporis limites licuit reperire & conſulere, probatiorum quoque quæ antea prodierant editionum; quorum indicem damus infra ſtatim poſt Opera, & ante Appendicem Operum Proſperi noſtri. Et ne inter varias quæ in libris occurrerunt loci ejuſdem lectiones temere ſelegiſſe, & doctiorum palato præjudicare voluiſſe arguamur, viſum eſt in marginem inferiorem cujuſque paginæ eas, quas neglexi-mus, rejicere, ut erudito Lectori liberum maneat, quam ſibi magis ſapere judicaverit, uſurpare. Hinc quoque non immerito videbitur caſtigatum opus univerſum, quod ſpuria a veris & dubiis, dubia quoque a veris & genuinis, & ſede, & charactere, & admonitione præambula diſtingui curavimus, adductis de unoquoque eorum eruditorum virorum ſententiis, nec cujuſ

quam

quam judicio cenſura confidentiori præjudicantes.

Ordinem porro eum inter opera ſancti Proſperi ſtatuimus, qui fuiſſe demonſtretur ſcriptionis eorumdem, ſive ex textu ipſo librorum, ſive ex materia, ſive ex Doctorum guſtu & teſtimonio. Hinc *Epiſtolam Proſperi ad Auguſtinum de reliquiis Pelagianæ hæreſeos in Gallia ſuboleſcentibus &c.* tamquam primum Auctoris noſtri contra illos gratiæ adverſarios conatum, primo loco exhibuimus: cum eas litteras quas ibidem teſtatur ſe antea ad eum dediſſe, aut quas ab ipſo ſe accepiſſe gratulatur, ullibi nanciſci non ſit conceſſum. Hanc ſequitur *Epiſtola Hilarii de eodem argumento ad Auguſtinum* quoque tempore eodem ſcripta, & per eum qui prioris perlator fuit tranſmiſſa. Utrique vero cum reſponſum fuerit S. Antiſtitis Hipponenſis *libris duobus de Prædeſtinatione ſanctorum, & de Dono perſeverantiæ, ad Proſperum & Hilarium* directis; mirati ſumus neminem antea animadvertiſſe, quanto jure hos ſibi libros Proſper noſter vindicaret, & quam utilem, immo neceſſariam cum ejus ſociique Hilarii Epiſtolis connexionem retinerent. Unde non viſum eſt ſatis conſultum fore a nobis ſtudioſorum affectui & utilitati, niſi hos ſtatim ſequi curaſſemus. *Rufini Epiſtolam* adhuc in vivis agente Auguſtino *ad Proſperum* ſcriptam longius differre non oportuit: nec inſigne & nunquam ſatis pro merito prædicandum *Carmen Proſperi* noſtri *De ingratis* inſcriptum, quod pariter tunc exaratum probatur, cum nondum inter Cœlites aſſumptus fuiſſet Auguſtinus, cujus famæ ac doctrinæ contra Semipelagianorum murmura & obtrectationes vindicandæ gratia fuerat ſuſceptum. Huic majoris perſpicuitatis ergo utiliter adhibita nemo, ut ſperamus, inficiabitur tum brevia cujuſque loci argumenta, quæ jam antea legebantur in eodem Poemate in vernaculam linguam, tam ſoluta quam ſtricta oratione converſo ab anno 1646. tum notas grammaticales & criticas a Martino Steyaert Lovanienſi Doctore non ita pridem defuncto eidem operi ſubjunctas in Opuſculis Lovanii editis anno 1703. quibus etiam *Epigrammata duo in Auguſtini Obtrectatorem*, & *Epitaphium utriuſque hæreſeos Pelagianæ & Neſtorianæ*, de quibus mox, elucidantur. Duo Epigrammata illa pariter a Carmine contra Ingratos edito divelli non debuere, quæ ei non multo poſteriora hinc probantur, quod in his Auguſtinus ſuperſtes eſſe inſinuetur. Hiſque ſubjicitur *Epitaphium Neſtorianæ & Pelagianæ hæreſeon* propter rerum cum præcedentibus affinitatem, etſi forte tempore poſteriori, poſt damnatos nempe iterum cum Neſtorianis Pelagianos, exaratum.

Reſponſiones Proſperi ad Gallorum & ad Vincentii Objectiones contra doctrinam Auguſtini, Auctoriſque noſtri famam diſſeminatas, atque *ad Excerpta* & dubia *Genuenſium Presbyterorum*, quia Romano Proſperi & Hilarii itineri priores credimus, ſtatim etiam poſt præmiſſa exhibemus: etſi non diſſimulandum, aliis qui-

buſ-

busdam visum esse illas ipsorum reditui posteriores statuendas: de quo penes Lectores esto judicium.

Rediit Roma in Gallias cum Hilario suo Prosper noster, celebri illa *Cælestini Papæ ad Galliæ Episcopos Epistola* munitus: cui adjunctæ fuisse creduntur, quæ subjungi solent, *Sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates de Gratia Dei & Libero voluntatis arbitrio*, e scriniis Ecclesiasticis depromptæ, ut infra pag. 151. & sequentibus dicetur. Quibus armatus strenuus Augustini gratiæque ab eo propugnatæ Defensor, majori adhuc confidentia manus conseruit cum Semipelagianis Massilienſibus, & hos inter contra Cassianum Massilienſium Presbyterorum Augustinique obtrectatorum primicerium scribere aggressus est. Hujus viri in lucem prodierant Collationes salutaribus documentis quidem refertæ, sed aliquot in locis non extra omnem reprehensionem positæ: quas inter legebatur circumferebaturque *Collatio Tertia decima de Protectione Dei*, in qua novam & a se primo excogitatam distinctionem, omnipotentiæ divinæ juribus, & peccati originalis fidei non parum derogantem, evulgare non dubitarat. Hanc nos collationem sanæ doctrinæ, quam ubique tuetur S. Prosper, non obfuturam, si eo loci legeretur; immo ex oppositione libri Prosperi contra eamdem exarati orthodoxæ sententiæ lucem allaturam arbitrati sumus. Illam enim excipit statim *Liber sancti Prosperi Aquitani de Gratia Dei & Libero arbitrio contra Collatorem*; id est, contra Cassianum Collationis istiusce auctorem, quem tamen honoris caussa, & ex pacis studio proprio nomine indigitare noluit.

Sequuntur *Psalmorum a Centesimo ad* CL. *Expositio: Sententiarum ex operibus S. Augustini Hipponensis Episcopi delibatarum Liber unus*. Item *ex sententiis sancti Augustini Epigrammatum Liber unus*: quæ, cum Augustini libros aut exscriptos de verbo ad verbum, aut sensuum ipsius perfectam imitationem fere ubique exhibeant, Prosperum arguunt in sanctissimi Doctoris libris diurna nocturnaque manu versandis a puero exercitatissimum: quorum tempus in Admonitione cuique præfixa satis probabile efficitur.

De *Chronico integro* non est quod plura narrentur, præter ea quæ superius dicta sunt, & in Admonitione ejusdem fusius differentur. Hoc solum his addendum restat, quod huic emendando præter MSS. Codices supra notatos, ac editiones Ducheſnii, Labbei, & eam quæ inseritur tomo VIII. Bibliothecæ Patrum Lugdunensis anni 1677. consuluimus etiam editionem ejusdem Chronici ab Arnoldo Pontaco Episcopo Vasatensi ad MSS. 28. & octo editiones emendatam, ac notis ejusdem illustratam, & anno 1604. Burdigalæ apud Simonem Milangium excusam.

Statim post Chronicum legitur *Concilium II. Arausicanum de Gratia & Libero arbitrio, anno, ut creditur, 525. celebratum*. Quod eo jure Prosperi operibus annecti cœpit ab anno 1565. in editione

Lo-

Lovanienſi, & deinceps, quod Concilii hujus Patres eam doctrinam definierint, quam S. Proſper contra Maſſilienſes defenderat, & non paucos Canones ſuos ex ipſiſmet, non Auguſtini ſolum, ſed etiam Proſperi noſtri verbis contexuiſſe notentur: ac in Canone ultimo illam Caſſiani duplicis generis prædeſtinatorum diſtinctionem, quæ a Proſpero tam egregie in libro adverſus eum edito confutata fuerat, auctoritate ſua, Scripturarum effatis, antiquorumque definitionibus munita, aperte rejecerint ac reprobaverint.

Et ea quidem certa & indubitata ſunt ſancti Proſperi Opera. Hæc ſequuntur alia quædam, quæ dubiis accenſenda judicavimus: ſcilicet *Confeſſio*, *quæ dicitur Proſperi Aquitani*, de qua nonnihil ſupra: *Poema Conjugis ad uxorem*: *De Providentia Divina Carmen*, quod a nobis primum in capita diviſum, & capitum argumenta Operi præfixa, reſque de quibus in ſingulis ejus partibus tractatur, in margine collaterali breviter notatæ. Poſtea autem habentur *Libri duo de Vocatione omnium gentium* cum argumentis in capite & in corpore Operis, quæ in Leone noviſſimæ editionis leguntur. Ac demum *Ad ſacram Virginem Demetriadem Epiſtola*, *ſeu de Humilitate Chriſtiana*, *Tractatus* Operum genuinorum dubiorumque ſeriem claudit. De ſingulis non pauca in Admonitione unicuique præfixa reperientur.

De Appendice, quam in partes duas diſtinximus, non eſt quod plura hic referamus, præter ea quæ in Admonitione *Librorum De Vita contemplativa*, & in ea quæ *Librum de Promiſſionibus & Prædictionibus Dei* præcedit, qui duo primam Appendicis partem, cum *Pſeudo-Chronico* Admonitione ſua munito, conſtituunt, dicta leguntur. Alteram vero Appendicis noſtræ partem quæ *Scripta & monumenta* impleant, quo conſilio, quo fructu ibidem ſint collocata, fuſe ſatis expoſitum in Admonitione eo loci exhibita. Ibi quoque monuimus his ſcriptis monumentiſque lectionem Operum ſancti Proſperi, ac ipſam Semipelagianorum hiſtoriam lucem (ut ſperamus) eſſe accepturas. Indicem denique rerum, verborum, locorum, perſonarum, ſententiarum notatu dignorum quæ occurrent legenti Proſperum, & ea Opera quæ Proſpero cum aliquo fundamento, etſi non certo, tribui poſſe videntur, ſtatim poſt Opera ipſa & Syllabum Codicum emendationi adhibitorum edimus. Eorum autem Scriptorum & monumentorum, quæ Appendicis partem utramque conſtituunt, in voluminis totius calcem reiicimus.

Hæc ſunt quæ ad publicam utilitatem promovendam, & iis obtemperandum juſſis, quæ negligere non erat integrum, vel tentata vel effecta ſunt. In quibus ſi quid minus recti contra mentem noſtram admiſſum fuerit, benigne ignoſcet Lector æquus & eruditus. Si quid vero boni & utilis a nobis præſtitum judicetur, totum in illum nobiſcum refundet, a quo *Omne datum optimum & omne donum perfectum*, *qui docet hominem ſcientiam*, *linguaſque infantium*, ſi ei placuerit, *faciet diſertas*.

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI VITA,

EX OPERIBUS IPSIUS ET SCRIPTORUM Eccleſiaſticorum libris concinnata.

ARTICULUS PRIMUS.

Veterum & recentiorum de Proſpero Encomia, & quis ejus ſtylus.

INTER eos qui beati Auguſtini doctrinæ propugnatores extiterunt, principem locum & eruditionis laude & auctoritatis pondere, & nominis celebritate ſibi vindicat ſanctus Proſper. Hunc amicus & collega ejus Hilarius, cujus hortatu videtur in id certaminis deſcendiſſe, ad Auguſtinum ſcribens, *Tum moribus, tum eloquio, & ſtudio clarum, adeoque notitia* tanti viri. *dignum affirmat*. Hunc Victorius, qui anno 457. Proſpero forſitan adhuc in vivis agente, ſcribebat, *virum ſanctum ac venerabilem* appellat. Hunc Concilium Romæ ſub Gelaſio Pontifice anno 494. habitum, dum ſcripta ejus approbat, *virum* dicit *religioſiſſimum*. Gennadius ipſe, licet illi haud ſatis æquus, ut qui nimis feliciter cum Caſſiano pugnaverat, tamen *eloquio* potentem, & (ut loquitur ille) *ſermone ſcolaſticum, aſſertionibuſque nervoſum* agnoſcit. S. Fulgentius, cum beatus Auguſtinus celeri præventus obitu Gallorum Presbyterorum objecta refellere non potuiſſet, dicta ejus recta fide & copioſo ſermone a Proſpero
„ viro erudito & ſancto fuiſſe defenſa obſervat. Nonnulla mox ab eodem Proſperi loca proferuntur:
„ ut cuncti noverint, inquit, quid debeant de Prædeſtinatione ſanctorum impiorumque ſentire. Eadem
„ repetit Fulgentius alio in loco. Ita ut plerique, inquit, licet in ea (quæſtione nempe de diverſitate
„ Prædeſtinationis juſtorum & iniquorum) ſoleant non leviter permoveri, facile poſſint, & divinorum
„ librorum teſtimoniis inſtrui, & ſancti Auguſtini libris, & Proſperi eruditiſſimi viri reſponſionibus in-
„ formari. Quæcumque vero ad laudem ejus faciunt apud Gennadium, ea omnia, non reliqua, exſcribit ad annum 463. Marcellinus. A Caſſiodoro *ſancti* appellatione cohoneſtatur, a Beda autem *Rhetoris* ſive *Oratoris*. Photius denique eum vere *hominem Dei* fuiſſe affirmat.

Veteribus adſtipulantur recentiores. Quos inter legi poteſt Trithemius, Proſperum noſtrum in divi-
„ nis Scripturis eruditiſſimum, & in ſæcularibus nobiliter doctum, carmine excellentem & proſa, elo-
„ quio diſertum, ſenſu profundum, ingenio ſubtilem, aſſertione nervoſum, vita & converſatione ſan-
„ ctiſſimum apparuiſſe teſtatur. Sixtus Senenſis vivido quodam ac ſolerti præditum ingenio, genere ora-
„ tionis conciſo, excelſo, eleganti, in divinis humaniſque litteris verſatiſſimum: ad hæc mirabili vitæ
„ ſanctitate commendabilem aſſerit. Cenſet Scaliger illum omnium ætatis ſuæ longe doctiſſimum ac peritiſſimum fuiſſe. Scripta ab eo & ab Hilario ad Auguſtinum in Semipelagianos Epiſtolas, tantæ apud poſteros admirationi fuiſſe ait Garnerius, ut eas noviſſimis Magni Gratiæ Doctoris operibus, ut ſuppares adjunctæ ſint. Is præcipue animadvertit in Proſpero *oculos admodum curioſos*, quos vix quidquam poſſet fugere. Addit ad magnam ejus eruditionem accedere *parem judicii ſagacitatem*.

Erat Proſper, teſtibus tum aliis, tum Gennadio, in Aquitania provincia natus, unde fit ut *Aquitanus* dici ſoleat, ut ab aliis ejuſdem nominis viris facilius diſtinguatur. Qua vero ex parte ampliſſimæ iſtiuſce regionis, quave ex urbe oriundus fuerit, non conſtat omnino. Hinc patet quam non magna ſit habenda ratio Codicis cujuſdam manuſcripti, neque admodum vetuſti, Colbertinæ Bibliothecæ, ad cujus ſolius fidem emendatus legitur liber ſententiarum ex Auguſtino excerptarum per doctiſſimos operum S. Auguſtini Editores in Appendicis tomi X. parte tertia, in quo habetur: Proſper iſte Equitaneus fuit (forte pro Aquitanus fuit) TOLONENSIS civis, qui relictis ſæcularibus re-
„ bus ad divina ſe negotia tranſtulit. Sita eſt enim civitas Tolonenſis in Viennenſi Galliarum provincia. Patet etiam quam illi parum ſint audiendi, qui nullo ſuffulti argumento, Proſperum noſtrum vocant *Regienſem* in Aquitania, unde procul abeſt Regium.

Profert Sirmondus quaſi rem indubitatam, illi cognomen fuiſſe *Tironi*: quod non ſat ſcimus utrum in manuſcriptis aliquot deprehenderit, quemadmodum & in ſuo Chronici Proſperiani manuſcripto legi teſtatur Bucherius; & ex altero Mſ. citato idem Voſsius: an potius non dubitanter exiſtimaverit adjudicandum noſtro Proſpero Carmen quoddam, quod inter ejus opera extat, & a Beda Tironi Proſpero aſcribitur.

Ex ejus ſcriptis facile quivis judicare poteſt, eum in artibus ingenuis, ac præcipue in poetica haud mediocriter eſſe verſatum: quam ipſe & Paulinus multo majori cum laude excoluere, quam quilibet alius eorum omnium qui Eccleſiæ mancipati huic ſe ſtudio dedidere. Sed Proſper eam ſanctioribus etiam monumentis conſecravit quam Paulinus. In pedeſtri quoque illius oratione neſcio quid eminet, quod poetam redoleat, ſublimitas, vehementia, ſermo acer & nervoſus, crebræ illi ſententiæ, verba ad acumen ſtyli ſubire videntur: atque etiam multo magis lectorem percellit, ſive elocutionis digni-

Labb. de ſcript. to. 2. p. 251. Proſp. Ep. ad Aug. p. 5. Hilar. Ep. ad Aug. p. 15. Bucher. Cycl. p. 6. 7. Concil. to. 4. p. 126. Gen. Eccleſ. Script. c. 84. S. Fulg. l. 1. ad Mon. c. 30. Idem lib. 2. c. 1. Caſſiod. Inſtit. c. 17. p. 239. Beda. Hiſt. Angl. l. 1. c. 10. p. 11. 2. Phot c. 54. p. 45. Trith de Script. Eccl. p. 32. 2. Sixt. Sen. Bibl. S. l. 4. p. 369. 2. Euſeb. Chron. not. pag. 8. 2. Mar. Merc. to. 1. p. 8. 2. Idem. to. 1. pag. 23. Gen. Script. Eccl. c. 84. Aug. Bened. to. 10. ap. p. 222. Dupin. to. 4. p. 430. Præd. hiſt. cap. 5. p. 31. Buch. Cycl. p. 211. Voſſius poet. l. 2. c. 17. p. 229. V.S. Paulin. 1685. Differt. 6. p. 136. Et Mon. Ec-

 tate

clef. to. 14. not. 4. Dupin. to. 4. p. 451. 456.

tate, sive solidæ & inconcussæ argumentationis viribus. Sed illi sufficit sermonis sui nativus decor, nec ad ornatum accersit aut in eumdem sonum cadentia verba, aut plenos ac numerosos modos, aut æquabiles modulataſque periodos, aut denique affectata illa pigmenta quæ a Leone, & aliis ejusdem ævi auctoribus ad satietatem usque ingeruntur. Cum esset eorum dux qui Catholicam de Gratia Christi doctrinam tuebantur, semperque in eo totus esset ut adversarios Ecclesiæ impugnaret, aut eam ab illorum incursu defenderet; lacertosum, si sic dici fas est, & militare scribendi genus usurpat, resque accuratius multo quam verba perpendit. Hinc est quod orationis ipsius compositio nonnumquam subobscura sit. Sed res ipsæ, quantumvis intricatæ sint, eas ille tamen facillimæ illustrat, nec minori perspicuitate quam acrimonia enucleat. Vere itaque illud de Prospero statui potest, illius orationem non esse tanto artificio elaboratam, nec tot eloquentiæ luminibus distinctam, quot in scriptis quorumdam aliorum reperiri queant; sed præ se ferre multo plus sanitatis ingenii, vehementiæ.

Dupin, p. 451.

Hæc de S. Prosperi stylo præmisisse operæ prætium fuit, quo certius illi abjudicentur opera quædam ejus nomine hactenus inscripta.

ARTICULUS II.

Prosperi juventus & conversio.

Bibl. PP. to. 8. p. 193 Lab. de Script. Eccl. to. 2. p. 261. Antel. Diss. in Op. Le. p. 370. Dupin. to. 4. p. 441. Inf. p. 447. & seq. Salv. De Gubern. Dei l. 7. p. 154. 160.

EXTAT opusculum quoddam, cui titulus, *Confessio Prosperi Aquitani*, aut, ut alii legunt, *Tironis Prosperi Aquitani*, a Jacobo Sirmondo ex Ms. Vaticano editum anno 1619. Est illud satis eleganter scriptum, ut Magno Prospero tribui possit: etsi Antelmio in ea vix aliquid deprehendi videatur Prosperi stylo satis simile, aut ejus famæ valde consentaneum: eamdemque tanto patre indignam indubitanter pronuntiet Ludovicus Ellies Dupin. Habemus autem ex illa Prosperi confessione, eum inter ipsa vitæ initia renatum in Christo Jesu, & a misericorde Domino dimisso originis peccato, prius adeptum libertatem, quam ferocis domini a quo detinebatur intelligeret servitutem. Incusat sese, quod acceptam a Patre munificentissimo substantiam ea qua par erat cura servare neglexerit, quodque vitiis omnibus deditus, in Ægyptiorum, mox etiam in Babyloniorum jura transiverit, nec ullum aliud præterquam lætiferæ voluptatis prætium suæ perditionis acceperit. Qua ex loquendi ratione, simul & ex iis quæ pariter de primis vitæ suæ annis refert Paulinus, quid colligi debeat difficile est statuere. Quamquam nota sunt quæ de perditis Aquitanorum imprimis divitum moribus deplorat Salvianus dum illos in omnibus Galliis sicut divitiis primos, sic vitiis criminatur.

„ Ut ut sit, is de quo agimus, cum per innumeras sævissimarum dominationum vicissitudines, non „ subjectione corporis, sed animæ sudore serviret, & indignis confusus officiis, pejore status sui con„ ditione turbaretur, quæ sunt ipsius verba, cœpit erubescere, & subtraxit se, quantum ab instantibus „ dominis licuit, in occultum spiritus cordisque secretum: & apprehenso sanctarum scripturarum volu„ mine, quid sibi adhuc spei supereſset inspexit: ac ex his certior factus paratissimam semper eis esse „ Dei misericordiam quos male actæ vitæ ex animo pæniteret, multo perfusus imbre lacrymarum inge„ muit, quod se Dei redemptum sanguine peccato venumdedisset, quodque sibi inimicissimis serviret dolens: mox confirmatus & animatus constituit dirumpere graves, quibus vinctus detinebatur, catenas & ad eum reverti, a quo fuerat ad vitam emptus, petere, quærere, misericordiæ divinæ januam pulsare. Erubescebat quidem quia animo nudus erat, & nihil habens quo membrorum, id est, morum suorum, inhonesta circumtegeter, obscænæ egestatis dedecore confundebatur, neque tantæ familiæ tantique Patris conspectum subire audebat. *Quasi vero* (inquit) *tolerabilius sit judicium accusatis, quam sponte confessis, reis contumacibus, quam supplicibus*, ad tremendum Dei *tribunal* in morte *exhibitis*, *quam* ante obitum ad Patrem misericordissimum *ex animo reversis*. Hinc tandem hæc apud se statuit: *Habeat quantaslibet cruces & ignominias pœnitentia, levior erit ignis verecundiæ quam gehennæ*. Quibus verbis an significet se publicæ pœnitentiæ labores amplecti decrevisse, non statim asseruerimus. Verisimile tamen est, si id consilii cepisset Prosper, aliquam ea de re inscriptis ipsius superfuturam fuisse mentionem.

Neque vero si illum angebant amissa ejus quam in Baptismo acceperat gratiæ munera, ideo non grato animo adorabat velocem dignationem & properatam clementiam, qua etiamnum infantulus fuerat regeneratus. Longe ab illis dissentiebat, qui ad excusationem violatæ regenerationis *rudem ætatem & imprudentes annos causabantur*, tanti sibi immeritis collati beneficii immemores.

Innuere videtur se tum in medio alienæ gentis fuisse, cum ad Deum conversus resipiscere instituit, seque solum fuisse mutaturum, ni *Barbarus regni* sui *limites dispositis servasset excubiis*. Hæcque ab illo proprie vereque dici potuerunt. Etenim nemo nescit quas strages collecti e diversis gentibus Barbari, tum in universa Gallia, tum maxime in Aquitania sæculo quinto ineunte ediderint.

Inf. p. 458.

Prosper quoque in Carmine de Providentia divina, si tamen genuinus ille Prosperi fetus credi debeat, queritur urbem suam a Getis incendio deletam, seipsum captum a Barbaris, inter eorum turmas abactum, ac peditem ire coactum. Præsulem suum una cum afflictis & miseris gregis sui reliquiis sedem aliquam, aut potius exilii locum quæsiisse.

ARTICULUS III.

Prosperum ævi sui calamitates ad pietatem excitant. Contumaces nonnullorum querelas castigat.

V. Monum. Eccles. to. 14. not. 4.

QUOD Carmen Prospero Tironi a Beda tribuitur, id extat inter Paulini Nolani opera, eoque minime indignum a viris doctis judicatur. Ut autem illud cum hujus historia conciliare perquam difficile est, ita nihil in eo reperias quod cum rebus gestis Prosperi non optime cohæreat. Et huic quidem non Bedæ solius, sed & codicum aliquot manuscriptorum auctoritate adjudicatur. Unum est quod morari possit: nempe Carmen illud ornatius est, & liberius fluit, quam ut Prosperi opus esse videatur. At quidni hic alio quidem scribendi genere usus tum fuerit, cum prophanorum scriptorum litteras, ac

sæcu-

sæcularis eloquentiæ studia non ita pridem dimisisset ; alio cum de expugnando errore dumtaxat sollicitus, talia verba adhibuit, qualia graves sententiæ firmæque rationes postulabant.

Verum quisquis tandem fuerit Carminis illius scriptor, certe conjugio illigatus erat, & id operis sui uxori suæ nuncupat. Commotus tum perpetua rerum humanarum mobilitate, tum asperrimis ætatis suæ ærumnis, sese ad pietatem novo in dies studio colendam adhortatur. Ac multi quidem illius temporis oppressi calamitatibus obdurucrant, Deumque ipsum nefariis vocibus incusare non reformidabant. Hic vero profitetur se suam spem omnem infixisse ac collocasse in solo Deo, cujus benignitate ipse terræ hujus incola, patriæ alterius, cælestis nimirum, civis fuerat effectus. Pollicetur se non ignarum terrenas opes perbrevi jure obiieri, ita suis usurum, quasi suæ non essent: eas se jam non miraturum, non consectaturum honores, neque fore umquam ut qui divite Christo fruatur, sævientem metuat paupertatem, qua mente prospera suscepturus sit, eadem adversa sustentaturum, ita scilicet ut nec malis vinci se aut dejici, nec bonis capi efferrique permittat, debitas semper Christo grates acturum, ejusque laudes ac honorem ore memori celebraturum.

Infra pag. 450. 453. *Salv. De Guber. Dei lib. 7. p.* 152. 152. *Infra pag.* 451. v. 45. *& seq. pag.* 457. v. 15. *& seq.*

Postquam paucis ea retulit quæ hominum caussa Deus & fecit & pertulit, hæc subjungit,

Quidnam igitur tanta pro spe tolerare recusem,
Aut quid erit quod me separet a Domino?
Ignem adhibe, rimare manu mea viscera tortor:
Effugient pœnas membra soluta tuas.
Carcere si cæco claudar, nectarque catenis;
Liber in excessu mentis adibo Deum.
Si mucrone paret cervicem abscindere lictor,
Impavidum inveniet mors cita, pœna brevis:
Non metuo exilium, mundus domus omnibus una est.
Sperno famem, Domini fit mihi sermo cibus.
Nec tamen ista mihi de me fiducia surgit.
Tu das Christe loqui, tuque pati tribuis.
In nobis nihil audemus, sed fidimus in te.
Quos pugnare jubes, & superare facis.

Infra pag. 452. v. 89. *& seq.*

Ut autem erat superstes ejus uxor, illam hortatur, ut pariter Deo se dedicet quo uterque mutua ope firmatus, validius ac felicius cum hoste dimicent: hanc ideo sic alloquitur.

Tu modo fida comes mecum isti accingere pugnæ,
Quam Deus infirmo præbuit auxilium.
Sollicita elatum cohibe, solare dolentem,
Exemplum vitæ simus uterque piæ.
Custos esto tui custodis, mutua redde,
Erige labentem, surge levantis ope.
Ut caro non eadem tantum, sed mens quoque nobis
Una sit, atque duos spiritus unus alat.

Pag. 779. v. 453. *& seq.*

Quas tunc temporis ex hominum genere vindex Deus reposcebat pœnas ; iis scelestissimi quique ; quos veniam supplices petere oportebat, ad accusandum non sine blasphemia Deum adducebantur. Hi manifestissimis Divinæ providentiæ argumentis ad ipsam oppugnandam abusi, quod bonos insontesque pariter & noxios iisdem viderent premi mali, negabant res humanas a Deo gubernari, & ad futilem quadam fatorum vim ac siderum potestatem confugiebant.

Infra pag. 457. v. 15. *& seq.*

Hujusmodi blasphemiæ quæ beatum Augustinum ad ingens & eximium illud de Civitate Dei opus scribendum impulerant, scribendo quoque anno 416. *Carmini de Providentia Divina* occasionem dedere. Consueverat autem auctor illius Carminis, qui insignem ubique eximiæ adversus Deum pietatis sensum præ se fert, variis tum soluta tum stricta oratione operibus stylum exercere. Cum vero Gallia a decennio, hoc est a desinente anno 406. quo in eam irruperant Barbari, innumeris cladibus conficeretur, mœstum hominis ingenium comprimebat dolor, eumque jam per totum anni unius spatium silere coegerat, ut qui non parvam patriæ suæ malorum partem tulisset. Commotus est tamen aliquando temerariis blasphemorum hominum, quorum aliqui Christianam fidem profiteri se jactabant, conviciis : acriusque impiarum linguarum jaculis, quam omni sævientium Gothorum crudelitate stimulatus, ad vindicandam stylo Dei providentiam, ac retundendas ejus inimicorum contumelioſa voces accessit.

Infra pag. 469. v. 624. *& seq.* *Pag.* 457. v. 1. *& seq.* *Ibidem.* *Pag.* 458. v. 87. *& seq.*

Hoc imprimis dogmate suo in opere nititur, quod per hujus vitæ calamitates Deus impios plectat, bonos peccatorum sordibus mundet, tepidos accendat, & erigat, virtutum decoribus augeat atque amplificet. Tum Deum precatur ut his se societ quos peccantes bonus arguit, patrioque emendat flagello ; potius quam illis quos summoto jam verbere cursu voluntatis ire, & propria libidine ferri permittit. In hoc opere multa invenias quæ de divina gratia egregie dicta, Prosperoque nostro haud indigna videantur. Contra sunt nonnulla quæ cum assertionibus ab eo postea tam strenue quam feliciter propugnatis cohærere vix judices. Quo fit ut id operis illi alioquin convenientissimum non facile inter ejus opera referatur. Fieri tamen potest ut hanc lucubrationem ante susceperit, quam doctrinæ de Gratia satis magnam operam impendisset.

Pag. 475. v. 902. *& seq.* *Antel. Dissert. Oper. Leo. p.* 405. *& seq. ac alii.*

Hæc de primis Prosperi annis eruimus è tribus scriptis, quorum auctoritas, ut nec plane rejicienda, ita nec citra omne dubium admittenda visa est. Quæ posthac a nobis dicenda sunt, ea certis & indubitatis ipsius operibus nitentur.

ARTICULUS IV.

Doctrinam de Gratia adversus Semipelagianos tuetur,

UTRUM sævitia Barbarorum, an quavis alia re compulsus Prosper ex Aquitania migraverit, id quidem parum liquet. Illud certius, eum anno 428. vel 429. aut forte jam 426. in Provinciam Dei nutu deductum fuisse, ut Christianam de Gratia doctrinam a beato Augustino elucidatam defenderet ac tueretur. Hanc quidem in illis locis vellicabant viri nonnulli, tum dignitate tum virtutis ac pietatis fama conspicui,

V. S. Aug. Vitam. §. 343. to. 13. Mon. Eccles.

Erat quidem Augustino Prosper *ignotus facie, nec nisi animo ac sermone* unis ad eum *datis, vicissimque receptis* ab eo *litteris compertus*. At lectis sancti viri scriptis, Deique misericordia prælucente veritatem edoctus, pro ea viribus totis propugnavit: adeo ut Hilarius, alter ejusdem veritatis strenuus defensor ad Augustinum, cui erat notior, scripturus, cum Prospero egerit, ut simul & ipse suas ad eumdem daret litteras; ratus illum & sancti Præsulis ampliori notitia dignum, & cum esse qui & in quo positus esset adversariorum error enucleate proponeret, & referret quænam essent in istis quæstionibus obscuriora, & ad percipiendum difficiliora, quæ lucidissimis expositionibus a præstantissimo Doctore aperiri oporteret.

Infra pag. 5. *Pag. 8.* *Pag. 16.*

Enimvero morem gessit Hilario Prosper, & celebratissimam illam, quæ etiamnum extat, dedit Epistolam anno 428. exeunte, vel 20. ineunte: professus *scribere se fidei, qua Ecclesia vivit, affectu*. Motus amborum studio Augustinus, duos ad eosdem libros *de Prædestinatione sanctorum, & de Dono perseverantiæ* scripsit. Aliquas quoque idem fortasse ad eos dedit litteras, quæ quidem exciderunt.

Pag. 5. & seq. *Infra pag. 19 & seq.*

Constat quidem Hilarium tunc temporis ex ordine laicorum fuisse, Prosper Diaconus fuisse ex eo forsitan videri potest, quod de Leontio Diacono loquens fratrem suum eum appellat, & ab Augustino & ab Cælestino prior Hilario nominatur. Nec ex ipso tamen Hilario de Prospero ad Augustinum scribente, neque ab ullo alio e veteribus apparet eum fuisse aliquo Ecclesiastici ordinis gradu insignitum. Ipse testatur se non quidem argumentis perverse sentientium de veritate, sed *auctoritati imparem, eo quod multum ipsi eum & vitæ meritis antecellerent, & aliqui eorum adepto nuper summo sacerdoti honori supereminerent*. Hodie fatetur eruditissimus quisque nullum esse antiquitatis monumentum, ex quo eum alia ac laicos conditione fuisse effici queat. Habetur ex uno codice MS. eum *relictis rebus sæcularibus ad divina se omnino negotia transtulisse*. Nempe ex eorum numero fuit qui dimisso sæculo vitam in secessu agebant, nulli tamen obstringebant se monasterio: ut Paulinus, Pammachius, Severus Sulpicius, aliique ætatis ejusdem, qui Monachorum appellatione continebantur: ac illud quidem S. Prosper secutus est vivendi genus.

Pag. 16. *Pag. 5.* *Aug. de Præd. SS.* *Infra pag. 21.* *Infra pag. 8.*

Nec illud prætereundum videtur, quod a Garnerio pie juxta & prudenter est observatum, in Præfatione in Omnia Marii Mercatoris Opera. Animadverti aliquando (ait ibi) nec sine magna admiratione, „ Deum, qui amat humilium manu resistere superbis, tribus hæresibus, Pelagianæ, Nestorianæ & Massilienſi, quæ præ ceteris superbiæ a Patribus accusantur, opposuisse primum laicos homines: ut, quod „ ait Apostolus, per contemptibilia mundi confunderet fortia, & tumidam quasi Pharaonum potentiam „ confunderet ab infirmis. Certe Pelagianis primus obstitit Constantius ex Vicano (sic enim legendum „ est) Romæ habitans. Primus Nestorii dolum detexit, cleroque ostendit, affixa ad Ecclesiæ valvas „ obtestatione, Eusebius tunc temporis σχολάστικος τῆς βασιλίδος Κωνσταντινοπόλεως, ut loquitur „ Theophanes, vel rethor, ut tradit Nicephorus, vel judex forensis, ut scribit Leontius. Restitere primi Massilienſibus Presbyteris laici duo Hilarius & Prosper, monuerunt que Augustinum epistolis, quas „ consequens ætas ita suspexit, ut supremis magni gratiæ Doctoris laboribus conjungeret quasi suppares.

Mar. Merc. Præf. p. 7.

Qui sanæ de Christi gratia doctrinæ adversabantur, non eos libri utrique a beato Augustino ad Prosperum & Hilarium scripti auctoritas a sententia dimovit, hique posterioribus sæculis Semipelagiani merito sunt appellati. *Non Romana solum Africanaque Concilia, & per omnes mundi partes universi promissionis filii* qui extra Gallias versabantur, *sed in ipsis etiam Galliis plurimi cum beati Augustini doctrina, sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruebant, & ad perceptionem evangelicæ apostolicæque doctrinæ saluberrimis ejus disputationibus imbuebantur*. Verumtamen e Gallis non pauci sancto Antistiti, *præcipua licet tunc esset portio Domini sacerdotum, occultis susurrationibus obloquebantur, & prout opportunas aliquorum aures reperiebant, scripta ejus, quibus error Pelagianorum impugnatur, infamabant, tantæque pietatis viro Paganorum & Manichæorum impietatem adscribebant. Ita in eum statum deducere cauſſam Ecclesiæ moliebantur, ut dum Catholicos affirmabant non veraciter pro gratia locutos, Pelagianos injuste damnatos fuisse persuaderent*.

Infra pag. 57. *Infra pag. 177.*

Quæ si vera essent, & in aliquo erratum fuisset ab Augustino, cur ipsi prædicationibus ejus non resistebant, nec saltem aliquibus scriptis eum a quo talis emanabat doctrina non conveniebant. Is profecto auscultare non renuisset monentibus, quantum ipsi salva veritate licuisset. Et sane magna gloria sua consuluissent humano generi, si Augustinum ab errore revocassent. Neque erat quod censerent magnorum prius meritorum seni, cujus libros nemo reciperet, honorabiliter atque misericorditer ignoscendum.

Pag. 57. & seq.

At timidi censores adversarios tanti viri palam profiteri se non audebant, gnari perhonorificum esse omnium de eo judicium, nec deesse qui famam ejus fortiter ac strenue tuerentur. Molestе ferebant quod his quæ adversus *excellentissimæ auctoritatis virum inter multas Collationes asseruerant* Prosper resisteret. Nec dubitant, *si quam hinc moverent quæstionem in qualibet frequentia Sacerdotum, in qualibet congregatione populorum, centenis sibi beatissimi Augustini voluminibus obviandum fore*: quæ cum tenebris calumniarum dispulsis, cordibus audientium manifestare cœpissent potentissimam Christianæ fidei veritatem, vetarent a piis & fidelibus recipi amaritudinem illam fumosæ vanitatis volentium in sua justitia magis quam in Dei gratia gloriari. Igitur satis habebant occulta eum obtrectatione mordere, quem non audebant constanter arguere. Insuper eosdem rumores in ejus discipulos disseminabant, ne quis jam supereſset cujus auctoritate pellerentur errores, quos illi a fidelibus probari cupiebant,

Pag. 56. *Pag. 62.*

AR-

ARTICULUS V.

Suam Augustinique famam defendit S. Prosper, scribitque adversus Ingratos.

RUFINUS Prosperi amicus rumoribus iis qui de erroribus familiari suo temere affictis disseminabantur commotus, litteras ad eum dedit. Ac ejus quidem litteras, *ut fraternæ sollicitudinis & sinceris-simæ charitatis indices* Prosper accepit, pluribusque ad eum rescripsit, plenissima veritate pandens omnia quæ tum de Augustino ipso, tum de ipsius discipulis ad inanem invidiam ferebantur referebanturque. Multis in locis hujus suæ Epistolæ de Augustino loquitur tamquam adhuc superstite : qui cum die 28. Augusti anno 430. vita excesserit, prorsus ante finem hujus anni Epistolam scriptam fuisse necesse est. In ea animadvertit pleraque gentes tunc primum Christianæ gratiæ fieri cœpisse participes ; quam revera circa hanc ætatem beatus Palladius Hibernis intulit. *Infra pag. 56.* *Infra pag. 57. 62.* *Noris hist. Pelag. l. 1. c. 3. p. 191.*

Adhuc vixisse videtur Augustinus cum a Prospero in carmine adversus Ingratos tam magnificis extollebantur laudibus. *Pag. 96.* *Infra pag. 75. v. 90. & seq.* *Merc. to. 1. pag. 101.*

An alium in finem posset procedere sanctum
Concilium, cui dux AURELIUS, *ingeniunque*
AUGUSTINUS *erat, quem Christi gratia cornu*
Uberiore rigans, nostro lumen dedit ævo,
Accensum vero de lumine : nam cibus illi
Et vita & requies Deus est ; omnisque voluptas
Unus amor Christi est, unus Christi est honor illi :
Et dum nulla sibi tribuit bona, fit Deus illi
Omnia, & in sancto regnat Sapientia templo.
Istius ergo inter cunctos qui de grege sancto
Insanas pepulere feras, industria major,
Majus opus, totum præstantius imbuit orbem :
Nam quocumque gradum convertit callidus hostis,
Quaque per ambages anceps iter egit opertas,
Hujus ab occursu est præventus, mille viarum
Insidiis aditum non repperientibus ullum.
Cumque foris rabies avidorum exclusa luporum
Frenderet, inque omnes mendacia verteret artes :
Me mente ullarum ovium corrumpere posset,
Neu dubia obliquis turbaret corda querelis,
Istius ore Viri fecit Deus : istius ore
Fulmina librorum mundus effluxere per omnem,
Quæ mites humilesque bibunt, campisque animorum
Certant vitalis doctrinæ immittere rivos.

Fidelium fratrum suorum charitate ductus opus suscepit tam arduum, quo pias mentes studio veritatis accenderet, gliscentes malignis hostium artibus errores ab iis depelleret, gratiamque meritorum nostrorum artificem, non opus esse luculenter ac jucunde edoceret ; quod ipse sic exprimit in capite totius poematis. *Infra pag 70. v. 1. & seq.*

Congenitæ in Christo gentis mihi casus ab alto
Insinuatus amor proprias excedere vires
Me jubet, atque pias accendere carmine mentes,
Ne post confectum celebris victoriam bellum
Securos animos incauta pace resolvat.
Ceu metus elisso jam nullus ab hoste supersit,
Nec caput attriti virosum palpitet anguis.

Carmen illud suum inscripsit DE INGRATIS. Nemo enim gravius ingrati animi vitio laborat, quam qui ea in se ipso liberique arbitrii viribus posita putat, quæ maxima misericordiæ ac omnipotentiæ Salvatoris dona sunt ac beneficia. Hoc porro Poema omnium splendidius prolixiusque quæ Prosper edi- *Antel. Diss. Op. Leo. p. 417*
„ dit, nullumque aliud in quo ejus ingenii vis & acumen eluceat magis. Nobile opus, magnis sententiis,
„ magnis sensibus, magnificis denique verbis & locutionibus coalescens : quamvis ejusmodi materiam
„ tractet, quæ liberos illos ac vehementes, quales poesis postulat, motus vix admittat : Carmen illud vernacule reddidit tum stricta tum soluta oratione vir ævo superiori eximiæ pietatis laude insignis. Ejusdem quoque ab eruditissimo novæ Ecclesiasticorum Scriptorum Bibliothecæ auctore fusa & copiosa confecta est analysis. *Dupin. to. 4. p. 443. & seq.*

Accusati a Prospero Semipelagiani, quod detegere sua sensa reformidarent, videntur illam criminationem repellere voluisse. Ex iis unus sub alieno nomine aut scripsit, aut scribere se velle professus est. Hunc Prosper duplici Epigrammate prævertit, in quo Augustinum adhuc in vivis fuisse videtur velut rem indubitatam supponere. Hæc Prospero tribuenda in dubium revocare videtur Garnerius : cujus suæ suspicionis momentum ullum non protulit, nec forte facile reperisset ; cum a Beda unum ex his sub nomine Prosperi rhetoris citatum legatur, istud nempe quod ab his verbis incipit : *Contra Augustinum &c.* Utroque loco Vincentium Lirinensem designari quidam suspicantur, quem ementito nomine Commonitorium suum contra Augustinum edidisse anno 434. criminantur. Non alius erat magis idoneus qui Augustinum scriptis provocaret, quam Cassianus, quem duobus Epigrammatis peti alii autumant. At idem nihil videtur in sanctum Doctorem palam edidisse. Quæ vero Collatio ejus est numero tertio-decima, eam anno 426. & scripsit, & sub proprio nomine edidit, licet prava quæ in eadem habentur dogmata, ex *Infra p. 110. Merc. to. 2. p. 96. 2. Antel. Diss. Op. Leo. p. 418. Bed. hist. c. 10. p. 11. 2. Merc. not. to. 1. p. 96. 2. Infra 178. & seq.*

ex alterius persona proponat. Neminem præter hunc ad annum usque 433. scriptis sensa sua mandare ausum esse apparet. Itaque aut scriptor ille, de quo Prosper, aliquot saltem annos siluit, admonenti Prospero morem gerens; aut si quis promisum & jactatum a Semipelagianis opus idem atque tertiam decimam Collationem esse contenderit, is Epigrammata duo, de quibus hic sermo est, ad annum 426. revocet, ac Prosperum Semipelagianis jam tum indixisse bellum concedat necesse est.

Baron. ad an. 431. §. 181. Mauguin. to. 2. p. 475 „ Gratiæ adversarios non compescuere Prosperi carmina. Hæretici enim, ut hac ipsa de re agens ait „ Baronius, confutari possunt, quia leves sunt & infirmi; victos se a veritate fateri non possunt, quia „ probantur pervicaces. Qui tamen præsules Augustini doctrina aliquantum commoti ac perturbati fuerant, in quibus Hilarius Arelatensis Præsul, ii aut veritatem tandem aliquando agnoverant, aut certe taciti quietique expectabant dum eam sibi aperire ac detegere dignaretur Deus. Pauci quidam Presbyteri Ecclesiarum dissensioni studentes, doctrinam beati Augustini carpere non desinebant, objiciebantque quod peccatores non solum ad judicium peccatis debitum, sed etiam ad peccatum ipsum diceret prædestinatos: Prosperum quoque & Hilarium criminabantur prædicare adversantia veritati. Horum quæ in beati Augustini libris damnabilia se reperisse jactabant indiculum confecerunt, & ea distribuerunt in quindecim Capitula, quæ damnationis, seu, ut in aliis codd. rationis titulo prænotarunt: in quibus longe alium sancto Doctori sensum affingebant, ab eo qui in ejus scriptis inerat. Ac illud quidem anno 431. fieri potuit. Tunc enim e vita vir sanctus migraverat, quem Prosper in Præfatione responsionis ad Capitula Gallorum *sanctæ memoriæ* Episcopum nuncupat. Illi tamen in defendenda gratiæ doctrina successor surrexerat sanctus Prosper: unde fit ut una cum eo & beato Hieronymo iis annumeretur, quos Deus constituerat a quibus quid de hoc argumento esset credendum alii omnes edocerentur. Et sane lubens noster & copiosum sermonem & fidem integerrimam exseruit in defendendis Magistri sui vocibus & sententiis. Scriptum ergo in lucem edidit, in quo singulis Gallorum rationibus aut Capitulis respondit, & ex Augustino ipso, quinam verus ac sincerus illius esset sensus ostendit. *Ne* inquiebat ibi, *hanc persuasionem temere quis recipiat, & talem putet sensum scriptis catholici ineſſe doctoris, qualem eum qui frustra calumniantur ostentant: singulis capitulis quæ damnationis* (alias rationis) *titulo prænotarunt brevi & absoluta professione respondeo; in nullo recedens a tramite earum definitionum, quæ in sancti viri disputationibus continentur.* Et eæ sunt Responsiones ad Capitula Objectionum Gallorum calumniantium. Harum postremæ duæ laudantur a Fulgentio: qui Gallorum objectiones librum Augustini de Prædestinatione sanctorum potissimum spectare ani- „ madvertit. Non autem ignoras, Monimum affatur, etiam præterito tempore illi luculentissimo sancti „ Augustini operi, quod scripsit de Prædestinatione Sanctorum, a quibusdam Gallis objectum, quod bea- „ tus Augustinus in adsertione prædestinationis divinæ, peccatores, non ad solum prædestinatos diceret „ judicium, sed etiam ad peccatum: cujus dicta, quia ipse celeri præventus est obitu, *Prosper vir eruditus & sanctus* recta defendit fide & copioso sermone. Hæc S. Fulgentius initio capitis 30. libri primi ad Monimum.

Fulg. ad Mon. l. 1. c. 30.

Infra pag. 150.

Infra pag. 117.

Infra pag. 117.

Cassiod. in Ps. 50. pag. 171. 2.

Infra p. 117.

ARTICULUS VI.

Respondet S. Prosper Vincentio, & Presbyteris Genuensibus.

Infra pag. 125. in Præf. NON æquiores in Discipulum adversarii fuere, quam in Magistrum. *Quidam enim Christianæ ac fraternæ charitatis obliti, in tantum existimationem eius quoquomodo studebant lædere, ut suam se evertere nocendi cupiditate non viderent, Contexebant enim, & qualibus poterant sententiis comprehendebant ineptissimarum quarumdam blasphemiarum prodigiosa mendacia, eaque ostendenda & ingerenda multis publice privatimque circumferebant, asserentes talia in Prosperi sensu esse, qualia diabolico* (ut loquitur) *indiculo continebantur. Quæ* sanctus noster *also in se ad excitandam invidiam jactitari, facile & sufficienter subscriptione unius anathematis probasset. Sed ne malignitas eorum qui se gravari putabant si de illo bene sentiretur, ipsam subscriptionis brevitatem suspectam esset habitura, necessarium convenientsque credidit, ut sive ad calumniantium animos mitigandos, sive ad eos quorum auribus tale aliquid insonuisset instruendos, quantum adjuvante Domino fieri potuit, plene lucideque panderet, quid de perversis definitionibus judicaret. Propositis igitur sigillatim sedecim capitulis, sub unoquoque eorum sensus sui, & fidei, quam contra Pelagianos ex Apostolicæ sedis auctoritate defendebat, verba ponere maluit: ut qui paululum se ad legenda hæc dignarentur occupare, evidenter agnoscerent, impiarum profanarumque opinionum nullum cordi suo inhæsisse vestigium, & blasphemias quas sua perspexissent professione damnari, in earumdem repertoribus censerent debere puniri.* Hæc ex ipso ad longum hic descripsisse proderit, ut quo zelo noster prava dogmata respueret & recta tueretur lectoribus fiat manifestum. Quo tempore id operis confectum fuerit non liquet omnino.

Infra pag. 126. Hujus libri titulus est, *Pro Augustini doctrina Responsiones ad Capitula objectionum Vincentianarum.* Quo ex titulo aparet a Vincentio quodam contextum fuisse perversum hunc & diabolicum, ut ipse Prosper eum vocare non dubitat, indiculum. Erat tunc temporis in Lirinensi Monasterio Vincentius ille, edito adversus hæreses omnes Commonitorio perquam celebris. Vossius qui eum Augustinianæ doctrinæ infensum contendit, ea fretus ratione qua probari quoque posset eum Cælestini Epistola scientem & volentem abusum fuisse, censet illas calumnias adversus Prosperum ab eodem esse confictas. Qua in re Vossio adstipulantur Eminentissimus Henricus Norisius S. R. E. Cardinalis, aliique qui hunc Vincentium Semipelagianorum dogmata sectatum esse existimant.

Vossius de hist. Pelag. l. 1. c. 9. p. 4. Id. p. 39. Noris l. 2. hist. Pel. c. 11. p. 250. Ant. Diss. Op. Leo. p. 419.

Qui vero de ejus doctrina melius sentiunt, sive ii Augustinum in iis quæ de gratia sunt sequantur ducem, sive ab ejus mente aliqua ex parte recedant; omnes in eo consentiunt, ut alium perquirant Vincentium, cui has objectiones tribuendas velint. Censet Baronius, quem & alii sequuntur, eas esse posse cujusdam Vincentii, quem & sacerdotem & Gallum, ut illum Lirinensem, a se visum fuisse testatur Gennadius. Nec quidquam vetare credimus eum esse Vincentium Presbyterum, qui nomine Constantii seu Constantiani Decensis, ut probabile est, Episcopi anno 439. Regiensi Synodo interfuit. Etsi enim Gelasio Papæ, qui anno 496. obiit superstes fuit Gennadius; non idcirco tamen eum qui anno

Baron. an. 431. §. 185. Miræus de Script. p. 66.

430. ſcribebat videre non potuit. Ut eſt non parcus eorum laudator qui, quemadmodum ipſe, in Au- *Maug. Vind. to. 2. p. 448.*
„ guſtinum minus bene erant animati ; hunc Vincentium ait in divinis ſcripturis exercitatum, lin-
„ guam habentem uſu loquendi & majorum lectione politam: commentatum addit in Pſalmos; cujus *Labb. de Script. to. 2. p. 252.*
operis legerit aliqua ſancto homini Dei Cannati, ipſo audiente, promittens ſimul, ſi Dominus vitam *Gen. de Script. Eccl. c. 80. Conc. to. 3. p. 1289. Gal. Chriſt to. 2. p. 554. Gen. Eccl. Ser. c. 94. Id. c. 80 Gueſn. ann. Maſſil. p. 229. Gal. Chr. to. 3. p. 644 Gueſn. p. 228. Coint ann. 600. Infr p. 139*
& vires daret, ſe in toto pſalterio eodem ſtudio laboraturum Maſſiliæ quidem & in aliis Provinciæ
Eccleſiis die Octobris 15. colitur ſanctus Cannatus; at is Epiſcopus Maſſilienſis dicitur, & a Gueſ-
næo ponitur anno 621. a doctiſſimis Sammarthanis anno 480. aſſignatur. Nihil in eum Gueſnæus ci-
tat, præter vitam rudi ſtylo conſcriptam tempore Comitum Provinciæ, in qua narratur fuiſſe filius
Regis Aquiſextienſis, qui Sereno ſucceſſit, & Iconoclaſtarum æqualis fuit. Porro conſtat Serenum fuiſ-
ſe S. Gregorio Magno ſupparem, ut probant variæ ejuſdem S. Papæ Epiſtolæ ad Serenum datæ, vide-
licet lib. 5. Epiſt. 52. lib. 7. Epiſt. 110. lib. 9. Epiſt. 9. & ejuſd. libri Epiſt. 52.

Quæ Gallos Preſbyteros conturbabant, iiſdem etiam Genuenſes movebantur. At hi prudentiores mo-
derationeſque ſe præſtiterunt. Ex his enim duo Camillus & Theodorus, cum eos in libris beati Auguſti-
ni *De Prædeſtinatione ſanctorum & de Dono perſeverantiæ* quædam inſolita aut minus clara moviſſent, ea
ad beatum Proſperum de contextu diſputationis excerpta miſerunt, ut quo intellectu, quove judicio
illa accepiſſet noſcerent. Precibus illorum, vel, ut ipſe præ modeſtia loquitur, mandatis ipſorum ob-
ſequium ſuum non ſubtraxit: non quaſi plus in ſe quam in illis ad hæc introſpicienda eſſet ingenii,
ac non magis in hoc examine facultatis ſuæ debuiſſent ipſi exercere menſuram, & ſi aliqua eos mo-
rabatur obſcuritas, decurrere ad Patrem luminum, a quo deſcendit omne datum optimum & omne
donum perfectum, & a quo datur Spiritus ſapientiæ & intellectus. Sed adjuvante Domino qui ſa-
pientiam præſtat parvulis, de Capitulis iſtis quid cum ſanctis & eruditis fratribus ſentiret, breviter
indicare aggreditur: petens tamen ne ubi ſimplicitas eſſet obedientiæ, præſumptionem putarent eſſe
doctrinæ. Hæcque poſt Auguſtini mortem contigere.

ARTICULUS VII.

Sanctus Proſper Romam cum Hilario proficiſcitur. Cæleſtinus Pontifex utrumque ſcriptis defendit. De Venerio Maſſilienſi Epiſcopo.

NOn deſtitere Semipelagiani Proſperum & Hilarium, ipſumque adeo Auguſtinum erroris inſimulare. *Inf. p. 150.*
Ad hæc ea tantummodo ſequi & probare ſe profeſſi ſunt, *quæ ſacratiſſima beati Apoſtoli Petri ſedes* *pag. 156.*
contra inimicos gratiæ Dei per miniſterium præſulum ſuorum ſanxerat & docuerat. Recurrerunt igitur ad Apo-
ſtolicam ſedem Proſper & Hilarius, & Romam profecti querelas ſuas ad Pontificem Cæleſtinum detule- *pag. 150. & ſeq.*
re. Hic eorum circa Deum ſollicitudinem laudavit: & quamvis ipſi ſibi felices viderentur quos perſe- *Ibidem.*
cutionem propter juſtitiam ſuſtinentes beatitudo promiſſa manebat; harum tamen religioſarum anima- *Inf. p. 149. & ſeq.*
rum, quas hæc pati nefas erat, afflictione, quia membra ſua erant, pius Pontifex macerabatur. Hac
mente animatus celebrem ad Galliarum Epiſcopos dedit Epiſtolam, qua & præclarum judicii ſui de Pro-
ſpero ac Hilario teſtimonium impertiit, & Auguſtini famam tuitus eſt his verbis: *Auguſtinum ſanctæ re-* *pag. 250.*
cordationis virum pro vita ſua atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus: nec umquam hunc ſiniſtræ
ſuſpicionis ſaltem rumor aſperſit: quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos etiam
a meis ſemper deceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune ſenſerunt; ut pote qui ubique cunctis
& amori fuerit & bonori. Itaque jubet Epiſcopos imponere ſilentium improbis obtrectatoribus. *Ergo* , *pag. 150.*
ait, *corripiantur hujuſmodi: non ſit his liberum habere pro voluntate ſermonem. Deſinat, ſi ita res ſunt, in-*
ceſſare novitas vetuſtatem, deſinat Eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Arguit inſuper iiſque imputat,
quod ipſis tacentibus Presbyteri illi ſupra Epiſcopos haberent copiam diſputandi. Licet Epiſcopos, non
Presbyteros notum ſit a Deo poſitos ad docendum, nec in talibus ſuſpicione careat taciturnitas: *quia*
occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Subditque ſuper his multa a ſe jam dicta eo tempore, quo ad fra-
tris, id eſt, Epiſcopi Tuentii dederat ſcripta reſponſum: quibus verbis & ſequentibus ſuadetur in ea ad
Tuentium Epiſtola potius actum fuiſſe de quæſtionibus quæ gratiam Chriſti ſpectarent, quam contra il-
los qui viros laicos in Epiſcopos cito citius ſublimarent, qua de re etiam hic conqueritur Cæleſtinus,
Verum de illa Cæleſtini ad Tuentium Epiſtola nihil aliunde nobis innoteſcit.

Hæc vero qua Epiſcopos hortatur Cæleſtinus, ut Auguſtini doctrinæ ac famæ detrahentibus obſiſte- *Inf. p. 149. & ſeq.*
rent, mortuo demum ſancto Doctore ſcripta patet ex his verbis ſupra relatis, *Auguſtinum ſanctæ recor-* *pag. 150.*
dationis virum: & paulo ſupra, *Nec tamen mirari poſſumus ſi hæc erga viventes hi nunc audent tentare,*
qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare. Ergo anno 431. vel 432. ineunte, quo etiam
Cæleſtinus e vita migravit. Fuit hæc apud antiquos notiſſima, jamque ab anno 433. aut 434. non
a Proſpero ſolum libro contra Collatorem capite alias 42. nunc 21. citata. *Per hunc virum* (ait hic *Inf. p. 209.*
loci Proſper) *intra Gallias iſtis ipſis qui ſanctæ memoriæ Auguſtini ſcripta reprehendunt maleloquentiæ eſt*
adempta libertas: quando conſulentium actione ſuſcepta, & librorum qui errantibus diſplicebant pietate
laudata, quid oporteret de eorum auctoritate ſentiri, ſancto manifeſtavit eloquio: evidenter pronuntians,
quantum ſibi præſumptionis iſtius novitas diſpliceret, qua auderent quidam adverſus antiquos magiſtros in-
ſolenter inſurgere, & indiſciplinata calumnia prædicationi veritatis obſtrepere: Auguſtinum inquiens ſanctæ
recordationis virum &c. quæ ſupra jam citata leguntur. Nec a Proſpero tantum ſed etiam a Vincen- *Vinc. Hiſt. c. 43. p. 378*
tio Lirinenſi laudata eſt. Hanc ſuo Canonum Codici Dionyſius cognomento Exiguus inſeruit. Com- *Juſtel t. 1. Bibl. p. 215*
memorat etiam Photius Cæleſtinum pro Auguſtino ſcripſiſſe ad Epiſcopos, & adverſus eos qui Pela-
gianorum hæreſim inſtaurabant.

Cæleſtini Epiſtolam excipiunt collectæ aliquot Romanorum Pontificum, Africanorumque Concilio- *Inf. p. 156.*
rum a Romanis præſulibus approbatorum ſententiæ, ſub hoc titulo: *Præteritorum ſedis Apoſtolicæ*
Epiſcoporum auctoritates, de Gratia Dei & libero voluntatis arbitrio. Quæ collectio ideo contexta fuit,
ut Semipelagianis negantibus ſe alia ſecuturos, quam quæ ab Apoſtolica ſede judicata eſſent contra-
dictionis anſa tolleretur. Ea autem ab Epiſtola Cæleſtini tum ſtylo ipſo, tum præeuntis Epiſtolæ

clau-

Conc. to.2. p.1618. clauſula disjuncta eſſe convincitur. Quo fit ut eam Cæleſtino abjudicet Sirmondus, & vel Proſpero,
pag. 1619. quod una cum eo alii quoque ſentiunt, aut Leoni, ut P. Queſnellius aſcribere malint. Id autem ſci-
Baron. an. 431. §. 182 ri ut non facile poteſt, ita non multum intereſt, cujus potiſſimum manu exarata fuerit, cum eam
Maug. p. 448. juſſu Cæleſtini confectam & in Gallias miſſam facillime judicari queat. Siquidem laudatur tamquam
Antel. Diſſ. in Op. Leo p. 10. pars ipſiuſmet Epiſtolæ a Petro Diacono & aliis ad beatum Fulgentium & aliquot alios Epiſcopos
Dupin. t. 4. p. 86. 87. Chriſti confeſſione decoratos tunc in Sardinia exulantes, *His congrue*, inquiunt illi, *beatiſſimus Cæleſtinus in Epiſtola ad Gallos data : Cum enim, inquit, ſanctarum plebium præſules* &c. quæ totidem verbis habentur cap. 8. Collectionis de qua eſt ſermo, alias cap. 11. Epiſtolæ collectionis junctæ : a
Fulg. Ep. 16. Creſconio quoque & variis noni ſæculi ſcriptoribus, ac demum ab univerſis veteribus. A Dionyſio Exiguo inſerta eſt Codici ſuo inter ejuſdem Pontificis Decreta. Itaque ea ipſa ſunt Capitula ad quæ
Conc. to. 2. p. 284. 285. Hormiſdas ſummns Pontifex Poſſeſſorem Epiſcopum remittit, ut ex iis quid de gratia & libero ar-
Boll. 6. Apr. p. 543 bitrio credendum ſit ediſcat : cujus verba legere eſt in Epiſtola apud Fulgentium 15. Epiſcoporum
Juſtel to. 1. p. 215. 216 Africanorum in Sardinia exulum ad Joannem & Venerium num. 18. pag. 275. *De arbitrio tamen & gratia Dei quid Romana, hoc eſt, Catholica ſectetur & ſervet Eccleſia, licet in variis libris beati Auguſtini, & maxime ad Proſperum & Hilarium abunde cognoſci poſſit, tamen & in ſcriniis Eccleſiaſticis expreſſa* CAPITULA *continentur*. Poſtremi horum Capituli verba multa diſputationis materiam eruditis
Dupin. to. 4. p. 81. præbuerunt, in quo agitur de profundioribus difficilioribuſque partibus incurrentium quæſtionum,
Conc. to. 4. p. 1532. quas latius pertractarunt qui hæreticis reſtiterunt, quaſque collectionis auctor, quiſquis ille ſit, nec
Inf. p. 459. audet contemnere, nec neceſſe habet aſtruere. Nec forte valde neceſſarium duci debet magna contentione inquirere, quid ſignificare voluerit is qui mentem ſuam clare aperiendam non cenſuit, neque ex loco obſcuro aliquid adjumenti ad rem difficilem explanandam duci licet. Unde notatu dignum, exortis nono ſæculo compluribus de Gratia controverſiis, nullam tunc opinionem ab aliquo auctoritate hujus capitis fuiſſe rejectam. Neque ipſi Semipelagiani quidquam inde erroribus ſuis quod faveret eruere auſi eſſe dicuntur. Illud vero vel ex hoc ipſo capite certum eſt, nihil hoc ad ea attinere quæ neceſſaria ſunt ut gratiæ divinæ operi ac dignationi nihil penitus ſubtrahatur. Neque ea intelliguntur verbis iſtis quæ ſive ipſa collectione, ſive ipſius Epiſtolæ corpore comprehendantur, aut quæ cum his neceſſario connectantur : nec etiam ſuſpicari licet has voces aut ad initium fidei, aut ad Prædeſtinationem ſanctorum referendas, qua de re Semipelagianos inter & Proſperum certamen erat inſtitutum : cum Pontificem Cæleſtinum conſtet huic favere, illos reprobare. De quo ſi quid
Conc. to. 4. p. 1532. dubitationis ſupereſſet, id omne prorſus tolleretur a Pontifice Hormiſda declarante loco ante pauca citato, Eccleſiam Romanam ab iis potiſſimum libris quos de Prædeſtinatione ſanctorum ad Proſperum & Hilarium ſcripſit Auguſtinus ſuam de Gratia doctrinam petere. Quæ omnia tum fuſius tum accuratius a P. Queſnellio diſputata legi poſſunt in una ejus de S. Leone Diatriba : neque indiligen-
Leo. nov. p. 407. & ſeq ter eadem tractata ſunt a Lud. Ellies Dupin Doctore Sorbonico meritis & ſcriptis notiſſimo.
Dupin. to. 4. p. 90. 91. Cæleſtini Epiſtola univerſe quidem ad Galliæ Epiſcopos data eſt, nominatim tamen ad Venerium,
Conc. to. 2. p. 164. Marinum, Leontium, Auxonium, Arcadium, & Philtanium, ſeu Sillucium : de quibus pauca hic notari non ingratum forte lectori videbitur.

Inf. p. 156. Erat vero Venerius ille non quidem, ut quibuſdam placuit, Mediolanenſis Epiſcopus : cum tunc
Dupin. to. 4. p. 78. temporis Epiſcopus Mediolanenſis Galliarum Epiſcopis non aceenſeretur, & in Cathedra Mediolanenſi ſederet anno 431. Martinianus, qui Marolio Venerii alterius deceſſori ſucceſſor fuerat ſubro-
Gen. Cat. Script. Eccl. c. 79. gatus : ſed, ut veriſimilius apparet, Maſſilienſi Eccleſiæ præerat Venerius, de quo Gennadius in Catalogo virorum illuſtrium cap. 79. Etenim Maſſiliæ potiſſimum Semipelagiani, duce Caſſiano vigebant. Ex inſcriptione quadam habemus illum in Monaſterio verſatum eſſe una cum Ruſtico, qui anno 430. ad Narbonenſem Epiſcopatum aſsumptus fuit, amboſque ſimul Presbyteros Maſſiliæ miniſtraſſe. Proculio illi celebratiſſimo ſucceſſiſſe creditur, qui anno adhuc 418. vivebat. De Paulo enim eo qui medius inter utrumque a Gueſnæo mira de eo prædicante recenſetur, ne verbum quidem extat apud Pſeudo-Dextrum. Quapropter a Sammarthanis prætermittitur. Cæleſtinus certe
Conc. to. 2. p. 1621. in Epiſtola ſua VIII. Cal. Auguſti anno 428. data Viennenſis ac Narbonenſis Provinciæ Præſulibus permittit cauſsam Maſſilienſis Epiſcopi, qui fratris ſui nece uſque eo lætatus fuiſſe arguebatur, ut interfectori ab ejus cæde redeunti obviam prodiiſset. Quid id rei ſit nobis non liquet. Necatus quidem fuit Patroclus Arelatenſis, at anno 426.

Leo. nov. Ep. 77. p. 582. Venerius inter Galliarum Epiſcopos qui ad beatum Leonem anno 451. ſcripſerunt ordine tertius appellatur : quibus Calend. Februarii anno 452. Leo reſcripſit. „ Narrat Gennadius in Catalogo
Gen. de Script. Eccl. c. 79. „ cap. 79. de Muſæo Maſſilienſis Eccleſiæ Presbytero, viro in divinis ſcripturis docto, & in earum „ ſenſibus ſubtiliſſima exercitatione limato, lingua quoque ſcholaſtico, quod hortatu ſancti Venerii „ Epiſcopi excripſit ex ſanctis ſcripturis lectiones totius anni feſtivis aptas diebus, reſponſoria, etiam „ pſalmorum capitula tempori & lectionibus congruentia. Quod opus (ſubdit ille) tam neceſsarium „ a lectoribus in Eccleſia probatur; ut expetitum & ſollicitudinem tollat & moram, plebique inge- „ rat ſcientiam, celebritatem, & decorem. Quo opere videtur originem dediſse Eccleſiaſtico precum curſui, cui poſtea Breviarii nomen eſt inditum. Venerium excepit Euſtachius.

Conc. to. 2. p. 1584. MARINUS qui proxime poſt Venerium a Cæleſtino appellatur, is fortaſse eſt ad quem anno 419. ſcripſerat Bonifacius. Quænam vero fuerit ejus ſedes non indicatur. Inde judicare licet Venerium, qui huic præponitur, anno ſaltem 419. Epiſcopatu fuiſſe inſignitum.

LEONTIUS ille profecto eſt celebris Forojulienſium Epiſcopus, qui anno demum 432. aut 433. obiit.

Gal. Chr. to. 3. p. 786 Commemorant Sammarthani AUXENTIUM Nicienſem. At illum ſancto Valeriano qui anno 455. ſuperſtes adhuc erat poſteriorem.

Narrant iidem AUXONIUM Vivarienſem, qui ſedem Epiſcopalem ex urbe Alba a Croco Vanda-
p. 1174. lo, ut ajunt, devaſtata Vivariam tranſtulit. Crocus quidem per Gallias graſsabatur imperante Gallieno, ut habet Gregorius Turonenſis. At de Vandalis in Gallia ante annum 407. nondum fieri mentio cœperat.

ARCADIUS quidem Vencienſis Epiſcopus fuiſſe creditur, FILTANIUS vero Aptenſis : quippe qui ſanctum Caſtorem exceperit ante annum 426. *Pag. 1149. To. 2. pag. 174.*

ARTICULUS VIII.

Sanctus Proſper ſcribit adverſus Caſſianum.

REDUX in Gallias S. Proſper, Epiſtola Cæleſtini Pontificis, ut credere promptum eſt munitus, magna ſpe animabatur fore ut turbas omnes pondus auctoritatis tantæ comprimeret. Verum hac in occaſione expertus eſt quam id verum eſſet quod ipſe tanta mentis conſtantia tuebatur, niſi gratia ipſa intus in animis operetur, vanum & irritum eſſe quidquid præſidii ac luminis aliunde advenerit. Cum ergo Auguſtini doctrinam ac fidem verbis generalibus tantum laudaſſet probaſſetque Cæleſtinus, *& librorum pro quibus in Epiſtola Papæ actum eſt non expreſſus eſſet titulus*, nec ſpeciatim libris ab eo noviſſime ſcriptis ſpeciale diſcretumve perhibuiſſet teſtimonium ; *audebant quidam inferre quod hinc eos appareat non probatos, & iſtam in ſanctum Auguſtinum laudationem pro anteriorum ſcriptorum meritis fuiſſe collatam*. Sed *præterquam quod talis cavillatio ſuperflua* erat, nulloque nixa fundamento ; ſatis habuiſſent Auguſtini diſcipuli ſi Semipelagiani, qui proxime editos libros Auguſtini refutabant, anterioribus ejuſdem adverſus Pelagianos ſcriptis acquieviſſent, & iis quæ prius pro gratia Chriſtiana fuerant ſcripta conſenſiſſent. In his enim eorum errores damnari facile agnitum fuiſſet. Sed non faciebant : *Sciebant enim*, ut recte obſervat S. Proſper, *omnia Pelagianis eſſe contraria*, ſeu, ut habet alia lectio, omnia Pelagiana, id eſt, contra Pelagianos directa, ſibi eſſe contraria ; & *nihil ſibi poſſe competere ad conſequentium reſolutionem, ſi confiterentur in præcedentibus conſiſtere veritatem*. Itaque ſublato e vivis Cæleſtino, anno Domini 432. Auguſtinum calumniis proſcindere, gratiam ab eo male defenſam clamitare, *pacemque victricis Eccleſiæ inquietare* non deſierunt, reſumptis hoſtium ejus armis, inſtauratiſque damnatorum querelis ac maxime procaciſſimis Juliani conviciis. *Infra pag. 210.* *Infra pag. 210.* *Ibid.*

Cum ii qui immoderatis calumniis libros Auguſtini contra errorem Pelagianum conditos impetere non quieſcebant, eſſent hujuſmodi, *ut nec ordo eorum in Eccleſia, nec ingenia deſpicienda viderentur, ſiquidem habentes ſpeciem pietatis in ſtudio, cujus virtutem diffitebantur in ſenſu, trahebant ad ſe multos ineruditos & non habentia ſpirituum diſcretionem corda conturbabant ; malum hoc ab occultis parviſque ſeminibus augebatur quotidie, & ab ortu ſuo latius longiuſque diſtendebatur*. His rebus adductus fuit ſanctus Proſper ut eorum conatibus iterum obſiſteret, quo illatum tum Auguſtino, tum reliquis omnibus, ac præcipue Apoſtolicæ ſedis Pontificibus, qui Auguſtini dogmata ſua fecerant, injuriam propulſaret. Quo effectum eſt ut cautius diligentiuſque attenderet quid ſentiendum de illis doctrinæ emendatioris patronis, qui cenſores agebant ejus viri, quo duce viginti amplius annis contra inimicos gratiæ Dei Catholica acies pugnare & vincere conſueverat. *P. 178.* *P. 177.* *P. 178.*

Unius potiſſimum definitiones, quem non dubium erat illis omnibus in ſanctarum ſcripturarum ſtudio præſtare, impugnandas ſuſcepit. Quas etiam ob hoc ſolum in diſceptationem aſsumi oportere credidit, quia utrum ita ſe haberent non poterat dubitari. Scriptæ enim erant, & auctoris ſui editione publicatæ : nec jam, an eſsent quærendum erat, ſed quid docerent ipſi incumbebat demonſtrandum. Illius quidem nomen non exprimit ; at dubitat nemo, quin Caſſianum fama notiſſimum, tunc temporis adhuc ſuperſtitem ſignificet. Librum ergo edidit, in quo ipſamet Collationis tertiæ-decimæ viri hujus, cujus prænotatio eſt *De Protectione Dei*, verba referens, errores omnes quibus illa ſcatet refellit, oſtenditque quantum ab Eccleſiæ dogmatis diſcreparet, & quam ipſum ſibi non conſtaret hujuſmodi Opuſculum. *Ibid.* *P. 179.* *Noris hiſt. Pelag. l. 2. c. 10. p. 239* *Gen. in Cat. Script. Eccl. c. 84.*

De hoc Proſperi noſtri opere pro ingenio ſuo ſic loquitur Gennadius in Catalogo cap. 84. qui eſt „ de Proſpero : Legi & librum adverſus opuſcula, ſuppreſso nomine Caſſiani : quæ Eccleſia Dei „ ſalutaria probat, ille infamat nociva. Re vera enim Caſſiani & Proſperi de Gratia Dei & libero „ arbitrio ſententiæ in aliquibus ſibi inveniuntur contrariæ. Sed fruſtra eſt quæ priori allati loci parte de Eccleſiæ ſenſu profert Gennadius, quem hac in parte Eccleſia ipſa non obſcure improbavit. Etenim Concilium Romanum, Gelaſio Pontifice, ut quidem creditur, anno 494. habitum, Proſperi ſcripta probat, Caſſiani vero reprobat. Caſſiodorus quoque, minime parcus licet Caſſiani laudator, dum ad ejus lectionem Monachos alumnos ſuos cohortatur ; eoſdem tamen admonitos vult, illum caute admodum legendum in his quæ habet de libero arbitrio, de quo fuerat a beato Proſpero merito redargutus. Idem laudibus ornat Epiſcopum quemdam qui Caſſiani libros emendaverat, ipſe quoque novis curis ſimili labore perfunctus fuiſſe narratur. De hoc vero quod ait Gennadius, ſugillans plane Proſperum quod adverſus Caſſianum ſcripſerit, cujus opera falſo jactat ab Eccleſia Ca„ tholica eſſe probata : Quænam iſta eſt, inquit Baronius locum Gennadii confutans, Eccleſia Dei, „ quæ ut Catholica probat Caſſiani opuſcula ? Certe non dicenda Catholica, ſed Pelagianorum Ec„ cleſia. Non æquo animo fert Labbeus ſi quis ſocietatis ſuæ ſcholam Caſſiano adverſus Proſperum favere dixerit. In congregationibus de auxiliis hoc inter utrimque contendentes ſine ulla controverſia convenit, ab Eccleſia reiici ac reprobari Caſſiani opiniones. Ad damnandum eum conditi ſunt non pauci Arauſicanæ Synodi Canones. *Conc. to. 4. p. 1263.* *P. 1265.* *Caſſiod. Inſt. c. 29. p. 245. 2.* *Ado in Chr. to. 7. pag. 356.* *Baron. an. 466. p. 615* *Labb. Scr. Eccl. to. 2. pag 254.* *Nor. Ap. c. 2 p. 176.* *P. 179. 180*

Concludit Proſper his verbis memoratu quam maxime dignis: *Sufficienter, ut arbitror demonſtratum eſt, reprehenſores ſancti Auguſtini & vana obiicere, & recta impugnare, & prava defendere ; peremptorumque armis inteſtinum bellum moventes, dictis divinis, atque umanis conſtitutionibus rebellare. Quorum tamen, dum adhuc non ſunt a fraterna ſocietate diviſi, toleranda magis eſt intentio, quam deſperanda correctio : ut donec Dominus per Eccleſiæ principes, & legitimos judiciorum ſuorum miniſtros, hæc quæ per paucorum ſuperbiam, & quorumdam imperitiam ſunt turbata componat ; nobis Deo adjuvante ſit ſtudium, quieta modeſtaque patientia odiis dilectionem reddere, & ineptorum vitare conflictus ; veritatem non deſerere, nec cum falſitate certare : ſemperque a Deo petere ut in omnibus cogitationibus, in omni-*

bus voluntatibus, in omnibus sermonibus atque actionibus nostris ipse teneat principatum, qui dixit se esse principium.

ARTICULUS IX.

De aliis S. Prosperi operibus: deque ejusdem Chronico.

QUID rerum egerit Prosper ab anno 432. quo in Cassianum scripsit, ad Pontificatum usque S. Leonis, qui anno 440. inchoatus est, nusquam occurrit. Hoc fortasse temporis intervallo nonnulla quæ etiamnum extant scripta composuit. Utraque hæresis Nestorii & Pelagii ab Ephesina Synodo anno 431. proscripta fuerat, cum Epigramma quoddam scripsit Prosper, quod utriusque hæreseos Epitaphium appellavit. Nempe in hoc utraque consentiebat, quod altera affirmaret Christum labore ac operibus suis divinitatem consecutum fuisse, altera de justitia fidelium idem prædicaret. Quare ajebat Prosper Nestorianam hæresim, quæ gratiam in capite destruebat, Pelagianæ genitricem, quæ eamdem gratiam in membris ejus evertebat: etsi alio sensu filia dici deberet, ut pote quæ damnatis demum Pelagianis prodiisset. Hoc idem Epitaphium a Prospero nostro utriusque hæresis tumulo appensum negarat Jo. Garnerius in cap. 7. dissert. 7. ad Marii Mercatoris opera; simile quiddam ænigmati proferri contendens, cum dicitur, alteram hæresim alterius fuisse matrem simul & filiam: quæ ingeniose quidem dicta fatetur, sed vere fuisse negat: hincque probare nititur quod a tertio sæculo per deliria Samosateni Nestoriano errori præludi cœperit: subjicitque dandam eo faciliorem veniam Poetæ nostro, quod ipse quoque Cassianus in eodem peccaverit, & suam in sententiam traxerit Leonem Magnum aliosque postmodum plures eorum auctoritatem secutos. Quibus non obstantibus tale opusculum Prospero asserit Antelmius dissert. 9. in Opera SS. Leonis & Prosperi; tum propter auctoritatem Cassiani & Leonis magni, quibus si hoc licuit serio disserentibus, multo indulgentius Poetæ condonandum, non tam ad historiæ normam loquenti, quam consepultis erroribus laxatis habenis, inflatisque, ut ajunt, tibiis illudenti. Maxime cum hæc utriusque hæreseos comparatio non semel ab eo usurpata deprehendatur: sed & in Chronico ipso narret quod apud Ephesum Nestorius cum hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum errori suo juvabant dogma, fuerit damnatus: & hanc ipsam utriusque erroris contesserationem Cassiano exprobret libri adversus eum scripti cap. 21. *Per hunc virum* (Cælestinum) *etiam Orientales Ecclesiæ gemina peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ urbis Antistiti ad execrandam Nestorianam impietatem, Apostolico auxiliatus est gladio, quo etiam Pelagiani dum cognatis consæderantur erroribus, iterum prosternerentur.*

Pag. 114.

Pag. 238.

Scripsit præter hæc sex supra centum Epigrammata, quæ effata & sententias totidem ex Augustino, ut præfert titulus, depromptas exhibent. Has primum prosa oratione, deinde versibus exprimit. Cum in toto Opusculi hujus decursu Prosperi ingenium facile agnoscitur, tum in eo potissimum quod ex Augustini dictis collectum sit. Ad illud elaborandum ideo accessit, ut mentem sacris loquelis exerceret, cælestique animum pane pasceret.

Nec nostræ hoc opis est (inquit) *sed ab illo sumitur hic vos,*
Qui siccam rupem fundere jussit aquas.
Ut quod in affectum cordis pietate magistra
Venerit, hoc promat Carmine læta fides.

Quibus verbis præludii instar toti operi appositis, qua mente susceptum a se fuerit opus indicat, & quidquid recti in eo fuerit, quidquid aliqua laude dignum reperiatur, totum illud ad supernum fontem unde effluxerat refluere velle se protestatur.

Videtur quodam in loco, id est, Epigrammatis 65. & 66. Eutichianos impugnare, negantes Christi carnem ejusdem cum nostra esse substantiæ. Unde hoc operis sub Calcedonensis Concilii, anno 451. habiti tempora compositum fuisse non immerito quis colligat: cum Prosperi vitam etiam ulterius produci oporteat, ut postea videbimus.

Aliam insuper edidit Collectionem sententiarum 392. alias 388. ex Augustini operibus, tum iis quæ etiamnum extant, tum iis quæ interciderunt. Illius nonnumquam mentem exprimit potius quam voces refert. Liber ille existimatur esse instar compendii cujusdam Theologici, quod in proprium usum Prosper contexuerat, ut præcipua Augustinianæ doctrinæ capita sibi notiora & magis familiaria redderet. Aliquot ex hoc libro sententiæ inter Arausicani secundi Concilii canones relatæ sunt, & permultæ sub Prosperi nomine citantur a Floro.

Ejus expositio in postremos unum & quinquaginta Psalmos pariter ex Augustino tota ferme excerpta est. Videtur Psalterium integrum simili ratione explanasse, siquidem prætermisso Psalmo 107. remittit ad ea quæ de 56. & 59. dixerat. Ad Psalmum 144. disertis verbis negat duplicem esse in Christo personam: qua de re cum nihil hoc loco dicat Augustinus, manifestum est Nestorii hæresim hic a Prospero refelli: quo fundamento id operis anno citius 434. assignandum putamus. In hoc libro deprehenditur nervosum illud conciusumque dicendi genus, quæ propria est Prosperi nota. Ibidem quoque facile animadvertas sanctum virum non in sola circa Christi gratiam doctrina, sed etiam in aliis omnibus capitibus Magni Augustini discipulum.

Aliquantum etiam nomen suum commendavit ex *Chronico*, quod ab Orbe condito, ad sua usque tempora jucunda quadam brevitate deduxit. Eusebii quidem ad annum usque 326. Hieronymi vero ad 378. Chronica secutus. In eo Consules enumerat ab utroque Gemino, annoque Tiberii 15. qui est æræ communis 29. Extabat solum postrema pars hujus Chronici, ea scilicet quam ab anno 378. deductam Hieronymiano Prosper addiderat: anno vero 1657. integrum & absolutum editum est a Philippo Labbeo in primo novæ suæ Bibliothecæ MSS. tomo.

Ad conficiendum *Chronicon* suum Prosper videtur ter accessisse, illiusque tres, ut ita dicamus, editiones adornasse, annis videlicet 433. 445. & 455. Quod ex eo conjicitur, quia in pluribus libris ibidem legitur Chronologiæ totius compendium.

Al

Infra pag. 358. & seq. Antel. Diss. in Op. Leo. p. 417. 418.

Infra pag. 358. in Præf. Ibidem.

Infra pag. 377. & seq. Inf. p. 316. & seq. Labb. Scr. Eccl. to. 2. p. 267. Aug. Ben. to. 10. p. 222. Dupin p. 448.

Aug. Ben. ut supra. Infra pag. 214. & seq. Dupin. to. 4. p. 448. Infra pag. 236.

Pag. 301. Gennad. Catal. Scr Eccl. c. 84. Buch. Cycl p. 6. 7. Cassiod. Inst. c. 27. p. 239 2. Buch p. 7. Infra pag. 398. & seq. Miræus in notis ad Gennad. p. 68.

Alterum quidem legitur Chronicon, quod Prosperо nonnulli ascribunt. His autem id unum concedi potest, Chronicon illud esse quidem Prosperi nostri, sed ab altero corruptum & depravatum, qui & in historia rudis fuerit & peregrinus; & tam invidus Augustini laudum obtrectator, quam Prosper studiosus illius cultor fuit. Is sub nomine Tironis Prosperi, quo primum appellatus est, licet immerito, a nonnullis interdum citatur. *Buch. Cycl pag. 211. Duch. to. 1. pag. 193. Noris. hist. Pel. l. 2. c. 15. p. 278.*

Refert Gennadius in Catalogo cap. 87. conditum a Prospero fuisse Cyclum Paschalem, post Theophilum quidem, Eusebium, & Hippolytum, sed ante Victorium, hoc est inter annos 380. & 457. Si ille 84. annorum Cyclus sit anno 382. conditus, ut Bucherio videtur, nullatenus ab Aquitano Prospero, qui anno 453. adhuc scribebat, editus fuit. Sin minus, satis probabile fuerit Prosperum, quem alia nulla ratione designat Gennadius, illum ipsum esse quem quarto ante capite appellarat: praesertim cum eum hujusmodi computationibus operam dedisse indicio sit ejus Chronicon, in quo non semel Cyclum illum 84. annorum commemorat. Neque vero aliunde multum notus est ille Cyclus: quo tamen Ecclesia Romana Leonis Magni aetate usa videtur. Bucherius, licet incertus, ita tamen argumenta deducit, quasi Cyclum illum Prosperi esse abunde perspectum haberet. *Gennad. in Catal. c. 88 Buch. Cycl pag. 144. pag. 85. pag. 82. C. 6. 12.*

ARTICULUS X.

Sanctus Prosper scribit adversus Eutichianos pro S. Leone. Ejus mors. Non fuit Episcopus.

SANCTUS Leo dum in Galliis versaretur anno 440. in summum Pontificem assumptus, inde fortasse Prosperum nostrum una secum abduxit, cujus consiliis uteretur & calamo, interrogantibus consulentibusque Ecclesiis responsa daturus: quemadmodum Damasus Hieronymum ad idem munus adhibuerat. Ait enim Gennadius, Prospero alioqui non satis aequus, Epistolae quoque Papae Leonis adversum Eutichen de vera Christi incarnatione ad diversos datae ab ipso dictatae creduntur. Quod etiam a Marcellino ad annum 469. excribitur. Id autem potissimum de celebri illa ad Flavianum Epistola solet intelligi: estque extra dubium omne positum, refragrantibus licet Bellarmino & aliis quibusdam. Potuit autem Prosper illarum litterarum argumenta & quasi materiam suppeditasse, quam recognitam Leo stylo suo & oratione vestierit, venustiore quidem illa & ornatiore quam Prosperi: quamquam hic in id quoque fortasse incubuerit, ut ad Ponrificis, cui operam suam praestabat stylum ac scribendi genus conformaret suum. Hac de causa ab Adone aliisque sequioris aevi scriptoribus dicitur fuisse LEONIS MAGNI NOTARIUS, seu amanuensis. Fieri enim potest ut illi in scribendis tum Epistolis, tum etiam concionibus famulatus sit. Certe in libro ante 900. annos manu exarato Prosperi nomen praefert sermo quartus in die Anniversario Assumptionis Leonis ad Pontificatum, & fortasse alii. Inde existimare licet eum magnam partem sustinuisse eorum quae gessit in Pelagianos Magnus Leo: videturque Ado pariter illi tribuere quae a Leone fuerant tum in Eutichianos, tum in Pelagianos scripta; neque huic contradicit Cardinalis Norisius. Illud vero in historia non omissum, quod cum Romae nonnulli Pelagianam haeresim denuo suscitare conarentur, suamque ea de re mentem ausi essent patefacere; Prosper statim libellos obtulerit tum Leoni adhuc superstiti, tum Imperatoris ministris, perfeceritque ut illorum hominum conatus inanes irritique ceciderint. *Inf. p. 45 Gennad. in Catal. Script. Eccl. c. 84. Noris hist. Pelag. l. 2. c. 13. p. 265 266. Ado. an. 458. p. 165. Antel. diss. in Op. Leo. p. 341. & seq. pag. 201. Ado Chr. p. 163. Antel. Diss. in Op. Leo. p. 338.*

Ex iis quae de Prosperi Chronico diximus, liquet eum adhuc vixisse anno 455. Labbeus insequente anno mortuum propterea putat, quod scribens anno 457. Victorius *virum sanctum ac venerabilem* eum appellet: qua ex re profecto illud elici nequit. Accedit quod Marcellinus anno 463. de Prospero tamquam adhuc superstite mentionem faciat. Illum in id usque tempus vixisse non inficias eunt Norisius & Bucherius, qui multa scripsit in Victorium. *Noris hist. Pelag. l. 2. c. 13. p. 265 Phot. Bibl. c. 54. p. 45. Labb. Scr. Eccl. to. 2. p. 248.*

Hucusque nihil est a nobis observatum, neque ab ullo veterum quidquam accepimus, unde appareat Prosperum fuisse gradu ac ordine laicis aut monachis superiorem. Volunt tamen recentiores propemodum omnes eum fuisse Episcopum sive Reiensem in Provincia, sive Regiensem in Longobardia. Quibus si opponas a veterum nullo ei datam Episcopi appellationem; reponunt id inde accidisse quod veteribus praeferentibus, fuerit cognitus. At profecto haec ratio nullius est roboris, sive Gelasium spectes, sive Gennadium, aut Fulgentium, aut etiam Cassiodorum. Hi omnes viri doctrina insignes, Prosperoque aetate proximi ignorare non potuerunt, an vir tanti nominis fuisset necne Episcopus. Quod ad Victorium attinet, is quidem ea de re silere fortasse diceretur, quod Prosper nonnisi post annum 457. ad Episcopalem dignitatem evectus fuerit. *Noris hist. Pelag. l. 2. c. 14. p. 271 Id. p. 271. Buch. Cycl pag. 144.*

Illud profecto falsae isti de Prosperi Episcopatu opinioni ortum dedit, quod alter fuerit ejusdem nominis Episcopus Regiensis in Longobardia: quod quidem videtur in dubium revocari vix posse. Siquidem eum Regiensis Ecclesia patronum veneratur, sacrumque ejus corpus asservat in percelebri Abbatia a Comitissa Mathilde instituta: quo tamen ex alia ejusdem urbis Basilica ab ipsomet in honorem S. Apollinaris extructa allatum jam inde a Regis Luitprandi temporibus narratur. Hujus Epitaphium a Vossio refertur, quod ideo compositum fuerat, ut novo inscriberetur tumulo qui propterea constitutus fuerat, quod veterem turris cujusdam ruina comminuisset. At illud Epitaphium in aede Carmelitarum conspici idem affirmat. Habetur apud Surium vita S. Prosperi Regiensis a Flaminio proprii ingenii libidine meriisque conjecturis ducto conscripta, ait Labbeus. De ea severius etiam est Norisii judicium. Is censet Prosperum hunc forsitan esse auctorem *libri de Promissionibus praedictioribus*: cujus rei nullum peculiare suppetit argumentum. Flaminius & Ughellus statuunt eum a S. Leone Episcopum fuisse creatum, annoque 466. mortuum esse. Cujus anni nota e magno forsitan Prospero desumpta fuit: quemadmodum hujus Episcopatum ab altero illo mutuati sunt. Trithemius tamen Prosperum successorem assignat Faventio, qui anno 451. in Concilio Mediolanensi sedit, tamquam antistes Regiensis. Medium inter eos locat Ughellus Elpidium. Porro dies festa S. Prosperi agitur 25. Junii, qua die Magni Prosperi festum celebrari putatur. *Ugel. Ital. sacr. to. 5. pag. 298. pag. 173. Voss. hist. Pelag. l. 1. c. 18. p. 68. Sur. 25. Jun. pag. 327. Lab. Scr. Eccl. to. 2. pag. 240. Noris l. 2. c. 13. p. 666 Infr. app. pag 63. & seq.*

De Prospero pariter festus dies recolitur quotannis die 24. Novembris apud Canonicos regulares *Ughel. t. 2. pag 299.*

Trith. de Scr. Eccl. 37. Gallicanæ potissimum congregationis, & in Regali Cœnobio S. Victoris Parisiensis, qui dies translationis esse hujus aut alterius Prosperi a nonnullis reputatur.

Leo. to. 2. pag. 299. Baron. 25. Jun. Bar. ann. 466 §. 14. Qui vero eum Reiensem Episcopum fuisse voluerunt, iis ita sentiendi locum præbuit Prosperi Episcopi nomen, qui Concilii Carpentoractensi & Vasionensi subscripsit: quæ quidem Concilia circa annum 442. habita illi finxerunt. Cum vero hodie inter eruditos conveniat, illa anno 527. aut 529. celebrata, Prosper ille qui iis subscripsit, altero longe sit posterior necesse est. Accedit quod Maximus Reiensi Ecclesiæ præerat vivente adhuc Hilario Arelatensi, hoc est ante annum 450. immo ante annum 432. aut 433, ut demonstratum a nobis est. Itaque per multum abest quin Prosper qui anno certe 455. adhuc vivebat fuerit ejus decessor, ut vult Baronius. Ex S. Sidonio ostenditur Faustum, qui sancto Prospero superstes fuit, Maximo successisse. Quare fieri nequit ut Prosper fuerit Episcopus Reiensis.

Sidon. l. 8. Epist. 15. pag. 94. Bar. ann. 466. §. 14.

ARTICULUS XI.

De quibusdam operibus sancto Prospero adscriptis.

NIHIL amplius dicendum videtur, sive de veris indubitatisque Prosperi operibus, sive de aliis quæ illi tribui posse probabilis aliqua ratio suadeat. Superest ut ea commemorentur, quæ quamvis constet ab eo scripta non esse, sub ejus tamen nomine vulgata sunt. Neque ea sunt ignobilia, immo non parvam in Ecclesia auctoritatem consecuta sunt.

Cassiod. Inst. c. 1. p. 226. 227. Lab. Scr. Eccl. to. 2. pag. 251. Infra app. pag. 63. & seq. Hortatur Cassiodorus ut sanctum Prosperum sedula cura legamus, qui tres libros totius auctoritatis divinæ in centum quinquaginta tribus titulis comprehendit, ad instar piscium quos Evangelica retia de hujus sæculi tempestuosa profunditate traxerunt. Dubitari nequit quin respexerit ad *librum de Promissionibus & prædictionibus Dei*, hodie in partes quinque distributum: quæ quidem divisio ab ipsomet auctore instituta fuerat, qui dum alludit ad centum quinquaginta tres pisces in Evangelio narratos, titulis totidem voluit universa Christi promissa sacris libris consignata concludere, eorumque fidem exhibitam demonstrare. Quoniam vero hæc promissa & ante legem, & sub lege data, sub gratia demum impleta sunt; ideo nonnullis visum est hoc opus appellare *Librum ante legem, sub lege, & sub gratia*. Hujus ex secunda parte locum unum sub beati Prosperi nomine refert Cassiodorus, cujus auctoritate nescimus an adduci nos oporteat ad opus illud alicui Prospero, quisquis tandem ille sit, adscribendum. Ab hac certe opinione propius abest Ludovicus Dupin, quam Josephus Antelmius. Res minime dubia videtur Eminentissimo Norisio, qui Prosperum illum Regiensem Episcopum opinatur. Illud certum, opus de quo agitur non esse Magni Prosperi, cujus elegantiam nec stylo nec ingenio ille scriptor assequitur. Hujus oratio humilis, jejuna & simplex; Prosperi loquendi genus abundans, dives viribus, & nervis valens, locuples sententiis. Satis apparet eum fuisse Africanum: unde mirum videri non debet quod inter complures hæreticorum sectas, Donatistas potissimum, immo Maximianistas appellet quod Tychonii famosi Donatistæ meminerit, quod res quasdam non vulgares in Africa gestas referat. Ipse adhuc adolescens tunc aderat Carthagine, Cum Aurelius Episcopus celeberrimum Cælestis Deæ templum in ea urbe Christo dedicavit, anno fortasse 399. & dum una cum sociis & amicis (ut se adolescentium ætas impatiens circumquaque vertebat,) dum curiosi singula quæque pro magnitudine inspicerent, mirum quoddam & incredibile suo testatur aspectui ingestum, hunc nempe titulum æneis grandioribusque litteris in frontispicio templi conscriptum: AURELIUS PONTIFEX DEDICAVIT. Idem Carthagine etiam versabatur eodem quo Aspar V. I. Consul, hoc est anno 431. aut 432. & rei cujusdam stupendæ, quam diligenter enarrat, testis fuit. Neque silentio præterit quemdam specie monachum, qui cum Carthaginem advenisset, quædam signa curationum operari se jactabat, adhibito oleo nescio cujus mortui osse infuso. At ubi se proditum fallacesque suas artes sensit detectas, aufugit.

Noris hist. Pelag. l. 2. c. 14. p. 272. Leo. to. 2. pag. 265. Lab. Scr. Eccl. to. 2. pag. 252. Inf. p. 78. Inq. p. 107. 108. Append. p. 125.

„ Erat præfatus scriptor in Campania cum sanctus Pontifex Leo Manichæos subverteret, & conte-
„ ret Pelagianos; nempe anno circiter 443. Africa videtur expulsus fuisse a Vandalis, expugnata fortasse Carthagine anno 439. cujus rei quadam loco meminit. Non semel eas deplorat calamitates quas ætate sua in populos peccata devocarant, ita ut sacrificia ab exteris conculcata essent, sacraque vasa in Barbarorum principum potestatem deveniissent. Is quidem scribebat Valentiniani III. temporibus: sed mortua jam, ut videtur, Placidia, adeoque post annum 450. ante 455. In multis rebus Augustinum sequitur, ejusque testimonia profert nonnumquam. Fatentur Lovanienses, quorum opera Prosper typis excusus prodiit anno 1565. librum istum ab illius phrasi & stylo ac eruditione longe abesse, ejusque textum non paucis in locis corruptum sibi manusse ac mutilum, Cui vitio nos, quatenus licuit, ope MS. Remigiano-Remensis & editionum veterum mederi conati sumus.

Append. p. 105. pag. 108. pag. 88. Append p. 121. Antel. Dis. in Op. Leo. pag. 364. Infra app. p. 152. 183. Antel. diss. in Op. Leo. p. 365. 366 Not. ad aquisgran. Concil.

Libri de Vita Contemplativa sub nomine sancti Prosperi passim laudabantur nono sæculo, immo jam a medio octavo sæculo, a Chrodogango scilicet Metensi Episcopo. Verum quod a nervosa illa pressaque Prosperi eloquentia valde discrepat laxus quidam & copiose fluens stylus quo libri illi conscripti sunt; hos Juliano Pomerio, qui exeunte quinto sæculo vivebat, esse tribuendos tam validis argumentis demonstravit Jacobus Sirmondus, ut nulla cuiquam hodie ea de re dubitatio supersit,

Contendunt viri sagacitate ingenii & eruditionis laude præstantes, qui libros *de Vocatione omnium gentium* diligenter evolverunt ac scrutati sunt, in iis reperiri nihil quod non optime cohæreat cum doctrina sancti Prosperi, cui & Hincmari judicio, & trium vetustissimorum codicum manu exaratorum auctoritate tribuuntur. Multa etiam in iis habentur illis plane consentanea, quæ a Prospero tum in ceteris operibus, tum in Carmine de Ingratis scripta sunt. Nec repugnat temporis ratio. Cum enim nec confecti sint initio turbarum quas Semipelagiani edidere, & tamen a Gelasio laudentur, velut opus cujusdam Ecclesiæ Magistri, superest ut circa annum 440, editi fuerint. Verum artificiosius composita oratio, & placidius leniusque differendi genus minus congruit cum iis quæ apud Prosperum invenies. Itaque, ut eos omittamus qui hoc opus S. Ambrosio, multo ante illas lites exortas defuncto, gratis perperamque adscripsere,

pſere; ab aliis tribuitur Hilario Proſperi noſtri ſocio, ab aliis S. Proſpero Aurelianenſium Epiſcopo, circa annum 470. Sunt qui exiſtiment opus eſſe alicujus Africani, ex eorum fortaſſe numero qui a Genſerico pulſi anno 440. in Italiam appulerant.

Queſnellus oſtendere nititur hos libros eſſe ſancti Leonis, & id quidem ſtyli ſimilitudine ductus aſſerit. Ab eo quidem ante Pontificatum editos, at non inſcripto ſuo nomine. Quo factum eſt ut eum illorum auctorem eſſe Gelaſius ipſe neſcierit. Hanc ſententiam prolixa diſputatione a Queſnello prolatam, prolixiori lucubratione impugnavit Antelmius, libroſque de quibus agimus Proſpero reſtitutos voluit. Momenta utrimque Collata paucis collegit Ludovicus Dupin, ſtatuitque nihil eſſe quod Proſpero tribuantur illi libri. Eorum ſi ſpectetur ſtylus ac rerum tractandarum ratio, videri quidem inter Leonis opera referendos: nihil afferri poſſe, quam ob rem ei abjudicentur. Sed nullo quoque argumento certo eidem aſſeri: quippe quos abſque nomine auctoris in lucem prodiiſſe conſtet; fierique perfacile potuerit, ut multi tunc temporis & Romæ & aliis in locis fuerint, quorum ſcribendi ratio Leonis ſtylum referret ac redoleret. Atque hoc quidem in ſtatu & ſita eſt etiamnum & diu remanſura videtur percelebris illa & vulgatiſſima quæſtio. Exiſtimavit Eminentiſſimus Noriſius librorum horum ſcriptorem in explanandis iis quæ ad gratiam pertinet non aliam ſolum viam inire ab ea quam Auguſtinus & Proſper tenuere, ſed & de ipſa re ab utroque nonnullis in capitibus diſſidere. Repoſuit Queſnellus ſcriptorem illum nullatenus ab Auguſtini placitis, ab Eccleſia comprobatis & adoptatis, receſſiſſe. Qua in re ab hoc prorſus ſtare videtur Ludovicus Dupin: qui quæcumque hoc opere continentur ſatis uberiore analyſi comprehendit.

Leo to 2. p. 358. & ſeq.

Antel. diſſ. in Op. Leo. p. 113. & ſeq.

Dupin. to. 4 pag. 452. & ſeq.

Noris hiſt. Pel. l. 2. c. 14. p. 274. 275.

Leo to 2. p. 381. & ſeq.

Dupin. to. 4 p. 451. & ſeq.

Ita concinit ſtylus Epiſtolæ ad Demetriadem, ſtylo librorum de Vocatione Gentium, ut eidem hactenus auctori utrumque opus merito ſit adſcriptum, ſive cum Ambroſio datum, ſive cum Proſpero. Noriſius quidem Epiſtolam ad Demetriadem ſancto Proſpero adjudicat. Verum alios hujus auctoritas a priſtina ſententia minime depulit, iiſque item ut antea viſa eſt hæc Epiſtola oratione eadem ac ſtylo exarata ac libri de Vocatione Gentium; proindeque eidem ſcriptori tribuenda.

Leo to 2. p. 408. Noris hiſt. Pelag. l. 2. pag. 271.

Scribit Trithemius Proſperum alia inſuper nonnulla ſcripſiſſe: „ librum unum Epiſtolarum ad diverſos. „ librum unum de viris illuſtribus: ac de captivitate Romæ librum unum. Hos vero libros a Trithe„ mio nuſquam inſpectos eo veriſimile eſt, quod eorum initia non ſubjiciat, ut ceterorum. Alioquin „ recentior eſt ille, quam ut ejus teſtimonio quiſquam nitatur. Addit quoque idem: Alia inſuper non„ nulla ſcripſiſſe dicitur; ſed ad manus noſtras non venerunt. De quibus proinde cum illi nihil ſuſpicari licuerit, nec nobis pariter quidquam augurari eſt hactenus conceſsum.

Antel. diſſ. in Op. S. Leo. 85. Dupin. to. 4 pag. 480. Trith. Script. Eccl. p. 37. 2 Dupin. to. 4 p. 451.

N. 44.

NOI REFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed approvazione del *P. F. Paolo Tommaſo Manuelli Inquiſitor di Venezia* nel Libro intitolato : *S. S. P. P. Leonis Magni Romani Pontificis, Maximis Taurinenſis, Petri Chriſologi* &c. non v' eſſer cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario noſtro ; niente contro Prencipi, e buoni coſtumi, concedemo Licenza ad *Agoſtino Savioli Stampator di Venezia*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 4. Giugno 1741.

(Gio: Emo Proc. Ref.
(Pietro Grimani Kav. Proc. Ref.
(Z. Alviſe Mocenigo 2°. Ref.

Agoſtino Bianchi Segr.

Regiſtrato in Libro a C. 7.

15. Novembre 1741.

Regiſtrato nel Magiſtr. Eccellentiſs. contro la Beſtemmia.

Alviſe Legrenzi Segr.

ELENCHUS

Eorum quæ in hoc Primo Tomo continentur.

SANCTI Prosperi Aquitani Vita.	Supra
Sancti Prosperi Epistola ad Augustinum.	Pag. 5
Hilarii ad Augustinum Epistola.	13
S. Augustini De Prædest. SS. Liber Primus.	20
Ejusdem De dono Perseverantiæ liber II.	36
S. Prosperi ad Rufinum Epistola.	56
S. Prosperi in Carmen de Ingratis Præfatio.	66
Ejusdem in Obtrectatorem Augustini Epigramma.	110
In eumdem aut alium Epigramma.	111
Epitaphium Nestorianæ & Pelag. Hæreseon.	114
Responsiones ad Capitula Object. Gallorum.	118
Ad Capitula objectionum Vincentianarum.	128
Ad excerpta Genuensium.	138
S. Cælestini pro Prospero & Hilario &c. Epistola.	149
Sedis Apostolicæ Episcop. auctoritates de Gratia.	151
Joannis Cassiani Collatio XIII.	160
S. Prosperi liber contra Collatorem.	175
Psalmorum a C., ad CL. Expositio.	211
Sententiarum ex Augustino delibatarum Liber I.	311
Ex sententiis Augustini Epigrammatum Liber I.	355
Chronicum integrum.	393
Concilium Arausicannm II.	439
Confessio quæ dicitnr Prosperi.	447
Poema conjugis ad Uxorem.	450
De Providentia Divina Carmen.	457
De Vocatione Omnium Gentium Libri II.	477
Ad Demetriadem Epistola.	524

LOCA SCRIPTURÆ

QUÆ EXPLICANTUR SIVE A PROSPERO,

Sive ab Auguſtino, ſive ab aliis quorum Opera Proſperianis annexa habentur.

GEN III. 22. *Ecce Adam factus eſt ſicut unus ex nobis ſciens bonum & malum*, 169.

XLIX. 10. *Non deficiet Princeps ex Juda, neque Rex de femoribus ejus, donec veniat ſemen cui repoſitum eſt, & ipſe erit expectatio gentium* 406.

PSAL. LXXIX. 18. & 19. *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi, & non diſcedimus a te*, 39.

ECCLE. VII. 17. *Noli eſſe juſtus multum*, 350.

DANIEL IX. 10. *Et ſcies & intelliges, ab initio ſermonis reſpondendi & ædificandi Jeruſalem, uſque ad Chriſti principatum hebdomades ſeptem, & hebdomades* LXII. 406.

Ibid. 26. *Et poſt hebdomadas ſeptem & ſexaginta duas, interibit chriſma, & judicium non erit in eo; & templum & ſanctum corrumpet populus duce veniente; & cædentur in cataclyſmo belli, &c.* ibid.

MATTH. VI. 9. *Sanctificetur nomen tuum*, 37.

Ibid. 10. *Adveniat regnum tuum*, ibid. 302.

Item *Fiat voluntas tua in cælo & in terra*, 37.

Ibid. 11. *Panem noſtrum &c.* 38.

Ibid. 12. *Dimitte nobis debita noſtra*, ibid.

Ibid. 13. *Et ne nos inferas in tentationem*, ibid.

XXV. 14. & 15. *Homo peregre proficiſcens vocavit ſervos ſuos, & tradidit illis ſubſtantiam ſuam: & uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum, unicuique ſecundum propriam virtutem*, 507.

LUC. VIII 8. *Qui habet aures audiendi*, 45.

JOAN. V. 17. *Pater meus uſque nunc operatur*, 339.

VI. 36. *Omne quod dat mihi Pater ad me veniet*, 24.

XIV. 21. *Qui diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum, & manifeſtabo ei me ipſum*, 349.

XVI. 13. *Non enim loquetur a ſemetipſo, ſed quæcumque audierit loquetur*, 350.

XVII. 3. *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum Chriſtum*, 351.

ROM. XI. 14. *Cum enim gentes quæ legem non habent naturaliter quæ legis ſunt faciunt; hi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex, qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis &c.* 191.

VII. 18. *Velle enim adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio*, 182.

VIII. 26. *Sed ipſe Spiritus interpellat pro nobis*, 52.

IX. 18. *Cujus vult miſeretur &c.* 24.

XI. 2. *Non repulit Deus plebem ſuam quam præſcivit*, 48.

Ibid. 28. *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos, ſecundum electionem autem dilecti propter patres*, 30.

Ibid. 29. *Sine pœnitentia enim ſunt dona Dei & vocatio*, ibid.

I. COR. I. 16. 16. *Oſtium enim mihi apertum eſt*, 32.

V. 10. *Ut referat unuſquiſque ſecundum ea quæ per tempus geſſit*, 27.

XIII. 1. & ſeq. *Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam, factus ſum velut æs ſonans, aut cymbalum tinniens: & ſi habuero prophetiam, & noverim myſteria omnia & omnem ſcientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habuero, nihil ſum: & ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & ſi tradidero corpus meum, ita ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*, 530.

XV. 28. *Tunc & ipſe ſubjectus erit ei, qui illi ſubjecit omnia*, 352.

GAL. IV. 16. *Miſit Spiritum Filii ſui in corda veſtra clamantem*, 52.

EPHES. II. 3. *Eramus natura filii iræ*, 216.

III. 3. *Ut Deus nobis aperiat oſtium verbi*, 32.

PHILIP. II. 13. *Deus eſt qui operatur in vobis velle & perficere, pro bona voluntate*, 58.

I. TIM. IV. 10. *Qui eſt Salvator omnium hominum, maxime fidelium*, 517.

II. 4. *Qui vult omnes homines ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*, 60.

JACOB. I. 13. *Deus autem neminem tentat*, 39.

II. 5. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo divites in fide &c.* 30. 31.

I. JOAN. II. 19. *Exierunt ex nobis, ſed non erant ex nobis*, 40.

ADMONITIO
IN
EPISTOLAM SANCTI PROSPERI
AD SANCTUM AUGUSTINUM

De reliquiis Pelagianæ hæreſeos in Gallia ſuboleſcentibus.

CUM ſanctus Auguſtinus majorem vitæ partem in revincendis diverſi generis hæreticis inſumpſiſſet: poſt partam Eccleſiæ ab eo perfectam de Arianis, Manichæis, Donatiſtiſque victoriam; noviſſime ſurrexit Pelagiana hæreſis gratiæ Dei inimica, quam ipſe ab anno 412. ſcriptis libris de peccatorum remiſſione & de Baptiſmo parvulorum, & aliis, annis ſubſequentibus, ut ſe ſe obculit occaſio, ſtrenue debellare non ceſſavit: quouſque pluribus Epiſcoporum Conciliis ſummorumque Pontificum decretis damnata, vires amittere, defenſorumque numero cœpit decreſcere. At vero ultima ſantiſſimi Doctoris ætate, viri quidam, alias Catholici, ſed aut minus eruditi, & in Scripturis, unde doctrinam ſuam hauſerat Auguſtinus, non ſatis verſati, aut forte minus demiſſe quam oportuerat de ſeipſis ſentientes, lectis Auguſtini libris aut turbati, aut etiam ſcandalizati ſunt. Turbas inter Adrumetinos in Africa Monachos, qui Abbati Valentino parebant, excitatas non ægre ſedarunt tum liber de Gratia & libero arbitrio, tum alius de Correptione & gratia, qui mentibus eorum obductas dubitationum nubes luce ſua diſſiparunt.

At pernitiem multo majorem Eccleſiæ, apud Gallias præſertim, creavit ſurculus alius hæreſis Pelagianæ, qui tanto latius diffudit ſeſe, atque altiores radices egit, quanto is prima fronte apparuit minus injurioſus in Chriſti Salvatoris gratiam, quam haud parum quoque amplificare videbatur. Hujus initia quædam prodierant cum novo dogmate Vitalis, viri aliunde Catholici, qui cum eſſet in Carthaginenſi eruditus Eccleſia, præcipuam quamdam doctrinæ ſancti Cypriani ejus urbis Epiſcopi venerationem debebat: a qua illum tamen temere diſcedere conquerebatur Auguſtinus. Et Vitalem quidem hæreticum Pelagianum eſſe ſanctus Doctor non credebat: ſed minime tam orthodoxum eſſe audierat, ut nihil illius ad eum tranſiiſſet vel in eo relinqueretur erroris. Pelagiani quippe omnia, ut eidem ſcribit, ad fidelem piamque vitam hominum pertinentia ita tribuunt libero voluntatis arbitrio, ut habenda ex nobis, non a Domino putent eſſe poſcenda: ille autem initium fidei, *ubi eſt etiam initium bonæ, hoc eſt, piæ voluntatis, nolebat* donum eſſe Dei, ſed ex nobis nos habere *contendebat*, ut credere incipiamus; *cetera autem religioſæ vitæ bona Deum per gratiam ſuam jam ex fide petentibus, quærentibus, pulſantibus donare conſentiebat. Hunc Vitalis errorem, quem ipſum amplexi ſunt qui vocati ſunt Semipelagiani, epiſtola ad eumdem ſcripta inde potiſſimum refellit Auguſtinus, quod Eccleſia preces*

Auguſt. Ep. 217. n. 2.

Ibid. n. 25.

Ibid. n. 29.

apud Deum fundat pro infidelibus, ut convertantur, & gratiarum actiones pro iisdem ad fidem conversis rependat; nec non pro fidelibus adhibeat orationes, ut in eo quod esse cœperunt ejus munere perseverent: quæ Epistola ad Vitalem videri potest Adrumetinorum dissensione, ac libris ad eam componendam editis posterior, & ad annum 426. aut 427. revocanda.

Diffusis autem longe lateque posterioribus istis Augustini lucubrationibus, fuerunt Massiliæ aliisque in locis Galliarum non pauci, qui sibi ex imperitia persuaderent, quidquid suis in Pelagianos libris de vocatione electorum secundum Dei beneplacitum scripserat Augustinus, id totum a Patrum opinione atque Ecclesiæ sententia abhorrere. Illud idem sanctis juxta ac peccatoribus negligentiam teporemque injicere: quia quoquo modo se egerint, non posset aliud erga eos, quam Deus definivit, accidere. Ac proinde ut maxime vera esset illa doctrina, non tamen evulgandam esse: quippe quæ, cum nequaquam esset necessaria, effectus traheret admodum periculosos, necnon cohortantium incitamenta vana cassaque redderet. Quæ sua erat a catholico illo dogmate, unde consecutiones tam odiosas colligebant, abalienatio, eos in celebres Semipelagianorum (quippe hoc nomen merito suo consecuti sunt) errores impulit. Nam illi prius meliora & magis orthodoxa sentiebant: sed certis regulis ac fundamentis destituti, modo huc, modo illuc mentem atque opinionem transferebant. Visum illis initium fidei, & in finem perseverantiam sic esse in nostra potestate, ut non sint dona Dei; aut a Deo nonnisi talem dari perseverantiam, a qua possit homo sua voluntate deficere. Nec deerant etiam qui a Pelagianis semitis adeo non declinabant, ut nullam aliam gratiam, quam rationem liberumque arbitrium, homini nihil prius merenti a Creatore datum, agnoscere viderentur.

Vide infra in Epist. S. Prosperi ad Aug. n. 2.

Ibid. n. 6.

V. Aug. 2. lib. de Præd. sanct. c. 17 n. 48.

Infra Ep. S. Prosp. ad Aug. n. 4.

Nihilo minus tamen, qui amplectebantur hosce errores, viri erant inter ceteros clari, qui virtutum omnium studio, ac probitatis qua fulgebant opinione, magnam sibi auctoritatem apud simpliciores quosque paraverant. Sed nulli recipiendis Pelagianorum impiis placitis magis obnoxii sunt, nisi ab se ipsis sibi caveant, quam isti; nec fere reperiuntur, qui Dei beneficiis abutantur facilius, illis intumescendo, & sibi ipsis accepta referendo, quam qui pluribus ab eo fuere cumulati. Massilienſium Christi servorum, hoc est, monachorum, magnam partem pestis illa corripuerat: neque ullus est qui ignoret Joannem Cassianum, a quo isthic monasterium constitutum fuerat, hunc eumdem errorem propagasse scriptis suis, ac potissimum Collatione tertia-decima, quam sub annum 426. in lucem emisit, uno videlicet anno post quam Valentinianus III. Gallicanos episcopos, qui Pelagii dogmata sectabantur, abdicari expellique jusserat. Ad hæc, auctoritatis non minimum eidem errori hinc accedebat, quod eorum, a quibus defendebatur, nonnulli summo sacerdotii honore, id est, episcopatu nuper obtento præeminebant. Hilarius quoque ipse episcopus Arelatensis, qui Honorato circa finem anni 428. successerat, in ceteris doctrinæ Augustini sectator & admirator, in iis tamen quæ ad prædestinationem spe-

Habetur Constitutio ista Append. secunda parte.

ctant,

Etant, angebatur, ac nonnihil in querelam trahebat, ſuperque hoc cogitata ſua cum ſancto Doctore conferre cupiebat.

Virorum tam illuſtrium, tamque in Eccleſia & pietate & dignitate præſtantium auctoritas eorum errorem cum ſibimetipſis, tum aliis magis periculoſum reddebat: debita enim eiſdem veneratio & rudes in imitationem pertrahebat, & ſimul peritiorum linguas inutili ſilentio cohibebat; ita ut vix reperiretur ullus, qui vel ipſos admoneret, vel errori quem docebant, occurreret, præter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores. Horum e numero Infra Ep. S. Proſp. ad Aug. n. 7. *fuere S. Proſper, & Hilarius quidam, alius ab Epiſcopo Arelatenſi; cum ille ordinis eſſet laicorum; ut infra fuſius demonſtraturi ſumus, in admonitione Epiſtolæ ejuſdem ad S. Auguſtinum mox ſecuturæ poſt illam de qua hic agimus.*

Sanctus Proſper autem, qui poſtea Auguſtino in defendendæ gratiæ munus ac laborem ſucceſſit, Aquitanus erat, ſermone ſcholaſticus, hoc eſt, egregie litteratus, & omnino vir tum moribus, tum eloquio & ſtudio clarus, nec ſancti Auguſtini notitia indignis: quamvis ſe ipſe tantum ex ordine laicorum Ex Gennad. In Catal. c. 84. *fuiſſe quodam modo indicet, ubi profitetur, minime ſe parem auctoritati memoratorum Semipelagianorum, a quibus multum & vitæ meritis, & ſummo ſacerdotii honore ſuperabatur. Auguſtinum numquam viderat, ſed tantummodo officioſis ſalutaverat litteris, quas per Leontium Diaconum direxerat,* Infra in Ep. Hilarii ad Aug. n. 10. *per quem & ſancti Antiſtitis acceperat reſponſionem: has utriuſque ad invicem litteras non ſupereſſe amplius merito deploramus. Verum tamen ille, & Auguſtini elucubrationum aſſidua lectione, & ſuperna Dei revelatione edoctus* Infra n. 6. & 7. *perverſiſſimum eſſe, negata prædeſtinatione ac præveniente gratia, dicere, quod initium ſalutis ex eo qui ſalvatur, non ex eo ſtet qui ſalvat, quodque voluntas hominis divinæ gratiæ pariat opem, non gratia humanam ſibi ſubjiciat voluntatem: ſpretis aliorum adverſis conatibus, non modo hac in fide perſtitit, ſed & eamdem contra impugnantes propugnavit, tum ſancti Doctoris operibus atque illic allatis Scripturarum teſtimoniis uſus, tum argumentis quæ per ſe ipſe a poſitis per Auguſtinum fundamentis ducebat; pugnans videlicet validis ratiociniis, & nervoſis illis aſſertionibus, quibus idem ipſe, juxta Gennadii quoque adteſtationem, pollebat.*

*Inter prima hujus diſputationis exordia Maſſilienſes aliquantiſper maluerunt vitium imputare ſuæ tarditati, quam dogma a ſe non intellectum damnare: immo fuere inter eos nonnulli, qui Auguſtinum conſultum vellent, rogatumque ut lucidiorem atque apertiorem ſuper hoc expoſitionem daret. At vero contigit Dei miſerentis nutu, ut Maſſiliam per id temporis deferretur liber de * Correptione & gratia, quo libro monachis Adrumetinis ad eadem* * Habetur infra parte ſecunda Appendicis. *ipſa, quæ Maſſilienſibus faceſſebant negotium, tam plene reſpondebatur, tamque abſolute, ut idem liber ad componendas, quæ in Galliis excitatæ erant, contentionum turbas conſcriptus videretur. Verum conſpecto libro, qui apoſtolicam Auguſtini doctrinam ſequebantur, ipſi quidem novum inde lumen & majora ad eam defendendam præſidia traxerunt: alii autem, quorum mentes error ante occupaverat, caligine propria impediti, nihil aliud illic, niſi offenſionis adhuc & ardentioris in veritatem odii materiam invenerunt. Opinionem* Infra n. 2. Infra n. 3.

ſuam vetuſtatis nomine defendentes, prædeſtinationis dogma nota novitatis inurebant. Locos Pauli huc pertinentes dicebant a nemine umquam ſic intellectos: cumque rogarentur, quonam ipſi modo exponi eos vellent; nullum re vera, qui placeret, ſenſum ſibi occurrere fatebantur; ſed de his taceri jubebant, quorum altitudinem nullus attigiſſet. Sententias Auguſtini ex operibus ante Pelagianam hæreſim ab eo compoſitis producebant, tamquam ſuæ ipſorum opinioni plane congruentes. Quin etiam quæ idem ex adverſa parte ſibi oppoſuit in libro de Correptione & gratia, hæc omnia pro ſe iſti magna contentione replicabant. At plurimum ipſis diſplicebat inſtitutum ibidem diſcrimen inter gratiam quæ Adamo data fuerat, & quæ nobis nunc datur. Denique predeſtinationis exemplum nolebant ſumi ex parvulis, de quibus nempe alia prius fuiſſet opinio ipſius quoque Auguſtini in libris de libero arbitrio.

Cum autem illorum, quibus ſpiritus Pelagianæ impietatis ſic illudebat, auctoritate premerentur veritatis defenſores; compulſi ſunt ab ſancto Antiſtite poſcere, ut ſuam ipſe auctoritatem illis objiceret. Hac de re duas ad ipſum epiſtolas ſcripſit Hilarius, quarum priore, quæ excidit, fortaſſe referebatur odioſa illa prædicandæ prædeſtinationis formula, quam ex adverſariis objectavit ſibi Auguſtinus. Poſteriore vero Hilarius poſt quam de adverſariorum querelis egit, Quidquid, ait, pro ea gratia, quam in te puſilli cum magnis miramur, volueris aut valueris, gratiſſime accipiemus, tamquam a nobis cariſſima & reverendiſſima auctoritate decretum. *Ac ſignificat ſe Proſperum quoque impuliſſe ad ſcribendum proprias in eamdem rem litteras, quas ei cum ſuis conjunctim dirigit. Et illæ ſunt quas hic exhibemus Proſperi litteræ, quarum ille exordio teſtatur ſe ſancto* Doctori, *non ſolo ſalutandi eum, ut in priore * quadam epiſtola fecerat, ſtudio, ſed etiam fidei, qua Eccleſia vivit affectu ſcribere.* Excubante enim, *inquit*, pro univerſis membris corporis Chriſti vigilantiſſima induſtria tua, & adverſus hæreticarum doctrinarum inſidias veritatis virtute pugnante, nullo modo mihi verendum putavi, ne oneroſus tibi aut importunus eſſem in eo, quod ad multorum ſalutem, ac perinde ad pietatem tuam pertinet; cum potius reum futurum eſſe me crederem, ſi ea quæ valde pernicioſa eſſe intelligo, ad SPECIALEM PATRONUM FIDEI non referrem. *Et poſt expoſitam, quæ in illis Pelagianæ pravitatis reliquiis inerat, non mediocrem virulentiam, ſubjicit*; Speramus non ſolum tenuitatem noſtram diſputationum tuarum præſidio roborandam, ſed etiam ipſos, quos meritis atque honoribus claros caligo iſtius opinionis obſcurat, defæcatiſſimum lumen gratiæ accepturos.

V. Aug. lib. 2. de Præd. SS. c. 22. n. 57.

infra.

Infra n. 19.

*Hæc non exſtat.

Hæc porro ſancti Proſperi Epiſtola ſcripta fuit anno 428. aut 429. per id tempus, quo Arelatenſi Eccleſiæ præerat Hilarius ex num. 9. Hic vero ex Lerinenſi monacho creatus fuit Arelatenſis Epiſcopus poſt Honoratum, anno 428. aut 429. ineunte denatum. Quippe Honoratus ſuffectus Patroclo, qui anno 426. juxta Proſperi Chronicum interfectus eſt, Cathedram Arelatenſem, teſte Honorato Maſſilienſi in vita Hilarii Arelatenſis, per biennium occupavit.

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI AD AUGUSTINUM,

DE RELIQUIIS PELAGIANÆ HÆRESEOS IN GALLIA ſuboleſcentibus, deque hujuſmodi hominum querelis adverſus Prædeſtinationis & Gratiæ doctrinam, Auguſtini opuſculis, præſertim libro de Correptione & Gratia explicatam.

*EPISTOLA.

*Legitur inter Aug. Epiſt. Scripta eſt autem anno 428. aut 429.

Domino beatiſſimo Papæ, ineffabiliter mirabili, incomparabiliter honorando, præſtantiſſimo patrono, AUGUSTINO PROSPER.

1. IGnotus quidem tibi facie, ſed jam aliquatenus, ſi reminiſcaris, animo ac ſermone compertus; nam per ſanctum fratrem meum Leontium Diaconum miſi [a] epiſtolas & recepi; nunc quoque beatitudini tuæ ſcribere audeo, non ſolum ſalutationis, ut tunc, ſtudio; ſed etiam fidei, qua Eccleſia vivit, affectu. Excubante enim pro univerſis membris corporis Chriſti vigilantiſſima induſtria tua, & adverſus hæreticarum doctrinarum inſidias veritatis virtute pugnante; nullo modo mihi verendum putavi, ne oneroſus tibi, aut importunus eſſem in eo, quod ad multorum ſalutem, ac perinde ad pietatem tuam pertinet: cum potius reum futurum eſſe me crederem, ſi ea quæ valde pernicioſa eſſe intelligo, ad Specialem Patronum Fidei non referrem.

a

2. Multi ergo ſervorum [b] Chriſti qui in Maſſilienſi urbe conſiſtunt, in ſanctitatis tuæ ſcriptis quæ adverſus Pelagianos hæreticos condidiſti, contrarium putant Patrum opinioni & eccleſiaſtico ſenſui, quidquid in eis de vocatione electorum ſecundum Dei propoſitum diſputaſti. Et cum aliquandiu tarditatem ſuam culpare maluerint, quam non intellecta reprehendere, quidamque eorum lucidiorem ſuper hoc atque apertiorem beatitudinis tuæ expoſitionem voluerint poſtulare; evenit ex diſpoſitione miſericordiæ Dei, ut cum * quoſdam intra Africam ſimilia moviſſent, librum * *de Correptione & Gratia*, plenum divinæ auctoritatis emitteres. Quo in notitiam noſtram inſperata opportunitate delato, putavimus omnes querelas reſiſtentium ſopiendas: quia univerſis quæſtionibus, de quibus conſulenda erat ſanctitas tua, tam plene illic abſoluteque reſponſum eſt; quaſi hoc ſpecialiter ſtudueris, ut quæ apud nos erant turbata componeres. Recenſito autem hoc beatitudinis tuæ libro, ſicut qui ſanctam atque apoſtolicam doctrinæ tuæ auctoritatem

Maſſilienſium quidam Auguſtini libris non intellectis offenſi.

* *Adrumetinos Monachos.*

* *Habetur infra Append. part. 2.*

antea

a Quatuor Mſſ. *epiſtolam.* Hæc non exſtat.

b *Servorum Chriſti*, id eſt, monachorum, quorum nominatiſſimus Johannes Caſſianus collationum editor, ipſius Proſperi, *contra Collatorem* libro poſtea confutatus.

antea sequebantur, intelligentiores multo instructioresque sunt facti ; ita qui persuasionis suæ impediebantur obscuro, aversiores quam fuerant, recesserunt. Quorum tam abrupta dissensio primum propter ipsos metuenda est, ne tam claris, tamque egregiis in omnium virtutum studio viris spiritus Pelagianæ impietatis illudat: [a] deinde ne simpliciores quique, apud quos horum magna est de probitatis contemplatione reverentia, hoc tutissimum sibi æstiment, quod audiunt eos, quorum auctoritatem sine judicio sequuntur, asserere.

Massiliensium sententia partim Catholica, partim Pelagiana.

3. Hæc enim ipsorum definitio ac professio est: Omnem quidem hominem Adam peccante, peccasse. Et neminem per opera sua, sed per Dei gratiam regeneratione salvari. Universis tamen hominibus propitiationem quæ est in sacramento sanguinis Christi, sine exceptione esse propositam; ut quicumque ad fidem & ad baptismum accedere voluerint, salvi esse possint. Qui autem credituri sunt, quive in ea fide, quæ deinceps per Dei gratiam sit juvanda, mansuri sunt, præscisse ante mundi constitutionem Deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratis vocatos, dignos futuros electione, & de hac vita bona fide excessuros esse præviderit. Ideoque omnem hominem ad credendum & ad sperandum divinis institutionibus admoneri, ut de apprendenda vita æterna nemo desperet, cum voluntariæ devotioni remuneratio sit parata. Hoc autem propositum vocationis Dei, quo vel ante mundi initium, vel in ipsa conditione generis humani, eligendorum & rejiciendorum dicitur facta discretio, ut secundum quod placuit Creatori, alii vasa honoris, alii vasa contumeliæ sint creati, & lapsis curam resurgendi adimere, & sanctis occasionem teporis adferre: eo quod in utraque parte superfluus labor sit, si neque rejectus ulla industria possit intrare, neque electus ulla negligentia possit excidere. Quoquo enim modo se egerint, non posse aliud erga eos quam Deus definivit, accidere: & sub incerta spe cursum non posse esse constantem; cum si aliud habeat prædestinantis electio, cassa sit adnitentis intentio. Removeri itaque omnem industriam, tollique virtutes, si Dei constitutio humanas præveniat voluntates: & sub hoc prædestinationis nomine, fatalem quamdam induci necessitatem; aut diversarum naturarum dici Dominum conditorem, si nemo aliud possit esse quam [b] factus est. [c] Utque brevius ac plenius quod opinantur exponam, quidquid in libro hoc ex contradicentium sensu sanctitas tua sibi opposuit, quidquid etiam in libris contra Julianum ab ipso sub hac quæstione objectum, potentissime debellasti; hoc totum ab istis sanctis intentiosissime conclamatur. Et cum contra eos scripta beatitudinis tuæ validissimis & innumeris testimoniis divinarum scripturarum instructa proferimus, ac secundum formam disputationum tuarum, [d] aliquid etiam ipsi quo concludantur adstruimus; obstinationem suam vetustate defendunt: & ea quæ de epistola apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationem divinæ gratiæ prævenientis electorum merita proferuntur, a nullo umquam ecclesiasticorum ita esse intellecta, ut nunc sentiuntur affirmant. Cumque ut ipsi ea exponant secundum quorum velint sensa deposcimus; nihil se profitentur invenisse quod placeat, & de his taceri exigunt, quorum altitudinem nullus attigerit. Eo postremo pervicatia tota descendit, ut fidem nostram ædificationi audientium contrariam esse definiant; ac sic etiam si vera sit, non promendam: quia & perniciose non recipienda tradantur, & nullo periculo quæ intelligi nequeant conticeantur.

Aliorum sententia magis adhuc Pelagianizans.

4. Quidam vero horum in tantum a Pelagianis semitis non declinant, ut cum ad confitendam eam Christi gratiam, quæ omnia præveniat merita humana, cogantur, ne si meritis redditur frustra gratia nominetur; ad conditionem hanc velint uniuscujusque hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec existentem, liberi arbitrii & rationalem gratia Creatoris instituat, ut per discretionem boni ac mali, & ad cognitionem Dei, & ad obedientiam mandatorum ejus possit suam dirigere voluntatem, atque ad hanc gratiam, qua in Christo renascimur, pervenire, per naturalem scilicet facultatem, petendo, quærendo, pulsando; ut ideo accipiat, ideo inveniat, ideo introeat; quia bono naturæ bene usus, ad istam salvantem gratiam, initialis gratiæ ope meruerit pervenire. Propositum autem vocantis gratiæ in hoc omnino definiunt, quod Deus constituerit nullum in regnum suum, nisi per sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc salutis donum omnes homines universaliter, sive per naturalem, sive per scriptam legem, sive per

a Abest vox hæc, *deinde* a Mss. Reg. duobus & Colb. sed sane ex lapsu amanuensium, ut patebit legenti locum.
b Ms. Reg. unus, *factus sit*.
c Sic Mss. duo Reg. & Colb. unus, item edit. hujus epistolæ tomo 10. operum S. Aug. edit. alias, *Atque ut*.
d Ms. Reg. unus, *aliud etiam*.

per evangelicam prædicationem vocari: ut & qui voluerint, fiant filii Dei, & inexcusabiles sint qui fideles esse noluerint: quia justitia Dei in eo sit, ut qui non crediderint pereant; bonitas in eo appareat, si neminem repellat a vita, sed indifferenter universos velit salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Jam hic proferunt testimonia, quibus divinarum scripturarum cohortatio ad obediendum incitat hominum voluntates, qui ex libero arbitrio, aut faciant quæ jubentur, aut negligant: & consequens putant, ut quia prævaricator ideo dicitur non obediisse, quia noluit, fidelis quoque non dubitetur ob hoc devotus fuisse, quia voluit; & quantum quisque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum; parique momento animum se vel ad vitia, vel ad virtutes movere, quem bona appetentem gratia Dei foveat, mala sectantem damnatio justa suscipiat.

5. Cumque inter hæc innumerabilium illis multitudo objicitur parvulorum, qui utique excepto originali peccato, sub quo omnes homines similiter in primi hominis damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes voluntates, nullas proprias actiones, non sine Dei judicio secernuntur; ut ante discretionem boni ac mali de usu vitæ istius auferendi, alii per regenerationem inter cœlestis regni assumantur heredes, alii sine baptismo inter mortis perpetuæ transeant debitores: tales ajunt perdi, talesque salvari, quales futuros illos in annis majoribus, si ad activam servarentur ætatem, scientia divina præviderit. Nec considerant se gratiam Dei, quam comitem, non præviam humanorum volunt esse meritorum, etiam illis voluntatibus subdere, quas ab ea secundum suam phantasiam, non negant esse præventas. Sed in tantum quibuscumque commentitiis meritis electionem Dei subjiciunt, ut quia præterita quæ non extant, futura quæ non sint futura confingant; novoque apud illos absurditatis genere, & non agenda præscita sint, & præscita non acta sint. Hanc sane de humanis meritis præscientiam Dei, secundum quam gratia vocantis operetur, multo sibi rationabilius videntur adstruere, cum ad earum nationum contemplationem venitur, quæ vel in præteritis sæculis dimissæ sunt ingredi vias suas, vel nunc quoque adhuc in veteris ignorantiæ impietate depereunt, nec ulla eis aut Legis aut Evangelii illuminatio coruscavit; cum tamen, inquantum prædicatoribus ostium apertum est, & via facta est, gentium populus qui sedebat in tenebris & in umbra mortis, lucem viderit magnam; & qui quondam non populus, nunc autem populus Dei sit; & quorum aliquando non misertus est, nunc autem misereatur: prævisos inquiunt a Domino credituros, & ad unamquamque gentem ita dispensata tempora ac ministeria magistrorum, ut exortura erat bonarum credulitas voluntatum. Nec vacillare illud, quod *Deus omnes homines velit salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire:* quandoquidem inexcusabiles sint, qui & ad unius veri Dei cultum potuerint instrui intelligentia naturali; & Evangelium ideo non audierint, quia nec fuerint recepturi.

Act. 14. 15.
Isa. 9. 2. *Matth.* 4. 16.
Osee 2. 24. *& Rom.* 9. 25.
1. *Tim.* 2. 4.

6. Pro universo autem humano genere mortuum esse Dominum nostrum Jesum Christum, & neminem prorsus a redemptione sanguinis ejus exceptum, etiamsi omnem hanc vitam alieniissima ab eo mente pertranseat: quia ad omnes homines pertineat divinæ misericordiæ sacramentum: quo ideo plurimi non renoventur, quia quod nec renovari velle habeant prænoscantur. Itaque quantum ad Deum pertinet, omnibus paratam vitam æternam: qnantum autem ad arbitrii libertatem, ab his eam apprehendi, qui Deo sponte crediderint, & auxilium gratiæ merito credulitatis acceperint. In istam vero talis gratiæ prædicationem hi, quorum contradictione offendimur, cum prius meliora sentirent, ideo se vel maxime contulerunt; quia si profiterentur ab ea omnia bona merita prævenire, & ab ipsa ut possint esse donari; necessitate concederent, Deum secundum propositum & consilium voluntatis suæ, occulto judicio, & opere manifesto, aliud vas condere in honorem, aliud in contumeliam; quia nemo nisi per gratiam justificetur, & nemo nisi in prævaricatione nascatur. Sed refugiunt istud fateri, divinoque adscribere operi sanctorum merita formidant: nec acquiescunt prædestinatum electorum numerum nec augeri posse, nec minui; ne locum apud infideles ac negligentes cohortantium incitamenta non habeant, ac superflua sit industriæ ac laboris indictio, cujus studium cessante electione frustrandum sit. Ita demum enim posse unumquemque ad correctionem, aut ad profectum vocari, si se sciat sua diligentia

Rom. 9. 21

bonum

bonum esse posse, & libertatem suam ob hoc Dei auxilio juvandam, si quod Deus mandat, elegerit. Ac sic cum in his qui tempus acceperunt liberæ voluntatis, duo sint quæ humanam operentur salutem, Dei scilicet gratia, & hominis obedientia; priorem volunt obedientiam esse quam gratiam, ut initium salutis ex eo qui salvatur, non ex eo credendum sit stare qui salvat; & voluntas hominis divinæ gratiæ sibi pariat opem, non gratia sibi humanam subjiciat voluntatem.

7. Quod cum perversissimum esse revelante Dei misericordia, & instruente nos tua beatitudine noverimus; possumus quidem ad non credendum esse constantes, sed ad auctoritatem talia sentientium non sumus pares: quia multum nos & vitæ meritis antecellunt, & aliqui eorum adepto nuper [a] summo sacerdotii honore supereminent: nec facile quisquam, præter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores, tanto superiorum disputationibus ausus est contraire. Ex quo non solum his qui eos audiunt, verum etiam ipsis qui audiuntur, cum dignitatibus crevit periculum; dum & multos reverentia eorum aut inutili cohibet silentio, aut incurioso ducit assensu; & saluberrimum ipsis videtur, quod pene nullius contradictione reprehenditur. Unde [b] quia in istis Pelagianæ pravitatis reliquiis non mediocris virulentiæ fibra nutritur, si principium salutis male in homine collocatur; si divinæ voluntati impie voluntas humana præfertur, ut ideo quis adjuvetur quia voluit, non ideo quia adjuvatur velit; si originaliter malus [c] receptionem boni non a summo bono, sed a semetipso inchoare male creditur; si aliunde Deo placetur, nisi ex eo quod ipse donaverit: tribue nobis in hac caussa, Papa beatissime, pater optime, quantum juvante Domino potes, diligentiam pietatis tuæ ut quæ in istis quæstionibus obscuriora [d], & ad percipiendum difficiliora sunt, quam lucidissimis expositionibus digneris aperire.

b Reliquiæ istæ Pelagianæ hæreseos quam pernicioſæ.

8. Ac primum, quia plerique non putant Christianam fidem hac dissensione violari, quantum periculi sit in eorum persuasione patefacias. Deinde quomodo per istam præoperantem & cooperantem gratiam liberum non impediatur arbitrium. Tum utrum præscientia Dei ita secundum propositum maneat, ut ea ipsa quæ sunt proposita, sint accipienda præscita: an per genera caussarum, & species personarum ista varientur; ut quia diversæ sunt vocationes, in his qui nihil operaturi salvantur, quasi solum Dei propositum videatur existere; in his autem qui aliquid boni acturi sunt, per præscientiam possit stare propositum: an vero uniformiter, licet dividi præscientia a proposito temporali distinctione non possit, præscientia tamen quodam ordine sit [e] subnixa propositio: & sicut nihil sit quorumcumque negotiorum quod non scientia divina prævenerit; ita nihil sit boni, quod in nostram participationem non Deo auctore defluxerit. Postremo quemadmodum per hanc prædicationem propositi Dei, quo fideles fiunt qui præordinati sunt ad vitam æternam, nemo eorum qui cohortandi sunt impediatur, nec occasionem negligentiæ habeant, si se prædestinatos esse desperent. Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus patienter insipientiam nostram ferendo demonstres, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, pene omnium par invenitur & una sententia, qua propositum & prædestinationem Dei secundum præscientiam receperunt; ut ob hoc Deus alios vasa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem uniuscujusque prævideriſ, & sub ipso gratiæ adjutorio in qua futurus esset voluntate & actione præscierit.

9. Quibus omnibus enodatis, & multis insuper, quæ altiore intuitu ad caussam hanc pertinentia magis potes videre, decussis; credimus & speramus, non solum tenuitatem nostram disputationum tuarum præsidio roborandam; sed etiam ipsos, quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defæcatissimum lumen gratiæ recepturos. Nam unum eorum præcipuæ auctoritatis & spiritalium studiorum virum, sanctum [f] Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ; & de hoc quod in querelam tra-

a In Mss. *summi*.
b Mss. Reg. duo & Colb. *si in istit*.
c Ms. Reg. unus, *correptionem boni*.
d Editiones S. Prosperi, hic addunt *obsecro*: Abest a Mss.
e Ms. Regius unus, *obnixa*.
f Pro Hilario putabant eruditi legendum esse *Honoratum*: sed inspecti Mss. Hilarium omnes ferunt. Hilarius porro iste ex Lerinensi monacho creatus fuit Arelatensis Episcopus post Honoratum, anno 428. aut 429. ineunte denatum: Quippe Honoratus suffectus Patroclo, qui anno 426. juxta Prosperi Chronicum interfectus est, cathedram Arelatensem, teste Honorato Massilienſi in vita Hilarii Arelatensis, per biennium occupavit.

trahit, jam pridem apud sanctitatem tuam sensum suum per litteras velle conferre. Sed quia utrum hoc facturus, aut quo fine sit facturus, incertum est, & omnium nostrum satigatio, providente hoc præsenti sæculo Dei gratia, in tuæ charitatis & scientiæ vigore [a] respirat: adde eruditionem humilibus, adde increpationem superbis. Necessarium & utile est etiam quæ scripta sunt scribere, ne leve existimetur, quod non frequenter arguitur. Sanum enim putant esse quod non [b] dolet; nec vulnus superducta cute sentiunt: sed intelligant perventurum ad sectionem, quod habuerit perseverantem tumorem. Gratia Dei & pax Domini nostri Jesu Christi coronet te in omni tempore, & ambulantem de virtute in virtutem glorificet in æternum, Domine Papa beatissime, ineffabiliter mirabilis, incomparabiliter honorande, præstantissime patrone.

a In editis, *speret*: In uno mss. *spirat*.

b In Mss. *quod non dolent, nec vulnus superductum cute sentiunt*.

ADMONITIO IN EPISTOLAM HILARII AD SANCTUM AUGUSTINUM

De eodem argumento.

INter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores, qui Gallicanis Presbyteris occurrere audebant, quos Augustini, de Prædestinatione maxime, doctrina in libris posterius scriptis exposita, urebat commovebatque; præter S. Prosperum, numeravimus & Hilarium quemdam, quem alium ab episcopo Arelatensi, & ordinis laicorum fuisse diximus. Quæ nostra opinio licet doctissimos invenerit suffragatores, ne tamen assignantibus hanc elucubrationem Arelatensi Antistiti aliquis supersit scrupulus, non inutile erit hic exhibere lectoribus quæ hanc in rem momenta deduxit doctissimus Operum S. Leonis editor & illustrator pag. 359. & sequentibus tomi secundi.

*Tres autem hujus nominis per ea tempora legi Hilarios observat: Hilarium nempe Syracusanum cujus * Epistola ad Augustinum, & Augustini rescriptum de pluribus gratiæ capitibus habentur inter sancti Doctoris Epistolas: alterum qui e Galliis scripsit ad eumdem Augustinum, & Prospero ad propugnandum illius doctrinam socium se adjunxit: tertium denique Arelatensem episcopum. Ex tribus unum conflasse videntur aliqui, de quibus Hincmarus Remensis, in libro de Prædestinatione. Hincmarus ipse Syracusanum quidem ab Arelatensi discernit, at Arelatensem confundit cum Prosperiano: quæ est etiam opinio Cardinalis Baronii & Joannis Gerardi Vossii. E contra ego (ait ille) Syracusanum ab Arelatensi & Arelatensem a Prosperiano distinguo cum viris eruditis: Prosperianum vero eumdem esse ac Syracusanum monachum facile mihi persuadeo.*

* Ep. 156. & 157.

Hincmarus lib. de Prædest. cap. 1. 3. & 18.

Hilarium Syracusanum monachum alium esse ab Arelatensi Hilario ex annorum ratione nullo negotio conficitur. Syracusanus enim scripsit ad Augustinum circiter annum Christi 413. vel 414. Nam ante annum 412. ut scripta non credatur epistola sancti Augustini rescribentis, facit mentio judicii contra Cælestinum facti apud Carthaginem. Cum vero delata sit in Palestinam

ab Oroſio, qui illuc venit verno tempore, lectaque ſit in conventu presbyterorum habito menſe Julii anni 415. *manifeſtum eſt ultra annum* 414. *differendam non eſſe Syracuſani hujus monachi epiſtolam. At eo anno Hilarius, qui poſtea Arelatenſis Epiſcopus, annum ætatis ſuæ decimum-tertium non excedebat: ſi quidem mortuus eſt anno* 449. *quadraginta & octo annos natus, teſte Honorato Maſſilienſi vitæ ejus ſcriptore.*

Hilarium porro Syracuſanum ut eumdem putem cum Proſperiano, ſeu Proſperi in defenſione ſancti Auguſtini ſocio, iſtæ me movent conjecturæ. Uterque (ſi duo ſunt) diſcipulus ſancti Auguſtini fuit, eique in Africa aliquamdiu adhæſit. Uterque Pelagianis erroribus adverſus. Uterque laicus, ac opinor, monachus. Tenuioris uterque eruditionis circa Eccleſiæ dogmata, de quibus dubitanti ſimilis interrogat Auguſtinum, ut ex Epiſtolis eorum conſtat. Utriuſque demum epiſtolæ ſtylus non abſimilis. Hilarium autem illum Syracuſanum dico, non quod Syracuſis oriundum putem: ſi enim idem eſt cum Proſperiano, Gallus fuiſſe credendus eſt. Si quidem hic Maſſilia, ut opinor, vel ex alia Galliarum civitate ſcribens, Auguſtinum parentum ſuorum nomine ſalutat; & ſub finem Epiſtolæ, hæc addit: Sciat ſanctitas tua fratrem meum, cujus maxime cauſſa hinc diſceſſimus, cum matrona ſua ex conſenſu perfectam Deo continentiam devoviſſe. *Ex quibus liquet paternam Hilarii familiam in Galliis fuiſſe. Potuit certe idem Hilarius paternam domum relinquens, occaſione alicujus cum fratre ſuo diſſidii, in Africam transfretare, ſeque diſcipulum tradere Auguſtino erudiendum apud Hipponem. Poſt aliquot annos inceſſit eum reviſendæ patriæ cupido: quam dum repetit, celebriora monachorum Cœnobia luſtrare voluit, quæ erat monachorum illius ævi conſuetudo. Ad Syracuſanum igitur appulit, comitibus nonnullis, ut reor, Hipponenſibus civibus vel clericis: quibus* de Syracuſano Hipponem remeantibus, *ut ipſe ſcribit, litteras breves ad Auguſtinum tradidit, quibus eum de gliſcente apud Syracuſas Pelagiano dogmate monuit. Demum in patriam reverſus, cum Magiſtri ſui doctrinam plurimis exoſam in Galliis comperiſſet, monendum illum exiſtimavit, memor forte id antea ab ipſo dum Syracuſis ageret, poſtulaſſe Auguſtinum his verbis:* Tu magnum confer res beneficium, ſi ea quæ illic a ſanctis fratribus adverſus iſtorum vaniloquia diſſeruntur, non me facias ignorare.

Infra in hac ipſa, Epiſt. Hilarii ad S. Aug. n. 10.

Epiſt. alia Hii. ad Aug. nunc 256.

Epiſtola S. Aug. 107. ad Hilarium in fine.

Hilarium denique Proſperianum male pro Arelatenſi Epiſcopo accipi clariſſime demonſtravit nuperus hiſtoriæ Pelagianæ ſcriptor Henricus de Noris. Vel hoc unico argumento res conficitur. Jam tunc Epiſcopus erat Arelatenſis Hilarius, cum alter ſcripſit ad Auguſtinum una cum Proſpero: at Hilarius iſte laicus tantum erat eo tempore, quo ſuam exarabat Epiſtolam. Talem enim ſe prodit ipſe his Epiſtolæ ſuæ verbis, quibus præcipuos ſancti Auguſtini adverſarios deſignat, ac imprimis Hilarium Arelatenſem: Sunt ex parte tales perſonæ, ut his conſuetudine eccleſiaſtica Laicos ſummam reverentiam neceſſe ſit exhibere. Quod quidem ita CURAVIMUS Deo juvante ſervare, ut cum opus fuit non taceremus. *Succinit S. Proſper in Epiſtola ſua ad Auguſtinum mox edita:* Poſſumus, inquit ad

Henric. de Noris hiſt. Pelag. lib. 2. cap. 2.

Infra n. 9.

num. 7.

cre-

credendum esse constantes; sed AD AUCTORITATEM talia sentientium NON SUMUS PARES: quia multum nos & vitæ meritis antecellunt, & aliqui eorum ADEPTO NUPER SUMMO SACERDOTII HONORE SUPEREMINENT. *Deinde laicus erat iste Hilarius, cum Augustino jam mortuo, ac proinde non ante annum* 430. *scripsit Cælestinus Papa ad Galliarum Episcopos. Prosperum enim & Hilarium filios vocat, non fratres, ut coepiscopos appellari decuisset: nec aliter eosdem compellat sanctus Augustinus initio libri de Prædestinatione sanctorum, quam ut filios.*

At Hilarius Arelatensis jam initio anni 429. *in Arelatensi cathedra constitutus fuerat post obitum Honorati, qui Patroclo occiso substitutus anno* 426. *biennio tantum, Honorato Massilienſi teste, episcopatum gessit. Quod adhuc probatur ex vita sancti Germani Autissiodorensis. Hic enim cum anno* 429. *ut vult Baronius, vel ut alii* 430. *ex legatione Britannica reversus Arelatem se contulisset;* Illustrabatur eo tempore, *ait Constantius*, civitas Hilario sacerdote, multimoda virtute pretioso. *Denique his expressissimis verbis sanctus Prosper Hilarii Arelatensis episcopatum commemorat in Epistola sua:* Unum, *inquit*, eorum præcipuæ auctoritatis & spiritualium studiorum virum sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum sciat beatitudo tua admiratorem sectatoremque in aliis omnibus tuæ esse doctrinæ, & de hoc, quod in querelam trahit, jam pridem apud sanctitatem tuam sensum suum per litteras velle conferre. *Hæc quidem verba*, Arelatensem Episcopum, *irreptitia esse & expungenda censet Cardinalis Baronius cui fere subscribit Vossius.* Longe tamen magis placet, *inquit*, si pro *Hilario* scribatur *Honoratus: sicut scriptum dicit a doctissimo Espencæo, commentariis in Epistolam ad Timotheum, lib.* 1. *cap.* 9. Quod sive ille, *inquit idem Vossius*, ex manuscriptorum fide, sive ex ingenio fecit, nobis quidem sententiam suam impense probat. *Verum nemini probandam spero hanc emendationem, cui manuscriptorum fides, Chronologiæ ratio, verbaque ipsa Prosperi omnino repugnant:* Possumus quidem ad credendum esse constantes *&c. Hæc prima ratio distinctionis utriusque Hilarii ex unius Episcopatu petita, quo numquam alter fuit insignitus.*

Prosper in Chronico. Honoratus Massilienſis in Vita S. Hilarii. Constantius Presbyt. in vita S. Germani Autissiod. S. Prosper in Epist. ad S. August. n. 9. Vossius hist. Pelag. lib. 6.

2 *Longe diversus utriusque Hilarii erga sancti Augustini doctrinam affectus. Arelatensis enim, etsi illius se* admiratorem sectatoremque in aliis omnibus *profiteretur, ejus tamen de prædestinatione sententiam* in querelam trahebat; *& unus erat eorum* quos caligo istius opinionis, *quæ Augustinianæ adversabatur*, obscurabat. *Hilarius autem Prosperi socius doctrinæ * sancti Augustini in omnibus addictissimus erat, ut ipse de se testatur his verbis:* Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de iis quæ nunc edidisti ego dubitem.... Ceterum hac suspicione in tantum careo, ut potius infirmitatem meam, qua tales parum patienter fero, notabilem putem. *Inter eos porro, quos moleste ferebat, ipsum Arelatensem epi-*

S. Prosper Epist. ad August.

* Hilarius Epist. ad Aug. num. 10.

episcopum fuisse dubium non est, cum etsi ejus nomen non exprimat, cum tamen iisdem coloribus depingat quibus & S. Prosper: Sed plane, *inquit*, illud tacere non debeo, quod se dicant tuam sanctitatem, hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari. *En Hilarium Arelatensis Ecclesiæ Præsulem, quem S. Prosper supra dicebat* admiratorem sectatoremque in aliis omnibus *Augustinianæ doctrinæ, excepta quæstione,* quam in querelam trahebat.

3. *Prosperi socius auctor fuit eidem Prospero, ut ad sanctum Augustinum scriberet, ejusque litteras suis conjunctas misit in Africam, quemadmodum ipse narrat in fine suæ Epistolæ; ubi & alias commemorat superius a se scriptas ad eumdem Augustinum, qui cum necessitudo frequensque commercium intercessisse videtur. E contra vero eodem tempore scribit sanctus Prosper, Hilario Arelatensi jam olim in mentem venisse ut Episcopum Hipponensem litteris conveniret, sensum suum cum ejus doctrina collaturus: incertum tamen sibi esse utrum id esset præstiturus. Quod omnino sufficit ut unus ab altero diversus demonstretur. Prior enim Augustino familiaris fuit, posterior nequaquam.*

num. 10. 4. *Hilarius Prosperi commilito olim Augustini lateribus adhæserat, ejusque doctrinæ lacte aliquamdiu in Africa fuerat enutritus: hoc enim ipse significat:* Sufficiat, *inquit*, mihi pœna mea, quod a præsentiæ tuæ deliciis exulatus, ubi salubribus tuis uberibus nutriebar, non solum absentia tua crucior, verum etiam pervicacia quorumdam. *Arelatensis vero Hilarius numquam in Africam peregrinatus est. Ex ejus enim & ex Honorati vita docemur, hujus studio & opera Hilarium a sæculi deliciis ad monasticæ vitæ institutum traductum, constanter apud Lerinum perseveraſſe, quousque, mortuo Honorato, in ejus locum suffectus est triginta nondum annos natus.*

His de utriusque Hilarii discrimine elucidatis, jam pene nihil de Epistolæ argumento & occasione differendum nobis supereſt: cum abunde patuerit ex his quibus Hilarium nostrum laicalis status fuisse, nec Episcopatus Arelatensis fastigio decoratum asseruimus, ipsum alias consuetudinis Augustini deliciis potitum, & doctrinæ ejus salubri lacte nutritum: tunc vero temporis, ut credibile est, patriæ & consanguineorum conspectui redditum, tanta Augustini meritum venerationc prosecutum, ut se magis exulem reputaret. Videtur autem ab Augustini convictu eo consilio discessisse, ut fratris sui conjugali vinculo alligati salutem procuraret. Hoc autem nutu divino factum probavit eventus. Etenim præter susceptam ab eo gratiæ defensionem in Galliis, ipsius frater de consensu uxoris continentiam amplexus est, quam uterque se ad extremum usque spiritum perfecte servaturos Deo voverunt. Nihil quoque, ut dictum est supra, prohibet, quo minus Hilarium hunc existimemus eumdem esse, qui circiter annum 414. e Sicilia epistolam Augustino de erroribus Pelagianorum scripsit. Præter quam quod animo torquebatur ille ob amissam sancti Doctoris sui præsentiam, summo quoque dolore ipsum afficiebat, quod non solum dogmata tam manifesta, quæ idem sanctus tra-

diderat, respuerentur, sed etiam ab iis qui illa minime caperent reprehenderentur. Quocirca etsi venerationem, quam ex ecclesiastica consuetudine viris ejusmodi superioris ordinis laici debent, religiose exhiberet, tamen oblata occasione non tacebat, sed catholicam doctrinam, pro datis sibi a Deo viribus, tuebatur. Quod quidem præstitit securius feliciusque cum hac Epistola Prosperi Epistolæ sociata, invicti gratiæ Doctoris stylum ad elaborandos libros de Prædestinatione sanctorum, & de Dono perseverantiæ, utrique directos, & a nobis proxime post Epistolam Hilarii subjiciendos, excitavit. De tempore, quo scripta est & directa ad Augustinum hæcce Epistola, satis constat ex his quæ de S. Prosperi Epistola notata sunt in superiori admonitione, scilicet id contigisse circa annum reparatæ salutis 428. aut 429. quibus litteris susceptis, statim S. Augustinus supradictis libris plenissime respondit.

HILARII AD AUGUSTINUM

De eodem argumento.

EPISTOLA*

*Inter Augustinianas 226. Scripta autem eodem tempore quo superior S. Prosperi Epistola.

Domino beatissimo, ac toto affectu desiderando, & multum in Christo suscipiendo patri AUGUSTINO [a] HILARIUS.

1. *Si cessantibus contradicentium quæstionibus gratæ sunt plerumque studiosorum inquisitiones, ut etiam illa quæ absque periculo ignorarentur, ediscant: arbitror gratiorem fore sedulitatem nostræ relationis, quæ dum indicat secundum quorumdam prosecutiones quædam adversantia veritati, non tam sibi quam illis qui turbantur & turbant, per consilium sanctitatis tuæ satagit provideri, Domine beatissime, ac toto affectu desiderande, & multum in Christo suscipiende Pater.*

Massilienſium & aliorum quorumdam in Galliis de prædestinatione ſententia.

2. *Hæc sunt itaque quæ Massiliæ,* [b] *vel aliis etiam locis in Gallia ventilantur. Novum & inutile esse prædicationi, quod quidam secundum propositum* [c] *eligi dicantur, ut id nec arripere valeant nec tenere, nisi credendi voluntate donata. Excludi putant omnem prædicandi vigorem, si nihil quod per* [d] *eum excitetur, in hominibus remansisse dicatur. Consentiunt omnem hominem in Adam periisse, nec inde quemquam posse proprio arbitrio liberari. Sed id conveniens asserunt veritati, vel congruum prædicationi, ut cum prostratis, & numquam suis viribus surrecturis annunciatur obtinendæ salutis occasio; eo merito quo voluerint & crediderint, a suo morbo se posse sanari, & ipsius fidei augmentum, & totius sanitatis suæ consequantur effectum. Ceterum ad nullum opus vel incipiendum, nedum perficiendum, quemquam sibi sufficere posse consentiunt: neque enim alicui operi curationis eorum annumerandum putant, exterrita & supplici voluntate unumquemque ægrotum velle sanari. Quod enim dicitur,* Crede, & salvus eris, *unum horum exigi asserunt, aliud offerri; ut propter id quod exigitur si redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Unde consequens putant, exhibendam ab eo fidem, cujus naturæ id voluntate Conditoris concessum est; & nullam ita depravatam vel extinctam putant, ut non debeat, vel possit se velle sanari; propter quod vel sane-*

a Hic profecto ab Hilario Arelatensi, qui Augustini de prædestinatione sententiam, sicut S. Prosper in superiore epistola scribit, *in querelam habebat*, distinguit se ipse infra n. 10. his verbis: *Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de his quæ nunc edidisti ego dubitem.* Significat præterea ibidem, se ipsius *presentiæ deliciis* aliquando potitum, *uberibusque salubribus nutritum* fuisse. Deinde se laicum esse, n. 9. indicat, ac profecto Augustinum appellat patrem, ab ipsoque vicissim in subsequente libro de Prædestinatione sanctorum cap. 1. filius nuncupatur: quæ sane in Arelatensem episcopum minime conveniunt. Hæc vero fusius probata leguntur in Admonitione præfixa huic Epistolæ.

b Mss. duo Regii, & Colbertinus unus, *vel etiam aliquibus locis.*

c Sic. ms. Colb. alias legebatur, *eligendi.*

d Mss. Reg. duo & Colb. *per eam.*

ſanetur quis a ſua, vel ſi noluerit, cum ſua ægritudine puniatur. Nec negari gratiam, ſi præcedere dicatur talis voluntas, quæ tantum medicum quærat, non autem quidquam ipſa jam valeat. Nam illa teſtimonia, ut eſt illud, Sicut unicuique partitus eſt menſuram fidei, *& ſimilia, ad id volunt valere, ut adjuvetur qui cœperit velle; non ut etiam donetur ut velit, rejectis ab hoc dono aliis pariter reis, & qui poſſent ſimiliter liberari, ſi ea quæ pariter indignis præſtatur credendi voluntas, etiam ipſis ſimiliter præſtaretur. Si autem, ajunt, dicatur vel talem omnibus remanſiſſe, qua vel contemnere quis valeat, vel obedire; de compendio putant rationem reddi electorum* [a] *vel rejectorum, in eo quod unicuique meritum propriæ voluntatis adjungitur.*

Rom. 12. 3

a

3. *Cum autem dicitur eis, quare aliis vel alicubi prædicetur, vel non prædicetur, vel nunc prædicetur quod aliquando pene omnibus, ſicut nunc aliquibus gentibus non prædicatum ſit: dicunt id præſcientiæ eſſe divinæ, ut eo tempore, & ibi, & illis veritas annunciaretur, vel annuncietur, quando & ubi prænoſcebatur eſſe credenda. Et hoc non ſolum aliorum catholicorum teſtimoniis, ſed etiam ſanctitatis tuæ diſputatione antiquiore ſe probare teſtantur; ubi tamen eamdem gratiam non minore veritatis perſpicuitate docueris; ut eſt illud quod dixit ſanctitas tua* in quæſtione contra Porphyrium, de tempore Chriſtianæ religionis,* tunc voluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuam, quando ſciebat, & ubi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant credituri. *Vel illud de libro in epiſtolam ad Romanos:* Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati ejus quis reſiſtit? Cui ſane inquiſitioni, *inquis,* ſic reſpondet, ut intelligamus ſpiritalibus viris, etiam non ſecundum terrenum hominem viventibus, patere poſſe prima merita fidei & impietatis, quomodo Deus præſcientia eligat credituros, & damnet incredulos; nec illos ex operibus eligens, nec iſtos ex operibus damnans, ſed & illorum fidei præſtans, ut bene operentur, & iſtorum impietatem deſerendo obdurans, ut male operentur. *Et iterum in eodem libro ſuperius:* Æquales omnes ſunt ante meritum, nec poteſt in rebus omni modo æqualibus electio nominari. Sed quoniam Spiritus ſanctus non datur niſi credentibus; non quidem Deus eligit opera quæ ipſe largitur, cum dat Spiritum ſanctum, ut per charitatem bona operemur; ſed tam eneligit fidem, quia niſi quiſque credat, & in accipiendi voluntate permaneat, non accipit donum Dei, id eſt Spiritum ſanctum, per quem infuſa charitate bonum poſſit operari. Non ergo eligit opera cujuſquam in præſcientia quæ ipſe donaturus eſt: ſed fidem eligit in præſcientia; ut quem creditурum eſſe præſcivit, ipſum [b] elegerit, cui Spiritum ſanctum daret, ut bona operando etiam [c] æternam vitam conſequeretur. Dicit enim Apoſtolus, Idem Deus qui operatur omnia in omnibus. Nuſquam autem dictum eſt, Deus credit omnia in omnibus. Quod enim credimus, noſtrum eſt; quod autem operamur, illius. *Et cetera in eodem opere, quæ ſe acceptare & probare teſtantur, tamquam convenientia evangelicæ veritati.*

* Epiſt. 102. qu. 2. n. 14.

Rom. 9. 19.

In expoſitione quarumdam propoſitionum epiſt. ad Rom. Prop. 62.

Prop. 60

b

c

1. Cor. 12. 6.

4. *Ceterum præſcientiam, & prædeſtinationem, vel propoſitum, ad id valere contendunt, ut eos præſcierit, vel prædeſtinaverit, vel propoſuerit eligere qui fuerant credituri. Nec de hac fide poſſe dici;* Quid habes quod non accepiſti? *cum in eadem natura remanſerit, licet vitiata, quæ prius ſana ac perfecta donata ſit. Quod autem dicit ſanctitas tua, neminem perſeverare, niſi perſeverandi virtute percepta; hactenus accipiunt, ut quibus datur, inerti licet, præcedenti tamen proprio arbitrio tribuatur: quod ad hoc tantum liberum aſſerunt, ut velit vel nolit admittere medicinam. Ceterum & ipſi abominari ſe & damnare teſtantur, ſi quis quidquam virium in aliquo remanſiſſe,* [d] *quo ad ſanitatem progredi poſſit, exiſtimet. Nolunt autem ita hanc perſeverantiam prædicari, ut non vel ſuppliciter emereri, vel amitti contumaciter poſſit. Nec ad incertum voluntatis Dei deduci ſe volunt, ubi eis, quantum putant, ad obtinendum vel amittendum, evidens eſt* [e] *qualecumque initium voluntatis. Illud etiam teſtimonium quod poſuiſti,* Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus; *tamquam non canonicum definiunt omittendum. Unde illam præſcientiam ſic accipiunt, ut propter fidem futuram intelligendi ſint præſciti: nec cuiquam* [f] *talem dari perſeverantiam a qua non permittatur prævaricari, ſed a qua poſſit ſua voluntate deficere &* [g] *infirmari.*

1. Cor. 4. 7. Eorumdem de perſeverantiæ dono contra Auguſtinum ſententia.

d

e

Sap. 4. 11.

f

g

5. *Aſſerunt* [h] *inutilem exhortandi conſuetudinem, ſi nihil in homine remanſiſſe dicatur quod correptio valeat excitare: quod quidem*

h

a Mſ. Colb. *& rejectorum.*
b Mſſ. Reg. duo & Colb. unus, *eligeret.*
c Mſ. Reg. unus, *& etiam vitam æternam:* alter, *etiam vitam conſequeretur.*
d Mſ. Reg. *quod ad ſanitatem.*
e Mſſ. Reg. duo & Colb. *qualecumque ſit.*
f Mſ. Regius. *nec cuiquam dari perſeverantiam, a qua non permittitur.*
g Id vetus codex Corb. ad ſequentem ſententiam ſic revocat: *Et infirmari aſſerunt tam utilem exhortandi conſuetudinem.*
h Mſ. Colb. *Aſſerunt tamen inutilem,* &c.

dem ineſſe naturæ ſic ſe dicere confitentur, ut hoc ipſo quod ignoranti veritas prædicatur, ad beneficium præſentis gratiæ referendum ſit. Nam ſi ſic prædeſtinati ſunt, inquiunt, ad utramque partem, ut de aliis ad alios nullus poſſit accedere, quo pertinet tanta extrinſecus correptionis inſtantia, ſi non ab homine, & ſi non fides integra, ſaltem vel dolor compunctæ infirmitatis exoritur, aut periculum demonſtratæ mortis horretur? Nam ſi non poteſt timere quis unde terretur, niſi ea voluntate quæ ſumitur: non ex eo [a] *culpandus quod nunc non vult; ſed in eo & cum eo, qui ſic aliquando* [b] *noluit, ut eam damnationem cum ſuis poſteris mereretur incurrere, ut numquam recta, ſemper autem prava vellet appetere. Si autem eſt qualiſcumque dolor qui ad exhortationem corripientis oriatur: hanc ipſam dicunt cauſſam, propter quam vel rejiciatur alius, vel alius aſſumatur: atque ita non opus eſſe partes conſtitui, quibus nec adjiciendum ſit aliquid, nec detrahendum.*

6. *Deinde moleſte ferunt, ita dividi gratiam, quæ vel tunc primo homini data eſt, vel nunc* [c] *omnibus datur*, ut ille acceperit perſeverantiam, non qua fieret ut perſeveraret, ſed ſine qua per liberum arbitrium perſeverare non poſſet: nunc vero ſanctis in regnum per gratiam prædeſtinatis non tale adjutorium perſeverantiæ detur, ſed tale ut eis perſeverantia ipſa donetur; non ſolum ut ſine iſto dono perſeverantes eſſe non poſſint, verum etiam ut per hoc donum non niſi perſeverantes ſint. *His verbis ſanctitatis tuæ ita moventur, ut dicant quamdam deſperationem hominibus exhiberi. Si enim, ajunt, ita Adam adjutus eſt, ut & ſtare poſſet in juſtitia, & a juſtitia declinare; & nunc ita ſancti juvantur, ut declinare non poſſint, ſiquidem eam acceperunt volendi perſeverantiam, ut aliud velle non poſſint; vel ſic quidam deſeruntur, ut aut nec accedant, aut ſi acceſſerint, & recedant: ad illam voluntatem pertinuiſſe dicunt exhortationis vel comminationis utilitatem, quæ & perſiſtendi & deſiſtendi obtinebat liberam poteſtatem; non ad hanc, cui nolle juſtitiam inevitabili neceſſitate conjunctum eſt; præter illos qui ſic concreati ſunt his, qui cum univerſa maſſa damnati ſunt, ut exciperentur per gratiam liberandi. Unde in hoc ſolo volunt a primo homine omnium diſtare naturam, ut illum integris viribus voluntatis, gratia juvaret volentem, ſine qua perſeverare non poterat; hos autem, amiſſis & perditis viribus, credentes tantum, non ſolum erigat proſtratos, verum etiam ſuffulciat ambulantes. Ceterum quidquid libet donatum ſit prædeſtinatis, id poſſe & amitti & retineri propria voluntate contendunt. Quod tunc falſum eſſet, ſi verum putarent eam quoſdam perſeverantiam percepiſſe, ut niſi perſeverantes eſſe* [d] *non poſſint.*

7. *Inde eſt quod & illud pariter non accipiunt, ut eligendorum rejiciendorumque eſſe definitum numerum* [e] *velint: atque illius ſententiæ expoſitionem, non eam quæ a te eſt deprompta ſuſcipiant; id eſt, ut nonniſi omnes homines ſalvos fieri velit, & non eos tantum qui ad ſanctorum numerum pertinebunt; ſed omnes omnino, ut nullus habeatur exceptus. Nec hoc timendum, quod quidam eo invito perire dicantur: ſed quomodo, ajunt, non vult a quoquam peccari vel deſeri juſtitiam, & tamen jugiter illa deſeritur contra ejus voluntatem, committunturque peccata; ita eum* [f] *ſalvari velle omnes homines, nec tamen omnes homines* [g] *ſalvari. Teſtimonia etiam Scripturæ quæ de Saule vel de David poſuiſti, non pertinere putant ad quæſtionem quæ de exhortatione verſatur.* [h] *Alia autem ad id referunt, ut ex his eam gratiam accipiant commendari, qua unuſquiſque poſt voluntatem juvatur; vel ad ipſam vocationem, quæ præſtatur indignis. Hoc enim & illis locis tuorum opuſculorum, & aliorum, quæ perſequi longum eſt, ſe demonſtrare teſtantur.*

8. *Parvulorum autem cauſſam ad exemplum majorum non patiuntur afferri. Quam & tuam ſanctitatem dicunt eatenus attigiſſe, ut incertum eſſe volueris, ac potius de eorum pœnis malueris dubitari. Quod in libro tertio de Libero arbitrio ita poſitum meminiſti, ut hanc eis occaſionem potuerit exhibere. Hoc etiam de aliorum libris, quorum eſt in Eccleſia auctoritas, faciunt: quod perſpicit ſanctitas tua non parum poſſe juvare contradictores, niſi majora, aut certe* [i] *vel paria proferantur a nobis. Non enim ignorat prudentiſſima pietas tua, quanto plures ſint in Eccleſia, qui auctoritate nominum in ſententia teneantur,* [k] *aut a ſententia transferantur. Ad ſummam, fatigatis omnibus nobis, ad id* [l] *proſecutio*

a Mſſ. tres, *culpandam*; ſupple, *inquiunt*.
b Mſ. Reg. unus, *voluit*.
c Mſſ. Reg. duo & Colb. unus, *omnibus detur*.
d Apud Auguſt. tom. 10. *non poſſent*.
e Plures Mſſ. *nolint*.
f Mſ. Reg. unus, *ſalvare velle*.
g Aliquot Mſſ. *velle ſalvari*.
h Quidam legunt. *Alii*.
i Mſ. Reg. unus, *aut certe paria*.
k Mſ. Reg. unus, *aut ad ſententiam*.
l Mſ. Colb. *perſecutio*.

a
b
c Libr. de Corrept. & grat. c. 11. & 12.
d Lib. de corr. & grat. c. 13. & 14.
e
f
g
1. Reg. 10. 25.
1. Par. 12. 18.
h
1. Tim. 2. 4.
i
Cap. 23.
k
l

tio eorum, vel potius querela convertitur, consentientibus etiam his qui hanc definitionem improbare non audent, ut dicant: Quid opus fuit hujuscemodi disputationis incerto tot minus intelligentium corda turbari? Neque enim minus utiliter sine hac definitione, ajunt, tot annis a tot tractatoribus, tot præcedentibus libris & tuis & aliorum, cum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, catholicam fidem fuisse defensam.

9. Hæc, mi pater, & alia interminabiliter plura, ut summa mea vota confitear, per me deferre maluissem; vel, quia hoc non merui, saltem prolixiore tempore omnia, quibus moventur, collecta dirigere; ut quidquid de hac re contradicitur quatenus refelli, vel, si id non potest, tolerari deberet, audirem: sed quia neutrum ex voto provenit, malui, quomodo potui, hæc comprehensa dirigere; quam penitus de tanta quorumdam contradictione reticere. Sunt ex parte tales personæ, ut his consuetudine ecclesiastica laicos summam reverentiam necesse sit exhibere. Quod quidem ita curavimus Deo juvante servare, ut cum opus fuit non taceremus, quæ [a] *ad quæstionis hujus assertionem exiguitas nostrarum virium suggerebat. Sed nunc summatim, quantum festinatio perlatoris admisit, hæc velut commonendo suggessi. Tuæ sanctæ prudentiæ est dispicere quid facto opus sit; ut talium & tantorum superetur, vel temperetur intentio. Cui ego jam parum prodesse existimo te reddere rationem; nisi & addatur auctoritas, quam transgredi infatigabiliter contentiosa corda non possint. Sed plane illud tacere non debeo, quod se dicant tuam sanctitatem, hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari. Tuum erit decernere, quomodo sit in hoc eorum contradictio toleranda. Nec mirerit quod aliter vel aliqua in hac epistola addidi, quantum puto, quæ in superiore non dixeram: talis est enim nunc eorum definitio, præter illa quæ per festinationem aut oblivionem fortasse præterii.*

10. Libros *, *cum editi fuerint, quos de universo opere* [b] *tuo moliris, quæso habere mereamur: maxime ut per eorum auctoritatem, si qua tibi in tuis displicent, a dignitate tui nominis jam non trepidi sequestremus. Librum etiam de Gratia & Libero arbitrio non habemus; supersit ut eum, quia utilem quæstioni confidimus, mereamur accipere. Nolo autem sanctitas tua sic me arbitretur hæc scribere, quasi de iis quæ nunc edidisti, ego dubitem. Sufficiat mihi pœna mea, quod a præsentiæ tuæ delitiis exulatus,* * *ubi salubribus tuis uberibus nutriebar, non solum absentia tua crucior, verum etiam pervicacia quorumdam, qui non tantum manifesta respuunt, sed etiam non intellecta reprehendunt. Ceterum hac suspicione in tantum careo, ut potius infirmitatem meam, qua tales parum patienter fero, notabilem putem. Qualiter autem ad hæc consulendum judices, ut dixi, tuæ sapientiæ derelinquo. Nam ad me hoc pertinere credidi, pro ea quam Christo vel tibi debeo charitate, ut quæ in quæstionem veniunt, non tacerem. Quidquid pro ea gratia, quam in te pusilli cum magnis miramur, volueris aut valueris, gratissime accipiemus, tamquam a nobis carissima, & reverentissima auctoritate decretum. Sane quia urgente perlatore, timui* [c] *ne vel non omnia, vel hæc ipsa minus digne, conscius mearum virium, possem dirigere; egi cum* * *viro, tum moribus, tum eloquio, & studio claro, ut quanta posset collecta suis litteris intimaret; quas conjunctas his destinare curavi. Est enim talis qui etiam præter hanc necessitatem, dignus tuæ sanctitatis notitia judicetur. Sanctus Leontius Diaconus cultor tuus, cum* [d] *meis parentibus multum te salutat. Memorem mei paternitatem tuam Dominus Christus Ecclesiæ suæ annis pluribus donare dignetur, Domine Pater.* Et infra: *Sciat sanctitas tua, fratrem meum, cujus maxime causa hinc discessimus, cum matrona sua ex consensu perfectam Deo continentiam devovisse. Unde rogamus sanctitatem tuam, ut orare digneris, quo hoc ipsum in eis Dominus confirmare, & custodire dignetur.*

b

* Hilarius Augustini se fuisse discipulum indicat.

c

* Prosperum intelligere videtur, cujus præcedit epistola.

d

Continentiæ perpetuæ votum mutuo inter conjugatos consensu initum.

* Retractationum libros intelligit.

ADMO-

[a] Mss. Reg. unus, *usque ad.*
[b] Abest vox hæc, *tuo*, a Mss. tribus.
[c] Mss. Reg. unus, *timui me, vel... posse dirigere.*
[d] Mss. Colb. *meis patribus.*

ADMONITIO
IN LIBRUM PRIMUM S. AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

De Prædestinatione Sanctorum, ad Prosperum & Hilarium.

Libri duo qui apud S. Augustinum inscribuntur de Prædestinatione Sanctorum, tanta affinitate connectuntur tum prioribus duabus Epistolis S. Prosperi & Hilarii, tum reliquis omnibus operibus sancti Doctoris nostri, qui fidelissimum sancti Hipponensis Antistitis discipulum & vindicem ubique se exhibuit; ut sicut media tantum pars difficultatum, quibus territi Massilienses, aliique Galli S. Augustini doctrinæ usquequaque acquiescere renuerunt, a nobis exposita fuisset, nisi S. Prosperi Epistolam subsecuta esset Hilarii, ejus hac in disputatione commilitonis, ad eumdem Augustinum Epistola: sic frustra, & fortasse non sine aliquo periculo, lectoribus exhibuissemus, ejuscemodi difficultatum, quæ istis hominibus videbantur, portenta; nisi statim exhibitis eodem in opere eximiis & invictis sancti Doctoris gratiæ responsionibus, quas hi duo libri complectuntur, fidem orthodoxam omni ex parte sartam & tectam, ut ajunt, curassemus. Alias vero etiam subsecutæ S. Prosperi elucubrationes adversus eosdem conscriptæ aliqua sui luce privatæ videri possent: cum hinc occasio sancto Doctori nostro nata sit scribendi contra Semipelagianos, quod duobus libris istis sancti Augustini non convicti, propter pertinaciam, immo sub tanta luce cæcutientes, varias subinde ex his ipsis libris absurditates hausisse se jactarint, quibus sæpius replicatis, tanti Magistri doctrinam in odium majus apud homines, perverso sanctorum ejus dictorum usu, adducere conarentur. Lectis enim sedulo omni acceptione dignissimis libris de Prædestinatione sanctorum; & lux singularis affulget tam præcedentibus quam subsequentibus operibus, & mirus inter sanctum Doctorem gratiæ, humillimumque ejus in omnibus discipulum consensus statim elucescit. Quibus adde quod, cum hocce opus ad Prosperum & Hilarium dirigatur ab ipso doctissimo auctore, a Prosperi fortunis sejungi jure merito non possit.

Augustinus autem quamquam moleste ferebat, quod Catholico dogmati, divinis testimoniis tam multis tamque manifestis confirmato quisquam adversari auderet; Prosperi tamen & Hilarii, virorum, uti diximus, laicorum, quos ipse filios carissimos appellat, studio & pia erga errantes sollicitudine permotus, duos ipsorum nomini, id est, ad Prosperum & Hilarium *scripsit libros, utrosque in vetere Noallensi codice, in Pratellensi, ac Metensi (ut observarunt doctissimi operum S. Augusti-*

ni Editores Sangermanenſes Monachi) & *ab ipſo Proſpero*, de Prædeſtinatione ſanctorum *nuncupatos: ſed poſterior tamen jam olim, titulo forſitan per amanuenſes mutato*, de Dono perſeverantiæ *vocitatur.*

Priore libro monſtrat Auguſtinus, donum Dei eſſe non ſolum incrementum, ſed ipſum quoque initium fidei. Hac de re ſe aliter ſenſiſſe aliquando, & in opuſculis a ſe nondum epiſcopo ſcriptis erraſſe non diffitetur, & ſpeciatim in illa quam objecerant, Expoſitione propoſitionum ex Epiſtola ad Romanos: at poſtea convictum ſe indicat hoc præcipue teſtimonio, Quid autem habes, quod non accepiſti? *quod teſtimonium de ipſa etiam fide accipiendum probat. Fidem docet inter alia numerandam eſſe opera, quibus Dei gratiam præveniri negat Apoſtolus, cum dicit,* Non ex operibus. *Gratia duritiam cordis auferri: & ad Chriſtum venire omnes qui a Patre docentur ut veniant; quos autem docet, miſericordia docere; & quos non docet, judicio non docere. Locum ex ſua ipſius epiſtola* 102. *quæſt.* 2. *de tempore Chriſtianæ religionis, qui a Semipelagianis objiciebatur, poſſe recte, ſalva gratiæ ac Prædeſtinationis doctrina explicari. Obſervat quid inter gratiam interſit & prædeſtinationem. Porro prædeſtinatione Deum ea præſciviſſe, quæ fuerat ipſe facturus. Prædeſtinationis adverſarios, qui ad incertum voluntatis Dei deduci ſe nolle dicebantur, miratur malle ſe ipſos infirmitati ſuæ, quam firmitati promiſſionis Dei committere. Eoſdem hac auctoritate,* Si credideris, ſalvus eris, *abuti demonſtrat. Gratiæ ac prædeſtinationis veritatem relucere in parvulis qui ſalvantur, nullis ſuis meritis diſcreti a ceteris qui pereunt: non enim inter eos diſcerni ex præſcientia meritorum, quæ ſi diutius viverent, fuerant habituri. Ab adverſariis illud injuria tamquam non Canonicum teſtimonium reſpui, quod in eam rem attulit,* Raptus eſt ne malitia *&c. Præclariſſimum exemplum Prædeſtinationis & gratiæ eſſe ipſum Salvatorem, qui ut Salvator & Filius Dei unigenitus eſſet, nullis præcedentibus vel operum vel fidei meritis comparavit. Prædeſtinatos vocari certa quadam electorum propria vocatione; eoſque ante mundi conſtitutionem electos eſſe, non quia crediturі præſciebantur & futuri ſancti, ſed ut tales eſſent per ipſam electionem gratiæ.*

Rivius, lib. 4. c. 10. n. 3.

Obſervant autem quidam rem ab Auguſtino libris illis duobus contra adverſarios tractatam tanta luce atque energia, ut non tam ingenii vires intendiſſe, quam divino afflante Spiritu locutus fuiſſe videatur. Tam eximium opus, eorum quæ poſt Retractationes perfecte abſolvere ipſi licuit, forte ultimum, eximia peroratione vir ſanctus exornavit, ſummam illic animi ſui

„ *modeſtiam conſignatam relinquens extremis hiſce verbis: Qui legunt hæc,*
„ *ſi intelligunt, gratias Deo agant: qui autem non intelligunt, orent ut*
„ *eorum ille ſit doctor interior, a cujus facie eſt ſcientia & intellectus. Qui*
„ *vero errare me exiſtimant, etiam atque etiam diligenter quæ ſunt dicta*
„ *conſiderent, ne fortaſſis ipſi errent. Ego autem cum per eos, qui meos*
„ *labores legunt, non ſolum doctior, verum etiam emendatior fio, propitium*
„ *mihi Deum agnoſco: & hoc per Eccleſiæ doctores maxime expecto, ſi*
„ *& in ipſorum manus venit, dignanturque noſſe quod ſcribo.*

No-

Notavit insuper Bellarminus, præter generalem quam Gelasius Papa, inter alios multos summos Pontifices, sancti Augustini operibus concessit approbationem, specialiter hos libros ab eo probari, cum libros Cassiani, Faustique reprobavit. Sed Gelasio successor Hormisdas, hæc ipsa expressissimis verbis laudavit. Etsi enim non multum faveret Monachis Scythiæ, qui doctrinam S. Augustini contra Faustum tuendam susceperant, hoc tamen caussæ illorum indulget ut dicat, de arbitrio libero & gratia Dei quid Romana, hoc est Catholica sequatur & servet Ecclesia, in variis libris beati Augustini, & maxime ad Prosperum & Hilarium, abunde cognosci posse. *Sed & Concilium Episcoporum in Sardinia exulum pro Christi deitatis Confessione, hæc Hormisdæ verba citans, ait, præ omnibus libros hosce sancti Augustini iis legendos, qui prædestinationem sanctorum pertinaci animositate impugnant. Quin etiam a Concilio II. Arausicano approbati, ut fuerant jam a Gelasio, dici possunt, iis omnibus canonibus quibus Semipelagianorum errores confodiuntur: in quibus Catholicæ Ecclesiæ expressæ decisiones animadvertere est, à quibus nulli fideli declinare liceat, quin prævaricationis crimine teneatur. Quintus horum Canonum totus ex libro de Prædestinatione sanctorum expressus agnoscitur. Unde a Remigio Lugdunensi Episcopo, & aliis noni sæculi auctoribus, in disputationibus citati leguntur. Facundus vero longum ex primo eorum libro locum assumit, quo incomparabilis ille fidei prædicator, virque vere apostolicus, allato Christi Domini exemplo, gratiam non secundum merita dari arguit. Denique ante hos sanctus Fulgentius, adducto ex his libris testimonio, Deum ea tantum quæ ipse facturus sit prædestinasse ostendit. Sed de his satis.*

Epist. 70. ad Possessorem.

Lib. de tenenda verit. Script. c. 9.

Lib. 1. de dupl. præd. ad Monimum, c. 9

SANCTI AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI,
DE PRÆDESTINATIONE SANCTORUM
AD PROSPERUM ET HILARIUM.
LIBER PRIMUS;*

*Scriptus post Retractationum libros, anno Christi 428. aut 429.

IN quo Prædestinationis & gratiæ veritas propugnatur contra Semipelagianos, homines videlicet a Pelagiana hæresi omnino nequaquam recedentes, dum salutis initium ac fidei ex nobis ipsis esse volunt, ut hoc tamquam merito præcedente, cætera bona dono Dei consequantur. Ostendit Augustinus donum Dei esse, non solum incrementum, sed ipsum quoque initium fidei. Hac de re se aliter sensisse aliquando, & in opusculis ante suum episcopatum scriptis erasse non diffitetur, velut in illa quam objectant Expositione propositionum ex epistola ad Romanos. At postea convictum se indicat hoc præcipue testimonio; *Quid autem habes, quod non accepisti?* quod testimonium de ipsa etiam fide accipiendum probat. Fidem inter alia numerandam esse opera, quibus gratiam Dei præveniri negat Apostolus, cum dicit, *Non ex operibus*. Gratia duritiam cordis auferri, & ad Christum venire omnes qui a Patre docentur ut veniant: quos autem docet misericordia docere & quos non docet, judicio non docere. Locum ex ipsius epistola 102. quæst. 2. de tempore Christianæ religionis, qui a Semipelagianis allegatur, posse recte, salva gratiæ ac prædestinationis doctrina explicari. Docet quid inter gratiam intersit & prædestinationem. Porro prædestinatione Deum ea præsci visse, quæ fuerat ipse facturus. Prædestinationis adversarios, qui ad incertum voluntatis Dei deduci se nolle dicuntur, miratur malle se ipsos infirmitati suæ, quam firmitati promissionis Dei committere. Eosdem hac auctoritate, *Si credideris, salvus eris*, abuti commonstrat. Gratiæ ac prædestinationis veritatem elucere in parvulis qui salvantur nullis suis meritis discreti a cæteris qui pereunt. Non enim inter eos discerni ex præscientia meritorum, quæ si diutius viverent fuerant habituri. Ab adversariis illud injuria tamquam non canonicum testimonium respui, quod in eam rem attulit, *Raptus est ne malitia, &c.* Præclarissimum exemplum prædestinationis & gratiæ esse ipsum Salvatorem, qui ut Salvator & Filius Dei unigenitus esset, nullis præcedentibus vel operum vel fidei meritis comparavit. Prædestinatos vocari certa quadam electorum propria vocatione, atque ante mundi constitutionem electos esse, non quia crediturі præsciebantur & futuri sancti, sed ut tales essent per ipsam electionem gratiæ.

CAPUT I.

1. DIxisse quidem Apostolum scimus in Epistola ad Philippenses, *Eadem scribere vobis, mihi quidem non pigrum, vobis autem tutum est*. Idem tamen scribens ad Galatas, cum se satis apud eos egisse perspiceret, quod illis per ministerium sermonis sui necessarium esse cernebat: *De cætero*, inquit, *laborem mihi nemo præstet*: vel, sicut in plerisque codicibus legitur; *nemo mihi molestus sit*. Ego autem quamvis me moleste ferre confitear, quod divinis eloquiis quibus Dei gratia prædicatur, (quæ omnino nulla est, si secundum merita nostra datur,) tam multis manifestisque non creditur: vestrum tamen studium, fraternamque dilectionem, filii carissimi Prosper & Hilari, qua eos qui tales sunt, ita non vultis errare, ut post tot libros de hac re vel epistolas meas, adhuc me desideretis hinc scribere, tantum amo, quantum non possum dicere; & tantum me amare, quantum debeo, non audeo dicere. Quapropter ecce rescribo vobis, & licet jam non vobiscum, tamen etiam per vos adhuc ago, quod me satis egisse credebam.

Philip. 3. 1

Gal. 6. 17.

2. Consideratis enim litteris vestris, videre mihi videor eos fratres, pro quibus geritis piam curam, ne teneant poeticam sententiam qua dictum est, Spes sibi quisque: & in illud incurrant quod non poetice, sed prophetice dictum est, *Maledictus omnis qui spem habet in homine*: eo modo esse tractandos, quo tractavit Apostolus, quibus ait, *Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus revelabit*. Adhuc quippe in quæstione caligant de Prædestinatione sanctorum: sed habent unde si quid aliter in ea sapiunt, hoc quoque illis revelet Deus, si in eo ambulent in quod pervenerunt. Propter quod Apostolus cum dixisset, *Si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus revelabit: verumtamen*, inquit, *in quod pervenimus, in eo ambulemus*. Pervenerunt autem isti fratres nostri, pro quibus sollicita est pia charitas vestra,

Virgil. lib. 2. Æneid.

Jer. 17. 5.

Phil. 3. 15

Ibid. 16. Quatenus a Selagianis recesserint Massilienses.

V. supra Hilarii epist. n. 2.

stra, ut credant cum Ecclesia Christi, peccato primi hominis obnoxium nasci genus humanum, nec ab isto malo nisi per justitiam secundi hominis aliquem liberari. Pervenerunt etiam, ut præveniri voluntates hominum Dei gratia fateantur, atque ad nullum opus bonum vel incipiendum vel perficiendum sibi quemquam sufficere posse consentiant. Retenta ergo ista in quæ pervenerunt, plurimum eos a Pelagianorum errore discernunt. Proinde si in eis ambulent, & orent eum qui dat intellectum, si quid de Prædestinatione aliter sapiunt, ipse illis hoc quoque revelabit: tamen etiam nos impendamus eis dilectionis affectum ministeriumque sermonis, sicut donat ille quem rogavimus, ut in his litteris ea quæ illis essent apta & utilia diceremus. Unde enim scimus ne forte Deus noster id per hanc nostram velit efficere servitutem, qua eis in Christi libera caritate servimus?

CAPUT II.

Fidei etiam initium esse ex Dei dono.

1. PRius itaque fidem qua Christiani sumus, donum Dei esse debemus ostendere: si tamen diligentius id facere possumus, quam in voluminibus tot tantisque jam fecimus. Sed nunc eis respondendum esse video, qui divina testimonia, quæ de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt valere, ut noverimus ex nobis quidem nos habere ipsam fidem, sed incrementum ejus ex Deo: tamquam fides non ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tantum augeatur in nobis, eo merito, quo cœpit a nobis. Non ergo receditur ab ea sententia, quam Pelagius ipse in episcopali judicio Palæstino, sicut eadem gesta testantur, damnare compulsus est, *Gratiam Dei secundum merita nostra dari;* si non pertinet ad Dei gratiam quod credere cœpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusque credamus: ac per hoc, initium fidei nostræ priores damus Deo, ut retribuatur nobis & supplementum ejus, & si quid aliud fideliter poscimus.

* *Lib. de Gestis Pelagii, cap. 14.*

Rom. 11. 35.

2. Sed contra hæc cur non potius audimus: *Quis prior dedit ei, & retribuetur illi? quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia.* Et ipsum igitur initium fidei nostræ, ex quo, nisi ex ipso est? Neque enim hoc excepto ex ipso sunt cætera: sed *ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.* Quis autem dicat eum qui jam cœpit credere, ab illo in quem credidit nihil mereri? Unde fit, ut jam merenti cætera dicantur addi retributione divina, ac per hoc gratiam Dei secundum merita nostra dari: quod objectum sibi Pelagius, ne damnaretur, ipse damnavit. Quisquis igitur hanc damnabilem vult ex omni parte vitare sententiam, veraciter intelligat dictum quod Apostolus ait: *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo.* Utrumque ostendit Dei donum, quia utrumque dixit esse donatum. Nec ait, ut plenius & perfectius credatis in eum: sed, *ut credatis in eum.* Nec seipsum misericordiam consecutum dixit ut fidelior, sed ut fidelis esset: quia sciebat non se initium fidei suæ priorem dedisse Deo, & retributum sibi ab illo ejus augmentum; sed ab eo se factum fidelem, a quo & Apostolus factus est. Nam scripta sunt etiam fidei ejus initia, suntque ecclesiastica celebri lectione notissima. Aversus quippe a fide quam vastabat, eique vehementer adversus, repente est ad illam gratia potentiore conversus: convertente illo cui hoc ipsum facturo per Prophetam dictum est, *Tu convertens vivificabis nos*: ut non solum ex nolente fieret volens credere, verum etiam ex persecutore persecutionem in ejus fidei, quam persequebatur, defensione pateretur. Donatum quippe illi erat a Christo, non solum ut crederet in eum, verum etiam ut pateretur pro eo.

Philip. 1. 29.

1. Cor. 7. 25.

Act. 9.

Ps. 84. 7.

3. Et ideo commendans istam gratiam, quæ non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: *Non quia idonei sumus*, inquit, *cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Attendant hic, & verba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cœptum, & ex Deo esse fidei supplementum. Quis enim non videat, prius esse cogitare quam credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitaverit esse credendum. Quamvis enim raptim, quamvis celerrime credendi voluntatem quædam cogitationes antevolent, moxque illa ita sequatur, ut quasi conjunctissima comitetur: necesse est tamen ut omnia quæ creduntur, prævenientе cogitatione credantur. Quamquam & ipsum credere nihil aliud est, quam cum assensione cogitare. Non enim omnis qui cogitat, credit; cum ideo cogitent plerique, ne credant: sed cogitat omnis qui credit, & credendo cogitat, & cogitando credit. Quod ergo pertinet ad religionem atque pietatem, (de qua loquebatur Apostolus,) si non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est; profecto non sumus idonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod sine cogitatione non possumus, sed sufficientia nostra qua credere incipiamus, ex Deo est. Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipiendum vel perficiendum quodcumque opus bonum; quod jam isti fratres, sicut vestra scripta indicant, verum esse consentiunt; unde in omni opere bono & incipiendo & perficiendo sufficientia nostra ex Deo est: ita nemo sibi sufficit vel ad incipiendam vel ad perficiendam fidem, sed sufficientia nostra ex Deo est: quoniam fides si non cogitetur, nulla est; & non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.

2 Cor. 3. 5

Credere est cum assensione cogitare.

Hilar. supra in ep. n. 2.

4. Cavendum est, fratres dilecti a Deo, ne homo se extollat adversus Deum, cum se dicit facere quod promisit Deus. Nonne fides gentium promissa est Abrahæ, & ille *dans gloriam Deo, plenissime credidit; quoniam quod promisit, potens est & facere?* Ipse igitur fidem gentium facit, qui potens est facere quod promisit. Porro si operatur Deus fidem nostram, miro modo agens in cordibus nostris ut credamus, numquid metuendum est, ne totum facere non possit; & ideo homo sibi primas ejus vindicat partes, ut novissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliud agitur isto modo, nisi ut gratia Dei secundum merita nostra detur quolibet modo, ac sic gratia jam non sit gratia. Redditur namque hoc pacto debita, non donatur gratis: debetur enim credenti, ut a Domino ipsa fides ejus augeatur, & sit merces fidei cœptæ, fides aucta: nec attenditur cum hoc dicitur, non secundum gratiam, sed secundum debitum istam mercedem credentibus imputari. Cur autem non totum tribuatur homini, ut qui sibi potuit instituere quod non habebat, ipse quod instituit augeat, omnino non video: nisi quia resisti non potest divinis manifestissimis testimoniis, quibus & fides, unde pietatis exordium sumitur, donum Dei esse monstratur: quale est illud, quod *unicuique Deus partitus est mensuram fidei:* & illud, *Pax fratribus, & charitas cum fide a Deo Patre & Domino Jesu Christo:* & cætera talia. Nolens ergo his tam claris testimoniis repugnare, & tamen volens a seipso sibi esse quod credit, quasi componit homo cum Deo, ut partem fidei sibi vindicet, atque illi partem relinquat: &, quod est elatius, primam tollit ipse,

Rom. 4. 20 & 21.

Rom. 11. 6.

Rom. 12. 3 Ephes. 6. 23.

se, sequentem dat illi; & in eo quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem Deum.

CAPUT III.

Lib. 3. ad Quirinum cap. 4.

1. NON sic pius atque humilis doctor ille sapiebat, Cyprianum beatissimum loquor, qui dixit, *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit*. Quod ut ostenderet, adhibuit Apostolum testem, dicentem, *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Quo præcipue testimonio etiam ipse convictus sum, cum similiter errarem, putans fidem qua in Deum credimus, non esse donum Dei, sed a nobis esse in nobis, & per illam nos impetrare Dei dona, quibus temperanter, & juste, & pie vivamus in hoc sæculo. Neque enim fidem putabam Dei gratia præveniri, ut per illam nobis daretur quod posceremus utiliter; nisi quia credere non possemus, si non præcederet præconium veritatis: ut autem prædicato nobis Evangelio consentiremus, nostrum esse proprium, & nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meum errorem nonnulla opuscula mea satis indicant, ante episcopatum meum scripta. In quibus est illud quod commemoratis in litteris* vestris, ubi est expositio quarumdam propositionum ex Epistola quæ est ad Romanos. Denique cum mea cuncta opuscula retractarem, eamque retractationem stilo prosequerer, cujus operis jam duos absolveram libros, ante quam scripta vestra prolixiora sumpsissem, cum ad hunc librum retractandum in primo „ volumine* pervenissem, sic inde locutus sum: Item „ disputans, inquam, quid elegerit Deus in nondum „ nato, cui dixit serviturum esse majorem; & quid „ in eodem majore similiter nondum nato reproba„ verit; de quibus propter hoc commemoratur, „ quamvis longe postea prolatum, propheticum te„ stimonium; *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*; „ ad hoc perduxi ratiocinationem, ut dicerem, „ Non ergo elegit Deus opera cujusquam in præ„ scientia, quæ ipse daturus est; sed fidem elegit in „ præscientia, ut quem sibi crediturum esse præsci„ vit, ipsum elegerit, cui Spiritum sanctum daret, „ ut bona operando, etiam æternam vitam conse„ queretur. Nondum diligentius quæsiveram, nec „ adhuc inveneram, qualis sit electio gratiæ, de „ qua idem dicit Apostolus, *Reliquiæ per electio„ nem gratiæ salvæ factæ sunt*. Quæ utique non est „ gratia si eam merita ulla præcedant: ne jam quod „ datur non secundum gratiam, sed secundum de„ bitum, reddatur potius meritis, quam donetur. „ Proinde quod continuo dixi, Dicit enim idem „ Apostolus, *Idem Deus qui operatur omnia in om„ nibus*, nusquam autem dictum est, Deus credit „ omnia in omnibus: ac deinde subjunxi; Quod „ ergo credimus, nostrum est: quod autem bonum „ operamur, illius est qui credentibus dat Spiritum „ sanctum: profecto non dicerem, si jam scirem „ etiam ipsam fidem inter Dei munera reperiri, quæ „ dantur in eodem Spiritu. Utrumque ergo nostrum „ est, propter arbitrium voluntatis; & utrumque „ tamen datum est per spiritum fidei & charitatis. „ Neque enim sola charitas; sed, sicut scriptum est; „ *Charitas cum fide a Deo Patre, & Domino Jesu „ Christo*. Et quod paulo post dixi, Nostrum est „ enim credere & velle; illius autem, dare creden„ tibus & volentibus facultatem bene operandi per „ Spiritum sanctum, per quem charitas diffunditur „ in cordibus nostris: verum est quidem; sed ea„ dem regula, & utrumque ipsius est, quia ipse „ præparat voluntatem, & utrumque nostrum, „ quia non fit nisi volentibus nobis. Ac per hoc „ quod etiam postea dixi; Quia neque velle possu„ mus, nisi vocemur; & cum post vocationem vo„ luerimus, non sufficit voluntas nostra, & cursus „ noster, nisi Deus & vires currentibus præbeat, & „ perducat quo vocat: ac deinde subjunxi, Mani„ festum est ergo non volentis neque currentis, sed „ miserentis Dei esse quod bene operamur: omni„ no verissimum est. Sed parum de ipsa vocatione „ disserui, quæ sit secundum propositum Dei: non „ enim omnium qui vocantur talis est, sed tantum „ electorum. Itaque quod paulo post dixi; Sicut „ enim in his quos elegit Deus, non opera, sed fi„ des inchoat meritum, ut per munus Dei bene ope„ rentur; sic in his quos damnat, infidelitas & im„ pietas inchoat pœnæ meritum, ut per ipsam pœ„ nam etiam male operentur; verissime dixi, sed „ fidei meritum etiam ipsum esse donum Dei, nec „ putavi quærendum esse, nec dixi. Et alio loco; „ Cujus enim miseretur, inquam, facit eum bene „ operari; & quem obdurat, relinquit eum ut ma„ le operetur: sed & illa misericordia præcedenti „ merito fidei tribuitur, & ista obduratio præceden„ ti iniquitati. Quod quidem verum est: sed adhuc „ quærendum erat, utrum & meritum fidei de mi„ sericordia Dei veniat: id est, utrum ista miseri„ cordia ideo tantummodo fiat in homine, quia fi„ delis est; an etiam facta fuerit ut fidelis esset. Le„ gimus enim dicente Apostolo, *Misericordiam „ consecutus sum, ut fidelis essem*: non ait, quia „ fidelis eram. Fideli ergo datur quidem, sed data est etiam ut esset fidelis. Rectissime itaque alio loco in eodem libro dixi; Quoniam si non ex operibus, sed misericordia Dei & vocamur ut credamus, & credentibus præstatur ut bene operemur, non est gentibus ista invidenda misericordia. Quamvis minus ibi diligenter de illa, quæ per Dei propositum sit vocatione, tractaverim.

1. Cor. 7. 25.

CAPUT IV.

VIdetis certe quid tunc de fide atque operibus sentiebam, quamvis de commendanda gratia Dei laborarem: in qua sententia istos fratres nostros esse nunc video, quia non sicut legere libros meos, ita etiam in eis curaverunt proficere mecum. Nam si curassent, invenissent istam quæstionem secundum veritatem divinarum scripturarum solutam, in primo libro duorum quos ad beatæ memoriæ Simpliciaanum scripsi, episcopum Mediolanensis Ecclesiæ, sancti Ambrosii successorem, in ipso exordio episcopatus mei. Nisi forte non eos noverunt: quod si ita est, facite ut noverint. De hoc primo duorum illorum libro, in secundo Retractationum primum locutus sum, qui sermo meus ita se habet: Librorum, „ inquam, quos elaboravi episcopus, primi duo sunt „ ad Simplicianum Ecclesiæ Mediolanensis Antisti„ tem, qui beatissimo successit Ambrosio, de diversis „ quæstionibus: quarum duas ex epistola Pauli apo„ stoli ad Romanos in primum librum contuli. Ha„ rum prior est de eo quod scriptum est; *Quid ergo „ dicemus? Lex peccatum est? Absit*: usque ad illud „ ubi ait, *Quis me liberabit de corpore mortis hujus? „ Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* „ In qua illa Apostoli verba: *Lex spiritalis est, ego „ autem carnalis sum*: & cetera, quibus caro con„ tra spiritum confligere ostenditur, eo modo ex„ posui, tamquam homo describatur adhuc sub le„ ge, nondum sub gratia constitutus. Longe enim „ postea, etiam spiritalis hominis (& hoc probabi„ lius) esse posse illa verba cognovi. Posterior in „ hoc

Simplicianus B. Ambrosii in episcopatu Mediolanensi successor.

Lib. 2. Retract. c. 1.

Rom. 7. 7.

Ibid. 24.

Ibid. 14.

Epist. Hilar. n. 3. Respondet ad locum supra in Epistola Hilarii objectum ex libro expositionis quarumdam propositionum Epistolæ ad Rom. c. 23.

*Retract. lib. 1. c. 23. n. 3.

Malach. 1. 2.

Rom. 11. 5.

1. Cor. 12. 6.

Ephes. 6. 23.

Prov. 8. juxta LXX.

Rom. 9. 10. „ hoc libro quæstio est ab eo loco ubi ait; *Non solum autem, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri*: usque ad illud ubi ait, *Nisi Dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus*. In cujus quæstionis solutione laboratum est quidem pro libero arbitrio voluntatis humanæ, sed vicit Dei gratia; nec nisi ad illud potuit perveniri, ut liquidissima veritate dixisse intelligatur Apostolus; *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Quod volens etiam martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definivit, dicens, *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit*. Ecce quare dixi superius, hoc apostolico præcipue testimonio etiam me ipsum fuisse convictum, cum de hac re aliter saperem, quam mihi Deus in hac quæstione solvenda, cum ad episcopum Simplicianum, sicut dixi, scriberem, revelavit. Hoc igitur Apostoli testimonium, ubi ad reprimendam hominis inflationem dixit; *Quid enim habes quod non accepisti?* non sinit quemquam fidelium dicere, Habeo fidem quam non accepi. Reprimitur omnino his apostolicis verbis tota hujus responsionis elatio. Sed ne hoc quidem potest dici: Quamvis non habeam perfectam fidem, habeo tamen ejus initium quo in Christum primitus credidi. Quia & hic respondetur, *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?*

1. Cor. 4. 7.

CAPUT V.

Supra in epistola Hilarii n. 4. ILlud vero quod putant, *de hac fide ideo non posse dici, Quid enim habes quod non accepisti, quia in eadem natura remansit, licet vitiata, quæ prius sana ac perfecta donata sit*: nihil ad id quod volunt valere intelligitur, si cur hoc Apostolus dixerit cogitetur. Agebat enim, ne quisquam gloriaretur in homine; quoniam dissensiones exortæ fuerant inter Corinthios Christianos, ita ut unusquisque diceret: *Ego quidem sum Pauli, alius autem, Ego Apollo, alius vero, Ego Cephæ*: & inde ventum est, ut diceret; *Stulta mundi elegit Deus, ut confundat sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia; & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt tamquam sint, ut quæ sunt evacuet; ut non glorietur coram Deo omnis caro*. Hic certe contra humanam superbiam satis clara est Apostoli intentio, ne in homine quisquam glorietur, ac per hoc nec in seipso. Denique cum dixisset, *ut non glorietur coram Deo omnis caro*: ut ostenderet in quo debeat homo gloriari, mox addidit, *Ex ipso autem, vos estis in Christo* JESU, *qui factus est nobis sapientia a Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio; ut quemadmodum scriptum est; qui gloriatur in Domino glorietur*: inde pervenit ista ejus intentio, ut postea increpans dicat, *Adhuc enim carnales estis: cum enim sint inter vos æmulatio & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autem, Ego Apollo; nonne homines estis? Quid ergo est Apollo, quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis: & unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus*. Videtisne nihil agere Apostolum, nisi ut humilietur homo, & exaltetur Deus solus? Quandoquidem in eis qui plantantur & qui rigantur, nec ipsum plantatorem & rigatorem dicit esse aliquid, sed qui incrementum dat Deum: quamvis & hoc ipsum quod ille plantat, hic rigat, non ipsis, sed Domino tribuat, dicens, *Unicuique sicut Dominus dedit, ego plantavi, Apollo rigavit*. Hinc ergo in eadem intentione persistens, ad hoc venit ut diceret, *Itaque nemo glorietur in homine*. Jam enim dixerat, *Qui gloriatur in Domino glorietur*. Post hæc & alia nonnulla quæ his connectuntur, ad hoc perducitur eadem ipsa ejus intentio, ut dicat, *Hæc autem, fratres, transfiguravi in me & Apollo propter vos; ut in nobis discatis, ne supra quam scriptum est, unus pro altero infletur adversus alterum. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?*

1. Cor. 1. 12. Ibid. 27. Ibid. 30. Jerem. 9. 23. 1 Cor. 3. 2. & seq. Ibid. 21. 1. Cor. 1. 31. 1. Cor. 4. 6. & 7.

2. In hac Apostoli evidentissima intentione, qua contra humanam superbiam loquitur, ne quisquam in homine, sed in Domino glorietur; dona Dei naturalia suspicari, sive ipsam totam perfectamque naturam, qualis in prima conditione donata est, sive vitiatæ naturæ qualescumque reliquias, nimis, quantum existimo, absurdum est. Numquid enim per hæc dona quæ omnibus communia sunt hominibus, discernuntur homines ab hominibus? Hic autem prius dixit, *Quis enim te discernit?* & deinde addidit, *Quid autem habes quod non accepisti?* Posset quippe dicere homo inflatus adversus alterum, Discernit me fides mea, justitia mea, vel si quid aliud. Talibus occurrens cogitationibus bonus doctor, *Quid autem habes*, inquit, *quod non accepisti?* A quo nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui non donavit, quod donavit tibi? *Si autem & accepisti*, ait, *quid gloriaris quasi non acceperis?* Num, quæso, agit aliud, nisi ut qui gloriatur, in Domino glorietur? Nihil autem huic sensui tam contrarium est, quam de suis meritis sic quemquam gloriari, tamquam ipse sibi ea fecerit, non gratia Dei, sed gratia quæ bonos discernit a malis, non quæ communis est bonis & malis. Sit ergo gratia naturæ attributa, qua sumus animantia rationalia, discernimurque a pecoribus: sit etiam gratia naturæ attributa, qua in ipsis hominibus a deformibus pulcri, vel ingeniosi discernuntur a tardis, ac si quid ejusmodi est: sed non se ille, quem coercebat Apostolus, adversus pecus inflabat, nec adversus hominem alterum, de aliquo naturali munere quod inesse posset & pessimo; sed aliquod bonum quod pertineret ad vitam bonam, sibi non Deo tribuens inflabatur, quando audire meruit, *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* Ut enim sit naturæ, fidem posse habere, numquid & habere? *Non enim omnium est fides*: cum fidem posse habere sit omnium. Non autem ait Apostolus, Quid autem potes habere quod non accepisti, ut posses habere? sed ait, *Quid autem habes quod non accepisti?* Proinde posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum: habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium. Ipsa itaque natura in qua nobis data est possibilitas habendi fidem, non discernit ab homine hominem, ipsa vero fides discernit ab infideli fidelem. Ac per hoc ubi dicitur, *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?* quisquis audet dicere, Habeo ex meipso fidem, non ergo accepi: profecto contradicit huic apertissimæ veritati: non quia credere vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas a Domino. Ideo ad ipsam quoque fidem, quæ in voluntate est, pertinet, *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti?*

Gratia Dei ea proprie est quæ bonos a malis discernit.

2 Thess. 3. 2.

Posse habere fidem vel charitatem, naturæ est hominum; habere autem, gratiæ fidelium. *Vide lib. 2. de Vocatione gentium c. 2.*

Prov 8. 21. juxta LXX.

CA-

CAPUT VI.

1. MUlti audiunt verbum veritatis: *sed alii credunt, alii contradicunt. Volunt ergo isti credere, nolunt autem illi.* Quis hoc ignoret? Quis hoc neget? Sed cum aliis præparetur, aliis non præparetur voluntas a Domino; discernendum est utique quid veniat de misericordia ejus, quid de judicio. *Quod quærebat Israel*, ait Apostolus, *hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, ceteri vero excæcati sunt: sicut scriptum est; Dedit illis Deus spiritum compunctionis: oculos ut non videant, & aures ut non audiant, usque in hodiernum diem.* Et David dicit, *Fiat mensa eorum in laqueum & in retributionem & in scandalum illis: obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurva.* Ecce misericordia & judicium: misericordia in electionem quæ consecuta est justitiam Dei; judicium vero in ceteros qui excæcati sunt: & tamen illi quia voluerunt, crediderunt; illi quia noluerunt, non crediderunt. Misericordia igitur & judicium in ipsis voluntatibus facta sunt. Electio quippe ista gratiæ est, non utique meritorum. Superius enim dixerat, *Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia.* Gratis ergo consecuta est quod consecuta est electio: non præcessit eorum aliquid quod priores darent, & retribueretur illis: pro nihilo salvos fecit eos. Ceteris autem qui excæcati sunt, sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est. *Universæ viæ Domini misericordia & veritas. Investigabiles* sunt autem *viæ ejus*. Investigabiles igitur sunt, & misericordia qua gratis liberat, & veritas qua juste judicat.

Rom. 11. 7. Isaiæ 6. 9. Ps. 68. 23. Rom. 11. 5. Ibid. 35. Ps. 55. 8. Ps. 24. 10. Rom. 11. 33.

CAPUT VII.

SEd forsitan dicant: *Ab operibus fidem distinguit Apostolus; gratiam vero non ex operibus esse dicit; non autem dicit, quod non sit ex fide.* Ita vero est: sed ipsam quoque fidem opus Dei dicit esse JESUS, & hanc ut operemur jubet. Dixerunt enim ad eum Judæi, *Quid faciemus, ut operemur opus Dei? Respondit* JESUS, *& dixit illis, Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.* Sic ergo distinguit Apostolus ab operibus fidem, quemadmodum in duobus regnis Hebræorum distinguitur Judas ab Israel, cum & ipse Judas sit Israel. Ex fide autem ideo dicit justificari hominem, non ex operibus; quia ipsa prima datur, ex qua impetrentur cetera, quæ proprie opera nuncupantur, in quibus juste vivitur. Nam dicit etiam ipse, *Gratia salvi estis facti per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est:* id est, & quod dixi *per fidem*, non ex vobis; sed Dei donum est etiam fides. *Non ex operibus*, inquit, *ne forte quis extollatur.* Solet enim dici. Ideo credere meruit, quia vir bonus erat & ante quam crederet. Quod de Cornelio dici potest, cujus acceptæ sunt eleemosynæ, & exauditæ orationes ante quam credidisset in Christum: nec tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nam quomodo invocabat in quem non crediderat? Sed si posset sine fide Christi esse salvus, non ad eum ædificandum mitteretur architectus apostolus Petrus: quamvis *nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt ædificantes eam.* Et dicitur nobis, *Fides est a nobis, cetera a Domino ad opera justitiæ pertinentia*: quasi ad ædificium non pertineat fides: quasi ad ædificium, inquam, non pertineat fundamentum. Quod si in primis & maxime pertinet, in vanum laborat prædicando ædificans fidem, nisi eam Dominus miserando intus ædificet. Quidquid igitur, & ante quam in Christum crederet, & cum crederet, & cum credidisset, bene operatus est Cornelius; totum Deo dandum est, ne forte quis extollatur.

Gal. 2. 16. Ex fide justificari nos cur potius dixerit Apostolus, quam ex operibus. Ephes. 2. 8. Ibidem 9. Act. 10. 4. Rom. 10. 14. Act. 10. 20 Ps. 126. 1. Fides ædificii spiritalis

fundamentum.

CAPUT VIII.

1. PRoinde ipse unus Magister & Dominus, cum dixisset quæ supra memoravi, *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille*; in eodem ipso sermone suo paulo post ait, *Dixi vobis, quia & vidistis me, & non credidistis. Omne quod dat mihi Pater ad me veniet.* Quid est, *ad me veniet*, nisi credet in me? Sed ut fiat, Pater dat. Item paulo post, *Nolite*, inquit, *murmurare invicem: nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: & ego eum resuscitabo in novissimo die. Est scriptum in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre, & didicit, venit ad me.* Quid est, *Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me*, nisi, nullus est qui audiat a Patre & discat, & non veniat ad me? Si enim omnis qui audivit a Patre & didicit, venit; profecto omnis qui non venit, non audivit a Patre, nec didicit: nam si audisset & didicisset, veniret. Neque enim ullus audivit & didicit, & non venit: sed omnis, ut ait Veritas, qui audivit a Patre, & didicit, venit. Valde remota est a sensibus carnis hæc schola, in qua Pater auditur, & docet, ut veniatur ad Filium. Ibi est & ipse Filius, quia ipse est Verbum ejus per quod sic docet; nec agit hoc cum carnis aure, sed cordis. Simul ibi est & Spiritus Patris & Filii: neque enim ipse non docet, aut separatim docet: inseparabilia quippe didicimus esse opera Trinitatis. Et ipse est utique Spiritus sanctus, de quo Apostolus dicit; *Habentes autem eumdem Spiritum fidei.* Sed ideo Patri hoc potissimum est attributum, quia de ipso est genitus Unigenitus, & de ipso procedit Spiritus sanctus: unde longum est enucleatius disputare, & de Trinitate, quæ Deus est, laborem nostrum in quindecim libris ad vos jam existimo perveniisse. Valde, inquam, remota est a sensibus carnis hæc schola, in qua Deus auditur & docet. Multos venire videmus ad Filium, quia multos credere videmus in Christum: sed ubi & quomodo a Patre audierint hoc & didicerint non videmus. Nimium gratia ista secreta est: gratiam vero esse quis ambigat? Hæc itaque gratia, quæ occulte humanis cordibus divina largitate tribuitur, a nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo Pater intus auditur, & docet ut veniatur ad Filium, aufert cor lapideum, & dat cor carneum, sicut Propheta prædicante promisit. Sic quippe facit filios promissionis & vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam.

Joan. 6. 29. Ibid. 36. Ibid. 44. Isai. 54. 13. Schola Dei Patris valde occulta. 2. Cor. 4. 13. De Trinitate libros 15. Scripsit Augustinus. Divinæ gratiæ potentia & energia. Ezech. 11. 19.

2. Cur ergo non omnes docet, ut veniant ad Christum; nisi quia omnes quos docet, misericordia docet, quos autem non docet, judicio non docet? Quoniam *cujus vult miseretur, & quem vult obdurat:* sed miseretur, bona tribuens; obdurat, digna retribuens. Aut si & ista, ut quidam distinguere maluerunt, verba sunt ejus cui Apostolus ait, *Dicis itaque mihi*: ut ipse dixisse accipiatur, *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*; & quæ sequuntur, id est, *Quid adhuc conqueritur? nam voluntati ejus quis resistit?* numquid responsum est ab Apostolo, O homo, falsum est quod dixisti?

Cur non omnes docet Pater, ut veniant ad Christum. Rom. 9. 18 Ibid. 19.

Non:

Non: sed responsum est, *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit; quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa*, & sequentia quæ optimè nostis. Et tamen secundum quemdam modum, omnes Pater docet venire ad sinum Filium. *Ibid.* 20. Omnes doceri ut veniant quo sensu recte dicatur. *Joan.* 9. 45. Non enim frustra scriptum est in Prophetis, *Et erunt omnes docibiles Dei*. Quod testimonium cum præmisisset, tunc subdidit, *Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me*. Sicut ergo integre loquimur, cum de aliquo litterarum magistro, qui in civitate solus est, dicimus, Omnes iste hic litteras docet: non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicumque ibi litteras discit: ita recte dicimus, Omnes Deus docet venire ad Christum; non quia omnes veniunt, sed quia nemo aliter venit. Cur autem non omnes doceat, aperuit Apostolus quantum aperiendum judicavit: quia *volens ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem, & ut notas faciat divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam*. Hinc est quod *verbum Crucis pereuntibus stultitia est, his autem qui salvi fiunt, virtus Dei est*. Hos omnes docet venire ad Christum Deus, hos enim omnes vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Nam si & illos quibus stultitia est verbum Crucis, ut ad Christum venirent docere voluisset, procul dubio venirent & ipsi. Non enim fallit aut fallitur qui ait, *Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me*. Absit ergo ut quisquam non veniat, qui a Patre audivit & didicit.

Simile V. *lib.* 1. *de peccatorum meritis, c.* 28. *tipp. p.* 284. *Rom.* 9. 22. 1. *Cor.* 1. 18. 1. *Tim.* 2. 4.

3. *Quare*, inquiunt, *non omnes docet?* Si dixerimus, quia nolunt discere quos non docet, respondebitur nobis, Et ubi est quod ei dicitur, *Deus, tu convertens vivificabis nos*? Aut si non facit volentes ex nolentibus Deus, ut quid orat Ecclesia secundum præceptum Domini pro persecutoribus suis? Nam sic etiam voluit intelligi sanctus Cyprianus quod dicimus, *Fiat voluntas tua sicut in cælo & in terra*: hoc est, sicut in eis qui jam crediderunt & tamquam cælum sunt; ita & in eis qui non credunt, & ob hoc adhuc terra sunt. Quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi ut Deus in illis operetur & velle? De Judæis certe Apostolus ait, *Fratres, bona voluntas quidem cordis mei, & deprecatio ad Deum pro illis fit in salutem*. Orat pro non credentibus; quid, nisi ut credant? Non enim aliter consequuntur salutem. Si ergo fides orantium Dei prævenit gratiam; numquid eorum fides pro quibus oratur ut credant, Dei prævenit gratiam? Quando quidem hoc pro eis oratur, ut non credentibus, id est fidem non habentibus, fides ipsa donetur. Cum igitur Evangelium prædicatur, quidam credunt, quidam non credunt: sed qui crédunt, prædicatore forinsecus insonante, intus a Patre audiunt atque discunt; qui autem non credunt, foris audiunt, intus non audiunt, neque discunt; hoc est, illis datur ut credant, illis non datur. Quia *nemo*, inquit, *venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum*. Quod apertius postea dicitur. Nam post aliquantum, cum de carne sua manducanda & bibendo sanguine suo loqueretur, & dicerent quidam etiam discipulorum ejus, *Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens* JESUS *apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis; Hoc vos scandalizat?* Et paulo post, *Verba*, inquit, *quæ ego locutus sum vobis; spiritus & vita sunt: sed sunt quidam ex vobis qui non credunt*. Et mox Evangelista, *Sciebat enim*, inquit; *ab initio* JESUS *qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat; Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo*. Ergo trahi a Patre ad Christum, & audire ac discere a Patre, ut veniat ad Christum nihil aliud est, quam donum accipere a Patre, quo credat in Christum. Neque enim audientes Evangelium a non audientibus, sed credentes a non credentibus discernebat qui dicebat, *Nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo*.

Ibid. 64. Trahi, audire, & discere a Patre quid.

4. Fides igitur & inchoata, & perfecta, donum Dei est; & hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari omnino non dubitet qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare. Cur autem non omnibus detur, fidelem movere non debet, qui credit ex uno omnes esse in condemnationem, sine dubitatione justissimam: ita ut nulla Dei esset justa reprehensio, etiam si nullus inde liberaretur. Unde constat magnam esse gratiam, quod plurimi liberantur, & quid sibi deberetur, in eis qui non liberantur agnoscunt; ut qui gloriatur, non in suis meritis, quæ paria videt esse damnatis, sed in Domino glorietur. Cur autem istum potius quam illum liberet, inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus. Melius enim & hic audimus aut dicimus, *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo?* quam dicere audemus, quasi noverimus, quod occultum esse voluit, qui tamen aliquid injustum velle non potuit.

Fidei donum cur non omnibus detur. *Rom.* 11. 33. *Rom.* 9. 20

CAPUT IX.

1. ILlud autem quod in opusculo meo quodam contra Porphyrium, sub titulo, De tempore Christianæ religionis, me dixisse recolitis; ita dixi, ut hanc diligentiorem & operosiorem disputationem de Gratia præterirem, non sane omissa significatione, quod eam loco illo explicare noluissem, quæ posset aliàs vel ab aliis explicari. Nam ita locutus sum inter cætera, respondens propositæ quæstioni; Cur Christus post tam longa tempora „ venerit. Proinde, inquam, cum Christo non „ objiciant, quod ejus doctrinam non omnes sequuntur, (sentiunt enim & ipsi, nequaquam hoc recte objici posse, vel sapientiæ Philosophorum, „ vel etiam numini deorum suorum;) quid respondebunt, si excepta illa altitudine sapientiæ & scientiæ Dei, ubi fortassis aliud divinum consilium „ longe secretius latet, sine præjudicio etiam aliarum forte causarum, quæ a prudentibus vestigari queunt, hoc solum eis brevitatis gratia, in „ hujus quæstionis disputatione dicamus; tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos „ prædicari doctrinam suam, quando sciebat & ubi „ sciebat esse, qui in eum fuerant credituri. His „ enim temporibus & his locis, quibus Evangelium ejus non est prædicatum, tales omnes in ejus „ prædicatione futuros esse præsciebat, quales non „ quidem omnes, sed tamen multi in ejus corporali præsentia fuerunt, qui in eum, nec suscitatis „ ab eo mortuis, credere voluerunt: quales etiam „ nunc multos videmus, cum tanta manifestatione „ de illo compleantur præconia Prophetarum, nolle adhuc credere; & malle humana astutia resistere, quam tam claræ atque perspicuæ, tamque „ sublimi & sublimiter diffamatæ, divinæ cedere „ auctoritati, quamdiu parvus & infirmus est intellectus hominis, divinæ accedere veritati. „ Quid ergo mirum, si tam infidelibus plenum orbem terrarum Christus prioribus sæculis noverat, „ ut eis apparere vel prædicari merito nollet, quos „ nec verbis, nec miraculis suis credituros esse præ-

Epist. 102. *inter Augustinianas qu.* 2. *n.* 14.

„ sciebat? Neque enim incredibile est tales fuisse „ tunc omnes, quales ab ejus adventu, usque ad „ hoc tempus tam multos fuisse atque esse miramur. „ Et tamen ab initio generis humani, alias occultius, alias evidentius, sicut congruere temporibus divinitus visum est, nec prophetari destitit, „ nec qui in eum crederent, defuerunt: & ab Adam usque ad Moysen, & in ipso populo Israel, „ quæ speciali quodam mysterio gens Prophetica „ fuit; & in aliis gentibus ante quam veniisset in „ carne. Cum enim nonnulli commemorantur in „ sanctis Hebraicis libris, jam ex tempore Abrahæ, nec de stirpe carnis ejus, nec ex populo Israel, nec ex adventitia societate in populo Israel, „ qui tamen hujus sacramenti participes fuerunt; „ cur non credamus etiam in cæteris hac atque illac „ gentibus alias alios fuisse, quamvis eos commemoratos in eisdem auctoritatibus non legamus? „ Ita salus religionis hujus, per quam solam veram, salus vera veraciterque promittitur, nulli „ umquam defuit qui dignus fuit, & cui defuit, „ dignus non fuit. Et ab exordio propagationis „ humanæ usque in finem, quibusdam ad præmium, quibusdam ad judicium prædicatur. Ac „ per hoc & quibus omnino annunciata non est, „ non crediturí præsciebantur; & quibus non crediturís tamen annunciata est, in illorum exemplum „ demonstrantur; quibus autem crediturís annuntiatur, hi regno cælorum & sanctorum Angelorum „ societati præparantur.

2. Cernitisne, me sine præjudicio latentis consilii Dei aliarumque causarum, hoc de præscientia Christi dicere voluisse, quod convincendæ Paganorum infidelitati, qui hanc objecerant quæstionem, sufficere videretur? Quid enim est verius, quam præscisse Christum, qui & quando, & quibus loc is in eum fuerant crediturí? Sed utrum prædicato sibi Christo a seipsis habituri essent fidem, an Deo donante sumpturi, id est, utrum tantummodo eos præscierit, an etiam prædestinaverit Deus, quærere ac differere tunc necessarium non putavi. Proinde quod dixi, *Tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat & ubi sciebat esse qui in eum fuerant crediturí*; potest etiam sic dici; tunc voluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat & ubi sciebat esse, qui electi fuerant in ipso ante mundi constitutionem. Sed quoniam si ita diceretur, lectorem faceret intentum ad ea requirenda, quæ nunc ex admonitione Pelagiani erroris necesse est copiosius & laboriosius disputari; visum mihi est quod tunc satis erat, breviter esse dicendum, excepta, ut dixi, altitudine sapientiæ & scientiæ Dei, & sine præjudicio aliarum causarum, de quibus non tunc, sed alias opportunius disputandum putavi.

Ephes. 1.4

CAPUT X.

1. ITem quod dixi, *Salutem religionis hujus nulli umquam defuisse qui dignus fuit, & dignum non fuisse cui defuit*: si discutiatur & quæratur unde quisque sit dignus, non desunt, qui dicant, voluntate humana: nos autem dicimus, gratia vel prædestinatione divina. Inter gratiam porro & prædestinationem hoc tantum interest, quod prædestinatio est gratiæ præparatio, gratia vero jam ipsa donatio. Quod itaque ait Apostolus, *Non ex operibus, ne forte quis extollatur, ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo* JESU *in operibus bonis*, gratia est: quod autem sequitur, *quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus*, prædestinatio est, quæ sine præscientia non potest esse: potest autem esse sine prædestinatione præscientia. Prædestinatione quippe Deus ea præscivit, quæ fuerat ipse facturus: unde dictum est, *Fecit quæ futura sunt*. Præscire autem potens est etiam quæ ipse non facit; sicut quæcumque peccata: quia etsi sunt quædam quæ ita peccata sunt, ut pœnæ sint etiam peccatorum, unde dictum est, *Tradidit illos Deus in reprobam mentem, ut faciant quæ non conveniunt*; non ibi peccatum Dei est, sed judicium. Quocirca prædestinatio Dei quæ in bono est, gratiæ est, ut dixi, præparatio: gratia vero est ipsius prædestinationis effectus. Quando ergo promisit Deus Abrahæ in semine ejus fidem gentium, dicens, *Patrem multarum gentium posui te*; unde dicit Apostolus, *Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio omni semini*: non de nostræ voluntatis potestate, sed de sua prædestinatione promisit. Promisit enim quod ipse facturus fuerat, non quod homines: quia etsi faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum Deum; ipse facit ut illi faciant quæ præcepit, non illi faciunt ut ipse faciat quod promisit: alioquin ut Dei promissa compleantur, non in Dei, sed in hominum est potestate, & quod a Domino promissum est, ab ipsis redditur Abrahæ. Non autem sic credidit Abraham, sed *credidit dans gloriam Deo, quoniam quæ promisit, potens est & facere*: non ait, prædicere; non ait, præscire; nam & aliena facta potest prædicere atque præscire: sed ait, *potens est & facere*; ac per hoc facta non aliena, sed sua.

Prædestinatio & gratia quo differant. *Ephes.* 2.9.

Præscientia sine prædestinatione non sine præscientia prædestinatio. *Isaiæ* 45. *juxta* LXX. *Rom.* 1.28. *Gen.* 17.5. *Rom.* 4.16.

2. An forte opera bona gentium Deus promisit Abrahæ in semine ipsius, ut hoc promitteret quod ipse facit; non autem promisit fidem gentium, quam sibi homines faciunt; sed ut promitteret quod ipse facit, illam præscivit homines esse facturos? Non quidem loquitur sic Apostolus: filios quippe promisit Deus Abrahæ, qui fidei ejus vestigia sectarentur; quod apertissime dicit. Sed si opera gentium promisit, non fidem; profecto quoniam non sunt bona opera nisi ex fide, (*Justus* enim *ex fide vivit*, & *omne quod non est ex fide, peccatum est*: & *sine fide impossibile est placere*:) nihilominus ut impleat quod promisit Deus, in hominum est potestate. Nisi enim homo faciat quod Deo non donante ad hominem pertinet, non faciet ipse quod donet: hoc est, nisi habeat homo fidem ex seipso, non implet Deus quod promisit, ut opera justitiæ dentur ex Deo. Ac per hoc ut promissa sua Deus possit implere, non est in Dei, sed in hominis potestate. Quod si veritas & pietas nos credere vetat: credamus cum Abraham, quoniam quæ promisit, potens est & facere. Promisit autem filios Abrahæ, quod esse non possunt, si non habeant fidem: ergo ipse donat & fidem.

Habac. 2. 4. *Rom.* 14. 23. *Heb.* 11.6. *Rom.* 4.21.

CAPUT XI.

1. SAne cum Apostolus dicat, *Ideo ex fide, ut secundum gratiam firma sit promissio*: miror homines infirmitati suæ se malle committere, quam firmitati promissionis Dei. *Sed incerta est mihi*, inquis, *de meipso voluntas Dei*. Quid ergo, tuane tibi voluntas de te ipso certa est, nec times, *Qui videtur stare, videat ne cadat*? Cum igitur utraque incerta sit, cur non homo firmiori quam infirmiori fidem suam, spem, charitatemque committit.

Firmitas promissionis Dei. *Ibid.* 16. 1.*Cor.* 10. 12.

2. *Sed cum dicitur*, inquiunt, *Si credideris, salvus eris; unum horum exigitur, alterum offertur. Quod exigitur, in hominis; quod offertur, in Dei est potestate*. Cur non utrumque in Dei, & quod jubet, & quod offert? Rogatur enim ut det

Sup. in Epist. Hilarii tit. 2. *pag.* 13. *Rom.* 10.9.

quod

quod jubet: rogant credentes, ut sibi augeatur fides; rogant pro non credentibus, ut eis donetur fides: & in suis igitur incrementis, & in suis initiis Dei donum est fides. Sic autem dicitur, *Si credideris, salvus eris;* quemadmodum dicitur, *Si Spiritu facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Nam & hic ex his duobus unum exigitur, alterum offertur: *Si Spiritu*, inquit, *facta carnis mortificaveritis, vivetis.* Ut ergo Spiritu facta carnis mortificemus, exigitur; ut autem vivamus, offertur. Num igitur placet, ut facta carnis mortificare non donum Dei esse dicamus, neque id donum Dei esse fateamur, quoniam exigi audimus a nobis præmio vitæ, si hoc fecerimus, oblato? Absit, ut hoc placeat participibus & defensoribus gratiæ. Pelagianorum est error iste damnabilis: quorum mox Apostolus ora obstruxit, adjungens: *Quotquot enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei:* ne facta mortificare nos carnis, non per Dei, sed per nostrum spiritum crederemus. De quo Dei Spiritu etiam ibi loquebatur, ubi ait, *Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult.* Inter quæ omnia, sicut scitis, nominavit & fidem. Sicut ergo quamvis donum Dei sit facta carnis mortificare; exigitur tamen a nobis proposito præmio vitæ: ita donum Dei est & fides, quamvis & ipsa cum dicitur, *Si credideris, salvus eris;* proposito præmio salutis exigatur a nobis. Ideo enim hæc & nobis præcipiuntur, & dona Dei esse monstrantur, ut intelligatur quod & nos ea facimus, & Deus facit ut illa faciamus: sicut per Prophetam Ezechielem apertissime dicit: quid enim apertius quam ubi dicit, *Ego faciam ut faciatis?* Locum ipsum Scripturæ attendite, & videbitis illa Deum promittere facturum se ut faciant, quæ jubet ut fiant. Non sane ibi tacet merita eorum, sed mala, quibus se ostendit reddere pro malis bona; hoc ipso quo eos facit habere deinceps opera bona, cum ipse facit, ut faciant divina mandata.

Rom. 8. 13.

Ezech. 36. 27.

CAPUT XII.

Gratiæ ac prædestinationis exempla preclara in parvulis & in Christo.

1. SEd omnis hæc ratio qua defendimus gratiam Dei per JESUM Christum Dominum nostrum, vere esse gratiam, id est, non secundum merita nostra dari, quamvis evidentissime divinorum eloquiorum testimoniis asseratur; tamen apud eos, qui nisi aliquid sibi assignent, quod priores dent ut retribuatur eis, ab omni studio pietatis reprimi se putant, laborat aliquantum in ætate majorum, jam utentium voluntatis arbitrio: sed ubi venitur ad parvulos, & ad ipsum Mediatorem Dei & hominum, hominem Christum JESUM, omnis deficit præcedentium gratiam Dei humanorum assertio meritorum: quia nec illi ullis bonis præcedentibus meritis discernuntur a ceteris, ut pertineant ad liberatorem hominum, nec ille ullis humanis præcedentibus meritis, cum & ipse sit homo, liberator factus est hominum.

Rom. 11. 35.

1. Tim. 2. 5.

2. Quis enim audiat, quod dicuntur * parvuli pro suis futuris meritis in ipsa infantili ætate baptizati exire de hac vita; & ideo alii non baptizati in eadem ætate mori, quia & ipsorum præscita sunt merita futura, sed mala; non eorum vitam bonam vel malam Deo remunerante vel damnante, sed nullam? Apostolus quidem limitem fixit, quem transgredi non debeat hominis, ut mitius loquar, incauta suspicio. Ait enim, *Omnes adstabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum: gessit*, inquit; non adjunxit, vel gesturus fuit. Sed unde hoc talibus viris in mentem venerit nescio, ut futura quæ non sunt futura, puniantur, aut honorentur merita parvulorum. Cur autem dictum est, secundum ea quæ per corpus gessit hominem judicandum, cum gerantur multa solo animo, non per corpus, nec per ullum corporis membrum; & plerumque tam magna, ut talibus cogitationibus pœna justissima debeatur: sicuti est, ut alia taceam, quod *dixit insipiens in corde suo, Non est Deus?* Quid est ergo; *secundum ea quæ per corpus gessit;* nisi secundum ea quæ gessit eo tempore quo in corpore fuit, ut *per corpus* intelligamus per corporis tempus? Post corpus autem nemo erit in corpore, nisi resurrectione novissima, non ad ulla merita comparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis præmia, pro malis luenda supplicia. Hoc autem medio tempore, inter depositionem & receptionem corporis, secundum ea quæ gesserunt per corporis tempus, sive cruciantur animæ, sive requiescunt. Ad quod tempus corporis pertinet etiam quod Pelagiani negant, sed Christi Ecclesia confitetur, originale peccatum: quo sive soluto per Dei gratiam, sive per Dei judicium non soluto, cum moriuntur infantes, aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito originis transeunt ex malis ad mala. Hoc catholica fides novit, in hoc etiam nonnulli hæretici sine ulla contradictione consentiunt. Judicari autem quemquam non secundum merita quæ habuit quamdiu fuit in corpore, sed secundum merita quæ fuerat habiturus si diutius fuisset in corpore, unde opinari potuerint homines, quorum ingenia non esse contemtibilia vestræ indicant litteræ, mirans & stupens reperire non possum: nec credere auderem nisi vobis non credere non auderem. Sed spero adsuturum Deum, ut commoniti cito videant, ea quæ dicuntur futura fuisse peccata, si per Dei judicium in non baptizatis possunt jure puniri, etiam per Dei gratiam baptizatis posse dimitti. Quicumque enim dicit puniri tantum posse Deo judicante futura peccata, dimitti autem Deo miserante non posse, cogitare debet quantam Deo faciat gratiæque ejus injuriam; quasi futurum peccatum prænosci possit, nec possit ignosci. Quod si absurdum est, magis ergo futuris, si diu viverent, peccatoribus, cum in parva ætate moriuntur, lavacro quo peccata diluuntur, debuit subveniri.

Ps. 13. 1

* *Supra in Ep. S. Prosperi n. 5. p. 5.* Neminem judicari secundum ea quæ si diutius vixisset, facturus fuerat.

2. Cor. 5. 10.

CAPUT XIII.

QUod si forsitan dicunt, pœnitentibus peccata dimitti; & ideo istos non baptizari in parvula ætate morientes, quia præsciti sunt pœnitentiam si viverent non acturi; eos autem qui baptizantur, & parvuli de corporibus exeunt, Deum præsciisse acturos pœnitentiam fuisse si viverent: attendant & videant, si ita est, non jam in parvulis sine baptismate morientibus peccata originalia vindicari, sed sua cujusque futura si viveret: itemque baptizatis non originalia dilui, sed sua futura si viverent; quoniam non possent nisi in majore ætate peccare: sed alios acturos pœnitentiam, alios non acturos fuisse prævisos; ideo alios baptizatos, alios sine baptismo exisse de hac vita. Hoc si auderent Pelagiani, non jam laborarent, negando originale peccatum, quærere parvulis extra regnum Dei nescio cujus suæ felicitatis locum: maxime quando convincuntur, non eos habere posse vitam æternam, quia non manducaverunt carnem, nec biberunt sanguinem Christi; & quia in eis, qui nullum habent omnino peccatum, falsus est baptismus qui in remissionem traditur pec-

Joan. 6. 54.

catorum. Dicerent enim prorsus, nullum esse originale peccatum, sed pro suis futuris, si viverent, meritis vel baptizari vel non baptizari eos qui de corpore solvuntur infantes; & pro suis futuris meritis eos vel accipere vel non accipere Corpus & Sanguinem Christi, sine quo vitam prorsus habere non possunt; & in veram remissionem peccatorum baptizari, quamvis nullum ex Adam traherent; quoniam remittuntur eis peccata, de quibus illos Deus pœnitentiam præscivit acturos. Ita facillime agerent atque obtinerent causam suam, qua negant esse originale peccatum, & gratiam Dei non dari nisi secundum merita nostra contendunt. Sed quia hominum futura, quæ non sunt futura, proculdubio nulla sunt merita, & hoc videre facillimum est: ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt, & multo magis nec isti dicere debuerunt. Dici enim non potest quam moleste feram, quod viderunt Pelagiani esse falsissimum & absurdissimum; hoc non vidisse istos, qui nobiscum errorem illorum hæreticorum catholica auctoritate condemnant.

CAPUT XIV.

1. SCripsit librum de mortalitate Cyprianus, multis ac pene omnibus qui Ecclesiasticas litteras amant laudabiliter notum; in quo propterea dicit non solum non esse fidelibus inutilem mortem, verum etiam utilem reperiri; quoniam peccandi periculis hominem subtrahit, & in non peccandi securitate constituit. Sed quid prodest, si etiam futura, quæ commissa non sunt, peccata puniuntur? Agit tamen ille copiosissime atque optime, peccandi pericula nec deesse in ista vita, nec supersesse post illam. Ubi & illud testimonium ponit de libro Sapientiæ; *Sap. 4. 11.* *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus.* Quod a me quoque positum, fratres istos ita respuisse dixistis, tamquam non de libro canonico adhibitum: quasi & excepta hujus libri attestatione, res *Ibid. 7.* ipsa non clara sit, quam voluimus hinc doceri. Quis enim audeat negare Christianus, justum, si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio futurum? Quilibet hoc vixerit, quis homo sanæ fidei resistendum *Ezech. 18. 24.* putabit? Item si dixerit, justum si a sua justitia recesserit in qua diu vixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua, non dico unum annum, sed unum diem dixerit, in pœnas iniquis debitas hinc iturum, nihil sibi sua præterita justitia profutura: huic perspicuæ veritati quis fidelium contradicet? Porro si quæratur a nobis, utrum si tunc esset mortuus quando erat justus, pœnas esset inventurus an requiem, numquid requiem respondere dubitabimus? Hæc est tota causa cur dictum est, a quocumque sit dictum; *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus.* Dictum est enim secundum pericula vitæ hujus, non secundum præscientiam Dei, qui hoc præscivit quod futurum erat, non quod futurum non erat, id est, quod ei mortem immaturam fuerat largiturus, ut tentationum subtraheretur incerto; non quod peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. De hac quippe vita legitur in libro Job; *Job. 7. 1. juxta LXX.* *Numquid non tentatio est vita humana super terram?* Sed quare aliis concedatur, ut ex hujus vitæ periculis dum justi sunt auferantur, alii vero justi donec a justitia cadant, in eisdem periculis vita productiore teneantur; *Rom. 10. 34.* quis cognovit sensum Domini? Et tamen hinc intelligi datur, etiam illis justis, qui bonos pioque mores usque ad senectutis maturitatem, & diem vitæ hujus ultimum servant, non in suis meritis, sed in Domino esse gloriandum: quoniam qui vitæ brevitate rapuit justum ne malitia mutaret intellectum ejus; ipse in quantacumque vitæ longitudine custodit justum, ne malitia mutet intellectum ejus. Cur autem hic tenuerit casurum justum, quem prius quam caderet hinc posset auferre; justissima omnino, sed inscrutabilia sunt judicia ejus.

2. Quæ cum ita sunt, non debuit repudiari sententia libri Sapientiæ, qui meruit in Ecclesia Christi de gradu Lectorum Ecclesiæ Christi, tam longa annositate recitari, & ab omnibus Christianis, ab Episcopis usque ad extremos Laicos fideles, pœnitentes, catechumenos, cum veneratione divinæ auctoritatis audiri. Certe enim si de divinarum scripturarum tractatoribus, qui fuerunt ante nos, proferrem defensionem hujus sententiæ, quam nunc solito diligentius atque copiosius contra novum Pelagianorum defendere urgemur errorem; hoc est, gratiam Dei non secundum merita nostra dari, & gratis dari cui datur, quia neque volentis, neque *Rom. 9. 16.* currentis, sed miserentis est Dei: justo autem judicio non dari, cui non datur, quia non est iniquitas *Ibid. 14.* apud Deum: si hujus ergo sententiæ defensionem ex divinorum eloquiorum nos præcedentibus Catholicis tractatoribus promerem, profecto hi fratres, pro quibus nunc agimus, acquiescerent: hoc enim significastis litteris vestris. Quid igitur opus est, ut eorum scrutemur opuscula, qui prius quam ista hæresis oriretur, non habuerunt necessitatem in hac difficili ad solvendum quæstione versari? quod proculdubio facerent, si respondere talibus cogerentur. Unde factum est ut de gratia Dei quid sentirent, breviter quibusdam scriptorum suorum locis & transeunter attingerent, immorarentur vero in eis, quæ adversus inimicos Ecclesiæ disputabant, & in exhortationibus ad quasque virtutes, quibus Deo vivo & vero, pro adipiscenda vita æterna & vera felicitate servitur. Frequentationibus autem orationum simpliciter apparebat Dei gratia quid valeret: non enim poscerentur de Deo quæ præcepit fieri, nisi ab illo donaretur ut fierent.

Liber Sapientiæ canonicæ scripturæ auctoritatem obtinet in Ecclesia.

3. Sed qui sententiis tractatorum instrui volunt, oportet ut istum librum Sapientiæ ubi legitur; *Ra-* *Sap. 4. 11.* *ptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus*, omnibus tractatoribus anteponant: quoniam sibi eum antepositum etiam temporibus proximi Apostolorum egregii tractatores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibere nisi divinum testimonium crediderunt. Et certe beatissimum Cyprianum disputasse constat; ut celerioris mortis beneficium commendaret, a peccatorum periculis eripi eos, qui hanc vitam finiunt in qua peccari potest. In eodem libro ait inter cetera: *Cur non cum Christo futurus, & de Domini pollicitatione securus, quod ad Christum voceris, amplecteris; & quod diabolo careas, gratularis?* Et alio loco: *Pueri*, inquit, *periculum lubricæ ætatis evadunt.* Itemque alio loco: *Quid non*, inquit, *properamus & currimus, ut patriam nostram videre, ut parentes salutare possimus? Magnus illic nos carorum numerus expectat, parentum, fratrum, filiorum, frequens nos & copiosa turba desiderat, jam de sua incolumitate secura, adhuc de nostra salute sollicita.* His atque hujusmodi Doctor ille sententiis in Catholicæ fidei luce clarissima, satis aperteque testatur, usque ad hujus corporis depositionem peccandi pericula tentationesque metuendas, deinceps nulla talia quemquam esse passurum. Quod etsi non testaretur, quando de hac re Christianus qualiscumque dubitaret? Quomodo igitur homini lapso, & in eodem lapsu istam vitam misere finienti, atque in pœnas eunti talibus debitas; quomodo, inquam, huic non plurimum

Cyprian. lib. de mortalitate.

sum-

ſummeque prodeſſet, ſi ex hoc tentationum loco priuſquam laberetur, morte raperetur?

4. Ac per hoc, ſi abſit nimis inconſiderata contentio, tota quæſtio iſta finita eſt de illo, qui raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus. Nec ideo liber Sapientiæ, qui tanta numeroſitate annorum legi meruit in Eccleſia Chriſti, in quo & hoc legitur, pati debet injuriam, quoniam reſiſtit eis qui pro meritis hominum falluntur, ut veniant contra Dei manifeſtiſſimam gratiam, quæ maxime apparet in parvulis; quorum cum alii baptizati, alii non baptizati, vitæ hujus terminum ſumunt, ſatis indicant miſericordiam & judicium; miſericordiam quidem gratuitam, judicium debitum. Si enim judicarentur homines pro meritis ſuæ vitæ, quæ non habuerunt morte præventi, ſed habituri eſſent, ſi viverent; nihil prodeſſet ei, qui raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus; nihil prodeſſet eis qui lapſi moriuntur, ſi ante morerentur: quod nullus dicere Chriſtianus audebit. Quocirca non debent fratres noſtri, qui nobiſcum pro Catholica fide perniciem Pelagiani erroris impugnant, huic Pelagianæ in tantum favere opinioni, qua opinantur gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari: ut quod illi audere non poſſunt, ſententiam veram plane, & antiquitus Chriſtianam, *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus*, deſtruere moliantur; & id adſtruere, quod, non dico creditum, ſed ſomniaturum neminem putaremus, ſecundum ea ſcilicet judicari quemque mortuorum, quæ geſturus fuerat, ſi tempore prolixiore vixiſſet. Ita quippe claret invictum eſſe quod dicimus, gratiam Dei non ſecundum merita noſtra dari, ut huic veritati contradicentes ingenioſi homines hæc ab omnium auribus & cogitationibus abigenda dicere cogerentur.

CAPUT XV.

Prædeſtinationis illuſtriſſimum exemplum Chriſtus Jesus.

1. EST etiam præclariſſimum * lumen prædeſtinationis & gratiæ ipſe Salvator, ipſe mediator Dei & hominum, homo Chriſtus JESUS: qui ut hoc eſſet, quibus tandem ſuis vel operum vel fidei præcedentibus meritis natura humana quæ in illo eſt, comparavit? Reſpondeatur quæſo: ille homo, ut a Verbo Patri coæterno in unitatem perſonæ aſſumptus, Filius Dei unigenitus eſſet, unde hoc meruit? quod ejus bonum qualecumque præceſſit? Quid egit ante, quid credidit, quid petivit, ut ad hanc ineffabilem excellentiam perveniret? Nonne faciente ac ſuſcipiente Verbo, ipſe homo, ex quo eſſe cœpit, Filius Dei unicus eſſe cœpit? Nonne Filium Dei unicum femina illa gratia plena concepit? Nonne de Spiritu-ſancto & Virgine Maria Dei Filius unicus natus eſt, non carnis cupidine, ſed ſingulari Dei munere? Numquid metuendum fuit, ne accedente ætate homo ille libero peccaret arbitrio? Libertas a peccato. Aut ideo in illo non libera voluntas erat, ac non tanto magis erat, quanto magis peccato ſervire non poterat? Nempe iſta omnia ſingulariter admiranda, & alia ſi qua ejus propria veriſſime dici poſſunt, ſingulariter in illo accepit humana, hoc eſt, noſtra natura, nullis ſuis præcedentibus meritis. Reſpondeat hic homo Deo, ſi audet, & dicat, Cur non & ego? *Rom.9.20.* Et ſi audierit, *O homo, tu quis es qui reſpondeas Deo?* nec ſic cohibeat, ſed augeat impudentiam, & dicat, Quomodo audio, *Tu quis es o homo?* Cum ſim quod audio, id eſt homo, quod eſt & ille de quo agò, cur non ſim quod & ille? At enim gratia ille talis ac tantus eſt: Cur diverſa eſt gratia, ubi natura communis eſt? *Coloſſ. 3. 25.* Certe non eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quis, non dico Chriſtianus, ſed inſanus hæc dicat?

2. Appareat itaque nobis in noſtro capite ipſe fons gratiæ, unde ſecundum uniuſcujuſque menſuram ſe per cuncta ejus membra diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei ſuæ homo quicumque Chriſtianus, qua gratia homo ille ab initio ſuo factus eſt Chriſtus: de ipſo Spiritu & hic renatus, de quo eſt ille natus: eodem Spiritu fit in nobis remiſſio peccatorum, quo Spiritu factum eſt, ut nullum haberet ille peccatum. Hæc ſe Deus eſſe facturum profecto præſcivit. Ipſa eſt igitur prædeſtinatio ſanctorum, quæ in Sancto ſanctorum maxime claruit, quam negare quis poteſt recte intelligentium eloquia veritatis? Nam & ipſum Dominum gloriæ, in quantum homo factus eſt Dei Filius, prædeſtinatum eſſe didicimus. Dei Filius prædeſtinatus. Clamat Doctor gentium in capite epiſtolarum ſuarum: *Rom.1.1.* *Paulus ſervus Jeſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Evangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de Filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine David ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt Filius Dei in virtute, ſecundum Spiritum ſanctificationis ex reſurrectione mortuorum.* Prædeſtinatus eſt ergo Jeſus, ut qui futurus erat ſecundum carnem filius David, eſſet tamen in virtute Filius Dei ſecundum Spiritum ſanctificationis, quia natus eſt de Spiritu-ſancto & Virgine Maria. Ipſa eſt illa infallibiliter facta hominis a Deo Verbo ſuſceptio ſingularis, ut Filius Dei & filius hominis ſimul, filius hominis propter ſuſceptum hominem, & Filius Dei propter ſuſcipientem unigenitum Deum veraciter & proprie diceretur, ne non Trinitas, ſed quaternitas crederetur. Prædeſtinata eſt iſta naturæ humanæ tanta & tam celſa & ſumma ſubvectio, ut quo attolleretur altius non haberet: ſicut pro nobis ipſa divinitas quouſque ſe deponeret humilius, non habuit, quam ſuſcepta natura hominis cum infirmitate carnis, uſque ad mortem crucis. Sicut ergo prædeſtinatus eſt ille unus, ut caput noſtrum eſſet, ita multi prædeſtinati ſumus, ut membra ejus eſſemus. Humana hic merita conticeſcant, quæ perierunt per Adam: & regnet quæ regnat Dei gratia per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, unicum Dei Filium unum Dominum. Quiſquis in capite noſtro præcedentia merita ſingularis illius generationis invenerit, ipſe in nobis membris ejus præcedentia merita multiplicatæ regenerationis inquirat. Neque enim retributa eſt Chriſto illa generatio, ſed tributa, ut alienus ab omni obligatione peccati, de Spiritu & Virgine naſceretur. Sic & nobis ut ex aqua & ſpiritu renaſceremur, non retributum eſt pro aliquo merito, ſed gratis tributum: & ſi nos ad lavacrum regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus, priores nos dediſſe aliquid, ut retribueretur nobis regeneratio ſalutaris. Ille quippe nos fecit credere in Chriſtum, qui nobis fecit in quem credimus Chriſtum: ille facit in hominibus principium fidei & perfectionem in Jeſum, qui fecit hominem principem fidei & perfectorem *Heb.12.2.* Jeſum: ſic enim eſt appellatus, ut ſcitis, in epiſtola quæ eſt ad Hebræos.

CAPUT XVI.

1. VOcat enim Deus prædeſtinatos multos filios ſuos, ut eos faciat membra prædeſtinati unici Filii ſui, non ea vocatione qua vocati ſunt qui noluerunt venire ad nuptias: illa quippe vocatione & Judæi vocati ſunt, quibus Chriſtus crucifixus ſcandalum eſt; & gentes, quibus crucifixus ſtultitia eſt: ſed ea vocatione prædeſtinatos vocat, quam

Duplex vocatio.

Luc.14.16. & 17. *1.Cor. 1. 23.*

V. lib. de peccat. mer. & rem. l. 2. c. 17. app. p. 284. & de dono perſev. c. 24. infra.

di-

distinxit Apostolus, dicens ipsis vocatis Judæis & Græcis prædicare se Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam. Sic enim ait, *Ipsis autem vocatis*: ut illos ostenderet non vocatos: sciens esse quamdam certam vocationem eorum qui secundum propositum vocati sunt, quos ante præscivit & prædestinavit conformes imaginis Filii sui. Quam vocationem significans, ait, *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia major serviet minori*. Numquid dixit, Non ex operibus, sed ex credente? Prorsus etiam hoc abstulit homini, ut totum daret Deo. Dixit ergo, *sed ex vocante;* non quacumque vocatione, sed qua vocatione fit credens.

Ibid. 24. *Rom.*8.28. *& 29.* *Rom.9.12.*

2. Hanc intuebatur etiam, cum diceret, *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei*. Nam & ibi quid agebatur paulisper advertite. Cum enim dixisset, *Nolo enim vos ignorare, fratres, sacramentum hoc, ut non sitis vobis sapientes: quia cæcitas ex parte Israel facta est, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel salvus fieret, sicut scriptum est, Veniet ex Sion qui eripiat, & avertat impietatem ab Jacob, & hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum*: mox addidit quod diligenter intelligendum est, *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem dilecti, propter patres*. Quid est, *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos;* nisi quod eorum inimicitia qua occiderunt Christum, Evangelio, sicut videmus, sine dubitatione profecit? Et hoc ostendit ex Dei dispositione venisse qui bene uti novit etiam malis: non ut ei profint vasa iræ, sed ut ipso illis bene utente, prosint vasis misericordiæ. Quid enim apertius dici potuit, quam id quod dictum est; *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos?* Est ergo in malorum potestate peccare: ut autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei dividentis tenebras & ordinantis eas; ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei. Legimus in Actibus Apostolorum, quod cum dimissi a Judæis Apostoli venissent ad suos, & indicassent quanta eis Sacerdotes & Seniores dixerunt; levaverunt illi vocem unanimes omnes ad Dominum, & dixerunt, *Domine, tu es qui fecisti cælum & terram, & mare & omnia quæ in eis sunt, qui per os patris nostri David, sancti pueri tui, dixisti, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania; adstiterunt Reges terræ, & Principes convenerunt in unum, adversus Dominum & adversus Christum ejus? Convenerunt enim in veritate in civitate ista, adversus sanctum puerum tuum* JESUM *quem unxisti, Herodes & Pilatus, & populus Israel, facere quanta manus tua & consilium prædestinavit fieri*. Ecce quod dictum est, *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos*. Tanta quippe ab inimicis Judæis manus Dei, & consilium prædestinavit fieri, quanta necessaria fuerunt Evangelio propter nos. Sed quid est quod sequitur, *Secundum electionem autem dilecti propter patres*? Numquid illi inimici qui in suis inimicitiis perierunt, & adversantes Christo de gente ipsa adhuc pereunt, ipsi sunt electi atque dilecti? Absit: quis hoc vel stultissimus dixerit? Sed utrumque licet inter se contrarium, id est, inimici & dilecti, quamvis non in eosdem homines, tamen in eamdem gentem convenit Judæorum, & ad idem carnale semen Israel, aliis eorum ad claudicationem, aliis ad benedictionem Israel ipsius pertinentibus. Hunc enim sensum apertius superius explicavit, ubi ait, *Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, ceteri vero excæcati sunt.* In utrisque tamen idem ipse Israel. Ubi ergo audimus, *Israel non est consecutus*, vel *ceteri excæcati sunt*, ibi intelligendi sunt inimici propter nos: ubi vero audimus, *electio autem consecuta est;* ibi intelligendi sunt dilecti propter patres: quibus patribus utique ista promissa sunt. *Abrahæ* quippe *dictæ sunt promissiones & semini ejus*. Unde & in ista olea oleaster inseritur gentium. Jam porro electionem quam dicat, quia secundum gratiam, non secundum debitum, debet utique occurrere; quoniam *reliquiæ per electionem gratiæ factæ sunt*. Hæc electio consecuta est, ceteris excæcatis. Secundum hanc electionem Israelitæ dilecti propter patres. Non enim vocatione illa vocati sunt, de qua dictum est, *Multi vocati*, sed illa, qua vocantur electi. Unde & hic postea quam dixit, *Secundum electionem autem dilecti propter patres;* continuo subjecit, unde agimus, *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio* Dei: id est, sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad hanc vocationem qui pertinent, omnes sunt docibiles Dei: nec potest eorum quisquam dicere, Credidi ut sic vocarer: prævenit eum quippe misericordia Dei, quia sic est vocatus ut crederet. Omnes enim docibiles Dei veniunt ad Filium, quoniam audierunt & didicerunt a Patre per Filium, qui evidentissime dicit, *Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me*. Istorum autem nemo perit, quia *omne quod dedit ei Pater, non perdet ex eo quidquam*. Quisquis ergo inde est, omnino non perit; nec erat inde qui perit. Propter quod dictum est, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum*.

Ibid. 24. *Rom.*8.28. *& 29.* *Gal.*5.16. *Rom.* 11. 17. *Ibid.* 5. *Matth.*20. 16. *Rom.* 11. 28. *Ibid.* 29. *Isa.*54.13. *Joan.*6.45. *Ibid.* 39. *1. Joan.* 2. 19.

In malorum est potestate peccare: ut autem hoc vel hoc illa malitia faciant, in solius Dei.

Act. 4. 24. *& seq.* *Ps.* 2. 1. *& 2.* *Rom.* 11. 28. *Ibidem.* *Ibid.* 7.

Electorum nemo perit.

CAPUT XVII.

Vocatio propria electorum, non quia crediderunt, sed ut credant.

INtelligamus ergo vocationem qua fiunt electi, non qui eliguntur quia crediderunt, sed qui eliguntur ut credant. Hanc enim & Dominus ipse satis aperit, ubi dicit, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*. Nam si propterea electi erant, quia crediderant; ipsi eum prius utique elegerant credendo in eum ut eligi mererentur. Aufert autem hoc omnino, qui dicit, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi*. Et ipsi quidem procul dubio elegerunt eum, quando crediderunt in eum. Unde non ob aliud dicit, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi;* nisi quia non elegerunt eum ut eligeret eos, sed ut eligerent eum, elegit eos: quia misericordia ejus prævenit eos secundum gratiam, non secundum debitum. Elegit ergo eos de mundo cum hic ageret carnem, sed jam electos in seipso ante mundi constitutionem. Hæc est immobilis veritas prædestinationis & gratiæ. Nam quid est quod ait Apostolus, *Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem?* Quod profecto si propterea dictum est, quia præscivit Deus credituros, non quia facturus fuerat ipse credentes; contra istam præscientiam loquitur Filius, dicens; *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi:* cum hoc potius præscierit Deus, quod ipsi eum fuerant electuri, ut ab illo mererentur eligi. Electi sunt itaque ante mundi constitutionem ea prædestinatione, in qua Deus sua futura facta præscivit: electi sunt autem de mundo ea vocatione, qua Deus id quod prædestinavit, implevit. Quos enim prædestinavit, ipsos & vocavit, illa scilicet vocatione secundum propositum: non ergo alios, sed quos prædestinavit, ipsos & vocavit; nec alios, sed quos ita vocavit, ipsos & justificavit; nec alios, sed quos prædestinavit, vocavit, justificavit, ipsos & glorificavit; illo utique fine qui non habet finem. Elegit ergo Deus fideles, sed ut sint, non quia jam erant. Apostolus Jacobus dicit, *Nonne Deus elegit paupe-*

Immobilis veritas prædestinationis.

*Ps.*58.11. *Ephes* 1.4. *Rom.*8.30 *Jac.* 2. 5.

res

Divites in fide quomodo Deus elegerit.

res in hoc mundo divites in fide, & hæredes regni, quod repromisit Deus diligentibus se? Eligendo ergo facit divites in fide, sicut hæredes regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicitur, quod ut in eis faciat, eos elegit. Rogo, quis audiat Dominum dicentem, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi*; & audeat dicere, credere homines ut eligantur, cum potius eligantur ut credant, ne contra sententiam Veritatis priores inveniantur elegisse Christum, quibus dicit Christus, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi?*

Joan. 15. 16.

CAPUT XVIII.

Ephes. 1. 3. *& seq.*

QUis audiat Apostolum dicentem, *Benedictus Deus & Pater Domini nostri JESU Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in cælestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem; ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus, in charitate, prædestinans nos in adoptionem filiorum per JESUM Christum in ipsum, secundum placitum voluntatis suæ, in qua gratificavit nos in dilecto Filio suo, in quo habemus redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus, quæ abundavit in nos in omni sapientia & prudentia, ut ostenderet nobis mysterium voluntatis suæ, secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in illo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis sunt, & quæ in terris in ipso: in quo etiam sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum qui universa operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus:* quis, inquam, hæc audiat diligenter & intelligenter, & audeat de hac, quam defendimus, tam clara veritate dubitare? Elegit Deus in Christo ante constitutionem mundi membra ejus: & quomodo eligeret eos qui nondum erant, nisi prædestinando? Elegit ergo prædestinans nos. Numquid eligeret impios & immundos? Nam si quæstio proponatur, utrum hos eligat, an potius sanctos & immaculatos, quid horum respondeat quis requirat, ac non statim ferat pro sanctis immaculatisque sententiam?

Deus elegit iustos, non quos tales per scipsos futuros prævidit, sed quos ut tales faceret prædestinavit.

2. *Præsciebat ergo*, ait Pelagianus, *qui futuri essent sancti & immaculati per liberæ voluntatis arbitrium: & ideo eos ante mundi constitutionem in ipsa sua præscientia, qua tales futuros esse præscivit, elegit. Elegit ergo*, inquit, *ante quam essent, prædestinans filios, quos futuros sanctos immaculatosque præscivit: utique ipse non fecit, nec se facturum, sed illos futuros esse prævidit.* Intueamur ergo verba Apostoli, atque videamus utrum propterea nos elegerit ante mundi constitutionem, quia sancti & immaculati futuri eramus, an ut efficmus? *Benedictus*, inquit, *Deus & Pater Domini nostri JESU Christi, qui nos benedixit in omni benedictione spiritali in cælestibus in Christo; sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati.* Non ergo quia futuri eramus, sed ut essemus. Nempe certum est, nempe manifestum est: ideo quippe tales eramus futuri, quia elegit ipse, prædestinans ut tales per gratiam ejus essemus. Ita ergo nos benedixit benedictione spiritali in cælestibus in Christo Jesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati *in conspectu ejus, in charitate prædestinans nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum.* Deinde quid adjungat attendite, *secundum placitum*, inquit, *voluntatis suæ*: ne in tanto beneficio gratiæ de placito gloriaremur voluntatis nostræ. *In qua gratificavit nos*, inquit, *in dilecto Filio suo:* in qua utique voluntate sua, gratificavit nos. Sic dictum est, gratificavit a gratia, sicut justificavit dicitur a justitia. *In quo habemus*, inquit, *redemptionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus, quæ abundavit in nos in omni sapientia & prudentia, ut ostenderet nobis mysterium voluntatis suæ, secundum bonam voluntatem suam.* In hoc mysterio voluntatis suæ posuit divitias gratiæ suæ secundum bonam voluntatem suam, non secundum nostram, quæ bona esse non posset, nisi ipse secundum bonam voluntatem suam ut bona fieret, subveniret. Cum autem dixisset, *Secundum bonam voluntatem suam*, subjecit, *quam proposuit in illo*, id est, in dilecto Filio suo, *in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cælis sunt, & quæ in terris in ipso: in quo etiam & sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum, qui universa operatur secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus.*

Electi sumus & prædestinati, non quia futuri eramus sancti, sed ut essemus.

3. Nimis longum est de singulis disputare. Cernitis autem proculdubio, cernitis quanta manifestatione Apostolici eloquii defendatur hæc gratia, contra quam merita extolluntur humana, tamquam homo aliquid prior det, ut retribuatur ei. Elegit ergo nos Deus in Christo ante mundi constitutionem, prædestinans nos in adoptionem filiorum: non quia per nos sancti & immaculati futuri eramus, sed elegit prædestinavitque ut essemus. Fecit autem hoc secundum placitum voluntatis suæ, ut nemo de sua, sed de illius erga se voluntate glorietur, fecit hoc secundum divitias gratiæ suæ, secundum bonam voluntatem suam, quam proposuit in dilecto filio suo, in quo sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum, non nostrum, sed ejus qui universa operatur, usque adeo ut ipse in nobis operetur & velle. Operatur autem secundum consilium voluntatis suæ, ut simus in laudem gloriæ ejus. Hinc est quod clamamus, ut nemo glorietur in homine, ac per hoc nec in seipso; sed qui gloriatur, in Domino glorietur, ut simus in laudem gloriæ ejus. Ipse quippe operatur secundum propositum suum, ut simus in laudem gloriæ ejus, utique sancti & immaculati, propter quod nos vocavit prædestinans ante mundi constitutionem. Ex hoc proposito ejus est illa electorum propria vocatio, quibus omnia cooperatur in bonum: quia secundum propositum vocati sunt, & sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei.

Phil. 2. 13

1. *Cor.* 3 12.

1. *Cor.* 1. 31.

Rom. 8. 28

Rom. 11. 29.

CAPUT XIX.

De Prædestinatione quæ Pelagianorum sententia, quæve Semipelagianorum. *Ephes.* 1. 4.

1. SED hi nostri, de quibus vel pro quibus nunc agimus, forsitan dicunt; Pelagianos hoc Apostolico testimonio refutari, ubi dicit, ideo nos electos in Christo, & prædestinatos ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus, in charitate. Ipsi enim putant, *acceptis præceptis, jam per nos ipsos fieri liberæ voluntatis arbitrio sanctos & immaculatos in conspectu ejus in charitate: quòd futurum Deus quoniam præscivit*, inquiunt, *ideo nos ante mundi constitutionem elegit & prædestinavit in Christo.* Cum dicat Apostolus, Non quia futuros tales nos esse præscivit, sed ut essemus tales per ipsam electionem gratiæ suæ, qua gratificavit nos in dilecto filio suo. Cum ergo nos prædestinavit, opus suum præscivit, quo nos sanctos & immaculatos facit. Unde recte hoc testimonio Pelagianus error arguitur. *Nos autem dicimus*, inquiunt, *nostram Deum non præscisse nisi fidem,*

dem, qua credere incipimus, & ideo nos elegisse ante mundi constitutionem, ac prædestinasse, ut etiam sancti & immaculati gratia atque opere ejus essemus. Sed audiant & ipsi in hoc testimonio, ubi *Ibid.* 11. dicit, *Sortem consecuti sumus, prædestinati secundum propositum, qui universa operatur.* Ipse ergo ut credere incipiamus operatur qui universa operatur. Vocationem quippe illam, de qua dictum est, *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei;* & de qua dictum est, *Non ex operibus, sed ex vocante:* cum posset dicere, sed ex credente; & electionem quam *Rom.* 11. 29. significavit Dominus dicens, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi*: nec fides ipsa præcedit. Non *Rom* 9.12. enim quia credidimus, sed ut credamus elegit nos; *Joan.* 15. 16. ne priores eum elegisse dicamur, falsumque sit, quod absit, *Non vos me elegistis, sed ego vos elegi.* Nec quia credidimus, sed ut credamus vocamur: atque illa vocatione, quæ sine pœnitentia est, id prorsus agitur & peragitur, ut credamus. Nec omnia replicanda sunt de hac re tam multa quæ diximus.

2. Denique & in hujus testimonii consequentibus, Deo gratias agit Apostolus pro his qui crediderunt, non utique quoniam eis annunciatum est Evange- *Ephes.* 1. lium, sed quoniam crediderunt. Ait enim, *In quo* 13. *& seq.* *& vos audientes verbum veritatis, Evangelium salutis vestræ, in quo credentes signati estis Spiritu promissionis sancto, qui est pignus hereditatis nostræ in redemptionem acquisitionis, in laudem gloriæ ipsius: propter hoc & ego, audita fide vestra in Christo Jesu & in omnes sanctos, non cesso gratias agere pro vobis.* Nova erat & recens eorum fides prædicato sibi Evangelio, qua fide audita, gratias Deo pro iis agit Apostolus. Si homini gratias ageret pro eo, quod illum vel putaret non præstitisse, vel nosset, adulatio vel irrisio verius quam gratiarum actio diceretur. *Gal.* 6. 7. *Nolite errare, Deus non irridetur:* donum Fidei initium Dei donum est. enim ejus est etiam incipiens fides, ne Apostoli falsa vel fallax gratiarum actio merito judicetur. Quid illud, nonne initium fidei apparet Thessalonicensium, de quo tamen idem Apostolus Deo gratias *1. Thess.* 2. 13. agit, dicens, *Propterea & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum percepissetis a nobis verbum auditus Dei, excepistis non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum Dei, quod operatur in vobis, cui credidistis?* Quid est quod hinc Deo gratias agit? Nempe vanum est atque inane, si cui gratias agit hoc ipse non fecit. Sed quia hoc vanum & inane non est, profecto Deus, cui de hoc opere gratias agit, ipse fecit, ut cum percepissent ab Apostolo verbum auditus Dei, exciperent illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum Dei. Deus igitur operatur in cordibus hominum, vocatione illa secundum propositum suum, de qua multum locuti sumus, ut non inaniter audiant Evangelium, sed eo audito convertantur & credant, excipientes non ut verbum hominum, sed sicut est vere verbum Dei.

CAPUT XX.

1. ILlud etiam initium fidei hominum donum Dei esse nos admonet, cum hoc significet Apo- *Coloss.* 4. 2. *&c.* stolus dicens in epistola ad Colossenses: *Orationi instate, vigilantes in illa in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi sui ad loquendum mysterium Christi, propter quod etiam vinctus sum, ut manifestem illud ita ut oportet me loqui.* Quomodo aperitur ostium verbi, nisi cum sensus aperitur audientis ut credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandam salubrem doctrinam prædicantur & disputantur, admittat; ne per infidelitatem corde clauso, ea quæ dicuntur improbet ac repellat? Unde & ad Corinthios ait, *Permanebo autem Ephesi usque ad Pentecosten;* *1. Cor.* 16 8. *ostium enim mihi apertum est magnum & evidens, & adversarii multi.* Quid hic aliud potest intelligi, nisi prædicato ibi per eum primitus Evangelio, credidisse multos, & multos ejusdem fidei adversarios extitisse, secundum illud Domini, *Nemo ad* *Joan.* 6. 66 *Luc.* 8. 10 *Matth.* 13 11. *me venit, nisi cui datum fuerit a Patre meo: & Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum.* Ostium ergo apertum est in eis quibus datum est: adversarii autem multi ex eis quibus non est datum.

2. Itemque ad eosdem in secunda epistola idem Apostolus, *Cum venissem*, inquit, *in Troadem in* *2. Cor.* 2. 12. & 13. *Evangelium Christi, & ostium mihi apertum esset in Domino, non habui requiem spiritui meo, eo quod non inveni Titum fratrem meum; sed vale illis faciens exii in Macedoniam.* Quibus vale fecit, nisi eis qui crediderant, in quorum scilicet cordibus Evangelizanti apertum est ostium? Quid autem adjungat attendite: *Deo autem*, inquit, *gratias*, *Ibid.* 14. *&c.* *qui semper triumphare nos facit in Christo, & odorem notitiæ suæ per nos manifestat in omni loco: quia Christi bonus odor sumus Deo, in his qui salvi fiunt, & in his qui pereunt; quibusdam quidem odor mortis in mortem, quibusdam autem odor vitæ in vitam.* Ecce unde gratias agit miles acerrimus & defensor invictissimus gratiæ: ecce unde gratias agit, quia Christi bonus odor sunt Apostoli Deo, & in his qui salvi fiunt gratia ejus, & in his qui pereunt judicio ejus. Sed ut minus succenseatur hæc parum intelligentibus, ipse admonet, cum adjungit & dicit, *Et ad hæc quis idoneus?* Verum redeamus ad ostii apertionem, qua initium fidei audientium significavit Apostolus. Quid est enim, *Oran-* *Ibid.* 16. *Col.* 4. 3. *tes simul & pro nobis, ut Deus aperiat nobis ostium verbi:* nisi apertissima demonstratio, etiam ipsum initium fidei esse donum Dei? Non enim orando peteretur ab eo, nisi ab ipso tribui crederetur. Hoc donum cælestis gratiæ in illam Purpurariam descenderat, cui, sicut Scriptura dicit in Actibus Apo- *Actor.* 16. stolorum, *Deus aperuerat sensum ejus, & intendebat in ea quæ a Paulo dicebantur.* Sic enim voca- 14. batur, ut crederet. Agit quippe Deus quod vult in cordibus hominum, vel adjuvando, vel judicando, ut etiam per eos impleatur quod manus ejus & *Act.* 4. 28. consilium prædestinavit fieri.

3. Frustra itaque etiam illud, quod Regnorum *1. Reg.* 10. & Paralipomenon Scriptura teste probavimus, cum 25. Deus vult fieri quod non nisi volentibus hominibus *1. Paral.* oportet fieri, inclinari eorum corda ut hoc velint, 2. 18. eo scilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur & velle; ad causam de qua differimus, * non pertinere dixerunt. Quid est **Supra in* aliud, nihil dicere, & tamen contradicere? nisi *ep. Hilar.* forte cur eis hoc visum sit, rationem vobis aliquam *n.* 7. *p.* 17. reddiderunt, quam vos in litteris vestris tacere maluistis. Sed quæ illa esse possit ignoro. An forte quia ostendimus hoc Deum egisse in cordibus hominum, & ad hoc perduxisse quorum ei placuit voluntates, ut Rex constitueretur Saul, sive David, ideo hæc exempla causæ huic convenire non putant, quoniam non hoc est temporaliter regnare in hoc sæculo, quod est in æternum regnare cum Deo; ac per hoc existimant ad regna terrena facienda Deum inclinare, ad regnum vero cæleste obtinendum Deum non inclinare quorum voluerit voluntates? Sed puto propter regnum cælorum, non propter regnum terrenum esse dictum: *Inclina cor meum in* *Ps.* 118. 36. *te-*

*Pſ.*118. 36. *teſtimonia tua:* vel, *A Domino greſſus hominis diriguntur, & viam ejus volet:* vel, *Paratur voluntas a Domino:* vel, *Fiat Dominus noſter nobiſcum, ſicut erat cum patribus noſtris; non derelinquat nos, nec avertat nos a ſe: inclinet corda noſtra ad ſe, ut eamus in omnibus viis ejus:* vel, *Dabo eis cor cognoſcendi me, & aures audientes:* vel, *Dabo eis cor aliud, & ſpiritum novum dabo eis.* Audiant etiam illud: *Spiritum meum dabo in vobis, & faciam ut in juſtificationibus meis ambuletis, & judicia mea obſervetis, & faciatis.* Audiant: *A Domino diriguntur greſſus viri, mortalis autem quomodo intelligit vias ſuas?* Audiant; *Omnis vir videtur ſibimetipſi juſtus, dirigit autem corda Dominus.* Audiant: *Crediderunt quotquot erant ordinati in vitam æternam.* Audiant hæc & alia quæcumque non dixi, quibus oſtenditur Deus ad regnum etiam cælorum, & ad vitam æternam parare & convertere hominum voluntates. Cogitate autem quale ſit, ut credamus ad conſtituenda regna terrena hominum voluntates operari Deum, & ad capeſſendum regnum cælorum homines operari voluntates ſuas.

Prov. 8. *juxta* LXX. 3. *Reg.* 8. 57. *Baruch.* 2. 31. *Ezech.* 11. 19. *Ezech.* 36. 27. *Prov.* 20. 24. *Prov.* 21. 2 *Act.* 13. 48

CAPUT XXI.

MUlta diximus, & fortaſſe jam dudum potuimus perſuadere quæ volumus, & adhuc tam bonis ingeniis ſic loquimur, quaſi obtuſis, quibus & quod nimium eſt, non eſt ſatis. Sed dent veniam; nova enim quæſtio ad hoc nos compulit. Quia cum in prioribus opuſculis noſtris ſatis idoneis teſtimoniis egiſſemus, donum Dei eſſe etiam fidem: inventum eſt quod contradiceretur, ad hoc valere illa teſtimonia, ut oſtendant Dei donum eſſe incrementum fidei; initium vero fidei quo in Chriſtum primitus creditur, ab homine ipſo eſſe, nec eſſe donum Dei; ſed hoc exigere Deum, ut cum id præceſſerit, cætera tamquam hoc merito conſequantur, quæ Dei dona ſunt, nec ullum eorum dari gratis, cum in eis Dei gratia, quæ non niſi gratuita eſt, prædicetur. Quod videtis quam ſit abſurdum, propter quod inſtitimus quantum potuimus, ut etiam ipſum initium fidei donum Dei eſſe oſtenderemus. Quod & ſi diutius fecimus, quam forſitan vellent hi propter quos fecimus; hinc ab eis reprehendi parati ſumus: dum tamen & ſi multo diutius quam vellent, & ſi cum faſtidio ac tædio intelligentium, fateantur nos feciſſe quod fecimus, id eſt, etiam initium fidei, ſicut continentiam, patientiam, juſtitiam, pietatem, & cætera, de quibus cum his nulla contentio eſt, donum Dei eſſe docuiſſe. Hic ergo ſit hujus voluminis terminus, ne offendat unius nimia longitudo.

ADMONITIO

IN LIBRUM SECUNDUM

DE PRÆDESTINATIONE SANCTORUM,

vulgo DE DONO PERSEVERANTIÆ *nuncupatum.*

RElíquos *errores Semipelagianorum Maſſilienſium coarguere pergit Auguſtinus. Verum ut maxima parte ſuperioris libri de initio fidei egit, ſic in primis partibus libri ſequentis copioſe diſſerit de perſeverantiæ perfectione. Nempe ſanctus Doctor ex Proſperi & Hilarii litteris intellexit, prædeſtinationis & gratiæ inimicos duplici hoc errore propius a Pelagianis recedere, quod* & initium fidei, & uſque in finem perſeverantiam ſic in noſtra poteſtate conſtituant (*quemadmodum hic capite* 17. *loquitur*) ut Dei dona eſſe non putent, neque ad hæc habenda atque retinenda Deum operari noſtras cogitationes & voluntates. *Quamquam autem hoc poſteriore libro & ad alias eorum quaſdam adverſus prædeſtinationem quæſtiones reſpondeat: quia tamen ipſo in exordio proponit diſputandum de perſeverantia, inde factum ut liber vulgo vel* de dono perſeverantiæ *nuncuparetur, vel* (*quæ ipſius communior in antiquis codicibus inſcriptio eſt*) de bono perſeverantiæ, *ſub qua olim inſcriptione citabatur a Remigio Archiepiſcopo Lugdunenſi in libro de tenenda ſcripturæ veritate cap.* 9. *a Floro ſeu Beda vulgato, in Paulum, ab Hincmaro lib. de prædeſtinatione cap.* 1. *&c. At certe S. Proſper, qui*

operis Hilario ac ſibi dicati exemplaria prima & ſinceriora conſpexit, eumdem utique libro inditum fuiſſe titulum tradit in principio libri reſponſionum ad excerpta Genuenſium. In libris, *ait*, beatæ memoriæ Auguſtini epiſcopi, quorum titulus eſt de Prædeſtinatione Sanctorum. *Adſtipulatur Proſpero Noaillienſis vetus codex, finito libro primo ſubjiciens*, Explicit de Prædeſtinatione ſanctorum beati Auguſtini epiſcopi liber primus. Incipit ſecundus. *Finito autem hoc ſecundo:* Explicit liber ſecundus ſancti Auguſtini epiſcopi de Prædeſtinatione Sanctorum.

De iiſdem libris Bellarminus in libro 2. *de Gratia & libero arbi-*
„ *trio, cap.* 11. *Conſtat, inquit, delatam fuiſſe ad Apoſtolicam ſedem,*
„ *Cæleſtino Pontifice, a Proſpero & Hilario querimoniam, quod in*
„ *Gallia presbyteri quidam doctrinam ſancti Auguſtini de prædeſtina-*
„ *tione reprehenderent. Quid autem Cæleſtinus reſcripſerit perſpicuum*
„ *eſt ex epiſtola ejus ad Gallos, in qua inter cætera, poſtea quam*
„ *magnis laudibus ſanctum Auguſtinum extulit, ita ſubjunxit*: Unde
„ reſiſtatur talibus quos male creſcere videmus, *&c. Et quo-*
„ *niam Galli reſpondebant, fuiſſe quidem a Pontifice commendatam*
„ *ſancti Auguſtini doctrinam, ſed non approbatos in ſpecie libros illos*
„ *duos* de Prædeſtinatione Sanctorum & de bono Perſeverantiæ: *con-*
„ *tra ſanctus Proſper in libro contra Collatorem, extremo loco demon-*
„ *ſtrat, Pontificem non potuiſſe hos libros non approbare, cum Augu-*
„ *ſtini doctrinam probaverit, & hi libri a cæteris non diſſentiant &c.*
„ *Deinde Cæleſtinus in ea epiſtola cap.* 2. *ita laudat Auguſtinum,*
„ *ut dicat eum ſemper habitum a Romana Eccleſia pro magiſtro opti-*
„ *mo, & numquam eum fuiſſe ſaltem rumore ſiniſtræ ſuſpicionis ad-*
„ *ſperſum. At quomodo iſta dicere potuiſſet Cæleſtinus, ſi Auguſtinus*
„ *falſo ſcripſiſſet, fidem prædeſtinationis in Eccleſia Catholica ſemper*
* *Lib. de dono perſever. c.* 19. „ *fuiſſe, &* * CONTRA EAM NEMINEM NISI ERRANDO DISPUTARE
„ POTUISSE? *Nam ſi Auguſtini de prædeſtinatione ſententia falſa eſ-*
„ *ſet, non poſſet idem Auguſtinus ab ingenti temeritate defendi: quip-*
„ *pe qui non ſolum tam acriter pro falſitate certaſſet, ſed etiam pro*
„ *fide catholica venditare auſus eſſet &c. Denique Gelaſius in Conci-*
„ *lio* LXX. *epiſcoporum non ſolum probavit omnia ſcripta ſancti Au-*
„ *guſtini & ſancti Proſperi; ſed etiam contra damnavit libellos Jo-*
„ *annis Caſſiani & Fauſti Regienſis: cum tamen non ignoraret, po-*
„ *tiſſimam contentionem inter Proſperum & Caſſianum, ac deinde in-*
„ *ter Fulgentium & Fauſtum, de ſcriptis ſancti Auguſtini* de Præ-
„ deſtinatione ſanctorum & de bono perſeverantiæ *fuiſſe.*

Prima parte libri probat perſeverantiam illam, qua in Chriſto perſeveratur uſque in finem, eſſe donum Dei. Hoc enim a Deo irriſorie peti, ſi a Deo dari non creditur. Porro Dominica oratione nihil pene aliud poſci quam perſeverantiam; juxta Cypriani Martyris expoſitionem: qua quidem expoſitione ipſi gratiæ inimici convicti ſunt ante quam nati. Perſeverandi gra-

tiam

tiam non ſecundum accipientium merita, ſed aliis Dei miſericordia dari, aliis juſto ejus judicio non dari docet. Cur ex adultis ille potius quam iſte vocetur, quemadmodum & ex duobus parvulis cur iſte aſſumatur, ille relinquatur, inſcrutabile. Inſcrutabilius vero, cur ex duobus piis, huic perſeverare donetur, non illi: ſed illud tamen certiſſimum, hunc eſſe ex prædeſtinatis, illum non eſſe. Prædeſtinationis myſterium Dominicis verbis de Tyriis & Sidoniis, ſi eadem apud illos quæ apud Chorozain ſigna facta eſſent, pœnitentiam acturis, monſtrari obſervat. Exemplum parvulorum ad prædeſtinationis & gratiæ in majoribus veritatem firmandam valere oſtendit: atque ad locum libri ſui de libero arbitrio tertii ab adverſariis male adhuc allatum reſpondet. Altera poſtea operis hujus parte refellit quod illi ajunt, Prædeſtinationis definitionem utilitati exhortationis & correptionis adverſam. Aſſerit contra, Prædeſtinationem utiliter prædicari, ut homo non in ſeipſo, ſed in Domino glorietur. Quæ autem ab illis adverſus prædeſtinationem objectantur, eadem non abſimiliter vel adverſus Dei præſcientiam, vel adverſus gratiam illam, quam ad cætera bona (excepto initio fidei & perſeverantiæ perfectione) neceſſariam eſſe conſentiunt, poſſe torqueri. Prædeſtinationem quippe Sanctorum nihil aliud eſſe quam præſcientiam & præparationem beneficiorum Dei, quibus certiſſime liberantur, quicumque liberantur. Verum prædeſtinationem congrua ratione prædicari jubet, ac non eo modo ut apud imperitam multitudinem redargui ipſa ſua prædicatione videatur. Poſtremo illuſtriſſimum prædeſtinationis exemplum nobis poſitum ob oculos Dominum Jeſum commendat.

SANCTI AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI.
DE DONO PERSEVERANTIÆ.
AD PROSPERUM ET HILARIUM.
LIBER SECUNDUS.

* Scriptus post Retractationes, anno Christi 428. aut 429.

Prima parte libri probat perseverantiam illam, qua in Christo perseveratur usque in finem, esse donum Dei. Hoc enim a Deo irrisorie peti, si a Deo dari non creditur. Porro Dominica oratione nihil pene aliud posci quam perseverantiam, juxta Cypriani martyris expositionem: qua quidem expositione ipsi gratiæ inimici convicti sunt ante quam nati. Perseverandi gratiam non secundum accipientium merita, sed aliis Dei misericordia dari, aliis justo ejus judicio non dari docet. Cur ex adultis ille potius quam iste vocetur, quemadmodum & ex duobus parvulis cur iste assumatur, ille relinquatur, inscrutabile. Inscrutabilius vero, cur ex duobus piis, huic perseverare donetur, non illi: sed illud tamen certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. Prædestinationis mysterium Dominicis verbis de Tyriis & Sidoniis, si eadem apud illos quæ apud Chorozain signa facta essent, pœnitentiam acturis monstrari observat. Exemplum parvulorum ad prædestinationis & gratiæ in majoribus veritatem firmandam valere ostendit: atque ad locum libri sui de Libero arbitrio tertii, ab adversariis male huc allatum, respondet. Altera postea operis hujus parte refellit quod illi ajunt, Prædestinationis definitionem utilitati exhortationis & correptionis adversam. Asserit contra, Prædestinationem utiliter prædicari, ut homo non in seipso, sed in Domino glorietur. Quæ autem ab illis adversus prædestinationem objectantur, eadem non absimiliter vel adversus Dei præscientiam, vel adversus gratiam illam, quam ad cætera bona (excepto initio fidei, & perseverantiæ perfectione) necessariam esse consentiunt, posse torqueri. Prædestinationem quippe sanctorum nihil aliud esse quam præscientiam & præparationem beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Verum prædestinationem congrua ratione prædicari jubet, ac non eo modo ut apud imperitam multitudinem redargui ipsa sua prædicatione videatur. Postremo illustrissimum prædestinationis exemplum nobis positum ob oculos Dominum Jesum commendat.

CAPUT PRIMUM.

De qua hic perseverantia disputetur.

JAM de Perseverantia diligentius disputandum est. Nam & in priore libro cum ageremus de initio fidei, etiam de hac aliqua diximus. Asserimus ergo donum Dei esse perseverantiam, qua usque in finem perseveratur in Christo, finem autem dico quo vita ista finitur, in qua tantummodo periculum est ne cadatur. Itaque utrum quisque hoc munus acceperit, quamdiu hanc vitam ducit, incertum est. Si enim prius quam moriatur cadat, non perseveraſſe utique dicitur, & verissime dicitur. Quomodo ergo perseverantiam, qui non perseveravit, accepisse vel habuisse dicendus est? Nam si habeat aliquis continentiam, & ab ea decidat atque incontinens fiat, si justitiam similiter, si patientiam, si ipsam fidem; recte dicitur habuisse & non habere, continens enim fuit, vel justus fuit, vel patiens, vel fidelis fuit, quamdiu fuit; cum vero esse destitit, non est quod fuit: qui vero non perseveraverit, quomodo perseverans fuit; cum perseverando quisque ostendat se perseverantem, quod ille non fecit? Sed ne quisquam reluctetur & dicat, Si ex quo fidelis quisque factus est, vixit, verbi gratia, decem annos, & eorum medio tempore a fide lapsus est, nonne quinque annos perseveravit? Non contendo de verbis, si & illa perseverantia putatur esse dicenda, tamquam temporis sui: hanc certe de qua nunc agimus perseverantiam, qua in Christo perseveratur usque in finem, nullo modo habuisse dicendus est, qui non perseveraverit usque in finem: potiusque hanc habuit unius anni fidelis, & quantum infra cogitari potest, si donec moreretur fideliter vixit, quam multorum annorum, si exiguum temporis ante mortem a fidei stabilitate defecit.

CAPUT II.

1. QUo constituto videamus utrum hæc perseverantia, de qua dictum est, *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit*, donum sit Dei. Quod si non sit quomodo verum est quod Apostolus ait, *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo*. Horum quippe unum pertinet ad initium, alterum ad finem: utrumque tamen est Dei donum, quia utrumque dictum est esse donatum, sicut & superius jam diximus. Quod enim est initium verius Christiano, quam credere in Christum? Quis finis melior, quam pati pro Christo? Sed quod ad id pertinet ut credatur in Christum, qualiscumque inventa est contradictio, ut donum Dei non initium, sed augmentum fidei diceretur: cui opinioni, donante Domino, satis superque respondimus. Quid autem dici potest, cur perseverantia usque in finem non donetur in Christo, cui donatur pati pro Christo, aut, ut expressius eloquar, cui donatur mori pro Christo? Nam & Petrus apostolus donum Dei hoc esse demonstrans, *Melius est*, inquit, *benefacientes, si velit voluntas Dei, pati, quam male facientes*. Cum dicit, *si velit voluntas Dei*; ostendit hoc divinitus donari, nec omnibus sanctis, ut pro Christo patiantur: neque enim quos non vult voluntas Dei pervenire ad experientiam gloriamque passionis, non perveniunt ad regnum Dei, si perseveraverint in Christo usque in finem. Sed quis dicat istis non donari hanc perseverantiam, qui ægritudine corporis, vel quocumque casu moriuntur in Christo, cùm longe difficilior donetur illis a quibus suscipitur & mors ipsa pro Christo? Multo quippe difficilius perseveratur, ubi hoc agit qui persequitur ne perseveretur, & propterea usque ad mortem sustinetur ut perseveretur. Illam proinde difficilius perseverantiam, istam facilius est habere: sed cui nihil difficile est, facile est utramque donare. Hanc enim promisit Deus, dicens, *Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant*. Quod quid est aliud, quam, talis ac tantus erit timor meus quem dabo in cor eorum, ut mihi perseveranter adhæreant?

Matth. 10 22.

Philip. 2. 29.

Fides initium est hominis Christiani, martyrium pro Christo finis optimus.

1. *Pet.* 3. 17.

Jer. 32. 40.

2. Cur autem perseverantia ista poscitur a Deo, si non datur a Deo? An & ista irrisoria petitio est, cum id ab eo petitur quod scitur non ipsum dare, sed ipso non dante esse in hominis potestate; sicut irrisoria est etiam illa actio gratiarum, si ex hoc gratiæ aguntur Deo, quod non donavit ipse, nec fecit? Sed quod ibi dixi, hoc & hic dico, *Nolite errare*, inquit Apostolus, *Deus non irridetur*. O homo, non verborum tuorum tantum, verum etiam cogitationum testis est Deus: si aliquid a tanto divite veraciter, ac fideliter poscis, ab illo a quo poscis, te accipere crede quod poscis. Noli eum labiis honorare, & super eum corde te extollere, credens a teipso tibi esse, quod ab illo te fingis orare. An ab illo perseverantia ista forte non poscitur? Jam hoc qui dicit, non meis disputationibus refellendus, sed sanctorum orationibus onerandus est. An vero quisquam eorum est, qui non sibi poscat a Deo ut perseveret in eo: cum ipsa oratione quæ Dominica nuncupatur, quia eam Dominus docuit, quando oratur a sanctis; nihil pene aliud quam perseverantia poscì intelligatur?

Lib. super. c. 19. *n.* 39. *Gal.* 6. 7.

3. Legite aliquanto intentius ejus expositionem in beati Cypriani Martyris libro, quem de hac re condidit, cujus est titulus, De Dominica oratione: & videte ante quot annos contra ea quæ futura erant Pelagianorum venena, quale sit antidotum præparatum. Nam tria sunt, ut scitis, quæ maxime adversus eos catholica defendit Ecclesia: quorum est unum, gratiam Dei non secundum merita nostra dari; quoniam Dei dona sunt, & Dei gratia conferuntur etiam merita universa justorum; alterum est; in quantacumque justitia sine qualibuscumque peccatis in hoc corruptibili corpore neminem vivere: tertium est, obnoxium nasci hominem peccato primi hominis, & vinculo damnationis obstrictum, nisi reatus, qui generatione contrahitur, regeneratione solvatur. Horum trium hoc, quod loco ultimo posui, solum non tractatur in supradicto glorioso Martyris libro: de duobus vero cæteris tanta illic perspicuitate disseritur, ut supradicti hæretici novi, inimici gratiæ Christi, longe ante reperiantur victi esse quam nati. In his ergo meritis sanctorum, quæ nulla nisi Deo dona sunt, etiam perseverantiam donum Dei esse sic loquitur. *Dicimus*, inquit, *Sanctificetur nomen tuum: non quod optemus, Deo, ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus ab eo, ut nomen ejus sanctificetur in nobis. Cæterum a quo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum; id petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus perseveremus*. Et paulo post de hac ipsa re adhuc disputans, & docens nos perseverantiam petere a Domino; quod nullo modo recte ac veraciter faceret, nisi ejus donum & hoc esset: *Hæc inquit, sanctificatio, ut in nobis permaneat oramus: & quia Dominus & judex noster, sanato a se & vivificato comminatur non delinquere, ne quid ei deterius fiat; hanc continuis orationibus precem facimus, hoc diebus & noctibus postulamus, ut sanctificatio & vivificatio, quæ de Dei gratia sumitur, ipsius protectione servetur*. In sanctificatione igitur perseverantiam, hoc est, ut in sanctificatione perseveremus, nos ab eo petere iste doctor intelligit, cum sanctificati dicimus, *Sanctificetur nomen tuum*. Quid est enim aliud petere quod accepimus, nisi ut id quoque nobis præstetur, ne habere desinamus? Sicut ergo sanctus, cum Deum rogat ut sanctus sit, id utique rogat ut sanctus esse permaneat: ita utique & castus, cum rogat ut castus sit; continens, ut continens sit; justus, ut justus sit; pius, ut pius; & cætera quæ contra Pelagianos dona Dei esse defendimus; hoc sine dubio petunt, ut in eis perseverent bonis, quæ se accepisse noverunt. Quod si accipiunt, profecto & ipsam perseverantiam magnum Dei donum, quo cætera dona ejus conservantur, accipiunt.

Perseverantiam tota pene oratione Dominica petimus: Pelagianæ doctrinæ tria potissimum capita.

Cyprian. de Orat. Dom. Matth. 6. 9.

Levit. 29. 2.

Joan. 5. 14.

Quomodo petamus quæ accepimus.

4. Quid cum dicimus, *Veniat regnum tuum*: num aliud poscimus, nisi ut veniat & nobis, quod esse venturum non dubitamus omnibus sanctis? Ergo & hic qui jam sancti sunt, quid orant, nisi ut in ea sanctitate, quæ illis data est, perseverent. Neque enim aliter eis veniet regnum Dei; quod non aliis, sed his qui perseverant usque in finem, certum est esse venturum.

Matth. 6. 10.

CAPUT III.

TErtia petitio est, *Fiat voluntas tua in cælo & in terra*: vel, quod in plerisque codicibus legitur, magisque ab orantibus frequentatur, *sicut in cælo & in terra*: quod plerique intelligunt, sicut sancti Angeli *, & nos faciamus voluntatem tuam. Vult autem ille doctor, & martyr, cælum & terram intelligi spiritum & carnem, & hoc nos orare, ut voluntatem Dei re utraque concordante

Matth. 6. 10.

*Subaudi. faciunt.

Cœlum & terra quomodo

fa-

in oratione Dominica accipiantur.

faciamus. Vidit in his verbis & alterum sensum sanissimæ fidei congruentem, de quo jam, supra locuti sumus: ut scilicet pro infidelibus, qui sunt adhuc terra, terrenum tantum hominem prima nativitate portantes, orare intelligantur fideles, qui cælesti homine induti, non immerito cæli nomine nuncupantur. Ubi evidenter ostendit, & initium fidei esse donum Dei, quando non tantum pro fidelibus, ut augeatur in eis vel perseveret fides, verum etiam pro infidelibus, ut habere incipiant eam, quam penitus non habebant, & contra quam corda insuper inimica gestabant, sancta orat Ecclesia. Verum nunc non de initio fidei, de quo in superiori libro multa jam diximus; sed de illa quæ habenda est usque in finem perseverantia disputamus, quam petunt utique etiam sancti qui faciunt voluntatem Dei, dicentes in oratione, *Fiat voluntas tua*. Cum enim jam facta sit in eis, cur ut fiat adhuc petunt, nisi ut perseverent in eo quod esse cœperunt? Quamvis hic dici possit, non petere sanctos ut voluntas Dei fiat in cælo, sed ut fiat in terra sicut in cælo: ut terra scilicet imitetur cælum, id est, ut homo Angelum, vel infidelis fidelem: ac per hoc id sanctos poscere, ut sit quod nondum est, non ut perseveret quod est. Quantalibet enim homines sanctitate præpolleant, nondum sunt æquales Angelis Dei: nondum ergo sicut in cælo in eis fit voluntas Dei. Quod si ita est, in ea quidem parte qua optamus, ut homines ex infidelibus fiant fideles, non perseverantia, sed initium videtur optari; in ea vero qua optamus, ut homines in facienda voluntate Dei æquentur Angelis Dei, cum hoc orant sancti, perseverantiam demonstrantur orare: quoniam nemo pervenit ad illam summam, quæ in regno est, beatitudinem, nisi in ea sanctitate quam sumpsit in terra, perseveraverit usque in finem.

CAPUT IV.

Matt. 6. 11. QUarta petitio est, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*. Ubi beatus Cyprianus ostendit quomodo & hic intelligatur perseverantia postulari. Ait quippe inter cætera: *Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto, dum abstenti, & non communicantes a cælesti pane prohibemur; a Christi corpore separemur*. Hæc verba sancti hominis Dei, perseverantiam prorsus a Domino sanctos indicant poscere, quando hac intentione dicunt, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*; ne a Christi corpore separentur, sed in ea sanctitate permaneant, qua nullum, quo inde separari mereantur, crimen admittant.

CAPUT V.

Matt. 6. 12. 1. QUinto orationis loco dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*. In qua sola petitione non invenitur posci perseverantia. Præterita enim sunt peccata, quæ nobis ut dimittantur oramus: perseverantia vero, quæ in æternum salvos facit, tempori quidem hujus vitæ, non tamen peracto, sed ei quod usque ad ejus finem restat, est necessaria. Operæ pretium est tamen paulisper intueri, quomodo & in hac petitione jam tunc lingua Cypriani, tamquam telo invictissimo veritatis, longe postea futuri confodiebantur hæretici. Etiam hoc enim Pelagiani audent dicere, hominem justum in hac vita nullum habere omnino peccatum, & in talibus hominibus esse jam præsenti tempore Ecclesiam non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid ejusmodi, quæ una & sola sponsa sit Christi: tamquam sponsa ejus non sit, quæ per universam terram quod ab eo didicit, dicit, *Dimitte nobis debita nostra*. Sed attendite quomodo istos gloriosissimus Cyprianus interimat. Cum enim locum ipsum Dominicæ orationis exponeret, ait inter cætera: *Quam necessarie autem, quam providenter & salubriter admonemur, quod peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, ut dum indulgentia de Deo petitur, conscientiæ suæ animus recordetur. Ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur & docetur se peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis jubetur orare. Sic denique & Joannes in epistola sua ponens, dixit, Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & veritas in nobis non est:* & cætera quæ hic inserere longum est.

Omnes omnino peccato carere. *Eph. 5. 27.*

1. Joan. 1. 8.

2. Jam vero cum dicunt sancti, *Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo*; quid aliud quam ut in sanctitate perseverent, precantur? Nam profecto concesso sibi isto Dei dono, quod esse Dei donum, cum ab illo poscitur, satis aperteque monstratur: isto ergo concesso sibi dono Dei, ne inferantur in tentationem, nemo sanctorum non tenet usque in finem perseverantiam sanctitatis. Neque enim quisquam in proposito Christiano perseverare desistit, nisi in tentationem primitus inferatur. Si ergo concedatur ei quod orat, ut non inferatur; utique in sanctificatione, quam Deo donante percepit, Deo donante persistit.

Matth. 6. 13.

Perseverantia sibi concessa nemo non perseverat.

CAPUT VI.

1. SEd nolunt, ut scribitis, *isti fratres ita hanc perseverantiam prædicari, ut non vel suppliciter emereri, vel amitti contumaciter possit*. Ubi quid dicant, parum diligenter attendunt. De illa enim perseverantia loquimur, qua perseveratur usque in finem: quæ si data est, perseveratum est usque in finem; si autem non est perseveratum usque in finem, non est data; quod jam & superius satis egimus. Non itaque dicant homines perseverantiam cuiquam datam usque in finem, nisi cum ipse venerit finis, & perseveravisse cui data est, repertus fuerit usque in finem. Dicimus quippe castum quem novimus castum, sive sit, sive non sit in eadem castitate mansurus; & si quid aliud divini muneris habeat, quod teneri & amitti potest, dicimus cum habere quamdiucumque habet: & si amiserit, dicimus habuisse: perseverantiam vero usque in finem, quoniam non habet quisquam, nisi qui perseverat usque in finem, multi eam possunt habere, nullus amittere. Neque enim metuendum est, ne forte cum perseveraverit homo usque in finem, aliqua in eo mala voluntas oriatur, ne perseveret usque in finem. Hoc ergo Dei donum supplicite emereri potest: sed cum datum fuerit, amitti contumaciter non potest. Cum enim perseveraverit quisve usque in finem, neque hoc donum potest amittere, nec alia quæ poterat ante finem. Quomodo enim potest amitti, per quod fit ut non amittatur etiam quod posset amitti?

Sup. in epist. Hilarii. n. 3. p. 14.

Cap. 1.

Perseverantiæ donum precibus obtineri potest.

2. Sed ne forte dicatur, usque in finem perseverantiam non amitti quidem, cum data fuerit, id est, cum perseveratum fuerit usque in finem; sed tunc amitti quodam modo, quando agit homo per contumaciam; ut ad eam pervenire non possit: sicut dicimus hominem qui non perseveraverit usque in finem, amisisse vitam æternam, vel regnum Dei;

Occupatio

Pelagiani error, ju-

Dei, non quòd jàm acceperat & habebat, ſed quod acciperet, & haberet ſi perſeveraſſet : verborum controverſias auferamus, & nonnulla etiam quæ non habentur, ſed habenda ſperantur, poſſe dicamus amitti. Dicat mihi quiſquis audet, utrum Deus dare non poſſit, quod a ſe poſci imperavit? Hoc certe qui ſapit, non dico deſipit, ſed inſanit. Imperavit autem Deus ut ei ſancti ejus dicant orantes, *Ne inferas nos in tentationem*. Quiſquis igitur exauditur hoc poſcens, non infertur in contumaciæ tentationem, qua poſſit vel dignus ſit perſeverantiam ſanctitatis amittere.

Matth. 6. 16.

Occupatio. Voluntate ſua quiſque deſerit Deum, ut merito deſeratur.

3. At enim *voluntate ſua quiſque deſerit Deum, ut merito deſeratur a Deo*. Quis hoc negaverit? Sed ideo petimus, ne inferamur in tentationem, ut hoc non fiat. Et ſi exaudimur, utique non fit, quia Deus non permittit ut fiat. Nihil enim fit, niſi quod aut ipſe facit, aut fieri ipſe permittit. Potens ergo eſt, & a malo in bonum flectere voluntates, & in lapſum pronas convertere, ac dirigere in ſibi placitum greſſum. Cui non fruſtra dicitur, *Deus tu convertens vivificabis nos* : non fruſtra dicitur, *Ne des ad movendum pedem meum* : non fruſtra dicitur, *Ne tradas me Domine a deſiderio meo peccatori* : poſtremo, ne multa commemorem, cum vobis plura fortaſſis occurrant, non fruſtra dicitur, *Ne nos inferas in tentationem*. Nam quiſquis in tentationem non infertur, profecto nec in tentationem ſuæ malæ voluntatis infertur, & qui in tentationem ſuæ malæ voluntatis non infertur, in nullam prorſus infertur. *Unuſquiſque* enim *tentatur*, ut ſcriptum eſt, *à concupiſcentia ſua abſtractus & illectus; Deus autem neminem tentat* ; tentatione ſcilicet noxia. Nam eſt & utilis, qua non decipimur vel opprimimur, ſed probamur, ſecundum quod dictum eſt, *Proba me Domine, & tenta me*. Illa ergo noxia tentatione, quam ſignificat Apoſtolus dicens, *Ne ſorte tentaverit vos qui tentat, & inanis ſit labor noſter*, Deus, ut dixi, neminem tentat, hoc eſt, neminem infert vel inducit in tentationem. Nam tentari & in tentationem non inferri non eſt malum, immo etiam bonum eſt : hoc eſt enim probari. Quod itaque dicimus Deo, *Ne nos inferas in tentationem* ; quid dicimus, niſi, ne nos inferri ſinas? Unde ſic orant nonnulli, & legitur in codicibus pluribus, & hoc ſic poſuit beatiſſimus Cyprianus, *Ne patiaris nos induci in tentationem*. In Evangelio tamen Græco nuſquam inveni, niſi, *Ne nos inferas in tentationem*. Tutiores igitur vivimus, ſi totum Deo damus, non autem nos illi ex parte, & nobis ex parte committimus : quod vidit iſte venerabilis Martyr. Nam cum eumdem locum Orationis exponeret, ait poſt cætera : *Quando autem rogamus, ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis noſtræ ; dum ſic rogamus, ne quis ſe inſolenter extollat, ne quis ſibi ſuperbe & arroganter aliquid aſſumat, ne quis aut confeſſionis aut paſſionis gloriam ſuam ducat : cum Dominus ipſe humilitatem docens, dixerit, Vigilate & orate, ne veniatis in tentationem; ſpiritus quidem promptus eſt, caro autem infirma : ut dum præcedit humilis, & ſubmiſſa confeſſio, & datur totum Deo, quidquid ſuppliciter cum timore Dei petitur, ipſius pietate præſtetur*.

Matth. 26. 41.

Jacob. 1. 14.

Tentatio duplex.

Ibid. 13.

Pſ. 25. 2.

1. Theſſ. 3. 5.

Pſ. 84. 7.

Pſ. 65. 9.

Pſ. 139. 9.

CAPUT VII.

1. SI ergo alia documenta non eſſent, hæc Dominica oratio nobis ad cauſſam gratiæ, quam defendimus, ſola ſufficeret; quia nihil nobis reliquit, in quo tamquam in noſtro gloriemur. Siquidem & ut non diſcedamus a Deo non oſtendit dandum eſſe niſi a Deo, cum poſcendum oſtendit a Deo. Qui enim non infertur in tentationem, non diſcedit a Deo. Non eſt hoc omnino in viribus liberi arbitrii, quales nunc ſunt; fuerat in homine ante quam caderet. Quæ tamen libertas voluntatis in illius primæ conditionis præſtantia quantum valuerit, apparuit in Angelis, qui diabolo cum ſuis cadente, in veritate ſteterunt, & ad ſecuritatem perpetuam non cadendi, in qua nunc eos eſſe certiſſimi ſumus, pervenire meruerunt. Poſt caſum autem hominis, non niſi ad gratiam ſuam Deus voluit pertinere, ut homo accedat ad eum; neque niſi ad gratiam ſuam voluit pertinere, ut homo non recedat ab eo. Hanc gratiam poſuit *in illo in quo ſortem conſecuti ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus qui univerſa operatur*. Ac per hoc ſicut operatur ut accedamus, ſic operatur ne diſcedamus. Propter quod ei per Prophetam dictum eſt, *Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ, & ſuper filium hominis quem confirmaſti tibi, & non diſcedimus a te*. Iſte certe non eſt Adam primus, in quo diſceſſimus ab eo; ſed Adam noviſſimus, ſuper quem fit manus ejus, ut non diſcedamus ab eo. Chriſtus enim totus cum membris ſuis eſt propter Eccleſiam, quæ eſt corpus ejus, plenitudo ejus. Cum ergo fit ſuper eum manus Dei, ut non diſcedamus a Deo, ad nos utique pervenit opus Dei : (hoc eſt enim manus Dei :) quo opere Dei fit ut ſimus in Chriſto permanentes cum Deo, non ſicut in Adam, diſcedentes a Deo. In Chriſto enim ſortem conſecuti ſumus, prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus qui univerſa operatur. Manus igitur Dei eſt iſta, nonnoſtra, ut non diſcedamus a Deo. Manus, inquam, ejus eſt iſta, qui dixit, *Timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant*.

In conditi hominis viribus erat non diſcedere a Deo: ad ſolam nunc Dei gratiam pertinet ut ad Deum accedamus, & ab eo non recedamus.

Eph. 1. 11.

Pſ. 79. 18.

Jer. 32. 40.

2. Propter quod & poſci a ſe voluit, ne inferamur in tentationem: quia & ſi non inferimur, nulla ab eo ratione diſcedimus. Quod poterat nobis etiam non orantibus dari; ſed oratione noſtra nos voluit admoneri, a quo accipiamus hæc beneficia. A quo enim, niſi ab illo accipimus, a quo juſſum eſt ut petamus? Prorſus in hac re non operoſas diſputationes expectet Eccleſia; ſed attendat quotidianas orationes ſuas. Orat, ut increduli credant: Deus ergo convertit ad fidem. Orat, ut credentes perſeverent; Deus ergo donat perſeverantiam uſque in finem. Hæc Deus facturum ſe eſſe præſcivit: „ IPSA EST PRÆDESTINATIO SANCTO- „ RUM, quos elegit in Chriſto ante conſtitutio- „ nem mundi ; ut eſſent ſancti & immaculati in „ conſpectu ejus in charitate, prædeſtinans eos „ in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum in „ ipſum, ſecundum placitum voluntatis ſuæ, in „ laudem gloriæ gratiæ ſuæ, in qua gratificavit eos „ in dilecto Filio ſuo, in quo habent redemptio- „ nem per ſanguinem ipſius ; remiſſionem pecca- „ torum ſecundum divitias gratiæ ejus, quæ abun- „ davit in eos in omni ſapientia & prudentia, ut „ oſtenderet eis myſterium voluntatis ſuæ, ſecun- „ dum bonam voluntatem ſuam, quam propoſuit „ in illo, in diſpenſatione plenitudinis temporum, „ inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cælis ſunt, „ & quæ in terris in ipſo ; in quo etiam & ſortem „ conſecuti ſumus, prædeſtinati ſecundum propo- „ ſitum qui univerſa operatur. Contra iſtam veritatis tam claram tubam, quis homo ſobriæ vigilantiſque fidei voces ullas admittat humanas.

Peti a ſe cur Deus voluerit, quæ poſſit etiam non orantibus dare.

Epheſ. 1. 4. & ſeq.

CAPUT VIII.

1. SEd *cur*, inquit, *gratia Dei non secundum merita hominum datur?* Respondeo, quoniam Deus misericors est. *Cur ergo*, inquit, *non omnibus?* Et hic respondeo, Quoniam Deus judex est: ac per hoc & gratis ab eo datur gratia; & justo ejus in aliis judicio demonstratur, quid in eis quibus datur conferat gratia. Non itaque simus ingrati, quod secundum placitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione; ut si inde neminem liberaret, non esset injustus. Ex uno quippe omnes in condemnationem non injustam judicati sunt ire, sed justam. Qui ergo liberatur, gratiam diligat; qui non liberatur, debitum agnoscat. Si in remittendo debito bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nusquam esse apud Deum iniquitas invenitur.

2. *Sed cur*, inquit, *non solum in parvulorum, verum etiam in geminorum una atque eadem causa, tam diversum judicium?* Nonne similis quæstio est, cur in diversa causa idem judicium? Recolamus igitur illos operarios in vinea qui toto die laboraverunt, & eos qui hora una: nempe causa diversa est impensi laboris, & tamen idem judicium in redditione mercedis. Numquid & hic audierunt murmurantes a patre-familias, nisi, Hoc volo? Ita quippe ejus erga alios fuit largitas, ut erga alios nulla esset iniquitas. Et isti quidem utrique in bonis sunt: verumtamen quantum ad justitiam spectat, & gratiam, potest & de reo qui liberatur recto dici reo qui damnatur, *Tolle quod tuum est, & vade; huic autem volo* quod non debetur, *donare. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Hic ille si dicat, Cur non & mihi? merito audiet, *O homo tu quis es qui respondeas Deo?* Quem certe in uno vestrum benignissimum largitorem, in te vero exactorem justissimum, in nullo tamen cernis injustum. Cum enim justus esset, etiam si utrumque puniret: qui liberatur, habet unde gratias agat; qui damnatur, non habet quod reprehendat.

Matth. 20. 1. *& seqq.*

Ibid. 14. *& 15.*

Rom. 9. 20.

3. *Sed si jam*, inquit, *hoc oportebat, ut damnatis non omnibus, quod omnibus deberetur ostenderet, atque ita gratius suam gratiam vasis misericordiæ commendaret; cur in eadem causa me quam illum potius puniet, aut illum quam me potius liberabit?* Hoc non dico: si quæris quare; quia fateor me non invenire qui dicam. Si & hoc quæris quare; quia in hac re sicut justa est ira ejus, sicut magna est misericordia ejus, ita inscrutabilia judicia ejus.

4. Adhuc pergat & dicat, *Cur quibusdam qui eum coluerunt bona fide, perseverare usque in finem non dedit?* Cur putas, nisi quia non mentitur qui dicit, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Numquid ergo hominum naturæ duæ sunt? Absit. Si duæ naturæ essent, gratia ulla non esset: nulli enim daretur gratuita liberatio, si naturæ debita redderetur. Hominibus autem videtur, omnes qui boni apparent fideles, perseverantiam usque in finem accipere debuisse: Deus autem melius esse judicavit, miscere quosdam non perseveraturos certo numero sanctorum suorum; ut quibus non expedit in hujus vitæ tentatione securitas, non possint esse securi. Multos enim a pernicioſa elatione reprimit, quod ait Apostolus, *Quapropter qui videtur stare, videat ne cadat.* Voluntate autem sua cadit, qui cadit; & voluntate Dei stat, qui stat. *Potens est enim Deus statuere illum:* non ergo se ipse, sed Deus. Verumtamen bonum est non altum sapere, sed timere. In cogitatione autem sua vel cadit quisque, vel stat. Sicut autem Apostolus ait, quod & in libro superiori memoravi, *Non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Quem secutus & beatus Ambrosius audet & dicit, *Non enim in potestate nostra cor nostrum, & nostræ cogitationes:* quod omnis qui humiliter & veraciter pius est, esse verissimum sentit.

Rom. 14. 4. *Rom.* 11. 20. *2. Cor.* 3. 5.

Perseveraturis cur interdum non perseveraturos Deus admiscеat. *1. Cor.* 10. 12.

5. Hoc autem Ambrosius ut diceret in eo libro loquebatur, quem de fuga sæculi scripsit, docens, hoc sæculum non corpore, sed corde fugiendum, quod nisi auxilio Dei fieri non posse disseruit. Ait enim: *Frequens nobis de fugiendo sæculo isto sermo; atque utinam quam facilis sermo, tam cautus & sollicitus affectus: sed, quod pejus est, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offusio mentem occupat, ut quod studeas vitare, hoc cogites animoque volvas. Quod cavere difficile est homini, exuere autem impossibile. Denique voti magis eam esse rem quam effectus, testatur Propheta, dicendo, Declina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam. Non enim in potestate nostra cor nostrum, & cogitationes nostræ, quæ improviso offusæ mentem animumque confundunt, atque alio trahunt quam tu proposueris: ad sæcularia revocant, mundana inserunt, voluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoque in tempore quo elevare mentem paramus: inserti inanibus cogitationibus, ad terrena plerumque dejicimur.* Non itaque in hominum, sed in Dei est potestate, ut habeant homines potestatem filii Dei fieri. Ab ipso quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem, quæ operetur per dilectionem: ad quod bonum sumendum & tenendum, & in eo perseveranter usque in finem proficiendum, non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est; in cujus est potestate cor nostrum, & cogitationes nostræ.

Ambrosius de fuga sæculi, c. 1.

Ps. 118. 36.

Joan. 1. 12. *Galat.* 5. 6.

2. Cor. 3. 5.

CAPUT IX.

1. EX duobus itaque parvulis originali peccato pariter obstrictis, cur iste assumatur, ille relinquatur; & ex duobus ætate jam grandibus impiis, cur iste ita vocetur, ut vocantem sequatur, ille autem aut non vocetur, aut non ita vocetur; inscrutabilia sunt judicia Dei. Ex duobus autem piis, cur huic donetur perseverantia usque in finem, illi non donetur, inscrutabiliora sunt judicia Dei. Illud tamen fidelibus debet esse certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. *Nam si fuissent ex nobis*, ait unus prædestinatorum, qui de pectore Domini biberat hoc secretum, *mansissent utique nobiscum.* Quid est quæso, *Non erant ex nobis; nam si fuissent, mansissent utique nobiscum?* Nonne utrique a Deo creati, utrique ex Adam nati, utrique de terra facti erant, & ab eo qui dixit, *Omnem flatum ego feci*, unius ejusdemque naturæ animas acceperant? Nonne postremo utrique vocati fuerant, & vocantem secuti, utrique ex impiis justificati, & per lavacrum regenerationis utrique renovati? Sed si hæc audiret ille, qui sciebat proculdubio quod dicebat, respondere posset & dicere: Vera sunt hæc, secundum hæc omnia ex nobis erant, verumtamen secundum aliam quamdam discretionem non erant ex nobis; nam si fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum. Quæ est tandem ista discretio? Patent libri Dei, non avertamus

Inscrutabilium Dei judiciorum exempla.

1. Joan. 2. 19.

Isa. 57. 18.

1. Joan. 2. 19.

mus aſpectum: clamat ſcriptura divina, adhibeamus auditum. Non erant ex eis, quia non erant ſecundum propoſitum vocati, non erant in Chriſto electi ante conſtitutionem mundi, non erant in eo ſortem conſecuti, non erant prædeſtinati ſecundum propoſitum ejus, qui univerſa operatur. Nam ſi hoc eſſent, ex illis eſſent, & cum illis ſine dubitatione manſiſſent.

2. Ut enim non dicam, quam ſit poſſibile Deo, averſas & adverſas in fidem ſuam hominum convertere voluntates, & in eorum cordibus operari, ut nullis adverſitatibus cedant, nec ab illo aliqua ſuperati tentatione diſcedant; cum poſſit & quod ait Apoſtolus facere, ut non eos permittat tentari ſuper id quod poſſunt: ut ergo id non dicam, certe poterat illos Deus præſciens eſſe lapſuros, ante quam id fieret, auferre de hac vita. An eo redituri ſumus, ut adhuc diſputemus, quanta abſurditate dicatur, judicari homines mortuos etiam de his peccatis, quæ præſcivit eos Deus perpetraturos fuiſſe, ſi viverent? Quod ita abhorret a ſenſibus Chriſtianis, aut prorſus humanis, ut id etiam refellere pudeat. Cur enim non dicatur, & ipſum Evangelium cum tanto labore paſſionibuſque ſanctorum fruſtra eſſe prædicatum, vel adhuc etiam prædicari; ſi judicari poterant homines, etiam non audito Evangelio, ſecundum contumaciam vel obedientiam, quam præſcivit Deus habituros fuiſſe, ſi audiſſent? Nec damnarentur Tyrus & Sidon, quamvis remiſſius quam illæ civitates, in quibus non credentibus, a Domino Chriſto mirabilia ſigna ſunt facta: quoniam ſi apud illas facta eſſent, in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent; ſicut ſe habent eloquia veritatis, in quibus verbis ſuis Dominus Jeſus altius nobis myſterium prædeſtinationis oſtendit.

3. Si enim quæratur a nobis, cur apud eos tanta miracula facta ſint, qui videntes ea non fuerant credituri, & apud eos facta non ſint, qui crederent ſi viderent; quid reſpondebimus? Numquid dicturi ſumus, quod in libro illo dixi, ubi ſex quibuſdam quæſtionibus Paganorum, ſine præjudicio tamen aliarum cauſſarum, quas prudentes poſſunt veſtigare, reſpondi. Hoc quippe ut ſcitis, cum Chriſtus quare poſt tam longa tempora venerit, quæreretur, dixi quod his temporibus, & his locis quibus Evan-
„ gelium ejus non eſt prædicatum, tales omnes in
„ ejus prædicatione futuros eſſe præſciebat, quales
„ multi in ejus corporali præſentia fuerunt, qui in
„ eum, nec ſuſcitatis ab eo mortuis, credere vo-
„ luerunt. Item paulo poſt in eodem libro, atque
„ in eadem quæſtione: Quid mirum, inquam, ſi
„ tam infidelibus plenum orbem terrarum Chriſtus
„ prioribus ſæculis noverat, ut eis prædicari merito
„ nollet, quos nec verbis nec miraculis ſuis credi-
„ turos eſſe præſciebat? Hæc certe de Tyro & Sidone non poſſumus dicere, & in eis cognoſcimus, ad eas cauſſas prædeſtinationis hæc divina judicia pertinere, ſine quarum cauſſarum latentium præjudicio, tunc iſta reſpondere me dixi. Facile eſt quippe ut infidelitatem accuſemus Judæorum de libera voluntate venientem, qui factis apud ſe tam magnis virtutibus credere noluerunt. Quod & Dominus increpans arguit, & dicit, *Væ tibi Corozain & Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent virtutes, quæ factæ ſunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egiſſent.* Sed numquid poſſumus dicere, etiam Tyrios & Sydonios talibus apud ſe virtutibus factis credere noluiſſe, aut credituros non fuiſſe, ſi fierent? cum eis ipſe Dominus adteſtetur, quod acturi eſſent magnæ humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta eſſent divinarum illa ſignа virtutum. Et tamen in die judicii punientur, quamvis minori ſupplicio quam illæ civitates, quæ apud ſe virtutibus factis credere noluerunt. Secutus enim Dominus, ait, *Verumtamen dico vobis, Tyro & Sidoni remiſſius erit in die judicii, quam vobis.* Severius ergo punientur iſti, illi remiſſius; ſed tamen punientur. Porro ſi etiam ſecundum facta, quæ facturi eſſent ſi viverent, mortui judicantur: profecto quia fideles futuri erant iſti, ſi eis cum tantis miraculis fuiſſet Evangelium prædicatum, non ſunt utique puniendi, punientur autem: falſum eſt igitur & ſecundum ea mortuos judicari quæ facturi eſſent, ſi ad viventes Evangelium perveniret. Et ſi hoc falſum eſt, non eſt cur dicatur de infantibus, qui pereunt ſine baptiſmate morientes, hoc in eis eo merito fieri, quia præſcivit eos Deus, ſi viverent, ptædicatumque illis fuiſſet Evangelium, infideliter audituros. Reſtat igitur ut ſolo peccato originali teneantur obſtricti, & propter hoc ſolum eant in damnationem; quod videmus aliis eamdem habentibus cauſſam, non niſi per Dei gratuitam gratiam regeneratione donari; & ejus occulto, juſto tamen judicio, quoniam non eſt iniquitas apud Deum, quoſdam etiam poſt baptiſmum peſſime vivendo perituros, in hac tamen vita quouſque pereant detineri; qui non perirent, ſi eis corporis mors, lapſum eorum præveniens, ſubveniret. Quoniam nullus mortuus judicatur ex bonis ſeu malis, quæ fuerat, ſi non moreretur, acturus: alioquin Tyrii & Sidonii, non ſecundum ea quæ geſſerunt pœnas luerent; ſed potius ſecundum ea quæ geſturi fuerant, ſi in eis illæ virtutes evangelicæ factæ fuiſſent, per grandem pænitentiam, & per Chriſti fidem conſequerentur ſalutem.

1. *Cor.* 10. 13.

Abſurdi-tas eſt, dicere judicandos mortuos de peccatis, quæ perpetraturi fuerant, ſi vixiſſent.

Luc. 10. 12. *& ſeq. Matt.* 11. 21. *&* 22.

Cur Tyriis & Sidoniis credituris non ſint facta miracula, quæ aliis facta fuere non credituris. *Epiſt.* 102. *qu.* 2.

Matt. 11. 21. *Luc.* 10, 13.

Matt. 11. 22. *Luc.* 10. 14.

Mortui non judicantur ſecundum facta quæ facturi eſſent, ſi viverent.

Rom. 9. 14.

Sap. 4. 11.

CAPUT X.

1. QUidam diſputator catholicus non ignobilis hunc Evangelii locum ſic expoſuit, ut diceret, præſciſſe Dominum Tyrios & Sidonios a fide fuiſſe poſtea receſſuros, cum factis apud ſe miraculis credidiſſent, & miſericordia potius non eum illic iſta feciſſe: quoniam graviori pœnæ obnoxii fierent, ſi fidem quam tenuerant, reliquiſſent, quam ſi eam nullo tempore tenuiſſent. In qua ſententia docti hominis & admodum acuti, quæ ſint adhuc merito requirenda, quid me nunc attinet dicere, cum & ipſa nobis ad id quod agimus ſuffragetur? Si enim miſeratione Dominus non fecit in iſtis virtutes, per quas fieri poſſent fideles, ne gravius punirentur, cum poſtea fierent infideles, quod eos futuros fuiſſe præſcivit: ſatis aperteque monſtratur, de his peccatis, nemine judicari mortuorum, quæ præſcivit fuiſſe facturum, ſi aliquo modo ei ne illa faciat, ſubvenitur: ſicut Tyriis & Sidoniis, ſi ſententia illa vera eſt, ſubveniſſe dicitur Chriſtus, quos maluit non accedere ad fidem, quam ſcelere multo graviore diſcedere a fide, quod eos ſi acceſſiſſent, præviderat fuiſſe facturos. Quamvis ſi dicatur, Cur non factum eſt ut crederent potius, & hoc eis præſtaretur, ut ante quam fidem relinquerent, ex hac vita migrarent? quid reſponderi poſſit, ignoro. Qui enim dicit, relicturis fidem beneficio fuiſſe conceſſum, ne habere inciperent quod graviore impietate deſererent, ſatis indicat non judicari hominem ex eo quod prænoſcitur male fuiſſe facturus, ſi ei quocumque beneficio ut id non faciat, conſulatur. Conſultum eſt igitur & illi, qui *raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus*. Sed cur non ita conſultum fuerit Tyriis ac Sidoniis, ut crederent & raperentur, ne malitia mu-

taret intellectum eorum; forsitan responderet ille, cui placuit isto modo hanc solvere quæstionem: ego vero quantum ad hoc quod ago attinet, sufficere video, ut secundum istam quoque sententiam, demonstrentur homines non judicari de his quæ non fecerunt, etiam si facturi fuisse prævisi sunt. Quamquam, ut dixi, hanc opinionem qua putantur in morientibus vel mortuis vindicari peccata, quæ præsciti sunt facturi esse si viverent, etiam refellere pudeat, ne videamur & nos existimasse alicujus esse momenti, quam maluimus disputatione cohibere, quam silentio præterire.

CAPUT XI.

Rom.9.16. 1. PRoinde, sicut Apostolus ait, *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*: qui & parvulis quibus vult, etiam non volentibus neque currentibus subvenit; quos ante constitutionem mundi elegit in Christo, daturus eis gratiam gratis, hoc est, nullis eorum vel fidei vel operum meritis præcedentibus: & majoribus etiam his quos prævidit; si apud eos facta essent, suis miraculis credituros, quibus non vult subvenire, non subvenit; de quibus in sua prædestinatione occulte quidem, sed juste aliud judicavit. *Non* enim *est iniquitas apud Deum*; sed *inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus*: *universæ* autem *viæ Domini misericordia & veritas*. Investigabilis ergo est misericordia, qua cujus vult miseretur, nullis ejus præcedentibus meritis; & investigabilis veritas, qua quem vult obdurat, ejus quidem præcedentibus meritis, sed cum eo cujus miseretur plerumque communibus. Sicut duorum geminorum, quorum unus assumitur, alius relinquitur, dispar est exitus, merita communia: in quibus tamen sic alter magna Dei bonitate liberatur, ut alter nulla ejus iniquitate damnetur. Numquid enim iniquitas est apud Deum? Absit: sed investigabiles sunt viæ ipsius. Itaque misericordiam ejus in his qui liberantur, & veritatem in his qui puniuntur, sine dubitatione credamus: neque inscrutabilia scrutari, aut investigabilia vestigare conemur. Ex ore quippe infantium & lactentium suam perficit laudem: ut quod in his videmus quorum liberationem bona eorum merita nulla præcedunt, & in his quorum damnationem utrisque communia originalia sola præcedunt; hoc & in majoribus fieri nequaquam omnino cunctemur, id est, non putantes, vel secundum sua merita gratiam cuiquam dari, vel nisi suis meritis quemquam puniri, sive pares qui liberantur atque puniuntur, sive dispares habeant causas malas; ut qui videtur stare, videat ne cadat; & qui gloriatur, non in semetipso, sed in Domino glorietur.

Rom.9.14. Rom. 11. 33. Psal.24.10. Rom.9 18. Psal.8.3. 1.Cor.10. 12 1.Cor.1.31.

2. Cur autem *causam parvulorum ad exemplum majorum*, sicut scribitis, *non patiuntur afferri* homines, qui contra Pelagianos non dubitant esse peccatum originale, quod per unum hominem intravit in mundum, & ex uno omnes isse in condemnationem? Quod & Manichæi non accipiunt, qui non solum omnes veteris Testamenti scripturas in ulla auctoritate non habent, verum etiam eas quæ ad novum pertinent Testamentum sic accipiunt, ut suo quodam privilegio, immo sacrilegio, quod volunt sumant, quod nolunt rejiciant: contra quos agebam in libris de Libero arbitrio, unde isti nobis præscribendum putant. Ideo quæstiones operosissimas incidentes enucleate solvere nolui, ne nimium longum opus esset, ubi me adversus tam perversos testimoniorum divinorum non adjuvabat auctoritas. Et poteram, sicut feci, quodlibet horum verum esset, quæ non definite interponebam, certa tamen ratione concludere, in omnibus Deum esse laudandum, sine ulla necessitate credendi duas, sicut illi volunt, coæternas boni & mali permixtas esse substantias.

Supra in ep. Hilarii, n. 8. Rom.5.12. & 16. Manichæi libros veteris Instrumenti non recipiunt, novi non nisi quos volunt.

3. Denique in primo Retractationum libro, quod opus meum nondum legistis, cum ad eosdem libros retractandos venissem, hoc est, de Libero arbitrio, ita locutus sum. In his, inquam, libris ita multa differta sunt, ut incidentes nonnullæ quæstiones, quas vel enodare non poteram, vel longam sermocinationem in præsenti requirebant, ita differrentur, ut ex utraque parte, vel ex omnibus earumdem quæstionum partibus, in quibus non apparebat quid potius congrueret veritati, ad hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur; ut quodlibet eorum verum esset, laudandus crederetur, vel etiam ostenderetur Deus. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero voluntatis arbitrio mali originem duci; & Deum, si ita est, creatorem omnium naturarum culpandum esse contendunt, eo modo volentes secundum suæ impietatis errorem, (Manichæi enim sunt,) immutabilem quamdam, & Deo coæternam introducere naturam mali. Item post aliquantum alio loco: Deinde dictum est, inquam, ex qua miseria peccantibus justissime inflicta liberat Dei gratia: quia homo sponte, id est, libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere. Ad quam miseriam justæ damnationis pertinet ignorantia, & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio nativitatis suæ: nec ab isto malo liberatur quisquam nisi Dei gratia. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex justa damnatione descendere, negantes originale peccatum: quamvis ignorantia & difficultas etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset Deus, sicuti in eodem libro tertio * disputavimus. Quæ disputatio contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas veteris Testamenti, in quibus peccatum originale narratur; & quidquid inde in litteris Apostolicis legitur, detestabili impudentia immissum fuisse contendunt a corruptoribus Scripturarum, tamquam non fuerit ab Apostolis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod utraque Scriptura commendat, quam se accipere profitentur. Hæc dixi in primo libro Retractationum, cum retractarem libros de Libero arbitrio. Nec sola sane ista ibi a me dicta sunt de his libris; verum & alia multa, quæ huic ad vos operi inferere longum putavi, & non necessarium: quod & vos existimo esse judicaturos, cum omnia legeritis. Quamvis ergo in libro tertio de Libero arbitrio ita de parvulis disputaverim, ut etiam si verum esset quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & difficultatem, sine quibus nullus homo nascitur, primordia, non supplicia esse naturæ; vincerentur tamen Manichæi, qui volunt duas, boni scilicet & mali, coæternas esse naturas: numquid ideo fides in dubium vocanda vel deserenda est, quam contra ipsos Pelagianos catholica defendit Ecclesia, quæ asserit originale esse peccatum, cujus reatus generatione contractus, regeneratione solvendus est? Quod si & isti fatentur nobiscum, ut simul in hac causa Pelagianorum destruamus errorem: cur putant esse dubitandum, quod etiam parvulos Deus, quibus dat suam gratiam per baptismatis sacramentum, eruat de potestate tenebrarum, & transferat in regnum filii charitatis suæ? In eo ergo quod aliis eam dat, aliis non dat, cur nolunt cantare Domino misericordiam & judicium? Cur autem illis potius

Retractat. lib.1. c.9.

**Cap. 20.*

Coloss. 1. 13. Ps.100. 1. Rom. 11. 34.

quam

quam illis detur, quis cognovit sensum Domini? Quis inscrutabilia scrutari valeat? quis investigabilia vestigare?

CAPUT XII.

Eph. 1.5. 1. COnficitur itaque gratiam Dei non secundum merita accipientium dari, sed secundum placitum voluntatis ejus, in laudem & gloriam ipsius gratiæ ejus, ut qui gloriatur, nullo modo in seipso, sed in Domino glorietur: qui hominibus dat quibus vult, quoniam misericors est; quod & si non det, justus est: & non dat quibus non vult, ut notas faciat divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Dando enim quibusdam quod non merentur, profecto gratuitam, & per hoc veram suam gratiam esse voluit: non omnibus dando, quid omnes mererentur ostendit. Bonus in beneficio certorum, justus in supplicio ceterorum; & bonus in omnibus, quoniam bonum est, cum debitum redditur; & justus in omnibus, quoniam justum est cum indebitum sine cujusquam fraude donatur.

1. Cor. 1. 31.

Rom. 9. 31.

Veram Dei gratiam defendi posse, etiamsi nullum esset, ut volebat Pelagius, originale peccatum. *Vide lib.* 2. *contra duas epist. Pelag. c.* 6.

2. Defenditur autem sine meritis Dei gratia, id est, vera gratia, etiam si parvuli baptizati, sicut Pelagiani sentiunt, non eruuntur de potestate tenebrarum, quia nulli peccato, sicut putant Pelagiani, tenentur obnoxii, sed tantum in regnum Domini transferuntur: etiam sic enim sine ullis bonis meritis datur eis regnum quibus datur, & sine ullis malis meritis non datur eis, quibus non datur. Quod adversus eosdem Pelagianos dicere solemus, quando nobis objiciunt, quod fato tribuamus Dei gratiam, dicendo eam non secundum merita nostra dari. Ipsi enim potius Dei gratiam fato in parvulis tribuunt, qui dicunt *fatum esse, ubi meritum non est*. Nulla quippe merita, etiam secundum ipsos Pelagianos, possunt in parvulis inveniri, cur alii eorum mittantur in regnum, alii vero alienentur a regno. Sicut autem nunc, ut ostenderem gratiam Dei non secundum merita nostra dari, secundum utrumque sensum hoc defendere malui; & secundum nostrum scilicet, qui obstrictos originali peccato parvulos dicimus, & secundum Pelagianorum, qui originale negant esse peccatum; nec tamen ideo mihi est ambigendum, habere parvulos quod eis dimittat, qui salvum facit populum suum a peccatis eorum: ita in tertio libro de Libero *arbitrio secundum utrumque sensum restiti Manichæis, sive supplicia, sive primordia naturæ sint ignorantia & difficultas, sine quibus nullus hominum nascitur; & tamen unum horum teneo. Ibi quoque a me satis evidenter expressum est, quod non sit ista natura instituti hominis, sed pœna damnati.

Matt. 1. 21.

* *Cap.* 20. & 23.

3. Frustra itaque mihi de illius libri mei vetustate præscribitur, ne agam causam sicut debeo agere parvulorum, & inde gratiam Dei non secundum merita hominum dari, perspicuæ veritatis luce convincam. Si enim quando libros de Libero arbitrio laicus cœpi, presbyter explicavi, adhuc de damnatione infantium non renascentium, & de renascentium liberatione dubitarem; nemo, ut opinor, esset tam injustus atque invidus, qui me proficere prohiberet, atque in hac dubitatione remanendum mihi esse judicaret. Cum vero rectius possit intelligi, non me propterea de hac re dubitasse credi oportere, quia contra quos mea dirigebatur intentio, sic mihi visi sunt refellendi, ut sive pœna esset peccati originalis in parvulis, quod veritas habet; sive non esset, quod nonnulli errantes opinantur; nullo modo tamen quam Manichæorum error inducit, duarum naturarum, boni scilicet & mali, per-

mixtio crederetur: absit ut causam parvulorum sic relinquamus, ut esse nobis dicamus incertum, utrum in Christo regenerati, si moriantur parvuli, transeant in æternam salutem; non regenerati autem transeant in mortem secundam: quoniam quod scriptum est, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit*; aliter recte intelligi non potest: nec a morte perpetua, quæ justissime est retributa peccato, liberat quemquam pusillorum atque magnorum, nisi ille qui propter remittenda & originalia & propria nostra peccata mortuus est, sine ullo suo originali propriove peccato. Sed quare illos potius quam illos? Iterum atque iterum dicimus, nec nos piget, *O homo tu quis es qui respondeas Deo? Inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus*. Et hoc adjiciamus: *Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris*.

Rom. 5. 12.

Rom 9. 20. *Rom.* 11. 33. *Eccli.* 3. 22.

Parvulos non judicari secundum ea quæ præsciti sunt facturi si viverent.

4. Videtis enim Carissimi quam sit absurdum, & a fidei sanitate atque sinceritate veritatis alienum, ut dicamus parvulos mortuos secundum ea judicari, quæ præsciti sunt facturi esse si viverent? In hanc autem sententiam, quam certe omnis sensus humanus quantulacumque ratione subnixus, maximeque Christianus exhorret, ire compulsi sunt, qui sic a Pelagianorum errore alieni esse voluerunt, ut tamen gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, qua nobis una post lapsum primi hominis, in quo omnes cecidimus, subvenitur, secundum merita nostra dari sibi adhuc existiment esse credendum, & disputatione insuper proferendum. Quod ipse Pelagius ante orientales episcopos judices, damnationis suæ timore damnavit. Hoc autem si non dicatur, de mortuorum scilicet operibus, quæ facturi erant si viverent, bonis aut malis, ac per hoc nullis, & in ipsa Dei præscientia non futuris: hoc ergo si non dicatur, quod cernitis quanto errore dicatur; quid restabit, nisi ut gratiam Dei non secundum merita nostra dari, quod contra hæresim Pelagianam catholica defendit Ecclesia, remota contentionis caligine fateamur; atque id maxime in parvulis evidentiore veritate cernamus? Neque enim fato cogitur Deus illis infantibus subvenire, illis autem non subvenire, cum sit utrisque causa communis: aut res humanas in parvulis non divina providentia, sed fortuitis agi casibus opinabimur, cum rationales vel damnandæ vel liberandæ sint animæ; quando quidem nec passer cadit in terram sine voluntate Patris nostri qui in cælis est: aut parentum negligentiæ sic tribuendum est, quod parvuli sine baptismate moriuntur, ut nihil ibi agant superna judicia; tamquam ipsi qui hoc modo male moriuntur, parentes sibi negligentes voluntate propria de quibus nascerentur, elegerint: quid dicam, quod parvulus aliquando ante quam illi per ministerium baptizantis succurri possit, expirat? Plerumque enim festinantibus parentibus & paratis ministris, ut baptismus parvulo detur, Deo tamen nolente non datur, qui eum paululum in hac vita non tenuit ut daretur. Quid, etiam quod aliquando parvulis infidelium filiis potuit, ne irent in perditionem, & filiis fidelium non potuit baptismate subveniri? Ubi certe ostenditur, quod personarum apud Deum non sit acceptio: alioquin cultorum suorum potius, quam inimicorum filios liberaret.

Non fato fieri ut infantibus aliis subveniatur, aliis non subveniatur. *Matt.* 10. 29.

Rom. 2. 11.

CAPUT XIII.

1. JAm vero, quoniam de dono perseverantiæ nunc agimus, quid est quod morituro non baptizato subvenitur, ne sine baptismate moriatur;

& baptizato casuro non subvenitur, ut ante moriatur? Nisi forte illi adhuc absurditati auscultabimus, qua dicitur nihil prodesse cuiquam mori ante quam cadat, quia secundum eos actus judicabitur, quos eum præscivit Deus acturum fuisse si viveret. Hanc perversitatem sanitati fidei tam vehementer adversam quis patienter audiat? quis ferat? Et tamen hoc dicere urgentur, qui non fatentur gratiam Dei non secundum merita nostra dari. Qui autem nolunt dicere unumquemque mortuorum secundum ea judicari, quæ Deus illum præscivit acturum fuisse si viveret, intuentes quam manifesta falsitate, & quanta absurditate dicatur; non eis remanet cur dicant, quod in Pelagianis damnavit, & ab ipso Pelagio damnari fecit Ecclesia, gratiam Dei secundum merita nostra dari: cum videant alios parvulos non regeneratos ad æternam mortem, alios autem regeneratos ad æternam vitam tolli de hac vita; ipsos quoque regeneratos, alios perseverantes usque in finem hinc ire; alios quo usque decidant hic teneri, qui utique non decidissent, si ante quam laberentur, hinc exissent; & rursus quosdam lapsos quo usque redeant non exire de hac vita, qui utique perirent si ante quam redirent exirent.

2. Unde satis dilucide ostenditur, & inchoandi, & usque in finem perseverandi gratiam Dei, non secundum merita nostra dari; sed donari secundum ipsius secretissimam, eamdemque justissimam, sapientissimam, beneficentissimam voluntatem: quoniam quos prædestinavit, ipsos & vocavit vocatione illa, de qua dictum est, *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei*. Ad quam vocationem pertinere nullus est homo ab hominibus certa asseveratione dicendus, nisi cum de hoc sæculo exierit: in hac autem vita humana, quæ tentatio est super terram, qui videtur stare, videat ne cadat. Ideo quippe (sicut jam supra * diximus) non perseveraturi perseveraturis providentissima Dei voluntate miscentur, ut esse discamus non alta sapientes, sed humilibus consentientes, & cum timore & tremore nostram ipsorum salutem operemur: Deus est enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Nos ergo volumus, sed Deus in nobis operatur & velle: nos ergo operamur, sed Deus in nobis operatur & operari pro bona voluntate. Hoc nobis expedit & credere & dicere: hoc est pium, hoc verum, ut sit humilis & submissa confessio, & detur totum Deo. Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quidquid agimus: quod autem attinet ad pietatis viam & verum Dei cultum, non sumus idonei cogitare aliquid tamquam ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. *Non enim est in potestate nostra cor nostrum & nostræ cogitationes*. Unde idem qui hoc ait, item dicit Ambrosius, *Quis autem tam beatus qui in corde suo semper ascendat? Sed hoc sine divino auxilio qui fieri potest? nullo profecto modo. Denique*, inquit, *supra eadem Scriptura dicit, Beatus vir cujus est auxilium ejus abs te, Domine, ascensus in corde ejus*. Hoc utique ut diceret, non solum in litteris sacris legebat, sed sicut de illo viro sine dubitatione credendum est, etiam in corde suo sentiebat Ambrosius. Quod ergo in sacramentis fidelium dicitur, ut sursum cor habeamus ad Dominum, munus est Domini: de quo munere ipsi Domino Deo nostro gratias agere, a sacerdote post hanc vocem quibus hoc dicitur admonentur; & dignum ac justum esse respondent. Cum enim non sit in nostra potestate cor nostrum, sed divino sublevetur auxilio, ut ascendat, & quæ sursum sunt sapiat, ubi Christus est in dextra Dei sedens, non quæ super terram: cui de hac tanta re agendæ sunt gratiæ, nisi hoc facienti Domino Deo nostro, qui nos per tale beneficium liberando de profundo hujus mundi elegit, & prædestinavit ante constitutionem mundi?

Rom. 8. 30.
Rom. 11. 29.
Job. 7. 1.
1. Cor. 10. 12.
* Cap. 8.
Rom. 12. 16.
Philip. 2. 12. & 13.
2. Cor. 3. 5.
Sanctus Ambrosius de fuga sæculi cap. 1.
Ibidem.
Ps. 85. 6.
In præfatione ad canonem Missæ.
Coloss. 3. 1.

CAPUT XIV.

1. SEd ajunt *prædestinationis definitionem utilitati prædicationis adversam*. Quasi vero adversata sit Apostolo prædicanti. Nonne ille doctor gentium in fide & veritate & prædestinationem toties commendavit, & verbum Dei prædicare non destitit? Numquid quia dixit, *Deus est qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate*; ideo non ipse, & ut velimus, quæ Deo placeant, & ut operemur, hortatus est? aut quia dixit, *Qui in vobis bonum opus cœpit, perficiet usque in diem Christi Jesu*; ideo ut inciperent homines & perseverarent usque in finem, ipse non suasit? Nempe ipse Dominus hominibus præcepit ut crederent, atque ait, *Credite in Deum, & in me credite*; nec tamen ideo ejus falsa sententia est, nec vana definitio, ubi ait, *Nemo venit ad me*, id est, nemo credit in me, *nisi fuerit ei datum a Patre meo*. Nec rursus, quia vera est hæc definitio, ideo vana est illa præceptio. Cur ergo prædicationi, præceptioni, exhortationi, correptioni, quæ omnia frequentat scriptura divina, existimamus inutilem definitionem prædestinationis, quam commendat eadem scriptura divina?

2. An quisquam dicere audebit, Deum non præscisse, quibus esset daturus ut crederent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam? Quæ utique si præscivit, profecto beneficia sua, quibus nos dignatur liberare, præscivit. Hæc est PRÆDESTINATIO SANCTORUM, nihil aliud: præscientia scilicet & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur. Cæteri autem ubi nisi in massa perditionis justo divino judicio relinquuntur? ubi Tyrii relicti sunt & Sidonii, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent. Sed quoniam ut crederent, non erat eis datum, etiam unde crederent est negatum. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio divinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moveantur ad fidem, si congrua suis mentibus, vel audiant verba, vel signa conspiciant: & tamen si Dei altiore judicio, a perditionis massa non sunt gratiæ prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibentur vel dicta divina vel facta, per quæ possent credere, si audirent utique talia vel viderent. In eadem perditionis massa relicti sunt etiam Judæi, qui non potuerunt credere factis in conspectu suo tam magnis clarisque virtutibus. Cur enim non poterant credere, non tacuit Evangelium, dicens, *Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Isaiæ prophetæ impleretur, quem dixit, Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est? Et ideo non poterant credere, quia iterum dixit Isaias, Excæcavit oculos eorum, & induravit cor illorum, ut non videant oculis, nec intelligant corde, & convertantur, & sanem illos*. Non erant ergo sic excæcati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum & Sidoniorum: quoniam credidissent, si qualia viderunt isti signa vidissent. Sed nec illis profuit quod poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cujus inscrutabilia sunt judicia, & investigabiles viæ; nec istis obfuisset quod non poterant credere, si ita prædestinati es-

In Epistolis Hilarii & Prosperi. Prædestinationis doctrinam utilitati prædicationis non esse adversam.
Philip. 2. 13.
Philip. 1. 6
Joan. 14. 1
Joan. 6. 66
Joan. 18. 9
Prædestinatio quid.
Joan. 12. 37. & seq.
Isa. 53. 1.
Isa. 6. 10.
Rom. 11. 33.

essent, ut eos cæcos Deus illuminaret, & induratis cor lapideum vellet auferre. Verum quod dixit Dominus de Tyriis & Sidoniis, aliquo alio modo potest fortassis intelligi: neminem tamen venire ad Christum, nisi cui fuerit datum, & eis dari qui in illo electi sunt ante constitutionem mundi, procul dubio confitetur, a quo non surdis auribus cordis eloquium divinum auribus carnis auditur. Et tamen hæc prædestinatio quæ satis aperte etiam verbis Evangelicis explicatur, non prohibuit Dominum & propter incipiendum dicere, quod paulo ante commemoravi, *Credite in Deum, & in me credite:* & propter perseverandum, *Oportet semper orare, & non deficere.* Audiunt enim hæc & faciunt, quibus datum est: non autem faciunt, sive audiant, sive non audiant, quibus non datum est. Quia *vobis*, inquit, *datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum.* Quorum alterum ad misericordiam, alterum ad judicium pertinet illius, cui dicit anima nostra, *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine.*

Joan. 14. 1. *Luc.* 18. 1. *Matt.* 13. 11. *Ps.* 100. 1.

3. Nec prædestinationis igitur prædicatione impedienda est prædicatio fidei perseverantis & proficientis, ut quod oportet audiant, quibus datum est ut obediant. Quomodo enim audient sine prædicante? Nec rursus prædicatione fidei proficientis, & usque ad ultimum permanentis, impedienda est prædicatio prædestinationis, ut qui fideliter & obedienter vivit, non de ipsa obedientia tamquam de suo non accepto bono extollatur; sed qui gloriatur, in Domino glorietur. *In nullo* enim *gloriandum, quando nostrum nihil sit.* Quod vidit fidelissime Cyprianus, & fidentissime definivit, per quod utique prædestinationem certissimam pronunciavit. Nam si *in nullo gloriandum est, quando nostrum nihil sit:* profecto nec de obedientia perseverantissima gloriandum est: nec ita nostra tamquam non sit nobis de super donata, dicenda est. Et ipsa igitur Dei donum est, quod se daturum Deus vocatis suis illa vocatione, de qua dictum est, *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei*, omni Christiano confitente præscivit. Hæc est igitur prædestinatio, quam fideliter atque humiliter prædicamus. Nec tamen idem doctor & factor, qui & in Christum credidit, & in sancta obedientia usque ad passionem pro Christo perseverantissime vixit, ideo cessavit prædicare Evangelium, exhortari ad fidem, piosque mores, atque ad ipsam usque in finem perseverantiam, quoniam dixit, *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit;* ubi veram Dei gratiam, id est, quæ non secundum merita nostra datur, sine ulla ambiguitate declaravit: quam se daturum quoniam præscivit Deus, his Cypriani verbis procul dubio prædestinatio prædicata est: quæ si Cyprianum a prædicatione non prohibuit, nec nos utique debet prohibere.

Rom. 10. 14. 1. *Cor.* 1. 31. *Cyprian. lib.* 3. *ad Quirin. cap.* 4. *Rom.* 11. 29.

4. Quamvis ergo dicamus Dei donum esse obedientiam: tamen homines exhortamur ad eam. Sed illis qui veritatis exhortationem obedienter audiunt, ipsum donum Dei datum est, hoc est, obedienter audire: illis autem qui non sic audiunt, non est datum. Non enim quicumque, sed Christus, *Nemo*, inquit, *venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo*: &, *Vobis datum est nosse mysterium regni cælorum, illis autem non est datum.* Et de continentia, *Non omnes*, inquit, *capiunt verbum hoc, sed quibus datum est.* Et cum Apostolus ad pudicitiam conjugalem conjuges hortaretur: *Vellem*, inquit, *omnes homines esse sicut meipsum; sed unusquisque proprium donum habet a Deo, alius sic, alius autem sic.* Ubi satis ostendit non tantum continentiam donum Dei esse, sed conjugatorum etiam castitatem. Quæ cum vera sint, hortamur tamen ad hæc, quantum cuique nostrum datum est ut possit hortari; quia & hoc ejus donum est, in cujus manu sunt & nos & sermones nostri. Unde & Apostolus, *Secundum gratiam*, inquit, *quæ data est mihi, ut sapiens architectus fundamentum posui.* Et alio loco, *Unicuique*, inquit, *sicut Dominus dedit: ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat, aliquid est, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.* Ac per hoc sicut exhortatur & prædicat recte, sed ille qui accepit hoc donum: ita exhortantem atque prædicantem, profecto ille obedienter audit, qui accepit hoc donum. Hinc est quod Dominus, cum eis loqueretur, qui carnis aures apertas haberent, dicebat tamen, *Qui habet aures audiendi, audiat*; quas non omnes habere procul dubio noverat. A quo autem habeant, quicumque habent, ipse Dominus ostendit, ubi ait, *Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes.* Aures ergo audiendi, ipsum est donum obediendi, ut qui id haberent, venirent ad eum, ad quem nemo venit, nisi fuerit ei datum a Patre ipsius. Exhortamur ergo atque prædicamus: sed qui habent aures audiendi, obedienter nos audiunt; qui vero eas non habent, fit in eis quod scriptum est, *ut audientes non audiant*; audientes videlicet corporis sensu, non audiant cordis assensu. Cur autem illi habeant aures audiendi, illi non habeant, hoc est, cur illis datum sit a Patre ut veniant ad Filium, illis autem non sit datum, quis cognovit sensum Domini, aut quis ejus consiliarius fuit? Aut tu quis es, o homo, qui respondeas Deo? Numquid ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendi non potest quod occultum est? Numquid, inquam, propterea dicturi sumus quod ita esse perspicimus, non ita esse, quoniam cur ita sit, non possumus invenire?

Sap. 7. 16. 1. *Cor.* 3. 10. *Ibid.* 5. *&c.* *Luc.* 8. 8. *Baruch.* 2. 31. *Joan.* 6. 66. *Matt.* 13. 13. *Rom.* 11. 34. *Rom.* 9. 20.

Aures audiendi voluntas est obediendi.

CAPUT XV.

Sed ajunt, ut scribitis, *Neminem posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conventu Ecclesiæ audientibus multis: Ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis Dei, ut alii ex vobis de infidelitate accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem, vel accepta perseverantia maneatis in fide; cæteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adjutorium gratiæ miserantis erexit. Verumtamen si qui estis necdum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis eamdem gratiam qua velitis & sitis electi: & si qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi, subtrahentur obediendi vires, ut obedire cessetis.* Ista cum dicuntur, ita nos a confitenda Dei vera gratia, id est, quæ non secundum merita nostra datur, & a confitenda secundum eam prædestinatione sanctorum deterrere non debent; sicut non deterremur a confitenda præscientia Dei, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicat: *Sive nunc recte vivatis, sive non recte, tales vos eritis postea, quales vos Deus futuros esse præscivit, vel boni si bonos, vel mali si malos.* Numquid enim si hoc audito nonnulli in torporem segnitiemque vertantur, & a labore proclives ad libidinem post concupiscentias suas eant, propterea de præscientia Dei falsum putandum est esse, quod dictum est? Nonne si Deus illos bonos futuros esse præscivit, boni erunt, in quantalibet tunc malignitate versentur; si autem malos, mali erunt, in quantalibet

Prædestinationis prædicandæ ratio incommoda & inepta.

Contra præscientiæ prædicationem eadem objectari posse, quæ contra prædestinationem.

Monasterium Augustini.

libet nunc bonitate cernantur? Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, respondebat: Qualiscumque nunc sim, talis ero qualem me Deus futurum esse præscivit. Qui profecto & verum dicebat, & hoc vero non proficiebat in bonum: sed usque adeo profecit in malum, ut deserta monasterii societate, fieret canis reversus ad suum vomitum: & tamen adhuc qualis sit futurus, incertum est. Numquid ergo propter hujusmodi animas, ea quæ de præscientia Dei vera dicuntur, vel neganda sunt vel tacenda; tunc scilicet quando si non dicantur, in alios itur errores?

CAPUT XVI.

Matt.6.8.

1. SUnt etiam qui propterea vel non orant, vel frigide orant, quoniam Domino dicente didicerunt, scire Deum quid nobis necessarium sit prius quam petamus ab eo. Num propter tales hujus sententiæ veritas deserenda, aut ex Evangelio delenda putabitur? Immo cum constet alia Deum, danda etiam non orantibus, sicut initium fidei; alia non nisi orantibus præparasse, sicut usque in finem perseverantiam: profecto qui ex seipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cavendum est igitur, ne dum timemus ne tepescat hortatio, extinguatur oratio, accendatur elatio.

Verum quando dicendum, quando tacendum.

2. Dicatur ergo verum, maxime ubi aliqua quæstio ut dicatur impellit: & capiant qui possunt; ne forte cum tacetur propter eos qui capere non possunt, non solum veritate fraudentur, verum etiam falsitate capiantur, qui verum capere quo caveatur falsitas possunt. Facile est enim, immo & utile, ut taceatur aliquod verum propter incapaces. Nam unde est illud Domini, *Adhuc multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo:* & illud *Joan. 16. 12.* *1.Cor.3.1.* Apostoli, *Non potui vobis loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi parvulis in Christo, lac vobis potum dedi, non escam; nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis?* Quamvis modo quodam dicendi fieri possit, ut id quod dicitur, & parvulis lac, & grandibus esca sit. Sicut, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*, quis Christianus tacere potest? quis capere? aut quid in doctrina sana potest inveniri grandius? Quod tamen & parvulis non tacetur & grandibus, nec parvulis occultatur a grandibus. Sed alia est ratio verum tacendi, alia verum dicendi necessitas. Causas verum tacendi longum est omnes quærere vel inferere: quarum tamen est & hæc una, ne pejores faciamus eos qui non intelligunt, dum volumus eos qui intelligunt facere doctiores; qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidem non fiunt, sed nec pejores fiunt. Cum autem res vera ita se habet, ut fiat pejor nobis cum dicentibus, ille qui capere non potest; nobis autem tacentibus, ille qui potest: quid putamus esse faciendum? Nonne potius est dicendum verum, ut qui potest capere capiat, quam tacendum, ut non solum id ambo non capiant, verum etiam qui est intelligentior, ipse fit pejor? Qui si audiret & caperet, per illum etiam plures discerent. Quo enim est capacior ut discat, eo magis est idoneus ut alios doceat. Instat inimicus gratiæ, atque urget modis omnibus, ut credatur secundum merita nostra dari, ac sic gratia jam non sit gratia: *Rom. 11. 6.* & nos nolumus dicere, quod teste Scriptura possumus dicere? timemus enim videlicet, ne loquentibus nobis offendatur, qui veritatem non potest capere; & non timemus, ne tacentibus nobis, qui veritatem potest capere, falsitate capiatur.

Idem & lac parvulis & grandibus esca esse potest. *Joan.1.1.*

Verum tacendi vel non tacendi causæ.

3. Aut enim sic prædestinatio prædicanda est, quemadmodum eam sancta scriptura evidenter eloquitur, ut in prædestinatis sine pœnitentia sint dona & vocatio Dei; aut gratiam Dei secundum merita nostra dari confitendum, quod sapiunt Pelagiani, quamvis ista sententia, quod sæpe jam diximus, legatur in gestis episcoporum orientalium, etiam ipsius Pelagii ore damnata. A Pelagianorum porro hæretica perversitate tantum isti remoti sunt, propter quos hæc agimus, ut licet nondum velint fateri prædestinatos esse, qui per Dei gratiam fiant obedientes atque permaneant, jam tamen fateantur quod eorum præveniat voluntatem quibus datur hæc gratia: ideo utique ne non gratis dari credatur gratia, sicut veritas loquitur; sed potius secundum præcedentis merita voluntatis, sicut contra veritatem Pelagianus error obloquitur. Prævenit ergo & fidem gratia: alioquin si fides eam prævenit, procul dubio prævenit & voluntas; quoniam fides sine voluntate non potest esse. Si autem gratia prævenit fidem, quoniam prævenit voluntatem, profecto prævenit omnem obedientiam, prævenit etiam charitatem, qua una Deo veraciter & suaviter obeditur, & hæc omnia gratia in eo cui datur, & cujus hæc omnia prævenit, operatur.

Rom. 11. 29. *Lib. de gestis Pelagii cap. 14.* Quæ contra prædestinationis prædicationem afferunt, eadem probat dici posse contra gratiam Dei, ex qua cætera dona, excepta fide ac perseverantia esse fatentur.

CAPUT XVII.

1. REstat in his bonis usque in finem perseverantia, quæ frustra quotidie a Domino poscitur, si non eam Dominus per gratiam suam in illo, cujus orationes exaudit, operatur. Videte jam a veritate quam sit alienum, negare donum Dei esse perseverantiam usque in finem hujus vitæ: cum vitæ huic quando voluerit ipse det finem; quem si dat ante imminentem lapsum, facit hominem perseverare usque in finem. Sed mirabilior & fidelibus evidentior largitas bonitatis Dei est, quod etiam parvulis, quibus obedientia non est illius ætatis ut detur, datur hæc gratia. Ista igitur sua dona quibuscumque Deus donat, procul dubio se donaturum esse præscivit, & in sua præscientia præparavit. Quos ergo prædestinavit, ipsos & vocavit vocatione illa, quam me sæpe commemorare non piget, de qua dictum est, *Sine pœnitentia sunt dona & vocatio Dei.* Namque in sua quæ falli mutarique non potest præscientia, opera sua futura disponere, id omnino, nec aliud quidquam est prædestinare. Sicut autem ille quem castum futurum esse præscivit, quamvis id incertum habeat, agit ut castus sit: ita ille quem castum futurum prædestinavit, quamvis id incertum habeat, non ideo non agit ut castus sit, quoniam Dei dono se audit futurum esse quod erit; immo etiam gaudet ejus charitas, nec inflatur, tamquam id non acceperit. Non solum ergo prædicatione prædestinationis ab hoc opere non impeditur, verum & ad hoc adjuvatur, ut cum gloriatur, in Domino glorietur.

Rom. 30. *Rom. 11. 29.* Prædestinare quid sit. *1.Cor.13 4.*

2. Quod autem dixi de castitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, de perseverantia, &, ne pergam per singula, hoc de omni obedientia qua obeditur Deo, veracissime dici potest. Sed ii qui solum initium fidei, & usque in finem perseverantiam sic in nostra constituunt potestate, ut Dei dona esse non putent, neque ad hæc habenda atque retinenda Deum operari nostras cogitationes & voluntates, cætera vero ipsum dare concedunt, cum ab illo impetrantur credentis fide; cur ad ipsa cætera exhortationem, eorumque cæterorum prædicatio-

Adversarios negare non posse prædestinationem ad ea gratiæ dona quæ ipsi agnoscunt, & hac tamen prædestina-

tione non impediri eorum exhortationes.

tionem definitione prædestinationis non metuunt impediri? An forte nec ipsa dicunt prædestinata? Ergo nec dantur a Deo, aut ea se daturum esse nescivit. Quod si & dantur, & ea se daturum esse præscivit; profecto prædestinavit. Sicut ergo ipsi quoque hortantur ad castitatem, charitatem, pietatem, & cætera quæ Dei dona esse confitentur, eaque ab illo esse præcognita, ac per hoc prædestinata negare non possunt; nec dicunt exhortationes suas impediri prædicatione prædestinationis Dei, hoc est, prædicatione de his donis ejus futuris præscientiæ Dei: sic videant nec ad fidem, nec ad perseverantiam impediri exhortationes suas, si & ipsa, quod verum est, esse Dei dona, eaque præcognita, id est, ad donandum prædestinata esse dicantur; sed impediri potius atque subverti hac prædestinationis prædicatione illum tantummodo pernicioſissimum errorem, quo dicitur gratia Dei secundum merita nostra dari; ut qui gloriatur, non in Domino, sed in seipso glorietur.

1. Cor. 1. 31.

3. Quod ut apertius propter tardiusculos explicemus, remorationem meam ferant, quibus ingenio prævolare donatum est. Dicit apostolus Jacobus, *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; & dabitur ei.* Scriptum est in Proverbiis Salomonis, *Quoniam Dominus dat sapientiam.* Et de continentia legitur in libro Sapientiæ, cujus auctoritate usi sunt magni & docti viri, qui longe ante nos eloquia divina tractarunt: ibi ergo legitur, *Cum scirem, quia nemo esse potest continens, nisi Deus det; & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum.* Hæc ergo Dei dona sunt, id est, ut de aliis taceam, sapientia & continentia. Acquiescunt & isti; neque enim Pelagiani sunt, ut adversus istam perspicuam veritatem dura & hæretica pervicacitate contendant. *Sed hæc*, inquiunt, *ut a Deo dentur nobis, fides impetrat, quæ incipit a nobis*: quam fidem & incipere habere, & in ea usque in finem permanere, tamquam id non a Domino accipiamus, nostrum esse contendunt. Hic procul dubio contradicitur Apostolo dicenti, *Quid enim habes quod non accepisti?* Contradicitur & martyri Cypriano dicenti, *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit.* Cum hæc, & alia multa quæ piget repetere, dixerimus; atque ostenderimus, & initium fidei, & usque in finem perseverantiam, Dei dona esse; nec ulla sua futura dona, & quæ danda essent, & quibus danda essent, Deum non præscire potuisse; ac per hoc prædestinatos ab illo esse, quos liberat & coronat: respondendum putant, *prædestinationis definitionem utilitati prædicationis adversam; eo quod hac audita, nemo possit correptionis stimulis excitari.* Hæc dicentes nolunt *hominibus prædicari dona Dei esse, ut veniatur ad fidem, & permaneatur in fide; ne plus* * *desperatio quam exhortatio videatur afferri? dum cogitant qui audiunt, incertum esse humanæ ignorantiæ cui largiatur Deus, cui non largiatur hæc dona.* Cur ergo & ipsi nobiscum prædicant, dona Dei esse sapientiam & continentiam? Quod si hæc cum Dei dona esse prædicantur, non impeditur hortatio qua homines hortamur esse sapientes & continentes; quæ tandem causa est, ut existiment impediri exhortationem, qua exhortamur homines venire ad fidem, & in ea permanere usque in finem, si & hæc dona Dei esse dicantur, quod Scripturis ejus testibus comprobatur?

Jacob. 1. 5.

Prov. 2. 6.

Sap. 8. 21.

* f. desperationis quam exhortationis.

4. Ecce, ut de continentia taceamus, & de sola in hoc loco sapientia disputemus; nempe supra memoratus apostolus Jacobus dicit, *Quæ de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, inæstimabilis, sine simulatione.* Cernitisne, obsecro, a Patre luminum, sapientia quam multis & magnis bonis referta descendat? *Omne*, quippe *datum optimum*, sicut idem dicit, *& omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum.* Cur ergo, ut omittam cætera, corripimus impudicos & contentioſos, quibus tamen prædicamus donum Dei esse sapientiam, pudicam atque pacificam; nec timemus ne permoti divinæ voluntatis incerto, plus in hac prædicatione desperationis quam exhortationis inveniant; nec correptionis stimulis adversus seipsos, sed potius adversus nos excitentur, quia eos corripimus hæc non habentes, quæ ipsi dicimus non humana voluntate proferri, sed divina largitate donari? Cur denique ipsum apostolum Jacobum hujus gratiæ prædicatio non deterruit corripere inquietos, & dicere, *Si zelum amarum habetis, & contentiones sunt in cordibus vestris, nolite gloriari, & mendaces esse adversus veritatem: non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica: ubi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus pravum?* Sicut ergo corripiendi sunt inquieti, & divinis eloquiis testibus, & ipsis quos nobiscum isti communes habent actibus nostris; neque hanc impedit correptionem, quod sapientiam pacificam, qua contentioſi corriguntur atque sanantur, donum Dei esse prædicamus: ita corripiendi sunt infideles, vel in fide non permanentes, non impediente istam correptionem prædicatione gratiæ Dei, quæ fidem quoque ipsam, & in ea permansionem, dona Dei esse commendat. Quia etsi ex fide impetratur sapientia, sicut ipse Jacobus cum dixisset, *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei;* mox addidit, *Postulet autem in fide, nihil hæsitans:* non tamen quoniam fides datur prius quam postuletur ab illo cui datur, ideo dicenda est non esse donum Dei, sed esse a nobis, quia data est nobis, non petentibus nobis. Apostolus enim apertissime dicit, *Pax fratribus & charitas cum fide a Deo Patre & Domino Jesu Christo.* A quo ergo pax & charitas, ab illo est & fides, propter quod ab illo eam non solum augeri habentibus, verum etiam non habentibus poscimus dari.

Jacob. 3. 17.

Jacob. 1. 5.

Ephes. 6. 23.

5. Neque isti, propter quos hæc dicimus, qui prædicatione prædestinationis & gratiæ exhortationem clamitant impediri, ad sola illa exhortantur dona, quæ non a Deo dari, sed a nobis esse contendunt, sicut sunt initium fidei, & in ea usque in finem perseverantia: quod utique facere deberent, ut tantummodo infideles hortarentur ut crederent, & fideles ut credentes permanerent. Ea vero quæ nobiscum Dei dona esse non negant, ut nobiscum Pelagianum demoliantur errorem, sicut est pudicitia, continentia, patientia, & cætera quibus recte vivitur, & ex fide impetrantur a Domino, oranda monstrare & orare solum vel sibi, vel aliis debuerunt; non autem quemquam ut ea capesceret & retineret, hortari. Cum vero & ad hæc exhortantur, ut possunt, atque exhortandos esse homines confitentur; satis utique ostendunt, nec ea prædicatione impediri exhortationes sive ad fidem, sive ad perseverantiam usque in finem, quia & ista Dei dona esse, nec a seipso cuiquam, sed ab illo tribui prædicamus.

6. At enim, *vitio suo quisque deserit fidem, cum cedit tentationi atque consentit, qua cum illo agitur ut deserat fidem.* Quis negat? Sed non ideo dicenda

1. Cor. 4. 7. Lib. 3. ad Quir. c. 4.

da est in fide perseverantia non esse donum Dei.
Matth. 6. 13. Hanc enim quotidie poscit, qui dicit, *Ne nos inferas in tentationem*: & si exauditur, hanc accipit: ac per hoc quotidie ut perseveret petens, profecto perseverantiæ suæ spem non in seipso, sed in Deo ponit. Ego autem nolo exaggerare meis verbis, sed illis cogitandum potius relinquo, ut videant quale sit quod sibi persuaserunt, *prædicatione prædestinationis audientibus plus desperationis quam exhortationis afferri*. Hoc est enim dicere, tunc de sua salute hominem desperare, quando spem suam non in seipso, sed in Deo didicerit ponere: cum Pro-
Jer. 17. 5. pheta clamet, *Maledictus omnis qui spem habet in homine*.

7. Hæc itaque dona Dei, quæ dantur electis secundum Dei propositum vocatis, in quibus donis est & incipere credere, & in fide usque ad vitæ hujus terminum perseverare, sicut tanta rationum atque auctoritatum contestatione probavimus; hæc, inquam, Dei dona, si nulla est prædestinatio quam defendimus, non præsciuntur a Deo: præsciuntur autem: hæc est igitur prædestinatio quam defendimus.

CAPUT XVIII.

Prædestinatio præscientiæ interdum nomine significatur.

UNde aliquando eadem prædestinatio significatur etiam nomine præscientiæ, sicut ait Apostolus, *Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit*. Hic quod ait, *præscivit*, non recte intelligitur, nisi prædestinavit: quod circumstantia ipsius lectionis ostendit. Loquebatur enim de reliquiis Judæorum, quæ salvæ factæ sunt, pereuntibus cæteris. Nam superius dixerat, ad Israel dixisse Prophetam, *Rom. 11. 2.* *Rom. 10. 21.* *Isaiæ 65. 2* *Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem*: & tamquam responderetur, Ubi sunt ergo factæ promissiones Dei ad Israel? continuo subjunxit, *Dico ergo, numquid repulit Deus plebem suam? Absit: nam & ego Israelita sum ex semine Abraham, tribu* *Rom. 11. 1.* *Beniamin*: tamquam diceret? nam & ego ex ipsa plebe sum. Deinde addidit unde nunc agimus, *Ibidem 2.* *Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit*. Atque ut ostenderet Dei gratia fuisse relictas reliquias, non meritis operum eorum, secutus adjunxit, *An nescitis in Elia quid dicit Scriptura? quemadmodum interpellat Deum adversus Israel*, & cæ- *Ibidem.* *Ibidem 4.* tera. *Sed quid dicit illi*, inquit, *responsum divinum? Reliqui mihi septem millia virorum, qui* *3. Reg. 19. 18.* *non curvaverunt genu ante Baal*. Non enim ait, relicta sunt mihi, aut reliquerunt se mihi: sed, *Rom. 11. 5* *reliqui mihi*. *Sic ergo*, inquit, *& in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia*. Et connectens illa quæ jam supra in- *Ibidem 7.* terposui: *Quid ergo?* & huic interrogationi respondens, *Quod quærebat*, inquit, *Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt*. In hac ergo electione & in his reliquiis, quæ per electionem gratiæ factæ sunt, voluit intelligi plebem, quam propterea Deus non repulit, quia præscivit. Hæc est illa electio qua *Ephes. 1. 4.* eos quos voluit, elegit in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti & immaculati in conspectu ejus, in charitate, prædestinans eos in adoptionem filiorum. Nullus igitur qui hæc intelligit, negare vel dubitare permittitur, ubi ait Apostolus, *Non repulit Deus plebem suam, quam præscivit*, prædestinationem, significare voluisse. Præscivit enim reliquias, quas secundum electionem gratiæ fuerat ipse facturus. Hoc est ergo prædestinavit: sine dubio enim præscivit, si prædestinavit: sed prædestinasse, est hoc præsciisse quod fuerat ipse facturus.

CAPUT XIX.

1. QUid ergo nos prohibet, quando apud aliquos verbi Dei tractatores legimus Dei præscientiam, & agitur de vocatione electorum, eamdem prædestinationem intelligere? Magis autem fortasse voluerunt hoc verbo in ea re uti, quod facilius intelligitur, & non repugnat, immo & congruit veritati quæ de prædestinatione gratiæ prædicatur. Hoc scio, NEMINEM CONTRA ISTAM PRÆDESTINATIONEM, quam secundum scripturas sanctas defendimus, NISI ERRANDO DISPUTARE POTUISSE. Puto tamen eis qui de hac re sententias tractatorum requirunt, sanctos & in fide atque doctrina Christiana laudabiliter usquequaque diffamatos viros, Cyprianum & Ambrosium, quorum tam clara testimonia posuimus, debere sufficere, & debere ad utrumque, id est, ut & gratiam Dei gratuitam, sicut credenda atque predicanda est, per omnia credant & per omnia prædicent, & eamdem prædicationem prædicationi qua hortamur pigros, vel corripimus malos, non opinentur adversam: quia & isti viri cum sic prædicarent Dei gratiam, ut unus eorum diceret, *Cyprianus lib. 3. ad Quirin. c. 4.* *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit*, alter autem, *Non est in potestate nostra cor nostrum & nostræ cogitationes*, non tamen hortari & corripere destiterunt, ut fierent præcepta divina. Nec timuerunt ne diceretur eis, Quid nos hortamini? quid *Ambros. de fuga sæculi c. 1.* & corripitis, si nihil boni ut habeamus est nostrum, & si non est in potestate nostra cor nostrum? Hæc ne dicerentur eis, nequaquam illi sancti ea mente timere potuerunt; qua intelligebant pauciſſimis esse donatum, ut nullo sibi homine prædicante, per ipsum Dominum vel per Angelos cælorum doctrinam salutis accipiant; multis vero id esse donatum, ut Deo per homines credant. Quolibet tamen modo dicatur homini verbum Dei, procul dubio, quo sic audiat ut illi obediat, donum Dei est.

Pauciſſimis donatum, ut sine hominis ullius ministerio doctrinam salutis acciperent.

2. Unde supradicti tractatores excellentissimi divinorum eloquiorum, & gratiam Dei veram, sicut prædicanda est, prædicarunt, id est, quam nulla merita humana præcedunt; & ad facienda divina præcepta instanter hortati sunt, ut qui haberent donum obedientiæ, quibus jussis obediendum esset, audirent. Si enim gratiam merita ulla nostra præcedunt, profecto aut facti alicujus, aut dicti, aut cogitationis est meritum, ubi & ipsa intelligitur voluntas bona: sed breviſſime complexus est omnium genera meritorum, qui dicit, *In nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit*. Qui vero ait, *Non est in nostra potestate cor nostrum, & nostræ cogitationes*, nec ipse facta & dicta præteriit: non enim est ullum factum dictumve hominis, quod non ex cordis cogitatione procedat. Quid autem amplius de hac re agere Cyprianus martyr glorioſiſſimus, & doctor lucidiſſimus potuit, quam ubi nos in oratione Dominica etiam pro inimicis fidei Christianæ orare oportere commonuit? ubi de initio fidei, quod etiam hoc donum Dei sit, quid sentiret ostendit: & pro perseverantia usque in finem, quia & ipsam non nisi Deus eis qui perseveraverint donat, Ecclesiam Christi quotidie orare monstravit. Beatus quoque Ambrosius cum exponeret quod ait Lucas *Luc. 1. 3.* Evangelista, *Visum est & mihi*: *Potest*, inquit, *Ambrosius super Lucam in expositione proœmii.* *non soli visum esse, quod si visum esse declarat. Non enim voluntate tantum humana visum est, sed sicut pla-*

placuit ei qui in me loquitur Christus, qui ut id quod bonum est, nobis quoque videri bonum possit, operatur: quem enim miseratur, & vocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse voluerit Christianus, respondere, Visum est & mihi. Quod cum dicit, non negat Deo visum; a Deo enim præparatur voluntas hominum. Ut enim Deus honorificetur a sancto, Dei gratia est. Itemque in eodem opere, hoc est in expositione ejusdem Evangelii, cum ad illum venisset locum, ubi Dominum ad Jerusalem pergentem Samaritani recipere noluerunt: *Simul disce*, inquit, *quia recipi noluit a non simplici mente conversis. Nam si voluisset, ex indevotis devotos fecisset. Cur autem non receperint eum, Evangelista ipse monstrat, dicens, Quia facies ejus erat euntis in Jerusalem. Discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed Deus quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit.* Quid evidentius, quid illustrius a verbi Dei tractatoribus quærimus, si & ab ipsis quod in Scripturis clarum est, audire delectat? Sed his duobus qui sufficere debuerunt, sanctum Gregorium addamus & tertium, qui & credere in Deum, & quod credimus confiteri, Dei donum esse testatur, dicens: *Unius deitatis quæso vos, confitemini Trinitatem: si vero aliter vultis, dicite unius esse naturæ; & Deus vocem dari vobis a sancto Spiritu deprecabitur*: id est rogabitur Deus, ut permittat vobis dari vocem, qua quod creditis, confiteri possitis. *Dabit enim, certus sum; qui dedit quod primum est, dabit & quod secundum est;* qui dedit credere, dabit & confiteri.

Prov. 8. juxta LXX.

Luc. 9. 53. Ambros. lib. 7. in Lucam n. 27. ibidem.

Gregorius Nazianz. orat. 44. in Penteco. sten.

3. Isti tales tantique doctores dicentes non esse aliquid, de quo tamquam de nostro, quod nobis Deus non dederit, gloriemur; nec ipsum cor nostrum & cogitationes nostras in potestate nostra esse; & totum dantes Deo, atque ab ipso nos accipere confitentes, ut permansuri convertamur ad eum; ut id quod bonum est, nobis quoque videatur bonum, & velimus illud, ut honoremus Deum, & recipiamus Christum, ut ex indevotis efficiamur devoti & religiosi, ut in ipsam Trinitatem credamus, & confiteamur etiam voce quod credimus: hæc utique gratiæ Dei tribuunt, Dei munera agnoscunt, ab ipso nobis, non a nobis esse testantur. Numquid autem quisquam eos dicturus est, ita confessos istam Dei gratiam, ut auderent negare ejus præscientiam, quam non solum docti, sed indocti etiam confitentur? Porro si hæc ita Deum noverant dare, ut non ignorarent eum daturum se esse præsciisse, & quibus daturus esset non potuisse nescire; procul dubio noverant prædestinationem, quam per Apostolos prædicatam contra novos hæreticos operosius diligentiusque defendimus: nec tamen eis obedientiam prædicantibus, & ad eam sicut quisque poterat ferventer hortantibus, ullo modo recte diceretur, Si non vultis obedientiam ad quam nos accenditis, in nostro corde frigescere, nolite nobis istam Dei gratiam prædicare, qua Deum dare fatemini, quæ & nos ut faciamus hortamini.

CAPUT XX.

1. QUamobrem si & Apostoli & doctores Ecclesiæ qui eis successerunt, eosque imitati sunt, utrumque faciebant, id est, & Dei gratiam, quæ non secundum merita nostra datur, veraciter prædicabant, & piam obedientiam præceptis salubribus instruebant: quid est quod invicta concluso violentia veritatis recte se isti nostri dicere existimant, *Et si verum est quod dicitur de prædestinatione beneficiorum Dei, non est tamen populis prædicandum.* Prædicandum est prorsus, ut qui habet aures audiendi, audiat. Quis autem habet, si non accepit ab illo qui ait, *Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes?* Certe qui non accepit, reiiciat; dum tamen qui capit, sumat & bibat, bibat & vivat. Sicut enim prædicanda est pietas, ut ab eo qui habet aures audiendi, Deus recte colatur; prædicanda est pudicitia, ut ab eo qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitum perpetretur; prædicanda est charitas, ut ab eo qui habet aures audiendi, Deus & proximus diligatur: ita prædicanda est & ista prædestinatio beneficiorum Dei, ut qui habet aures audiendi, non in seipso, sed in Domino glorietur.

Supra in S. Prosperi.

Epistolis Prosperi & Hilarii. Luc. 8. 9. Baruch. 2. 31. Baruch. 7. 31.

2. Quod autem dicunt, *non opus fuisse hujusce-modi disputationis incerto minus intelligentium tot corda turbari: quoniam non minus utiliter sine hac definitione prædestinationis per tot annos defensa est catholica fides, tum contra alios, tum maxime contra Pelagianos, tot catholicorum & aliorum & nostris præcedentibus libris:* multum miror eos dicere; nec attendere, ut de aliis hic taceam, ipsos libros nostros & ante quam Pelagiani apparere cœpissent, conscriptos & editos, & videre quam multis eorum locis futuram nescientes Pelagianam hæresim cædebamus, prædicando gratiam qua nos Deus liberat a malis erroribus & moribus nostris, non præcedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc secundum gratuitam misericordiam suam. Quod plenius sapere cœpi in ea disputatione, quam scripsi ad beatæ memoriæ Simplicianum, episcopum Mediolanensis Ecclesiæ, in mei episcopatus exordio, quando & initium fidei donum Dei esse cognovi & asserui.

In Epistola Hilarii, n. 8.

3. Quid autem meorum opusculorum frequentius & delectabilius innotescere potuit, quam libri Confessionum mearum? Cum & ipsos ediderim ante quam Pelagiana hæresis extitisset; in eis certe dixi Deo nostro, & sæpe dixi; *Da quod jubes, & jube quod vis.* Quæ mea verba Pelagius Romæ, cum a quodam fratre & coepiscopo meo fuissent eo præsente commemorata, ferre non potuit, & contradicens aliquanto commotius, pene cum eo qui illa commemoraverat litigavit. Quid vero primitus & maxime Deus jubet, nisi ut credamus in eum? Et hoc ergo ipse dat, si bene illi dictum est, *Da quod jubes.* Et in eisdem etiam libris quod de mea conversione narravi, Deo me convertente ad eam fidem, quam miserrima & furiosissima loquacitate vastabam, nonne ita narratum esse meministis, ut ostenderem me fidelibus & quotidianis matris meæ lacrymis ne perirem fuisse concessum? Ubi utique prædicavi, non solum aversas a recta fide, sed adversas etiam rectæ fidei, Deum sua gratia ad eam convertere hominum voluntates. De proficiente porro perseverantia quemadmodum Deum rogaverim, & scitis, & potestis recensere cum vultis. Omnia itaque Dei dona quæ in eodem opere sive optavi, sive laudavi, quis, non dicam negare, sed dubitare saltem audeat Deum daturum se esse præsciisse, & quibus daturus fuerit, numquam potuisse nescire? Hæc est prædestinatio manifesta & certa sanctorum: quam postea diligentius & operosius, cum jam contra Pelagianos disputaremus, defendere necessitas compulit. Didicimus enim singulas quasque hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæstiones, contra quas diligentius defenderetur scriptura divina, quam si nulla talis necessitas cogeret. Quid autem coegit loca Scripturarum, quibus prædestinatio commendata est, copiosius &

Lib. 10. c. 19. c. 31. & c. 37.

Lib. 3. cap. 11. & 12. & lib. 9. cap. 8.

Hæreses quid boni per occasionem Ecclesiæ afferant

cnucleatius iſto noſtro labore defendi, niſi quod Pelagiani dicunt, gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari: quod quid eſt aliud, quam gratiæ omnino negatio.

CAPUT XXI.

1. HÆc ergo ut ingrata Deo ſententia deſtruatur, gratuitis Dei beneficiis quibus liberamur inimica, & initium fidei, & in ea uſque in finem perſeverantiam ſecundum Scripturas, unde jam multa diximus, dona Dei eſſe defendimus. Quoniam ſi a nobis eſſe dicimus initium fidei, ut eo cætera Dei dona mereamur accipere; concludunt Pelagiani, gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari. Quod ita exhorruit catholica fides, ut damnari timens, hoc Pelagius ipſe damnaverit. Itemque ſi dicimus a nobis eſſe perſeverantiam noſtram, non a Domino; reſpondent illi, ita nos a nobis habere initium fidei ſicut finem, ſic argumentantes, multo magis nos habere a nobis illud initium, ſi a nobis habemus permanere uſque in finem, cum perficere quam inchoare ſit majus: ac ſic identidem concludunt, gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari. Si autem utrumque Dei donum eſt, & hæc Deus dona ſua, (quod negare quis poteſt?) daturum ſe eſſe præſcivit: prædeſtinatio prædicanda eſt, ut poſſit vera Dei gratia, hoc eſt, quæ non ſecundum merita noſtra datur, inſuperabili munitione defendi.

2. Et ego quidem in illo libro, cujus eſt titulus de Correptione & Gratia, * qui ſufficere non potuit omnibus dilectoribus noſtris, puto me ita poſuiſſe donum Dei eſſe etiam perſeverare uſque in finem, ut hoc antea, ſi me non fallit oblivio, tam expreſſe atque evidenter, vel nuſquam, vel pene nuſquam ſcripſerim. Sed ita hoc nunc dixi, ut non ante me nemo dixerit. Beatus quippe Cyprianus in oratione Dominica, ſicut jam oſtendimus, petitiones noſtras ita expoſuit, ut in ipſa prima petitione perſeverantiam nos diceret poſcere, id nos orare aſſerens, dicendo, *Sanctificetur nomen tuum*, cum jam in baptiſmate ſanctificati fuerimus, ut in eo quod eſſe cœpimus, perſeveremus. Videant tamen ii, quibus amantibus me ingratus eſſe non debeo, qui præter hoc quod in quæſtionem venit, omnia mea, ſicut ſcribitis, ſe profitentur amplecti: videant, inquam, utrum in primi libri poſterioribus partibus, eorum duorum quos mei epiſcopatus initio ante quam Pelagiana hæreſis appareret, ad Simplicianum Mediolanenſem epiſcopum ſcripſi, remanſerit aliquid quo vocetur in dubium, gratiam Dei non ſecundum merita noſtra dari: & utrum ibi non ſatis egerim, etiam initium fidei eſſe donum Dei: & utrum ex iis quæ ibi dicta ſunt, non conſequenter eluceat, etſi non ſit expreſſum, etiam uſque in finem perſeverantiam non niſi ab eo donari, qui nos prædeſtinavit in ſuum regnum & gloriam. Deinde ipſam epiſtolam, quam jam contra Pelagianos ad ſanctum Paulinum Nolanum epiſcopum feci, cui epiſtolæ contradicere modo cœperunt, nonne ante annos plurimos edidi? Eam quoque inſpiciant, quam dedi ad Sixtum Romanæ Eccleſiæ presbyterum, quando adverſus Pelagianos acerrima conflictatione certavimus: & talem reperient, qualis illa eſt ad Paulinum. Unde recolant adverſus hæreſim Pelagianam jam ante aliquot annos iſta dicta eſſe atque conſcripta, quæ nunc eis diſplicere mirandum eſt. Quamvis neminem velim ſic amplecti omnia mea, ut me ſequatur, niſi in iis in quibus me non erraſſe perſpexerit. Nam propterea nunc facio libros, in quibus opuſcula mea retractanda ſuſcepi, ut nec me ipſum in omnibus me ſecutum fuiſſe demonſtrem; ſed proficienter me exiſtimo Deo miſerante ſcripſiſſe, non tamen a perfectione cœpiſſe: quandoquidem arrogantius loquor quam verius, ſi vel nunc dico, me ad perfectionem ſine ullo errore ſcribendi jam in iſta ætate veniſſe. Sed intereſt quantum & in quibus rebus erretur; & quam facile quiſque corrigat, vel quanta pertinacia ſuum defendere conetur errorem. Bonæ quippe ſpei eſt homo, ſi eum ſic proficientem dies ultimus vitæ hujus invenerit, ut adjiciantur ei quæ proficienti defuerunt, & perficiendus quam puniendus potius judicetur.

3. Quocirca ſi hominibus qui propterea me dilexerunt, quia pervenit ad eos, ante quam me diligerent, aliqua mei laboris utilitas, nolo exiſtere ingratus; quanto magis Deo, quem non diligeremus, niſi prius dilexiſſet nos, & feciſſet dilectores ſuos? quoniam charitas ex ipſo eſt: ſicut dixerunt quos fecit magnos, non ſolum amatores, verum etiam prædicatores ſuos. Quid eſt autem ingratius, quam negare ipſam gratiam Dei, dicendo eam ſecundum merita noſtra dari? Quod in Pelagianis fides catholica exhorruit, quod ipſi Pelagio capitale crimen objecit, quod ipſe Pelagius, non quidem amore veritatis Dei, ſed tamen ſuæ damnationis timore damnavit. Quiſquis autem dicere gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari, ſicut catholicus fidelis exhorret; nec ipſam fidem ſubtrahat Dei gratiæ, qua miſericordiam conſecutus eſt ut fidelis eſſet: ac per hoc gratiæ Dei tribuat perſeverantiam quoque uſque in finem, qua miſericordiam conſequitur, quam poſcit quotidie, ne inferatur in tentationem. Inter initium autem fidei & perfectionem perſeverantiæ, media ſunt illa quibus recte vivimus, quæ ipſi etiam donari nobis a Deo fide impetrante conſentiunt. Hæc autem omnia, initium ſcilicet fidei, & cætera uſque in finem dona ſua, Deus largiturum ſe vocatis ſuis eſſe præſcivit. Nimiæ igitur contentionis eſt, prædeſtinationi contradicere, vel de prædeſtinatione dubitare.

CAPUT XXII.

1. QUæ tamen non ita populis prædicanda eſt, ut apud imperitam, vel tardioris intelligentiæ multitudinem redargui quodammodo ipſa ſua prædicatione videatur: ſicut redargui videtur & præſcientia Dei, (quam certe negare non poſſunt,) ſi dicatur hominibus, *Sive curratis, ſive dormiatis, quod vos præſcivit qui falli non poteſt, hoc eritis.* Doloſi autem vel imperiti medici eſt etiam utile medicamentum ſic alligare, ut aut non proſit, aut obſit. Sed dicendum eſt, Sic currite, ut comprehendatis, atque ut ipſo curſu veſtro ita vos eſſe præcognitos noveritis, ut legitime curreretis: & ſi quo alio modo Dei præſcientia prædicari poteſt, ut hominis ſegnitia repellatur.

2. Quamvis ergo ita ſe habeat de prædeſtinatione definita ſententia voluntatis Dei, ut alii ex infidelitate, accepta voluntate obediendi, convertantur ad fidem, vel perſeverent in fide; cæteri vero qui in peccatorum damnabilium delectatione remorantur, ſi & ipſi prædeſtinati ſunt, ideo nondum ſurrexerunt, quia nondum eos adjutorium gratiæ miſerantis erexit: ſi qui enim nondum ſunt vocati, quos gratia ſua prædeſtinavit eligendos, accipient eamdem gratiam, qua electi eſſe velint & ſint: ſi qui autem

* *Cap. 6.*

Matt. 6. 9.

Duo libri ad Simplicianum.

Epiſtola ad Paulinum, quæ eſt ordine nunc 185. Epiſtola ad Sixtum nunc 194.

1. *Joan.* 4. 7.

1. *Cor.* 9. 24.

Bonæ ſpei homo.

Prædeſtinatio quomodo citra offenſionem prædicanda.

tem obediunt, sed in regnum ejus & gloriam prædestinati non sunt, temporales sunt, nec usque in finem in eadem obedientia permanebunt: quamvis ergo hæc vera sint, non tamen isto modo dicenda sunt audientibus multis, ut sermo ad ipsos etiam convertatur, eisque dicantur illa istorum verba quæ vestris litteris indidistis; & quæ superius interposui: *Ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis Dei, ut alii ex vobis de infidelitate, accepta obediendi voluntate veneritis ad fidem.* Quid opus est dici, *alii ex vobis?* Si enim Ecclesiæ Dei loquimur, si credentibus loquimur, cur alios eorum ad fidem venisse dicentes, cæteris facere videamur injuriam: cum possimus congruentius dicere: Ita se habet de prædestinatione definita sententia voluntatis Dei, ut ex infidelitate veneritis ad fidem accepta voluntate obediendi, & accepta perseverantia permaneatis in fide?

Odiosa & vitanda prædicandæ prædestinationis formula.

Corrigit superiorem formulam.

3. Nec illud quod sequitur, est omnino dicendum, id est: *Cæteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adjutorium gratiæ miserantis erexit.* Cum bene & convenienter dici possit & debeat, Si qui autem adhuc in peccatorum damnabilium delectatione remoramini, apprehendite saluberrimam disciplinam: quod tamen cum feceritis, nolite extolli quasi de operibus vestris, aut gloriari quasi hoc non acceperitis; Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate: & a Domino gressus vestri diriguntur, ut ejus viam velitis: de ipso autem cursu vestro bono rectoque condiscite vos ad prædestinationem divinæ gratiæ pertinere.

Philip. 1. 13. *Ps.* 36. 23.

4. Item quod sequitur, & dicitur: *Verumtamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis eamdem gratiam, qua velitis & sitis electi:* durius dicitur quam dici potest, si nos non quibuslibet hominibus loqui, sed Christi Ecclesiæ cogitemus. Cur enim non potius ita dicitur: Et si qui sunt nondum vocati, pro eis ut vocentur oremus? Fortassis enim sic prædestinati sunt, ut nostris orationibus concedantur, & accipiant eamdem gratiam, qua velint esse atque efficiantur electi. Deus enim qui omnia quæ prædestinavit implevit, ideo & pro inimicis fidei orare nos voluit, ut hinc intelligeremus quod ipse etiam infidelibus donet ut credant, & volentes ex nolentibus faciat.

5. Jam vero quod illis verbis connectitur, miror si ullo modo potest in populo Christiano quisquam infirmus patienter audire, cum dicitur eis: *Et si qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi, subtrahentur obediendi vires, ut obedire cessetis.* Hoc enim dicere, quid videtur aliud esse, quam maledicere, aut mala quodam modo prophetare? Sed si & de iis qui non perseverant, aliquid placet dicere, vel necesse est, cur non potius ita saltem dicitur, ut paulo ante a me dictum est: primum ut non de ipsis, qui in populo audiunt, hoc dicatur, sed de aliis ad ipsos; id est, ut non dicatur, *Si qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi:* sed, Si qui obediunt; & cætera per verbi personam tertiam, non per secundam? Res enim non optabilis, sed abominabilis dicitur, & durissime atque odiosissime quasi in audientium frontem compellando colliditur, quando qui eis loquitur, dicit, *Et si qui estis qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi, subtrahentur obediendi vires, ut obedire cessetis.* Quid enim sententiæ deperit, si ita dicatur: Si qui autem obediunt, sed in regnum ejus & gloriam prædestinati non sunt, temporales sunt, nec usque in finem in eadem obedientia permanebunt? Nonne & verius eadem res & congruentius dicitur, ut non ipsis tantum malum tamquam optare videamur, sed de aliis referre, quod oderint, nec ad se existiment pertinere, sperando orandoque meliora? Illo autem modo, quo id dicendum putant, eadem sententia eisdem pene verbis etiam de præscientia Dei, quam certe negare non possunt, pronunciari potest, ut dicatur, *Et si qui obeditis, si præsciti estis rejiciendi, obedire cessabitis.* Nempe hoc verissimum est: ita sane, sed improbissimum, importunissimum, incongruentissimum, non falso eloquio, sed non salubriter valetudini humanæ infirmitatis appositio.

6. Illum etiam modum, quo utendum esse in prædestinationis prædicatione nos diximus, loquenti ad populum non existimo debere sufficere, nisi hoc vel hujusmodi aliquid addat, ut dicat: Vos itaque etiam ipsam obediendi perseverantiam a Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere, atque hoc faciendo confidere, non vos esse a prædestinatione populi ejus alienos; quia etiam hoc ut faciatis, ipse largitur. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in ipso habere jubemini, non in vobis. Maledictus enim omnis qui spem habet in homine: & bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine; quia beati omnes qui confidunt in eum. Hanc spem tenentes, servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore: quoniam de vita æterna, quam filiis promissionis promisit non mendax Deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi cum consummata fuerit ista vita, quæ tentatio est super terram: sed faciet nos perseverare in se usque in ejus vitæ finem, cui quotidie dicimus, Ne nos inferas in tentationem. Hæc atque hujusmodi cum dicuntur sive paucis Christianis sive multitudini Ecclesiæ, cur metuimus sanctorum prædestinationem & veram Dei gratiam, id est, quæ non secundum merita nostra datur, sicut eam sancta scriptura prædicat, prædicare? An vero timendum est, ne tunc de se homo desperet, quando spes ejus ponenda demonstratur in Deo, non autem desperaret, si eam in se ipso, superbissimus & infelicissimus poneret?

Jacob. 1. 17.

Jer. 17. 5. *Ps.* 117. 8. *Psal.* 2. 13. *Ibid.* 11.

De vita æterna nemo securus in hac vita. *Job.* 7. 1.

Matth. 6. 13.

CAPUT XXIII.

Ecclesiæ totius in ipsius orationibus testimonium.

1. ATque utinam tardi corde & infirmi, qui non possunt, vel nondum possunt Scripturas, vel earum expositiones intelligere, sic audirent vel non audirent in hac quæstione disputationes nostras, ut magis intuerentur orationes suas, quas semper habuit & habebit Ecclesia ab exordiis suis, donec finiatur hoc sæculum. De hac enim re, quam nunc adversus novos hæreticos, non commemorare tantum, sed plane tueri & defensare compellimur, numquam tacuit in precibus suis, etsi aliquando in sermonibus exerendam nullo urgente adversario non putavit. Quando enim non oratum est in Ecclesia pro infidelibus atque inimicis ejus ut crederent? Quando fidelis quisquam amicum, proximum, conjugem habuit infidelem, & non ei petivit a Domino mentem obedientem in Christianam fidem? Quis autem sibi umquam non oravit, ut in Domino permaneret? Aut quis sacerdotem super fideles Dominum invocantem, si quando

Benedictio sacerdotis super fideles.

dixit; Da illis Domine in te perseverare usque in finem; non solum voce ausus est, sed saltem cogitatione reprehendere; ac non potius super ejus talem benedictionem, & corde credente, & ore confitente respondit, Amen: cum aliud in ipsa oratione Dominica non orent fideles, dicentes maxime illud, *Ne nos inferas in tentationem*; nisi ut in sancta obedientia perseverent? Sicut ergo in his orationibus, ita & in hac fide nata est, & crescit, & crevit Ecclesia, qua fide creditur, gratiam Dei non secundum merita accipientium dari. Quando quidem non oraret Ecclesia ut daretur infidelibus fides, nisi Deum crederet & aversas & adversas hominum ad se convertere voluntates: nec oraret Ecclesia, ut perseveraret in fide Christi, non decepta vel victa tentationibus mundi, nisi crederet Dominum sic in potestate habere cor nostrum, ut bonum quod non tenemus nisi propria voluntate, non tamen teneamus nisi ipse in nobis operetur & velle. Nam si hæc ab ipso quidem poscit Ecclesia, sed a se ipsa sibi dari putat: non veras, sed perfunctorias orationes habet; quod absit a nobis. Quis enim veraciter gemat, desiderans accipere quod orat a Domino, si hoc a se ipso se sumere existimet, non ab illo.

Rom. 8 26. 2. Præsertim, quoniam *quid oremus sicut oportet nescimus, sed ipse Spiritus*, ait Apostolus, *interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui enim scrutatur corda, scit quid sapiat Spiritus, quia secundum Deum interpellat pro sanctis.* Quid est, *ipse Spiritus interpellat*, nisi interpellare facit: *gemitibus inenarrabilibus*, sed veracibus, quoniam veritas est Spiritus? Ipse est enim de quo alio loco dicit; *Misit Deus Spiritum Filii sui in corda nostra, clamantem, Abba, pater.* Et hic quid est, clamantem, nisi clamare facientem; tropo illo quo dicimus lætum diem, qui lætos facit? Quod alibi manifestat, ubi dicit, *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater.* Ibi dixit, *clamantem*; hic vero, *in quo clamamus*: aperiens videlicet quomodo dixerit, *clamantem*, id est, sicut jam exposui, clamare facientem. Ubi intelligimus, & hoc ipsum esse donum Dei, ut veraci corde & spiritaliter clamemus ad Deum. Attendant ergo quomodo falluntur, qui putant esse a nobis, non dari nobis, ut petamus, quæramus, pulsemus: & hoc esse dicunt quod gratia præceditur merito nostro, ut sequatur illa, cum accipimus petentes, & invenimus quærentes, aperiturque pulsantibus: nec volunt intelligere etiam hoc divini muneris esse, ut oremus, hoc est petamus, quæramus, atque pulsemus. Accepimus enim spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater. Quod vidit & beatus Ambrosius. Ait enim, *Et orare Deum, gratiæ spiritalis est: sicut scriptum est, Nemo dicit, Dominus Jesus, nisi in Spiritu sancto.*

Spiritus sanctus quo sensu interpellet pro nobis & clamet, Abba, pater. *Gal.* 4. 6. *Rom.* 8. 15.

In Comment. super Isaiam lib. 4. *V. cont. duas epist. Pelag. c.* 11.

3. Hæc igitur quæ poscit a Domino, & semper ex quo esse cœpit, poposcit Ecclesia, ita Deus vocatis suis daturum se esse præscivit, ut in ipsa prædestinatione jam dederit: quod Apostolus sine ambiguitate declarat. Scribens quippe ad Timotheum: *Collabora*, inquit, *Evangelio secundum virtutem Dei salvos nos facientis, & vocantis vocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora æterna, manifestata autem nunc per adventum Salvatoris nostri Jesu Christi.* Ille itaque dicat Ecclesiam aliquando in fide sua non habuisse veritatem prædestinationis hujus & gratiæ, quæ nunc contra novos hæreticos cura diligentiore defenditur: ille, inquam, hoc dicat, qui dicere audet aliquando eam non orasse, vel non veraciter orasse, sive ut crederent infideles, sive ut perseverarent fideles. Quæ bona si semper oravit, semper ea Dei dona esse utique credidit; nec ab illo esse præcognita umquam ei negare fas fuit. Ac per hoc prædestinationis hujus fidem, quæ contra novos hæreticos nova solicitudine nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit.

2. Tim. 1. 8. &c.

CAPUT XXIV.

Conclusio.

1. SEd quid plura? Satis docuisse me existimo, vel potius plus quam satis, dona Dei esse, & incipere in Dominum credere, & usque in finem in Domino permanere. Cætera vero bona ad vitam piam, qua Deus recte colitur pertinentia, etiam ipsi propter quos hæc agimus, Dei dona esse concedunt. Omnia porro dona sua, & quibus ea fuerat largiturus, Deum præscisse negare non possunt. Sicut ergo cætera prædicanda sunt, ut qui ea prædicat, obedienter audiatur: ita prædestinatio prædicanda est, ut qui obedienter hæc audit, non in homine, ac per hoc nec in seipso, sed in Domino glorietur; quia & hoc Dei præceptum est: & hoc præceptum obedienter audire, id est, ut qui gloriatur, in Domino glorietur, similiter ut cætera, Dei donum est. Quod donum qui non habet, non dubito dicere, alia quæcumque habet, inaniter habet. Hoc Pelagiani, optamus, ut habeant; isti autem nostri ut plenius habeant. Non itaque simus in disputationibus prompti, & in orationibus pigri. Oremus, dilectissimi, oremus, ut Deus gratiæ det etiam inimicis nostris, maximeque fratribus & dilectoribus nostris, intelligere & confiteri, post ingentem & ineffabilem ruinam, qua in uno omnes cecidimus, neminem nisi gratia Dei liberari; eamque non secundum merita accipientium tamquam debitam reddi, sed tamquam veram gratiam nullis meritis præcedentibus gratis dari.

1. Cor. 1. 31.

Prædestinationis illustrissimum exemplum Christus Jesus.

2. Nullum autem est illustrius prædestinationis exemplum quam ipse Jesus: unde & in primo libro * jam disputavi, & in hujus fine commendare delegi: nullum est, inquam, illustrius prædestinationis exemplum quam ipse Mediator. Quisquis fidelis vult eam bene intelligere, attendat ipsum, atque in illo inveniat & se ipsum. Fidelis, inquam, qui in eo veram naturam credit & confitetur humanam, id est nostram, quamvis singulariter suscipiente Deo Verbo, in unicum Filium Dei sublimatam, ita ut qui suscepit & quod suscepit, una esset in Trinitate persona. Neque enim homine assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas mansit, assumptione illaineffabiliter faciente personæ unius in Deo & homine veritatem. Quoniam non Deum tantum dicimus Christum, sicut hæretici Manichæi; nec hominem tantum, sicut hæretici Photiniani; nec ita hominem, ut aliquid minus habeat quod ad humanam certum est pertinere naturam, sive animam, sive in ipsa anima mentem rationalem, sive carnem, non de femina sumptam, sed factam de Verbo in carnem conversō atque mutato; quæ omnia tria falsa & vana hæreticorum Apollinaristarum tres partes varias diversasque fecerunt: sed dicimus Christum Deum verum, natum de Deo Patre sine ullo initio temporis; eumdemque hominem verum, natum hominem de matre certa plenitudine temporis; nec ejus humanitatem, qua minor est Patre, minuere aliquid ejus divinitati, qua æqualis est Patri. Hoc autem utrumque unus est

* *Cap.* 15.

De Christi incarnatione errores Manichæorum, & Photinianorum.

Apollinaristarum tres sectæ.

Chri-

Christus, qui & secundum Deum verissime dixit, *Ego & Pater unum sumus*: & secundum hominem verissime dixit, *Pater major me est*. Qui ergo hunc fecit ex semine David hominem justum, qui numquam esset injustus, sine ullo merito præcedentis voluntatis ejus; ipse ex injustis facit justos, sine ullo merito præcedentis voluntatis ipsorum, ut ille caput, hi membra sint ejus. Qui ergo fecit illum hominem, sine ullis ejus præcedentibus meritis, nullum quod ei dimitteretur, vel origine trahere, vel voluntate perpetrare peccatum; ipse nullis eorum præcedentibus meritis facit credentes in eum, quibus dimittat omne peccatum: qui fecit illum talem, ut numquam habuerit habituruſque sit voluntatem malam; ipse facit in membris ejus ex mala voluntate bonam. Et illum ergo & nos prædestinavit; quia & in illo ut esset caput nostrum, & in nobis ut ejus corpus essemus, non præcessura merita nostra, sed opera sua futura præscivit.

Joan. 10. 30. *Joan.* 14. 28.

3. Qui legunt hæc, si intelligunt, agant Deo gratias: qui autem non intelligunt, orent ut eorum ille sit doctor interior, a cujus facie est scientia & intellectus. Qui vero errare me existimant, etiam atque etiam diligenter quæ sunt dicta considerent, ne fortassis ipsi errent. Ego autem cum per eos qui meos labores legunt, non solum doctior, verum etiam emendatior fio, propitium mihi Deum agnosco: & hoc per Ecclesiæ doctores maxime expecto; si & in ipsorum manus venit, dignentur-que nosse quod scribo.

Prov. 2. *juxta* LXX.

ADMONITIO
IN EPISTOLAM S. PROSPERI AQUITANI AD RUFINUM
De Gratia & libero arbitrio.

DE Epistola ad Rufinum tria investigari possunt. 1°. *Quis iste Rufinus, ad quem data ista Epistola.* 2°. *Quo tempore scripta fuerit.* 3°. *Qua occasione & necessitate ad id S. Prosperum compellente.*

De Rufino quidem quis ille fuerit, inter multos hujusce nominis circa hæc tempora notos, non facile est decernere, nec ab ullo hactenus pro certo definitum reperimus. Erat certe hic S. Prospero nostro amicus, & ex his quos amicitia charitati spiritali innixa, pro amicorum salute sollicitos reddit. Unde cum ille de motis contra doctrinam S. Augustini contentionibus confusos rumores audiisset, Prosperumque sibi amicissimum male apud pleroſque audire cognovisset, veritus ne animæ sibi carissimæ salus periclitaretur, nec etiam inauditum præcipiti judicio damnare ausus; satius duxit ipsum litteris convenire, cum forte ab eo longo locorum intervallo dissitus, id verbis præstare non posset, quas quidem communi amico deferendas commendavit. Nisi forte malueris proficiscenti amico in mandatis datum ut piam quam gerebat pro amico sollicitudinem coram ipse sine scripto exponeret. Neutrum enim pro certo elici videtur, sed alterutrum certe contigisse judicatur ex primis Epistolæ sancti Prosperi verbis: Accepi, *inquit ille*, per communem amicum fraternæ erga me sollicitudinis tuæ signa, & curam sinceriſſimæ charitatis gratulanter agnovi. Ac ne quid maligni rumores, in quantum se auribus tuis subtrahere nequeunt, formidinis tibi aut anxietatis inferrent: absolvere te ab omni scrupulo, quantum epistolari licuit sermone, curavi; in tantum studens omnia pleniſſima veritate tibi pandere, ut quia non potuisti in totum, quæ ab adversantibus disseminantur audire, per me ipsum queas, quidquid de nobis ad inanem invidiam fertur referturque cognoscere.

In Epistola inf. n. 1.

De

De tempore vero ſcriptionis hujus, hoc pro indubitato aſſeri fas eſt, eam vivente adhuc Auguſtino, ſed ultimis tanti Magiſtri annis exaratam. Quod
In Epiſtola inf. n. 4. *certe indubitatum reddunt hæc Epiſtolæ iſtius verba*, Beatiſſimus quoque Auguſtinus, præcipua utique in hoc tempore portio Domini ſacerdotum : *& in fine Epiſtolæ*, Ut prædicatio ſummi hoc tempore in Eccleſia viri *&c. Ultimos vero ſancti Doctoris vitæ annos clare de-*
Ibidem. *monſtrant inſimulati Galli operum S. Auguſtini obtrectatores infamatoreſque, quos maxime offendit lectio libri de Correptione & Gratia pro Monachorum Adrumetinorum inſtitutione & emendatione, circa annum Chriſti 426. aut*
Ibidem. 427. *ſcripti. Hos autem ipſos depingit S. Proſper, cum ſubdit*, Huic, *id eſt, beatiſſimo Auguſtino*, inter tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas, ad illuminationem Eccleſiæ & ad gloriam Chriſti, qua ipſe illuſtratus eſt præfulgenti, quidam noſtrorum, (quod de ipſis multum dolendum eſt,) occultis, ſed non incognitis ſuſurrationibus obloquuntur. Et prout ſibi obnoxias aliquorum aures opportunaſque repererint, ſcripta ejus, quibus error Pelagianorum impugnatur infamant : dicentes eum liberum arbitrium penitus ſubmovere, & ſub gratiæ nomine neceſſitatem fatalem prædicare : adjicientes etiam, duas illum humani generis maſſas, & duas credi velle naturas ; ut ſcilicet tantæ pietatis viro Paganorum & Manichæorum adſcribatur impietas. *Deinde vero Caſſiani collationem decimam-tertiam, quæ eſt de protectione Dei, in-*
Ibid. n. 5. *digitare videtur cum ait*, Volentes enim in ſua juſtitia magis quam in Dei gratia gloriari, moleſtè ferunt, quod his quæ adverſum excellentiſſimæ auctoritatis virum, inter multas collationes aſſeruere, reſiſtimus. *Hæc autem collatio cum Honorato Maſſilienſi cum aliis ſex dicata legatur, ante annum 426. quo in Epiſcopum Maſſilienſem aſſumptus eſt ſcripta eſſe convincitur.*

Hæc autem occaſio (ut jam inſinuatum eſt) nata eſt S. Proſpero ſcribendæ hujus Epiſtolæ, cum Rufinus rumoribus ab inimicis doctrinæ ſancti Auguſtini contra ipſius Proſperi Auguſtini diſcipuli non occulti famam diſſeminatis, motum ſe ſignificaſſet, ſeque ab hoc ſcrupulo abſolvi optaret. Sanctus Proſper juſtis amici poſtulatis obtemperare ſatagens, plenius exponit, qui rumores ab inimicis doctrinæ ſancti Auguſtini ſpargerentur, & ſub quo prætextu tanto Doctori obloqui non verentur. Inter præcipuos autem Pela-
Ibid. n. 2. *gianorum errores eſſe*, Gratiam Dei ſecundum merita hominum dari : *quo incolumi ſibi principio, cætera dogmata ſua facile reſuſcitabant. Primum quidem ipſos docuiſſe tantam humanæ naturæ eſſe ſanitatem, ut per ſolum liberum arbitrium poſſet bonum implere. Quod cum ſanæ doctrinæ adverſum omnino pateret, ab omnibuſque exploſum eſſet catholicis dogma : gratiam quidem ad incipiendum, proficiendum, & perſeverandum in bono neceſſariam profeſſos eſſe ; ſed intellectum, hoc tantummodo eos de gratia Dei confiteri, quod hæc velut quædam libero arbitrio ſit magiſtra, ſeque per cohortationes, per legem, per doctrinam, per creaturarum contemplationem, per mi-*

racula, perque terrores extrinsecus judicio ejus ostendat, quo unusquisque secundum voluntatis suæ motum, si quæsierit inveniat, si petierit recipiat, si pulsaverit introeat. Unde sequatur gratiam secundum merita hominum dari, & proinde gratiam jam non esse gratiam. Hanc vero filiorum tenebrarum versutiam & orientalium Episcoporum judicio, & sedis Apostolicæ auctoritate, & Africanorum præsulum vigilantia fuisse manifestatam. S. Augustinum, quem dicit S. Prosper tunc fuisse præcipuam portionem Domini sacerdotum, hanc scriptis libris polemicis destruxisse, talemque hæresim omni ex parte debellasse: quosdam tamen inter catholicos in Galliis inveniri, qui doctrinam ejus librosque malignis rumoribus infamarent, dicentes eum liberum arbitrium penitus submovere, & sub nomine gratiæ necessitatem prædicare fatalem, duas etiam ab ipso credi velle uno in homine naturas. Quæ si ita se haberent, palam obsisterent, & noxios errores scriptis libris refellerent, non vero occultis susurris nocere tentarent viro illi, cujus doctrina Romanæ Ecclesiæ & Africanorum, immo & omnium toto orbe catholicorum doctrinæ congrueret. Ad hos ausus impelli hujusmodi homines, quod ægre ferrent iis resisti quæ in suis Collationibus Augustinianæ doctrinæ adversa attulerant: nec ignotum ipsis, quod si talia in qualibet frequentia sacerdotum moverent, centenis sibi beatissimi Augustini voluminibus obviaretur; quibus abunde probatum esset, in nullo alio gloriandum, cum boni aliquid operati sumus, quam in gratia Christi Domini, non vero in viribus liberi arbitrii. Sperare tamen se de misericordiæ Dei divitiis, quod quos tunc libero falli arbitrio, & ab humilitatis via evagari patiebatur, non usquequaque, neque in finem esset intelligentia fraudaturus.

Ibidem n.4

Ibidem n.5

Ibidem n.5

In hoc autem errabant illi, quod virtutum bonorumque operum principia in naturali possibilitate statuerent; aut si hæc a gratia fluere dicerent, hanc a bono aliquo opere aut ab aliqua bona voluntate fuisse præventam, & talium merito concessam. Hujusmodi errorem S. Prosper sedulo evertit, ex Scripturarum testimoniis probans, homini post lapsum nullas ad bonum supereſſe vires, nec ad merendum quidem, sine prævenientis gratiæ auxilio: & a perditione quam Adæ peccato incurrerunt, homines solius Dei miserantis gratia gratuita erui posse. Quod efficit adducto infantium sine baptismo decedentium exemplo, & earum gentium ad quas hactenus salutis Evangelium nondum noscitur pervenisse. Gratia vero non negari liberum arbitrium, sed statui & reformari. Quod sibi relictum ad malum & ad lapsum dumtaxat homini sufficit, gratia vero sanandum est, qua aliter cogitare & agere ipsi inspiratur, sanitatemque suam, non sibi, sed medico suo acceptam referre docetur. Tandem sanctus Prosper obductam Augustini doctrinæ calumniarum nubem dissipat, qua fatum aut duplicem naturam inducere fingebatur. Nihil talibus erroribus proximum ab eo umquam scriptum contendit. Augustino aut discipulis ejus nihil quidquam fato contingere, sed omnia divinæ providentiæ ordinatione dirigi, docet. Nec duas ab illis statui naturas, unam bonam, malam alteram, sed unam omnino; quæ cum creata esset recta, a rectitudine primi hominis peccato decidit, mortique æternæ facta est obnoxia:

Ibidem & num. seqq.

num. 19.

sed

num. 20. *ſed nova in Chriſto creatione reparandam, qui libertatem hominis reparando & continuis auxiliis præveniendo ſalvat. Operi finem imponit, Rufinum amicum exhortando, ut Auguſtini diſputationibus cognoſcendis curam impendat, ſi vere de ſana circa Dei gratiam doctrina inſtrui deſideret, ſicut eum deſiderare conveniebat.*

SANCTI PROSPERI AQUITANI

AD [a] RUFINUM * EPISTOLA.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

[a] *Scripta vivente Auguſtino, circiter annum Chriſti 429.*

Domino [b] fratri dilectiſſimo in Chriſto, & merito venerabili RUFINO, PROSPER [c] æternam ſalutem dicit.

PROLOGUS. AC cepi per communem amicum fraternæ erga me ſollicitudinis tuæ ſigna, & curam ſinceriſſimæ charitatis gratulanter agnovi. Ac ne quid maligni rumores, in quantum ſe auribus tuis ſubtrahere nequeunt, formidinis tibi aut anxietatis inferrent; abſolvere te ab omni ſcrupulo, quantum epiſtolari licuit ſermone, curavi: in tantum ſtudens omnia pleniſſima veritate tibi pandere, ut quia non potuiſti in totum, quæ ab adverſantibus diſſeminantur, audire; per me ipſum queas, quidquid de nobis ad inanem invidiam fertur referturque cognoſcere. Sed inſinuanda prius ſanctitati tuæ eſt qualitas quæſtionis, de qua iſta naſcuntur: quo tibi magis pateat falſitas obloquentium; & videas quam lucem quibus tenebris conentur obducere.

CAPUT I. 2. Pelagiana igitur hæreſis, quo dogmate catholicam fidem deſtruere adorta ſit, & quibus impietatum venenis viſcera Eccleſiæ, atque ipſa vitalia corporis Chriſti voluerit occupare, notiora ſunt, quam ut opere narationis indigeant. Ex his tamen una eſt blaſphemia, nequiſſimum & ſubtiliſſimum germen aliarum, qua dicunt, GRATIAM DEI SECUNDUM MERITA HONINUM DARI. Cum enim [d] primum tantam naturæ humanæ vellent adſtruere * ſanitatem, ut per ſolum liberum arbitrium • poſſet aſſequi Dei regnum: eo quod [f] tam plene ipſo conditionis ſuæ præſidio juvaretur, ut habens naturaliter rationalem intellectum, facile bonum eligeret, malumque vitaret & ubi in utraque parte libera eſſent opera voluntatis, non facultatem his qui mali ſunt ad bonum deeſſe, ſed ſtudium. Cum ergo, ut dixi, totam juſtitiam hominis ex naturali vellent rectitudine ac poſſibilitate ſubſiſtere, atque hanc [g] definitionem doctrina ſana reſpueret; damnatum a catholicis ſenſum [h], & multis poſtea hæreticæ fraudis varietatibus coloratum, hoc apud ſe ingenio ſervaverunt, ut ad incipiendum, & ad proficiendum, & ad perſeverandum in bono neceſſariam homini Dei gratiam profiterentur.

Pelagianorum omnium errorum nequiſſimus & ſubtiliſſimus

[d] *alias* ſanctitatem.

[e] [f]

[g]

[h]

CAPUT II. Gratia Pelagiana. 3. Sed in hac profeſſione, [i] quo dolo vaſa iræ molirentur irrepere, ipſa Dei gratia vaſis miſericordiæ revelavit. Intellectum eſt enim, ſaluberrimeque perſpectum, hoc tantum eos de gratia confiteri, quod quædam libero arbitrio ſit magiſtra, ſeque per cohortationes, per legem, per doctrinam, [k] per creaturarum contemplatio-

[i]

[k]

---

a Editiones Lovan. Duac. & Colon. anni 1630. legunt hic *ad Ruffinum.* & paulo infra *Ruffino.* Mſſ Remigiano-Remenſis, & Jolienſis, Capituli Eccleſiæ Metropolitanæ Pariſienſis, cum Edit. Lugdun. 1539. Venetiana 1538. & nova editio operum S. Auguſtini tertia parte Appendicis, *ad Rufinum*, &, *Rufino.*

b Antiquiſſimum exemplar Remenſis Abbatiæ ſancti Remigii, de quo ſupra, (ad quod hæc Epiſtola per viros doctiſſimos Monachos ordinis ſancti Benedicti Sangermanenſis Cœnobii fuerat jam recognita) hoc loco præterit, *fratri*, ſed ſub finem, tamen cum editis conſentiens habet, *veneratiſſime mihi frater.*

c Mſ. Jol. *æternam ſalutem*: abſque voce hac, *dicit.*

d Mſ. Jol. omittit hanc vocem, *primum.* Alii codices non omittunt.

e Mſ. Jol. *poſſit aſſequi.*

f Editio Venera. *tam plane.*

g Mſ. Jol. & Edit. Venet. *diffinitionem.*

h Mſ. Jol. omittit particulam, *&.*

i Sic Mſ. Jolienſis. Codex Remig. *quod dolo.* Editi autem, *quomodo*, & paulo poſt idem. Jol. Mſ. *in vaſis miſericordiæ.*

k Ita Mſſ. Remig. & Jol. Editi vero, *per creaturam, per contemplationem.* Et poſt pauca uterque Mſ. *oſtentet*, ubi Editi habent, *oſtendat.*

tionem, per miracula, perque terrores extrinsecus judicio ejus ostentet, quo unusquisque secundum voluntatis suæ motum, si quæsierit, inveniat; si petierit, [a] accipiat; si pulsaverit, introeat. Quia scilicet gratiæ ipsius vocatio, hoc primum circa nos agat, ut nostræ facultatis arbitrium admoneat; nec aliud sit gratia, quam lex, quam propheta, quam doctor, cui circa omnes homines per universum mundum commune & generale sit studium, ut qui voluerint credant, & qui crediderint, justificationem merito fidei & bonæ voluntatis accipiant: [b] ac sic gratia Dei secundum hominum meritum tribuatur: atque hoc modo gratia non sit gratia: quia si meritis redditur, & non ipsa est bonorum creatrix; frustra gratia nominatur.

CAP. III. Pelagianorum versutia deprehensa, & debellata.

4. Has autem versutias, quibus se filii tenebrarum in similitudinem filiorum lucis transfigurare voluerunt, cum & Orientalium Episcoporum judicia, & Apostolicæ sedis auctoritas, & Africanorum conciliorum vigilantia deprehenderit: beatissimus quoque Augustinus, præcipua utique in hoc tempore portio Domini sacerdotum, [c] copiose & pulcre, in multis voluminum disputationibus destruxit: ut pote inter multa Dei dona, quibus illum abundantissime Spiritus veritatis implevit, habens etiam hanc scientiæ & sapientiæ ex Dei charitate virtutem, ut non solum istam adhuc in suis detruncationis palpitantem, sed etiam multas prius hæreses invicto verbi gladio debellaret. Cui inter tot certaminum palmas, inter tot triumphorum coronas ad illuminationem Ecclesiæ, & ad gloriam Christi, qua ipse illustratus est, perfulgenti, quidam nostrorum (quod de ipsis multum dolendum est) occultis, sed non incognitis sufurrationibus obloquuntur; & prout sibi [d] obnoxias aliquorum aures opportunasque reperierint, [e] scripta ejus, quibus error Pelagianorum impugnatur, infamant; dicentes, eum liberum arbitrium penitus submovere, & sub gratiæ nomine necessitatem prædicare fatalem. Adjicientes etiam, duas illum humani generis massas, & duas credi velle naturas: ut scilicet tantæ pietatis viro Paganorum & Manichæorum adscribatur impietas. Quæ si vera sunt, cur ipsi tam negligentes, ne dicam tam impii, sunt, ut tam abruptam perniciem ab Ecclesia non repellant, tam insanis prædicationibus non resistant, nec saltem aliquibus scriptis eum, a quo talis emanat doctrina, conveniant? Magna enim gloria sua humano generi consuluerint, si Augustinum ab errore revocaverint. Nisi forte modesti homines, novique censores, magnorum prius meritorum seni honorabiliter ac misericorditer parcunt, & securi quia libros ejus nemo usquam recipiat, conquiescunt: [f] atque ignoverint, immo noverint, non solum Romanam Africanamque Ecclesiam, & per omnes mundi partes universos promissionis filios cum doctrina hujus viri, [g] sicut in tota fide, ita in gratiæ confessione congruere: sed etiam in his ipsis locis, in quibus adversus eum querimonia concitatur, esse, proprio Deo, plurimos, qui ad perceptionem evangelicæ apostolicæque doctrinæ saluberrimis ejus disputationibus imbuuntur, & quotidie in membris corporis Christi, in quantum ea ipse multiplicat, dilatantur. Si recte reprendimur, cur non constanter arguimur? Si arguendi non sumus, cur occulta obtrectatione mordemur?

Augustini obtrectatores occulti.

5. Sed [h] quis nescit, cur ista privatim de stomacho garriant, & publice de consilio conticescant? Volentes enim in sua justitia magis, quam in Dei gratia gloriari, molestе ferunt, quod [i] his quæ adversum excellentissimæ auctoritatis virum, inter multas [k] collationes asseruere, resistimus. Nec dubitant, si quam hinc moverint quæstionem, in qualibet frequentia sacerdotum, in qualibet congregatione populorum, centenis sibi beatissimi Augustini voluminibus obviandum. Quæ cum [l] cordibus audientium manifestare cœperint potentissimam Christianæ fidei veritatem, & de fontibus divini eloquii præsentium animos inundare; quis fidelium, quis piorum, recognitis & commendatis sibi salutis suæ causis, amaritudinem istam volet fumosæ recipere vanitatis? Ego qui-

CAP. IV.

Collationes Cassiani contrariæ Augustino.

H dem

a Sic Mss. Jol. cum Edit. Veneta. Alii codices, *recipiat*.

b Editi Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *ac si*: Editio Ven. conformiter. Mss. Remig. & Jol. *ac sic*.

c Ita editi omnes. At vero Mss. Remig. *copiosa & pulcra in multis voluminum disputatione destruxerit*. Ms. autem Jol. *copiosa & pulcra in multorum voluminum disputatione destruxit*.

d Edit. Lov. Duac. & Colon. *sibi noxias*: minus bene.

e Ms. Jol. solus. *scripturas ejus*.

f Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *atque ignoverint. Immo noverunt*. Ms. Jol. post hanc vocem, *conquiescunt. Atqui noverint, immo noverunt*, &c.

g Ms. Jol. *sicut tota fide*.

h Ms. Jol. *quis nesciat*. Ms. Remig. *qui nesciat*.

i Ms. Jol. *in his quæ*, &c.

k Collationes Patrum intelligit, a Joanne Cassiano Presbytero editas anno 426. Earum scilicet ille classem secundam, quæ ab undecima collatione incipit, Honorato & Eucherio inscripsit, nondum Episcopis: quando quidem eos in præfatione fratres appellat: ipse autem Honoratus Arelatensem episcopatum dicto anno 426. obtinuit. Definitionibus porro tertiæ decimæ collationis Augustino contrariis sanctus Prosper voce ac sermone primum, deinde vero post Augustini obitum, scripto volumine, quod *contra collatorem* vocant, resistendum existimavit.

l Ms. Jol. *cordibus obviantium*.

dem etiam hoc de divitiis misericordiæ Dei spero, quod quos nunc libero falli arbitrio suo, & ab [a] humilitatis via patitur evagari, non usquequaque neque in finem sit intelligentia fraudaturus: sed hunc ipsum in longinquiora progressum, ideo ab eo tardius revocari, ut opus gratiæ ejus majore gloria celebretur, cum sibi etiam adversantium corda subdiderit, quibus de virtutum studio exortum est periculum, & de morum probitate discrimen. Non quia quisquam carere his debeat; sed quia miserrimus eorum usus est, cum ex naturali putantur facultate [b] prodisse; aut ex largitate quidem gratiæ, sed aliquo vel boni operis, vel bonæ voluntatis merito præcedente venisse.

CAP. V. Auctoritates Scripturarum, quibus abutuntur Pelagiani.

6. Afferunt quidem hæc quibusdam sanctarum scripturarum testimoniis, sed non rationabiliter adsumptis. Ad defensionem enim alicujus definitionis ea promenda sunt, quæ alteri intellectui, a quo videtur definitio dissonare, non cedant, & eam regulam, cui sunt aptata, non deserant. Dictum ergo ajunt libero arbitrio utentibus: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego vos reficiam: tollite jugum meum super vos, & discite a me quoniam mitis sum & humilis corde; & invenietis requiem animabus vestris: jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Quod ad omnes homines volunt pertinere, laborantes in incerto istius vitæ oneratosque peccatis, ut qui voluerint mansuetudinem & humilitatem Salvatoris imitari, & jugum mandatorum ejus subire, inveniant requiem [c] animabus suis [d] in spe vitæ æternæ: qui autem hæc facere noluerint, sua culpa careant salute; quam si voluissent, [e] potuerant obtinere. Sed audiant & dictum a Domino libero arbitrio utentibus: *Sine me nihil potestis facere*: &, *Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, attraxerit eum*: &, *Nemo potest venire ad me nisi datum ei fuerit a Patre meo*: &, *Sicut Pater vivificat mortuos, ita & Filius quos vult vivificat*: &, *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare*. Quæ omnia cum sint incommutabilia, & nequeant ulla interpretatione in sensum alium detorqueri, quis ambigat tunc liberum arbitrium cohortationi vocantis obedire, cum in illo gratia Dei affectum credendi obediendique [f] generaverit? Alioquin sufficeret moneri hominem; non etiam in ipso novam fieri voluntatem: sicut scriptum est, *Præparatur voluntas a Domino*: & sicut ait Apostolus, *Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate*. Pro qua bona voluntate, nisi quam in ipsis operatus est Deus; ut quod donaverat velle, donaret & facere.

7. Dicunt etiam ad demonstrandam liberi arbitrii facultatem, magnum in centurione Cornelio extare documentum: eo quod ante gratiæ perceptionem *timens atque orans Deum, eleemosynis, & jejuniis, & orationi* spontaneo studio *fuerit intentus*; atque ob hoc divino testimonio laudatus, donum regenerationis acceperit. Neque intelligunt omnem illam præparationem Cornelii per Dei gratiam fuisse collatam. Siquidem cum sanctus Petrus per visionem [g] omne genus animalium, de baptizando Cornelio, ac perinde de omnibus gentibus doceretur, atque ille immundum & indiscretum cibum Judaica observantia recusaret, trina ad eum vox [h] facta est dicens, *Quæ Deus mundavit, tu ne commune dixeris*. Quo satis aperte ostenditur, omnia bona opera quæ in Cornelio præcesserunt, [i] Dei gratia ad emundationem ipsius inchoasse: ut cui Dominus jam impertierat hoc donum, non dubitaret Apostolus conferre sacramentum: ne novæ & necdum revelatæ vocationis vacillaret exordium, nisi per ipsa indicia præcedentium studiorum, Deum in adsumendis constaret operatum. *Non enim omnium est fides; nec omnes credunt Evangelio*. Sed qui credunt, Dei aguntur Spiritu: qui non credunt, libero avertuntur arbitrio. Conversio ergo nostra ad Deum non ex nobis, sed ex Deo est: sicut Apostolus dicit, *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est*: [k] *& non ex operibus, ne quis glorietur*.

CAP. VI. Exemplum Cornelii ab adversariis allatum.

8. Agnoscat se humana debilitas, & in primo homine universarum generationum damnata successio: & cum mortui vivificantur, cum cæci illuminantur, cum impii justificantur, confiteantur vitam, & lumen, & justitiam suam Jesum Christum: & *qui gloriatur, in Domino glorietur*, non in se: qui cum esset impius, & cæ-

CAP. VII. Justitia hominis vera nonnisi per Christum.

---

a Edit. Lugd. & Ven. *humanitatis*: alii rectius, *humilitatis*.

b Edit. Ven. sola, *prodesse*.

c Mss. Jol. *animis suis*.

d Editio Augustiniana sola, *in spem*.

e Sic. Mss. Remig. & Jol. & edit. operum S. Aug. At editiones Ven. Lugd. & Lovan. *potuerint*. Duac. & Colon. *potuerunt*.

f Duac. & Colon. *generavit* Tum Duac. & Colon. *sufficere*. Ven. *moveri hominem*. Aliæ cum Mss. *sufficeret moneri*.

g Mss. Jol. *omnigenum animalium*.

h Ita. Edit. Ven. Reliqui codices. *facta sit*.

i Editio. S. Augustini, *Dei gratiam*.

k Editio. S. Aug. omittit particulam, *&*.

Auctoritates pro gratia. *Joan.* 15. 5. *Joan.* 6. 44. *Ibid.* 66. *Joan.* 5. 21. *Luc.* 10. 22. *Matt.* 11. 28. *Prov.* 8. 35 *juxta* LXX. *Philip.* 2. 13. *Vide Synodum Arausicanam infra.* *Act.* 10. 2. *Act.* 10. 15. 2. *Thess.* 3. 2. *Rom.* 10. 16. *Ephes.* 2. 8. 1. *Cor.* 1. 31.

cæcus, & mortuus, a liberatore suo gratis accepit & justitiam, & lumen, & vitam. Non enim [a] juste agebat, & aucta est justitia ejus; nec ad Deum gradiebatur, & confirmatus est cursus ejus; nec diligebat Deum, & inflammata est charitas ejus: sed cum esset sine fide, ac proinde impius, accepit spiritum fidei, & factus est justus: *Justus autem ex fide vivit*: &, *Sine fide nemo potest placere Deo*: &, *Omne quod non est ex fide, peccatum est*: ut scilicet [b] intelligat, justitiam infidelium non esse justitiam; quia sordet natura sine gratia.

a
Rom. 1.17. Heb. 11.6. Rom. 14. 23.
b Justitia infidelium falsa.

CAP. VIII. Charitas & fides dona Dei.

9. Amissa quippe naturali innocentia, homo exul ac perditus, ambulans sine via, profundiores intrabat errores: sed quæsitus, & inventus, & reportatus est, & in via quæ veritas & vita est introductus; [c] ac dilectione in Deum, qui illum non diligentem prior dilexit, [d] ignitus est: sicut dicit beatus apostolus Joannes, *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam [e] ipse dilexit nos*: & iterum, *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos*: & idem dicit, *Carissimi, diligamus invicem, quoniam charitas ex Deo est: & omnis qui diligit ex Deo natus est, & cognoscit Deum. Qui non diligit, non novit Deum: quia Deus charitas est*. Cui Beatus Paulus congruit, dicens, *in Christo Jesu, neque circumcisio, neque præputium valet aliquid, sed fides quæ per dilectionem operatur*. Unde habetur hæc fides connexa charitati, nisi unde eam ipse monstrat acceptam, dicens, *Quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro ipso patiamini*. Quod utique fieri sine magna charitate non poterat. Et iterum, *Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum-sanctum, qui datus est nobis*. Sine qua charitate Apostolus quantam fidem, quantamque scientiam, quas virtutes, quæ studia, quos labores, nihil prodesse testatur? Quia scilicet multa laudabilia atque miranda possunt in homine reperiri, quæ sine charitatis medullis habent quidem pietatis similitudinem, sed non habent veritatem.

c
d
1. Joan. 4. 10.
e
1. Joan. 4. 19.
1. Joan. 4. 7. & 8.
Galat. 5. 6.
Philip. 1. 29.
Rom. 5. 5.
1. Cor. 13.

CAP. IX.

10. Hoc ergo tanto & tam ineffabili bono, nemo inventus est dignus [f], sed quicumque electus est a Deo, factus est dignus: sicut dicit Apostolus, *Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem sor-*

f
Nemo dignus dono charitatis inventus.
Coloss. 1. 3.

S. Prosperi.

tis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ. Et idem ad Timotheum: *Collabora*, inquit *Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit & vocavit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante tempora sæcularia*. Et ad Titum: *Eramus*, inquit, *& nos aliquando insipientes & increduli, errantes, & servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem: cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri, non ex operibus justitiæ [g] quæ fecimus, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit*. Gratia igitur Dei quoscumque justificat, non ex bonis meliores, sed ex malis bonos facit; postea per profectum, [h] ex bonis factura meliores; non adempto libero arbitrio, sed liberato: quod donec sine Deo solum fuit, mortuum fuit justitiæ, vixitque peccato: ubi autem ipsum illuminavit misericordia Christi, erutum est a regno diaboli, & factum est regnum Dei; in quo ut permanere possit, ne ea quidem facultate sufficit sibi, nisi inde accipiat perseverantiam, unde accepit [*] industriam.

2. Tim. 1. 8.
Tit. 3. 3.
g
Gratia justificans, non ex bonis meliores, sed ex malis bonos facit.
h
[*] Forte justitiam.

CAP. X. Perseverantia donum Dei:

11. Quoniam & ipsius sancti Petri ardentissima fides in tentationibus defecisset, nisi [i] pro eo Dominus supplicasset: sicut Evangelista manifestat, dicens, *Dixit autem Jesus Petro, Simon, Simon, ecce satanas postulavit, ut vos cribaret velut triticum: ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua: & tu tandem conversus, confirma fratres tuos; & roga, ne intretis in tentationem*. Et ut magis probaretur, liberum arbitrium nihil posse sine gratia: cui dictum fuerat, *Confirma fratres tuos, &, roga, ne intretis in tuntationem*; quique [k] responderat, utique ex libero arbitrio, *Domine, tecum paratus sum & in carcerem, & in mortem ire*: eidem prædicitur, quod prius quam gallus cantet, ter Dominum negaturus sit. Quod quid est aliud, quam quod in fide defecturus sit? Certe rogaverat pro eo Dominus, ne deficeret fides ipsius: nec utique frustra rogaverat, cujus una erat cum eo quem rogaverat, operatio. Sed ne libero arbitrio videretur stare, qui de se magna promiserat, permittitur periclitari; ut conturba-

i
Luc. 22. 31
Ibid. 32.
k
Ibid. 34.

a In Mss. Remigiano deest, *juste*.
b Mss. Jol. *ut scilicet intelligas*.
c Editi, *introductus ad dilectionem in Deum*. Mss. Remig. & Jol. *introductus; ac dilectione in Deum*, &c.
d Sic Mss. Remig. & Jol. cum nova edit. August. Editi nostri omnes, *agnitus est*.
e Mss. Jol. *ipse prior dilexit nos*: & post pauca, *prior dilexit nos Deus*.
f Hæc verba, *sed quicumque electus est a Deo, factus est dignus*, non leguntur in Mss. Jol.
g Mss. Jol. *quæ fecimus nos*.
h Mss. Jol. *ex bonis facit meliores*.
i Edit. Ven. *pro ea*.
k Editi, *respondit*, Mss. Remig. & Jol. *responderat*.

tum ac deficientem ille reſpiciat & reficiat, ſine quo nemo conſiſtit, nemo perſiſtit.

Cap. xi. Occaſio erroris de gratia, horror prædeſtinationis fixæ & gratuitæ.

12. Ab hac autem confeſſione gratiæ Dei, ideo quidam reſiliunt, ne cum eam talem confeſſi fuerint, qualis divino eloquio prædicatur, & qualis opere ſuæ poteſtatis agnoſcitur, etiam hoc neceſſe habeant confiteri, quod ex omni numero hominum per ſæcula cuncta natorum, certus apud Deum, definituſque ſit numerus prædeſtinati in vitam æternam populi, & ſecundum propoſitum Dei vocantis electi. Quod quidem tam impium eſt negare, quam ipſi gratiæ contraire. Neque enim remotum eſt ab inſpectione communi, quot ſæculis, quam innumera hominum millia erroribus ſuis impietatibuſque dimiſſa, fine ulla veri Dei [a] cognitione defecerint. Sicut etiam in Actibus Apoſtolorum, Pauli & Barnabæ verba declarant, dicentium [b] Licaoniis: *Viri fratres, quid hæc facitis? Et nos mortales ſumus, ſimiles vobis homines, adnunciantes vobis, ut ab his vanis convertamini ad Deum vivum, qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt; qui in præteritis generationibus, dimiſit omnes gentes ingredi vias ſuas. Et quidem [c] non ſine teſtimonio ſemetipſum relinquens, benefaciens eis, de cælo dans pluviam, & tempora fructifera, implens cibo & lætitia [d] corda veſtra.* Cum utique ſi eis vel naturalis intelligentia, vel uſus beneficiorum Dei ad capeſcendam vitam æternam ſufficere potuiſſet, noſtro etiam tempore rationalis nos contemplatio, & temperies aeris, & fructuum copia, ciborumque ſalvaret: quia ſcilicet melius natura utentes, Creatorem noſtrum propter quotidiana ipſius dona coleremus.

a

Act. 14. 14. b

c

d

Cap. xii. Nemo ſalvatur, niſi per gratiam Chriſti.

13. Sed abſit ab animis piorum, & Chriſti ſanguine redemptorum, ſtulta nimium & pernicioſa perſuaſio. Naturam humanam non [e] liberat extra unum mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Jeſum; ſine illo nemini ſalus eſt. Sicut *ipſe fecit nos, & non ipſi nos*: ita ipſe [f] reficit nos, & non ipſi nos. Ac ne ſibi facultas hominis pretium reparationis hujus, vel poſt reſtitutionem ſui, per opera videretur juſtitiæ repenſare; effuderunt ſe divitiæ bonitatis Dei in ipſa quorumdam primordia parvulorum; in quibus nec præcedens eligitur, nec ſecutura devotio; non obedientia, non diſcretio, non voluntas. De his enim loquor, qui mox ut nati ſunt, renaſcuntur, & rapti ab hac vita, æternæ beatitudini deputantur. Cum tamen innumerabilis multitudo, ejuſdem naturæ, ejuſdem conditionis infantium, ſine regeneratione decedat; de qua dubitari non poteſt, quod partem in Dei civitate non habeat.

e

Coloſſ. 1. 3. Act. 4. 13. Pſ. 99. 3. f

Cap. xiii. Quomodo dicitur Deus velle omnes ſalvos fieri.

14. Et ubi eſt illud, quod nobis quaſi contrarium, a non intelligentibus ſemper opponitur; [g] quod *Deus omnes homines velit ſalvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire?* Numquid non ſunt de omnibus hominibus, qui a præteritis generationibus, uſque in hoc tempus ſine Dei cognitione perierunt? Et ſi majoribus natu (quod non recte dicitur) mala opera, quæ libero arbitrio commiſerant, obfuerunt; quaſi boni, non mali gratia liberentur: inter ſalvatos parvulos & non ſalvatos parvulos, quæ meritorum potuit eſſe diſcretio? quid iſtos introduxit in regnum Dei? quid iſtos excluſit a Dei regno? Equidem [h] ſi meritum conſideres, non una pars ſalvari meruit, ſed utraque damnari: quia omnibus in Adæ prævaricatione proſtratis, niſi quoſdam adſumeret miſericors gratia, maneret ſuper univerſos inculpata juſtitia. Quæ autem ſit diſcretionis iſtius in ſecreto conſilio Dei cauſſa vel ratio, & ſupra facultatem humanæ cognitionis inquiritur, & ſine fidei diminutione neſcitur: modo confiteamur neminem immerito perdi, neminem merito liberari, & omnipotentiſſimam Domini bonitatem omnes ſalvare, & omnes ad agnitionem veritatis imbuere, quos *vult omnes fieri ſalvos, & ad agnitionem veritatis venire*. Niſi enim ipſo vocante, docente, ſalvante; nemo venit, nemo eruditur, nemo ſalvatur. Quia etſi indifferenter omnibus hominibus jubentur prædicare doctores, & ſemen verbi ubique differere: tamen *neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus.*

h

Deus omnes ſalvat, quos vult omnes ſalvos fieri.

1. Tim. 2. 4 g

1. Cor. 3. 7.

Cap. xiv. Evangelicæ prædicationis gratia quibuſ-

15. Unde cum Apoſtoli gentibus Evangelium prædicare cœpiſſent, de parte quadam eorum qui audierant, Scriptura commemorat, dicens, *Audientes autem gen-*

a Mſ. Remigiano-Remenſis; *cogitatione*.

b Editi. *Iconus*. Mſſ. duo Remig. & Jol. *Licaoniis*. conformiter ſacro textui.

c Remig. codex. *Et quidem ſine teſtimonio*: omiſſo, *non*.

d Editi, *corda eorum*. Mſſ. Remig. & Jol. *corda veſtra*.

e In Mſ. Jol. ſic locus iſte legitur. *Sed abſit ab animis piorum. Stulta nimium & pernicioſa perſuaſio naturam humanam non liberat. Extra unum mediatorem. ..... nemini eſt ſalus*. Deſuntque ibi hæc duæ voces, *ſine illo*: ut & in Mſ. Remig. qui ſic locum hunc exhibet, *Naturam humanam natura humana non liberat: extra unum mediatorem Dei & hominum hominem Chriſtum Jeſum, nemini ſalus eſt.*

f Mſ. Remig. & edit. Ven. *refecit nos*. In mſ. Jol. deſunt hæc; *ita ipſe reficit nos, & non ipſi nos*.

g Mſ. Jol. *opponitur de eo quod ſcriptum eſt, Qui vult omnes homines*, &c.

h Mſ. Jol. *ſi meritorum donum conſideres*.

dam dene-gata. *gentes gaviſæ ſunt, & glorificabant* [a] *verbum Domini, & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitam æternam.* Et alibi, cum multæ mulieres audirent Paulum docentem: *Quædam*, inquit, *mulier nomine Lydia, purpuraria civitatis* [b] *Tyatirorum, colens Deum, audivit, cujus Dominus aperuit cor ut intenderet his, quæ dicebantur a Paulo.* Et rurſum eo ipſo tempore, quo ad omnes gentes prædicatio Evangelii mittebatur, quædam loca [c] Apoſtoli adire prohibentur, ab eo qui *vult omnes homines ſalvos fieri & ad agnitionem veritatis venire*; multis utique in illa * retardatis atque averſis Evangelii mora, ſine agnitione veritatis, & ſine regenerationis conſecratione morituris. Dicat ergo Scriptura quod geſtum eſt: *Tranſeuntes autem*, inquit, *Phrygiam & Galatiæ regionem, vetiti ſunt a ſancto Spiritu loqui verbum in Aſia. Cum veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam, & non permiſit illos Spiritus Jeſu.* Quid autem mirum, ſi inter ipſa Evangelicæ prædicationis exordia, non poterant ire Apoſtoli, niſi quo eos Spiritus Dei ire voluiſſet; cum videamus pleraſque gentes modo primum Chriſtianæ gratiæ [d] fieri cœpiſſe participes, alias autem nullum adhuc odorem boni iſtius attigiſſe?

a *Act.* 13. 48.
b *Act.* 16. 14.
c
* *Forte* retardati atque averſi.
Ibidem.
d

Cap. xv. Adverſariorum effugium præcluditur.

16. An dicendum eſt, voluntati Dei humanas obſiſtere voluntates, & tam feros tamque intractabiles horum hominum eſſe mores, ut Evangelium ideo non audiant, quia prædicationi impia corda non pateant? [e] Et quis iſtis corda mutavit, niſi *qui finxit ſingillatim corda eorum?* Quis hujus rigoris duritiem ad obediendi mollivit affectum, niſi qui *potens eſt de lapidibus Abrahæ filios excitare?* Et quis dabit prædicantibus intrepidam illæſamque conſtantiam, niſi ille qui ait Paulo, *Noli timere, ſed loquere, & ne taceas; propter quod ego ſum tecum, & nemo apponetur tibi ut noceat te: quoniam populus eſt mihi multus in hac civitate?* Puto autem quod nemo audeat dicere ullam mundi gentem, ullam terræ prætermittendam eſſe regionem, in qua non ſint Eccleſiæ tabernacula dilatanda, dicente Deo ad Filium, *Poſtula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terræ*: & iterum, *Reminiſcentur, & convertentur ad Dominum univerſi fines terræ, & adorabunt in conſpectu ejus omnes patriæ gentium*: dicente quoque ipſo Domino, *Prædicabitur hoc Evangelium in univerſo mundo, in teſtimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis.* Quæcumque ergo gentes nondum audierunt, audient Evangelium, & credent *quotquot ex eis præordinati ſunt in vitam æternam.* Non enim alii venient in conſortium hæreditatis Chriſti, quam qui ante conſtitutionem mundi electi ſunt, & prædeſtinati atque præſciti, *ſecundum poſitum ejus qui omnia operatur ſecundum conſilium voluntatis ſuæ.*

e *Pſ.* 32. 15.
Matt. 3. 9.
Act. 18. 9.
Pſal. 2. 8.
Pſ. 21. 28.

17. Confiteamur igitur opera Domini, & glorificemus miſericordias ejus, nec impatienter feramus, quod quæ, aut quanta ſint electionis vaſa non novimus. Quia & in anterioribus ſæculis, quando de unius gentis populo dicebatur, *Notus in Judæa Deus, in Iſrael magnum nomen ejus;* futura gentium latebat electio; & poſtmodum innotuit, quod revelatum ante non fuerat: ſicut dicit Apoſtolus, *Quod aliis generationibus non eſt agnitum filiis hominum, ſicut nunc revelatum eſt ſanctis Apoſtolis ejus, & Prophetis in Spiritu, eſſe gentes coheredes, & concorporales, & comparticipes promiſſionis in Chriſto Jeſu.* Et in Actibus Apoſtolorum, *Obſtupuerunt*, inquit, *ex circumciſione fideles qui venerant cum Petro, quia & in nationes gratia Spiritus-ſancti effuſa eſt.* Si enim hoc conſilium vocationis ſuæ Dominus, quamdiu voluit, abſcondit ac diſtulit; & quando voluit, [f] revelavit; ſanctiſque ejus ignorantia iſta non nocuit: cur ſpei noſtræ obeſſe credimus, ſi in quo numero, quibuſve hominibus vaſa miſericordiæ in gloriam præparantur, occulitur? cum tamen conſtet regnum cælorum omnes ingreſſuros bonos, hoc eis donante Dei gratia; & nullos ingreſſuros malos, hoc ipſorum merente nequitia.

Cap. xvi. Patienter ferenda occultatio tanti myſterii.
Matt. 24. 14.
Act. 13. 48.
Epheſ. 1. 11.
Pſ. 75. 2.
Epheſ. 1. 11
Act. 10. 45.
f

18. Nimium vero inepte, nimiumque inconſiderate ab adverſantibus dicitur, quod per hanc Dei gratiam libero nihil relinquatur arbitrio. Quamvis enim in parvulis baptiſmum tranſeuntibus, manifeſtiſſime nullum opus, nulluſque appetitus eorum voluntatis exiſtat; & pleroſque utentes quidem libero arbitrio, ſed averſos a vero Deo, vitamque in flagitiis exigentes liberatrix regeneratio in ipſo exhalandi ſpiritus fine ſanctificet: tamen ſi eam filiorum Dei partem, quæ

Cap. xvii. Male objicitur, per Dei gratiam deſtrui liberum arbitrium.

ad

a Editi, *verbum Dei*. Mſſ. Remig. & Jol. *verbum Domini*.
b Mſ. Jol. *Tiaryrenorum*.
c Editi, *Apoſtolis adire prohibebatur*. Mſ. duo, ut in textu.
d Mſ. Jol. *fidei cæpiſſe*.
e Mſ. Remigianus, *Et quid*.
f Mſ. Jol. *revelavit ſanctis : quæ eis ignorantia iſta non nocuit*.

ad pietatis opera reſervatur, pio conſideremus intuitu, nonne in eis non peremptum inveniemus liberum arbitrium, ſed renatum? Quod utique cum ſolum eſſet, ſibique permiſſum, non niſi in ſuam perniciem movebatur. Ipſum enim ſe excæcaverat, & ipſum ſe illuminare non poterat. Nunc autem idem arbitrium converſum eſt, non everſum, & donatum eſt ei [a] aliter velle, aliter ſapere, aliter agere, & incolumitatem ſuam non in ſe, ſed [b] in medico collocare: quia necdum tam perfecta utitur ſanitate, ut ea quæ ei nocuerant, nequeant jam nocere; aut ab inſalubribus poſſit jam, viribus ſuis, temperare. Proinde homo, qui in libero arbitrio fuit malus, in ipſo libero arbitrio factus eſt bonus: ſed per ſe malus, per Deum bonus; qui eum ita in illum initialem honorem alio initio reformavit, ut ei non ſolum culpam malæ voluntatis & actionis remitteret, ſed etiam bene velle, bene agere, atque in his permanere donaret. *Omne enim*, inquit apoſtolus Jacobus, *datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum*. Qui quale ſit liberum arbitrium quod humano ſpiritu agitur, & quale ſit quod a Deo regitur, evidenter oſtendit, dicens, *Quod ſi zelum amarum habetis, & contentiones in cordibus veſtris, nolite gloriari adverſum veritatem, & mendaces eſſe: non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus & contentio, ibi inconſtantia & omne opus pravum. Quæ autem de ſurſum eſt ſapientia, primum quidem pudica eſt, deinde pacifica, modeſta, ſuadibilis, [c] plena miſericordia, & fructibus bonis, [d] non dijudicans, ſine ſimulatione*. Quicumque ergo his virtutibus ſtudent atque inhærent, non ſua, ſed ſuperna ſapientia illuſtrati ſunt: *Quoniam Dominus dat ſapientiam, & a facie ejus [e] ſcientia & intellectus*. Et hæc eorum [f] veriſſima gloria eſt, ſi non in ſe, ſed in Domino gloriantur.

Jacob. 1. 17.

Jacob. 3. 14. &c.

Prov. 1. 6.

CAP. XVIII. 19. Ea autem quæ de fato, & de duabus maſſis, duabuſque naturis, ſtultiſſimo mendacio, [g] in tanti viri injuriam jactitantur, neque ipſum quidem onerant, in cujus libris copioſiſſime hujuſmodi deſtruuntur [h] errores; nec nos perturbant, qui tales opiniones cum ſuis auctoribus execramur. Sed videant quomodo ſe a dedecore iſtius exuant falſitatis, qui poſſunt tam inepta confingere, ſi hi quorum [i] abuntur auribus, aliquantulum diligentiæ ad cognoſcenda ea quæ præſtantiſſimus [k] miniſter gratiæ diſputavit, intenderint: licet omnem iſtius inquiſitionis moram ipſi, qui hæc loquuntur, prævenire deberent, proferendo atque explicando libros, ullamve eorum particulam demonſtrando, quam per dubium ſaltem intellectum tali interpretationi obnoxium Vir ſanctus ediderit. Sed prorſus nihil tale apud nos audierunt, nihil tale legerunt. Quia non fato quidquam geri, ſed omnia Dei judicio novimus ordinari. Nec ex duabus maſſis, duabuſve naturis; ſed ex una maſſa, quæ eſt caro primi hominis, unam ſcimus omnium hominum creatam, crearique naturam, & eamdem per ipſius primi hominis liberum arbitrium, *in quo omnes peccaverunt*, eſſe proſtratam: nec ullo modo ab æternæ mortis debito liberam, niſi eam ad imaginem Dei [l] ſecundæ creationis Chriſti gratia reformaverit, liberumque ejus arbitrium agendo, [m] adſpirando, auxiliando, & uſque in finem præeundo ſervaverit.

Rom. 5. 12.

Calumnia in Auguſtinum.

Vide Aug. lib. 2. contra duas epiſt. Pelag. c. 6. & 7. ac lib. 4. contra Julian. c. 8. infra Append. par. 2.

EPILOGUS. 17. Unde quia perſpicit Sanctitas tua (ſi tamen ſermonis mei non obſiſtit obſcuritas,) fruſtra quoſdam de nobis conqueri, & omnes illas ineptas [n] criminationes, ad exaſperandos avertendoſque animos eorum, quibus aliud volunt perſuadere, contexi: [o] confide ergo in virtute miſericordiæ Dei, quoniam hæc contradictio, ſicut in aliis mundi partibus, ita & in his regionibus conquieſcet: ut prædicatio ſummi hoc tempore in Eccleſia viri, etiam ab his a quibus ad præſens [p] repellitur, adjuvetur. Tu autem, dilectiſſime & venerandiſſime mihi frater, ſi vere de his quæ-

a Mſ. Jol. addit hæc verba, *aliter velle*. cum Lugd. & Ven. editis. & Mſ. Remig. veteri.
b Editio Veneta. *in Mediatore*.
c Editi. *plena miſericordiæ*.
d Mſ. Jol. *non dijudicans ſecundum ſimulationem*.
e Mſ. Jol. *ſcientiæ*.
f Mſ. Jol. *veriſſime gloria eſt*.
g Editi, *intenti viri injuriæ jactitant*. Mſſ. duo ut in textu: niſi quod unus ex his, *jacitantur* habet, pro *jactitantur*. Editio Veneta, *in tanti viri injuriæ*, forte pro, *injuriam*.
h Mſ. Jol. *doctores & errores*.
i Mſ. Jol. *imbuuntur aures*.
k In Mſ. Jol. a prima manu, *magiſter gratiæ*: a poſteriori correctum, *miniſter gratiæ*.
l Mſ. Jol. *ſecunda creationis Chriſti gratia reformaret*.
m Editi habebant *ſperando*. Melius correctum ex fide Mſ. veteris in Auguſtino, *ſpirando*: nec minus bene forte quod ſubſtituimus ex Mſ. Jolienſi, *adſpirando*. Anterioribus editionibus in margine appoſitum ex conjectura, *Forte inſpirando*.
n Mſ. Jol. *quæſtiones vel criminationes*.
o Apud Auguſtinum, *confido ego in virtute*. Mſ. Jol. *confide ergo in virtute*. Editi, *in virtutem*.
p Editi *revellitur* Mſ. Remig. & Jol. *repellitur*.

quæstionibus instrui desideras, sicut desiderare te convenit, ipsis beati Augustini disputationibus cognoscendis impende curam, ut in confitenda Dei gratia defæcatissimam ac saluberrimam evangelicæ, apostolicæque doctrinæ intelligentiam consequaris. Gratia Dei, & pax Domini nostri Jesu Christi custodiat te in omni tempore, & per viam veritatis dirigat in vitam æternam.

ADMONITIO IN CARMEN SANCTI PROSPERI DE INGRATIS.

Carmen de Ingratis mille versibus constans, ab omnibus S. Prospero Aquitano, nemine refragante, hactenus fuit assignatum. Nobile quidem opus, ex magnis sententiis, magnisque sensibus, magnificis denique verbis & locutionibus coalescens, & in quo unice collineat Poeta, ut detecto Pelagianorum errore, Massilienses ostendat, ipsos ejusmodi hæreticorum vestigia eo usque premere, ut vix alii, quam occulti Pelagiani censeri debeant. Hæc sunt ipsissima verba doctissimi Operum Leonis & Prosperi Censoris, in Dissertatione nona, de veris Operibus SS. PP. Leonis & Prosperi, pag. 417. Qui subdit & ista: Hoc „ porro Poema, omnium splendidius prolixiusque quæ Prosper edidit, „ semper pro ejus genuino partu cognitum celebratumque merito fuit. „ Non enim ibi alia, aliisque verbis & elocutionibus canit, quam quæ in reliquis ejus dogmaticis tractatibus exaggerantur. Hoc autem Carmen pluribus ejus lucubrationibus anterius ex hoc præjudicio censuisse se declarat, quod cum lusus illi poetici juvenilibus animis longe magis congruant, Idem pag. 17. *quam ætate maturis; Aquitani Doctoris nostri facultatem tum prolixius excitare atque exercere potuerint, ante quam a nostratibus (Massilienses aliosque Provinciales hoc nomine designare solet,) lacessitus, cum eisdem nervose & aperto marte conflixisset. Unde aliqua poeseos ejus parte relecta, vel in memoriam reducta, hos potissimum cap. 3. de Ingratis versus certo rem inducere posse pene persuasum habuit, dum videlicet canit: S. Prosper*

An alium in finem posset procedere sanctum
Concilium, cui dux Aurelius, ingeniumque
Augustinus erat, quam Christi gratia cornu
Uberiore rigans, nostro lumen dedit ævo,
Accensum vero de lumine: nam cibus illi,
Et vita, & requies DEUS EST, omnisque voluptas
Unus amor CHRISTI EST, unus CHRISTI EST honor illi.
Et dum nulla sibi tribuit bona, FIT DEUS illi
Omnia, & in sancto REGNAT sapientia templo.

Ita Prosper, in quibus Magistrum optimum, tamquam superstitem continenti celebrat elogio: quomodo sane de aliis Episcopis, aut viris in hac caussa præcipuis, & fato jam functis ibidem non loquitur.

Quæ quidem doctissimi viri Censura facile ad epocham aliquam verisimilem reducit hoc opus: ad id nempe temporis, quo in vivis adhuc agente Augustino, sed damnatis jam Pelagianis, cœperant oriri Semipelagianorum

norum Massiliensium contra doctrinæ ipsius partes quasdam murmura non obscura: circa annum nempe 429. aut 430. Quo autem præjudicio se in hanc sententiam asserit inclinatum, quasi opus tanti ponderis annos maturiores dedeceret, juvenilibus dumtaxat ignoscendum; in hoc plane illi ne assentiamur plura impediunt. Nec enim artem poeticam pro merito habent suo, qui hanc soli ingeniorum nondum maturorum exercitationi accommodatam, scribendisque fabulis, & aliis ludicris aptam judicant. Qui enim sic affecti sunt erga hanc artem tam eximiam, non solum sanctum hunc Ecclesiæ Doctorem damnent necesse est; sed ante eum & cum illo Gregorium Nazianzenum, Ambrosium, Paulinum, Alcimum, & innumeros alios magni nominis viros: qui licet Spiritu divino pleni, & tale scribendi genus despicientibus gravitate & sublimitate potiores, castissima tamen carmina rebus sublimioribus sanctioribusque a se utiliter accommodari posse merito non dubitarunt. Hoc pacto etiam ipse (absit verbo injuria) Spiritus-sanctus, veritatis omnis fons arguitur, qui maxima quæque sacramenta, oraculaque sanctissima in Scripturis sacris per Prophetas suos versibus proferri voluit. Damnabitur denique sancta Christi Ecclesia, eodem Spiritu-sancto animata & directa; quæ præter Psalmorum versus sacros, quibus divini cultus a se Deo exhibiti substantiam, ut cum sancto Dionysio loquamur, constare voluit; nullam earum, quas septies in die Deo consecrat precum horas, absque Hymnorum versibus celebrari patitur.

Quin immo nec difficile est judicare, quod, cum tam sublime sit poesis scribendi genus, ut poetæ veteres nihil in rerum natura stili sui majestati nobilitatique par invenientes, cælum ipsum animo petierint, mundum novum novosque deos fingentes, insolita quædam & prodigiosa adinvenientes, quæ verborum suorum magnificentiæ, locutionumque audacium & figuratarum sublimitati aliquatenus responderent: hoc ipsum sola vere præstet Christiana religio poesi, quod frustra apud ethnicos quæsierat. In hac enim quasi turmatim occurrunt eventus innumeri, imaginationis erraticæ fictionibus longe mirabiliores. Ibi in ipso veritatis fonte occurrit mundus novus, homines novi, cælum terræ conjunctum, humana divinis permixta, Deus homo factus, homines in deos assumpti, denique miracula innumera, tam insolita, tamque supra communem fidem posita, ut a solo Deo gratiæ singularis omnipotentissima virtute potuerint persuaderi: ita ut non minimum locum inter Semipelagianorum errores teneat, qui maxime hoc in Poemate impugnantur; Posse homines ad talia credenda ex se ipsis præparari, licet eorum voluntas antea a præveniente Salvatoris misericordia, & speciali sancti Spiritus motione non præveniatur.

Sed forte in hoc nos felici successu fallimur, nec erunt nisi pauciissimi, quos tam eximii Patris versus legere non delectet, præsertim cum materiam exhibeant tam utilem tantique momenti; aut quos non libeat in hoc carmine fidei nostræ dogmata sanctissima, ea elegantia eaque magnificentia, grata illa & ingeniosa, quæ poesim naturaliter comitantur, non minima animi cum admiratione, castisque deliciis contemplari.

Nec

*Nec enim est, nisi fallimur, quod suspicemur, fore catholicos inter, qui egregii Poematis fidem elevare audeat, ea animi præsumptione & temeritate, qua hujus temporis hæretici; qui quæcumque ipsis objiciuntur e Patrum versibus testimonia, hoc solo viribus omnibus carere contendunt, quod pro jocis poeticis haberi velint: nec eadem responsione eos refelli necesse sit, quam doctissimus Cardinalis Perronius in Ecclesiæ hostes usurpavit *, vanam omnino exceptionem ab iis afferri ostendens: quia multum interest profanos paganosque poetas inter, quibus sola delectatio, quæ fictionis eorum finis erat, & quæ in hocce scribendi genere præcipue delectat; & poetas sacros Christianosque, quibus sola in votis erat veritas & ædificatio, quorum scripta tanto apud Ecclesiam in pretio fuere, ut hæc in Officii sui precumque partem assumere non dubitaverit.*

* *In Repl. ad Reg. Angl. lib. 5. cap. 20.*

Quibus adde, quod, ut recte observat Illustrissimus Eminentissimusque Præsul mox citatus, cum poetarum Christianorum defensionem exequitur, eadem illi sæpe alibi oratione soluta tradiderunt, quod alibi strictæ commiserant: quod ipsum sancti Paulini, de quo ibi apud ipsum sermo erat, exemplo manifestum efficit. Quæ ratio maxime Prosperiano huic Poemati congruit: cum in eo nihil ille scripserit, quod in aliis suis operibus prosa exaratis, & præsertim in Epistola sua ad Rufinum non docuerit.

Præter hæc nos id addendum credimus, quod cum ex hoc Carmine catholicis suppetat validissimum certissimumque antiquitatis contra Heterodoxos testimonium; asserendæ supremæ sancti Petri successorum supra omnes orbis Ecclesias auctoritati convenientissimum; non alias sanctæ sedis adversariis faveri magis posset, quam si vanæ huic opinationi locus daretur, tam eximio operi minorem fidem deberi eo quod versibus exaratum legatur. Unde fit ut eodem in opere discamus, qua reverentia, quoque honore suscipienda sit sana doctrina circa Gratiam Jesu Christi, quæ Ecclesiæ cor merito dici potest; in quo docetur, qua suspicienda est Romana Ecclesia, quæ illi esse caput agnoscitur: & utriusque doctrinæ ita inseparabilis hoc in negotio fortuna est, ut nihil contra alteram statui queat, quæ alteri statim non noceat.

Sed quo majori in pretio habendum hocce opus, & omnium piorum amore venerationeque dignius, eo æquius fuit illud tam clarum & omnium intellectui accommodatum effici, ut nullus esset cujus fidei & ædificationi non inserviret. Hinc in quatuor partes divisum exhibetur; non solum ut Lectoris commodo consulatur, sed etiam quia hæcce divisio naturaliter nasci visa est ex diverso quæstionum genere de quibus in eo agitur. Singulis partibus argumentum præire voluimus, in quo sub uno quasi conspectu, quæ fusius in ea parte tractantur oculis legentium subjiciantur: & his omnibus præfigitur Index generalis capitum totius operis. Nec etiam inutile aut ingratum fore Lectoribus putavimus, si ad pleniorem tam eximii operis intelligentiam procurandam, & omnimodam cum cæteris ejusdem sanctissimi Auctoris nostri libris concordiam comprobandam notas etiam viri doctissimi Martini Steyaert, in Lovanienſi Academia quondam Doctoris & Regii Professoris, singulis versibus qui his juvarentur subjiceremus. Idemque observare non piguit etiam circa tria quæ hoc Carmen sequentur Epigrammata, quorum unum Epitaphii nomen obtinuit.*

* *Prodierunt Lovanii anno 1703. cum cæteris ejusdem Opusculis.*

SANCTI PROSPERI AQUITANI
IN CARMEN
ΠΕΡΙ ΑΧΑΡΙΣΤΩΝ,
IDEST,
*DE INGRATIS:

* *In qua argumentum & fructus operis proponitur.*

* PRÆFATIO.

UNDE voluntatis ſanctæ ſubſiſtat origo,
Unde animis pietas inſit, & unde fides:
Adverſum // ingratos, falſa & virtute ſuperbos,
Centenis decies verſibus excolui.
Quos ſi tranquilla ſtudeas cognoſcere cura,
Tutus ab adverſo turbine, Lector, eris.
Nec libertate arbitrii rapiere rebellis,
Ulla nec audebis dona negare Dei.
Sed bona quæ tibi ſunt, // operante fatebere Chriſto,
Non eſſe ex merito // ſumpta, ſed ad meritum.

* Quidam exiſtimant nomine *Ingratorum* intelligi inimicos gratiæ generatim, id eſt, tam Pelagianos, quam Semipelagianos, adeoque hos & illos una hoc opuſculo impeti: obſervantque, nomen illud cum Græce tum Latine pro inimicis gratiæ hic poni, quaſi, *ſine Gratia*. Attamen vir doctiſſimus, qui hoc Carmen a paucis annis, anno ſcilicet 1703. notis illuſtratum edi curavit Lovanii, ea in Academia Doctor & Profeſſor Regius, obſervat ex ipſo Præfationis initio patere, auctorem uſum eſſe vocabulo generali, non in tota latitudine ſua, ſed pro ſpecie ignobiliori, & quæ nullo adhuc ſpecialiori nomine inſignita eſſet; ſcilicet pro Semipelagianis, quos inter & orthodoxos proprie vertebatur illa quæſtio, *De initio bonæ voluntatis & fidei*, paraphraſtice hic propoſita diſticho primo. Contra hos ergo ſolos ſtilum ſtringit, cum diſticho altero ait.

Adverſus ingratos, falſa & virtute ſuperbos.

Uti infra eos ſolos alloquitur ℣. 684. & ſeq.

Vos igitur ſoli queruli, ſolique Superbi.
Vos ſoli Ingrati.

Neque Pelagianorum aliter toto opere meminit, quam ut ex illorum damnatione, a Semipelagianis perinde ac ab Orthodoxis admiſſa, concludat, quid de reſtante illa inter hos quæſtione ſentiendum foret, juxta illud ℣. 223. & ſeq.

Hæc tantum in medium, quæ jam ſunt geſta vocemus;
Ut facile ex illis quale hoc ſit, diſcutiatur,
Quod diſceptantes, dudum in diverſa movemur.

℣. 3. *Ingratos* hic nominat quos poſteritas communius *Maſſilienſes* & *Semipelagianos* appellavit.

℣. 9. *Operante Chriſto*. Vel id refer ad ſequentia, ut ſit conſtructio: *Fatebere bona quæ tibi ſunt, operante Chriſto ſumpta eſſe ad meritum, ſed non ex merito*: vel potius, magiſque e genio Proſperi, ad ipſum *Fatebere*; ut ita magnificentius gratia commendetur, quando & illud *fateri* ipſâmet operatur. Ejuſdem acuminis eſt quod Sapiens ait Sap. 8. 21. *Ut ſcivi quoniam aliter non poſſem eſſe continens, niſi Deus det; & hoc ipſum erat ſapientiæ, ſcire cujus eſſet hoc donum.*

℣. 10. *Sumpta*. Pro accepta, ut hic paſſim, duriuſcule ſane nonnumquam; ſed tamen, ut apparet, phraſi iſtius ætatis: cum & Hilarium illum Proſperi ſocium eadem uſum legamus in ſua ad Auguſtinum Epiſtola: *Voluntate*, inquit, *quæ ſumitur*, id eſt, quæ a Deo accipitur.

AR-

ARGUMENTA CAPITUM
CARMINIS
SANCTI PROSPERI
DE INGRATIS
PARS PRIMA.

PROOEMIUM. CAUSSA *scriptionis indicatur, & divinum imploratur auxilium.*

CAPUT I. PROPONUNTUR *dogmata Pelagii. Moriturum hominem, etiamsi non peccasset. Nullum esse peccatum originale. Peccatum Adami imitatione, non propagatione posteris nocuisse. Posse hominem, si velit, ad virtutis culmen ascendere. Quod voluntas satis ad hoc virium habeat; nec ei cognitio necessaria desit, sive per rationem, ac Legem naturalem, sive per Legem scriptam. Omnibus promiscue offerri gratiam, modo baptizari velint, ut dimissis quæ sponte peccaverant, recuperatam primam innocentiam sponte servent. Baptizari parvulos, ut quos Deus fecit creando bonos, faciat adoptando meliores. Neminem donorum Dei exsortem, quia unusquisque capiat prout quisque sua voluntate mereatur.*

CAPUT II. QUAM *fortiter Ecclesia Pelagii doctrinam rejecerit. Sedes Apostolica, Concilium Palestinum anno 415. congregatum, in quo Pelagius ficto pectore errores abnegavit. Sub idem tempus S. Hieronymus in Pelagianos Dialogos scripsit. Pelagiani ab Attico Archiep. Constantinop. repulsam passi. Ejecti Epheso, Pulsi e Sicilia.*

CAPUT III. PELAGIANAM *hæresim Africanorum Præsulum ope potissimum fuisse debellatam. Augustini laus. Uni omnium Augustino victoriam de Pelagianis præcipue deberi. Præstantia librorum Augustini pro Dei gratia. Ab humilibus solis salubriter leguntur.*

CAPUT IV. EXTINCTAM *in Pelagianis ab Ecclesia hæresim, in Semipelagianis revivisere cæpisse. Error Semipelag. Affectum bene volendi homini naturalem esse, ut male volendi.*

CAPUT V. ILLOS *a Pelagianis non discrepare, adeoque publice cum illis pacem inire debere.*

CAPUT VI. INDUCIT *Pelagianos verbis querulosis Semipelagianos interpellantes, ut in gratiam recipiantur ab eis, cum ipsorum probent sententiam.*

CAPUT VII. NON *posse qui hæc quæ Semipelag. sentiant Pelagianorum societatem recusare, nisi sententiam mutent; neque amplecti, nisi palam ab Ecclesia dissentiant.*

CAPUT VIII. EADEM *posse queri Pelagianos apud Ecclesiæ Præsules. Pelagianorum oratio, qua postulant sic de se judicari, ut vel in Ecclesiam recipiantur, quodque docent Semipelagiani docere permittantur, vel etiam illi una secum foras pellantur.*

PARS SECUNDA.

CAPUT IX. HÆRESEOS *Pelagianæ capita, quæ, ipsis fatentibus Semipelagianis, ab Ecclesia damnata sunt. Hominem ab omni peccati labe purum nasci. Posse unumquemque, si velit, sine peccato ducere vitam. Per Legem Moysi salutem obtineri potuisse. Gratiam secundum merita dari.*

CAPUT X. SEMIPELAGIAN. DOCTRINA. *Gratia omnes invitat, nec ullus est cui salutem adferre non studeat: sed proprio quisque arbitrio paret vocanti: eosque juvat gratia, qui juvari volunt, & in quibus adjuvante Domino crescunt postmodum virtutes, ita ut nullis non adsit perseverandi facultas: verum ex libero arbitrio evenit, ut alter perseveret, alter non perseveret.*

CAPUT XI. CONFUTAT ILLAM DOCTRINAM. *Dici non posse, quod nemo sit cui non detur Christi gratia, & quem salvare non velit. Quod eorum exemplo probat, qui de fidei mysteriis nihil acceperunt.*

CAPUT XII. RESPONS. SEMIPEL. *Quibus fides non est adnuntiata, eos lumine naturæ per vitia oppresso, aptos non fuisse quibus dona salutis conferrentur.* CONFUTAT. *Qui hoc dicunt in duas Pelagii hæreses incidere. 1. Naturam humanam non esse læsam, ut pote quæ gratiam appetere, seque ad eam præparare possit.*

CAPUT XIII. OSTENDIT *secundo non talem esse in Deo salvandi omnes voluntatem, qualem illi volebant. Eo quod non omnes re ipsa salventur, aut ad fidem veniant; & si quidquid vult Deus haud dubie impleatur.* RESPOND. SEMIPEL. *Deus omnes vult salvare, neque tamen omnes salvantur, quia hoc libero arbitrio alii volunt alii nolunt.* CONFUTAT. *Indignissimum est voluntatem hominis impedire, ne fiat quod vult omnipotens.*

CAPUT XIV. OSTENDIT *gratia & virtute Dei omni tempore conversa esse pessima corda, quibus nihil rectæ voluntatis unquam insederat. Gratiam non operari docendo solum, hortando, suadendo: sed efficaciter mentem immutando, & volentes ex nolentibus faciendo virtute omnipotenti. Quod præstare non potest nec lex, nec verbi divini præcones, nec natura sibi dimissa. Gratiam efficere ut fides radicem agat in cordibus hominum, ut germinet, ut crescat, ut matureſcat, ut conservetur, ac perseveret usque in finem.*

CAPUT XV. SEMIPELAGIANORUM *ficta Ecclesiæ dogmatum approbatio. Fatentur hominem per se nec justitiam, nec salutem consequi posse aut perseverare: sed contendunt vocanti & hortanti Deo assentiri propria arbitrii libertate, cujus ille conatum sequatur & perficiat.*

CAPUT XVI. CONFUTANTUR. *Dogmate isto everti veram Christi gratiam: quia foris extra animum hominis constituatur, quasi cordis januam pulset tantum, non aperiat. Itaque hoc pacto gratiam proprie non agere, sed liberum arbitrium: veluti cum quis auditis, vel lectis quæ placent aut displicent, varie commovetur, animi affectus non his quæ audit vel legit adscribi debet; sed libero ejus arbitrio, quod seipsum pro suo nutu huc illuc torquet ac flectit. Contra vero gratia flectit voluntatem quo vult omnipotentissima virtute: nec ullum eam remoratur obstaculum. Non ministrum, qui prædicando extrinsecus plantat aut rigat, aliquid esse, sed Deum qui dat intus incrementum. Admirabiles gratiæ effectus in mentibus humanis. Bene volendi affectum quo ad Deum cor accedit, nec hominem homini, nec ullum sibi, neque per naturalem sapientiam dare posse. Optime moratorum inter eos qui naturali demum sapientia pollent virtutes falsæ.*

CAPUT XVII. FIDES *donum est prorsus gratuitum, neque ex merito; cum ex illa sit omne meritum.*

CAPUT XVIII. IDEM *ex eo confirmat, quod multos antea flagitiosissimos, etiam instante obitu susceptus baptismus ad cælum miserit.*

CAPUT XIX. UNUM *hoc in ejusmodi hominibus merito adscribi posse, quod baptismum desiderarint: sed hoc desiderium ex fide, fidem vero nonnisi ex gratia ortum ducere. Fidem quæ radix est omnium meritorum; ex merito esse non posse: quod ab illa non fit, non bene fit. Gratiam funditus evertit qui existimat: Vel meritum ullum ante fidem esse posse in falsis virtutibus infidelium: Vel fidem ex libertate volendi ortum ducere, non ex mero Dei dono.*

CAPUT XX. ERRORUM *istorum patronos nullum aliud Deo adsignare principium reparationis humanæ, quam quod per Legem & prædicatores humanæ insinuet voluntati, quæ facere eam oporteat. Verum ex hac sententia, voluntas gratiam præcurrit, estque gratia instar famulæ, nec gratiæ sed Legis vice fungitur, jubendo tantum, non donando quod jubet. Quantum hæc doctrina Pelagianam hæresim corroboret: docendo initium salutis, seu voluntatem credendi esse ex naturali arbitrii libertate: gratiam vero nihil aliud esse, quam Legem & doctrinam. Ex illa sequi liberum arbitrium peccato læsum non fuisse;*

CAPUT XXI. ET *quidquid præterea docebat Pelagius: cujusmodi est, hominem propria justitia salutem consequi, & cælum mereri posse: Multos propria virtute ab origine mundi Deo placuisse sine Dei gratia: Datam fuisse Legem cum corruptiores essent hominum mores, ut eos solo terrore proposito converteret: Et per eam præstitum, quod præstatur, per gratiam: Invalescentibus vitiis Legi gratiam superadditam; non quasi sine ea salutem natura consequi non posset, sed ut facilius posset: Infantes insontes esse, & corpore, non animo per baptismum ablui.*

CAPUT XXII. SI *hæc dogmata Pelagiana tueri non audeant Semipelagiani, suos etiam errores abjicere debere, & fateri, naturam ita vulneratam, ut numquam per liberum arbitrium consurgere possit ad faciendam justitiam, sed nitendo etiam bene agere, in novos lapsus semper revolvatur.*

CAPUT XXIII. EOS *si hæc confiteri recusent, Pelagianis pacem negare non posse, quibuscum re vera consentiant. Verbis enim solis discrepare: dum coguntur dicere; Peccato Adæ corpus nostrum morti obnoxium factum esse, non autem animam peccato vitiatam. Quod est injustitiam Deo adscribere, & homines prorsus absolvere.*

CAPUT XXIV. INJUSTUM *vero non esse Deum: quoniam ex Apostolo, omnes in uno ceciderunt, nec postea ullus ad vitam resurgere potuit, nisi Christi gratia: Ne quidem justi qui fuerunt ante Christum.*

CAPUT XXV. GRATIA *omnino gratuita est, cum nemo bene agat, nisi cui donat bene agere: Et ne quidem desiderari possit, nisi cum se ipsa desiderari facit.*

PARS TERTIA.

CAPUT XXVI. OBJECTIO *Semipelag. Hac prædicatione gratiæ liberum auferri arbitrium, neque pœnas aut præmia uli deberi, si natura sibi dimissa, nonnisi mala velit; bona autem opera non nobis, sed gratiæ adscribi debeant.*

CAPUT XXVII. RESP. *Eos sic ratiocinari cum Pelagio: eo quod pariter cum illo totius naturæ in primo homine casum re vera non agnoscant. Egregia illius casus descriptio. Peccati originalis trajectio. Mentis cæcitas. Liberum arbitrium non ex toto deletum, sed lapsum & adligatum ad malum. Manet ergo voluntas libera, sed non bona. Quocumque fertur, ruit & labitur.*

CAPUT XXVIII. ABSURDE *facere qui opinantur liberum arbitrium tolli, cum per gratiam sanatur & liberatur. Hæc cogitatio ex eadem superbia nascitur, quæ Adamum perdidit. Non liberi arbitrii facultate posse sanari liberum arbitrium, sed gratia Christi: quæ est arbor vitæ, languidam mentem sola reficere ac renovare idonea, & propriis viribus bene utendi facultatem ei largiri.*

CAPUT XXIX. GRATIA *Christi non perdimus, sed recipimus naturæ honorem. Ea gratia meritorum in nobis est principium, quæ eo magis crescunt, quo illam humilius accipimus & accipiendo augemus.*

CAPUT XXX. EX *parvulis statim post baptismum morientibus clarissime perspici, gratiam non dari secundum humanæ voluntatis studia, sed secundum Dei beneplacitum.*

CAPUT XXXI. EORUMDEM *salutem non esse parentum meritis, nec damnationem demeritis adscribendam. Quod maxime patet in geminis, quorum alter baptizatur interdum, alter sine baptismo moritur, sola Christi misericordia eos discernente. Eadem misericordia aliis tribui fidem, qua bene operentur, ac meritis augeantur usque in finem.*

CAPUT XXXII. OBJECTIO *Semipelag. Si gratia ad bene agendum omnino necessaria est, eaque nono omnibus detur, peccati reos non fore, quibus bene gerendi data non fuerit.*

CAPUT XXXIII. RESP. *Hoc argumento negari peccatum originale. Nam eo solo peccato reos nasci omnes homines, ac dignos morte,*

te, etiam si nulla propria scelera adjecerint. Injusta ergo adversus Deum querimonia, quod non omnes per gratiam liberet a perditione ita omnibus debita, ut jure potuerit neminem liberare. Abhorret a ratione, ut qui sola Dei benignitate liberati sunt, eum accusent, quod non omnibus pariter reis eamdem benignitatem præstiterit. Consideratione justæ infidelium & peccatorum derelictionis, pios ac fideles Dei servos excitari ad impetrandam eis humili prece liberationem & misericordiam; cum eam ipsi peccatores non quærant, & miseria sua etiam delectentur. Dei misericordiam, nec ab iis quibus negata est, nec ab iis quibus concessa reprehendi:

CAPUT XXXIV. SED *ab iis solis qui gratiam quantum licet subruunt, primam discriminis caussam inter bonos & malos libero arbitrio adscribentes. Uni Christo nos debere, si quid recti sapimus & volumus.*

CAPUT XXXV. SCRUTANDUM *non esse, cur ex toto genere humano pars una eligatur, altera rejecta; licet eadem caussa omnes implicet. Cur id ignorare non obsit: sicut nec oberat olim nescire, omnes gentes fore ad fidem vocandas: nec nunc quando mundus finietur: vel quæ sit tantæ in genere humano varietatis caussa; ut licet eadem sit omnium natura, unus tamen regnet, alter serviat &c. Cum tot varietatum manifestarum caussæ lateant, nemo tamen arguit earum auctorem Deum. Merito Deum voluisse ut nos lateret divinæ prædestinationis arcanum, quamdiu in hac vita sumus.*

CAPUT XXXVI. RELICTA *Deo arcanorum suorum conscientia, agnoscatur unus cunctorum auctor bonorum: usque ad minimum bonæ voluntatis initium. Desipiunt qui Paulo ipsi inscrutabilem, cur hi potius quam illi per gratiam liberentur, quæstionem, per liberi arbitrii velle & nolle se solvere posse opinantur. Non posse Dei judicium non esse æquum, quamvis occultum sit: cum omnibus meritum ad mortem suppetat vel ex uno originis peccato; nullum ad vitam, nisi quod gratia donarit.*

CAPUT XXXVII. QUANTUM *veri fideles ab hostibus gratiæ sibi cavere debeant. Quicumque virtutes suas vel sibi, vel gratiæ quam meritus sit adscribit, proficiendo deficit, currendo recedit:*

PARS QUARTA.

CAPUT XXXVIII. A *Semipelagianis voce tenus damnari Pelagium, cum subtilissimum illius hæreseos venenum retineant. Et quod Pelagius innumeros seduxisset, si doctrinæ suæ poculum aliquo melle prælivisset. Nam dum errores suos initio minus obtexit, plerosque ab iis deterruit ipsa eorum deformitate.*

CAPUT XXXIX. AT *Semipelagiani periculosius fallunt: quia Pelagium damnare videntur, dum fatentur, ex Adamo mortem & peccatum in omnes transfundi: Hominem vitam æternam consequi non posse, nisi per baptismum: & parvulos indigere ut a peccato solvantur. Sed cum Pelagio sapiunt, cum ajunt: Naturam suis viribus ad bonum ferri posse, quemadmodum ante peccatum; quasi originali peccato læsa non fuerit: Immo posse sanctos acerrimas dæmonis oppugnationes propriis viribus frangere, Deo suos utiliter deserente, sibique ipsis dimittente; ne nulla sint eorum merita, si nihil boni faciunt, nisi quod gratia in illis operatur.*

CAPUT XL. FUGIENDOS *illos errores omnibus vere piis, quorum Christus est tota justitia, quique agnoscere debent, primi parentis vulnere ita sauciatam naturam humanam, ut ne quidem oculos mentis sponte possit in altum attollere, & miseriam suam agnoscere.*

CAPUT XLI. SI *quid homini superstit ex pristini status reliquiis, falso id putat sanum, atque hinc solum superbiendi materiam arripit.*

CAPUT XLII. NEQUE *ex illis reliquiis ad veram vitam perduci umquam potest. Si eadem esset in natura vis quæ fuit in Adamo, seipsum quisque reconciliare Deo posset, ac peccatis exsolvere; ideoque Christus gratis mortuus fuisset.*

CAPUT XLIII. EX *ineffabili Dei humilitate, qua homo & miser fieri dignatus est, ut hominem redimeret, agnoscat homo captivus, quo carcere clausus, quove morbo obsessus fuerit: cui eripiendo nonnisi morte medici succurri potuit. Quam parvi facienda quæ homini post casum supersunt. Cum homo ad Deum convertitur, gratiæ, ut principio, potius quam libero arbitrio hanc adscribendam mutationem. Quod homo libero arbitrio nimium tribuat, ex illa superbia proficiscitur, quam diabolus primis parentibus inspiravit.*

CAPUT XLIV. PLURIMOS *inde errores oriri, quos pii omnes adversari debent; qui cum membra Christi sint, a capite suo vim omnem hauriunt.*

CAPUT XLV. PROCUL *abjiciendi qui existimant sanctis auferri caussam obtinendæ coronæ, nisi humana in eis merita reperiantur. Virtus piorum non ideo minoris facienda, quod eam totam a Christo accipiant: sicut nec cælestis gloria sanctorum, quam totam a Deo habent, qui omnia in illis omnibus est. Multo minus gravari oportet agnoscere, nos in hac fletus valle nihil boni nisi per gratiam posse. Nec ea re tollitur libertas, sed restituitur ac redimitur; ut quidquid recte agit, non ipsi acceptum referatur, sed gratiæ Christi. Non enim tantum boni operis fructus largitur Deus per gratiam; sed etiam operandi voluntatem & cogitationem, totamque piæ vitæ seriem.* OBJECTIO *Semipelag. Per hanc gratiæ prædicationem virtutis studium resolvi.* RESPONDET. *Contra, sine gratia nullum esse virtutis opus; quod humana voluntas per se nihil aliud possit quam exerrare. Sola gratiæ vi nos idoneos fieri, & accendi animos hominum ad recte vivendum.*

CONCLUSIO *totius Carminis de Ingratis.*

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI ΠΕΡΙ ΑΧΑΡΙΣΤΩΝ, HOC EST, DE INGRATIS * CARMEN.

* Scriptum ut videtur ante menſem Auguſtum anni 430. & cum adhuc in vivis ſuperſtes eſſet S. Auguſtinus.

PARS PRIMA.

ARGUMENTUM.

PRINCIPIO declarat Sanctus Proſper ſibi in animo eſſe impendens Eccleſiæ periculum ab occultis gratiæ hoſtibus, quorum opera Pelagianorum hæreſis extincta reviviſceret, hoc carmine propulſare. Mox aperit quale fuerit dogma Pelagii, Cap. 1. *& quanto cum ſtudio ab Eccleſiæ præſulibus improbatum, Conciliorum &* Cap. 2. & 3. *ſedis Apoſtolicæ auctoritate damnatum, a SS. Doctoribus confutatum,* Cap. 4. *potiſſimumque a D. Auguſtino, cujus præſtantiſſimi viri, & uberioribus gratiæ dotibus a Deo cumulati in hoc certamine induſtria & lumen præ omnibus enituerit. Verum cum per Semi-*Cap. 5. 6. & 7. *pelagianos occultiſſimum hujus hæreſeos venenum rurſum emergat, poſſe Pelagianos ab eis jure ſuo poſtulare, ut cum ipſorum ſententiam probent, in gratiam recipian-*Cap. 8. *tur: aut ab Eccleſia flagitare, ut vel quod illi in Eccleſia impune docent, docere itidem permittantur, vel etiam illi una ſecum foras pellantur.*

PROOEMIUM. Cauſſa Scriptionis indicatur.

CONGENITÆ in Chriſto gentis mihi caſtus ab alto
Inſinuatus amor, proprias excedere vires
Me jubet, atque pias accendere carmine mentes.
Ne poſt confectum celebris // victoria bellum,
Securos animos incauta pace reſolvat:
Ceu metus eliſo jam nullus ab hoſte ſuperſit,
Nec caput attriti viroſum palpitet anguis.

Divinum implora-tur auxilium.

Unde igitur commenta mali ſopita reſurgant,
Quemve ipſo de fine // dolum nova promat origo,
Da fari, Pater omnipotens, artemque malignam
Pandere, proſtratus qua rurſum nititur error.

CAPUT I. Proponuntur dogmata Pelagii.

1 DOGMA quod antiqui // ſatiatum felle draconis,
Peſtifero vomuit // coluber ſermone Britannus,

* *Congenitæ in Chriſto gentis*. Id eſt Eccleſiæ, ſeu populi Chriſtiani, ob communem regenerationem per baptiſmum. Notandum autem Procœmium profecto Chriſtianum, perinde ut ipſum opus, ubi ſacra omnia, nihil autem earum nugarum, ſine quibus in carmine omnia frigere autumant aliqui: falſo quidem, quando aliud hic noſter Poeta tam magnifice exemplo oſtendit ſuo

* *Victoria*. Non de Ingratis, quibuſcum etiamnum certabatur; ſed de Pelagianis, jam toto orbe damnatis.

* *Ipſo de fine*, ſeu exitu cauſſæ Pelagianæ: e quo initium ſemipelagianiſmus cæpit. *Originem* autem pro initio poſitam etiam ſupra vidimus in Præfat. v. 1.

℣. 1. *Satiatum*. Saturum, quaſi eo maceratum, ut Gallice translatum eſt,

Detrempe dans le fiel du dragon redoutable.

Quod quidem de omni dogmate hæretico dici potuit; at ſpeciali ratione hic dictum eſt de ſuperbo illo Pelagiano, ob magnam ipſius cum *antiqui draconis*, ſeu dæmonis peccato affinitatem.

℣. 2. *Coluber ... Britannus.* Pelagius hæreſis princeps vulgo dicebatur *Brito:* ut in Proſperi noſtri Chronico, *Pelagius Brito:* ex ea nimirum *Britannia*, quam nos hodie *magnam*, ipſe autem contra

Col-

Hac primos homines // cretos ditione ferebat;
Ut seu præscriptum mandatum transgrederentur,
Sive inculpati, servata lege, manerent;
Mortem istam prorsus, // qua carnem vita relinquit,
Oppeterent; quæ non peccato parta, sed ipso
Instituente Deo, comes esset fixa creatis.
Progenitos igitur nullum traxisse reatum
// De patribus, neque dissimiles nunc nascier illo
Ortu primorum, qui libertate male usi
Peccarunt, // forma nocui, non semine proli.
Posse autem // insontes omnes virtutis in arce
Vitam agere, & menti ingenitum servare decorem:
Arbitrio quoniam subsistat recta volentis
// Naturalis honos, Lexque insita cordibus intus
Hoc moneat, quod scripta foris: cui gratia Christi
Addita perfugium lapsis generaliter in se
Condiderit, sacro si vellent // fonte novari:
Ut // sponte adtractum venia solvente reatum,
Sponte sua in vires proprias natura rediret;
Quoque per errores esset spoliata vigore,
Hunc servare semel posset purgata receptum.
Tam dives vero hoc donum baptismatis // esse,
Et tam multa homini conferri fœdere in isto;
Ut parvis etiam, vitioque carentibus omni
Congruat, ut qui sunt geniti bene, sint meliores,

Moriturum hominem etiam si non peccasset.

Nullum esse peccatum originale.

Peccatum Adami imitatione, non propagatione posteris nocuisse.

Posse hominem, si velit, ad virtutis culmen ascendere.

Quod voluntas satis ad hoc virium habeat: nec ei medici cognitio necessaria desit, sive per rationem ac legem naturalem, sive per legem scriptam.

Collat. c. 21. secretum oceani, & Romanam insulam vocat. Quidam illa insulæ parte, quæ nunc *Scotia* dicitur, oriundum faciunt, alii Anglum malunt. Sic autem dicebatur ut distingueretur ab illo ejus æquali, quem *Pelagium Tarenti* appellabant: ex Augustino Epist. 186. cap. 1. Eodem modo designatur etiam ab Orosio, & Mercatore, multis in locis: & ab Hieronymo quoque designari videtur, dum dicitur, *Scotorum pultibus prægravatus*; & alio in loco, *Habet progeniem Scoticæ gentis de Britannorum vicinia*. Quibus verbis significare videtur illum gente Scotum seu Hibernum videri; quando & innata ipsi essent Scoticæ, id est, Hibernicæ regionis vitia, & ortum e finitima Britannia duxisset. Vocaturque a sancto Prospero,

Coluber, quia mirus erat dissimulandi artifex; & errores suos catholicis verbis involvere gnarus. Discipulos suos, qui apertius loquerentur summittebat, ut quemadmodum eorum dicta exciperentur explorans, illa deinde vel approbaret, vel improbaret, prout sibi magis conducere videretur.

℣. 3. *Cretos ditione*, ideſt, creatos necessitate, seu conditione.

℣. 5. *Qua carnem vita relinquit*. Periphrasis mortis corporalis, ad distinctionem a spiritali quæ fit per peccatum, de qua cum Pelagio circa primos parentes quæstio nulla fuit, teste Augustino. lib. 1. de Peccat. merit. c. 2. etsi aliud putasse videatur Gregor. lib. 5. Regist. epist. 14. ad Narsen comitem, & alibi.

℣. 10. *De Patribus*, seu primis parentibus: nisi quis malit Prosperum, ut solet, suo Augustino adhærentem dubitasse, an non a cæteris etiam parentibus mediis culpam posteri traherent. Hujus interim dubitationis in Ecclesia hodie nullum vestigium.

℣. 12. *Forma nocui, non semine*. Id est, *Non propagine, sed exemplo*, ut iidem docent apud August. lib. de nat. & grat. cap. 9. *id est, non quod ex illo* (Adamo) *traxerint aliquod vitium qui ex illo propagati sunt; sed quod eum primum peccantem imitati sint omnes qui postea peccaverunt*.

℣. 13. *Insontes virtutis in arce*. Id est, sine ullo peccato, atque in summa adeo perfectione. Quod argumentum tractat. August. toto libro de Perfect. justit. hom. item toto lib. 2. de Peccat. merit. & alibi. Hieronymus etiam ab eodem incipit Dialogos suos contra Pelagianos.

℣. 16. *Naturalis honos*, id est, ingenitus, ut infra dicitur ℣. 880. & sequenti.

..... *Vigor ille*.
In quo insons natura fuit.

Sensus est, eum qui modo velit, eumdem nunc habere arbitrii vigorem ad bonum, ac olim habuerunt primi parentes ante lapsum. Ex quo sensu patet, istud *recta volentis* quod præcedit, regi non a *naturalis honos*, sed ab *arbitrio*, quod ante præcessit. Porro infra ℣. 230. *& seq.* idem error sic exprimitur.

Et quoniam tales nascantur nunc quoque, qualis
Ille fuit nostri generis Pater ante reatum;
Posse hominem sine peccato ducere vitam,
Si velit .....

℣. 17. *Fonte novari*. id est, baptismo renovari. Nam de lapsis ante baptismum agitur.

℣. 20. *Sponte adtractum*, id est, actualem & personalem: cum Originalem negarent Pelagiani.

℣. 24. *Esse*. Sic legendum & non *esset* (ut editiones Lugd. Lov. Duac. & Colon.) notarunt viri eruditi, patetque ex verbis quæ sequuntur, *conferri, genitum esse, mereri*.

℣. 28.

// Naturæque bonum adjecto illuſtretur honore.
Nullum autem ex cunctis exſortem muneris hujus,
Judicio genitum eſſe Dei; ſed quemque mereri
Libertate ſua, ut capiat // promiſſa vocantis,
Quæ ſint averſis indebita, debita rectis.

TALIA cum demens late diffunderet error,
Commentiſque rudes traheret lethalibus aures;
Adfuit, exhortante Deo, proviſa per orbem
Sanctorum pia cura Patrum, non diſpare motu
Conficiens diros jaculis cæleſtibus hoſtes.
Iiſdem namque ſimul decretis Spiritus unus
Intonuit. Peſtem ſubeuntem // prima recidit
Sedes ROMA Petri; quæ Paſtoralis honoris
Facta caput mundo, // quidquid non poſſidet armis,
Relligione tenet. Non ſegnior inde // ORIENTIS
Rectorum cura emicuit: // captumque nefandi
Dogmatis auctorem conſtrinxit lege benigna
Commentum damnare ſuum; niſi corpore Chriſti
Abjungi, & ſancto mallet grege diſſociari.

Omnibus promiſcue offerri gratiam, modo baptizari velint, ut dimiſſis quę ſponte peccaverunt, recuperatam primam innocentiam ſponte ſervent.

CAPUT II.

Quam fortiter Eccleſia Pelagii doctrinam rejecerit. Baptizari parvulos, ut quos Deus fecit creando bonos, faciat adoptando meliores: neminem donorum Dei exortem, quæ unuſquiſque capiat prout quiſque ſua voluntate mereatur. Sedes Apoſtolica. Paleſtinum Concilium, anno 415. congregatum, in quo Pelagius ficto pectore errores abnegavit.

℣. 28. *Naturæque bonum*, &c. Id eſt, *ut bono eorum naturali bonum ſanctificationis accedat. ut ſint infantes ſancti Dei filii*. Ita apud Auguſtinum Julianus Pelagianus.

℣. 31. *Promiſſa vocantis*. Non præmia æterna, de quibus hic nullus ſermo; ſed *donum baptiſmatis*, cum *venia ſolvente reatum*: id eſt, remiſſione peccatorum, uti ſupra exprimuntur. Eodem modo intellige infra ℣. 166. *Donumque vocantis*. Hunc autem errorem ita expreſſum leges. ℣. 240. & ſequent.

Quod meritis hominum tribuatur gratia Chriſti,

Quantum quiſque Dei donis ſe fecerit aptum.

℣. 39. *Prima Recidit Roma*. Scilicet per Innocentium I. anno 417. *quando* (ut ait S. Proſper lib. contra Collatorem) cap. 21. *beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita*, Pelagium & Cæleſtium, *Apoſtolico mucrone percuſſit*. Præſtitit hoc Innocentius duabus datis Epiſtolis ad Synodos Africanas, Carthaginenſem & Milevitanam, quæ Epiſtolæ ſunt inter Auguſtinianas, nunc 181. & 182. & poſtmodum Zozimus anno 418. in Epiſtola ad Africani Concilii Præſules data 12. Kal. Aprilis, ab eiſque 3. Kal. Maii accepta. Hæc vero vox *Prima* etſi quibuſdam locum dedit aſſerendi Pelagianam hæreſim a ſede Apoſtolica, ante ullam aliorum Epiſcoporum ſententiam, fuiſſe proſcriptam: quia tamen hæc opinio ab eruditis non agnoſcitur ſatis convenire cum hiſtoria hæreſeos Pelagianæ; hunc nodum aliis placuit diverſimode ſolvere. Quidam enim per vocem hanc *Prima*, prioritatem dignitatis, ſtudii, ſollicitudinis & auctoritatis intelligi debere contendunt. Alii autem, ultro fatentes Africanorum & Orientalium judicia præluſiſſe ſententiæ Innocentii in Pelagianos: cum ab anno 412. Cæleſtius damnatus legatur in Synodo Carthaginenſi, cui præſidebat Aurelius, & iterum anno 416. ibidem: immo & anno 415. Dioſpoli Pelagio abſoluto, hæreſis, quam abjurare finxerat confoſſa legatur: cum tamen non ante annum 417. Innocentius I. pluribus Africanorum litteris ſollicitatus, reſcripſerit, Pelagium cum Cæleſtio anathematizans, quod primum omnino ſuit Romæ prolatum in ejuſmodi errorem judicium: illi igitur, his conſideratis, dicunt Pelagianum quidem errorem in Pelagio & Cæleſtio ab Africanis primo damnatum, at eumdem in Joviniano, cujus diſcipuli erant Pelagiani, a Siricio Papa dudum proſcriptum, & hoc pacto diverſa tam carminis iſtius, quam aliorum librorum loca, qui primo intuitu pugnare videbantur, ad ſenſum unanimem reducere conantur. Alii iterum *prioritatem temporis* ſic intelligunt, ut non dividant decreta Conciliorum Africanorum, Cathaginenſis & Milevitani, ab Innocentii Epiſtolis, ſed ex iis unam Pelagii damnationem conflent. Denique non deſuerunt, qui rem breviter expediri autument, dicentes, voculis iſtis *Prima*, & quæ poſt pauca ſequitur *Inde*, non alium ordinem quam narrationis denotari; uti fere ſolent qui plura quæpiam narrant, confuſionis vitandæ gratia has ordinis notulas interjicere, nulla interim habita prioritatis aut poſterioritatis ratione. Quin horum nullam hic a ſe rationem habitam, ſatis ipſe Auctor declarat, dum potius omnia videri vult *ſimul*, ac diverſis quidem locis, ſed uno velut tempore geſta eſſe.

Iiſdem Simul *decretis*, &c.

℣. 41. *Quidquid non poſſidet*. &c. Ita lib. 2. de Vocat. gent. c. 16. *Per Apoſtolici ſacerdotii principatum amplior facta eſt arce religionis, quam ſolio poteſtatis*, ſcilicet Imperatoriæ. Similia vide apud Leonem PP. ſi non & hæc ipſa illius ſunt, ut Docti quidam ſuſpicantur.

℣. 42. *Orientis Rectorum*. De Paleſtina Synodo Dioſpoli habita loquitur Auctor noſter. Huc perductus fuerat Pelagius, intentata in ipſum accuſatione ab Herote & Lazaro Epiſcopis Gallis, hoc Aquenſi, illo vero Arelatenſi, licet utroque ſede ſua pulſo: quod contigiſſe videtur anno 415. In hac Pelagius, abſentibus ob neceſſarias cauſſas accuſatoribus, auditus, ſingulis oblati ab ipſis libelli articulis artificioſe reſpondens, multa ſimulatione judices ita delufit, ut tamen abjuratis & damnatis erroribus, ipſe innocens & rectæ fidei pronuntiaretur.

℣. 43. *Captumque* &c. *Pelagium ad proferendam*

in

Lene quidem hoc, nimiumque malos toleraſſe videtur
Judicium : ſed ſancta fides examine in illo
Vicit oborturam diro de ſemine prolem.
Proſpectum namque eſt, divino & munere cautum,
Ut licet inſtantem declinans // beſtia pœnam,
Perfidiæ ſecum // ſenſus tenuiſſet eoſdem;
Ipſa tamen proprium germen damnando necaret,
Ore malam extinguens ſobolem, quam protulit ore.
Tunc etiam // Bethlei præclari nominis hoſpes,
Hebræo ſimul & Grajo, Latioque venuſtus
Eloquio, morum exemplum, // mundique magiſter
HIERONYMUS, // libris valde excellentibus hoſtem
// Diſſecuit, noſcique dedit, quo turbine veram
Vellent exortæ lucem obſcurare tenebræ.
Quid loquar, & curam magna quam geſſit in urbe
Conſtantinopoli // , docto bonus ore ſacerdos
ATTICUS, antiqua legatos hæreticorum
Confutando fide ? // De qua tunc impia corda,
Quamvis // ſe obducta tegerent velamine // forma

Sub idem tempus S. Hieronymus in Pelagianos Dialogos ſcripſit,

Pelagiani ab Attico Archiep. Conſtantinop. repulſam paſſi.

in ſe ſuoſque ſententiam Paleſtinorum Epiſcoporum ſynodus coartavit. lib contra Collat. c. 21.

℣. 51. *Beſtia*. Pelagius ſcilicet. Patribus non infrequens in hæreticos contumaces appellationibus uti durioribus.

℣. 52. *Senſus tenuiſſet eoſdem*. *Quia*, inquit Auguſtinus, lib. 1. cont. Julian. c. 5. *id quod negavit ore, corde ſervavit*.

℣. 55. *Bethlei* vocem Hebraicam *Bethleem* ad Latinam terminationem inflexit, fecitque *Bethleam*, unde genit. *Bethlei*,

Ibidem. *Præclari nominis*. Ob celebritatem famæ, forte etiam ob etymon nominis *Hieronymi*, quaſi *Sacri-nominis*.

℣. 57. *Mundique magiſter*. Sic de illo Breviar. Rom. ultima Septemb. *Tamquam ad oraculum ex omnibus orbis terræ partibus ad ipſum divinæ Scripturæ quæſtiones explicandæ referebantur. Illum Damaſus Pontifex, illum S. Auguſtinus de locis Scripturæ difficillimis ſæpe conſuluit, propter ejus ſingularem doctrinam, & linguæ non ſolum Latinæ & græcæ, ſed Hebraicæ etiam & Chaldaicæ intelligentiam*.

℣. 58. *Libris*, præſertim Dialogorum, & Epiſtola ad Cteſiphontem.

℣. 59. *Diſſecuit :* Non adeo ob acrimoniam ſtili, de qua ibidem Brev. *Hæreticos acerrimis ſcriptis exagitavit ;* quam quia libris iſtis ſubtilem quamdam callidiſſimæ hæreſeos anatomen fecit, *noſcique dedit* (ut in verſu ſequitur) ipſa velut intima illius viſcera: utpote cum eſſet ex iis qui ejus *ſenſus diligentius indagare potuerunt* : teſte Synodo Milevit. ad Innocent. PP. Epiſtola inter Auguſtinianas. 176. al. 92.

℣. 62. *Docto bonus ore*, id eſt, erudite facundus. Virgiliane ſcilicet, uti Æneid. 9.

Hic jaculo bonus, hic longe fallente ſagitta.

Ibid. Sacerdos dicitur Atticus, quia proprium tum erat Epiſcopis nomen, quod nunc e contra uſu Eccleſiaſtico relictum Presbyteris.

℣. 64. *De qua*, ſeu a qua; nempe, *urbe*, non autem *fide*, ut putari poſſet. Completur vero conſtructio per ſequentia. *Tacitæ tulerant tormenta S. Proſperi. repulſæ*. Id eſt, inauditi repulſi ſeu expulſi ſunt. Cum enim Pelagiani poſt Zozimi ſententiam, Imperialibus quoque Decretis ſede ſua exturbati eſſent, quoſdam ſuorum Conſtantinopolim miſerunt : ubi erroris ſui impietatem diſſimulantes, ſe cauſſamque ſuam falſa ſpecie obduxerunt. Verum in ea civitate beato Joanni Chryſoſtomo Atticus ſucceſſerat, illius fidei dignus æmulator, qui hoc in caſu ſcientia ſua ſimul & Epiſcopali virtute adhibita, eorum legationem rejecit, antiquam illis Eccleſiæ fidem opponens, eoſdemque tam acriter inſectatus eſt, ut ne conſiſtendi quidem in urbe licentiam daret. Quinam autem fuerint hæreticorum legati non liquet ; niſi quod Marius Mercator ducem illorum ponat Cæleſtium, de quo paulo poſt initium Commonitorii ita ſcribit : *Poſt aliquantos*, inquit, *annos* (nimirum a condemnatione ſua Carthaginenſi, Paulino Diacono accuſante) *ſub S. mem. Attico Epiſcopo, urbem C. P. petiit ; ubi in ſimilibus detectus, magno ſtudio ſancti illius viri a prædicta alma urbe detruſus eſt*.

℣. 65. Lugdun. editio ſola :

Quamvis ſe obducto tegerent velamine formæ ;
Judicii & tacitæ tulerint tormenta repulſæ.

Editiones Lovan. Duac. & Colon. & aliæ poſteriores.

Quamvis ſe obducta tegerent velamine forma,
Judicii & tacitæ tulerant tormenta repulſæ.

Pro quibus noviſſimus hujus carminis editor Lovanienſis Doctor & Profeſſor Regius legi vult,

Quamvis ſe obductæ tegerent velamine formæ
Judicii, tacitæ tulerunt tormenta repulſæ.

Ita jam ex conjectura emendans locum hactenus corruptiſſimum, cum opportune incidiſſe ſe narrat in ſcriptorem modernum ſic quoque legentem ; qui quaſi non ſatis fiſus hac lectione, ſupradictam alibi inſinuabat cum voce *tulerunt*. Subjungit quoque diſplicere prorſus ſibi iſtud, &, quod irrepſiſſe putat ſupplendæ ſententiæ alioqui mutilæ, cum pro Virgiliano, *tulerunt*, imperita emendatione legi cœptum eſt *tulerint*, aut *tulerant*.

Ibid. Forma judicii, *Speciem judicii* diceret Tacitus : ſed noſter metro ſervire debuit. Hanc

Judicii, & tacitæ tulerant tormenta repulsæ.
Prætereo quanto fuerit bene mota tumultu
Clara // EPHESOS, non passa suis consistere tectis
Vasa iræ, & morbi flatus, & semina mortis:
Quaque fide tellus etiam // TRINACRIA fervens,
Agmen vipereum propriis exegerit oris.
Tu caussam fidei flagrantius, // AFRICA, nostræ
Exequeris; tecumque suum jungente vigorem
Juris Apostolici solio, fera viscera belli
Conficis, & lato prosternis limite victos.
Convenere tui // de cunctis urbibus almi
Pontifices, // geminoque senum celeberrima cœtu

Ejecti Ephesо.

Pulsi e Sicilia.

CAPUT III. Pelagianam hæresim Africanorum Præsulum ope potissimum fuisse debellatam.

autem judicii speciem forte idem Mercator insinuat, cum significat Cælestium in synodo Carthaginensi ad sedem Apostolicam provocasse, sed mutata deinde sententia, Constantinopolim specie appellationis confugisse. Hæc supra citatus Doctor Lovan.

℣. 68. *Tumultu Clara Ephesos*. Tumultum verisimiliter popularem intelligit, ut erat populus ille pro avita fide ferventissimus, teste eorum gaudio in protrita Nestorii hæresi; de quo historiæ concilii œcumenici Ephesini: nec tamen locus præsens intelligendus de damnatione Pelagianorum in isto Concilio, ut quod nondum cum scriberetur hoc carmen, sed mortuo demum Augustino coactum noscitur. Verum hoc contigisse placet Eruditis circa anni 421. finem, quo damnati Pelagiani hanc Ecclesiam, in qua Cælestius ad sacerdotium fuerat imprudenter evectus, & ubi ob diutinam ea in urbe commorationem variis necessitatibus forte gaudebat, in suas partes attrahere pertentarunt, sed incassum; quippe Ephesii legationem hæreticorum respuerunt, & ipsorum legatos urbe sua cito exire compulerunt.

℣. 70. *Trinacria fervens, agmen vipereum* &c. Notum Trinacriam vocari Siciliam ob tria promontoria. Oriente pulsi hæretici in Occidentem redeuntes, etiam ad Siciliam appulerunt, ubi virus suæ pravitatis afflare Siculis hominibus tentantes, Episcoporum hujus insulæ diligentia & virtute rejecti, & terris illis expulsi, ultra mare trajicere coacti sunt, hoc ferme tempore. Idipsum etiam referri potest ad annum 419. quo Episcopi plures Siculi damnationi Pelagianorum subscribere recusantes, sedibus suis pulsi fuere.

℣. 72. In editis Lugd. Lov. & Duac. *nostræ*. Aliis placuit dici *Africa nostra*, etiam ab homine Gallo, uti mox Africæ Episcopi *Nostri* id est, partium nostrarum, immo partium decus. Africani autem Episcopi priores errorem istum damnarunt, ut jam diximus, ab anno 412. & pluribus hanc in rem habitis conventibus consequentibus annis, prius latum judicium tuiti sunt. Hi quoque plures Epistolas ad Innocentium Zozimumque scripserunt, quibus sedis Apostolicæ sententiam in perduelles sanæ fidei procurarunt.

℣. 77. *Geminoque senum celeberrima coetu*. De hoc gemino concilio diverse sentiunt eruditi. Visum erat quibusdam, per hanc duplicem Synodum, Carthaginensem & Milevitanam sub Innocentio habitas anno 416. intelligi, per quas primum jugulati sunt Pelagiani, & quarum decreta in primario totius Africæ Concilio sub Zozimo renovata sunt, anno 418. Alii inter cætera quæ in caussa Pelagianorum collecta leguntur Afrorum Præsulum Concilia duo notant celebriora: unum quidem, quod videtur assignandum ineunti Novembri anni 417. post acceptas, quas Zozimus miserat in favorem Cælestii epistolas; in quo Zozimum obtestantur, eo usque res quo in statu erant relinqueret, dum plenius de Cælestii caussa, qui primum apud ipsos accusatus fuerat, edoceretur: quod Concilium successive ad 214. Episcoporum numerum pervenit: & hoc ante quam Cælestius a Zozimo damnaretur habitum fuisse tradit Prosper in Chronico ad annum 418. Alterum Concilium tum habitum videtur, cum Concilii Africani litteris, 12. Kal. Aprilis anni sequentis, post acceptas alteras eorum posteriores litteras, unica satis brevi rescripsit: quæ Epistola 3. Kal. Maii pervenit in Africam, quo tempor Præsules Carthaginem novum contra Pelagianos Concilium celebraturi conveniebant: quod quidem in Basilica Fausti anno 418. die 1. Maii habitum ad 220. Episcopos, præter Donatianum & Aurelium primates, perveniisse vult Photius. Quin hoc ipsum plenarium totius Africæ fuerit, in quo Augustinus se atque alios Antistites quidpiam adversus Pelagianam hæresim constituisse testatur, nullus est ambigendi locus. In hoc canones conditi octo, aut novem, qui alias Milevitano tribui solebant, quosque Baronius in ea urbe anno 416. sancitos existimavit. Ad hanc opinionem accedere videtur Carminis hujus editor & illustrator Lovaniensis, dum sic loquitur. Primum quidem colligimus ex his quæ nobis præsens carmen ac fere hoc ipsum caput suppeditant, Synodos illas Africanas (de quibus loquitur S. Prosper) fuisse plenarias, ita testantibus verbis ℣. 76. *de cunctis urbibus*: deinde numerosas, ut in quibus sententiam dixerint tot Antistites, ut congrue potuerint ab Auctore ℣. 86. dici *tercenteni*: præterea ambas quodammodo unam & eamdem fuisse, puta in eadem civitate, iisdem e Patribus, una in caussa, minimoque temporis intervallo coactas; ut idcirco ℣. 91. item 184. singulari numero *Concilium*, & non *Concilia* nominentur. Denique utrique præfuisse Carthaginensem Aurelium, & interfuisse Augustinum, ut ℣. 91. & 92. indicatur. Ex quibus concludimus, minime hic agi de Synodis Carthaginensi & Milevitana sub Innocentio PP. ut quas, neque plenarias fuisse, neque eum habuisse antistitum numerum, neutri etiam simul Aurelium illum & Augustinum adfuisse probant (quidquid aliqui senserint) subscriptiones litterarum utriusque ad Innocentium. His autem exclusis, quid nisi supersunt duæ Carthaginenses, sub Zozimo Pontifice, quas omnes admittunt? Iis namque vix dici potest quam apte conveniant omnia

su-

Decernis // quod Roma probet, // quod regna sequantur.
Nec sola est illic synodorum exerta potestas;
Ceu quos non possent ratione evincere nostri,
Vi premerent: // discussæ artes, virusque retectum est
Hæretici sensus; nullumque omnino relictum,
Docta fides quod non dissolveret argumentum.
Condita sunt, & scripta manent, quæ de cataractis
Æterni fontis fluxere undante meatu,
Et // ter centenis procerum sunt edita linguis:
Sic moderante suam legem bonitate severa.
Ut qui damnato vellent de errore reverti,
Acciperent // pacem, pulsis qui prava tenerent.
// An alium in finem posset procedere sanctum

supra recensita Plenarias fuisse ipse Augustinus indicat Epist. 215. ad Valentinum: numerus etiam Antistitum constat: nam 214. seu 217. non uno in loco Prosper numerat, quos hic in versu *tercentenos* dixit libertate poetica. Sed quid pluribus immoror, dum uno rem conficio? Puto sane, geminum illud Concilium quod hic Auctor memorat tum ℣. 77.

. . . *geminoque senum celeberrima cœtu*: tum ℣. 90. & 91.

Analium in finem posset procedere sanctum
Concilium, cui dux Aurelius &c.

puto, inquam, illud idem esse cum eo quo infra ℣. 184. & seq. remittit Pelagianos, jubetque

. . . *Petri solium Romam & Carthaginis altæ.*
Concilium repetant:

nempe ubi prius ipsos dixerat condemnatos. Quid ergo adhuc quæsito opus, ubi gentium habitum sit illud concilium, dum illud Virgilianum, *Carthaginis altæ*, plus quam digito rem indicat. Utinam modo de illius Decretis seu Canonibus eadem lux & certitudo affulgeret! At conditos quidem in eo aliquos suadet illud ℣. 84.

Condita sunt, & scripta manent.

persuadent etiam verba infra ex libro contra Collat. citato ad ℣. 78. ut taceam insuper de August. Epist. 217. jam laudata, sed vel interciderunt, uti & Epistola illa Zozimi, qua confirmabantur, vel, quod magis reor, sunt illi ipsi octo canones de Gratia, quos olim Concilium Turonense II. antiquos Milevitanos appellavit, & ideo a nonnullis in Synodo quapiam Milevitana primum conditi, & demum Carthagine renovati existimantur; sed Aug. Epistola illa ad Valent. renovationis non meminit, ac potius ita loquitur, ut illic conditos significet.

℣. 78. *Quod Roma probet.* Nam *Africanorum Conciliorum decretis beatæ recordationis Papa Zozimus sententiæ suæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem, gladio Petri dexteras omnium armavit antistitum.* S. Prosper lib. contra Collat. c. alias 41. nunc. 21.

Ibid. Regna sequantur. Imperator siquidem Honorius (ait auctor Gallicæ translationis Carminis hujus) *Conciliorum istorum auctoritatem secutus, legem tulit in Pelagianos anno* 418. Verum se ipse exponit Auctor. libro contra collat. cap. 21. alias 41. dum ait, *Sanctæ memoriæ Papa Bonifacius piissimorum Imperatorum catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei non solum Apostolicis, sed etiam regiis utebatur edictis.*

℣. 81. *Discussæ artes.* Quod auctor versionis, *S. Prosperi*, de qua mox, intelligit de litteris ad Innocentium & Zozimum, & de octo canonibus qui videntur a Milevitana Synodo primum conditi, & a Carthaginensi sub Zozimo renovati; Unde Concilium Turonense II. anno 570. antiquos canones Milevitanos appellat, qui in codice canonum Ecclesiæ Africanæ, Concilio Carthaginensi sub Zozimo adtribuuntur, inter quos illi octo canones de Gratia primas tenent. Lovanienses vero illustrator: De canonibus quidem (ait,) nec non de Epistola ad Zozimum etiam ipse consentio, si hic paragraphus a ℣. 79. usque ad 84. intelligendus veniat de rebus Synodicis, de quibus priora & sequentia: verum quia is potius interjectus videtur, parentesis in modum, in eoque Auctor, ut apparet, digreditur ad alia in eadem Ecclesia (ut ita loquar) extra-synodaliter gesta, puta per Augustinum & similes disputatores, crediderim ad privatam ejusmodi Afrorum operam hæc referenda esse. Saltem de litteris ad Innocentium adduci non possum ut credam Auctorem agere. Quippe qui Synodorum a quibus hæ scriptæ sunt, nullam usquam habuit rationem, seu quod illæ non dedita opera pro caussa Pelagiana coactæ essent, sed ex occasione tantum ac obiter de illa cognoverint; seu quod potius eamdem integram detulerint ad primam Sedem, cui proinde adscribendum veniat quidquid hac in parte peractum fuit.

℣. 86. *Et Tercentenis.* Poetice, ut infra ℣. 187. *Mille senum*, &c. Nam in Prosa constanter vocat *ducentos quatuordecim* (alias 217.) *Sacerdotes.* Sed quidni bis centenos potius dixit in versu, æque nimirum poetice, & numero qui a vero propius abesset? Putem numerum rotundum 300. vel ideo imprimis placuisse, quod jam pridem in Patribus primæ synodi Nicenæ consecratus esset. *Ita D. L.* Aliis placet, licet unicuique horum conciliorum non interfuerint Episcopi 220. facile tamen fieri potuisse, utrique Episcopos adfuisse tercentos diversos.

℣. 89. *Pacem.* Dubitari possit an positum phrasi Patrum, Cypriani præsertim, pro communione Ecclesiastica, cui supra ℣. 45. & seq. opponitur.

. . . . *corpore Christi*
Abjungi, & sancto vellent grege dissociari;

an vero phrasi Virgiliana pro venia, ut Eneid. 3. (cui similia sunt alia loca complura.)

Sed votis precibusque jubent exposcere Pacem.

Verum pro communione Ecclesiæ positum esse suadet quod per antithesin additur:

. . . *pulsis* (de Ecclesia) *qui prava tenerent.*

℣. 90. *An alium.* Suspicatur hic erratum ama-

AUGUSTINI LAUS.

Concilium, cui // dux AURELIUS, ingeniumque
AUGUSTINUS erat? quem Chriſti gratia // cornu
Uberiore rigans, noſtro lumen dedit ævo,
Accenſum vero de lumine: nam cibus illi,
Et vita, & requies Deus eſt; omniſque voluptas
Unus amor Chriſti eſt, unus Chriſti eſt honor illi.
Et dum // nulla ſibi tribuit bona, fit Deus illi
Omnia, & in ſancto // regnat Sapientia templo.
ISTIUS ergo inter cunctos, qui de grege ſancto

Uni omnium Auguſtino victoriam de Pelagianis præcipue deberi.

Inſanas pepulere feras, induſtria major,
Majus opus, totum præſtantius imbuit orbem.
Nam quocumque gradum convertit callidus hoſtis,
Quaque per ambages anceps iter egit opertas,
Hujus ab occurſu eſt præventus, mille viarum
Inſidiis aditum non repperientibus ullum.
Cumque foris rabies avidorum excluſa luporum
Frenderet, inque omnes mendacia verteret artes:
Ne mentes ullarum ovium corrumpere poſſet,
Neu dubia obliquis turbaret corda querelis;

Præſtantia librorum Auguſtini pro Chriſti gratia.

Iſtius ore Viri fecit Deus: iſtius ore
Flumina librorum mundum effluxere per omnem,

Ab humilibus ſolis ſalubriter leguntur.

Quæ // mites humileſque bibunt, campiſque animorum
Certant vitalis doctrinæ immittere rivos

CAPUT IV. Extinctam in Pelagianis ab Eccleſia hæreſim in Semipelagianis reviviſcere cœpiſſe.

JAMQUE procelloſæ disjecto turbine noctis,
Heu! nova bella, novi partus oriuntur in ipſo
Securæ // matris gremio: quæ creſcere natis
Viſa ſibi, diſcors horret conſurgere germen,
Degeneres pavitans inimico ex ſemine fœtus,

---

nuenſis Lov. editor & illuſtrator: nec potuiſſe ita ſcribi ab eo qui infra ℣. 484. non inſcius legis metricæ dixit:

Anne ab aquis divina manus, &c.

Vel ergo (ſubdit idem) ſimiliter lege *Anne alium*, &c. vel, certe meo periculo, *En alium*. Auctor tibi erit qui paſſim noſtro Auctori Virgilius; cujus modo obſerva interrogationes ſequentes Ecclog. 1.

En *umquam patrios longo poſt tempore fines.*

Deinde in Pharmaceut.

. . . . . En *erit umquam*.

Ille dies, &c.

Finem vero accipi pro exitu aut ſucceſſu, non pro cauſſa finali ſubjungit idem Doctor.

℣. 91. & 92. *Dux Aurelius, ingeniumque Auguſtinus erat*. Aurelium Carthaginenſem, & Auguſtinum Hipponenſem Epiſcopos intelligi, nemo eſt qui dubitet. Non vero ut olim aliquis utroque nomine unum Epiſcopum Hipponenſem intellexit, cui prænomen *Aurelio*, & cognomen *Auguſtino*; quippe iſtius Concilii ſimul & *Dux* & *Ingenium* fuerit.

℣. 92. *Cornu uberiore*. Fabuloſi illius Cornu copiæ ſeu Amaltheæ fortaſſis in mentem venerit, præſertim cum nec ipſum divinæ litteræ ſpreverint (ait idem Doct. Lovan.:) ſed tamen fruſtra. Reſpexit potius Auctor ad Cornu, quo ſacras olim regum & ſacerdotum inunctiones fieri ſolitas Scripturæ memorant. Ejus ubertatem præ Lenticulæ iſtius inopia, qua Saul & ſimiles mali ominis Principes inuncti leguntur, expendentem vide Gregorium *in* 1. *Reg.* 10.

℣. 97. *Nulla ſibi tribuit bona. Doct. Lovan.* Dictum putaveram ad Ingratorum invidiam, qui contra multa bona ſibi ſuoque arbitrio tribuebant. Sed penitius contextum inſpicienti, occurrit hunc potius ſenſum eſſe: Dum nullum quærit bonum ſuum (*Non quærit quæ ſua ſunt*, ait Scriptura,) non ſuum *cibum*, non *vitam*, *requiem*, *voluptatem*, *honorem*, uti verſibus ſuperioribus bona illa enumerantur; *fit Deus illi omnia* iſta, *cibus*, *vita*, &c. atque in ipſo, tamquam *templo* ſibi unice dedicato, *regnat Sapientia* increata illa, quæ *in malevolam animam non introibit*, *nec habitabit in corpore ſubdito peccatis*. Sap. 1. 4.

℣. 98. *Regnat*. Ex quo, aliiſque toto paragrapho verbis præſentis temporis, colligitur ſcripta eſſe hæc S. Doctore ſuperſtite.

℣. 112. *Quæ mites humileſque bibunt. Doct. Lovan.* Oblique taxat adverſarios ſuos, e contra feroces & ſuperbos, quibus eadem flumina Auguſtiniana non ſapiant. Nam (ait alter:) Mitem atque humilem eſſe oportet qui Auguſtini doctrina de Gratia delectari ac ſalubriter paſci voluerit: adeoque mens elatior, nec ſuæ ſibi imbecillitatis ſatis conſcia, ab ea reſiliat atque offendatur neceſſe eſt.

℣. 116. *Matris*. Eccleſiæ: quæ inducitur ut mulier, cui ſtirpis alienæ, nempe Pelagianæ, fœtus ita ſint ſuppoſiti, ut eos diu ob morum ſpeciem pro ſuis habuerit. *Doct. Lovan.*

℣. 120.

In quibus ante diu, ſpecie fallente, benignus
Errarat genitricis amor, cum obducta // decoris
Moribus, externæ ſtirpis tegeretur origo.
Sic VERIS ſubeunt falſa, & diſcrimine cœco,
Fronte placent, quæ fine latent : ſic laudis amore
Virtutum ſtudium corrumpitur, atque ab honeſto
Principio in vitium exitur plerumque tumoris:
Quo quidam inflantur nunc turpiter, atque // perempti
Dogmatis extinctas tentant animare favillas.
Dum libertatem arbitrii, affectumque volendi
In // naturalis motus virtute locantes,
// Tam bona quemque docent ſectari poſſe ſuopte
// Ingenio, quam poſſe ſubeſt cuique in mala ferri.
QUOD qui confirmas, // quinam diſtabis ab illis,
Qui dicunt, // nullo peccati vulnere læſum
Naturale bonum, cumque illo lumine naſci
Nunc omnes homines, quod primis ingeneratum eſt?
An vero excerpis quædam, quæ // parte reciſa
Suſcipias, cordiſque ſinu purgata recondas?
Dic igitur quidnam inde probes, quid vero refutes,
Et de damnatis quid ſit quod crimine ſolvas.
An dextram pacis // palam dare te pudet hoſti?
Nec tutum eſt // ulla pulſos ex parte tueri
Simpliciter ? Quos non dubitas // excludere templo,
Pelle animo. Nova te diſcordia dividit abs te:
Corde foves, quod in ore premis : // conjungere amicis

ERROR SEMIPEL. Affectum bene volendi homini naturalem eſſe, ut male volendi.

CAPUT V. Illos a Pelagianis non diſcrepare, adeoque publice cum illis pacem inire debere.

℣. 120. *Decoris moribus*. Deſcribit Auctor Semipelagianos initio libri contra Collat. *ut habentes ſpeciem virtutis in ſtudio*, & in Epiſt. ad Aug. dicit horum *apud ſimpliciores* quoſque *magnam eſſe de probitatis contemplatione reverentiam*, num. 2. & ſub finem ejuſdem Epiſtolæ ait, hos *meritis atque bonoribus claros* caligine opinionis ſuæ obſcurari; eodemque alludit, infra ℣. 774. & ſeq.

℣. 126. *Perempti dogmatis*, &c. Sic contra Collat. c. 6. *Quid cineres extincti dogmatis* (Pelagiani) *refovendo, deficientis fumi nidorem in redivivam flammam conaris accendere?*

℣. 129. *Naturalis motus virtute*. *Doct. Lovan.* Infra ℣. 925. diſertius, *naturalem mobilitatem* vocat:

Ut naturali mens vivida mobilitate.

Vide igitur, num & hic legendum ſit *Naturali*, meo certe ſuffragio.

℣. 130. *Tam bona quemque*, &c. ſimiliter Epiſt. ad Auguſt. num. 6. *Quantum quiſque ad malum, tantum habeat facultatis ad bonum; parique momento animum ſe vel ad vitia vel ad virtutes convertere.*

℣. 131. *Ingenio*. *Doct. Lovan.* Non facile dixeris qua notione Proſper plerumque hic utatur hoc vocabulo: raro quidem vulgari illa, pro vi intelligendi; ſed nec ea qua idem paſſim extat apud bonos auctores, nimirum pro rei cujuſque indole. Suſpicatus ſum pro facultate volendi poſitum, neque male ita acceperis ſaltem hoc loco: ſed ſunt alia loca quibus ne hoc quidem quadret. Putem igitur tam late ſumi, ut totam mentem, qua intelligit & qua appetit, ſua ſignificatione complectatur. Atque hæc ſemel monuiſſe ſufficiat.

℣. 132. Lugd. editio. *qui non diſtabis*: & in marg. *tu non diſtabis*.

℣. 133. *Nullo peccati*. Id dicunt Pelagiani ſupra ℣. 10. & ſeq.

Neque diſſimiles nunc naſcier illo &c.

℣. 136. *Parte reciſa ſuſcipias*. *D. L.* Hinc Semipelagianorum nomen; a dimidiato nimirum Pelagianiſmo. Sic ante ipſos quidam Semi-Arriani dicti ſunt, quod Arrii inſaniam nonniſi pro parte ſuſciperent, rati ſcilicet tam hi quam illi, quam prudentiſſime feciſſe, ſi inter partes altercantes mediam quamdam iniiſſent viam: forſitan adducti decantatis iſtis: *In medio virtus.*

. . . *Medio tutiſſimus ibis:*
Inter utrumque vola:
. . . *Medium tenuere Beati*, &c.

quaſi media inter veritatem & errorem via non ſit ipſa quoque erronea.

℣. 140. *Pacis palam*. *Doct. Lovan.* Si ita ſcripſit S. noſter, boni conſule diaſtolen in *palam*, eo præſertim ævo quo primarum ſyllabarum quantitas jam Romanas, nedum Gallicas aures fugere cœperat. Alioqui lege *pacemque palam*.

℣. 141. *Ulla pulſos ex parte*. *Doct. Lovan.* Complano tibi rurſus hanc ſalebram, Lector. Refer iſtud, *ulla ex parte*, non ad *pulſos*, ſed ad *tueri*, ſicque ſententiam accipe: Nec tutum eſt pulſos iſtos vel in ullo ſaltem dogmatis ſui capite ſimpliciter tueri?

℣. 142. *Excludere templo*: uti tunc ſolebant non ſuæ communionis homines, præſertim ſi ob hæreſim ab ea præciſi eſſent. *Doct. Lovan.*

℣. 144. *Conjungere*. Imperativus, ſed ironicus. *Componere* tamen ℣. ſeq. eſt Infinitivus, regiturque a *cupidis*. Doct. Lovan.

℣. 146.

Mentibus, & tecum cupidis componere fœdus
// Lege tua ; jam parce minis, & congrue pactis.
ECCE pererratis terrarum finibus adsunt,
Implentesque tuas lacrymosis questubus aures
Incipiunt : Pulsi mundo, nullaque recepti
Sede vagi, tandem fama exhortante redimus,
Quæque placent vobis amplectimur : edita nobis
Doctrinæ vestræ est pietas : nihil inficiando
Discutimus : liceat vobiscum jungere sensum.
Immortalem hominem factum si creditis, & nos
Credimus, inciderit mortem peccando, suamque
Progeniem culpa & letho devinxerit omnem:
Nullus non egeat sacro baptismate Christi,
Infantesque etiam // purgentur fonte lavacri:
// Dum nostri decus arbitrii, lumenque creatum
Principio, quod sponte potest insistere rectis,
Manserit illæsum, nec viribus absit ab illis,
Quas, condente Deo, generaliter omnis in Adam
Suscepit natura hominis, nec suppetat ulli
De non accepta arbitrii virtute querela:
Cum sine delectu seu Lex, seu Gratia Christi
Omnem hominem salvare velit : donumque vocantis
Sic sit propositum, ut nullus non possit ad illud
Libertate sua, proprioque vigore venire:
Sitque salus dignis salvari ex fonte volendi.
Hæc si vestra fides, vestra est doctrina, remotis
Quæ vestro exemplo rejecimus, addite sanctis
Nos gregibus, tandemque // boni deffendite vestros.

CAPUT VII.

TALIA submissus si defleat hostis apud te,
Quid referes ? quo te affectu comperta movebunt?
Consultas, trepidas, nutas, cunctaris & hæres,
Quove anceps se præcipitet sententia voluis.
Injustum est animis cognatis non dare pacem:
Et quos una fides, eadem sapientia nectit,
His communem aditum // sanctorum ad sancta negare.
Jungere sed fœdus cum talibus, & violare
Sanctorum decreta // Patrum, Regumque piorum
Scriptas lege Dei leges contemnere, multum
Hostile est, nimiumque audax & pernicioſum.

CAPUT VI. Inducit Pelagianos verbis querulosis Semipelagianos interpellantes, ut in gratiam recipiantur ab eis, cum ipsorum probent sententiam.

Non posse qui hæc sentiant Pelagianorum societatem recusare, nisi sententiam mutent ; neque amplecti, nisi palam ab Ecclesia dissentiant.

℣. 146. *Lege tua*. *Doct. Lovan.* Hoc est, iis conditionibus quas ipse præscripseris ; ut ipsimet Pelagiani cap. seq. exponunt. Vulgati conjungebant has voculas cum sequentibus *jam parce*, *&c.* sed sine sensu.

℣. 158. *Purgentur fonte lavacri*. Non idem valet ac simpliciter, *Baptizentur* ; quod Pelagiani numquam rejecerunt : sed fit vis in *purgari* seu a peccatis mundari. *Doct. Lovan.*

℣. 159. *Dum nostri*. *Doct. Lovan.* Egregius poeta noster totus in eo est, ut frustra videatur condemnatus Pelagius, si vel unum ejus dogma, quod etiam Massilienſium erat, integrum maneret.

℣. 172. *Boni* : non *bonis*, aut *bonos*, ut alii, & Lugd. Lov. Duac. & Colon. Est enim locutio bonis auctoribus familiaris, ut Horatio, lib. serm. sat. 4.

. . . *Da veniam*, *Bonus*, *oro*, *Doct. Lov.*

℣. 179. *Sanctorum ad sancta*. *Doct. Lovan.* Id est, ad templa, sacramenta, &c. allusio ad *sancta sanctorum* templi veteris.

℣. 181. *Decreta Patrum*. *Doct. Lovan.* Id est, Pontificum & Synodorum contra Pelagianos.

Ibid. Regumque piorum, *Doct. Lovan.* Imperatorum, Honorii, Theodosii, Constantii, &c. qui contra eosdem edicta publicarunt. Hinc de Bonifacio PP. Auctor contra Collat. c. 6. *Piissimorum Imperatorum catholica devotione gaudebat*, *& contra inimicos gratiæ Dei*, *non solum Apostolicis*, *sed etiam Regiis utebatur Edictis*.

℣. 185.

ERGO Petri ſolium Romam, & Carthaginis altæ.
// Concilium repetant humiles, eademque perorent,
Quæ fruſtra hic // trepido ſunt deplorata favori.
Sed cum // mille Senum prudentia pervigil (olim
Perſpectum notumque tenens, quod // tota nefandæ
Hæreſeos ſumma exigua ſub parte tegatur,
De qua plena mali labes renovetur, & omne
Commenti corpus per ſingula membra reſurgat;)
// Antiquas adhibentem artes // rejecerit hoſtem,
// Limitibuſque ſuis ſteterit cenſura ſalubris:
Numquid non juſtus poterit dolor abdita cordis
Rumpere, & in tales miſeros excire querelas,
Ut dicant : Quænam iſta, Patres, in cordibus almis
Juſtitia eſt ? // quo fine graves, quo fine ſeveri,
Claudere terrarum nobis perſiſtitis orbem?
Noſne ſumus // toto mundo, quorum undique vobis
Sit ſuſpecta fides, quos non tolerare queatis,
// Si noſtra a veſtro vel ſyllaba diſſonet ore?
Non verbis jam nos argumentiſve tuemur:
// Judicium exemplo petimus. Quod // pace manente,
Libera // multorum vox adſtruit, hoc ſine bello

CAPUT VIII. Eadem poſſe queri Pelagianos apud Eccleſiæ Præſules.

Pelagianorum oratio qua poſtulant ſic de ſe judicari, ut vel in Eccleſiam recipiantur, quodque docent Semipelagiani docere permittantur, vel etiam illi una ſecum foras pellantur.

℣. 185. *Concilium*. Videtur S. Proſper ex duobus Conciliis, altero Novemb. 417. altero Maii 1. 418. unum facere.

℣. 186. *Trepido favori*. nempe Maſſilienſium erga Pelagianos; quibus favebant, ſed trepide ob leges.

℣. 187. *Mille ſenum*. Poſitum pro numero magno Epiſcoporum, a quibus Pelagiani in hac ſua propoſitione repulſam paſſuri erant, uti antea tulerant damnationis ſententiam.

℣. 188. *Tota nefandæ Hæreſeos ſumma*, &c. Id proprium hæreſis Pelagianæ, ac magnopere animadvertendum: quod varii illius errores naturali quadam colligatione ita invicem inter ſe contexti, atque alii ex aljis nexi ſunt, ut ſi unicum admiſeris, in cæteros omnes vel invitus devolvare. Id obſervatum jam aliasa S. Proſpero libro contra Collat. cap. ult. *Quia notum eſt, ita ſe falſitatis iſtius habere verſutias, ut ſi ei liceat præteritæ correctionis imagine, aliquod (ſibi faventium) radicis ſuæ germen excipere, totam ſe poſſit in exigua ſui parte reparare*. Ubi notat *Doct. Lovan.* vulgatum iſtius loci mendum, redundantibus vocibus, *ſibi faventitium*, aut certe aliis quibuſdam deſideratis. Ad rem ipſam quod attinet, notat quoque idem hujus hæreſis ingenium Leo. PP. Epiſt. 86. ad Nicet. Aquileien. breviterque etiam alibi notatum a ſancto noſtro, Gratiam Dei, ſi non tota juxta fidem catholicam reciperetur, totam rejici, nullo proinde relicto dimidiandi loco.

℣. 192. *Antiquas artes*. Quibus Pelagius & Cæleſtius quaſi certatim, illi Epiſcopis Orientis, hic etiam Romanis obrepere tentaverant. *Doct. Lovan.*

Ibid. Rejecerit, & ℣. ſeq. *Steterit*. fut. tém. verba: neque enim Antiſtites jam propoſitionem rejecerant, ſed prædicuntur rejecturi. Verum ſatis id monet ſententia ipſa, ſaltem ex quo verſus illos præcedentes cum ipſo adv. *olim*, quod hucuſque turbaverat, parentheſi demum incluſimus. *Doct. Lovan.*

℣. 193. *Limitibuſque ſuis ſteterit cenſura*, id eſt, fixa manſerit Romana & Africana ſententia *D. L.*

℣. 197. *Quo fine*, pro, *quouſque?* Non autem pro eo quod dici ſolet, *qua intentione*. *D. L.*

℣. 199. *Toto mundo* q. d. ſoli ex cunctis hominibus. *D. L.*

℣. 201. *Si noſtra a veſtro* &c. Extenuare conantur ſuum ab Orthodoxis diſſidium (ex Hæreticorum omnium ingenio,) quaſi in verbis ſolum & vocibus ſitum. Porro hunc verſum vulgati codices cum proximis hunc in modum conjungunt,

. . . . *Quos non tolerare queatis?*
Si noſtra a veſtro vel ſyllaba diſſonet ore,
Non verbis jam nos.

Nos Gallum (id eſt virum doctiſſimum qui verſibus & proſa linguæ Gallicanæ reddidit hoc poema) ſecuti ſumus. *Doct. Lovan.*

℣. 203. *Judicium exemplo petimus*: contra quam dici ſolet, *non exemplis, ſed legibus judicari*. Petunt itaque de ſe ſtatui Semipelagianorum exemplo, ut ſi illi abſolvantur, ipſi quoque habeantur abſoluti. Editiones Lugd. Lovan. & Duac. habebant, *extemplo* ſed incongrue. *Doct. Lov.*

Ibid. Pace manente. Id eſt, ſalva communione Eccleſiaſtica, ut ſupra non ſemel. Conformiter intellige ℣. ſeq. *ſine bello*. Doct. Lov.

℣. 204. *Multorum*. Magno enim numero jam inde ab initio fuiſſe Semipelagianos Auctor quoque teſtatur Epiſt. ad Aug. adeo ut ſub finem ejuſdem *paucos* dicat (eorum comparatione) *perfectæ gratiæ intrepidos defenſores*: maxime cum factio ingenti potentia & gratia niteretur, ut idem oſtendit. *Doct. Lov.*

℣. 205. *Inventa ſua*, & ℣. ſeq. *Prima ſtudia*, vocant prima dogmata ſupra cap. 1. expreſſa: quaſi dicant; Non eadem jam eſt noſtra doctrina, quæ primum cum nos damnaſtis: ecce inde recidimus ea de quibus quæſtio, iſta nimirum ſupra memorata cap. 8. toto paragrapho 2. *Doct. Lov.*

℣. 208.

Cedatur nobis. Non // noſtra inventa fovemus,
Nec primis ſtudiis inſiſtimus : ecce reciſum eſt
Unde olim certamen erat, veſtriſque reverſi
Cedimus, & // quæcumque illis placuere, probamus.
// Quid ſupereſt culpæ ? Quo nos decet uſque repelli?
Si vero hæc etiam, // quæ nos pia ducimus, abſunt
A veris, & veſtra illis bene cura repugnat:
Cur extra invidiam, pœnamque erroris habentur
Qui damnata docent, & // per clara oppida tuti,
His magnos implent populos, quæ nos perhibentes
Plectimur, & nulla ſinimur conſiſtere terra?
Hæc in Pontificum ſancto deprompta ſenatu,
Quam curam exigerent, & quæ decreta moverent,
Perſpicis. An quoniam culpa ſecurus operta
Non premeris Synodo, nec te pœnæ metus urget,
Spernis propoſiti ſpeciem terroris, & iſthæc,
Plena velut vanis ſimulacris ſomnia rides?
Ergo gerendorum eventu, & fine remoto,
Hæc tantum in medium quæ jam ſunt geſta vocemus:
Ut facile ex illis, quale hoc ſit diſcutiatur,
Quod diſceptantes dudum in diverſa // movemur.

℣. 208. *Quæcumque illis:* nempe Semipelagianis, quos adhuc pro *veſtris*, ſeu veſtræ communionis habetis. Jam enim cap. 8. paratos ſe gerunt toti horum doctrinæ ſubſcribere.

Quæque placent vobis, aiunt, *amplectimur*.

℣. 209. *Quid ſupereſt?* &c. Vulgati (Lugd. Lov. Duac. & Colon.) ferebant.

Quid ſupereſt culpæ, quo nos decet &c?

Sic ut *quo* eſſet ſexti caſus relativum, afficeretque, *quid culpæ*. Nos autem ita reſtituimus, uti putamus ab Auctore ſcriptum ex Æneid. 5.

Qui finis ſtandi? quo me decet uſque teneri?

ubi perſpicua eſt Tmeſis in *quouſque*. *Doct. Lovan.* Hunc ſenſum ſecutus eſt quoque translator Gallicus.

℣. 210. *Quæ nos*. nimirum una cum *veſtris*, ſeu Semipelagianis: agitur namque de dogmatis utrique ſectæ communibus. *Doct. Lov.*

℣. 213. *Per clara oppida* & ℣. ſeq. *Magnos populos*. Videlicet *Maſſiliæ*, *vel aliis etiam locis in Gallia*, ut ait Hilarius Epiſtola ad Auguſtinum. Hinc etiam tota factio *Maſſilienſium* nomen accepit, & Auctor quoddam opuſculum contra Capitula *Gallorum* ſcripſit. Reſpondit quidem hic etiam ad excerpta *Genuenſium*; ſed hi Semipelagiani non erant, ut excerpta illa indicant: quapropter Italiam ab hac labe immunem fuiſſe credidero. *Doct. Lovan.*

℣. 225. *Movemur*. Gallus (translator) *vocamur*: nec fortaſſis incongrue: niſi tertius retro verſus eodem iterum verbo clauderetur. *Doct. Lovan.*

SANCTI PROSPERI
CARMEN
DE INGRATIS
PARS SECUNDA.

ARGUMENTUM.

PRÆCIPUA Pelagii dogmata, vel ipsis fatentibus Semipelagianis, ab Ecclesia damnata, percurrit. Cap. 9.
Tum proponit illorum doctrinam, cujus duæ partes sunt. Cap. 10.
Una est, universis prorsus hominibus offerri Gratiam a Deo, qui vult omnes homines salvos fieri. Altera liberum arbitrium in caussa esse, cur unus gratiam amplectatur, alter respuat; unus perseveret, alter non perseveret, eo quod gratiæ opem Cap. 12.
sibi comparare neglexerit, quod omnes possunt, cum ex primigeniæ integritatis reliquiis satis virium in natura residuum fuerit ad opem Dei desiderandam & postulandam. Cap. 20.
Primam partem de Gratia omnibus oblata per quam salvi esse possint, refellit tum exemplo eorum Infidelium qui de fidei mysteriis nihil umquam audierunt, Cap. 11. & 12.
quosque adeo certum est non potuisse nec gratiæ nec salutis esse participes: Tum Cap. 13.
hac ratione, Quod si Deus omnes penitus homines, nemine excepto, salvos fieri vellet, omnes salvarentur, cum haud dubie impleatur quidquid vult Omnipotens. Ut autem alteram partem confutet, duo facit; Primum quidem, qua ratione in animis Cap. 14. 15. 16. & 20.
nostris gratia operetur explanat, nempe non consilio tantum benignoque hortatu docens, suadensque, sed mutans intus mentem, faciensque insuperabiliter ut velit. Deinde vero demonstrat ante gratiam illam, quæ velle & operari in nobis operatur, Cap. 16. 17. 18. 19. & 25.
neminem posse seipsum præparare ad gratiam; quoniam fides, quæ prima datur per quam cætera impetrentur, gratuitum Dei donum est, neque ante illam quidquam agere homo potest, quo ipsam emereatur, cum omnia etiam probitatis opera nisi ex semine veræ fidei oriantur, peccata sint. Cap. 19. Cap. 16.

INTER multa suis quæ tradidit hæresiarches,
// (Quod cognoscis,) ait, naturam quæ bona facta est,
Nullis cum vitiis in quoquam omnino creari,
Nec cuiquam primi culpam nocuisse parentis,
Et quoniam tales nascantur nunc quoque, qualis
Ille fuit nostri generis pater ante reatum:
Posse hominem sine peccato decurrere vitam,
Si velit, ut potuit nullo delinquere primus
Libertate sua. Nempe hæc damnata fateris
// Conciliis // mundique manu. Connectit & illud
Idem auctor, quod Lex ita sanctos miserit olim
Cælorum in regnum, sicut nunc gratia mittit.

CAPUT IX. Hæreseos Pelagianæ capita, quæ ipsis fatentibus Semipelagianis ab Ecclesia damnata sunt. Hominem ab omni peccati labe purum nasci. Posse unumquemque, si velit, sine peccato ducere vitam.

Per Legem Moysi salutem obtineri potuisse.

℣. 227. *Quod cognoscis*) Turbabant & hæ voces; ideoque parenthesi includimus.

℣. 235. *V. supra*) ℣. 42. & 76.

Ibid. Mundique manu.) De sæculari Imperatorum potestate interpretatur Gallus (de lege scilicet Honorii Imperatoris.) Non nemo alius intelligit de generali subscriptione, qua cujusvis ordinis homines promiscue Pelagianos damnare cogerentur. Simplicius erat accipere de consensu, quo conciliorum Africæ *constitutionem contra inimicos gratiæ Dei totus mundus amplexus est*, ut supra dicentem audivimus Auctorem ipsum ad ℣. 78. Si tamen de subscriptione intelligendus sit locus, tum audire malim Pelagianos, qui apud August. l. 4. ad Bonif. c. 8. *Episcopis sine congregatione Synodi in locis suis sedentibus subscriptionem* queruntur. *extortam*, de cæteris vero ordinibus altum tacent. *Doct. Lov.*

Hoc quoque // judicio ſancto ſcis eſſe peremptum.
Gratiam ſecundum merita dari. Objectum eſt aliud // ipſum dixiſſe magiſtrum;
Quod meritis hominum tribuatur gratia Chriſti,
Quantum quiſque Dei donis ſe fecerit aptum.
Sed nimis adverſum hoc fidei, nimiumque repugnans
Eſſe videns, dixit ſe non ita credere, & illos
Damnari dignos quorum mens iſta teneret.
Quo cernis, cum judicibus damnantibus iſta
Conſenſiſſe reum: nec quemquam hoc poſſe tueri;
Quæ tamen ipſe ſuis rurſum // excoluiſſe libellis
Detegitur, reprobum in ſenſum fallendo reverſus.

CAPUT X.

Nunc igitur, quoniam quid noſtris diſplicuiſſet
SEMIPELAGIAN. DOCTRINA. Oſtenſum eſt; quam ſana fides ſit veſtra pateſcat.
// Gratia qua Chriſti populus ſumus, hoc cohibetur
Limite // vobiſcum, & formam hanc adſcribitis illi,
Gratia omnes invitat, nec ullus eſt cui ſalutem adferre non ſtudeat. Ut cunctos vocet illa quidem, invitetque; nec ullum
Præteriens, ſtudeat communem adferre ſalutem
Omnibus, & totum peccato abſolvere mundum.
Sed proprio quiſque arbitrio paret vocanti. Sed proprio quemque arbitrio parere vocanti,
// Judicioque ſuo, mota ſe extendere mente
Ad lucem oblatam, quæ ſe non ſubtrahat ulli,
Eoſque juvat gratia qui juvari volunt & illuſtrari. Sed cupidos recti juvet, illuſtretque volentes.
Hinc adjutoris Domini // bonitate magiſtra,
In quibus adjuvante Domino creſcunt poſtmodum virtutum ſtudia. Creſcere virtutum ſtudia, ut quod quiſque petendum
Mandatis didicit, jugi ſectetur amore.
Eſſe autem edoctis iſtam communiter æquam
Ita ut nullis non adſit perſeverandi facultas. Libertatem animis, ut curſum explere beatum
Perſiſtendo queant; finem effectumque petitum
Dante Deo, ingeniis qui numquam deſit honeſtis.
Verum ex libero arbitrio evenit, ut alter perſeveret, alter non perſeveret. Sed quia non idem eſt cunctis vigor, & variarum
Illecebris rerum trahitur diſperſa voluntas;
Sponte aliquos vitiis ſuccumbere, qui potuiſſent
A lapſu revocare pedem, ſtabileſque manere.

CAPUT XI.

Jam quia ſummatim, ut potuit, ſententia veſtra
COMPUTAT ILLAM DOCTRINAM. Decurſa eſt: Dic unde probes quod gratia Chriſti
Nullum omnino hominem de cunctis qui generantur,
Prætereat, cui non regnum vitamque beatam

¥. 238. In concilio Dioſpolitano.

¥. 239. *Ipſum dixiſſe magiſtrum*) In eadem Synodo quidem tam ſequens, quam præcedens articulus, tamquam a Cæleſtio aſſertus objicitur: ſed quod diſcipulus aſſeruerat, merito Pelagio ut *Magiſtro* adtributum eſt. Cæterum ad hunc poſteriorem *reſpondit Pelagius*: *Hæc utrum Cæleſtii ſint, ipſi viderint, qui dicunt ea Cæleſtii eſſe; ego vero numquam ſic tenui, ſed anathematizo qui ſic tenent*. Vide Aug. lib. de Geſt. Pelag. cap. 14. Quo libro reliqua etiam, quæ hic de Synodo iſta dicuntur, videri poſſunt. *Doct. Lov.*

¥. 247. *Excoluiſſe libellis*) Hoc illi Auguſtinus multis locis improperat, ac in primis lib. de Grat. Chriſti. Item de Peccat. origin. Porro, *excoluiſſe libellis*, dictum eſt ut ſupra, *Verſibus exvolui*. Doct. Lov.

¥. 251. *Gratia*) Sapientiæ in Scripturis, maxime Prov. Sap. Eccl. &c. perſona adtribuitur; quæque de illa dicuntur, promiſcue de Increata & creata, pro locorum diverſitate accipiuntur ab Interpretibus. Idem hic tantum de Gratia monitum velim; cætera relinquens vario Lectorum palato.

¥. 252. *Vobiſcum*) Edit. Lugd. *nobiſcum*, & ¥. ſeq. *nec illum*, ubi cæteri, *vobiſcum* &, *nec ullum*.

¥. 257. *Judicioque ſuo*) Puto, *Judicium voluntatis*, intelligi, ut vocat Julianus lib. 4. contra Julian. c. 4. ſeu liberam electionem. *Doct. Lov.*

¥. 260. *Bonitate magiſtra*) Id eſt, docente; unde mox,

Mandatis didicit .... &,
Eſſe autem edoctis &c.

Ad dictionem quod attinet, præiverat illi Æneid. 12.

. . . . *Non arte magiſtra*. Doct. Lovan.

¥. 275.

Impertire velit ? // Nec enim vel tempore noſtro
Omnibus in terris jam certum eſt inſinuatum
Chriſti Evangelium : ne dicam, exordia // doni
Non potuiſſe ſimul toto decurrere mundo.
Illa quidem ad cunctos ferri ſunt juſſa : ſed uno
Tempore non agitur, quod tempore dicitur uno.
Dumque ſuis aditus Domino pandente miniſtris,
Creſcunt primitiæ, fuerint omnino neceſſe eſt
Quædam terrarum partes, ubi gratia nondum
Corda hominum tenebris // abſolverat // impietatis,
Et dira innumeri demerſi nocte peribant,
Cum multæ accepto fulgerent lumine mentes.

Dici non poſſe quod nemo ſit cui non detur Chriſti gratia,& quem ſalvare non velit.
Quod eorum exemplo probat, qui de fidei myſteriis nihil acceperunt. *Matth.* 28. 19.

CAPUT XII. RESP. SEMIPEL.

An bonitas divina quidem non deſtitit omnes
Velle vocare homines, // ſed non ſimul apta fuerunt
Corda, quibus poſſent conferri dona ſalutis;
Dum morum obſiſtit feritas truculenta // magiſtris,
Difficileſque aditu // tranſcurrit gratia gentes:
Ut quoniam lucem offerri voluiſſet, & ipſis
// * Demonſtrare Deus ; ſua quemque adverſa voluntas,
Arguat, & culpa obſtringat, quia // lumine primo
Per vitia oppreſſo, ſit facta indigna ſecundo?

Quibus fides non eſt annuntiata, eos lumine naturæ per vitia oppreſſo, aptos non fuiſſe quibus dona ſalutis conferrentur.
* *f.* monſtrare.

CONFUTAT. Qui hoc dicunt in duas Pelagii hæreſes incidere. 1. Naturam humanam non eſſe læſam, utpote quæ gratiam appetere, ſeque ad eam præparare poſſit. 2. Gratiam ſecundum merita dari.

Quod ſi firmatur, nequicquam plectimus illos,
Qui nullum // innatum vitium naſcentibus ajunt,
Incolumique omnes cum libertate creari:
Gratia quos Chriſti meritorum examine juſto
Eligat, & dignos vita vocet, accipiatque.
Namque // utrumque ſimul ſapitis, qui dicitis, Omnes

℣. 275. *Nec enim* &c.)Videſis idem argumentum, reſponſ. ad capit. Gall. c. 4. *D. L.*

℣. 277. *Doni*,) Evangelii: ſicut infra ℣. 289. *Dona ſalutis*. *D. L.*

℣. 284. *Abſolverat*) Fateor, in editis antiquioribus eſſe *Abſorpſerat:* ſed repugnat ſententia; & credendum eſt hic ſcriptum fuiſſe *tenebris abſolverat*, ſicut infra ℣. 881. *Pœnaque abſolvere*. *Doct. Lovan.* Idem jam ante ex conjectura certa indicatum a traductore. Utriuſque judicio fulti, & inſuper Doctoris exemplo, hanc vocem textui reſtituere non dubitavimus.

Ibid. Impietatis:)pro infidelitate, ut non ſolum Libri ſacri, ſed etiam prophana judicia olim loquebantur. Hinc Chriſtiani *Impietatis* ſeu *Atheotetos* damnati (a paganis errantibus.) *Doct. Lov.*

℣. 288. *Sed non ſimul*) Sic Ep. ad Rufin. cap. 15. *An dicendum eſt*, inquit, *voluntati Dei humanas obſiſtere voluntates, & tam feros tamque intractabiles horum hominum mores, ut Evangelium ideo non audiant*, (hoc eſt, ipſis non prædicetur,) *quia prædicationi impia corda non pateant?* Quod effugium ibidem egregie quoque præcluditur. *Doct. Lovan.*

℣. 290. *Magiſtris*) Id eſt, Prædicatoribus: *D. L.*

℣. 291 *Tranſcurrit:*) non pro *percurrit*, ut infra. 581. Sed pro *prætercurrit*, ſeu *præterit*. Agitur enim de gentibus, quas, ut dicitur infra 650. *Gratia neglexit degentes mortis in umbra*. D.L.

℣. 293. *Demonſtrare* &c.) Phraſis dura, nec *S. Proſperi*.

ſapiens Proſperi facilitatem. Putem omnino legendum, *Se monſtrare;* ut periodi ſenſus ſit, Deum omnibus lucem oblatam voluiſſe, ac re ipſa obtuliſſe, qua unum ſaltem Deum verum agnoſcerent; atque illis ſufficienter ſe ipſum monſtraſſe: at etiam oblaturum fuiſſe lucem Evangelii, qua cætera ad ejus cultum pertinentia noſcerent, niſi prima iſta luce per vitia oppreſſa, ſe altera illa indignos reddidiſſent. Eſtque plane conformis locus Auctoris Epiſt. ad Aug. poſt. medium. *Quandoquidem, ajunt, inexcuſabiles ſint, qui & ad unius veri Dei cultum potuerint inſtrui intelligentia naturali, & Evangelium ideo non audierint, quia nec fuerint recepturi*. Doct. Lovan.

℣. 294. *Lumine primo*) nempe *intelligentia naturali*, iſta de qua loco citato. ℣. ſequ. vero *Secundo*, id eſt, *Evangelio*, ut ibidem *Doct. Lov.*

℣. 297. *Innatum*) potius quam *illatum*, ut alii: tum quod infra ℣. 826. ſimiliter legatur,

Nunc talem Innaſci &c.

tum quod illa hic *innatum naſcentibus*, ſibi concinnitate quadam congruant. *Doct. Lovan.* Hoc in margine notarant edit. anteriores & emendaverat jam translator eruditiſſimus.

℣. 301. *Utrumque ſimul ſapitis*) cum Pelagianis: videlicet & quod homines cum incolumi & primigenia iſta libertate naſcantur, & quod gratia vocet eos quos meritorum examine juſto invenit vocatione dignos. Primum nempe ſapiunt aſſeruntque duobus verſibus proximis, alterum vero cæteris ſequentibus. Quod ut clarius videatur, juvabit eoſ-

Omnibus oblatum potuiſſe // apprendere munus:
Naturæ quoniam non ſit detracta facultas:
Nec ſine juſtitia pereant, qui mentis honorem
Sordibus obruerint vitiorum, ut lumen ab alto
Emiſſum, indigna nollet requieſcere ſede.
Sic, quod naſcendo eſt unum, diſtare volendo:
Ut meritum ad paucos, naturaque ſpectet ad omnes.

CAPUT XIII. Oſtendit ſecundo, non talem eſſe in Deo ſalvandi omnes voluntatem qualem illi volebant. *Pſal.* 113. 3. Eo quod non omnes re ipſa ſalventur, aut ad fidem veniant, & ſi quidquid vult Deus haud dubie impleatur.

SED tamen hæc aliqua ſi vis ratione tueri,
Et credi tam ſtulta cupis: jam pande quid hoc ſit,
Quod bonus omnipotenſque Deus, non omnia ſubdit
Corda ſibi, pariterque omnes jubet eſſe fideles?
Nam ſi nemo uſquam eſt, quem non velit eſſe redemptum:
Haud dubie impletur quidquid vult ſumma poteſtas.
Non omnes autem ſalvantur, magnaque pars eſt
Quæ ſedet in tenebris mortis, nec vivificatur.
An varii motus animorum talia gignunt,
Libertaſque facit cauſſam non omnibus unam?

RESP. SEMIP. Deus omnes vult ſalvare, neque tamen omnes ſalvantur, quia hoc libero arbitrio alii volunt alii nolunt.

Ergo hominis valida arbitrio divina voluntas,
Aut etiam invalida eſt, // operis cui finis in illo eſt.
Quem fruſtra juviſſe velit, niſi // præferat ille
Affectum, cujus comitetur gratia curſum.

CONFUT. Indigniſſimum eſt voluntatem hominis impedire ne fiat quod vult omnipotens.

At ſi dimota certandi nube, ſerenis
Quæ ſunt vera oculis mecum intueare modeſte:
Et vetera exemplis manifeſtis plena videbis
Sæcula, & in noſtro cognoſces tempore multa
Quæ doceant, virtute Dei converſa malorum

CAPUT XIV. Oſtendit gratia & virtute Dei omni tempore converſa eſſe peſſima corda, quibus nihil rectæ voluntatis umquam inſederat.

Corda, quibus recti nihil umquam inſederat, & quæ
Nullum juſtitiæ ſignum ſenſumve gerebant.
Namque ut nunc ſævas gentes & barbara regna,
Ignoti prius aut ſpreti nova gratia Chriſti
Adtrahit, & terra templum ſibi condit in omni:
Sic prius immites populos, urbeſque rebelles,
Vincente obſtantes animos pietate, ſubegit.

Gratiam non operari docendo ſolum, hortando, ſuadendo: Sed efficaciter mentem immutando, & volentes ex nolentibus faciendo

Non hoc conſilio tantum hortatuque benigno
Suadens atque docens, quaſi normam Legis haberet
Gratia: ſed mutans intus mentem, atque reformans,
Vaſque novum ex fracto fingens, // virtute creandi.

dem verſus per ſe ſatis obſcuros, brevi Paraphraſi elucidare. Itaque.

Ibid. Omnes omnibus oblatum) Id eſt, omnes nationes & homines ſui arbitrii merito potuiſſe efficere, ut ſibi Evangelium annuntiaretur: nimirum non admittendo obſtantem cordis duritiem, morumque feritatem (quando quidem integram ad id libertatem non amiſiſſent) Adeo ut qui auditione Evangelii fruſtrati ſunt, eam præciſe ob cauſſam illa ſunt fruſtrati, quia dignum Evangelio locum in ſe ſuis propriis meritis non præpararunt. Atque ita fieri, ut qui nativa arbitrii libertate ſunt æquales, diſpari ejuſdem uſu inæquales efficiantur; ſitque meritum paucorum, licet naturalis merendi facultas ſit omnium. *Doct. Lovan.*

℣. 302. *Apprendere*) pro *aſſequi* (ut etiam ℣. 845.) eſt inclinantis latinitatis vocabulum, tandem etiam vernacule uſurpari cœptum pro *addiſcere*: Obiter autem notari poteſt, quomodo hunc infinitivum Auctor phraſi ſibi familiari continuo mutet in ſubjectivum, cum poſt verſum interpoſitum pergit:

Nec ſine juſtitia pereant &c.

pro, *perire*. Doct. Lov.

℣. 320. *Operis Finis*.) Id eſt, ſucceſſus. *Doct. Lovan.*

Ibid. In illo eſt) nempe arbitrio, ut prima fronte apparet. Sed quæ ſequuntur. ℣. ſequenti *Quem*, & *Ille*, indicant omnia ſimul eſſe relativa *Hominis*. ℣. præced. *Doct. Lovan.*

℣. 321. & ſeq. *Præferat affectum cujus* &c.) eo ſenſu quo quis facem aut ſignum *præferre* dicitur. Quod notatum oportuit ob vocis & phraſis ambiguitatem. *Doct. Lovan.*

℣. 338. *Virtute creandi*.) Id eſt, eadem virtute & potentia nunc reformans, qua olim formavit: hinc enim mox illud;

Quod fecit, reficit. Doct. Lov.

℣. 340.

Non iſtud monitus Legis, non verba Prophetæ,
Non // præſtata ſibi præſtat natura ; ſed unus
Quod fecit, reficit. Percurrat Apoſtolus orbem,
Prædicet, hortetur, plantet, riget, increpet, inſtet,
Quaque viam verbo reſeratam invenerit, intret:
Ut tamen his ſtudiis auditor promoveatur,
Non doctor, neque diſcipulus, ſed gratia ſola
Efficit, inque graves // adolet plantaria fructus.
HÆC ſemen fidei // radicem adfigere menti,
Eque ſinu cordis validum jubet edere germen.
Hæc maturandam ſegetem ſervatque fovetque;
// Ne lolium & tribuli, & vanæ dominentur avenæ:
Ne ventus frangat, torrens trahat, æſtus adurat:
Neu cum ſe nimium læta & præfortis in altum
Extulerit, turpi procumbat ſtrata ruina.
ET nos iſta, // inquis, ſentimus de bonitate
Ac virtute Dei : // quæ ni foveatque regatque
Quos vocat, & tutos peccato præſtet ab omni;
Non ſua ſervabit quemquam prudentia, nec ſe
Perficiet ſolis naturæ viribus ullus.
Sed quia jam in nobis & velle & nolle creatum eſt,
Arbitriique ſui quo vult intendere motus
Libertas // accita poteſt, patuitque per aurem
Judicio cordis, quo mundum propoſuiſſet
// Conſilio ſervare Deus : mens excita longum

virtute omnipotenti.
Quod præſtare non poteſt nec lex,
Nec verbi divini præcones,
Nec natura ſibi ipſi dimiſſa.

Gratiam efficere ut fides radicem agat in cordibus hominum, ut germinet, ut creſcat, ut matureſcat, ut conſervetur ac perſeveret uſque in finem.

CAPUT XV.

SEMIPELAGIANORUM. ficta Eccleſiæ dogmatum approbatio.
Fatentur hominem per ſe nec juſtitiam nec ſalutem conſequi poſſe aut perſeverare.

Sed contendunt vocanti & hortanti Deo aſſentiri propria arbitrii libertate, cujus ille cona-

¥. 340. *Præſtata*) D. L. legi mavult, *Proſtrata*, etſi Editiones omnes legant *Præſtata ſibi :* id eſt, ſibi dimiſſa, inquiunt ; nec etiam careret elegantia a conjugatis, ut vocant,

Non Præſtata ſibi Præſtat natura.

Tamen legendum *proſtrata* putat, tum quod proſtrata natura etiam infra repetatur ¥. 889.

Sed Proſtrata ſemel quanto natura profundo &c. tum quod ¥. 398. & ſeq. in eamdem ſententiam legatur:

Nemo alii dat, nemo ſibi ; non Littera Legis
Nec naturalis ſapientia (en quod dicit *Natura*: ſic autem proſequitur) *quæ ſemel acta*
In præceps &c. quod idem eſt ſane ac *proſtrata.*

¥. 346. *Adolet.*]Sic etiam ad Capit. Gall. ſent. 6. *Arbitrium hominis* (libertatem) *gratia Dei non abolet, ſed adolet,*

P. Ramus in illud Pharmaceut.

Verbenaſque adole pingues :

Adole, inquit, *proprie eſt Auge, & hic Cat, euphemiaſmon, pro Incende dicitur.* Noſter igitur inuſitatius quidem fortaſſis, ſed tamen proprie hanc vocem poſuit. *Doct. Lov.*

¥. 347. *Radicem adfigere menti*) Dixerat Virgilius Georg. 2.

. . . . . *Radicem adfigere terræ.*

Quin totus hic pene paragraphus e Georgicis expreſſus eſt. *Doct. Lovan.*

¥. 350. *Ne lolium* &c.) Ramus in ſimilem Virgilii verſum Eclog. 5.

Infelix lolium, & ſteriles dominantur avenæ :
Lolium, ait, *Græcis eſt zizanion, Francis yuræa: Verſus idem repetitur* Georg. 1.

Lappæque, tribulique, interque nitentia culta.
Infelix lolium &c.

Officit oculis, quod Ovidius 1. *Faſt. teſtatur:*

Et careant loliis oculos vitiantibus agri.

Tum ita pergit de *avenis* eodem verſu: *Avena primum frumenti vitium eſt, ait Plinius l.* 18. *c.* 17. *Sterilis porro dicitur ad differentiam ſalivæ: vana pro eodem dicitur. Georg.* 1.

Expectata ſeges vanis illuſit avenis. Doct. Lovan.

¥. 354. *Inquis*) potius quam, *inquit*, ut Vulgati: cum aliquot his capitibus perpetua ſit hominis Semipelagiani allocutio. *Doct. Lov.*

¥. 355. *Quæ ni* &c.) Idem fatetur Collator lib. contra Collatorem cap. 3. & 4. quod quidem *ſuis interdum motibus homo ad virtutum appetitus poſſit extendi, ſemper vero a Domino indigeat adjuvari:* & bonarum voluntatum principia, *niſi a Deo dirigantur, ad conſummationem virtutum pervenire non poſſint:* quod poſtremum quidem hic ita effertur.

. . . . . *Nec ſe*
Perficiet ſolis naturæ viribus ullus. Doct. Lovan.

¥. 361. *Accita*) Id eſt, *provocata*, improprie proculdubio. Gallus ſatis appoſite in Proſa: *Lorſqu' on luy a propoſe quelque choſe.* Doct. Lov.

¥. 363. *Conſilio*) Gallus de magno conſilio miraque œconomia Redemptionis noſtræ intelligere videtur. Hinc ſatis quidem magnifice:

Lors qu' on lui a fait ouir ces moyens ineffables,
Dont un Dieu daigne uſer pour ſauver les coupables.

Dubitem tamen, an non ſenſus germanus ſit: *Quo mundum propoſuiſſet* &c. id eſt, quid ad ſalutem Deus a nobis velit. Porro *propoſuiſſet* phraſi Auctoris poſitum eſt, pro *propoſuerit*, ut ſupra ¥. 249. *Diſplicuiſſet* & ¥. 292. *Voluiſſet.* Doct. Lov.

¥. 365.

tum ſequatur & perficiat.

CAPUT XVI. CONFUTANTUR. Dogmate iſto everti veram Chriſti gratiam, quia foris extra animum hominis conſtituatur, quaſi cordis januam pulſet tantum, non aperiat.

* *fore* ablativo caſu. Itaque hoc pacto gratiam proprie non agere, ſed liberum arbitrium: veluti cum quis auditis vel lectis quæ placent aut diſplicent, varie commovetur animi affectus, non his quæ audit vel legit adſcribi debet, ſed libero ejus arbitrio quod ſeipſum pro ſuo nutu huc illuc torquet & flectit. Contra vero gratia flectit voluntatem quo vult omnipotentiſſima virtute. Nec ullum eam remoratur obſtaculum.

Excutiat ſomnum; ſeque illi ſubdat & aptet,
Qui // cupidam & fidam promiſſa // in gaudia ducat.
Hoc eſt nobiſcum quod te ſentire ferebas?
Hæc ſincera fides? Hæc Chriſti gratia tecum eſt?
Cujus opus //, fixo diſtinctum limite, totum
Extra hominem ſtatuis // clauſa penitus * fore mentis:
Vixque Deum // ſenſus carnis permittis adire,
Per quos ſumpta foris animus dijudicet intus,
Seque ferat quoquo librata examina pondus
Preſſerit arbitrii: veluti cum voce loquentis,
Aut rerum actarum // ſpecie, quas vidimus, aut quas
Legimus: exoritur ſecreta cordis in aula,
Nunc amor, aut odium, nunc ſpes, metus, ira, dolorque:
Nec tamen hos motus ſcriptor, narrator, & // auctor
Inſevere animo, (quamvis forte hoc quoque vellent;)
Sed de // perceptis mens judex ſponte movetur,
Et // pro more ſuo, quantum ſe exercuit iſtis,
Tranſit in affectum quem confirmaverit ex ſe,
Illa volendo ſequens, iſtis nolendo reſiſtens.
At vero omnipotens hominem cum gratia ſalvat,
Ipſa ſuum conſummat opus; cui tempus agendi
Semper adeſt quæ geſta velit: // non moribus illi
Fit mora, non cauſſis anceps ſuſpenditur ullis.
Nec quod ſola poteſt, cura officioque miniſtri
Exequitur, famuliſve vicem committit agendi.

Non miniſtrum qui prædicando extrinſecus plantat aut rigat aliquid eſſe, ſed Deum qui dat intus incrementum. Admirabiles gratiæ effectus in mentibus humanis.

Qui quamvis multa // admoveant mandata vocantis;
Pulſant, non intrant animas. Deus ergo ſepultos
Suſcitat, & ſolvit peccati compede vinctos.
Ille obſcuratis dat cordibus intellectum:
Ille ex injuſtis juſtos facit, indit amorem

℣. 365. *Cupidam & fidam.*] Reſpici videtur ad duo illa, quæ Maſſilienſes prævie ad gratiam requirebant; nempe deſiderium ſanctitatis & fidem: vel ad deſiderium tantum, ſed conſtans illud & continuatum, cui iidem & gratiam & perſeverantiam acceptam referebant. *Doct. Lov.*

Ibidem. In Gaudia) Gallus, *præmia:* ſed vulgatam noſtramque lectionem probat, primo quod ſi *præmia* legendum foret, tum aptius *ad præmia* dictum fuiſſet; deinde, & præcipue, quod reſpici videatur ad locum Evangelii, *Intra in gaudium Domini tui*: unde etiam quod in textu præcedit, ubi ſervus *fidelis* appellatur, puto hic expreſſum per illud *Fidam*. Doct. Lovan.

℣. 368. *fixo diſtinctum limite*) Sic ſupra ℣. 251. & ſeq.

. . . *hoc cohibetur.*
Limite vobiſcum.

℣. 369. *Clauſa fore*,) ſeu janua: non clauſæ, ut alii. *Doct. Lovan.*

℣. 370. *Senſus carnis*) propter illud ℣. 361.

. . . *Patuitque per aurem.*

℣. 374. *Specie*) alias *ſpecies;* ut ille ſit rectus verbi *exoritur:* ſed cum ſequatur mox alius, nempe, *amor*, *odium*, &c. neceſſe eſt ut hic ſit obliquus, perinde ut *Voce loquentis*. Doct. Lov.

℣. 377. *Auctor*) Jam ex conjectura, Gallo meo conſentiente, ſubſtitueram *Actor*, ut ſic tria hæc, *ſcriptor*, *narrator*, *& actor*, convenirent cum tribus illis ſuperioribus, *Voce loquentis*, *rerum actarum ſpecie quas vidimus*, *& quas legimus;* cum lucem attulit Saluſtii locus, oſtendens *Auctorem* etiam pro *actore* poni poſſe, adeoque nihil hic in Vulgatis immutandum eſſe: ſic enim ille paulo poſt initium Catilin. diſtinguit rerum *Scriptorem* & *Auctorem*, ut *Auctorem* dicat qui eas agit. *Doct. Lovan.*

℣. 379. *Perceptis*) Doct. Lovan. reſtituiſſe ſe dicit ex editis antiquioribus, *Præceptis*, cum recentiores haberent, *perceptis*, ſic autem intelligi voluit, ut Æneid. 6.

Omnia Præcepi atque animo mecum ante peregi.

Nos autem conſultis antiquioribus editis, Lugd. Lovan. & Duac. legimus uniformiter *perceptis*. Sola editione Colonienſi & poſteriori Lugdunenſi habente *præceptis*. Ideo non mutavimus.

℣. 380. *Pro more ſuo*) Id eſt, pro quibus eſt moribus ac ingenio. Ita Saluſtius in Jugurth, *Sibi quiſque pro moribus conſulunt, alii fugere, alii arma capere*. Doct. Lovan.

℣. 385. *Non moribus*) contra illud ℣. 290.

Dum Morum obſiſtit feritas. Doct. Lov.

℣. 389. *Admoveant*) quaſi ad *pulſandum* ac *intrandum*, ut ſequitur. Non igitur *admoueant*, ut aliqui Doct. Lovan.

Quo redametur amans ; & amor quem conſerit, ipſe eſt.
Hunc itaque affectum, quo ſumunt mortua vitam,
Quo tenebræ fiunt lumen, quo immunda niteſcunt,
Quo ſtulti ſapere incipiunt, ægrique valeſcunt,
Nemo alii dat, nemo ſibi, non littera Legis,
Nec naturalis ſapientia, quæ ſemel acta
In præceps, labi novit, conſurgere neſcit:
// Et licet eximias ſtudeat pollere per artes,
Ingeniumque bonum generoſis moribus ornet;
Cæca tamen finem ad mortis per devia currit,
Nec vitæ æternæ veros adquirere fructus
De falſa virtute poteſt, vanamque // decoris
Occidui ſpeciem, mortali perdit in ævo.
Omne etenim probitatis opus, niſi ſemine veræ
Exoritur fidei, // peccatum eſt, // inque reatum
Vertitur, & ſterilis cumulat ſibi gloria pœnam.
USQUE adeo donum eſt quod credimus, & data gratis
Gratia, non merita ditat mercede vocatos:
Nec juſtorum operum diſcernit facta ; ſed omnes
Sola ex immundis mundos facit, utque // legentem
Lectus amet, // non hoc ſtudio, ſed munere ſumit.
Nam ſi ſpectatrix meritorum eſt gratia, & illis
Se tribuit, quorum eſt animus purgatior, & quos
Per libertatem arbitrii ſibi repperit aptos:
Inſontes tantum, juſtoſque adſumere // ſolos
Debuit, & veri cupidos, ac recta volentes.
Perverſos autem, & ſcelerum aſſuetudine turpes
Deturbare procul, lucemque negare tenebris.
Atqui Salvator mundi non præmia juſtis
Solvere, nec ſanis venit conferre medelam:
Sed quod diſperſum exciderat, // fractum atque jacebat,
Quærere, & inventum reparare, ac reddere curæ.
DENIQUE ne quiſquam ex morum ſplendore putetur
Cenſeri, aut fidei merito ad bona ſumma vocari,

Benevolendi affectum quo ad Deum cor accedit, nec hominem homini, nec ullum ſibi, neque per naturalem ſapientiam dare poſſe.

Optime moratorum inter eos qui naturali demum ſapientia pollent virtutes falſæ.

CAPUT XVII. Fides donum eſt prorſus gratuitum. Neque eſt ex merito, cum ex illa ſit omne meritum.

CAPUT XVIII. Idem ex eo confirmat quod multos antea flagitioſiſſi-

℣. 401. *Et licet eximias* &c.) Sic contra Collat. c. 10. *Etiamſi excellentiſſimis artibus, & cunctis mortalium polleat diſciplinis, juſtificari ex ſe non poteſt: quia bonis ſuis male utitur, in quibus ſine cultu veri Dei, impietatis immunditiæque convincitur, & unde ſe defendi exiſtimat, accuſatur.* Doct. Lovan.

℣. 405. *Decoris occidui*) eadem phraſi qua Epiſt. ad Demetriadem c. 4. dicitur, *honores occiduos*: id eſt, qui cito tranſeunt occiduntque. In pluribus Editis (Lugd. Lov. Duac. & Colon.) pro *vanamque decoris*, legitur *unamque*, ſed vitio fortaſſe Typographi (quod ante emendaverat gallicus translator.) Saltem lectio noſtra dubia eſſe non poteſt, ita prorſus poſcente ſententia. *Doct. Lov.*

℣. 408. *Peccatum eſt*) Locutio eſt Apoſtolica. *Rom.* 14. 23. *Omne autem quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* De qua conſule Interpretes. Eam interim emollire videtur hic noſter, cum addit:

Ibid. Inque reatum Vertitur, & ſterilis &c.) Per quod fortaſſis inſinuat, non ipſum per ſe opus quod non ex fide fit, peccatum eſſe oportere, ut quod ſæpe ſit moraliter (ſic Scholæ loquuntur) ſeu ex officio bonum; ſed reatum demum accedere, ubi de illo homo aliter quam in Domino gloriatur: uti facile Infideles de bonis gloriantur ſuis. Saltem non ſenſit Proſper, neque ſentire potuit, Omnia opera Infidelium, in rigore quo hodie Theologia loquitur, eſſe peccata. *Doct. Lov.* Legi poteſt S. Auguſtinus lib. 4. contra Julian. cap. 3. *Append. part.* 2.

℣. 413. *Legentem lectus*) pro, eligentem electus; id eſt, Deum homo *Doct. Lov.*

℣. 414. *Non hoc ſtudio*) Id eſt, non labore & merito, ſed dono gratuito accipit. *Doct. Lov.*

℣. 418. *Solos*) Gallus *ſolum* (Editi omnes *ſolos*) verum in medio verſus *tantum*, & in fine *ſolum* diſplicet. *Doct. Lovan.*

℣. 424. *Fractum atque jacebat*) Quidni, inquies ſcripſit. *fractumque?* Sed libuit fortaſſis imitari Horatium lib. 1. Epiſt. ad Quinct.

. . . . *Renuit, negat atque Sabellus.*

Doct. Lovan.

mos, etiam instante obitu susceptus baptismus ad cœlum misérit..

Ceu non divino sit munere mentibus ipsa
Inspirata fides: recole innumerabile vulgus
Retro senum & juvenum, qui cœca turpiter usi
Libertate animi, per cultus dæmoniorum,
Per magicas artes, per amorem rapta tenendi,
Per stupra, per cædes vitam duxere nefandam:
Et tamen incumbente obitu, jam // limite in ipso
Extremi flatus, // miserantem nocte remota
Cognovere Deum; purgatorisque lavacri
Munere, nulla mali linquentis signa prioris,
Exempti mundo mutarunt tartara cælo.
Quæ merita hic numeras? Si præcedentia // cernas,
Impia; si quæris post addita, nulla fuerunt.

CAPUT XIX. Unum hoc in ejusmodi hominibus merito adscribi posse, quod baptismum desiderarint.

Si vero merito adscribis, voluisse renasci:
Nempe utero fidei parta est tam recta voluntas.
Porro fidem quis dat, nisi gratia? sic bene velle
Gratia dat tribuendo fidem quæ credita poscat,
Sed hoc desiderium ex fide;
Quæque voluntatis meritum creet, ipsaque solo
Fidem vero nonnisi ex gratia ortum ducere.
Nascatur spirante Deo, mentemque reformans,
Ne cinere algenti sopitum suscitet ignem.
Fidem quæ radix est omnium meritorum, ex merito esse non posse: quod ab illa non fit non bene fit.
Ergo // voluntatis genitrix, operumque creatrix
Non est ex merito: quoniam quod non fit ab illa,
Non bene fit: QUEM non // recto via limite ducit;
Quanto plus graditur, tanto longinquius errat.
Gratiam funditus evertit qui existimat.
Sive igitur meritum, credens existere posse
Ante fidem, donas // virtutibus impietatis;
Vel meritum ullum ante fidem esse posse n fallis virtutibus infidelium.
Sive illam vis esse tuam, non munere dantis
Sumptam, sed genitam de libertate volendi:
Vel fidem ex libertate volendi ortum ducere, non ex mero Dei dono.
Nullam habet in vobis salvatrix gratia sedem,
Inflato excluſa arbitrio, quod fronte superba
Erigitis, spatio ut gravius majore ruatis.

CAPUT XX. Errorum istorum patronos nullum aliud Deo adlignare principium reparationis humanæ, quam quod per Legem & prædicatores.

// DIVINORUM operum quod ponitis in redimendis
Principium? Mandata Dei facere ante lavacrum,
Nosse & amare Deum, // promissis credere Christi,
Quærere, pulsare, & petere, // proprium omnibus esse
Asseritis, qui se studeant aptare vocanti.

℣. 434. *Limite in ipso*) Conjiciunt aliqui legendum, *Limine in ipso*; seu quod sic legatur infra ℣. 812. seu quod tum Virgilius in Pharmac. & Æneid. 10. tum Lucretius lib. 6. sic habeant. Censeo tamen retinendam hanc lectionem, cui correspondet illud in Epist. ad Rufin. cap. 17. *In ipso exhalandi spiritus fine*. Doct. Lovan.

℣. 435. & seq. *Miserantem cognovere*) q.d. Ideo cognovere, quia miserantem. *D. L.*

℣. 439. *Cernas*) Ita editi omnes. At Doct. Lov. substituit *Cernis*; dicens magis rythmice legi, *Cernas*; sed ideo male.

℣. 448. *Voluntatis genitrix, operumque creatrix*) Tametsi Epistola ad Rufinum c. 2. *Bonorum creatrix* vocetur gratia, tamen quod hic dicitur, ad *fidem* est referendum, de qua mox ante:

Quæque voluntatis meritum creet.

Item lib. 1. de Vocat. gent. c. 23. *Fides, quæ bonæ voluntatis & justæ actionis est genitrix, quo ipsa fonte nascatur*. &c. Doct. Lovan.

℣. 450. *Recto via limite*) Legerat Georg. 2.

. . . . *Secto via limite.*

Adagii formam habet sententia; quam ideo suo caractere distinximus. *Doct. Lovan.*

℣. 453. *Virtutibus impietatis*) Id est, infidelitatis (ut supra ℣. 284.) seu paratis ante ipsam fidem. *Doct. Lovan.*

℣. 459. *Divinorum* &c.) Ex abrupto aliud arripit medium, quod illi non insolens. *D. L.*

℣. 461. *Promissis credere Christi*) pro *Sperare*; sicut *Nosse Deum* pro *Credere*: nam hoc versu tres virtutes Theologicæ exprimuntur. *D. L.*

℣. 462. *Proprium omnibus esse*) ita ut illa per se possint. Volebant namque Massilienses, *Ad conditionem uniuscujusque hominis pertinere, ut per discretionem boni & mali ad cognitionem Dei, & ad obedientiam mandatorum ejus, possit suam dirigere voluntatem atque ad hanc gratiam qua in Christo renascimur, pervenire, per naturalem scilicet facultatem petendo, quærendo, pulsando.* Ep. Auct. ad Aug. paul. post med. *D. L.*

℣. 464.

Anne ab // aquis divinas manus renovare receptos
Incipit, & vitæ cauſſa eſt ſua cuique voluntas;
Ut merces operum ſit gratia, judiciumque
De pretio, quo quod // donum perhibetur, ematur?
An vero auxilium verbo Deus inchoat, & ſe
Voce miniſtrorum mundo declarat in omni:
Ut pulſante aures ſermone illecta voluntas,
// Judicio præcurrat opem, nec // gratia jam ſit
Gratia; quæ legis fungens vice, jure monentis
Solum agat, atque agro cum plantatore miniſtret,
Terraque ſeminibus det, non Deus, incrementum:
// Ubere ceu gleba ſubſiſtat, & arte colentis
Exoritura ſeges; neque quidquam cordis in arvo
// Præſulcet divina manus, quo // temperet æquor
Edomitum, faciatque // ſatis gaudere novales?
Talibus aſſumptis inimico ex dogmate, nonne
Perſpicuum eſt quantum damnatos confoveatis?
Dum cuique ad veræ capienda exordia vitæ,
Naturam affectum fidei conferre docetis:
Dumque aliud non eſt vobiſcum gratia; quam lex,
Quamque Propheta monens, & quam doctrina miniſtri.
Scilicet ut tale arbitrium generaliter inſit
Semine damnato genitis in // corpore mortis,
Quale habuit nondum peccati lege ſubactus
Primus homo; & nullum in prolem de vulnere vulnus
Tranſierit, niſi corpoream per conditionem:
Quæ ſic exterius // reſpondeat, ut nihil intus
Imminuat, teneatque ſuum ſubſtantia mentis
Splendorem; & nulla pœnali nocte prematur.
ADDITE quod ſupereſt tumidi, ruituraque vani
Congerite, & // cauſſis cauſſas aptate ſequentes.

humanæ inſinuet voluntati, quæ facere eam oporteat.

Verum ex hac ſententia, voluntas gratiam præcurrit, eſtque gratia inſtar famulæ, nec gratiæ ſed legis vice fungitur, jubendo tantum, non donando quod jubet.

Quantum hæc doctrina Pelagianam hæreſim corroboret. Docendo initium ſalutis ſeu voluntatem credendi eſſe ex naturali arbitrii libertate.
Gratiam vero nihil aliud eſſe, quam legem & doctrinam. Ex illa ſequi liberum arbitrium peccato læſum non fuiſſe.

CAPUT XXI.
Et quidquid præterea docebat Pela-

¥. 464. *Aquis*) Baptiſmi. Tunc autem demum incipere gratiam, indicant Maſſilienſes verbis jam citatis: *Gratiam qua in Chriſto renaſcimur: Doct. Lovan.*

¥. 467. *Donum perhibetur*) nempe in Scripturis, præſertim in Epiſtolis Apoſtolicis Rom. 5. & Epheſ. 3. &c. *Doct. Lov.*

¥. 471. *Judicio*) En manifeſto *Judicium voluntatis. Doct. Lovan.*

Ibid. Nec gratia jam ſit gratia) Non ea ratione, quia non ſit gratuita, ut Rom. 11. item Epiſt. Auct. ad Rufin. c. 2.: ſed quia (ut ſequitur)

. . . . . *Jure monentis*
Solum agat;

quod non eſt Gratiæ, ſed Legis.

¥. 475. *Ubere glebæ*) Eſt Virgilii, verſu illo iterum repetito Æneid. 1. & 3.

Terra antiqua, potens armis, atque Ubere glebæ.

Ut mirer etiam Gallum cum vulgatis legiſſe Gleba. Columella tamen etiam *Uberi gleba* dixit. *Doct. Lovan.* Edit. Lugd. habet *Ubere ſeu glebæ.* Colon. *Ubere ſeu gleba.* Lov. & Duac. *Ubere ceu gleba.*

¥. 477. *Præſulcet*) Notum eſt *ſulcare* pro *arare* a poetis poni: tunc collige quid *præſulcare.* Doct. Lovan.

Ibid. Temperet æquor) Sumptum ex Æneid. 1. translatumque a re marina ad ruſticam, ipſo præeunte Virgilio, cui & campi planities nondum aratro ſubacti *Æquor* dicitur, recens autem ſubacti, *Novalis*, aut *Novale. Doct. Lov.*

¥. 478. *Satis*) Ut Virg. Eclog. 3.

Dulce Satis humor. Doct. Lov.

¥. 486. *Corpore mortis*) Phraſis Apoſtolica. Rom. 7. ¥. 24. pro corpore morti obnoxio, nec tam morti corporali, quam morti concupiſcentiæ & legis membrorum. *Doct. Lovan.*

¥. 490. *Reſpondeat*) Id eſt, appareat ſeu conſpicua ſit: ut infra ¥. 622.

Nulla tibi arbitrii reſpondent ſigna.

Virgilius etiam *reſpondere* pro *provenire* poſuit Georg. 2.

Sed truncis oleæ melius, propagine vites
Reſpondent.

Quod an huic loco lucem afferre poſſit Lector diſpiciat. *Doct. Lovan.*

¥. 494. *Cauſſis cauſſas aptate* &c.) Si ita ſcripſit Noſter, & non potius, *ac anſis anſas* (quod obiter indicaſſe ſufficiat;) tum ſatis appoſite reddidit Gallus.

Joignez a ces erreurs l'erreur qui les produit,
La cauſe a ces effets, & le tronc a ſon fruit.
Doct. Lovan.

S. *Proſperi.*

gius, cujusmodi est.

Hominem propria justitia salutem consequi & cælum mereri posse. *Gal.* 2. 21.

Multos propria virtute ab origine mundi Deo placuisse sine Dei gratia.

Datam fuisse legem cum corruptiores essent hominum mores, ut eos solo terrore proposito converteret.

Et per eam præstitum, quod præstatur per gratiam.

Invalescentibus vitiis Legi gratiam superadditam, non quasi sine ea salutem natura consequi non posset, sed ut facilius posset.

Et quia nil primæ periit virtutis apud vos;
Dicite ab illæsis animis procedere veram
Justitiam, regno dignam, cæloque locandam:
// Ut frustra Christus sit mortuus. Edite multos
Arte & sponte sua Sanctos ab origine mundi,
Absque Deo placuisse Deo: decretaque Legis
Tunc data, cum pejor mos & corruptior ætas
Terrore instanti & formidine mortis egeret.
Dicite // plectentes apices, mortisque ministros
Hoc explesse operis, quod gratia vivificatrix.
Nunc agite, & quoniam fuerit sine lege voluntas
Libera, quam scripti munibat pagina cordis;
// Sic vitam æternam adquiri potuisse, // vacante
Hac ope quæ legem supereminet, ut sine lege
Ex naturali potuit virtute capessi:
Nunc autem studiis vergentibus in mala multa,
Crevisse auxilium; non quo cessante, salutem
Non caperet per difficiles natura labores;
Sed quo conatus operum affectusque juvante,
Propositam citius ferret mens libera palmam.

Infantes insontes esse, & corpore non animo per baptismum ablui.

Dicite, cum infantes renovantur, non renovari
Insontes animas, & sola carne renasci
Exterius lotos, non existentibus // illis
Interius maculis: quoniam licet edere rectæ
Signa voluntatis nequeant, tamen hoc magis omni
Sorde vacent, // super auctoris quod conditionem
De proprio nihil addiderint quod fons aboleret.

CAPUT XXII.

Si hæc dogmata Pelagiana tueri non audeant Semipelag. suos etiam errores abjicere debere:

Et fateri, naturam ita vulneratam, ut numquam per liberum arbitrium consurgere possit ad faciendam justitiam.

Hæc si non vestris spirant de cordibus, & vos
Non cum damnatis eadem ratis extulit alto
Mergendos // pelago, submittite vela tumoris,
Nobiscumque humiles placido consistite portu.
Edite // constanter naturæ vulnera victæ,
Exutam virtute animam, cœcataque cordis
Lumina, & in pœnam propriam jaculis // superatis

℣. 498. *Ut frustra*) Concinnior lectio, quam quæ habet, *Et frustra*: de qua *Doct. Lov.* Sic malo cum Vulgatis, quam cum Gallo, *Ut frustra*: Nec cum etiam sequor, in versione soluta hæc conjungentem cum sequentibus, quasi legisset:

Ut frustra Christus sit mortuus, edite &c.
Doct. Lovan.

Attamen ex interpunctione patet, ipsum ad anteriora retulisse in versibus tam Latinis quam Gallicis; excepto quod pro particula, *Et* posuerit *Ut* in Latinis.

℣. 503. *Plectentes apices Mortisque* &c.) Sic vocat litteram Legis ex 2. Cor. 3. 6. ubi eadem *occidere* dicitur, *& ministratio mortis* appellatur. *Doct. Lovan.*

℣. 507. Repetendum hic fuerat, *Dicite;* aut, *Edite:* sed Ellipsis conveniebat impetui quo hæc expostulatio ferebatur. *Doct. Lov.*

Ibid. Vacante hac ope quæ &c.) Id est, sine auxilio gratiæ. Est doctrina Pelagianorum apud Aug. lib. 6. cont. Julian. c. 24. & aliis locis.

℣. 517. *Illis*) Doct. Lov. scribit *Ullis*. Gallus (ait) *Illis*; sed vitio, puto, operariorum: cum in versione nobis & Vulgatis consonet. *Doct. Lov.* De versione utraque concedimus. Vulgati vero codices quos ante oculos habuimus, Lugd. Lov. Duac. & Colon. habent *illis:* nec antiquiores his legi credimus.

℣. 520. *Auctoris conditionem*) Id est, Dei creationem *Doct. Lovan.*

℣. 524. *Pelago*) Simul alluditur ad *Pelagii* nomen (quo lusu nec Augustinum quidem indelectatum videmus,) ac insistitur eleganti metaphoræ a navigantibus sumptæ.

℣. 526. *Constanter*) q. d. Infatendis naturæ vulneribus vobis ipsis constate; nec cum peccatum originale admittitis, inficiari velitis vulnera *difficultatis & ignorantiæ*, ut Aug. vocat, quæ istud necessario consequuntur. *Doct. Lovan.*

℣. 528. *Jaculis superatis*) Qui versibus & prosa carmen hoc reddidit scripserat *jaculis superatis*, ex conjectura ad marginem edit. Lugd. Lov. Duac. & Colon. appositа. Doct. Lov. probe legi defendit *superatis*: neque opus fuisse quærere *superantis*, nimirum diaboli, ut quidam e vulgatis, ipseque adeo Gallus. Mali ominis olim habebatur armis jam semel

Armatum arbitrium, numquam consurgere posse;
Inque novos lapsus semper nitendo revolvi:
Cui sua sit laqueus sapientia, morsque subactum
Detineat, nisi vera salus ex munere Christi
Adsit, & oppressam dignetur gratia mentem.

Sed nitendo etiam bene agere, in novos lapsus semper revolvatur.

CAPUT XXIII.

AN vestrum sublimem animum pudet ista fateri,
Ne sub tam multis morbis sit vilior æger?
Cum nihil ex omni majorum dote supersit,
Quo medici mereatur opem, & // mercede valescat.
Ergo in castra gradum revocate hostilia, & illis
Addite vos, quorum ingenio & fallacibus armis
Luditis, ejusdem vibrantes spicula linguæ.
Exultate bonis naturæ, & mentis honorem
Omnibus a sæculis // illæsum stare docete.
Neu vos in totum retegatis dogmate nudo,
Corporeo tantum decurrere tramite // pœnam
Peccati perhibete, animi nihil imminuentem.
Vulnere transfixos absolvite crimine, & ipsam
Justitiam accusate Dei, transire sinentis
Supplicium, quo non vultis transire reatum.

Eos, si hæc confiteri recusent, Pelagianis pacem negare non posse, quibuscum re vera consentiant.

Verbis enim solis discrepare, dum coguntur dicere, peccato Adæ corpus nostrum morti obnoxium factum esse, non autem animam peccato vitiatam. Quod est injustitiam Deo adscribere, & homines prorsus absolvere.

CAPUT XXIV.

SED non injustus Deus est: manifestaque Pauli
Vox docet, uno omnes homines cecidisse ruente;
In quo tota simul series prostrata nepotum
Deperiit, nec habet quisquam quo surgere possit
Ad vitam, sacro nisi rursum nascitur ortu.
Quotquot enim summo justos // numeratis ab ævo,
Hac ope non dubium est salvatos, quam modo toto
Latius omnipotens exercet gratia mundo.

Rom. 5. 12. Injustum vero non esse Deum, quoniam ex Apostolo omnes in uno ceciderunt. Nec postea ullus ad vitam resurgere potuit, nisi Christi gratia.

CAPUT XXV.

HÆC, // sicut dictum est, non judex est meritorum,
Quæ nisi plena malis non invenit: & nisi donet

Ne quidem justi qui fuerunt ante Christum.

mel devictis pugnare: hinc apud Tacitum histor. lib. 3. Cæcina ille temeritatem *Victa arma tractantium incusans*. Quid ergo si Noster ex hoc loco *Jacula superata* petierit? Certe ex eodem historicorum principe plura alia petiit, atque illud imprimis, quod supra ad initium operis citavimus, ubi Britanniam *Secretum Oceani* appellavit. Quod autem *in pœnam propriam* arbitrium jaculis istis superatis armatum dicatur, fortassis lumen accipiet e Rami apophtegmate ad illud Virg. Eccloga 9.

Nunc victi tristes . . .

Sic, ait, *Bremius Sulpitio aurum appendenti, & roganti, cur ensem una cum baltheo exutum laucibus apponeret; Quid enim aliud* (inquit) *nisi dolor victis? In pœnam* igitur: id est, dolorem *proprium*; dum arma sua victis nonnisi dolori sunt, ubi conspectui offeruntur. *Doct. Lov.*

℣. 537. *Mercedè valescat*) Id est, pretio curetur; non gratis, ut solent, qui quod solvant non habent. *Doct. Lovan.*

℣. 542. *Illæsum*) Ita sæpius lego hoc ipso in opere: at *illapsum*, ut alii (Lugd. Lov. Duac. & Colon.) quasi *non lapsum* nescio ubi legatur uspiam. *D. Lov. Illæsum* jam notarunt in margine veteres editiones, textui inseruit translator Gallicus & Doct. Lovan.

℣. 544. *Pœnam peccati*) puta corporalem, ut sunt morbi, ipsaque adeo mors. Agitur de pœna, *quæ animis nihil imminuat*; adeoque de vulneribus animæ, quæ juxta auctorem necessario consequuntur peccatum originale, non est sermo. Hanc sententiam a nemine revera traditam fuisse, sed Massilienses solum proponi ut insulsum quoddam paradoxum, ad quod iis deveniendum sit, nisi aut integre cum Orthodoxis, aut aperte cum Pelagianis consentiant, ostendit Auctor cont. Collat. c. 9. *Nisi forte dicatur*, inquit, *in Adæ posteros pœnam transisse, non culpam: quod omni modo falso dicitur, & ob hoc forte Non dicitur. Nimis enim impium est, hoc de Dei sentire justitia, quod a prævaricatione liberos cum reis voluerit esse damnatos*: quibus verbis finis hujus capitis abunde illustratur. *Doct. Lov.*

℣. 554. *Numeratis*) al. *numeravit*, nempe Paulus. Utrumque bono sensu. Nam & Apostolus Heb. 11. veterum justorum luculentam seriem texit: & Massilienses in iisdem enumerandis toti erant, ut quos prætenderent sine gratia juste vixisse. Sic auctor Carminis de Provid. Dei inter opera Prosperi, sic Faustus Regiensis, & alii: quo etiam alludere videtur Noster supra ℣. 498. & seq.

. . . Edite multos
Arte & sponte sua sanctos ab origine mundi,

Doct. Lovan.

℣. 557. *Sicut dictum est*) Videlicet supra cap. 21. 22. & alibi. *Doct. Lov.*

Gratia omnino gratuita est, cum nemo bene agat, nisi cui donat bene agere. Et ne quidem desiderari possit, nisi cum se ipsa desideria facit.

Quæ bona sunt, nihil efficiet bene cæca voluntas.
Hæc ut cujusquam studio affectuque petatur,
Ipsa agit, & cunctis dux est venientibus ad se:
Perque ipsam nisi curratur, non itur ad ipsam.
// Ergo ad iter per iter ferimur: sine lumine lumen
Nemo videt: vitam sive vita inquirere mors est.

℣. 563. *Ergo ad iter per iter*) alias editi *pariter* sed inepte: (quod jam ab eruditissimo translatore fuerat observatum.) Tria autem hæc ad quæ nisi per ipsamet haud perveniri hic dicitur, eadem illa esse videntur, quæ de se Salvator prædicat, cum se ait esse. *Viam, veritatem, & vitam*. Cæterum *Ergo*, nove nescio an antique, certe aliter hic & deinceps plerumque ponitur, quam ex usu communi. *Doct. Lovan.*

SANCTI PROSPERI CARMEN DE INGRATIS

PARS TERTIA.

ARGUMENTUM.

Cap. 26. *ARGUMENTA Semipelagianorum & querelæ propulsantur. Duo præsertim opponebant. Primum quidem, tolli liberum arbitrium, nec vitiis pœnam deberi aut præmia virtuti, si vel natura peccato corrupta nonnisi malum velit, vel Gratiæ opus sit in homine quidquid bene agat, & quidem ejus gratiæ quæ velle det & currere.*

Cap. 27. *Respondet sanctus Prosper, Objectione illa peccati originalis fidem everti, per quod libertas nobis in Adam concessa deleta est, nosque concupiscentiæ dominantis jugo subditi, a qua semper in malum rapimur, licet idem volentes faciamus.*

Cap. 28. *Voluntatem nostram ab illa servitute liberari non posse, nisi quantum Christi salvatrice gratia liberatur, per quam libertas pristina non tollitur, sed reparatur.*

Cap. 29. cap. 30. & 31. *Christum hanc gratiam nemini debere, sed gratis quibus vult largiri: ut apparet in parvulis a baptismo mox hinc migrantibus, cum tot alii non percepto baptismate pereant, neque hujus discriminis ulla ratio afferri possit, præter inscrutabile Dei judicium. Objiciebant præterea Pelagianorum reliquiæ: Nisi Gratia omnibus detur, peccati reos non fore quos gratia neglexerit, utpote quibus recta gerendi non data fuerit virtus.*

Cap. 32. *Respondet, Eorum esse sic argumentari, qui peccatum originale non agnoscunt.*

Ibid. *Cum enim, auctore Apostolo, per unius delictum in condemnationem justissimam universa hominum massa defluxerit, neminem queri posse se Dei gratia non liberari; quandoquidem omnes a Deo deseri meruerint, neque ipsius justitia reprehendi posset, si neminem ab illa perditione liberasset.*

Cap. 33. & 34. *Non esse perscrutandum, cur de toto hominum genere pars una eligatur, altera rejecta, cum eadem causa omnes implicet: eo quod Deus arcanum illud nostræ cognitioni subduxerit, ut tot alia multo leviora; satisque sit eum cunctorum bonorum auctorem cognoscere, judiciorumque ipsius altitudinem submisse venerari, quæ ita ignota sunt hominibus & inscrutabilia, ut iniqua esse non possint.*

Cap. 35.

Cap. 37. & 38.

CAPUT XXVI. I. OBJECTIO. Semip. Hac prædicatione gratiæ liberum auferri arbitrium.

Hic vanam insano profertis corde querelam:
Omne opus arbitrii sublatum vociferantes,
// Currere currentum si non, & velle volentum est:

℣. 567. *Currere currentum* &c.) Ergone ausi sunt illi obstrepere sacerrimo Pauli dicto, *Non est volentis, neque currentis?* Aut forte & in hoc Magistros suos secuti sunt, ut divinissimam affirmationem cum impia interrogatione commutarent? De Pelagianis quidem testatur id Augustinus: verum de

Nec vitiis pœnam deberi, aut præmia // laudi,
Si vel naturam obstrictam mala velle necesse est,
Vel nostro adscribi nequeunt bene gesta // labori.
NUMQUID non eadem sapiunt, eademque perorant
Vestri illi, quorum ructatis verba, magistri?
Sed quia consimili cognata superbia quæstu
Prosilit, & vobis nunc respondetur & illis.
Inviolata Dei quondam & sublimis imago
In primo cuncti fuimus patre, dum // nemore almo
Degit, & edicto parens cavet arbore ab una.
At post quam rupta mandati lege, superbum
Consilium mixtum invidiæ de fonte recepit,
Corruit, & cuncti simul in genitore cadente
Corruimus: transcurrit enim // virosa per omnes
Peccati ebrietas, corrupti & cordis in alvo
Persistit, cruda fervet // carbunculus esca.
Hinc animi vigor obtusus, caligine tetra
Induitur, nec fert divinæ fulgura lucis
Lumen iners: hinc arbitrium per devia lapsum
Claudicat, & cæcis conatibus // inque ligatis
Motus inest, non error abest. Manet ergo voluntas
Semper amans aliquid quo se ferat, & labyrintho
Fallitur, ambages dubiarum ingressa viarum:
Vana cupit, vanis tumet & timet; // omnimodaque

Neque pœnas aut præmia ulli deberi, si natura sibi dimissa nonnisi mala velit, bona autem opera non nobis, sed gratiæ adscribi debeant.

CAPUT XXVII.

RESP. Eos sic ratiocinari cum Pelagio, eo quod pariter cum illo totius naturæ in primo homine casum revera non agnoscant.

Egregia illius casus descriptio.

Peccati originalis trajectio.

Mentis cæcitas.

Liberum arbitrium non ex toto deletum, sed lapsum & adligatum ad malum.

Manet ergo voluntas libera, sed non bona.

Quocumque fertur, ruit & labitur.

de Massilienſibus nondum legisse memini. Erit igitur Poetæ nostri artificium, suam Orthodoxamque sententiam his verbis Apostolicis invidiose exprimentis, quo ea tanto magis nefarie sugillari ab adversariis videatur. *Doct. Lovan.*

℣. 568. *Laudi*) pro virtute; ex Æneid. 1.

. . . *Sunt hic etiam sua præmia laudi.*

℣. 570. *Nostro labori*) Id est, nobis proprio, & quo gratiam præveniamus. *Doct. Lov.*

℣. 576. *Nemore*) Ramus in illud Virg. Eclog. 6.

Te nemus omne canet;

notat, *Nemus*, proprie dici Silvam voluptatis causa comparatam. Quapropter apte hoc nomine S. noster Paradisum voluptatis appellavit. Alcimus Avitus etiam *lucum* dixit, credo ob lignorum amœnitatem, quam in illo sacræ litteræ celebrant. *Doct. Lovan.*

Ibid. Nemore almo) Gallus ediderat, *alto*: quod ut vidi, sane placuit, nimirum cogitanti, quam soleat Noster affectare phrasim Virgilii, apud quem *nemora alta* non semel legas. Sed mox offendi idem *Alto* inter errores ab ipso Editore relatum, repositumque *Almo*, quod satis probum est. *D. L.*

℣. 581. *Virosa*) ut supra in Pœm. *Virosum caput.* Virgiliane ex Georg. 1.

. . . *Virosaque pontus.*
Castorea.

ubi minime audio Interpretes vocem illam in bonam partem accipientes, quasi de Castoreis, & non de Ponto ipsa dicta sit, reclamante Pharmaceutria.

. . . *Hæc Ponto mihi lecta venena,*
Ipse dedit Mœris: nascuntur plurima Ponto.

Porro quæ hic ponuntur de virosa ebrietate & cruditate, disertius repetuntur contra Collat. c. 9. *Bibit* (nimirum arbitrium in prima transgressione) *omnium vitiorum venenum, & totam naturam hominis intemperantiæ suæ ebrietate madefecit: inde prius quam edendo carnem Filii hominis, & bibendo sanguinem ejus, lethalem digerat cruditatem; labitur memoria, errat judicio, nutat incessu* &c: nempe ut solent temulenti. *Doct. Lov.*

℣. 583. *Carbunculus*) Alludi ad carbunculum pestiferorum bene notat Gallus in utraque versione: sed quid sibi velit ibidem *cruda esca*, non vidit; quia ad supra citata verba e lib. cont. Collat. non reflexit. *Doct. Lovan.*

℣. 587. *Inque ligatis*) Tmesis, pro *& in ligatis*, seu *illigatis*: id est, impeditis. Est enim imitatio istius Virgiliani Æneid. 10. de Mezentio vulnerato, & pugnæ se subducente:

Ille pedem referens, & inutilis, inque ligatus
Cedebat.

℣. 591. *Omnimodaque mobilitate ruens*) Ita potius ego cum Gallo; (addimus Lugd. Lov. Duac. & Colon.) quam cum plerisque aliis *Vigens*. Nisi enim *ruinæ* seu casus mentio fiat in hoc hemistichio, quis locus *surgendi* verbo in altero? Et quia distinctionis notam cum quibusdam ponendo post *ruens*, vix sensum ullum sanum patitur illud sequens, *In vulnera vulnere*; hinc eos potius sequor qui ita ut nos distinxerunt. Porro quid significetur illa *Omnimoda mobilitate*, jam intelligi potest ex dictis supra ad ℣. 129. Quod enim ibi dicitur, *Naturali motus virtute*, id alibi *naturali mobilitate*, & hic *omnimoda mobilitate* significari putandum est: ipsum, inquam, quod rursus ℣. 459. & seq. disertius Ingrati exponunt:

In nobis, inquiunt, *& velle & nolle creatum est,*
Arbitriique sui, quo vult, intendere motus
Libertas accita potest.

Denique Polyptoto illo, *In vulnera vulnere*, etiam

Mobilitate ruens in vulnera vulnere surgit.

CAPUT XXVIII. Absurde facere qui opinantur liberum arbitrium tolli, cum per gratiam sanatur & liberatur. Hæc cogitatio ex eadem superbia nascitur quæ Adamum perdidit. Non liberi arbitrii facultate posse sanari liberum arbitrium. Sed gratia Christi, quæ est arbor vitæ, languidam mentem sola reficere ac renovare idonea, & propriis viribus bene utendi facultatem ei largiri.

Hoc itaque arbitrium cum sanat gratia, tolli
Dicitis, & perimi vita aspirante putatis.
Quid mirum rabido si corde phreneticus æger
Morbum amat, & pellit medicum? Cognoscite tandem
// Antiqui commenta doli, // & desuescite captas
Aures vipereo rursum præbere susurro.
Parcite de fractis // præcerpere noxia poma
Arbitrii ramis: non hæc vos esca reformat,
Nec speciem angelici nutrit cibus ille decoris.
Sed vetitorum avidos, & tetra bile tumentes,
// De fastiditæ procul abripit arbore vitæ.
Hujus ope & fructu vescendum est, ut revalescens
Languida mens, etiam propriis bene viribus uti
Possit, & in Christo inveniat quod perdidit in se.

CAPUT XXIX. Gratia Christi non perdimus, sed recipimus, pristinum naturæ honorem, ea gratia meritorum in nobis est principium, quæ eo magis crescunt quo illam humilius accipimus & accipiendo augemus.

Non igitur, quisquis terreni veste parentis
Exueris, priscum naturæ perdis honorem,
Sed recipis: sic adquirens quibus ante carebas,
Ut tua sint, si collatis utare modeste,
Et quod habes, hoc te acceptum fatearis habere.
Fons igitur meriti est lucis Pater: inde quod in nos
Fluxerit, hoc nobis majorum est causa bonorum,
Dum largitori sua reddimus, // eque relatis,
Augemur, // nostrumque bonum fit gloria dantis.

CAPUT XXX. Ex parvulis statim post baptismum morientibus clarissime perspici gratiam non dari secundum humana voluntatis studia, sed secundum Dei beneplacitum.

Sed qui // judicium arbitrii, meritumque tueris,
Quique hominum studiis adscribis dona vocantis:
Infantum discerne animos, & differe quales
Affectus, qualesque habeant hæc pectora motus.
Da teneris mores, & libertate volendi
Instrue, vix auræ tenuis lactisque capaces.
Nulla tibi arbitrii respondent signa, nec ullis
Diffociare pares meritis potes: omnibus una est
Natura, & pariter nequeunt bona vel mala velle.
Et tamen ex istis miseratrix gratia quosdam
Eligit, & rursum genitos baptismate transfert

etiam alibi delectatum videmus Prosperum, nempe supra ℣. 488.

. . . *De vulnere vulnus.*

Obscure autem memini, idem aut simile legere apud Virgilium, aut certe alium quempiam ejusdem classis poetam. *Doct. Lovan.*

℣. 597. *Antiqui commenta doli:*) nempe quem serpens in Paradiso struxit: hinc illud mox, *Vipereo susurro*. Estque continua hic allusio ad gesta in deceptione primorum parentum, cui comparatur deceptio Pelagiana; comparatione quidem satis apposita, qua & læsum arbitrium arbori vetitæ, & gratia arbori vitæ confertur; ac proinde opera gratiæ & arbitrii, utriusque istius arboris fructibus: denique reformatio interior, quam Pelagianus ex viribus arbitrii promittebat, transformationi in Deos seu Angelos, quam ex arbore vetita promittebat serpens. *D. L.*

Ibid. Desuescite captas, &c.) Notasis sibilum litteræ serpentinæ, cum *susurrus vipereus* exprimendus venit. *D. L.*

℣. 599. *Præcerpere.*) Non temere ita dixit, potius quam, *decerpere*. Sic enim melius indicatur Pelagianorum ac Semipelagianorum error, primo requirentium fructum arbitrii, quem deinde fructus gratiæ exciperet. *Doct. Lov.*

℣. 603. *De fastiditæ . . . vitæ.*) forte & hic præpostera rythmi affectatione turbatum est, scripseritque Auctor, *De fastidita*. Saltem illius ævo versus, ut vocant, Leoninus adhuc in vitio erat, mediæque demum ætati debebatur hæc barbara & Gothica elegantia. *D. L.*

℣. 614. *Eque relatis augemur*:) Deo hanc relationem novis donis munerante, ut recte Gallus exponit. Hinc collige quid sit:

℣. 615. *Nostrumque bonum fit gloria dantis:*) seu potius e contra (sic enim invertenda est sententia) *gloria dantis*, Dei scilicet, *fit bonum nostrum*. D. L.

℣. 616. *Judicium arbitrii.*) Jam supra. *Judicium voluntatis*, vocavimus, & exposuimus. *Doct. Lovan.*

In regnum æternum, multis in morte relictis,
Quorum cauſſa fuit ſimilis de vulnere eodem.
NEC meritis iſtud poteris aptare parentum:
Ceu pia profuerit redimendis cura bonorum,
Abſtuleritque aliis aliena ignavia vitam:
Cum videas multos ſanctis genitoribus ortos,
Nullo ſalvari ſtudio potuiſſe ſuorum:
Expoſitiſque aliis ob turpia crimina matrum,
Miſſam externorum curam, quæ ſtercore raptos
Per fontem vitæ cæleſti traderet aulæ.
Quid ſi diverſum hunc finem, quo gratia Chriſti
Unum alio pereunte // legit, donatque ſalute,
In geminis etiam videas? quod dividis uno
Tempore conceptos atque uno tempore natos,
Non ullos potes arbitrii prætendere motus.
Ceſſat opus, ceſſat meritum, nihil editur impar.
Sed Deus & tales diſcernit, quo mage Chriſti
Excellat bonitas, quæ ſola eſt cauſſa vocatis
Et fidei & meriti: quoniam // Sapientia dives
Hoc etiam tribuit multis, ut ſancta operatis,
In finem vitæ, fieret de munere merces.
NON autem recte, nec vere dicitur, illos
Qui ſunt exortes divini muneris, & quos
Gratia neglexit degentes mortis in umbra,
Peccati non eſſe reos, quia recta gerendi
Non data ſit virtus. Naturæ compede vinctos
Procubuiſſe // negant, nec ab uno germine credunt
Omnigenam prolem cum pœna & crimine naſci.
Quod qui non renuit, videt hujus pondera culpæ
Tam valida pariter miſeris incumbere mole,
Ut ſi nulla etiam cumulent mala, ſit tamen unum hoc
Sufficiens ſcelus, ad mortem // naſcendo luendam.
HANC igitur legem quam per ſe nemo reſolvit,
Si merito & juſte // poſitam, impoſitamque fatemur:
Cur querimur quod non omnes // ſalvantur ab illa?
Cum ſi progeniem ſuper omnem irrupta maneret,
De cunctis juſte damnatis non quereremur.
An quod de toto ferretur, non toleratur
De parte? & melius foret omnia debita cogi,

CAPUT XXXI. Eorumdem ſalutem non eſſe parentum meritis, nec damnationem demeritis adſcribendam.

Quod maxime patet in geminis, quorum alter baptizatur interdum, alter ſine baptiſmo moritur, ſola Chriſti miſericordia eos diſcernente.

Eadem miſericordia aliis tribui fidem, qua bene operentur, ac meritis augeantur uſque in finem.

CAPUT XXXII. II. OBJECTIO Semipelag. Si gratia ad bene agendum omnino neceſſaria eſt, eaque non omnibus detur, peccati reos non fore, quibus bene gerendi non data fuerit. RESP. Hoc argumento rurſus negari peccatum originale. Nam eo ſolo peccato reos naſci omnes homines ac dignos morte etiamſi nulla propria ſcelera ei adjecerint.

CAPUT XXXIII. Injuſta ergo adverſus Deum querimonia, quod non omnes per gratiam liberet a perditione ita omnibus debita, ut jure potuerit neminem liberare.

℣. 638. *Legit*, ut alibi ſæpiſſime, pro *eligit*. *Doct. Lov.*

℣. 645. *Sapientia dives*, &c.) Editi plerique in margine indicant reſpici ad locum Sap. 4. de Juſto qui *raptus eſt ne malitia mutaret intellectum ejus*. Ut ut ſit, Sapientia hic intelligitur increata, ipſa videlicet Providentia Dei, vel (ut Gallo placuiſſe videtur) Chriſtus. *D. L.*

℣. 653. *Negant*:) qui nempe ita ratiocinentur. *D. L.*

℣. 658. *Naſcendo luendam*.] Turbata ſententia, quam ſic ordina: *Sit tamen unum hoc ſcelus naſcendo* contractum *ſufficiens ad mortem*, nempe æternam, *luendam*. Gallus breviter æque ac pulcre:

Il ſuffit d' etre nè pour meriter la mort. D. L.

℣. 660. *Poſitam impoſitamque*:) puta *juſte poſitam*, *& merito impoſitam*: quippe *Impoſitam* magis pœnam ſonat, & meritum ſeu culpam reſpicit. *Doct. Lov.*

℣. 661. *Salvantur ab illa*. Vix dubito quin legendum ſit, *ſolvantur*: tum ob majorem ſermonis proprietatem, tum quia præcedit.

. . . *Quam per ſe nemo reſolvit*.

tum denique quia ſequitur:

. . . *Progeniem ſuper omnem irrupta maneret*: nimirum, ut ceu vinculum quoddam, rumpi cenſeatur in iis, qui e contra.

. . . . *Solvantur ab illa*. D. L.

℣. 669.

Abhorret a ratione ut qui sola Dei benignitate liberati sunt, eum accusent, quod non omnibus pariter reis eamdem benignitatem præstiterit.

Quam summa ex solida clementer multa remitti?
Quis vero exemptus squallenti carcere, pulset
Invidia miserantis opem, quia non simul omnes
In lucem veram tenebris // eduxerit iisdem?
// Cum pœnam qua mersus erat, non experiatur
Quam misere ferat addictus, nisi liber ab illa.

Consideratione justæ infidelium & peccatorum derelictionis, pios ac fideles Dei servos excitari ad impetrandam eis humili prece liberationem & misericordiam, cum eam ipsi peccatores non quærant, & miseria sua etiam delectentur.

Denique tunc illum socialem mente benigna
Concipit affectum, quo // submissa prece Christum
Conciliet miseris, sueta qui nocte gravati
Nulla gerunt vota effugii. // TANTUM nocet error,
Ut juvet errare; & veteris contagia morbi
Tam blande obrepunt, ut quo languetur ametur.
// Unde ergo hæc oritur querimonia? Non movet illos
Talis cura, quibus necdum est sua pœna dolori,
Et qui se nulla credunt a luce relictos.
Qui vero tenebris exempti in lumine vivunt,
Gaudent, & quantum sibi sit bonitate vocantis
Dimissum, ex illis discunt qui debita solvunt.

Dei misericordiam nec ab iis quibus negata est, nec ab iis quibus concessa, reprehendi.

CAPUT XXXIV.

Sed ab iis solis qui gratiam quantum licet subruunt, primam disciminis caussam inter bonos & malos libero arbitrio adscribentes.

Vos igitur soli queruli, solique superbi:
Vos soli // INGRATI, quos urit gratia, cujus
Omne opus arbitrio vultis // subsistere vestro:
Et quod non cuncti mortales atria vitæ
Ingrediuntur, ita ex ipsis pendere putatis,
Ut tam ex // judicio constet cujusque quod intrat,
Quam quod non intrat: // ceu par in utrumque facultas
Suppetat: & tam sit proprium bona quam mala velle.
I procul insana impietas, arteque malignas
Aufer, & auctorem comitare exclusa // Britannum:

℣. 669. *Eduxerit iisdem.*) Vulgatis (non tamen Lugd. Lovan. Duac. & Colon.) est *eduxit* ut ita *iisdem* sit trisyllabum. Verum numquam hac voce ut trisyllaba usus est Noster, aut Virgilius ejus. *Doct. Lov.*

℣. 670. *Cum pœnam* &c.) Hos duos versus cum superioribus conjunxerunt hactenus omnes, quos viderim; etiam Gallus, qui idcirco mire hic sudat ut idoneum aliquem sensum exculpat. An nobis contigerit rem acu tetigisse Lector judicet. Ita Doct. Lovan. qui locum sensui meliori a se restitutum putat mutata interpunctione, hunc in morem:

Cum pœnam qua mersus erat, non experiatur;
Quam misere ferat addictus, nisi liber ab illa?

℣. 673. *Submissa.*) Edit. Lug. Lov. Duac. & Colon. cum recentioribus legebant, *quo cum summa prece.* At vero mutaverat qui versibus & soluta oratione hoc poema est interpretatus, eo modo quo legitur hic in textu: Cui adstipulatur. Doct. Lov. hoc modo: Sic supra ℣. 173. *Talia submissus* &c. estque dictio satis Virgiliana. Alii tamen legunt, *cum summa;* sed huic nihil simile alibi apud Auctorem legitur; nescio an vel apud alium quempiam. Unde ne vel dignum quidem credidi quod in marginem reiiceretur.

℣. 675. *Tantum nocet* &c.) Datur ratio, cur hi nulla gerant vota effugii: idemque repetitur ad 6. capit. Gall. *Amat ergo arbitrium languores suos; & pro sanitate habet quod ægrotare se nescit, donec prima hæc medela conferatur ægroto.* &c. *Doct. Lov.*

℣. 678. *Unde ergo* &c.) Hic adeo nihil sani distinctio Vulgata habebat, ut etiam hæc interrogatio abesset: quam primum quidem duce sensu restitui, sed deinde etiam Gallo probatam inveni. *Doct. Lov.*

℣. 685. *Ingrati.*) Nomen hoc juxta ac ejus ratio ex Aug. desumpta videntur lib. de dono persev. c. 8. *Et gratis*, inquit, *a Deo datur gratia, & justo ejus in aliis judicio demonstratur, quid iis quibus datur, conferat gratia. Non itaque simus ingrati, quod secundum beneplacitum voluntatis suæ, in laudem gloriæ gratiæ suæ, tam multos liberat misericors Deus de tam debita perditione, ut si inde neminem liberaret, non esset injustus.* Doct. Lov.

℣. 686. *Subsistere.*) Doct. Lov. margini apposuit *consistere*: quod in vulgatis (forte recentioribus, nam non habetur in antiquioribus quos præ manibus habemus) legerat.

℣. 689. *Judicio*,) pro electione, ut supra, *D. L.*

℣. 690. *Ceu par.* &c.) Vide ad finem cap. 6. id est, ℣. 130. & 131.

℣. 693. *Britannum.*) Id est, Pelagium (ut supra ℣. 2.) qui tunc cum hæc Auctor scriberet, *exclusus*; id est, ab Ecclesia ejectus; (ut rursus ℣. 106.) nescio ubi vagus & extorris errabat. Hinc illud etiam ℣. 149.

..... Pulsi mundo, nullaque recepti
Sede vagi;

& alibi similia. *Doct. Lov.*

℣. 694.

Nos humiles tenuesque sumus // grex parvus, & altis
Inniti metuens : quia sufficientia nostra
Ex Christo est : si quid // recti sapimus, volumusque,
Illi debemus qui vincula nostra resolvit,
Proque malis bona restituit, non inveniendo
Quod merito legeret, sed donans // quo legeretur,
Ut de perceptis prodiret caussa merendi;
Deque datis in danda, gradus industria crescens
Scanderet, atque bonum fieret Deus omnibus unum.
CUR vero humani generis de germine toto
Pars quædam in Christo rursum generanda // legatur,
Pars pereat, cum caussa eadem simul implicet omnes,
// Nec discernantur merito, qui // munere distant;
Non satis audemus scrutari, nec per opertas
Ire vias, calleque gradu pulsare remotos.
Multa etenim bene tecta latent, nescitaque prosunt:
Dum mansueta fides quædam dilata modeste
Sustinet, & nullo ignorat // non edita damno.
// Sic quando electum ex cunctis populum Deus unum
Lege, sacris, templo, unguento, signisque fovebat;
Quod fuit occultum, // mundique in fine retectum est,
Non oberat nescire, Omnes quandoque vocandas
In regnum æternum gentes, totumque per orbem
Donandum quod spes parvæ tunc plebis habebat.
Sic postrema dies qua mundi clauditur ætas,
Notitiæ nostræ non est data ; nec tamen hujus
Secreti impatiens sanctorum turba laborat.
Ipsa quoque humani generis carnalis origo,
Quam multas vario circumtegit ordine caussas?
Cumque omnes de fermento producat eodem
Una manus, nec diversis elementa parentum

2. *Cor.* 3. 5. Uni Christo nos debere, si quid recti sapimus & volumus.

CAPUT XXXV. Scrutandum non esse cur ex toto genere humano pars una eligatur, altera rejecta, licet eadem caussa omnes implicet.

Cur id ignorare non obsit.

Sicut nec oberat olim nescire omnes gentes fore ad fidem vocandas.

Nec nunc quando mundus finietur. *Matth.* 24. 36.

Vel quæ sit tantæ in genere humano varietatis caussa, ut licet eadem sit omnium natura, unus tamen regnet, alter, serviat &c. *Rom.* 9. 21.

℣. 694. *Grex parvus*.) Luc. 2. *Pusillus grex*: parvus, inquam, ac ideo timidus, sibique diffidens. *D. L.*

℣. 696. *Recti*.) Gallus *recte*, quod non probo; non enim solet Noster sic loqui, *recte velle*; sed potius, *recta*, ut supra aliquoties, *Recta volendi*, *recta loquendi* &c. Recta sapere autem etiam Ecclesia dicit in Collecta de Spiritu-sancto. Maneat igitur ut est

...*Si quid recti sapimus*, *volumusque*, D. L. Consentiunt observationi Lugdun. Lov. Duac. & Colon.

℣. 699. *Quo legeretur*:) Nempe Deus a nobis, ut Gallus intellexit. Sed contra est illud Evangelicum, *Non vos me elegistis*, *sed ego elegi vos* : propter quod etiam Auctor, cum frequenter electionis meminerit, numquam tamen nisi ejus qua a Deo ipsi eligimur. Itaque *Quo legeretur*, id est, quo *merito* a se eligi posset. Nam re vera Deus in nobis meritum eligit, ac nos ad meritum, sed quod ipsemet donat. Uno verbo (quo totum versiculum expono:) Deus meritum quo nos eligat non invenit in nobis, sed ipsemet facit, & faciendo eligit. De electione ago, quæ fit in tempore, non autem qua electi sumus ante constitutionem mundi. *Doct. Lov.*

℣. 704. *Legatur*:) rursus ut passim, pro *eligatur*. Doct. Lov.

℣. 706. *Nec discernantur merito*!) Videlicet ante fidem & gratiam *Doct. Lov.*

Ibid. Munere:) perpetuo hic pro dono, non officio: sed nusquam ferme tam ambigue quam hoc loco.

℣. 711. *Non edita*.) Sic rursus ℣. 746.

.... *Tamen* (*Edita non sit* &c.)

E contra supra ℣. 86. *Edita linguis*, & ℣. 151. *Edita nobis* &c. nempe *Edita* pro declarata seu manifestata; *Non edita* vero pro occulta. *Doct. Lov.*

℣. 712. *Sic quando* &c.) Epist. ad Ruf. c. 16. *Quia & in anterioribus sæculis*, *quando de unius gentis populo dicebatur*, *Notus in Judæa Deus in Israel magnum nomen ejus*; *futura Gentium latebat electio*; *& postmodum innotuit quod revelatum ante non fuerat*, *sicut dixit Apostolus*: *Quod aliis generationibus non est agnitum &c.* Quod tamen ita dumtaxat accipiendum videtur, ut non passim olim homines scirent, vocandas aliquando Gentes: nam alioqui Prophetas id sciisse & prædicasse, ex professo probatur libro de Vocat. gent. cap. 18. *Doct. Lovan.*

℣. 714. *Mundique in fine*:) non pro postrema die, de qua mox ℣. 718. Sed pro tempore Novæ Legis, quæ ultima est mundi ætas. *Doct. Lov.*

Principiis coeant: limo // procedit ab uno
Dispar opus, mutat numeros per vascula fictor,
Materiamque unam discernit jure creantis.
Ergo eadem natura animæ, naturaque carnis
Diversis mundum sub conditionibus intrat.
His regnare // datum est, illos servire necesse est:
Hos decor, & vires validæ, viridisque senectus
Suscipit, hos species inhonora, & debile corpus:
His viget ingenium præclaris artibus aptum,
Horum tarda premit // gelidus præcordia sanguis:
Aug. lib. Cont. Julian. c. 3.
Quosdam nec licitus calor incitat ad generandum,
Ast alii insanum nequeunt frenare // furorem:
Hunc mitem & placidum tranquilla modestia comit,

** *Supple hic* Asperitas istum genii intractabilis urget.

Cum tot varietatum manifestarum causæ lateant, nemo tamen arguit earum auctorem Deum.

His & mille modis semen variantibus unum,
Impariles subeunt distincta exordia formas.
Nec tamen hæc inter tam compugnantia, quisquam
Arguit auctorem, qui // secum continet hujus
Legem operis, dum // judicio placita explicat æquo,
Et rerum causas obscurat justa potestas.
Si terrenum igitur figmentum, addictaque morti
Progenies, ita dissimili producitur ortu,
Ut cum operis species pateat, tamen edita non sit
Norma voluntatis de qua venit hic modus impar:
Quid mirum si consilii super omnia magni
Arcanum latet, & placito subducitur alto?
Merito Deum voluisse ut nos lateret divinæ prædestinationis arcanum quamdiu in hac vita sumus.
Quod dum vana fluunt mundi, dum in // corpore mortis
Vivitur, & positi expletur certamen agonis,
Non cognoscendum texit Deus, utiliusque
Duxit, // ad examen quædam velare piorum.

CAPUT XXXVI. Relicta Deo arcanorum suorum conscientia, agnoscatur unus cunctorum auctor bonorum. Us.

Non ergo instamus clausis, nec operta procaci
Urgemus cura, satis est opera Omnipotentis

℣. 725. *Procedit*,) non *procedat*, ut alii, ita poscente sententia cum verbis quæ sequuntur *D. L. Procedit* notarunt in margine Lov. Duac. & Colon. inserverat textui interpres.

℣. 730. *Datum est, illos*) Doct. Lov. legi mavult *datum; ast illos*. Alii cum Gallo, *Datum est*, (inquit) *illos* &c. Sed mihi placere non potest importuna illa repetitio verbi substantivi in medio & fine versus: cui adde quod conjunctione *Ast* eodem modo utatur Auctor mox infra. ℣. 736.

℣. 734. *Gelidus præcordia sanguis* &c.) Virgiliana phrasis, qua hebes ingenium denotatur. Sic Georg. 2.

Frigidus obstiterit circum præcordia sanguis.

Ubi alludum putant ad sententiam Empedoclis, animum, cordi suffusum sanguinem existimantis, ut Cic. Tusc. 1. *Doct. Lov.*

℣. 736. *Furorem*) nempe libidinis: hi enim de quibus præsenti versu, opponuntur illis, de quibus præced.

Quosdam nec licitus calor &c. Doct. Lov.

Hic desiderabatur quintæ antithesis complementum, uti etiam doctissima manus ad meum Galli exemplar adnotaverat. Gallus ipse in utraque versione suppleverat, nos in Latinis quoque supplendum duximus: an recte, tu Lector, videris. Asperitatem litteræ caninæ affectavimus, uti Auctor lenium liquidarumque mollitiem in ℣. præcedenti, ac rursus ante in *frenare furorem* eamdem asperitatem affectat. *Doct. Lovan.*

℣. 741. *Secum continet*) Intellige hanc phrasim ex ℣. 52. supra, ubi similiter, *secum tenuisset* &c. *Doct. Lovan.*

℣. 742. *Judicio placita explicat* &c.) Sic paulo post dicit:

Ut cum operis species pateat, tamen edita non sit
Norma voluntatis, de qua &c.

Item lib. 1. de Voc. gent. c. 16. *Opus exserit* (sic restituo pro erexit) *pietas, causam obscurat potestas*. Horum enim trium locorum una est sententia: Deum opere atque executione ipsa, quæ quidem semper justissima sit, ostendere quid sibi sit placitum; sed pro jure potestatis supremæ nos celare placiti sui rationes. *Doct. Lov.*

℣. 750. *Corpore mortis*) Videsis supra ad ℣. 486.

℣. 753. *Ad examen.... piorum*) non ut illi ea examinent, sed per illa potius a Deo examinentur & probentur, quam nimirum sint humiles & fideles. *Doct. Lovan.*

Cernere, & auctorem cunctorum noſſe bonorum;
// Quo ſine nil rectum mens inchoat. Audeat amens
Impietas tumido // arbitrio ſubnectere cauſſas
Divinorum operum : nos cum manifeſta videmus
Dona Dei, quorum eſt fons unus, ſumma voluntas;
Cum Paulo tremuiſſe juvat, ſtupidumque modeſte
Invictum ad ſolium Chriſti ſuſpendere nutum:
Cujus judicium ſic inſcrutabile & altum
Dicimus, ut verax prorſus fateamur & æquum.
Nam meritum ad mortem ſubeundam ſufficit unum;
Ad vitam, niſi quod donarit gratia, nullum.
Tu vero, // o nova gens, veteris quæ ſtirpe oleaſtri
// Velleris, & ſacræ ramis inoleſcis olivæ,
Quærere // formatæ ſentis te frondis honorem
Non ſtudio cœpiſſe tuo, ſed jure potentis
Agricolæ inſertam fœcundo vivere ligno:
Vince // ſuperborum flatus, & vana furentum
Turbinibus ſtabili fortis pietate reſiſte:
Nec tibi fallacis ſubrepat imago // decoris,
Nullum ex his errare putes. // Licet in cruce vitam
Ducant, & jugi afficiant ſua corpora morte,
Abſtineant opibus, ſint caſti, ſintque benigni,
Terreniſque ferant animum ſuper aſtra relictis:
Si tamen hæc propria virtute capeſcere quemquam
Poſſe putant, ſitve ut dignus labor iſte juvari,
Ingenium meruiſſe ajunt bona vera petentis:

que ad minimum boonæ voluntatis initium.

Deſipiunt qui Paulo ipſi inſcrutabilem, cur hi potius quam illi per gratiam liberentur quæſtionem, per liberi arbitrii velle & nolle ſe ſolvere poſſe opinantur. *Rom.* 11. 33. *Philip.* 2. 13.

Non poſſe Dei judicium non eſſe æquum, quamvis occultum ſit, cum omnibus meritum ad mortem ſuppetat vel ex uno originis peccato.

Nullum ad vitam niſi quod gratia donari. *Rom.* 5. 19.

CAPUT XXXVII.

Quantum viri fidelas ab hoſtibus gratiæ ſibi cavere debeant. *Joan.* 15. 1.

Quicumque virtutes ſuas vel ſibi, vel gratiæ quam meritus ſit adſcribit, proficiendo deficit, currendo recedit.

℣. 757. *Quo ſine* &c.) Magnifice abutitur putido illo Virgilii hemeſtichio ad Mœcenatem. Georg. 3.

Te ſine nil altum mens inchoat.

Ex quo etiam patet legendum *Rectum*, uti Virgilius dixit; *Altum* non autem, *Recti*, ut habebant plures Editiones. *Doct. Lov.*

℣. 758. *Arbitrio ſubnectere cauſſas* &c. Dictio eſt Juvenalis in fine Sat. 3. ubi legis, *ſubnectere cauſſas*, tametſi longe alio ſenſu (ut ſolet Noſter a veteribus non perinde ſenſus ac phraſes mutuari.) Ad ſenſum autem quod attinet, peti is poteſt ex ſimili loco ad capit. 8. Gallor. *Cauſſas vero operum & judiciorum Dei qui ex toto ad humanas voluntates & actiones refert.... & diſpenſationes Dei ex liberi arbitrii vult mutabilitate variari* &c. Doct. Lov.

℣. 767. *Nova gens*) Non alloquitur Ingratos (ut quidam exiſtimarunt, forte decepti voce, *nova*, quæ in malam partem frequenter accipitur;) ſed Orthodoxum Eccleſiæ populum; novum utique comparatione Judaici, cui hoc loco opponitur. *Doct. Lovan.*

℣. 768. *Velleris*) Verb. pro *avelleris*. Virgiliane. Alluditur ad Rom. 11. ℣. 17. ubi de gente Judæorum ut *oliva*, & de Gentili ut *oleaſtro* diſſeritur. Vide ejus loci expoſitionem luculentam apud Aug. in Pſalmum 72. *Doct. Lov.*

℣. 769. *Formatæ frondis*) nempe oleaginæ; ut diſtinguitur contra frondem oleaſtri, velut informem & imperfectam. *Doct. Lov.*

℣. 772. *Superborum*) Maſſilienſium epitheton, & quidem e duobus primariis unum. Alterum nempe eſt *Ingratorum:* ambo autem conjunctim habes ſupra in Præfat. & ℣. 684. *Doct. Lov.*

S. Proſperi.

℣. 774. & ſeq. *Decoris, nullum* &c.) Hactenus lectum fuit:

. . . . . *Subrepat imago decoris.*
Nullum ex his errare putes?

Nec interrogationi tam abruptæ diſſimilis eſt illa ſupra ℣. 459.

Divinorum operum quod ponitis &c.?

Tamen locum corruptum eſſe, cum Gallo ſentio, qui hoc hemiſtichium cum ſuperiori verſu forte debere conjungi autumat. Optaremque (pergit Doct. Lov. cum eodem Mſſ. opem: ſed quæ mihi ne Romæ quidem omnes Bibliothecas celebriores, ipſamque etiam Vaticanam, perluſtranti obtingere potuit. Igitur meo Marte, non invito Gallo, ita reſtitui, ut duo hi verſus ſibi cohæreant, ſubaudita tamen inter utrumque conjunctione *Ut*. Dubitavi etiam, num forte integer verſus deſideraretur v. g.

Ut quia conſpicuis ſunt moribus, atque probatis;

ſine quo profecto, aut ſimili, non ſatis indicatur, quæ ſit illa

. . . . . *Fallacis imago decoris.*

℣. 775. *Licet in cruce* &c. Igitur ubi illud, inquies, Evangelicum, *Ex fructibus eorum cognoſcetis eos*? Sine dubio enim nonnulla doctrinæ probatio mores ſunt: ſed nec id negat hic Noſter, immo potius probat, cum detracturus Semipelagianis hanc larvam, non eam init viam, ut dicat mores nihil conferre ad doctrinæ judicium, ſed aliam potius; nempe ut oſtendat, virtutes eorum ſolidas non eſſe, vitiante illas ſuperbia, & propriæ laudis amore, quem quidem ipſo ſuo dogmate profiteantur. *Doct. Lovan.*

Creſcere quo cupiunt, minuuntur ; proficiendo
Deficiunt ; ſurgendo cadunt ; currendo recedunt
Unde etenim // vani fruſtra ſplendeſcere quærunt,
Inde obſcurantur : quoniam ſua, laudis amore,
Philip. 2. 21. 1. Cor. 3. 11. Non quæ ſunt Chriſti quærunt, nec fit Deus illis
Principium, & capiti non dant in corpore regnum.
// Non horum templo eſt Chriſtus petra fundamentum ;
Sed // ſuper inſtabilem arbitrii nutantis arenam
Adſurgunt, fœda lapſuri mole tumoris.
Act. 4. 11. Pſal. 117. 22. Epheſ. 2. 14. Iſti quem quidam reprobarunt ædificantes,
Nunc etiam // reprobant lapidem, // parieſque ſine ipſo
Tertius eſſe volunt, quem nullo fœdere nectat
Angulus, & quem nulla habeat compago ligatum :
// Hi thalamum ad ſponſi non perducuntur, & intrant
Libertate ſua : // quæ Chriſti gratia confert,
Joan. 6. 44. Non acceperunt, & habent ; // non attrahit illos
Vis Patris ad Verbum, ſed ſponte & præpete curſu
Joan. 15. 5. Præveniunt ceſſantis opem : nec ad omne gerendum
Ejus egent, // ſine quo ſibi plurima poſſe videntur.

℣. 784. *Vani*) Aliud Ingratorum Epitheton, quo eos iterum ornat ſupra ℣. 493. Alii interim pro illo legunt, *Varii*. (Lugd. Lov. Duac. & Colon.) ut ſit a particulari de Maſſilienſibus ſermone tranſitus ad ſententiam generalem. Verum quia & illa quæ mox ſequuntur, ſolos interim Maſſilienſes tangunt, putem in *Varii* mendum eſſe. *Doct. Lov.* quod cum animadvertiſſet interpres Gallicus, correxit.

℣. 788. *Non horum*) Juvat integra adducere ea Scripturæ loca, quibus Auctor hoc paragrapho tam graviter ſancteque ludit ; præſertim quod illorum adnotatio marginalis denſior & confuſior foret, quam quæ facile caperetur. Itaque hoc ipſo ℣. 788. reſpicitur tum ad 1. Cor. 3. 11. *Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus* : tum ad Epheſ. 2. 21. *In quo omnis ædificatio conſtructa creſcit in templum ſanctum in Domino* : tum denique ad 1. Cor. 10. 4. *Petra autem erat Chriſtus*. Doct. Lov.

℣. 789. & ſeq. alluditur ad *Virum ſtultum*, ſic loquitur Salvator, Matth. 7. 26. *qui ædificavit domum ſuam ſuper arenam* &c. *Doct. Lov.*

℣. 791. Reſpicitur ad illud Pſalm. 117. 22. quod etiam in Evangelio ſæpius repetitur : *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*. Doct. Lov.

℣. 792. & ſeqq. primo reſpicitur ad loca in quibus Chriſtus dicitur *lapis angularis* : ut Iſai. 28. 16. Epheſ. 2. 20. & 1. Pet. 2. 6. deinde iterum ad Epheſ. 2. 14. *Ipſe enim eſt pax noſtra, qui fecit utraque unum, & medium parietem ſolvens* &c. Doct. Lovan.

℣. 795. Miſceri videntur verba Pſal. 18. 6. *Tamquam ſponſus procedens de thalamo ſuo*, & ſenſus Cantic. 1. 3. *Introduxit me Rex in cellaria ſua*, vel ut vulgo Eccleſia, *In cubiculum ſuum*. Doct. Lovan.

℣. 796. & init. ſeq. reſpicitur ad 1. Cor. 4. 7. *Quid habes quod non accepiſti* ? Doct. Lov.

℣. 797. & ſeq. alluditur ad Joan. 6. 44. *Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum*. Doct. Lovan.

℣. 800. Denique ad Joan. 15. 5. *Sine me nihil poteſtis facere*. Doct. Lovan.

SANCTI PROSPERI
CARMEN
DE INGRATIS
PARS QUARTA.

ARGUMENTUM.

SEmipelagianorum doctrinam cum hæresi Pelagiana comparat, ostendens Pelagianum dogma periculosius ab iis statui, quia occultius & speciosius quam ab ipso Pelagio, quem damnare videbantur. Potissimum illorum fundamentum destruit de primæ integritatis reliquiis, quas in hominis natura supereſſe opinabantur: docetque, quod ad veri boni appetitionem spectat, nihil in natura sanum remansisse: primi enim parentis vulnere ita mentem esse perculsam, ut ne quidem oculos in altum possit extollere, nec suam agnoscere calamitatem: si quid vero donorum naturalium illi supereſt, ad temporalem demum vitam (quæ tota est damnationis & pœnæ) excolendam pertinere; non ad æternam adquirendam, nec ad virtutis adjumentum, sed ad majorem superbiam. Alioquin si vigor pristinus & antiquæ libertatis vis in nobis remaneat, Christum gratis mortuum esse, cum unumquemque sua voluntas reconciliare Deo possit. Cæterum ex ineffabili Dei humilitate, qua tam indigna pati dignatus est, agnoscere debere hominem captivum, quo carcere clausus, quove morbo obsessus sit, cui eripiendo nonnisi mors medici succurri potuerit, dum scilicet se imis miscuit ut nos summis inſereret, & sic per illum possemus quidquid possumus. Postremo illorum insaniam detestatus qui sanctis obtinendæ coronæ caussam auferri caussabantur, nisi in eis reperiantur bona quæ proprio ipsorum arbitrio accepta referri possint, pia ad Deum invocatione, ut ad unicum bonorum nostrorum omnium fontem, Carmen concludit.

cap. 38. & 39.
Cap. 40.
Cap. 41. 42.
Cap. 42.
Cap. 43.
Cap. 44.
Cap. 45.
Cap. 45.

CAPUT XXXVIII.
A Semipelagianis voce tenus damnari Pelagium, cum subtilissimum illius hæreseos venenum retineant.

Et quod Pelagius innumeros seduxisset, si doctrinæ suæ

QUID prodest verbis commentum Pelagianum
Respuere, & sola damnatos plectere voce?
// Cum paucis squalida sublatis de cute nervis,
Intima viperei foveantur viscera sensus?
O bene quod diri erroris malus ille magister
// Nullo prælevit lethalia pocula melle:
Sed non ambigua infectum feritate venenum

℣. 803. *Cum paucis* &c.) Totus hic mihi Versus prima fronte displicuit. Quid enim, aiebam, illi *subtati de cute nervi*? An forsitan legendum, *nævi*? Deinde qui potuit auctor labi in *squalida* ut primam corriperet, qui jam supra tam diserte eamdem in *squalenti* produxerat? Cum interim subiit, tanto procliviorem fuisse S. nostro hanc systolen, quod forte putarit primam in *squaleo* natura sua brevem, demum apud auctores produci, ubi littera *l*, in medio duplicatur. Ad *nervos* autem quod attinet, jam cepi qui illi *de cute* tolli dicantur; nimirum si cutem acceperis pro omni illo tegumento exteriori, quo viscera occultantur, quodque & nervos, & musculos, venas, &c. denique ipsam cutem proprie dictam complectitur. Nam fatendum quidem est, improprie locutum Nostrum: sed tanti erat imitari Ovidii locum Metam. 6. in Fab. de Marsya excoriato, ubi perinde ut hic, & *Cutis*, & *Nervorum*, & *Viscerum* est mentio:

. . . . *Cutis*) *est*, inquit, *summos direpta per artus*,
Detectique patent (*Nervi*) . . . .
. . . . . *Saltensia* (*viscera*) *posses*,
Et pellucentes numerare in pectore fibras.

Doct. Lovan.

℣. 806. *Nullo prælevit* &c.) En iterum mellis mollitiem expressam multiplicatis *ll*: ut e contra ℣. præced. *diri erroris magister* asperius exprimi haud potuit, quam concurrentibus tot litteris caninis *rr*. Doct. Lov.

poculum aliquo melle præliviſſet. Nam dum errores ſuos initio minus obtexit, pleroſque ab iis deterruit, ipſa eorum deformitate.

Protulit, & // guſtu virus detexit amaro!
Nam ſi argumenti primordia non oneraſſet
His quæ // diſcipuli dempſerunt callidiores,
Innumeras dubio cepiſſet plaſmate mentes;
Quæ dum multa vident informia limine in ipſo,
Horrida terrificæ declinant atria mortis.
Nec // jam illis poſſunt adtriti illudere fures,
Quorum quo tendant artes, atque unde oriantur,
Non dubiis promptum eſt cuivis // cognoſcere ſignis.

CAPUT XXXIX.

At Semipelagiani periculoſius falſunt, quia Pelagium damnare videntur, dum fatentur, Ex Adamo mortem & peccatum in omnes transfundi: Neminem vitam æternam conſequi poſſe, niſi per baptiſmum. Et parvulos illo indigere ut a peccato ſolvantur.

NON igitur cum damnatis ſentire videntur,
Cum dicunt mortem in cunctos tranſiſſe per unum
Primum hominem, cujus crimen reſperſerit omnes:
Nec quemquam in vitam æternam niſi fonte renatum
Venturum: infanteſque reos hoc munere ſolvi,
Quos // prima ad mortem generaliter edat origo.
Sed cum damnatis ſapiunt, damnataque promunt,
Cum dicunt, // nihil eſſe animis per vulnus avitum
Detractum decoris, ſplendoremque omnibus illum
Nunc talem innaſci, qualis fuit ante ruinam.
Hinc libertatem arbitrii diſcernere ſano
Poſſe oculo cordis, quidquid ſit rite gerendum,
Nec ſolum ad vitæ præſentis commoda ſolers
Sufficere ingenium, quo ſe tueatur & ornet;
Sed ſummis etiam mentem aptam percipiendis
Æterniſque bonis, ſponte ad cæleſtia ferri:
Perque viam ad Chriſtum, quam fecerit ipſa, venire.

Sed cum Pelagio ſapiunt, cum ajunt, naturam ſuis viribus ad bonum ferri poſſe, quemadmodum ante peccatum, quaſi originali peccato læſa non fuerit.

Immo poſſe ſanctos acerrimas dæmonis oppugnationes propriis viribus frangere.

Deo ſuos utiliter deſerente, ſibique ipſis dimittente, ne nulla ſint eorum merita,

Si nihil boni faciunt

Hinc hominem multa recti aſſuetudine firmum
Poſſe repugnare adverſis, // nec cedere pœnis,
Quas ſuperandæ animæ per carnem admoverit hoſtis,
Auxilio abſcedente Dei: qui deſerat apte
Utiliterque ſuos, ut de certamine agonis
Quæſitas referant palmas: // ne nulla piorum

℣. 808. *Guſtu amaro*) Legit. Georg. 2.

At ſapor indicium faciet manifeſtus, & ora
Triſtia tentantum ſenſu torquebit amaro.

Sic ipſius ævo legebant plures: unde veniam mercetur ſermonis tam improprii, quo hic utitur: nam procul dubio ſatis vernacule *Guſtu* poſuit pro *ſapore*. Cæterum hodie poſt Agellium, lib. 1. cap. 12. paſſim Grammatici ita legunt hunc Virgilii locum:

. . . . . *Senſu torquebit amaro.*

℣. 810. *Diſcipuli*) Maſſilienſes, quibus paſſim Pelagium, ac Pelagianos *Magiſtros* attribuit.

℣. 814. *Jam*) Videlicet poſt tot condemnationes & proſcriptiones ſolennes, vel certe *jam*, cum tot conſpiciuntur

. . . . . *Informia limine in ipſo.*

Saltem ſigna illa, de quibus tertio poſt verſu, non alia putarim, quam iſta *informia*, quæ hæreſis Pelagiana quaſi ipſa fronte præferebat. Interim pro *Jam*, Vulgati hic legunt *Tam*, ut conjungatur (puto) cum *Adtriti*. Doct. Lov.

℣. 816. *Cognoſcere*) Ita legendum, & non *Agnoſcere*, ut alii (quamquam revera in tenui labor eſt) demonſtrat Verſus Maronis Georg. 4. unde hic expreſſus eſt:

Quod jam non dubiis poteris cognoſcere ſignis.

Ex quo etiam fortaſſe deſumtum eſt illud *Jam*, de quo Nota præcedenti. *Doct. Lov.*

℣. 822. *Prima origo*) Id eſt, *prima* nativitas ſecundum carnem, ut diſtinguitur contra *ſecundam* per baptiſmum, dequa mox ante:

. . . . . *Niſi Fonte renatum.*

Niſi tamen ſimplicius, *prima origo* ſit, quam trahunt infantes a *primo* parente; ut propterea etiam mox ſequatur:

. . . . . *Per vulnus Avitum.* Doct. Lov.

℣. 824. *Nihil eſſe* &c.) Vide idem dogma ſupra cap. 1. & alibi. *Doct. Lov.*

℣. 835. *Nec cedere Pœnis* &c.) Quippe *cum tanta ſit virium* naturæ *integritas, ut contra ipſum diabolum, ſævitiamque ejus, uſque ad extrema ſupplicia ſine auxilio Dei valeat dimicare.* Ita ex ipſorum ſententia lib. con. Collat. cap. 20. *Doct. Lovan.*

℣. 839. *Ne nulla* &c.) Doct. Lov. ſcribit *Neu nulla*, &c. Hanc re ipſa (addit) fuiſſe Semipelagianorum ſententiam, patet tum ex pluribus aliis, tum ex verbis Collatoris cod. lib. c. 19. ſub finem, ubi de fide Centurionis a Chriſto laudata ait: *Nullius enim laudis eſſet ac meriti, ſi id in eo* (Centurione)

Do-

Sint merita, & veræ priventur laudis honore;
// Si quod naturæ ſenſu noluntque, voluntque,
Præceptiſque tenent legalibus inſinuatum,
Divini auxilii manus hoc operetur in illis:
// Ceu ſolis Chriſti famulis virtute carere
Sit dignum, & non poſſe probos apprendere mores,
Quos plerumque habeant etiam ſimulacra colentes.
TALIA lingua procax cum verbis fundit ineptis,
Effuge tu // nova gens, hoſtiles effuge ſenſus,
Et procul a laqueis ſapiens abjungere mortis.
Chriſtus enim tua juſtitia eſt, quo te duce oportet
Currere, ne curſus, Chriſto ſine, ſit vagus error.
Nemo etenim, nemo eſt, qui non cum vulnere primi
Sit patris genitus : quo vulnere mens prius intus
Percuſſa eſt, quam membra foris, cum mente receptum eſt
Quod // regione poli disjecta ſuperbia ſuaſit.
Sic animus, cui lumen erat de lumine ſummo,
Arbitrium involvit tenebris ; & luce relicta,
Conſilio legit tetræ nigreſcere noctis.
Nec jam captivos oculos // extollere in altum
Sponte poteſt : quoniam hoc etiam ſpoliante tyranno
Perdidit, ut quanto jaceat ſub vulnere norit.
SI quid enim de principiis felicibus illi,
// Et vita exilii ſupereſt prudenter agenda,
Hoc ſanum, & quo nil fuerit ſublimius in ſe
Credit, amatque // ſuum mundi ſapientia ſenſum,

niſi quos gratia in illis operatur.

CAPUT XL. Fugiendos illos errores omnibus vere piis.

Quorum Chriſtus eſt tota juſtitia.

Quique agnoſcere debent primi parentis vulnere ita ſauciatam naturam humanam:

Ut ne quidem oculos mentis ſponte poſſit in altum attollere, & miſeriam ſuam agnoſcere.

CAPUT XLI. Si quid homini ſuperſit ex priſtini ſtatus reliquiis, falſo id putat ſanum, atque hinc ſolum ſu-

Dominus quod ipſe donaverat, *prætuliſſet*, id eſt, præ aliis laudaſſet. Quod autem hic cum vulgatis legimus *Neu nulla*, (non tamen legerat in antiquioribus Lugd. Lov. Duac. & Colon.) & Gallus legit. *Ne:* male, ac contra Proſperi & Virgilii phraſim, qui ubi *Ut* aut *Ne* præceſſit, non jam amplius *Ne*, ſed *Neu* ſubjungunt, quaſi *Neve;* ſicut *ſeu*, pro *ſive*, quaſi *ſeve*.

℣. 841. *Si quod naturæ ſenſu* &c.) Hanc lectionem vulgati ferebant pro conjectura marginali: Gallus recte textui invexit, pro eo quod alias legebatur:

Sicut naturæ ſenſum, &c.

Senſum autem naturæ recte itidem intellexit de lumine ac dictamine naturali, quod paſſim Pelagiani cum ſuis illis Diſcipulis ſufficere dictitabant, ſaltem cum Lege ſcripta (de qua hic ℣. ſeq.) ut quis vellet nolletque quod oportet. Sic ſupra docent cap. 1. §. 3. ſic iterum cap. 29. §. 2. & 3. ſic etiam alibi. *Doct. Lovan.*

℣. 844. *Ceu ſolis Chriſti* &c.) Ita contra Collat. c. 6. *Si ideo voluntas non putanda eſt noſtra, quia formatur, regitur, ordinatur, imbuitur; ſpolian. tur libertate filii Dei, qui aguntur Spiritu Dei; perdunt vigorem rationalis animi, & omnis voluntariæ devotionis laude privantur, quibus datur Spiritus ſapientiæ & intellectus, &c.* Hactenus Auctor. *Chriſti famulos* ergo intelligit, qui juxta Scripturam aguntur Spiritu Dei, & quibus datur Spiritus ſapientiæ & intellectus &c. quaſi dicat: Si vera eſt veſtra doctrina, nempe virtutis laude carere quidquid Deus in nobis operatur; igitur virtutis laude carebit, quidquid egerint illi, qui aguntur Spiritu Dei, qui tamen proprie ſunt Chriſti famuli: hique hoc pacto inferiores erunt paganis ipſis, qui juxta vos ſæpius digna laude agunt. *Doct. Lovan.*

℣. 848. *Nova gens*) Vide ſupra ad ℣. 767.

℣. 855. *Regione poli diſiecta*) In diabolo. *D. L.*

℣. 859. *Extollere in altum*) ad petendum auxilium aut medicinam; quod nempe vulnus ignoret ſuum, ac, ut alibi dicitur, *pro ſanitate habeat quod ægrotare ſe neſcit, donec prima hæc medela conferatur ægroto &c.* Doct. Lovan.

℣. 863. *Et vita agenda*) Gallus legit *vita agenda* in ſexto caſu; ut ſit ſenſus: ſi quid homini hodie ſupereſt de principiis felicibus primi ſtatus, & de vita hujus exilii prudenter agenda. Quod adeo mihi non probatur, ut retinere maluerim lectionem Vulgatam in recto caſu. Quamquam nec illa quidem ſuis incommodis caret: qui enim iſtud quod ſequitur, *Hoc ſanum*, &c. qui, inquam, iſtud ad plura illa quæ præcedunt, ac inter ea ad vitam prudenter agendam, referetur? Certe nitidius fuiſſet:

Ad vitam exilii ſupereſt prudenter agendam: ut ſupra ℣. 829.

. . . *Ad vitæ præſentis commoda, &c.*

Pro lectione interim noſtra & Vulgata tuenda facere poteſt, quod ſoleat etiam alibi Auctor noſter ponere conjunctim plura, atque ad unum dumtaxat ex iis, idque ut plurimum quod eſt primum, referre ſequentia. *Doct. Lovan.*

℣. 865. *Suum ſenſum*) amare dicitur mundi ſapientia, non uti vulgariter quiſque dicitur amare ſenſum ſuum, id eſt, ſententiam: ſed amat miraturque ſenſum ſuum, hoc eſt ſuum ſcire; ut tum ex ſequentibus, tum ex dictis mox ſupra ad ℣. 841. colligi poteſt. Porro *Mundi ſapientia* dictio eſt Apoſtolica non uno in loco. *Doct. Lov.*

perbiendi materiam arripit.

Innumeras seſe claram mirata per artes:
Quod conjecturis sublimibus abdita quærit,
Quod meminit recte, sapit acriter, æstimat apte:
Quod studium fandi excoluit, quod legibus urbes
Instituit, moresque feros ratione recidit,
Ut pœnæ metus officio certarit amoris.
Jam cum // exercetur numeris, ad sidera cæli
Per cursus noscenda suos, & scire videtur
// Defectus solis // varios, Lunæque labores,
Quam speciosa sibi est, & quam vanescit in ipsis?

CAPUT XLII. Neque ex illis reliquiis ad veram vitam perduci unquam potest.

Quæ licet ex primo naturæ habeantur honore;
Non tamen ad veram possunt perducere vitam.
(Denique // ab his præceps in multas religiones
Decidit, & factis hæsit factore relicto.)

Si eadem esset in natura vis quæ fuit in Adamo, seipsum quisque reconciliare Deo posset, ac peccato exsolvere. Ideoque Christus gratis mortuus fuisset.

Nam si nunc etiam // illæsis vigor ille maneret,
In quo insons natura fuit; sua quemque voluntas
Conciliare Deo, pœnaque absolvere posset:
Nequicquam Christus // mortem moriendo piaret,

℣. 872. *Exercetur numeris* &c.) in Mathematicis, in quibus præ cæteris sibi humanum placet ingenium. *Doct. Lovan.*

℣. 874. *Defectus solis* &c.) Versus integer e Georg. 2. ac fere e Lucret. lib. 5. quem non adeo Noster huic loco inseruit, ut utrumque hunc Poetam philosophum imitaretur, quam ut eos pie derideret uti nimis sibi placentes in hac scientia. Quippe Lucretium videas ubique pene pueriliter ea exultantem; Virgilium quoque paulo post dictum versum, mirum quanto affectu exclamantem audias:

Felix, qui potuit rerum cognoscere causas. D.L.

Ibid. Varios) Quia quidam putarunt, facilius assignari *varios solis effectus*, quam *varios defectus:* (quis enim alius, dixerunt, Solis defectus, quam is qui per Lunæ interpositionem causatus, Ecclypsis dicitur?) nec insuper familiarem habuere Virgilium; quod uti Theologo vitio verti non debet; ita nec e contra improbari ea familiaritas, quam nec SS. quidem Patres passim dedignati sunt;) conjecerunt illi legendum *effectus solis varios*. Sed præter quam quod defectus ipse ordinarius sua varietate non careat; alius enim totalis, alius partialis, alius universalis, alius particularis &c. notandum præterea, Soli non prorsus insolitos esse quosdam defectus extraordinarios, quos Ecclypsis nomine non vocamus. Sic famosus Philosophus ex hodiernis narrat, Solem aliquando per plures dies, atque adeo menses, & annum integrum, obtuso lumine luxisse ad instar Lunæ: quod ipse copiæ & magnitudini attribuit earum macularum, quas ope telescopii in Solis corpore, non eodem perpetuo numero, magnitudine & forma observamus: quibus etiam fieri putat, ut stellæ aliquæ fixæ, quas totidem Soles censet, omnino dispareant: uti septima Pleiadum factum esse Ovidius in Fabulis non fabulose memorat, etsi rationem ipse pro instituto suo reddat fabulosam. Et quia de Ovidio facta mentio est, quo nemo ingeniosius Phænomena naturalia Fabulis suis immiscuit: is idem est, qui ad *defectus* nostros *Solis varios* alludens, alicubi in Metamorphosi (loci in præsentiarum non memini) inducit Phæbum nescio quo pallore marcescentem; diserteque addit, non talem hunc tamen fuisse, qui sororis interjectu causaretur; insinuans scilicet alias defectionis ejus & species & causas. *Doct. Lovan.*

℣. 878. *Denique ab his*, &c.) Periodum nimis abruptam parenthesi includendam duximus. Specialiter autem illa refertur ad dicta in fine cap. præc. de astrorum scientia: quæ adeo non valet possessores suos ad veram vitam perducere, ut etiam quosdam ad idololatriam, puta ad ipsum illorum astrorum cultum pertraxerit (de quibus magna querela. Sap. 13.) Ubi admirari licet humani ingenii pravitatem, optimis quibusque rebus tam perverse abutentis, ut pulcherrimam scientiam, Physicen dico, qua ex iis quæ facta sunt, factorem Opt. Max. analogicos invenire tam facile est; sibi contra ipsummet Deum faciat inservire, ex eaque decidat non in multas tantum religiones, ut hic Noster notat: sed vel in ipsum irreligiositatis atque atheismi barathrum. Sic quippe impius ille cum suo Epicuro Lucretius, sic Plinius, sic alii naturæ mystæ auxerunt infelicem atheorum numerum: sic hodieque nostri ævi Satyricus ejusdem impietatis infamiam adspergere audet Physicorum, seu ut ipse vocat, *Medicorum*, professioni: & quidem illud fortassis injuria, sed tamen pudet, piget, tædet generis humani, quod saltem suspicio illa non in alios potius omnes cadat, quam in eos qui ab hoc malo longissime abesse deberent. Atque hæc ad prudentissimæ verissimæque hujus Prosperianæ parenthesis confirmationem dicta sint; & quidem ab eo (ne Physices odium putetur) qui & ipse aliquando hanc Galateam amavit, immo deperiit. *Doct. Lovan.*

℣. 880. *Illæsis*. Doct. Lov. legit *illæsus*. Sic supra ℣. 541. legimus, *Mentis honorem illæsum:* Gallus tamen (nisi vitium typorum est) *illæsis*. Nos tamen non mutavimus antiquam lectionem quia Editionum antiquiorum Lugd. Lov. Duac. & Colon. auctoritate fulcitur, & sensum rectum exhibere nobis visa est.

℣. 883. *Mortem moriendo piaret*. Non opus erat conjectura *ligaret:* (quam tamen præferunt Lugd. Lov. Duac. & Colon.) est enim imitatio istius Metam. 8. in Meleagri fabula.

. . . . . *Mors morte pianda est:*

aut si non nisi Virgiliana dictio in pretio est; respexit ad illud Æneid. 2.

. . . . *Culpam hanc miserorum morte piabunt.*

℣. 890.

Peccatum & mundi sanguis non tolleret agni,
Nec genus humanum generari rursus egeret
Conditione nova : quoniam sapientia sana,
Sana fides, sanum arbitrium, mens libera morbo,
Vitam agerent dignam summorum participatu.
SED prostrata semel, quanto natura profundo
Immersa, & quantæ sit mole oppressa // ruinæ;
Verbum homo fit, rerumque sator sub conditione
Servilis formæ dignatur virgine nasci,
Inque infirmorum cunctos descendere sensus.
Vexatur virtus, sapientia ludificatur:
Justitia injustos tolerat, clementia sævos:
Gloria contemptum subit, & tormenta potestas:
Inque crucis pœnam // nulli violabilis usquam
Vita agitur : cujus perimatur morte // peremptor:
Justo ut pro injustis effuso sanguine, sit mors
Unius insontis multorum vita reorum.
Hoc igitur pretio captivi cum redimuntur,
Agnoscant quali concluси carcere, quove
Obsessi fuerint morbo ; quibus eripiendis
Succurri haud aliter potuit, quam morte medentis.
Et quia de magnis opibus nonnulla supersunt,
Quæ decorent nudos, & quæ solentur egenos:
Non ita pro summis oblectent ultima lapsos,
Ut de // supplicio tumeant, atque ordine verso,
Quo sunt effecti miseri, sint inde superbi.
* Aut cum hebetes visus, longa ex caligine tandem,
Deest hic aliquid. in hunc sensum. In cælum attollunt,& vera luce fruuntur;
Naturæ hoc potius, libertatique volendi,
Quam Christo tribuant : ne scilicet evacuetur

CAPUT XLIII. Ex ineffabili Dei humilitate qua homo & miser fieri dignatus est, ut hominem redimeret, agnoscat homo captivus quo carcere clausus, quo morbo obsessus fuerit.

Cui eripiendo nonnisi morte medici succurri potuit.

Quam parvi faciendа quæ homini post casum supersunt.

Cum homo ad Deum convertitur, Dei gratiæ ut principio, potius quam libero arbitrio hanc

℣. 890. *Ruinæ*) Huc usque interrogative legit Gallus (cum Editionibus Lov. Duac. & Colon.) Consentirem (ait Doct. Lovan.) si foret hoc Versu, *Mole est oppressa* &c. pro *sit mole*, nisi quod tunc adhuc potius per exclamationem legerem. Nunc autem aio Ellipsin esse, nec eam quidem adeo incommodam. Qui volet, interim suppleat ex ejusdem argumenti loco contra Collat. c. 9. *Nonne ex ipsius remedii singularitate apertissime patet, in quam profundum malum totius humani generis natura demersa sit illius prævaricatione, in quo omnes peccaverunt?* Doct. Lovan.

℣. 897. *Nulli violabilis usquam.*) Doct. Lov. legit *umquam*. Gallus *usquam* (ita etiam Lugd. Lov. Duac. & Colon.) Putat autem hoc dictum, quia Salvator inviolabilis erat, nisi ipse voluisset.

℣. 898. *Peremptor*) non tam ipsius Christi, quam generis humani; nempe diabolus qui Joan. 8. 44. *Homicida* dicitur *ab initio*. Perimendus autem dicitur metaphorice, quia (ut item in Evangelio) ejiciendus foras, ac destruendum regnum ejus, adimendumque illi mortis imperium. Ita Gallus in Prosa: melius quam in versu, ubi de morte intelligit. *Doct. Lovan.*

℣. 908. *Supplicio*) & quidem ℣. seq. *quo sunt effecti miseri*: de reliquiis primæ integritatis dicitur: nempe cum respectu ad bona ipsa primæ integritatis, quorum dumtaxat exigua sunt particula, cæteris misere deperditis. Hoc sensu pars exigua magnarum opum quibus quis ob crimen a Principe mulctatus est, *supplicium* ejus dici posset, cum ipse eam adspiciens considerat, quantillum sibi de tantis bonis supersit: maxime si pars ista exiguo sit ipsi usui, & ferme nonnisi ad damnum conducat; uti reliquiæ illæ hominem sine Dei auxilio *finem ad mortis*, (ut supra dicitur ℣. 403.) non autem ut ℣. 877. additur:

. . . *Ad veram possunt perducere vitam.*

℣. 910. *Manifestum hiatum a Gallo hic notatum monet. Doct. Lovan. quem ille obstruxerat hoc versu,

In cælum attollunt, & vera luce fruuntur.

Satis concinne enim vero: sed hic alium a se quoque confictum ex ipsis verbis Prosperi colligit, eo nimirum loco, ubi eamdem fere sententiam tractat (si tamen ipse est) Epist. ad Demetriadem c. 14. *Sicut*, inquit, *arte medica fit in oculis (caligantibus), ut possint videre quod non vident . . . . ita in cordibus tardis & (Hebetibus) per Spiritum-sanctum acies obducta tergitur, & (de vero lumine) tenebrosæ jam & deficientis lucernæ (lumen accipiunt.*) Unde locum istum idem Doct. Lov. sic exhibet:

Aut cum hebetes visus, longa ex caligine tandem
Erepti, accipiunt vero de lumine lumen;

S. Prosperi.

adscribendam mutationem.

Arbitrii virtus, si // desit recta legendi.
Hoc // patribus primis mortis sator insinuatus
Consilio est: hac arte omnes prostravit in uno,
Dum suadet multo præstantius esse, quod ipsis
(Non tribuente licet Domino) sponderet habendum
Prudens libertas, vetitoque instructa cupido:
// Quæ nunc per veteris serpens vestigia fraudis,
Deceptos simili studet inflammare furore:
Ut quoniam pulcrum est veris impendere curam,
Justitiæque avidos bona nosse & velle salubre est:
Suadeat ingenio cujusque hoc lucis inesse,
Ut naturali mens vivida // mobilitate,
Non spirante Deo, Christi exardescat amore,
Utque ita salvatrix nil gratia conferat istis,
Sed referat; // pretioque bonos, non munere ditet.

Quod homo libero arbitrio nimium tribuat, ex illa superbia proficiscitur, quam diabolus primis parentibus inspiravit.

CAPUT XLIV.

Plurimos inde errores oriri.

His de seminibus multo jam plura oriuntur,
Et frumenta inter primo turgentia lacte,
Spinis fulta subit seges horrida zizaniorum.

Quos pii omnes aversari debent. 1. Cor. 3. 7.

Sed nos qui Domini semen sumus, agricolæque
Stamus ope, & supera perflati vivimus aura,
// Viperei calicis gustum procul excutiamus:
Divinique operis constanter confiteamur
Figmentum nos esse novum, quod prorsus ab illa
Stirpe vetustatis discretum est, atque reciſum,
// Et jam sit penitus carnalis originis exors,
Qui membrum est Christi, capitisque in corpore vivit:
A quo subjectos vigor omnis manat in artus;
Et sic quæque suo vegetantur in ordine partes,
Ut quod agunt, & dispositis quod motibus explent,
Ex illo possint, qui summa atque ultima pacans,
Ut nos insereret // summis, se miscuit imis.

Ephes. 2. 10.

Qui cum membra Christi sint, a capite suo vim omnem hauriunt. *Ephes.* 4. 16. *Joan.* 15. 4. *Coloss.* 1. 2.

CAPUT XLV.

Procul abjiciendi qui existimant sanctis auferri causam obtinendæ coronæ,

Conticeant igitur, qui dicunt esse cavendum,
Ne desit sanctis // sumendæ causa coronæ,
Si non // ipsorum bona repperiantur in illis.

℣. 914. *Desit recta legendi*) Id est, virtus recta eligendi. Sic supra ℣. 651. & seq.

. . . *Quia recta gerendi.*
Non data sit virtus. Doct. Lov.

℣. 915. *Patribus primis.*) Dubitanter supra ad ℣. 10. istud, *De Patribus* exposuimus de primo patre & matre: nimis enim nove, ac sine ullo idoneo veterum exemplo id dictum videbatur. Dubitationem vero omnem exemit hic locus: de phrasi interim grammatici viderint. *Doct. Lov.*

℣. 920. *Quæ nunc* &c.) Versum hunc ambiguum & obscurum reddunt *Quæ*, & *Serpens*: nam hoc quispiam facile substantive acciperet; illud vero quo referendum sit, non statim apparet. Ac mihi quidem prima fronte referendum videbatur ad *Cupido*. Atqui ut nunc video, referendum ad *Vestigia*: *serpens* autem participaliter accipe, & sic ordina constructionem: *Per quæ vestigia veteris fraudis nunc* iterum *serpens* ille *mortis sator diabolus, deceptos simili studet inflammare furore*. Doct. Lov.

℣. 925. *Mobilitate*) Ut supra. ℣. 592. Non igitur *nobilitate*, ut quibusdam visum fuit. *D. L.*

℣. 928. *Pretio, non munere*) Id est, mercede debita, non dono gratuito. *Doct. Lov.*

℣. 934. *Viperei calicis*) Id est, a Serpente propinati. Respicitur enim ad dicta cap. superiore. *Doct. Lovan.*

℣. 938. *Et jam sit*, &c.) Gallus imperativum credidit, conjungendo scilicet cum illo supra. ℣. 934. & seq. *Excutiamus*, & *confiteamur*. Mihi vero subjunctivus videtur, cohærens cum infinitivo immediate præcedenti ea ratione, qua passim hic Noster hos duos modos connectit: adeo ut *Jam sit*, stet pro *Jam esse*; nisi tamen legendum, *Ut jam sit*. Doct. Lovan.

℣. 944. *Summis, se miscuit imis.*) Elegans abusus istius triti apud auctores bonos, *Summa imis miscere*: pro sursum deorsum omnia vertere, *D. L.*

℣. 946. *Sumendæ causa coronæ.*) Id est, ratio meriti & mercedis. Vide supra ad ℣. 859. & seq. *Doct. Lovan.*

℣. 947. *Ipsorum bona.*) id est, ipsis propria, ac sine gratiæ auxilio facta: sicut supra ℣. 570.

Vel nostro adscribi nequeunt bene gesta labori,

Eodem

Hoc etenim tumida nimis impietate docentes,
Quid nisi justitia nos & virtute, Deoque
Dispoliare volunt: ne lux in nocte coruscet,
Languida ne in vires redeant, ne mortua vivant.
Sed nobis summo verorum a fonte bonorum
Haurire hæc, supero & semper splendore nitere,
Gloria sit; non spes in fœni flore caduco.
Sicut enim palmes nullos valet edere fructus
Non in vite manens, quæ de radice ministra
Succum agat in frondes, & musto compleat uvas:
Sic infœcundi virtutum, & fruge carentes
Perpetui cibus ignis erunt: qui vite relicta
Audent effusa de libertate comarum
Fidere, ne Christi sint ubertate feraces:
Et mage se credunt propriis excellere posse,
Quam si virtutum // placitarum sit Deus auctor.
Viles ergo putent se deformesque futuros,
Cum transformatis fiet Deus unica sanctis
Gloria: // corporei nec jam pressura laboris
Conteret incertos, sed in omnibus omnia semper
Christus erit. Quod si pulcrum, & super omnia magnum est,
Cur pudet hac etiam fletus in valle potentes
Esse Deo, minimumque // operis mortalis habere,
Quod non est nisi peccatum quo discrucietur
Libertas: ad quam // solam male gesta recurrunt?
Et tamen in sanctos animum cum intendimus actus,
Cum desideriis carnis mens casta repugnat,
Cum tentatori non cedimus, & per acerbas
Vexati pœnas, illæso corde manemus;
// Libertate agimus; sed libertate redempta,

nisi humana in eis merita reperiantur.

Joan. 15. 4.

Virtus piorum non ideo minoris facienda, quod eam totam a Christo accipiant. Sicut nec cælestis gloria sanctorum; quam totam a Deo habent, qui omnia in illis omnibus est.

Multo minus gravari oportet agnoscere nos in hac fletus valle nihil boni nisi per gratiam posse. Nec ea re tollitur libertas, sed restituitur ac redimitur.

Eodem modo intellige mox infra, 962. istud *Propriis*, nempe virtutibus. *Doct. Lovan.*

℣. 963. *Placitarum*.) At quæ *virtutes* illæ *placitæ*; ut *propriis* opponuntur? Si Virgilii dictio consulatur, longe is recedit a scopo nostro, ubi hanc vocem usurpat init. 4. Æneid.

. . . *Placitone etiam pugnabis amori?*

Præterquam quod etiam credendum non sit, Prosperum in re tam sancta ad Æneidos potius quam Scripturæ locum aliquem respexisse. Putem igitur has virtutes placitas easdem esse cum *Operibus bonis* (Ephes. 2. 10.) *quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus*: quæ proinde *placitæ* dicantur, quia divino beneplacito ordinatæ & præparatæ, ut in illis ambulemus. *Doct. Lovan.*

℣. 966. *Corporei laboris*.) Id est, qualis in corpore hoc ærumnoso geritur, cum tanta cadendi ac delinquendi incertitudine ac metu. Videbantur enim Massilienses præcipuam operum excellentiam petere ex hac arbitrii sibi relicti vacillanti incertitudine, quam per operationem gratiæ tollendam metuebant. *Doct. Lovan.*

℣. 970. *Minimumque operis mortalis*.) Id est, peccati, inquiet aliquis, præsertim mortiferi. Belle sane, si tamen sine nugatione evidenti tunc sequatur:

Quod non est nisi peccatum.

Quid ergo? Difficilis locus; quem cum sui similibus servare malo in appendiculam Theologicam, quam cum Deo meditor in hoc Prosperi Carmen: dum hic interim pergo in lusibus Philologicis. *Doct. Lovan.* Sola editio Lugdun. aliter habet hunc locum:

Cur pudet hac etiam fletus in valle potentes
Esse Deo? nimiumque operis mortalis habere?
Quod non est &c.

℣. 972. *Solam*) cum sola est. *Doct. Lov.*

Ibid. Recurrunt) sic tamquam ad nativam scaturiginem suam: ut apud Horat.

Naturam expellas furca, tamen usque recurret.

℣. 977. *Libertate redempta*.) An ergo libertas redimi, aut umquam non libera fuisse potest? Sic nimirum differte docet infra ℣. 995.

Tunc fiet (cum gratia) *cursus velox.*
Libera libertas &c.)

Unde duo notanda: & quod in sensu Prosperi sine gratia sit libertas, & quod per gratiam ipsa libertas insuper liberetur, nempe ad volendum & perficiendum bonum, Deo id operante Phil. 2. 13. de qua libertatis (ut ita dicam) libertate intelligendi sunt etiam SS. Patres Prospero coætanei, ubi durius nonnumquam ita loqui videntur, ut libertas per primum peccatum amissa, per Christi gratiam recuperetur. Re vera enim hæc est libertas, qua libertate Christus nos liberavit. Gal. 4. 31. *Doct. Lov.*

Ut quidquid recte agit, non ipsi acceptum referatur, sed gratiæ Christi.

// Cui Deus est rector, summoque ex lumine lumen,
Vita, salus, virtus, sapientia : gratia Christi est,
Qua currit, gaudet, tolerat, cavet, eligit, instat,
Credit, sperat, amat, mundatur, justificatur.

Non enim tantum boni operis fructus largitur Deus per gratiam, sed etiam operandi voluntatem & cogitationem totamque piæ vitæ seriem.

Si quid enim recti gerimus, Domine, auxiliante
Te gerimus : tu corda moves : tu // vota petentis
Quæ dare vis, tribuis, servans largita, creansque
De meritis merita, & cumulans tua dona coronis.

OBJECTIO. Semipelag. Per hanc gratiæ prædicationem virtutis studium resolvi.

Non autem hoc curam minui, studiumque resolvi
Virtutum, aut opus ingenii torpere putandum est;
Quod bona sanctorum tua sunt, & quidquid in illis
Aut sanum, aut validum est, de te viget : ut videatur
Nil actura hominis, te cuncta gerente, voluntas:
Quæ sine te // quid agit, nisi quo procul exulet a te?
Præcipites semper calles, & devia motu
Ingressura suo : nisi fessam, tu bone, & ægram
Suscipias // referas, foveas, tuearis, // honestes.

RESPONDET Contra sine gratia nullum esse virtutis opus, quod voluntas humana per se nihil aliud possit quam exerrare.

Tunc fiet cursus velox, oculique videntes,
Libera libertas, sapiens sapientia, justum
Judicium, & fortis virtus, & sana facultas.

Sola gratiæ vi nos idoneos fieri & accendi animos hominum ad recte vivendum.

Hujus opis semper, Pater, indigeamus : ab ipsa
// Prodeat arbitrium nostrum, nihil hac sine sensus
Corporei // possint, // opus ut servile quiescat.
Et tua dum in nobis agitur, non nostra voluntas,
Legitima in sanctis ducamus // sabbata festis.

℣. 978. *Cui Deus* &c.) Hæc interpunctio Galli interpretis, consentientibus Lugd. Lov. Duac. & Colon. Doct. Lov. non probatur omnino. Pro qua sic pronuntiari optat:

. . . . *Sed libertate redempta:*
Cui Deus est rector; summoque ex lumine lumen,
Vita, salus, virtus, sapientia, gratia Christi est;
Qua currit, gaudet &c.

Priori interpungendi modo variari dicit sententiam: ubi illa omnia, *Rector, lumen, vita, salus, sapientia*, de Deo dicuntur: quod mihi (ait) minus displiceret, nisi quod dicitur, *summoque ex lumine*, de lumine creato accipiendum videtur, ideoque & illud, & quæ sequuntur, ad gratiam potius referenda essent.

℣. 983. *Tu vota petentis*, &c.) Sic orat Ecclesia *Dom. 9.* post Pent. *ut petentibus desiderata concedas, fac eos quæ tibi sunt placita postulare.* D. L.

℣. 991. *Quid agit,*) & Doct. Lov. scribit, *Quid agat?* Gallus (inquit ille in nota) iterum aliter. Nam primo legit, *Agit*, deinde inrerrogationis notam in finem versus differt: neutrum (fateor) adeo perpetam, aut ullo notabili sententiæ damno. Edit. Lugd. Lov. Duac. & Colon. *quid agit?*

℣. 994. *Referas.*) Plus dicit hoc verbum quam Gallus intellexit, qui illud reddidit per suum, *Ramener*. Sic enim eadem sententia repetitur lib. 1. de Vocat. gent. c. 8. *Nec dedignetur ægram, diu in invio fatigatam, humeris suis ferre, & non revocando tantum sed etiam portando salvare.* D. L.

Ibid. Honestes.) Sicut in verbo illo superiore, *Referas*; manifesto alludit ad Parabolam Evangelicam de Pastore ovem perditam humeris suis referente. Luc. 15. ita hic respicere existimo ad illam ibid. de patre, filium prodigum ad se reversum *stola prima* honestante. Gallus saltem, in voce hac, quam in alia ista reddenda felicior, ita recte in Prosa: *Si vous ne l'ornez de vos dons & de vos graces:* ubi etiam phrasim Scripturæ secutus est, qua *honestare* idem est ac ditare. *Doct. Lovan.*

℣. 999. *Prodeat arbitrium.*) Id est, Libertas: nam arbitrium pro ipsa libertate positum etiam supra videas. ℣. 622.

Nulla tibi arbitrii respondet signa.

Optat scilicet libertatem illam, quam dat gratia, & quam jam supra ex Prosperi sententia *libertatem* ipsius *libertatis* vocavimus. *Doct. Lov.*

℣. 1000. *Possint.*) Quod plane amplector ex Gallo, pro eo quod cæteri habebant, *Possunt*. Libens etiam adscribo ejusdem expositionem in Prosa, ubi illud, *Nihil hac sine sensus corporei possint*, ita reddit: *Qu'elle conduise tous les mouvemens de notre corps:* q. d. Nullam sensus nostri corporei operationem edant, quam illa non producat. O votum! Sed votum tantum, nisi cum mortale hoc induerit immortalitatem. *Doct. Lovan.*

Ibid. Opus servile.) Ita vocat, dum nostra in nobis agitur, non Dei voluntas; dum, inquam, vel malum agimus, vel de bonis actibus nostris, quasi de propriis gloriamur. Sic colligo ex antithesi Prosperi ℣. seq. & Augustini verbis jam citandis. *Doct. Lovan.*

℣. 1002. *Sabbata.*) Cum levi allusione ad Sabbatismum æternum, agitur de Sabbato in hac ipsa vita agendo: quod ita Noster Augustini sui verbis exhibet Sent. 278. *Is enim observatione Sabbati, quæ vacatione unius diei figurabatur, perpetuum Sabbatum observat, qui spe futuræ quietis sanctis est operibus intentus, nec ipsis bonis actibus suis, quasi de propriis & de his quæ non acceperit gloriatur; illum in se operari cognoscens, qui simul operatur & quietus est.*

FINIS CARMINIS DE INGRATIS.

ADMONITIO.

IN DUO OPUSCULA QUÆ SEQUUNTUR.

SUBJECTA duo Epigrammata in Obtrectatorem ſancti Auguſtini, ſive idem ſit, ſive diverſi agnoſcantur æque prava ſentientes, & codicum tam Mſſ. quam editorum auctoritate, & omnium ætatum ſuffragio S. Proſpero aſſignantur. Quem vero inter multos doctrinæ Auguſtinianæ adverſarios impetat auctor, non pari facilitate decernitur; cum hactenus tacitum ipſius nomen dubitationi locum præbuerit. Hunc autem eſſe Vincentium Lirinenſem Monachum Commonitorii auctorem pluribus probatum legere licebit apud ſæpe laudatam diſſertationem 9. Anthelmii. Hic enim in opere illo alias vere aureo, id præcipue intendiſſe putatur, ut Auguſtini doctrinam in novitatis ſuſpicionem traheret. Rem antea animadverterunt probaruntque poſt Voſſium viri doctiſſimi Hen. Noriſius Hiſtor. Pelag. cap. 11. lib. 2. nec non Nat. Alexander Hiſt. Eccleſ. tom. 10. cap. 3. art. 7. §. 7. Quorum momentis & iſtud ſpicilegii inſtar ſubjicit, ſcilicet: Cum ex Auguſtino in lib. de Prædeſt. SS. c. 3. & 4. notum ſit, S. Antiſtitem initio converſionis Maſſilienſium ſententiam circa fidei & bonæ voluntatis initia diſerte tradidiſſe; Semipelagiani Maſſilienſes his anterioribus libris veluti clypeo utebantur, & qualibet occaſione Auguſtini diſcipulis reponebant, ſe in iſtis ſuis ſenſibus Auguſtini verba ſectari: cum vero Auguſtinianæ doctrinæ defenſorum valida eſſet exceptio, S. Doctoris ſcientiam incrementorum profectibus eo perveniſſe, ut agnoſceret caſtigaretque ſenex, quæ juvenis ignoraverat, ac minus perite ſcripſerat: illi reclamabant, anteriora Auguſtini ſcripta ideo magis aliis quibuſque probanda, quod illis ſuffragaretur antiquitas, poſteriora vero nonniſi novitate niti poſſent. At vehementius inſtabat, omnium ſanctorum & eruditorum fratrum nomine, Proſper in reſponſis ad Genuenſium dubia ſuper his maxime propoſita, ajens: Quia nec juſta nec rationabilis intelligitur eorum eſſe perſuaſio, qui hujus viri ſcientiam, tot incrementorum profectibus ædificatam, ad adoleſcentiæ rudimenta revocabant, ut magis ſuffragaretur hæreticis, quod inter initia converſionis ſuæ imperite ſenſerat, quam prodeſſet Catholicis, quod Pontificali diligentiæ veritas revelarat: merito illos hoc præjudicio utentes, & in his quæ dudum abdicata fuerant, immorantes pii Doctoris gravitas notat, quod qui curaverunt omnes ſenſus ipſius indagare, noluerunt cum ejus eruditione proficere. *Quibus ille quaſi reponere ſatagens in Commonitorio, cum auream illam ſententiam ſub finem poſuiſſet,* Eadem tamen quæ didiciſti doce, ut cum dicas nove, non dicas nova: *ſic tandem Auguſtini diſcipulorum objectionem ingenioſe „ proponit ac reſolvit: Sed forſitan dicet aliquis, Nullus ne ergo in*

„ Ec-

„ *Ecclesia Christi profectus habetur religionis ? Habeatur plane & ma-*
„ *ximus : (nam quis ille est tam invidus hominibus, tam exosus Deo,*
„ *qui id prohibere conetur ?) sed tamen ut vere profectus sit ille fi-*
„ *dei, non permutatio. Si quidem ad profectum pertinet, ut in semetip-*
„ *sam unaquæque res amplificetur, ad permutationem vero, ut aliquid*
„ *ex alio in aliud transvertatur. Crescat igitur oportet, & multum*
„ *vehementerque proficiat, tam singulorum, quam omnium, tam unius*
„ *hominis, quam totius Ecclesiæ ætatum ac sæculorum gradibus, intel-*
„ *ligentia, scientia, sapientia ; sed in suo dumtaxat genere, in eodem*
„ *scilicet dogmate, eodem sensu, eademque sententia. Hæc Vincentius,*
cujus & alia priora & posteriora si in postremos Augustini libros tor-
ta sunt, ista similiter in illos & illorum defensores retorta nemo nega-
re poterit : quæque deinceps ille auctor eo artificio profert, ut tanto
magis videatur in sancti Hipponensis Præsulis placita latenter invehi,
quanto in alias omnes hæreses studiosius insurgere prima fronte perspici-
tur. Illa tamen cum immerito Augustinum ferirent, hæreses omnes, tam
præteritas quam secuturas uno ictu confoderunt. Reliqua in doctissimo
Censore leget cui vacat : nos amplioribus supersedemus, hæc satis fore
arbitrantes.

SANCTI PROSPERI AQUITANI
IN OBTRECTATOREM SANCTI AUGUSTINI

EPIGRAMMA. *[a]

[b] QUIDAM dictiloqui libros Senis AUGUSTINI
Carpere, & adversum condere fertur opus.
Usque adeone bonum ingenium, & facundia dives,
Ostentare artem non aliter potuit;
[c] In nova prostratas acies nisi bella cieret,
Impiaque extinctis hostibus arma daret.

* a Scriptum forte superstite adhuc S. Augustino circa annum 430.

b Novum Scriptorem aliquid operis molientem adversus S. Augustinum proposita rei impietate pessimoque successu, incepto absterrere nititur.

c

a Ex variis S. Prosperi Epigrammatis jampridem hæc tria selecta sunt, & juncta Carmini de Ingratis. Haud dubie ob argumenti affinitatem : quippe duobus prioribus Joannes Cassianus Ingratorum primipilus exagitari videtur : tertium vero eodem pertinet, ea ratione quam in argumento marginali satis, ac (ut puto) primus ostendi. Inverti autem consuetum eorum ordinem. Ita quippe postulare videbatur ordo temporis, quo priora illa vel scripta sunt, vel decori gratia scripta finguntur : nempe primum, cum scriptor ille nonnisi adhuc ferretur carpere Augustini libros, & adversus eosdem *Opus* aliquod *condere* ; alterum vero, cum jam *Opus* istud *serpere* cæpisset. *D. L.*

b *Quidam.*) At quis ille ? Cassianus, inquies, qui sub Collatoris nomine etiam alio Tractatu a Prospero vapulat. Atque hæc multorum hactenus fuit opinio, quam non parum confirmant plura loca huic Epigrammati cum libro contra Collatorem communia. Nec equidem illi ausim contradicere : est tamen quod Lectori hac in re expendendum proponam. Vero-ne simile videtur, Prosperum, solitum alioqui quam mitissime de hoc Presbytero & tota Massilientium factione loqui, hic eum vocare *Lupum*, *viperam*, *miserum* denique *anguiculum* ? Siccine etiam sua scripsit & edidit celebris ille Collator, ut dici potuerit *Serpere*, ac *mutato seu* dissimulato *nomine* tegi velle ? Sed de his satis. *D. L.*

c *In nova prostratas* &c.) Ita lib. cont. Collator. mox post initium : *In eum statum deducere caussam Ecclesiæ moliuntur, ut dum nostros* (puta Augustinum &c.) *affirmant non veraciter pro Gratia locutos, inimicos Gratiæ persuadeant injuste damnatos esse.* D. L.

Sti-

Hæc pugna, incentor, mors eſt tua, te ſtilus iſte [a]
Conficit, & verbis perderis ipſe tuis.
Dumque doces, quantum valeat mens libera; monſtras,
Velle tuum tibimet ſufficere ut pereas.
Verte gradum, fuge perniciem; ſtratoſque rebelles
Oris Apoſtolici fulmine ubique vide.
Nec te [b] mutato defendi nomine credas.
Si paſtorem ovium lædere vis, [c] lupus es.

a *Stilus iſte conficit*.) Acute ludit in æquivoco, quod *Stilus* & ſcribendi, & feriendi inſtrumentum ſit. *D. L.*

b *Mutato nomine*.) Qui ita contra Auguſtinum ſcripſerit pro Ingratis, nemo occurrit præter Vincentium Lirinenſem (virum alioqui ſanctiſſimum & doctiſſimum) quem hodie plures cenſent aureum illud Commonitorium ſuum ita direxiſſe adverſus hæreſum novitates; ut ſub hoc nomine Auguſtini doctrinam notatam voluerit. Ceterum conſtat *mutato nomine* illud edidiſſe, ſeque vocaſſe *Peregrinum*: Sed cum ipſe ſcripſerit poſt Auguſtini exceſſum, immo poſt Reſcriptum Cæleſtini PP. ad Galliæ Epiſcopos; hoc autem Epigramma conditum ſit Auguſtino jam *Sene* quidem, at tamen vivo; evaneſcit omnis de Vincentii *Peregrino* ſuſpicio: quærenduſque alius, cui iſta conveniant. *D. L.* Niſi forte dicas, quem ſanctus Proſper impugnat hoc Epigrammate, aliquot annis, juxta auctoris noſtri conſilium, ſiluiſſe: aut ſi opus illud quo Auguſtinum ferire minabantur Semipelagiani, 13. Caſſiani Collationem eſſe volueris, tunc anno 426. aſcribenda erunt Epigrammata iſta; & jam tunc Proſperum contra ipſos decertare cœpiſſe erit agnoſcendum. *D. L.*

c *Lupus es*.) In hac cauda latet proculdubio totius Epigrammatis, aliunde acutiſſimi, aculeus precipuus: qui utique tanto erit acutior, ſi Auctor per ſuſpicionem notatum voluerit aliquem cui *Lupo* nomen; quales iſtis temporibus habemus Gallos complures, ut ſanctos illos Trecenſem, Sueſſionenſem, Lugdunenſem Epiſcopos; item poſtea Ferrarienſem &c. Ni hoc ſit, ſaltem dicere voluit: Ut tuum nomen celare ſtudeas; nos qui te vocare oporteat ſatis ſcimus; nempe *Lupum*, cum opere ipſo te talem præbeas, qui *Paſtorem* oppugnes. Verum quis ille Paſtor quem hic læſum cupiat? Pontifex, inquies, illius ſedis; de qua diſticho ſuperiore. Nempe id etiam putavi, donec incidi in hunc locum contra Collat. c. 21. *Præcipuum noſtro tempore in doctrina Eccleſiaſtica virum* (Auguſtinum) *rabido ore diſcerpunt; creduntque ſe omnia auctoritatum munimina poſſe convellere; ſi hanc* (*Paſtoralis*) *ſpeculæ validiſſimam turrim crebra Pelagiani arietis illiſione pulſaverint*. D. L.

SANCTI PROSPERI AQUITANI IN EUMDEM

Aut Alium quempiam ſancti Auguſtini obtrectatorem.

*EPIGRAMMA.**

*Scriptum forte circa idem tempus. Hunc cum jam ſcriptum ejus ſerpere diceretur, ſuſpicionibus oncrat, ipſique egregiam a ſancto Doctore refutationem promittit.

COntra AUGUSTINUM narratur ſerpere quidam
Scriptor, quem dudum livor aduſſit edax:
[a] Qui caput obſcuris contectum utcumque cavernis
Tollere humo miſerum perpulit anguiculum.
Aut hunc fruge ſua æquorei pavere [b] Britanni,

a *Qui caput* &c.) Sic ergo primo intuitu acceperam hoc diſtichon: *Quidam* ſcriptor ſuo illo ſcripto *miſerum anguiculum* Pelagium iterum ſuſcitavit, & *caput ſuum* attollere perpulit; ſub ſpe, fore ut ſuum dogma rurſus refloreſcat. Movebat præcipue, quod etiam ſupra aliquoties ille hæreſiarcha *anguis*, *coluber*, ſimilibuſque nominibus appelletur. Sed decepit me relativum *Qui*, quod tunc non vidi ad *Livorem* referendum eſſe: adeo ut *anguiculus* ſit ipſe *ſcriptor* in quem agitur, nempe *anguis* illius majoris pullus. Diſſimulare interim nequeo ſuſpicionem meam, videlicet Proſperum ſic ambigue verba libraſſe ſua, ut intelligi poſſet ſeu quiſpiam Pelagii diſcipulus, ſeu ipſe Pelagius. Videtur namque dubitaſſe, ac alios dubitare voluiſſe, an non forte ipſe Pelagius, aut ſaltem Pelagii germanus compar Cæleſtius, hujus novi ſcripti auctor foret. Sed de hoc plura nota ſeq. *Doct. Lovan.*

b *Britanni*,) Pelagii populares: qui rurſus *Æquorei* vocantur, ut pateat qua Britannia hæreſiarcha oriundus fuerit; nimirum inſula, non autem ea quæ in continente eſt, & *Minor* hodie dicitur: de quo plu-

Aut huic [a] Campano gramine corda tument.
Quæ concepta fovet promat, quæ parturit edat;
Seu vetere armatur dogmate, sive novo.
In quoscumque sinus spirarum torqueat orbes,
Et fallax multa contegat arte caput;
Currentem attritos super aspidas & basiliscos
Declinare [b] senem vipera non poterit.

plura supra ad cap. 1. Carm. de Ingrat. Sed quid Britannis istis cum *Fruge*? An forte ea tunc celebres fuerunt, ut nunc ipsorum Lana in pretio est? Certe aliquid, ni fallor, ejusmodi observat illorum Morus Utop. lib. 1. *Doct. Lovan.*

a *Campano gramine*.) Ob Julianum Eclanensem Episcopum Campanum, ut notant cæteri in margine hujus loci. Verum sunt qui malint dictum potius ob Cælestium, qui æquo, immo meliori ac certiori ratione Campanus fuit; & tamquam Pelagii cohæresiarcha (a quo etiam hæresis ista per Orientem communiter *Cælestiana*, uti per Occidentem *Pelagiana* audivit) aptius multo cum ipso ponitur in parallelo, quam Julianus, utriusque solum discipulus, tunc temporis fortassis nondum admodum notus. Immo quid si Julianus is ipse sit scriptor, in quem cusum est utrumque Epigramma? Tempus convenit, cætera non abludunt. Sed tamen nonnisi suspicio est, *Graminis* autem *Campani* fit mentio, vel quod ea regio, ut cæteris e terra nascentibus, ita imprimis felicissimo gramine abundaret; vel quod *Campana superbia* ex Agellio videatur in proverbium abiisse; vel denique ut alludatur ad *Gramen* Anthedonis, quo gustato Glaucus Metamorph. 13. subito,

. . . . *Trepidare intus præcordia sensit*,

seque in *Pelagum* præcipitem dedit. Doct. Lov.

b *Senem*.) En rursus *Senex* vocatur Augustinus (nomine, ut puto, ætatis, non dignitatis;) qualis fuit cum contra ipsum Julianum audacem calamum strinxit. *Doct. Lovan.*

ADMONITIO
IN EPITAPHIUM
NESTORIANÆ ET PELAGIANÆ HÆRESEON.

UT hoc Epitaphium plane intelligatur, duo veluti capita in hæresi Nestoriana attendenda sunt. Unum circa unionem naturæ humanæ cum divina in Christo, quam Nestorius per solam inhabitationem, non vero in unitatem personæ factam fuisse prædicabat, ita ut duæ essent in Christo personæ æque ac duæ naturæ, nec idem esset Filius Dei, qui filius Mariæ. Alterum caput rationem spectat, qua Jesus ad eam, qualiscumque sit, unionem pervenerit. Non enim eam statim in ipso conceptu obtinuisse, sed suis postmodum meritis consecutum fuisse affirmabat. Quare vetus Chronologus apud Liberatum, hæc habet de hæresi Nestoriana: Felice & Tauro Coss. Nestorius Constantinopolitanus Episcopus novum Ecclesiis molitur errorem inducere, prædicans Christum hominem tantum, non etiam Deum natum, eique divinitatem collatam esse pro merito dicit. *Hunc posteriorem errorem potissimum spectat sanctus Prosper, & in eo Nestorianam hæresim cum Pelagiana comparat. Illam vero ait Pelagianæ* Genitricem *simul &* Natam *esse*: Genitricem, *quia error illius, qui in* capite *gratiam destruit, & qui Jesum dignitatem Christi propriis meritis assecutum fuisse contendit, (quæ est hæresis Nestorii;) fons & principium est erroris illius, qui gratiam in* membris *evertit, quique homines Christianorum dignitatem propriis meritis sibi comparare*

posse

posse affirmat, (quæ est hæresis Pelagii :) Natam *vero, quia Nestorius suam non vulgavit hæresim, nisi post damnatos Pelagianos : Atque adeo cum in istius Epitaphii limine Nestorianam hæresim Pelagianæ successisse dixisset, quasi postmodum ortam, quod verum est, si illius per Nestorium divulgationem consideres, postea tamen utramque simul ortam esse ait, tum ob affinitatem & cognationem, quæ inter utriusque errores intercedit, tum etiam quia ante Nestorium Nestoriana hæresis in Pelagiana continebatur : ut patet ex Leporio Gallicano Monacho, qui cum esset Pelagiani dogmatis acerrimus defensor, illam etiam ob quam postea Nestorius damnatus est hæresim docuit ; sed Augustini opera ad sanam mentem rediit. Nestorius suam divulgavit hæresim paulo post damnatos Pelagianos circa annum* 429.

Hoc idem Epitaphium a Prospero nostro utriusque hæresis tumulo appensum negarat Jo. Garnerius Soc. Jesu in cap. 7. dissert. 7. ad Marii Mercatoris opera ; simile quiddam ænigmati proferri contendens, cum dicitur, alteram hæresim alterius fuisse matrem simul & filiam : quæ ingeniose quidem dicta fatetur, sed vere fuisse negat : hincque probare nititur quod a tertio sæculo per deliria Samosateni Nestoriano errori præludi cæperit, subiicitque dandam eo faciliorem veniam Poetæ nostro, quod ipse quoque Cassianus in eodem peccaverit, & suam in sententiam traxerit amicum Leonem Magnum, aliosque postmodum plures eorum auctoritatem secutos.

Quibus non obstantibus tale opusculum Prospero abjudicandum negat Anthelmius dissert. 9. in Opera SS. Leonis & Prosperi, tum propter auctoritatem Cassiani & Leonis Magni, quibus si hoc licuit serio diserentibus, multo indulgentius Poetæ condonandum, non tam ad Historiæ normam loquenti, quam consepultis erroribus laxatis habenis inflatisque, ut ajunt, tibiis volenti illudere. Maxime cum hæc utriusque hæreseos comparatio non semel ab eo usurpata deprehendatur, sed & in Chronico ipso narret quod apud Ephesum Nestorius cum hæresi nominis sui, & cum multis Pelagianis, qui cognatum errori suo juvabant dogma, fuerit damnatus, *& hanc ipsam utriusque erroris conteserationem Cassiano exprobret libri adversus eum scripti cap.* 21. Per hunc virum (*Cælestinum*) etiam Orientales Ecclesiæ gemina peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ urbis Antistiti ad execrandam Nestorianam impietatem, Apostolico auxiliatus est gladio, quo etiam Pelagiani dum cognatis confœderantur erroribus, iterum prosternerentur. *Quo autem sensu hæc inter utramque affinitas intelligenda veniat jam supra fuse satis explicatum habes.*

SANCTI PROSPERI AQUITANI EPITAPHIUM*

NESTORIANÆ ET PELAGIANÆ HÆRESEON.

Nestoriana Hæresis loquitur.

* Scriptum post damnatam hæresim Nestorii in Concilio Ephesino anno 431. Augustino jam mortuo.

[a] NEstoriana lues [b] successi Pelagianæ,
[b] Ad Massilienſium rursus invidiam inducitur hæresis Nestoriana deplorans suum & Pelagianismi exterminium: eamque illius assignans causam qua non satis immunes essent Semipelagiani.
Quæ tamen est [c] utero prægenerata meo
Infelix miseræ [d] genitrix & filia natæ,
Prodivi ex ipso germine quod peperi.
Nam fundare arcem meritis prior orsa superbis,
[c] De capite ad corpus ducere opus volui.
Sed mea dum [f] proles in summa armatur ab imis,
Congrua bellandi tempora non habui.
Et consanguineæ post tristia [g] vulnera fraudis,
Aspera conserui prælia fine pari.
Me tamen [h] una dedit victam sententia letho:
Illa volens [i] iterum surgere, [k] bis cecidit.
Mecum oritur, [l] mecum moritur, mecumque sepulcrum
Intrat, & inferni carceris ima subit.

a *Nestoriana lues*, &c.) Nestorius Episcopus Constantinopolitanus suam divulgavit hæresim paulo post damnatos Pelagianos, circa annum 429. De sensu totius dystichii vide Admonitionem prævíam: cui in omnibus assentitur Doct. Lovan. & ex interprete Gallo transcribit: quem tamen ipsius Epitaphii scopum non vidisse suspicatur.

b *Successi*:) nempe temporis ordine. *D. L.*

c *Utero prægenerata*.) Sic editi omnes Lugd. Lov. Duac. & Colon. Doct. Lov. legit *progenerata*, nec lectionem nostram rejicit: notatque agi de ordine rerum & naturæ. Gallus legit (ait ille) *Prægenerata*, quod quidem haud abludit ab Auctoris phrasi, cui familiaris est hæc in verborum compositione præpositio: sed vulgatum est Latinius, minusque insolens.

d *Genitrix & filia*:) ea ratione quæ huc usque indicata est. *Doct. Lovan.*

e *De capite ad corpus*.) Id est, cum justitiam quæ non gratuitum Dei donum esset, sed humanis meritis compararetur stabilire vellem, a Christo, qui Ecclesiæ caput est, initium ducere volui, & ab eo ad fideles, qui Christi corpus sunt, gradum facere: primum nempe adstruendo de Christo; quod ejus electio ex prævíis arbitrii meritis esset; ac tum idem inferendo de Christianis. Revera namque Christi electio exemplar est illius, qua *elegit nos in ipso ante constitutionem mundi*. Ephes. 1. 4. Unde & eo argumentandi ordine Augustinus a Christo ad cæteros electos in extremis suis opusculis Pelagianismum, ceu ultimo clavæ ictu confecit, ac simul in antecessum Nestorianismum damnavit. *D. L.*

f *Proles*.) Hæresis Pelagiana, *In summa ab imis*. Id est, ab electis incipit, ut stabilita illorum electione ex arbitrii meritis, idem de Christo concludat. *Doct. Lovan.*

g *Vulnera fraudis*.) Id est, post Pelagianismum jam proscriptum a sede Apostolica, Synodis Africanis, ac Palestina, denique universe ab Episcopis qui horum sententiæ in sua quisque Ecclesia subscripserant, etiam ante Synodum Ephesinam, puta sub Zozimo PP. *Doct. Lovan.*

h *Una sententia*.) In concilio generali Ephesino in quo damnatus Nestorius, simulque Pelagiani, qui ab Ecclesia jam damnati se cum eo conjunxerant. Ex quo patet (ait Doct. Lov.) hoc Epigramma post alia duo conditum esse, ut pote jam e vivis erepto Augustino, qui hanc synodum non vidit.

i *Iterum surgere*.) Suscitante potissimum Juliano illo Eclanensi, ac manum porrigente Nestorio C. P. *Doct. Lovan.*

k *Bis cecidit*:) semel per sententiam sedis Apostolicæ cum Synodis & Episcopis supra dictis, ac iterum per Ephesinam qua cum Nestoriana denuo proscripta est. *Doct. Lovan.*

l *Mecum moritur*.) Hactenus Pelagiana quamdam adhuc vitam servaverat, damnata jam quidem, at nondum damnationi adquiescens, semperque aliud adhuc judicium Ecclesiasticum, puta in Synodo Oecumenica expostulans. Verum hac Ephesina illi os occlusum est, fractaque audacia; ac tandem serio Ecclesia excessit. Unde hactenus Augustinus dixerat, *Causa finita est, sed error utinam aliquando finiatur*. Serm. 2. de Verb. Evang. pag. 640. in fine sermonis. *Doct. Lovan.*

Quo nos præcipites insana superbia mersit,
Exutas donis, & tumidas meritis?
Nam Christum pietate operum, & mercede [a] volentes a
Esse Deum, in capitis fœdere non stetimus.
Speranteſque animi de libertate coronam,
Perdidimus quam dat gratia justitiam.
Quique igitur geminæ miseraris busta ruinæ,
Ne nostro exitio consociare cave.
Nam si quæ Domini data munera sero fatemur,
Hæc homini credis debita, [b] noster eris: b

a *Volentes*:) ambæ scilicet. Nam in illo de Christo dogmate etiam Pelagiani Nestorio consensisse scribuntur. *Doct. Lovan.*

b *Noster eris*.) Sive Jesum existimans suis meritis Filium Dei factum fuisse, ut Nestorius; sive ut Pelagius, gratiam nobis secundum merita nostra dari. Iterum in cauda aculeus (observat Doct. Lov.) quo Massilienses non solum Pelagianis, sed & Nestorianis junguntur, ob communionem dogmatis de Gratia & electione ex meritis. Sumptum autem videtur istud, *Noster eris*, ex Æneid. 2. ubi his verbis Sinonem Priamus in civitatem recipit. Sumpsit vero ipse Poeta, ut notant Interpretes, ex formula Imperatoris Romani, transfugam in suam fidem recipientis.

ADMONITIO
IN PROSPERI PRO AUGUSTINO
Responsiones ad Capitula calumniantium Gallorum.

DOCTRINAM quam S. Augustinus contra Pelagianos, inimicos gratiæ Christi, per annos viginti & amplius, zelo vere Apostolico accensus, nec ab Apostolicæ Pauli doctrinæ principiis vel transversum unguem (ut ajunt) declinando, defenderat, quam sedis Apostolicæ Pontifices, tamquam Apostolicam & catholicam, sua auctoritate roboraverant, Galli quidam presbyteri, nec tam eximiis S. Prosperi versibus convicti, sed propriis præjudiciis plus æquo servientes, partim ex ignorantia, partim ex ingenii sui confidentia majore, reprobare non sunt veriti. Unde ut tam sublimis doctrinæ præconem cum doctrina in odium plurium adducerent, in mentem ipsis venit loca quædam, e scriptis maxime paulo ante mortem ab eo in lucem emissis, mala arte ex operum contextu evellere, & sub verbis ad invidiam ei comparandam compositis in indiculum redacta, passim apud indoctam plebem disseminare. Quorum iniquis conatibus obluctari satagens strenuus sancti Doctoris discipulus & assertor; quæ illi ex perverso intellectu damnabant, rectam explicationem, & Augustini libris omnino conformem, sufficiendo defendere non distulit: hoc intendens, ut simplicium fides salva maneret contra subreptiones iniqua loquentium, & tota eximii in Ecclesia Magistri auctoritas debita veneratione non fraudaretur: sicque (Deo operante,) & infesti illi Augustinianorum operum censores ad saniorem mentem reversi, in nullo amplius a tramite rectæ & salubris doctrinæ deviarent.

Qui fuerint illi designare aut non potuit aut noluit: cum illi forte

nomina ſua prodere erubeſcerent, magis quam perverſos ſenſus evulgare. Erant certe ex Maſſilienſibus, Caſſiani diſcipulis forte aut ſectatoribus, qui talis viri gloriam ultra modum æmulabantur, qui ægre ferebant non probari Proſpero ſui magiſtri ingenio confictum ſyſtema. Cui quidem ut obſequium aliquod pro viribus præſtarent, Auguſtinum ipſum rati ſunt impeti a ſe debere, & ab adepta auctoritate ſideque eſſe ſubmovendum. Quod non multo poſt ſancti Auguſtini obitum, id eſt, anno circiter 431. contigiſſe facile crediderimus.

Objectionibus ergo quindecim doctrinam Auguſtini traducere molientes, ſeptem priores contra Prædeſtinationem gratuitam hominum quorumdam præ aliis dirigunt: octavam de voluntate Dei erga ſalutem hominum: nonam circa extenſionem redemptionis Chriſti: decimam de diſpenſatione Evangelii: undecimam & duadecimam, quod Deus auctor eſſe peccatorum diceretur: decimam-tertiam de fine creationis hominum: decimam-quartam, quod incredulitas Deo adſcribatur: decimam-quintam, de præſcientiæ cum prædeſtinatione confuſione. Singulis S. Proſper quantum ſatis eſt reſpondens, totidem ſententiis poſtea ſubjectis, ſenſus ſuos in antedictis fuſius expreſſos ſub ſimplici expoſitione oculis legentium ſubiicit: ut inde manifeſtum fiat omnibus, ea quæ de ſupra ſcriptis capitulis intelligebat, nulla eum circumloquendi arte prætexere, ſed abſolute ac libere & prava reſpuere, & conſenſum probabilibus non negare: ut ait in fine operis.

PRÆFATIO SANCTI PROSPERI

IN RESPONSIONES AD CAPITULA GALLORUM.

DOctrinam, quam ſanctæ memoriæ Auguſtinus Epiſcopus contra Pelagianos inimicos gratiæ Chriſti, & liberi arbitrii [a] decomptores, per multos annos apoſtolice aſſeruit, litteriſque mandavit, quibuſdam viſum eſt, [b] aut non intelligendo, aut intelligi eam nolendo; reprehendere; & hoc quaſi compendium cognitionis his, qui judicio eorum ducebantur, afferre; ut quæ in libris prædicti viri damnabilia ſe reperiſſe jactabant, brevium capitulorum indiculis [c] publicarent, talique commento [d] & deteſtationem ejus quem impeterent, obtinerent; & ab his quæ infamaſſent, curam exterriti Lectoris averterent. Ne ergo hanc perſuaſionem temere quis reſpiat, & talem putet ſenſum ſcriptis catholici ineſſe Doctoris, qualem eum, qui fruſtra calumniantur, [e] oſtentant; ſingulis capitulis, quæ [f] damnationis titulo prænotarunt, brevi & abſoluta profeſſione reſpondeo; in nullo recedens a tramite earum definitionum, quæ in ſancti viri diſputationibus continentur: ut facile vel tenuis diligentiæ advertat inſpector, quam injuſtis opprobriis catholici prædicatoris memoria carpatur; & in quod peccatum cadant, qui aliena inſtigatione commoti, ſcriptorem celeberrimi nominis [g] promptius habeant culpare, quam noſſe.

a Ita Editiones omnes. Quæ vox *decomptores* ſignificare videtur, eos quibus eſt reſponſurus totos eſſe ut liberum arbitrium ornent & prædicent ultra quam debeant. Vetus codex Remigianus a prima manu habuit *deceptores* a ſecunda vero *defenſores*. Quod ultimum legimus in Mſſ. Regio & Jolienſi, & in capite librorum de Vocatione gentium infra.

b Sola edit. Colon. *aut intelligendo*. & ſtatim Mſſ. Reg. & Jol. *aut eam intelligere nolendo*. Jol. alias *aut etiam*.

c Colon. cum hac recent. *prædicarent*.

d Mſ. Reg. *& deteſtatione ejus quam impeterent, destinerent*. Mſ. Jol. habet etiam *destinerent*. Reliqua ut in textu.

e Mſſ. Reg. & Jol. *oſtendunt*.

f Ita codex Remigianus. Mſſ. Reg. & Jol. *quæ damnationis capitulo*. Editi *quæ rationis titulo*.

g Mſ. Reg. *potius habent culpare*, Jol. *promptius habent*.

CAPITULA OBJECTIONUM GALLORUM.

OBJECT. I. *Quod ex prædeſtinatione Dei, velut fatali neceſſitate, homines ad peccata compulſi, cogantur in mortem.*

OBJECT. II. *Quod ab eis, qui non ſunt prædeſtinati ad vitam, non auferat percepta baptiſmi gratia originale peccatum.*

OBJECT. III. *Quod non prædeſtinati ad vitam, etiam ſi fuerint in Chriſto per baptiſmum regenerati, & pie juſteque vixerint, nihil eis proſit; ſed tamdiu reſerventur, donec ruant & pereant; nec ante eos ex hac vita, quam hoc eis contingat, auferri.*

OBJECT. IV. *Quod non omnes homines vocentur ad gratiam.*

OBJECT. V. *Quod qui vocati ſunt, non æqualiter ſint vocati; ſed alii ut crederent, alii ut non crederent.*

OBJECT. VI. *Quod liberum arbitrium in homine nihil ſit: ſed ſive ad bonum, ſive ad malum, prædeſtinatio Dei in hominibus operetur.*

OBJECT. VII. *Quod Deus quibuſdam filiis ſuis, quos regeneravit in Chriſto, quibus fidem, ſpem, dilectionem dedit, ob hoc non det perſeverantiam, quia non ſunt a maſſa perditionis præſcientia Dei & prædeſtinatione diſcreti.*

OBJECT. VIII. *Quod non omnes homines velit Deus ſalvos fieri; ſed certum numerum prædeſtinatorum.*

OBJECT. IX. *Quod non pro totius mundi redemptione Salvator ſit crucifixus.*

OBJECT. X. *Quod quibuſdam Evangelii prædicatio a Domino ſubtrahatur, ne percepta Evangelii prædicatione ſalventur,*

OBJECT. XI. *Quod per potentiam Deus homines ad peccata compellat.*

OBJECT. XII. *Quod quibuſdam vocatis, & pie juſteque viventibus obedientia ſubtrahatur, ut obedire deſinant.*

OBJECT. XIII. *Quod quidam homines non ad hoc a Deo creati ſunt, ut vitam adipiſcerentur æternam, ſed ut habitum tantummodo ſæculi præſentis ornarent, & ad utilitatem naſcerentur aliorum.*

OBJECT. XIV. *Quod qui Evangelicæ prædicationi non credunt, ex Dei prædeſtinatione non credant, & quod Deus ita definierit, ut quicumque non credunt ex ipſius conſtitutione non credant.*

OBJECT. XV. *Quod idem ſit præſcientia, quod prædeſtinatio*

SINGULIS *Objectionum capitulis ſingulas opponit ſententias.*

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI PRO AUGUSTINO RESPONSIONES

Ad Capitula objectionum Gallorum Calumniantium.[a]

LIBER UNUS.

CAPITULUM I.

OBJECTIO.

Quod ex prædestinatione Dei, velut fatali necessitate, homines ad peccata compulsi, cogantur in mortem.

RESPONSIO.

PRædestinationem Dei nullus catholicus [b] Christianus negat: fatalem autem necessitatem multi etiam non Christiani refutant. Peccatum ergo ad mortem trahit; sed ad peccandum neminem Deus cogit. *Nemini* enim *mandavit impie agere:* [c] &, *Odisti, Domine; omnes qui operantur iniquitatem; perdes eos qui loquuntur mendacium.* Proinde qui prædestinationis nomine fatum prædicat, tam non est probandus, quam qui fati nomine veritatem prædestinationis infamat. Fati enim opinio vana est, & de falsitate concepta: prædestinationis autem fides, multa sanctarum auctoritate scripturarum [d] munita est: cui nullo modo fas est ea quæ ab hominibus male aguntur, adscribi; qui [e] in proclivitatem cadendi non ex conditione Dei, sed ex primi patris prævaricatione venerunt. [f] De cujus pœna nemo liberatur, nisi per gratiam Domini nostri Jesu Christi, præparatam & prædestinatam in æterno consilio Dei ante constitutionem mundi.

Eccli. 15. 21.
Psal. 5. 7.

a Titulus istius libri in Ms. Jolienſi talis est: *Incipit Liber Responsionum Prosperi contra capitula Gallorum: quæ contra libros beati Augustini opposuerunt De Prædestinatione.*

b Vox hæc *Christianus* additur ex Mss. Reg. & Jol. aberat ab Editis. Sed correspondet ei, *multi etiam non Christiani*. Ms. Reg. legit, *etiam Christiani*, sed minus appositè, ut videtur.

c Ms. Reg. *& odit Dominus omnes qui operantur iniquitatem, & perdet &c.* Ms Jol. *& odit Dominus omnes ..... & eos qui*: absque voce *perdet*. Editi omnes cum Remig. ut in textu.

d Ms. Jol. *fulta*, absque *est*.

e Ms. Reg. *in improbitatem cadendi*, Ms. Reg. *improbitate cadendi*.

CAPITULUM II.

OBJECTIO.

Quod ab eis, qui non sunt prædestinati ad vitam, non auferat percepta baptismi gratia originale peccatum.

RESPONSIO.

OMnis homo, qui credens in Patrem, & Filium, & Spiritum-sanctum regeneratur in baptismo, [g] tam a propriis peccatis, quæ mala voluntate & actione contraxit: quam ab originali, quo a parentibus traxit, absolvitur. Sed [h] relapsum post baptismam ad infidelitatem & impios mores, qui negat originali peccato fuisse purgatum, tam falsa opinatur, quam qui eumdem asserit, non æterna morte esse damnandum. Qui enim recedit a Christo, & [i] alienus a gratia finit hanc vitam, quid nisi in perditionem cadit? Sed non in id quod remissum est, recidit, [k] nec in originali peccato damnabitur: qui tamen propter postrema crimina, ea morte afficietur, quæ ei propter illa quæ remissa sunt, debebatur. Quod quia Dei præscientiam nec latuit, nec fefellit; sine dubio talem numquam elegit, numquam prædestinavit, & periturum numquam [l] ab æterna perditione discrevit.

f Ms. Jol. *De hujus pœna*.

g Mss. Reg. & Jol. ordine inverso legunt sic: *tam ab originalibus, quam a propriis peccatis, quæ mala Voluntate & actione contraxit, absolvitur.*

h Ms. Reg. *sed relapsuris .... originale peccatum fuisse purgatum*, &c.

i In codice Remig. antiqua manu correctum, *alienatus*: quod etiam a prima manu scriptum habet Ms. Jol.

k Ms. Reg. *Nec jam originali peccato*. Paulo ante habet, *in id quod repromissum est recedit*. Sed vitiose, ut videtur.

l Mss. Reg. & Jol. *ab æterna damnatione discrevit*. Reg. *discernit*.

CA-

CAPITULUM III.

OBJECTIO.

a *Quod* [a] *non prædestinati ad vitam, etiam si fuerint in Christo per baptismum regenerati, & pie justeque vixerint, nihil eis prosit; sed tamdiu reserventur, donec ruant, & pereant; nec ante eos ex hac vita, quam hoc eis contingat, auferri.*

RESPONSIO.

A sanctitate ad immunditiam, a justitia ad iniquitatem, a fide ad
b impietatem plerosque [b] transire non dubium est: & ad tales prædestinationem
c filiorum Dei, [c] & coheredum Christi,
d non pertinere certissimum est. [d] Quod ergo hujusmodi in hæc prolapsi mala, sine correctione pœnitentiæ defecerunt, non ex eo necessitatem pereundi habue-
e f runt, [e] quia prædestinati non sunt: [f] sed ideo prædestinati non sunt, quia tales futuri ex voluntaria prævaricatione præsciti sunt. Quod autem illos non eo tempore, quo in fide recta & bonis moribus
g erant, ab hac vita [g] Deus abstulit: ad occulta ejus judicia, quæ tamen numquam sunt injusta, referendum est. Quis enim nesciat intra unam conditionem mortalitatis humanæ, ab unius horæ in-
h fantia, usque [h] ad annosissimam senectutem, exitus morientium, impari ætatis fine variari; neque cujusquam animam, vel citius vel tardius, quam Deus
i voluerit, a corpore [i] quod vivificat, abscedere? Si ergo aliquis in vitæ suæ longitudine deseruit Deum, bono, quod
k erat ex Deo, male usus est. Nam [k] longævitas non est nisi ex Deo. Et quod ex Deo est, non nisi bonum est: & quod bonum est, mali caussa non est. Non itaque recte opinatur, qui putat
l [l] prorogatorem vitæ, lapsuris auctorem esse peccati: cum utique non peccatum sit diu vivere, sed male vivere: quod etiam in paucorum annorum ætate fieri potest. Igitur sicut bona opera ad inspiratorem eorum Deum, ita mala ad eos sunt referenda qui peccant. Non enim relicti sunt a Deo, ut relinquerent Deum: sed reliquerunt, & relicti sunt, & ex bono in malum propria voluntate mutati sunt: atque ab hoc licet fuerint renati, fuerint justificati; ab eo tamen qui illos tales præscivit, non sunt prædestinati.

a Mss. Reg. & Jol. *Quod non prædestinatis . . . nihil prosit*, sed & Ms. Jol. *reservantur*.
b Ms. Reg. *transferre*, forte; *transferri*.
c Uterque Ms. Reg. & Jol. addit particulam, &.
d Ms. Jol. *Qui ergo*.
e Mss. Reg. & Jol. *quod prædestinati*.
f Hæc verba, *sed ideo prædestinati non sunt*, absunt a Ms. Reg.
g Mss. Reg. & Jol. *ad annosissimam*.
h Mss. Reg. & Jol. *quod vivificabat*.
i In Ms. Remigiano, *prærogatorem*.
k Ms. Reg. *longævi ætas*.
l In Mss. Reg. & Jol. deest vox hæc *homines*,
m Mss. Reg. & Jol. carent voce, *omnibus*.

CAPITULUM IV.

OBJECTIO.

Quod non omnes homines vocentur ad gratiam.

RESPONSIO.

NON omnes vocari ad gratiam eos, quibus [m] omnibus Evangelium præ- m
dicatur, non recte dicitur; etiamsi sint qui Evangelio non [n] obediunt: nisi ad n
eos respiciatur, quibus nondum sacramentum crucis Christi, & redemptio sanguinis ejus innotuit. [o] Quia etiamsi con- o
staret, quod jam in universis nationibus, & omnibus finibus terræ totus mundus Evangelium recepisset, (quod utique futurum verissime prænuntiatum est;) non esset tamen dubium, a tempore resurrectionis Domini usque ad præsentem ætatem fuisse homines, qui ab hac vita sine Evangelii cognitione [p] transie- p
runt, [q] de quibus dici possit, quod vo- q
cati non sint, quia nec ipsam vocationis audierint. Quod si quisquam hanc vocationis plenariam generalitatem ita semper asserit celebratam, ut ab ascensione Domini [r] in cælum, ne unus quidem annus effluxerit, intra quem non ad omnes r
prædicatio missa pervenerit: [s] videat quomodo tunc Asianos vocatos probet, quando Apostoli, sicut scriptum est, vetiti *Act. 16. 7.*
sunt a Spiritu-sancto, loqui verbum [t] t
Dei in Asia; aut Bithynios, ad quos iidem Apostoli tentabant ire, & non permisit eos [u] Spiritus Jesu. Videat etiam u
quomodo tueatur denuntiationem ipsius Veritatis dicentis; *Prædicabitur hoc* *Matt. 24.*
Evangelium [x] *regni in universo orbe, in* 14. x
testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis. Nutat namque (quod [y] dici y
nefas est) fides verbi, si ante quadringentos annos Evangelio impletus est mundus, & adhuc Domini differtur adventus.

n Sic Mss. Reg. & Jol. Cæteri, *obaudiant*.
o Ms. Reg. *Quibus etiamsi constaret*.
p Ita Mss. Reg. & Jol. Alii, *transierint*.
q Mss. Reg. & Jol. *Ex quibus dici posset*.
r Mss. Reg. & Jol. *In cælos*.
s Mss. Reg. & Jol. *videat etiam quomodo*.
t Ms. Reg. non habet vocem hanc, *Dei*.
u Mss. Reg. & Jol. *Spiritus-sanctus*.
x Hæc vox *regni* aberat ab editis, nec habetur in Mss. Reg. & Jol. Addita tamen est ab Editor. Oper. S. Aug. ex Ms. Remigiano, & juxta textum utrumque Græcum & Latinum.
y Ms. Jol. *dictu nefas est*.

tus. Postremo [a] respiciantur etiam inter Christianos populos tot millia parvulorum, qui ab hac vita sine baptismo transierunt; [b] & aliquo modo probentur vocati, [c] quibus nec plantator prædicare, nec rigator potuit subvenire.

CAPITULUM V.

OBJECTIO.

Quod qui vocati sunt, non æqualiter sint vocati, sed alii ut crederent, alii ut non crederent.

RESPONSIO.

SI vocatio in Evangelii tantum prædicatione intelligatur, non veraciter dicitur, quod aliis atque aliis, aliter atque aliter prædicetur: cum unus sit Deus, una fides, una regeneratio, una promissio. Si autem [d] ad effectum plantationis & rigationis adspicitur, aliud actum est cum eis, quorum exteriores aures corporali voce pulsatæ sunt; [e] aliud in eis, quorum interiorem sensum Deus aperuit, & in quorum corde posuit fidei fundamentum, [f] dilectionisque fervorem. Quosdam autem ideo vocatos dicere, ut non crederent, nimis absurdum est: quasi vocatio eis causa infidelitatis extiterit, & prædicatio fidei fecerit infideles. Quamvis enim dispensatores verbi Dei quibusdam sint, sicut scriptum est, odor vitæ ad vitam, quibusdam autem, [g] odor mortis ad mortem: Deo tamen bonus Christi sunt odor, qui prædicant Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam, ipsis autem vocatis Judæis & Græcis, Christum Dei virtutem & Dei sapientiam. [h] Quod ergo prædicatus Christus crucifixus, Judæis erat scandalum, & Gentibus stultitia, humanæ voluntatis faciebat aversio: [i] quod vero ipsis vocatis Judæis & Græcis Christus erat Dei virtus & Dei sapientia, divinæ gratiæ præstabat operatio.

1. Cor. 1. 16.

a Mss. Reg. & Jol. *respiciat etiam.*
b Mss. Reg. & Jol. *Tales quomodo probentur, &c.*
c Mss. uterque Reg. & Jol. *quibus nec plantator potuit subvenire.* Nec plura addunt; forte ex lapsu amanuensis.
d Mss. Reg. & Jol. *Si autem effectus.*
e Mss. Reg. & Jol. *aliud cum eis.*
f Mss. Jol. *dilectionis fervorem.*
g Mss. Reg. & Jol. addunt hæc, *odor vita ad vitam, quibusdam autem.* Leguntur etiam ab antiqua manu adjecta in Ms. Remigiano. Absunt vero ab editis omnibus.
h Mss. Reg. & Jol. *Quod autem.*

CAPITULUM VI.

OBJECTIO.

Quod liberum arbitrium in homine nihil sit: sed sive ad bonum, sive ad malum, [k] prædestinatio Dei in hominibus operetur.

RESPONSIO.

LIberum arbitrium nihil esse, vel non esse, perperam dicitur: sed ante illuminationem fidei in tenebris illud & in umbra mortis agere, non recte negatur. Quoniam prius quam a dominatione diaboli per Dei gratiam liberetur, in illo profundo jacet, in quod se sua libertate demersit. Amat ergo languores suos, & pro sanitate habet, quod ægrotare se nescit, donec prima hæc medela conferatur ægroto, ut incipiat nosse quod langueat, & possit [l] opem medici desiderare, qua surgat. Justificatus itaque homo, id est, ex impio pius factus, nullo præcedente bono merito, accipit donum, [m] quo dono adquirat & meritum: ut quod in illo inchoatum est per gratiam Christi, etiam per industriam liberi augeatur arbitrii; numquam remoto adjutorio Dei, sine quo nec proficere, nec permanere in bono quisquam potest. Prædestinationem autem Dei sive ad bonum, sive ad malum, in hominibus operari [n] ineptissime dicitur, ut ad utrumque homines quædam necessitas videatur impellere: cum in bonis voluntas sit intelligenda de gratia, [o] in malis autem voluntas intelligenda sine gratia.

CAPITULUM VII.

OBJECTIO.

Quod Deus quibusdam filiis suis, quos regeneravit in Christo, quibus, fidem, spem, dilectionem dedit, ob hoc non det perseverantiam, quia non sunt a massa perditionis [p] præscientia Dei & prædestinatione discreti.

RESPONSIO.

EX regeneratis in Christo Jesu, quosdam relicta fide & piis moribus, apo-

i Hæc verba. *Quod vero, &c.* excidérant a Mss. Reg. & Jol.
k Ms. Jol. *prædestinatio in hominibus.* Ms. Reg. *prædestinatio in omnibus:* uterque absque hac voce, *Dei.*
l Ms. Regius solus, *opem medicinæ.*
m Sic Mss. Remig. Reg. & Jol. At editi, *quo medio.*
n Ms. Jolienſis, *impiissime dicitur.*
o In Ms. Reg. solo hæc desiderantur, *in malis autem* &c. ex mera, ut videtur, omissione amanuensis.
p Ms. Jol. *per scientiam Dei & per prædestinationem discreti.*

apostatare a Deo, & impiam vitam in
a sua aversione finire, multis (quod do-
lendum est) probatur exemplis. Sed [a]
horum lapsum Deo adscribere, immodi-
b cæ pravitatis est. [b] quasi ideo ruinæ ip-
sorum impulsor atque auctor sit, quia il-
los ruituros propria ipsorum voluntate
præscivit, & ob hoc a filiis perditionis
nulla prædestinatione discrevit. Nam
c quomodo eos haberet [c] præordinata in
Christo electio, quos discedentes a Chri-
sto habitura erat justa damnatio. Cum
d autem dubium non sit, [d] donum Dei esse
perseverantiam in bono usque ad finem,
e [e] quam istos, ex eo ipso quod non per-
severaverunt, non habuisse manifestum
est: non est calumniandum Deo, qua-
re istis non dederit, quod aliis dedit;
sed confitendum est, & misericorditer
eum dedisse quod dedit, & juste non de-
disse quod non dedit: ne quemadmodum
ex libero arbitrio oritur caussa labendi,
f ita ex ipso [f] oriri videatur & stando;
cum illud humano fiat opere, hoc divi-
no impleatur ex munere.

CAPITULUM VIII.

OBJECTIO.

Quod non omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum prædestinatorum.

RESPONSIO.

SI circa universitatem generis huma-
ni salvandam & in agnitionem ve-
g ritatis vocandam, ita indifferens [g] per
omnia sæcula asserenda est voluntas Dei,
h ut usquequaque [h] neminem hominum
prætermisisse monstretur; impenetrabilis
judiciorum Dei altitudo pulsatur. Qua-
re enim in præteritis sæculis dimiserit
Act. 14. 2. Ps. 134. 4. Ps. 147. 20 1. Pet. 2. 10 Osee 2. 24. Rom. 9, 26. Rom. 11. 7. Deus omnes gentes ingredi vias suas,
quando Jacob elegit sibi Dominus; &
non fecit taliter omni nationi, & judi-
cia sua non manifestavit eis: & cur qui

S. Prosperi.

aliquando non populus, nunc autem po-
pulus Dei sit; & quorum aliquando non
misertus est, nunc autem misereatur; [i]
i & ubi dictum est, Non plebs mea vos,
ibi vocentur filii Dei vivi; & quare
quod quærebat Israel non sit consecutus,
electio autem consecuta est; cæteri ve-
ro excecati sunt: impossibile est com-
prehendere, & periculosæ curiositatis est
quærere: cum tamen, quod nulla sit apud *2. Par. 19. 7.*
Deum iniquitas, nemini liceat ignora-
re: nec alia gratia, aut alia fide quem-
quam hominum, sive ante legem, sive
legis tempore justificatum esse creden-
dum sit, quam hac eadem, per quam
Dominus noster Jesus Christus secundum
consilium voluntatis suæ, in fine sæcu-
lorum venit quærere & salvare quod pe-
rierat. Caussas vero operum & judicio-
rum Dei, qui ex toto ad humanas vo-
luntates & actiones refert, quas tamen,
k in parvulorum adoptione aut abdica- k
tione non invenit, & dispensationes Dei
ex liberi arbitrii vult mutabilitate va-
riari, profitetur sibi scrutabilia judicia
Dei, & vestigabiles vias ejus: & quod
doctor gentium Paulus [l] non audebat at- l
tingere, hic se existimat reseratum pos- *Rom. 11. 33.*
se vulgare: quodque non minoris impie-
tatis est, ipsam gratiam, qua salvamur,
aut bonis meritis docet rependi, aut ma-
lis affirmat arceri. Remoto ergo obscu-
rarum turbine quæstionum, [m] ad reve- m
latæ nos gratiæ latitudinem conferamus;
dicamusque [n] cum Apostolo, [o] Quoniam n o
Deus *vult omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire.* Et iterum *1. Tim. 2. 4.*
dicamus cum Apostolo, *Qui est salva-* *1. Tim. 4. 10.*
tor omnium, maxime fidelium. Et audia-
mus Dominum dicentem Apostolis suis, *Matt. 28. 19.*
*Euntes ergo docete omnes gentes, bapti-
zantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, docentes eos* [p] *servare om-* p
nia quæcumque mandavi vobis. Audiamus *Gen. 22. 18*
quoque ad Abraham promissionem Dei

Q di-

a Mss. Reg. & Jol, *horum lapsus.*

b Mss. Reg. & Jol. *quasi Deus.*

c Editi. *prædestinata in Christo electio; cum dubium non sit* omissis verbis, *quos discedentes.* Locus redintegratur ex fide Ms. Remigiani, ubi tamen codex ille caruit primum voce *justa*: quæ postea recognitoris antiqui stilo adjecta, restituta est opera virorum doctissimorum Ordinis S. Benedicti e Congregatione S. Mauri in appenda S. August. Asseritur etiam ex Ms. Jolienſi, cui non deerat illa vox *justa*. Editio Colonienſis præter omissionem aliis edit. communem, habet *cui dubium non sit.*

d Ms. Reg. *dono Dei esse perseverantiam in bono usque in finem.* Ms. Jol. *dono Dei perseverantiam esse in bono usque in finem.*

e Mss. Reg. & Jol. *quam ipsos.*

f Hæc vox, *oriri*, quæ exciderat ab Editis, restituitur ex Mss. Remig. & Jol. in quorum ultimo non legitur particula *&* ante vocem *stando.*

g Mss. Reg. & Jol. *per omnia ista sæcula disponenda est.*

h Ms. Reg. & edit Colon. *neminem hominem.*

i Ms. Remig. *& hic ubi.* Ms. Jol. *& id ubi.*

k Ms. Reg. *in parvulorum adoptionem aut abdicationem.*

l Mss. Reg. & Jol. *non audet*, Ms. Remig. *non andeat.*

m Ms. Reg. *ad revelationem nos gratiæ latitudine*, Ms. Jol. habet etiam *ad revelationem.*

n Mss. Reg. & Jol. *cum Paulo.* Idem exhibet etiam paulo infra Ms. Reg. cum editi utrobique habeant *cum Apostolo.*

o Editi, *Quomodo Deus vult.* Ms. Jol. *Cum vult omnes.* Emendatum in Append. Oper. S. Aug. ex Ms. Remigiano.

p Addimus hic, *servare omnia*, quæ in Remigiano Ms. addita a secunda manu notarunt S. Aug. Editores: nosque in Mss. Regio & Jolienſi a prima manu scripta legimus. Aberant ab Editis omnibus: nec absunt a textu utroque Evangelii, Græco & Latino.

dicentis, *In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ*: & si filii promissionis sumus, non hæsitemus diffidentia, sed cum patre nostro Abraham demus gloriam Deo; & plenissime credamus, *quoniam* [a] *quod promisit, potens est & facere*. Audiamus David prophetantem, *Commemorabuntur & convertentur ad Dominum universi fines terræ, & adorabunt in conspectu ejus omnes patriæ gentium*. Et alibi, *Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum*. Et alibi, *Omnes gentes quascumque fecisti, venient, & adorabant coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum*. Quæ promissiones quia verissimæ sunt, nec possunt ex ulla parte [b] nutare, in his implentur qui salvi fiunt per universos fines terræ: *quoniam* [c] *quod promisit* Deus, *potens est & facere*. Hæc ergo est illa totius humani generis assumptio, hæc filiorum Dei adoptio, hæc gentium plenitudo, præscita & prædestinata in Christo ante mundi constitutionem. [d] Hæc est Jerusalem, quæ ab initio usque in finem lapidibus vivis & electis ædificatur; ut civitas fundata in ipsa angulari lapide Christo Jesu, in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino. De his lapidibus nihil ejicitur, nihil minuitur, nihil rapitur. Veritas enim dicit, *Omne quod dat mihi Pater*, [e] *veniet ad me, & eum qui venit ad me, non ejiciam foras*. Et iterum, *Non creditis, quia non estis* [f] *de ovibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego novi illas, & sequuntur me, & ego vitam æternam do illis*, [g] *& non peribunt in æternum, nec quisquam rapiet eas de manu mea*. Omnium ergo hominum cura est Deo: & nemo est quem non aut Evangelica prædicatio, aut legis testificatio, [h] aut ipsa etiam natura conveniat. Sed infidelitatem hominum ipsis adscribamus hominibus: fidem autem hominum donum Dei esse fateamur, sine cujus gratia nemo currit ad gratiam. Et cum ducentis quatuordecim sacerdotibus, quorum constitutionem contra inimicos gratiæ Dei totus mundus amplexus est, veraci professione, quemadmodum ipsorum habet sermo, dicamus, [i] Gratia Dei per Jesum Christum Dominum, non solum ad cognoscendam, verum etiam ad faciendam justitiam nos per actus singulos adjuvari: ita ut sine illa nihil veræ sanctæque pietatis [k] cogitare, dicere, agere valeamus. Neque hæc dona ita ex Deo esse [l] opinemur, ut quia ipse naturæ nostræ auctor est, per conditionem jam hæc contulisse videatur. Quia dedit quidem ab initio hanc homini facultatem: sed omnes eam in illo amisimus, in quo omnes peccavimus. Unde alia creatione, alioque principio renovari egemus in Christo: in quo sumus nova creatura, novumque figmentum; & per quem nobis, nullis bonis, & multis malis meritis præcedentibus, donatur ut simus ex vasis iræ vasa misericordiæ.

Rom. 4. 20.
Ibid. v. 21.
Ps. 21. 28.
Ps. 71. 17.
Ps. 85. 9.
Rom. 4. 21.
1. Petr. 2. 5
Ephes. 2. 20. 21.
Joan. 6. 37.
Joan. 10. 26.
Idem dicit c. 5. lib. contr. Collatorem.
Vide Aug. ep. 215. ex qua appareret tres, immo quatuor synodos in Africa fuisse celebratas.
Vide etiam notas in cap. 3. Carm. de Ingratis.

a Mss. Reg. *quod promisit Deus.*
b Mss. Reg. & Jol. & edit. Colon. *mutari.* Reliqui codices *mutare.*
c Edit. op. S. Aug. omittit vocem *Deus.* Aliæ nequaquam. Nec Mss. Reg. aut Ms. Jol. habent, *quæ promisit Deus.*
d Ms. Reg. *Hæc Jerusalem . . . . . ut ejus fundamenta*: pro eo quod in aliis habetur, *ut civitas fundata.*
e Ms. Jol. *venit ad me*: & paulo post, pro eo quod alii habent, *& eum qui venit ad me*, Edit. S. Aug. & Colon. *qui venerit ad me.*
f Mss. Reg. & Jol. *ex ovibus meis.* & paulo post Reg. *vocem meam audient, & ego agnosco illas, & vitam æternam do eis.* Ms. Jol. & ipse habet *do eis.* reliqua ut in textu & editis.

CAPITULUM IX.

OBJECTIO.

Quod non pro totius mundi redemptione Salvator sit crucifixus.

RESPONSIO.

NUllus omnino est ex omnibus hominibus, cujus natura [m] in Christo Domino nostro susceptа non fuerit: quamvis ille natus sit in similitudine carnis peccati, omnis autem homo nascatur in carne peccati. Deus ergo Dei Filius, mortalitatis humanæ particeps factus absque peccato, hoc peccatoribus & mortalibus contulit, ut qui nativitatis ejus consortes fuissent, vinculum peccati & mortis evaderent. Sicut itaque non sufficit hominum renovationi, natum esse hominem [n] Jesum Christum, nisi in ipso eodem, de quo ipse ortus est, Spiritu [o] renascantur: sic non sufficit hominum redemptioni, crucifixum esse Dominum Christum,

Rom. 8. 3.

g Mss. Reg. caret his, *& non peribunt in æternum*; & habet *rapit eas.*
h Mss. Reg. & Jol. *aut ipsa etiam ratio naturæ.*
i Antehac editi sic habent, *Gratiam Dei . . . nos per singulos actus adjuvare.* Lectionem nostram probant tum editio op. S. Aug. ad Remig. cod. exacta, tum Mss. Jol. tum denique locus ipse ut præfertur lib. contra Collat. cap. 5. & alibi.
k Sic in Edit. oper. S. Aug. & locus ipse alibi citatur. In editis vero nostris additur hic *habere*; tum postea Mss. Reg. & Jol. *habere* forte pro *agere, dicere vel cogitare valeamus.*
l Mss. Reg. & Jol. *opinamur.*
m Ms. Jol. *In Domino nostro Jesu Christo.*
n Mss. Reg. & Jol. addunt hic, *Dominum.*
o Ms. Reg. solus, *nisi ut renascerentur.*

stum, nisi commoriantur ei, & consepeliantur in baptismo. Alioquin nato Salvatore in carne substantiæ nostræ, & crucifixo pro omnibus nobis, non fuerat necessarium ut renasceremur, & [a] similitudini mortis ejus complantaremur. Sed cum sine hoc sacramento nemo hominum consequatur vitam æternam, non est salvatus [b] cruce Christi, qui [c] non est crucifixus in Christo. Non [d] est autem crucifixus in Christo, qui non est membrum corporis Christi, nec est membrum corpori Christi, qui non per aquam & Spiritum-sanctum induit Christum. Qui id eo in infirmitate nostra communionem subiit mortis, ut nos in virtute ejus haberemus consortium resurrectionis. Cum itaque rectissime dicatur Salvator pro totius mundi redemptione crucifixus, propter veram humanæ naturæ susceptionem, & propter communem in primo homine omnium perditionem: potest tamen dici pro his tantum crucifixus, quibus mors ipsius profuit. Dicit enim Evangelista, *Quia Jesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum. In sua* enim *venit, & sui eum non receperunt. Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: qui non ex sanguinibus, neque [e] ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt.* Diversa ergo ab istis sors eorum est qui inter illos censentur, de quibus dicitur; [f] *Mundus eum non cognovit*, [g] Ut possit secundum hoc dici: Redemptor mundi dedit pro mundo sanguinem suum, & mundus redimi noluit; quia lucem tenebræ [h] non receperunt: & tenebræ receperunt, quibus dicit Apostolus, *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Ipse vero Dominus Jesus, qui dixit se venisse quærere & salvare quod perierat: *Non veni*, inquit, *nisi ad oves quæ perierant domus Israel.* [i] Sed quæ sint istæ oves domus Israel, apostolus Paulus exponit dicens: *Non enim omnes qui ex Israel, hi sunt Israelitæ, neque qui semen sunt Abrahæ, omnes filii, sed in Isaac vocabitur tibi semen: id est, non qui filii carnis, hi filii sunt Dei; sed qui filii sunt promissionis æstimantur in semine.* [k] In istis ergo sunt illi, de quibus dictum supra memoravimus: *Quia Jesus moriturus erat pro gente, & non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum.* Quia non solum ex Judæis, sed [l] etiam ex gentibus, per eum *qui vocat quæ non sunt, tamquam quæ sunt*, & qui dispersos Israel congregat, filii Dei, filii promissionis in unam Ecclesiam congregantur: ut impleatur quod promissum est Abrahæ, cui dictum est, quod in semine ejus [m] benedicendæ essent omnes tribus terræ.

Rom. 6. 5. — Joan. 11. 51. — Joan. 1. 11. — Rom. 9. 6. & 7. — Gen. 21. 12. — Joan. 11. 51. — Rom. 4. 17. Ps. 146. 2. — Gen. 12. 3.

CAPITULUM X.

OBJECTIO.

Quod quibusdam Evangelii prædicatio a Domino subtrahatur, ne percepta Evangelii prædicatione, salventur.

RESPONSIO.

SI probari potest, quod ex quo Evangelium prædicatur, nemo prorsus fuerit, cui Christiana gratia annuntiata non fuerit; non recte dicitur tacitum, quod ostenditur prædicatum. Si autem [n] aliquo modo inveniuntur homines, quibus Evangelium non fuerit prædicatum; non potest dici sine judicio Dei factum: quod nefas est ideo reprehendi, quia non potest comprehendi.

CAPITULUM XI.

OBJECTIO.

Quod per potentiam Deus homines [o] ad peccata compellat.

RESPONSIO.

NUllus catholicorum dixit aut dicit, quod Deus homines pie rectequ[e] vi-

S. Prosperi.

a Ita edit. August. Ceteri codices *similitudine*.

b Mss. Reg. & Jol. *per crucem Christi*.

c Particulam, *autem*, addit Ms. Jolienſis.

d Remigiani codicis auctoritate additum, *nec est membrum corporis Christi*.

e Ms. Reg. solus, *ex voluptate carnis*.

f In Mss. Remig. Reg. & Jol. loco, *Mundus eum non cognovit*: verba hæc leguntur, *Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt*.

g Suspicamur non incommode legi in edit. Colon. *Ut possit secundum hoc dici redemptor mundi dedit pro mundo sanguinem* &c. cui intellectui non nocebit, si post *hoc dici*, notentur puncta duo.

h Mss. Reg. & Jol. *tenebræ Judæi non receperunt*.

i Locus hic alias mutilus restitutus fuerat in append. S. Augustini ex Ms. Remigiano. Tam necessariæ restitutioni consentiunt Mss. Regius & Jolienſis, postea a nobis consulti, & ambo eodem modo locum exhibentes quo in textu posuimus. In Edition. anterioribus aberant hæc, *Sed quæ sint istæ oves . . . . . hi sunt Israelitæ*. In Ms. Remig. paulo aliter locus legebatur; scilicet, *Paulus apostolus exponat dicens, Non omnes qui ex Israel, hi sunt Israel; neque qui sunt semen Abrahæ . . . . . Sed qui filii promissionis*.

k Ms. Reg. *in istis ergo illud est, de quibus dictum supra commemoravimus*. Ms. Jol. *supra dictum esse memoravimus*.

l Mss. Reg. & Jol. *Sed etiam ex gentibus vocantur, per eum . . . in una Ecclesia congregantur*. Edit. Lov. Duac. & Colon. *congregentur*.

m Mss. Reg. & Jol. *bened centur*.

n Remigianus Ms. ab antiqua manu correctus, præferebat, *aliquando*: idem habet Ms. Reg. a prima manu.

o Ms. Jol. *hominem ad peccata*. Sic & in Resp. paulo post initium, ubi concinit Ms. Reg.

viventes, per potentiam in peccata compellat, & innocentiæ humanæ poteſtas divina vim faciat, ut eam a propoſito bonæ converſationis excutiat. Non ſunt Dei opera iſta, ſed diaboli, cujus gaudium eſt ruina ſanctorum: ſed *allevat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes eliſos:* quibus dat *pœnitentiam, ut reſipiſcant a diaboli laqueis, a quo captivi* [a] *tenebantur ad ipſius voluntatem.* Cum vero aliquos a Deo aut traditos deſideriis ſuis, aut obduratos legimus, aut relictos; magnis peccatis ſuis hoc ipſos meruiſſe profitemur: quia talia eorum crimina præceſſerunt, [b] ut ipſi ſibi pœna fieri debuerint, quæ eis etiam ſupplicium verteret in reatum. Atque ita nec de [c] judicio Dei querimur, quo deſerit meritos deſeri; & miſericordiæ ejus gratias agimus, qua liberat non meritos liberari.

Pſ. 144. 14. *1. Tim.* 2. 25. & 26.

a *Rom.* 1. 24.

b

c

CAPITULUM XII.

OBJECTIO.

Quod quibuſdam vocatis, & pie juſteque viventibus obedientia ſubtrahatur, ut obedire deſiſtant.

RESPONSIO.

Cenſer. cum 22. *c. l.* 2. *de bono perſev. Aug.*

SI Deus hominem ſibi obedientem a pietate deturbat, & [d] bene currentem cadere facit: ergo pro bonis mala retribuit, & injuſte punit, quod ut fiat impellit. Quid tam perverſum, quid tam inſanum dici aut cogitari poteſt? Sed in talem ſenſum [e] trahuntur, qui putant in omnibus hoc eſſe præſcientiam Dei, quod & voluntatem: cum voluntas ejus numquam velit niſi bona, præſcientia autem & bona [f] noverit & mala: ſed bona quæ aut ipſe faciat, aut etiam ut nos faciamus, [g] impertit: mala autem, quæ [h] omnino ipſe non fecit, neque fieri ſuaſit, aut impulit. Vires itaque obedientiæ non ideo cuiquam ſubtraxit, quia eum non prædeſtinavit; ſed ideo eum non prædeſtinavit, [i] quia receſſurum ab ipſa obedientia eſſe prævidit.

d

e

f

g

h

i

CAPITULUM XIII.

OBJECTIO.

Quod quidam homines non ad hoc [k] *a Deo creati ſunt, ut vitam adipiſcerentur æternam: ſed ut habitum tantummodo ſæculi præſentis ornarent, & ad utilitatem naſcerentur aliorum.*

k

RESPONSIO.

UNiverſos homines non ignoramus a Deo ſingillatim [l] creari, & de hac univerſitate alios damnandos cum diabolo, alios regnaturos eſſe cum Chriſto. Quod ergo etiam hi creantur, qui æternæ vitæ participes non erunt, nulla eſt culpa Creatoris, qui naturæ auctor eſt, non vitii quod natura contraxit. Ornari autem etiam talium conditione mundi hujus verietatem quis non intelligat, [m] qui videat ſtudiis & operibus quorumdam impiorum tot commoda vitæ præſentis inſtructa in inventione artium, in exſtructione urbium, in conſtitutione legum, [n] in confœderatione populorum? Quod ſi quæritur an de iſtis, quos a vera religione impius error avertit, aliquid boni profectibus ſanctorum, & incrementis Eccleſiæ providentia divina contulerit: [o] inſpiciatur primum ipſa crux Chriſti, in qua [p] magno ſcelere Judæorum miſericors voluntas Dei, ut pro redemptione noſtra unicus Filius ejus occideretur, impleta eſt. Inſpiciatur Apoſtolorum glorioſa tolerantia, inter perſequentium fremitus [q] unanimi voce ad Deum clamantium: [r] *Convenerunt enim vere in civitate iſta, adverſus ſanctum puerum tuum Jeſum, quem unxiſti, Herodes & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Iſrael, ut facerent quæ manus tua & conſilium prædeſtinavit fieri.* Inſpiciantur denique innumerabilium Martyrum palmæ,

l

m

n

o

p

q

r

Act. 4. 27.

a Mſſ. Reg. & Jol. *captivi tenentur.*

b Sic præferebat codex Remig. correctus: ita etiam Regius & Jolienſis a prima manu. Editi omnes, *ut ipſi ſibi pœnas debuerint, quæ eis etiam ſupplicium verterent in reatum.* Reg. Mſ. *in rectum*, errore manifeſto ſcribæ, pro, *in reatum.*

c Mſ. Reg. *qui ita deſerit* &c. Mſ. Jol. *quia ita deſerit.*

d Mſ. Jol. *bene viventem.*

e Mſ. Jol. *trahunt.*

f Editi *& bona noſcit.* Mſ. Jol. *noverit* conformiter correctioni append. Aug. ex M. Remig.

g Editi, *imperat*, Caſtigantur ad Mſ. Remig.

h Mſ. Jol. *Mala autem omnino ipſe non faciat*, & paulo poſt, *ſuadet aut impellit.*

i Editio Lugd. non habet, *ſed ideo eum non prædeſtinavit*: quod textui addi debere ex conjectura pronuntiarant Lovanienſes, & qui poſteriores editiones curaverant, cum hac adjectione: *Quod non improbabis, ſi conferas cum* 2. 3. & 7. *Reſponſ. ſupra.* S. Auguſt. oper. Editores ex Mſ. Remigiano addiderant textui, abſque nota dubitationis. Horum correctio firmatur auctoritate Mſ. Jolienſis, in quo legimus, etſi cum aliquantula differentia: *Sed ideo non prædeſtinavit, quia receſſurum a ſe ipſa inobedientia eſſe præſcivit.*

k In Mſ. Reg. deeſt, *a Deo.*

l Mſ. Jol. *creatos.*

m Mſ. Regius. *cum videat.*

n Mſ. Jol. *in ordinatione populorum*, Mſ. Reg. *in conſideratione.* forte pro, *confœderatione.*

o Mſſ. Reg. & Jol. *adſpiciatur primum.*

p Mſ. Regius *a magno ſcelere.*

q Editi, *hac animi* Melius ut in Jol. *unanimi*; aut ut in Remig. *unianimi.*

r Editi, *Convenerunt ergo*, Mſſ. Remig. & Jol. cum Edit. Auguſt. *Convenerunt enim*, juxta textum ſacrum Græcum & Latinum.

mæ,

mæ, quibus de crudeliſſima infidelium ſævitia felix eſt collata victoria. Audiatur etiam Apoſtolus Eccleſiam Dei ad perſeverantiam pietatis [a] inſtituens: *In nullo*, inquit, *terreamini ab adverſariis, quæ eſt illis cauſſa perditionis, vobis autem ſalutis, & hoc a Deo. Vobis enim donatum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini.* [b] De illis quoque erroribus conſulens nobis Dei bonitas ſentiatur, quos Deus in Eccleſia contra Eccleſiam permiſit exſurgere: non utique eos creans aut fovens; ſed per ipſos diligentiam filiorum ſuorum ad inquiſitionem & cuſtodiam veritatis exercens: dicente Apoſtolo, *Oportet hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant in vobis.* Quis autem reſpiciens ad tenebras impiorum, & [c] ad illuminationem fidelium, non ad gratias agendas Deo, ex ipſa ſiat collatione ſerventior, & [d] ex ruina pereuntium diſcat, in quæ mala per liberum arbitrium rueret, niſi ei per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum Dei gratia ſubveniret?

Philip. 1. 28. — 1. Cor. 11. 9. — Pſ. 24. 10.

CAPITULUM XIV.

OBJECTIO.

Quod qui Evangelicæ prædicationi non credunt, ex Dei prædeſtinatione non credant: & quod Deus ita definierit, ut quicumque non credunt, ex ipſius conſtitutione non credant.

RESPONSIO.

INfidelitas non credentinm Evangelio, nequaquam ex Dei prædeſtinatione [e] generatur. Bonorum enim Deus auctor eſt, non malorum. Prædeſtinatio igitur Dei ſemper in bono eſt, aut ad retributionem juſtitiæ, aut ad donationem pertinens gratiæ. *Univerſæ* enim *viæ Domini miſericordia & veritas.* Proinde infidelitas non credentium, non ad conſtitutionem Dei, ſed ad præſcientiam referenda eſt. Quæ non ideo neceſſitatem non credendi intulit, quia falli de ea, quæ futura erat, infidelitate, non potuit. Fides autem & charitatis opera, atque in eis uſque in finem perſeverantia, quia homini per Dei gratiam conferuntur, recte & ipſa, & quæ eis retribuenda ſunt, prædeſtinata dicuntur, ex auctoritate Apoſtoli, qui ait, *Gratia Dei ſalvi Dei facti eſtis per fidem: & hoc non ex vobis, ſed Dei donum eſt: non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipſius enim ſumus figmentum, creati in operibus bonis,* [g] *in Chriſto Jeſu, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Tam ergo in errore eſt, qui infidelitatem impiorum ad Dei conſtitutionem refert, quam qui fidei juſtitiæque ſanctorum, non Deum profitetur auctorem. Qui enim quod acceperat perdidit, non inde id recipit unde perdidit; ſed [h] ab illo recipit quod habeat, a quo quod amiſit acceperat.

Ephes. 2. 8.

CAPITULUM XV.

OBJECTIO.

Quod idem ſit præſcientia, quod prædeſtinatio.

RESPONSIO.

QUi præſcientiam Dei in nullo ab ipſius prædeſtinatione diſcernit, quod tribuendum eſt Deo de bonis, hoc ei etiam de malis conatur adſcribere. Sed cum bona ad largitorem [i] cooperatoremque eorum Deum, mala autem ad voluntariam rationalis creaturæ nequitiam referenda ſint: dubium non eſt, ſine ulla temporali differentia Deum & præſciſſe ſimul, & prædeſtinaſſe, [k] quæ ipſo erant auctore facienda, vel quæ malis meritis juſto erant judicio retribuenda; præſciſſe autem tantummodo, non etiam prædeſtinaſſe, quæ non ex ipſo erant cauſſam operationis habitura. Poteſt itaque ſine prædeſtinatione eſſe præſcientia: prædeſtinatio autem ſine præſcientia eſſe non poteſt.

DE SINGULIS CAPITULIS

SINGULÆ SENTENTIÆ.

QUamvis ergo ad omnes objectiones ſeu querulæ imperitiæ, ſeu fallacis invidiæ, planiſſime ac pleniſſime, Singulis capitulis ſingulas opponit ſententias

a Mſſ. Reg. & Jol. *invitans*: tum Mſ. Jol. *In nullo autem . . . donatum eſt a Chriſto.* In Mſ. Reg. hæc deſunt, *In nullo* uſque ad, *vobis autem, datum eſt a Chriſto non ſolum &c.*

b Mſ. Jolienſis ſic habet hunc locum: *De his quoque erroribus conſulens nobis Dei pietas ſentiatur, quos Deus in Eccleſia pugnaturos contra Eccleſiam permiſit exſurgere. Non utique creans eos, ſed per ipſos diligentiam filiorum ſuorum inquiſitione & cuſtodia veritatis exercens, dicente Apoſtolo, Oportet hæreſes eſſe & ſchiſmata &c.* Mſ. Regius vero: *quod Deus in Eccleſia impugnatores contra Eccleſiam permiſit exſurgere . . . . inquiſitione & cuſtodia veritatis exercens, dicente Apoſtolo, Oportet hæreſes eſſe & ſchiſmata &c.*

c Ita Mſſ. Reg. & Jol. At vero editi, *ad illuminationem filiorum.*

d Editi, *in ruina.* Mſſ. Reg. & Jol. *ex ruina*: tum, *liberum arbitrium veniret.*

e Mſ. Jol. *geritur.*

f Editi & *iſta* Mſſ. Remig. & Jol. & *ipſa.*

g Hæc verba, *in Chriſto Jeſu*, aberant ab Editis: reſtituuntur auctoritate Mſ. Jolienſis & textus ſacri.

h Mſ. Jol. *ab illo illud recipit qui habet.*

i Mſſ. Reg. & Jol. *cooperatoremque omnium, mala autem.*

k Mſ. Reg. *quæ in ipſo erant auctore finienda.*

sime, quantum Dominus dedit, existimem esse responsum: professionem tamen sensus nostri etiam in brevia coartemus; ut sub paucorum verborum simplicitate magis magisque appareat, nos quod [a] de supra scriptis capitulis intelligimus, nulla circumloquendi arte prætexere, [b] sed absolute ac libere & prava respuere, & consensum probabilibus non negare.

SENTENTIA SUPER I.

QUisquis igitur ex prædestinatione Dei, velut fatali necessitate homines in peccata compulsos cogi dicit in mortem, non est catholicus. Nullo enim modo prædestinatio Dei iniquos facit, neque cujusquam omnino est caussa peccati.

SENTENTIA SUPER II.

[c] ITem qui dicit, quod ad his qui non sunt prædestinati ad vitam, non auferat percepta baptismi gratia originale peccatum, non est catholicus. Sacramentum enim baptismatis, quo omnia prorsus peccata delentur, etiam in eis verum est, qui non sunt in veritate mansuri, & ob hoc ad vitam veram non sunt prædestinati.

SENTENTIA SUPER III.

ITem qui dicit, quod non prædestinati ad vitam, etiam si fuerint in Christo [d] per baptismum regenerati, & pie justeque vixerint, nihil eis prosit, sed tam diu reserventur, donec ruant; nec ante eos ex hac vita, quam hoc eis contingat, auferri, tamquam ad constitutionem Dei talium hominum ruina referenda sit: non est catholicus. Quia non ideo Deus tempus ætatis cuiquam prolongavit, ut diu vivendo corrueret, & a fide recta in sua longævitate deficeret: cum inter beneficia Dei numeranda sit ipsa longævitas, qua homo melior debuit esse, non pejor.

SENTENTIA SUPER IV.

ITem qui dicit, quod non omnes vocentur ad gratiam, si de his loquitur quibus Christus annunciatus non est, [e] non potest reprehendi. Quia scimus quidem in omnes fines terræ Evangelium destinatum, sed non putamus jam in omnibus terræ finibus prædicatum: nec possumus dicere quod ibi sit gratiæ vocatio, ubi matris Ecclesiæ adhuc nulla est regeneratio.

SENTENTIA SUPER V.

ITem qui dicit, quod qui vocati sunt, non æqualiter vocati sint, sed alii ut crederent, alii ut non crederent, quasi cuiquam vocatio caussa fuerit non credendi; non recte dicit. Quamvis enim fides non sit nisi ex Dei dono, & hominis voluntate: infidelitas tamen non est nisi ex sola hominis voluntate.

SENTENTIA SUPER VI.

ITem qui dicit, quod liberum arbitrium in homine nihil sit, sed sive ad bonum sive ad malum prædestinatio Dei in hominibus operetur; non est catholicus. Arbitrium enim hominis gratia Dei non abolet, sed adolet, & ab errore in viam revocat ac reducit: ut quod sua libertate erat pravum, Spiritu Dei agente sit rectum. [f] Prædestinatio quoque Dei semper in bono est: quæ peccatum, sola hominis voluntate commissum, aut remittendum novit cum laude misericordiæ, aut plectendum cum laude justitiæ.

SENTENTIA SUPER VII.

ITEM qui dicit, quod Deus quibusdam filiis suis quos regeneravit in Christo, quibus fidem, spem, & dilectionem dedit, ob hoc non dederit perseverantiam, quia non sunt a massa perditionis præscientia Dei, & prædestinatione discreti: si hoc vult firmare, quod Deus hujusmodi homines in bonis quæ donaverat noluerit permanere, & ipse eis caussa aversionis extiterit; contra justitiam Dei sentit. Quamvis enim omnipotentia Dei potuerit vires standi præbere lapsuris: gratia tamen ejus non prius eos deseruit, quam ab eis desereretur. Et quia hoc ipsos voluntaria facturos defectione prævidit, ideo in prædestinationis electione illos non habuit.

SENTENTIA SUPER VIII.

ITEM qui dicit, quod non omnes homines velit Deus salvos fieri, sed certum numerum prædestinatorum, durius loquitur quam loquendum est de altitudine inscrutabilis gratiæ Dei: qui & omnes 1. *Tim.* 2. 4

a Mss. Jol. *de supra dictis.*
b Mss. Reg. & Jol. *sed absolute adhibere.*
c In hac sententia & sequentibus omnibus vox hæc *Item* abest a Ms. Regio.
d Editi, *baptismate*. Mss. & Remig. cum Edit. S. Augustin. *per baptismum.*
e Sic Mss. Remig. & Jol. cum Edit. Aug. Editi, *reprehendi non debet.*
f Ms. Reg. *Prædestinatio quoque Dei . . . . qui peccatum.*

nes vult salvos fieri, atque in agnitionem veritatis venire; [a] & voluntatis suæ propositum in eis implet, quos præscitos prædestinavit, prædestinatos vocavit, vocatos justificavit, justificatos glorificavit: nihil amittens de plenitudine gentium, & de omni semine Israel, cui præparatum est in Christo regnum æternum ante constitutionem mundi. Ex toto enim mundo totus mundus eligitur, & ex omnibus hominibus, omnes homines adoptantur. Nec potest ullo modo per infidelitatem atque inobedientiam multorum, Dei promissio vacillare, dicentis ad Abraham, *In semine tuo benedicentur omnes gentes*. *Quod* autem *promisit* [b] Deus, *potens est, & facere*: ut & qui salvantur, [c] ideo salvi sint, quia illos voluit Deus salvos fieri; & qui pereunt, ideo pereant, quia perire meruerunt.

Gen. 22. 18. Rom. 4. 21.

Sententia Super IX.

ITEM qui dicit, quod non pro totius mundi redemptione Salvator sit crucifixus; non ad sacramenti virtutem, sed ad infidelium respicit partem: cum sanguis Domini nostri Jesu Christi pretium totius mundi sit: a quo pretio extranei sunt, qui aut delectati captivitate, redimi noluerunt, aut post redemptionem, ad eamdem sunt servitutem reversi. Non enim cecidit verbum Domini, neque evacuata est mundi redemptio. Quia etsi non cognovit mundus Deum in vasis iræ, cognovit tamen mundus Deum in vasis misericordiæ: quæ Deus, nullis eorum bonis meritis præcedentibus, eruit de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.

Sententia Super X.

ITEM qui dicit, quod quibusdam Evangelii prædicatio a Domino subtrahatur, ne percepta Evangelii prædicatione salventur; potest objectionis invidiam declinare patrocinio ipsius Salvatoris, qui apud quosdam, quos ait fuisse credituros, si mirabilium ejus signa vidissent, noluit operari, & quibusdam populis vetuit Apostolos evangelizare, & nunc aliquas adhuc gentes patitur extra gratiam suam degere: cum tamen constantissima fide perceptum habeamus, in omnes mundi partes Ecclesiam dilatandam; nec ante esse hoc sæculum finiendum, quam in universos fines terræ Evangelium dirigatur, *& omnis lingua confiteatur, quoniam* [d] *Dominus Jesus Christus in gloria Dei Patris est*.

Matt. 11. 21.

Philip. 2. 11.

Sententia Super XI.

ITEM qui dicit, quod per potentiam Deus homines in peccata compellat, merito reprehenditur. Nec enim Deus, qui justitiæ & bonitatis auctor est, & cujus omnia statuta & mandata contra peccatum sunt, quemquam ad peccandum cogere, & ab innocentia in facinora præcipitare credendus est. Si qui autem tam profundæ impietatis sunt, ut extra remedium correctionis habeantur; non a Deo incrementa iniquitatis accipiunt, sed per semetipsos deteriores fiunt: quia relinqui a Deo, ac sibi ac deceptoribus suis tradi, propter præcedentia peccata, meruerunt, ut eis peccatum sit ipsa etiam pœna peccati.

Sententia Super XII.

ITEM qui dicit, quod quibusdam vocatis, & pie justeque viventibus, obedientia subtrahatur, ut obedire desistant; male opinatur [e] de bonitate Dei atque justitia, ut videatur ad impietatem pios cogere, & innocentiam bonis adimere: cum ipse sit pietatis atque innocentiæ [f] & largitor & custos. Qui ergo Deo adhæret, Spiritu Dei agitur: qui autem a Deo recedit, propria voluntate obedire desistit.

Sententia Super XIII.

ITEM qui dicit, quod quidam homines non ad hoc a Deo creati sunt, ut vitam adipiscerentur æternam, sed ut habitum tantummodo præsentis sæculi ornarent, & ad utilitatem nascerentur aliorum; melius loqueretur dicens, quod Deus qui creator est omnium, non frustra etiam eos condat, [g] quos prævidit vitæ æternæ participes non futuros: quia etiam in malis hominibus bonum Dei opus est ipsa natura, [h] & laudabilis est in impiorum damnatione justitia. Non potest autem merito reprehendi qui dicit, quod etiam talium conditione mundus ornetur; & quod hi, qui sibi sua iniquitate nocituri sunt, ad uti-

a Mss. Reg. *sed voluntatis suæ propositum*.
b In Mss. Jol. abest hic vox, *Deus*.
c Mss. Reg. *in Deo salvi sint, quia illos voluit Deus salvos facere*.
d Editi, *quoniam Jesus Christus*. Mss. Jol. *Dominus Jesus Christus* ut in Apostoli textu legitur.
e Mss. Reg. *De bonitate atque justitia Dei*.
f In Mss. Reg. non habetur particula, *&*, nec in Mss. Jol. quæ in Editis legitur.
g Mss. Reg. *quos prævidet*.
h Mss. Reg. hæc verba præcedentibus jungit, *& laudabilis; & impiorum damnatio justa*.

utilitatem nascantur aliorum. Neque enim quamlibet innumerabilis multitudo impiorum indecora est mundo, aut inutilis Dei regno: cum etiam per ipsorum veniat propaginem regeneranda generatio; & in eis tolerandis ac diligendis populus Dei fiat illustrior; [a] discens bonitatem & patientiam ab illo, Matt. 5. 45 *qui pluit super justos & injustos, & solem suum oriri facit super bonos & malos*.

a

SENTENTIA SUPER XIV.

ITEM qui dicit, quod qui Evangelicæ prædicationi non credunt, ex Dei prædestinatione non credant, & quod Deus ita definierit, ut quicumque non credunt, ex ipsius constitutione non credant; non est catholicus. Sicut enim fides, quæ per dilectionem operatur, Dei donum est: ita infidelitas constitutio Dei non est. Quia Deus pœnas criminum novit ordinare, non crimina: [b] nec consequens est ut quod non remiserit, ipse commiserit. Prædestinatus itaque vivit ex fide sibi donata, non prædestinatus perit in infidelitate voluntaria, non coacta. b

SENTENTIA SUPER XV.

ITEM qui dicit, quod idem sit præscientia quod prædestinatio, in bonis sine dubio operibus nostris duo ista permiscet. Quæ enim ex Dei munere habemus, [c] & quæ præscita dicuntur, non possunt non esse prædestinata: & quæ prædestinata appellantur, non possunt non esse præscita. In malis autem operibus nostris, sola præscientia Dei intelligenda est. Quia sicut præscivit & prædestinavit quæ ipse facit, & ut faceremus dedit: ita præscivit tantum, non etiam prædestinavit, quæ nec ipse fecit, nec ut faceremus exegit. c

a Sic Mss. Remig. & Jol. cum Edit. Duac. & Colon. & recentioribus. Edit. Lugdun. antiquior & Lovan. *ducens*.

b Ms. Reg. *non consequens est*, quibus addit, *ut quod non ipse commiserit prædestinatus puniatur, qui vivit ex fide sibi donata; & non prædestinatus justum est ut pereat in infidelitate voluntaria, nec coacta*. Ms. Jol. ut editi *nec consequens est*. Cætera ut in Ms. Reg. Ms. Remig. ut editi, *nec consequens* &c. Editi, *infidelitate* absque *in*, quod Ms. tres addunt.

c Ms. Reg. *ex præscientia dicuntur*.

ADMONITIO IN SANCTI PROSPERI AQUITANI

Pro Augustini doctrina Responsiones ad Capitula objectionum Vincentianarum.

Matt. 10. 24. SÆpe sæpius impletur in servis Christi quod ipse in Evangelio pronunciavit: Non est discipulus super magistrum. *Cum igitur Galli reprehensores doctrinæ sancti Augustini, magni illius & incomparabilis Ecclesiarum Dei Magistri, in ipsum magna contentione insurrexissent, quo sanos ejus sensus ad insanos intellectus apud imperitam prebeculam detorquerent, calumniosisque eorum objectionibus responsiones rationabiles objecisset sanctus Augustini discipulus & vindex Aquitanus noster: jam vero ipsum nominatim impetere, & in impietatis, immo etiam in insaniæ famam deducere statuentes, novas confinxere objectiones, tam Augustini pronunciatis, quam sancti Prosperi ad priores eorum calumnias responsis, si ipsis fides haberetur, consectarias: quæ quidem magnam partem cum prioribus coincidunt, & quorum aliquas bis terque, sub verbis vix dissimilibus, exaggerare non sunt veriti, numerum criminationum augere volentes, quia sensum variare non*

S. Prosp. Resp. ad 9. Object.

po-

potuerant. *Quarum conſecutionum tanta per ſe primo adſpectu patet abſurditas, ut, eodem Proſpero teſte,* fraternæ charitatis obliti, exiſtimationem ejus quoquo modo lædere ſtudentes, ſuam ſe evertere nocendi cupiditate non viderent. *Idem. In Præfat.*

Tam inſanas criminationes, & tam prodigioſa blaſphemiarum mendacia, quæ fidem omnem apud prudentes quoſque judices ſatis abrogarent, facile & ſufficienter, ſola unius ſubſcriptione anathematis, falſo, & ad excitandam dumtaxat in ſe invidiam jactata probaſſet, niſi veritus eſſet, ne profeſſionis ſinceriſſimæ brevitatem malignitas eorum ſuſpectam eſſet habitura, & ſimpliciores pleroſque, diabolici (ut ait) indiculi confictione turbatos, inſtrui, malignantiumque adverſariorum animos diffuſiori reſponſione ſatius fuiſſet mitigari. Quod quidem ſanctus Doctor noſter, non ex proprio ingenio, privataque auctoritate ſuſcipere ſe proteſtatur; ſed ea confidentia ſcribit, ut ſenſum ſuum fidemque, quam contra Pelagianos defenderat hactenus, defendebatque quotieſcumque ſe daret occaſio, ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate ſe præmoneat eſſe defenſurum. Ex quibus verbis, nonnullis viſum eſt, reſponſiones iſtas, Cæleſtini Papæ Epiſtola pro Proſpero & Hilario, & maxime pro aſſerenda S. Auguſtini doctrina ad Galliarum Epiſcopos directa, eſſe poſteriores. Quæ tamen conſecutio ab aliis viris eruditis infirma omnino judicatur. Quando quidem dum adhuc in vivis ſuperſtes eſſet Auguſtinus, & ante quam ſcripſiſſet ad Gallos Cæleſtinus, ſedis Apoſtolicæ Romanæque Eccleſiæ ſententiam in medium adduxit Proſper, tum in Epiſtola ſua ad Rufinum, tum in Carmine de Ingratis. Unde veriſimile eſt, quod ſi tanti ponderis teſtimonium, adeoque cauſſæ ſuæ favens, quod ex illa Epiſtola Cæleſtini duci poteſt, afferre voluiſſet, id certe apertius, & validius præſtitiſſet. Hinc quod quidam opinantur, ex his quæ Proſper dicit hoc in opere de auctoritate ſedis Apoſtolicæ, erui, Proſpero a Summo Pontifice in mandatis datum, ut gratiæ Chriſti doctrinam adverſus Pelagianos defendendam ſuſciperet; hoc certe tam invictis rationibus, quam eruditorum virorum, quibus hæc placuit opinio, auctoritati inniti optaremus. Cum ergo, quo tempore objectiones iſtas poſteriores Auguſtini ſimul & Proſperi adverſarii in vulgus ſparſerint, non omnino conſtet apud eruditos; nec proinde quando his a Proſpero noſtro iterum fuerit reſponſum; probabile tantum judicamus, illos homines paulo poſt lectam ſuperiorum objectionum confutationem, tumultuario ſtilo ſcriptas objectiones in vulgus quanto citius potuerunt ſparſiſſe; quibus ſtatim S. Proſper, reſponſionibus quæ ſubjiciuntur ſatisfacere non diſtulit. Etſi non ignoremus has objectiones quibuſdam eruditis videri prius a nobis editas tempore præceſſiſſe, de quo judicet lector. Nec mirum vero quod in ſubjecto opere paulo durius reſpondere agnoſcitur adverſariis ſanctus noſter, quam in priori reſponderat. Cum enim illi presbyteri, ut poſtea Cæleſtinus agnovit in Epiſtola, conniventibus etiam Epiſcopis ſuis, diſſenſioni Eccleſiarum ſtudentes, indiſciplinatas quæſtiones in *Ibidem.* *Reſp. ad Object. 5.* *Epiſt. ad Ruf. cap. 3.* *Carm. de Ingrat. c. 2* *Maug. t. 2. Nor. hiſt. Pelag. l. 2. c. 11.* *Epiſt. Cæleſtini ad Epiſc. Galliar. cap. 1. infra.*

medium vocarent, pertinaciterque dicerent, Auguſtini diſcipulos prædicare adverſantia veritati : prioribus ſancti Proſperi reſponſis ſurdi, longe pejora, & rationi charitatique magis contraria fuerant commenti.

Quis vero ſit ille Vincentius, qui peſſimæ cauſſæ patronum ſe præſtitit præ cæteris, apud eruditos non omnino conſtat. Erat tunc temporis in Monaſterio Lirinenſi Vincentius, qui quodam libro contra omnes hæreſes, cui Commonitorio titulum fecit, circa annum 434. ſcripto de-
Voſſius hiſt. Pelag. lib. 1. c. 9. *inceps celeber in Eccleſia effectus eſt. Hunc quidam ſcriptor, ſparſarum in Proſperum calumniarum auctorem voluit, quia eumdem ſancti Auguſtini doctrinæ adverſum fuiſſe contendit : in hanc opinionem ea ratione motus deſcendens, qua Vincentius Epiſtola Cæleſtini Papæ manifeſte &*
Nor. Hiſt. Pelag. l. 2. c. 11. *voluntarie abuſus judicaretur. Huic opinioni accedunt etiam alii, qui*
Antel. op. Leon. *Vincentium iſtum Semipelagiani dogmatis ſectatoribus accenſent. De hoc*
Gennad. in catal. c. 64. „ *Gennadius in ſuo Illuſtrium virorum Catalogo ſic loquitur : Vincen-*
„ *tius natione Gallus, apud Monaſterium in Lirinenſi inſula presby-*
„ *ter, vir in ſcripturis ſanctis doctus, & notitia Eccleſiaſticorum dog-*
„ *matum ſufficienter inſtructus, compoſuit ad evertenda hæreticorum col-*
„ *legia nitido & aperto ſermone validiſſimam diſputationem (Commo-*
„ *nitorium adverſus hæreſes nuncupatur ;) quam abſconſo nomine ſuo*
„ *adtitulavit, Peregrini adverſum hæreticos : cujus operis quia ſecundi*
„ *libri maximam in ſchedulis partem, a quibuſdam furatam perdidit ;*
„ *recapitulato ejus paucis ſermonibus ſenſu primo, compegit, & in unum*
„ *librum edidit. Moritur Theodoſio & Valentiniano regnantibus, ideſt anno 448. aut ſequenti. Hunc multi ſancti Proſperi reſponſionibus adquieviſſe, & Auguſtini doctrinam, quæ erat Eccleſiæ doctrina, amplexum fuiſſe hinc colligunt, quia ſanctitatis fama ex tunc non exciderit.*

Obſervat quoque auctor Diſſertationis Criticæ de veris operibus SS. PP. Leonis magni & Proſperi Aquitani ; Opus iſtud (Commonitorium ſcilicet) aureum licet, & numquam ſatis pro dignitate commen-
Voſſius hiſt. Pelag. Hen. Noris hiſt. Pelag. l. 2. c. 11. Nat. Alexand. hiſt. Eccl. tom. 10. c. 3. art. 7. §. 7. *dandum, eo tamen fine ſuſceptum, ut Auguſtini doctrinam in ſuſpicionem traheret, jam maxime penes eruditos invaluiſſe ſibi perſuaſum. Quam ſententiam ipſe fuſius nova inductione firmat pag. 411. & 412. Quibus ſubjungit, quod licet ille Vincentius Commonitorii ſui ſententias ingenioſius quandoque in ipſam Auguſtini doctrinam, quam in hæretico-*
„ *rum artes atque verſutias vibraſſe videatur : quanto minus tamen in*
„ *ipſam prævaluerunt, tanto efficaciora in alias ſive exortas, ſive*
„ *exorituras in futurum hæreſes aut ſectas quaslibet, Altiſſimi prædi-*
„ *canda converſione, arma facta ſunt ; ut inter præcipua, quæ adver-*
„ *ſus errores ac ſchiſmata penes Eccleſiam depoſuerunt antiqui Patres*
„ *documenta, nullum illa præ Commonitorio frequentius adhibuerit, quod*
„ *ſemper experta ſit, eo validius impugnari rebelles, ac felicius vinci.*

Qui vero de Vincentii Lirinenſis Monachi, viri ſanctitatis & eruditionis fama notiſſimi, doctrina meliora ſentiunt, in hoc conveniunt, ut alium ejuſdem nominis quærant cui ejuſmodi objectiones aſſignent.

Ba-

Baronius cum aliis ejus sequacibus Vincentii alterius opus dici posse opinatur, de quo Gennadius in Catalogo, cap. 89. Vincentius presbyter, & ipse natione Gallus, in divinis scripturis exercitatus, linguam habens usu loquendi, & majorum lectione politam : commentatus est in psalmos : cujus operis legit aliqua sancto homini Dei Cannati me audiente ; promittens simul, si Dominus vitam & vires daret, se in toto psalterio, eodem studio laboraturum. Nec aliquid obstat, quin idem agnoscatur esse Vincentius, qui anno 439. interfuit Concilio Rhegiensi, Constantini seu Constantiani Episcopi forte Diensis nomine. Etsi enim Gelasio (anno 496. demortuo) superstes fuerit Gennadius : nihilominus tamen coætaneus esse potuit homini anno 430. libros in lucem emittenti. Quæ opinio inde etiam vires accipit, quod illos maxime laudare assueverit Gennadius, quos Augustino minime faventes noverat. Vincentium vero hunc impense laudaverit in supra citatis.

Gennad. in catalogo c. 89.

Conc. to. 3. Gal. Christ. to. 2. Gennad. cap. 94. & c. 80.

PRÆFATIO SANCTI PROSPERI

In Responsiones ad Capitula Objectionum Vincentianarum.

QUidam Christianæ ac [a] fraternæ charitatis obliti, in tantum existimationem nostram quoquo modo student lædere, ut suam se evertere, nocendi cupiditate non videant. Contexunt enim, & qualibus possunt sententiis, comprehendunt ineptissimarum quarumdam blasphemiarum prodigiosa mendacia ; eaque ostendenda & ingerenda multis publice privatimque circumferunt; asserentes talia in nostro sensu esse, qualia diabolico continentur indiculo. Quæ falso in nos, ad excitandam invidiam jactitari, facile & sufficienter subscriptione unius probaremus anathematis ; nisi malignitas eorum, qui se gravari putant, si de nobis bene sentiatur, ipsam subscriptionis nostræ brevitatem suspectam esset habitura. Unde ne hujus querelæ inveniretur occasio, necessarium convenientesque [b] credidimus, ut sive ad calumniantium animos mitigandos, sive ad eos quorum auribus tale aliquid insonuit instruendos, quantum adjuvante Domino fieri potuerit, plene lucideque pandamus, quid de perversis definitionibus judicemus. Propositis igitur singillatim sedecim capitulis, sub unoquoque eorum, sensus nostri, & fidei quam contra Pelagianos ex Apostolicæ sedis auctoritate defendimus, verba [c] ponemus : ut qui paululum se ad legenda hæc dignati fuerint occupare, evidenter agnoscant, impiarum profanarumque opinionum nullum cordibus nostris inhæsisse vestigium ; & blasphemias quas perspexerint nostra professione damnari, in earumdem repertoribus censeant debere puniri.

b

c

a Ms. Jolienſis. *Fraternæ veritatis.*
b Ms. Remig. *credimus.*
c Ms. Remig. *ponimus.*

ARGUMENTA CAPITULORUM OBJECTIONUM VINCENTIANARUM.

OBJECT. I. *Quod Dominus noster Jesus-Christus non pro omnium hominum salute & redemptione sit passus.*

OBJECT. II. *Quod Deus nolit omnes salvare, etiam si omnes salvari velint.*

OBJECT. III. *Quod Deus majorem partem generis humani ad hoc creat, ut illam perdat in æternum.*

OBJECT. IV. *Quod major pars generis humani ad hoc creatur a Deo, ut non Dei, sed diaboli faciat voluntatem.*

OBJECT. V. *Quod peccatorum nostrorum auctor sit Deus, eo quod malam faciat voluntatem hominum, plasmet substantiam, quæ naturali motu nihil possit nisi peccare.*

OBJECT. VI. *Quod Deus tale in hominibus plasmet arbitrium, quale est dæmonum, quod proprio motu nihil aliud possit velle, nisi malum.*

OBJECT. VII. *Quod hæc sit voluntas Dei, ut magna pars Christianorum salva esse nec velit, nec possit.*

OBJECT. VIII. *Quod nolit Deus ut omnes catholici in fide catholica perseverent, sed velit ut magna exinde pars apostatet.*

OBJECT. IX. *Quod velit Deus, ut magna pars sanctorum a sanctitatis proposito ruat.*

OBJECT. X. *Quod adulteria & corruptelæ virginum sacrarum ideo contingant, quia illas Deus ad hoc prædestinavit ut caderent.*

OBJECT. XI. *Quod quando incestant patres filias, & matres filios, vel quando servi dominos occidunt, ideo fiat, quia ita Deus prædestinavit ut fieret.*

OBJECT. XII. *Quod Dei prædestinatione efficiantur de filiis Dei filii diaboli, & de templo sancti Spiritus templa dæmoniorum, & de membris Christi membra meretricis.*

OBJECT. XIII. *Quod omnes illi fideles & sancti, qui ad æternam mortem prædestinati sunt, quando ad vomitum suum relabuntur, vitio quidem suo hoc facere videntur, sed ipsius vitii caussa est divina prædestinatio, quæ illis latenter subtrahit bonas voluntates.*

OBJECT. XIV. *Quod magna pars illa Christianorum catholicorum fidelium atque sanctorum, quæ ad ruinam & perditionem prædestinata est, etiam si petat a Deo sanctitatis perseverantiam, non impetrabit: eo quod mutari non potest divina prædestinatio, quæ illos præordinavit, præparavit, præaptavit ut caderent.*

OBJECT. XV. *Quod omnes illi fideles & sancti, qui ad æternam mortem prædestinati sunt, postea quam ceciderint, sic a Deo dispensentur, ne possint, vel velint per pœnitentiam liberari.*

OBJECT. XVI. *Quod magna pars illa fidelium atque sanctorum, quæ ad æternam mortem prædestinata est, quando dicit Deo in oratione Dominica, Fiat voluntas tua, nihil aliud quam contra se petat, idest, ut cadant & ruant; quia voluntas Dei hæc est, ut æterna morte pereant.*

SANCTI PROSPERI AQUITANI PRO AUGUSTINI DOCTRINA

Responsiones ad Capitula Objectionum Vincentianarum.[a]

* Scriptus forte paulo post superiores responsiones.

*LIBER UNUS.**

CAPITULUM I.

OBJECTIO.

[b] *Quod Dominus noster Jesus Christus non pro omnium hominum salute & redemptione sit passus.*

RESPONSIO.

CONtra vulnus originalis peccati, quo in Adam omnium hominum corrupta & mortificata natura est, & unde omnium concupiscentiarum morbus inolevit, verum & potens ac singulare remedium est mors Filii Dei [c] Domini nostri Jesu Christi: qui liber a mortis debito & solus absque peccato, pro peccatoribus & debitoribus [d] mortis est mortuus. Quod ergo ad magnitudinem & potentiam pretii, & quod ad unam pertinet caussam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc sæculum sine side Christi, & sine regenerationis sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt. Cum itaque propter unam omnium naturam, & unam omnium caussam a Domino nostro in veritate susceptam, recte omnes dicantur redempti, & tamen non omnes a captivitate sint eruti; redemptionis proprietas haud dubie penes illos est, de quibus princeps mundi missus est foras, & jam non vasa diaboli, sed membra sunt Christi. Cujus mors non ita impensa est humano generi, ut ad redemptionem ejus, etiam qui regenerandi non erant pertinerent: [e] sed ita, ut quod per uni-

a Remigianus codex, ante annos plus minus octingentos scriptus, habuit a prima manu *Vincentiarum*: a secunda vero jam olim correctus præfert (ut in fine libri absque correctione legitur) *Vincentianarum*: Lovanienses observant, esse qui arbitrentur, objectionum scriptorem Vincentium Lirinensem illum fuisse, cujus extat adversus profanas hæresum novitates Commonitorium, scriptum circiter annum Christi 434. seu, ut ipse auctor in cap. 42. testatur, post triennium ferme a celebrato contra Nestorium concilio Ephesino.

b Mss. Remig. & Jolienses hic & in capite reliquarum objectionum. *Quia*, ubi editi *Quod* habent.

c Editi, *Domini Jesu Christi*, omissa voce, *nostri*, quam habent Mss. Remig. & Jol. & Edit. Aug.

d Hic *mortis* addimus ex Mss. Remigiano & Jolienſi, nec non ex edit. August. oper.

e Ms. Jol. *sed ut* omisso, *ita*.

unicum exemplum gestum est pro universis, per singulare sacramentum celebraretur in singulis. Poculum quippe immortalitatis, quod confectum est de infirmitate nostra & virtute divina, habet quidem in se ut omnibus prosit; sed si non bibitur, non medetur.

CAPITULUM II.

OBJECTIO.

Quod Deus nolit omnes salvare, etiamsi omnes salvari velint.

RESPONSIO.

Matt. 7. 11. CUM Veritas dicat; *Si vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cælestis dabit bona petentibus se?* qui fieri potest ut Deus, qui etiam illos salvat, de quibus dici non potest quod salvari velint, nolit aliquos salvare etiam si salvari velint; nisi aliquæ causæ existant, de quibus, quamvis sint nobis incognoscibiles, a [a] ille tamen bene judicat, de quo dici non potest, aliter eum quidquam facere debuisse, quam fecerit? Remota ergo hac discretione, quam divina scientia intra secretum justitiæ suæ continet, sinceriſſime credendum atque profitendum est, Deum velle ut omnes homines salvi fiant. Siquidem Apostolus, cujus ista 1. Tim. 2. 4. sententia est, sollicitiſſime præcipit, quod in omnibus Ecclesiis piiſſime custoditur, ut Deo pro omnibus hominibus supplicetur: ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum; quod multi salvantur, salvantis est donum. Ut enim reus damnetur, inculpabilis Dei justitia est; ut autem reus justificetur, ineffabilis Dei gratia est.

CAPITULUM III.

OBJECTIO.

Quod Deus majorem partem generis humani ad hoc creet, ut illam perdat in æternum.

RESPONSIO.

OMnium quidem hominum creator est Deus, sed nemo ab eo ideo creatus est, ut periret: quia alia est causa nascendi, & b [b] alia est causa pereundi. Ut enim nascantur homines, conditoris est beneficium; ut autem pereant, Rom. 5. 12. prævaricatoris est meritum. In Adam quippe, in quo omnium hominum præformata natura est, omnes peccaverunt: eademque sententia, quam ille excepit, obstricti sunt. Neque ab hoc vinculo, etiamsi propriis peccatis careant, resolvuntur, nisi in sacramento mortis & resurrectionis Christi per Spiritum-sanctum renascantur. Nimis ergo impius & indoctus est, qui vitium naturæ non discernit ab auctore naturæ: a quo prorsus alienum est, quidquid in unoquoque c [c] damnandum est. Creat enim homines, ut sint homines: nec multiplicandis generationum successionibus opificium suum subtrahit, secundum consilium bonæ voluntatis suæ reparaturus in multis quod ipse fecit, puniturus in multis quod ipse non fecit. *Sicut* d [d] *enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita & per unius hominis obedientiam justi constituuntur multi.* Rom. 5. 19.

CAPITULUM IV.

OBJECTIO.

Quod major pars generis humani ad hoc creatur a Deo, ut non Dei, sed diaboli faciat voluntatem.

RESPONSIO.

INsanum omnino & contra rationem est dicere, voluntatem Dei ex Dei voluntate non fieri, & damnatorem diaboli ejusque famulorum, velle ut diabolo serviatur. Sed hoc catholicis Pelagiani consequenter se objicere existimant, qui Adæ peccatum transiisse in omnes diffitentur: quoniam si primam nativitatem originalis culpa non obliget, non sint obnoxii diabolo parvuli, e [e] nec indigeant erui de potestate tenebrarum, qui numquam a suo auctore discesserint. Nos autem qui omnes in Adam periisse profitemur, (*Venit enim Filius hominis quærere & salvare quod perierat*,) Luc. 19. 10 nec dicimus ideo creari quemquam hominem, ut diaboli faciat voluntatem; & agnoscimus omnem hominem non redemptum, diabolo esse captivum. Prævaricatio enim hominum, dispositæ a sæculis creationis ordinem turbare non potuit, & f [f] merito creatura peccatrix pœnalem dominationem illius patitur, cui, relicto vero Domino, sponte se vendidit. Hæc quippe servitus non institutio est Dei, sed judicium; quo fraus deceptoris dia-

a Editi, *ita tamen*. Mſ. Jolienſis *ille tamen*: melius, ut videtur.

b Mſſ. Remig. & Jol. addunt hic, *causa*: quæ vox desideratur in Editis.

c Mſ. Jolienſis, *damnatum est*.

d Additur *enim* in Mſ. Remig. & Edit. oper. Aug. aberat a ceteris.

e Mſ. Jolienſis, *ne indigeant*.

f Mſ. Remig. non habet hanc vocem, *merito*.

diaboli facta est decepto & male credulo homini pœna peccati. De qua nemo eruitur, nisi per mediatorem Dei & hominum hominem Christum Jesum: cujus gratuita gratia, & multorum malis meritis non tribuitur, & nullorum bonis meritis prævenitur.

CAPITULUM V.

OBJECTIO.

Quod peccatorum nostrorum auctor sit Deus: eo quod malam faciat voluntatem hominum, plasmet substantiam quæ naturali motu [a] *nihil possit nisi peccare.*

RESPONSIO.

HUjus quoque objectionis vanitas de illa procedit schola, in qua natura humana immunis a peccato Adæ, & illæsa defenditur; ut quia omnes homines prævaricationis reos & [b] damnationi obnoxios nasci, perituroque nisi in Christo renascantur, asserimus, eumdem videamur dicere auctorem culpæ, quem profitemur conditorem esse naturæ. Quod nos a sensu nostro penitus abdicamus, qui Deum justum & bonum, sic humanæ substantiæ, [c] & interiorum exteriorumque sensuum novimus creatorem, ut prorsus ab illo sit quidquid pertinet ad naturam; & prorsus [d] ab illo non sit quidquid contra naturam est. Peccatum autem contra naturam est, de quo mors & omnia quæ sunt mortis oriuntur. Quibus malis tunc se homo induit, quando illum fide obedientiaque privatum, in suas promissiones diabolus a Dei lege traduxit, omniaque posteritatis ejus germina, sibi per conditionem depravatæ stirpis obstrinxit. Unde si qua in Christo nova creatura est, [e] libera sit diabolo, & subjicitur Deo, reformata a deformitate sua, ad imaginem ejus qui creavit eam. Quod nisi fiat, remanet in illo in quo omnes moriuntur, non habens sortem in eo in quo omnes vivificantur. Non igitur cujusquam peccati [f] auctor Deus, sed naturæ creator est. Quæ cum potestatem habuerit non delinquendi, sponte deliquit, & deceptori suo propria voluntate se subdidit. Nec naturali, sed captivo motu versatur in vitio, donec moriatur peccato & vivat Deo: quod sine gratia Dei facere non potest; quia libertatem quam libertate perdidit, nisi Christo liberante non recipit. *Non est enim aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat salvos fieri.* Act. 4. 12.

a Editi, *non possit nisi*. Mss. Remig. & Jol. *nihil possit nisi*.

b Ms. Jolienſis. *damnationis obnoxios*.

c In Ms. Jol. abest particula &, legiturque sic, *humanæ substantiæ interiorum exteriorumque &c.*

d Editi, *non ab illo sit*. Corrigimus ex edit. oper. Aug. ad Mss. Remig. exacta.

e Ita Mss. Jolienſis, cum Ms. Remig. & edit. oper. S. Aug. ubi additur præpositio *a diabolo*. Editi, *libera sit diabolo & subiiciatur. Libera diabolo*; ut Rom. 6. 20. *liberi justitiæ*. Dativo casu.

f Vox ista *Deus* aberat ab editis. Restituitur ex Mss. Remig. & Jolienſi ac edit. oper. S. Augusti.

g Sic Mss. Remig. & Jol. cum edit. Aug. At editi antea, *possit vel velit*.

CAPITULUM VI.

OBJECTIO.

Quod Deus tale in hominibus plasmet arbitrium, quale est dæmonum, quod proprio motu nihil aliud g *possit velle, nisi malum.*

RESPONSIO.

TOtus quidem *mundus*, sicut ait Joannes apostolus, *in maligno positus est:* & multorum hominum talis est malitia, qualis & dæmonum. Qualibus dicebat Dominus, *Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali?* &, *Vos de diabolo patre nati estis, & concupiscentias patris vestri facere vultis.* Sed hoc inter malos homines distat & dæmones, quod hominibus etiam valde malis supereſt, si Deus misereatur, reconciliatio; dæmonibus autem nulla est in æternum servata conversio. Sicut ergo prævaricatoribus Angelis non Deus indidit illam, quæ in veritate non stetit, voluntatem: ita nec hominibus hunc affectum, quo diabolum imitarentur, inseruit. Mendax enim de proprio loquitur; & liber a mendacio non erit, nisi eum veritas liberaverit. 1. Joan. 5. 19. Matt. 12. 34. Joan. 8. 44. Ibidem. Ibidem.

CAPITULUM VII.

OBJECTIO.

Quod hæc sit voluntas Dei, ut magna pars Christianorum salva esse nec velit, nec possit.

RESPONSIO.

SI de his hoc dicitur, qui pietatem Christianæ conversationis & fidei deserentes, in prophanos errores, aut in damnabiles mores irrevocabiliter transierunt; non dubium est quod talem voluntatem habentes salvi esse nolunt; & quamdiu salvi esse nolunt, salvi esse non possunt. Sed nullo modo credendum est, hujusmodi homines in hanc desperationem ex Dei voluntate cecidisse: cum po-

Pſ. 144. 4. potius allevet Dominus omnes qui corruunt, & erigat omnes eliſos. Nemo enim niſi illius gratia erigitur, nemo niſi illius gratia ſtabilitur Dei ergo voluntas eſt, ut in bona voluntate maneatur: qui & prius quam deſeratur, neminem deſerit; & multos deſertores ſæpe convertit.

CAPITULUM VIII.

OBJECTIO.

a *Quod nolit Deus, ut omnes catholici in fide catholica perſeverent, ſed velit ut magna exinde pars apoſtatet.*

RESPONSIO.

NON eſt diſſimilis blaſphemiæ hujus impietas, a præcedente ſententia: quod ergo ad illam, hoc etiam ad iſtam, quæ in nullo eſt diverſa, reſponſum ſit.

CAPITULUM IX.

OBJECTIO.

Quod velit Deus, ut magna pars ſanctorum a ſanctitatis propoſito ruat.

RESPONSIO.

NEC hujus definitionis inſania aliud ſonat, quam gemina objectio prælocuta eſt. Unde mirandum eſt objicientem tertio repetiſſe, quod ſemel dixiſſe ſuffecerat: ſed, ut res eſt, numerum criminationis augere voluit, quia ſenſum variare non potuit.

CAPITULUM X.

OBJECTIO.

Quod adulteria & corruptelæ virginum ſacrarum ideo contingant, quia illas Deus ad hoc prædeſtinavit ut caderent.

RESPONSIO.

DEteſtanda & abominanda opinio, quæ Deum cujuſquam malæ voluntatis, aut malæ actionis credit auctorem: cujus prædeſtinatio numquam extra bonitatem, numquam extra juſtitiam
Pſ. 24. 10. eſt. *Univerſæ* enim *viæ Domini miſericordia & veritas.* Adulteria enim b maritatarum, & corruptelas virginum non inſtituere novit ſancta divinitas, ſed damnare; nec diſponere, ſed punire. Quæ mala homines cum admittunt, ſuis concupiſcentiis & cupiditatibus ſerviunt, quas ab illa prima voluntariæ prævaricationis labe traxerunt: cum autem declinant a malo & faciunt bonum, *a Domino greſſus hominis diriguntur, & viam ejus volet.* Pſal. 36. 27. & 23. 2. Cor. 13. 7 Propter quod dicit Apoſtolus, *Oramus autem* c *ad Deum, ut nihil mali faciatis; non ut nos probati appareamus, ſed ut vos quod bonum eſt faciatis.* Non ergo caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neque cupiditates peccantium prædeſtinatio Dei, aut excitavit, aut ſuaſit aut impulit: ſed plane prædeſtinavit judicium ſuum, quo unicuique retributurus eſt prout geſſit, ſive bonum, ſive malum. Quod judicium futurum omnino non eſſet, ſi homines Dei voluntate peccarent. Erit autem manifeſtiſſime: & omnis homo quem diſcretio divinæ ſcientiæ in ſiniſtra conſtituerit parte, damnabitur; quia non Dei, ſed ſuam executus eſt voluntatem.

CAPITULUM XI.

OBJECTIO.

Quod quando inceſtant patres filias, & matres filios, vel quando ſervi dominos occidunt, ideo fiat, quia ita Deus prædeſtinavit ut fieret.

RESPONSIO.

SI diabolo objiceretur quod talium facinorum ipſe auctor, ipſe eſſet incentor; puto quod aliqua ratione exonerare ſe hac poſſet invidia, & talium ſcelerum d patratores de ipſorum voluntate convinceret; quia etſi delectatus eſt furore peccantum, probaret tamen ſe non intuliſſe vim criminum. Qua ergo inſipientia, quave dementia definitur, ad Dei referendum eſſe conſilium, quod nec diabolo in totum adſcribi poteſt, qui in peccantum flagitiis illecebrarum adjutor, non voluntatum credendus eſt eſſe generator? Nihil ergo talium negotiorum Deus prædeſtinavit ut fieret; e nec ullam animam nequiter turpiterque victuram, ad hoc ut taliter viveret, præparavit; ſed talem futuram non ignoravit, & de tali juſte ſe judicaturum eſſe præſcivit. Atque ita ad prædeſtinationem ejus nihil aliud referri poteſt, niſi quod aut ad debitam juſtitiæ retributionem, aut ad indebitam pertinet gratiæ largitatem.

CA-

a Mſ. Jolienſis, *Quia noluit.*
b Remigianus Mſ. *maritorum.*
c Editi, *ad Dominum* Mſ. Remig. & edit. Auguſt. *ad Deum* ut apud Apoſtolum.
d Correctus locus ex Manuſcripto Remigiano & Jolienſi & edit. ſancti Auguſtini. Alias editi, *talium criminum patratorem, de ipſorum voluntate vinceret.*
e Ita Mſ. Remig. Alias editi *nec illam animam.*

CAPITULUM XII.

OBJECTIO.

Quod Dei prædestinatione efficiantur de filiis Dei filii diaboli, & de templo sancti Spiritus templa dæmonum, & de membris Christi membra meretricis.

RESPONSIO.

PRædestinatio Dei etsi apud nos, dum in præsentis vitæ periculis versamur, incerta est; apud illum tamen, qui fecit quæ futura sunt, incommutabilis permanet. Nec quæ illuminavit, obcæcat; nec quæ ædificavit, destruit; nec quæ plantavit, evellit. *Sine pœnitentia enim sunt dona & vocatio Dei:* & *firmum fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc; cognovit Dominus qui sunt ejus.* Nullo igitur modo [a] Dei prædestinatio facit ut aliqui ex filiis Dei filii sint diaboli, aut ex templo sancti Spiritus [b] templa sint dæmonum, aut ex membris Christi fiant membra meretricis: sed potius prædestniatio facit, ut ex filiis diaboli fiant filii Dei, & ex templo dæmonum, [c] templum sint Spiritus-sancti, & ex membris meretricis membra sint Christi. Quia ipse alligat fortem, & vasa ejus rapit, eruens ea de potestate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam. Hi autem de quibus dicitur, *Ex nobis exierunt, sed non fuerunt ex nobis; si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum*; voluntate exierunt, voluntate eciderunt. Et quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati. Essent autem prædestinati, si essent reversuri, & in sanctitate ac veritate mansuri. Ac per hoc prædestinatio Dei, multis est caussa standi, nemini est caussa labendi.

Rom. 11. 29. *2. Tim.* 2. 19. *Marc.* 3. 27. *Colos.* 1. 13 *1. Joan.* 2. 19.

CAPITULUM XIII.

OBJECTIO.

Quod omnes illi fideles & sancti, qui ad æternam mortem prædestinati sunt, quando ad vomitum suum relabuntur, vitio quidem suo hoc facere videntur, sed ipsius vitii caussa est divina prædestinatio, quæ illis latenter subtrahit bonas voluntates.

RESPONSIO.

IDEM blasphemiarum spiritus perseverat, & a præcedentibus mendaciis subsequens impietas non recedit: quam prorsus vera ratio reprobat, & incunctanter sana doctrina condemnat. Quia omnibus quidem a fide ad infidelitatem, a sanctitate ad turpitudinem relapsis, & ante finem vitæ nulla emendatione purgatis, nihil aliud quam mors æterna debetur: sed nefas est Deo adscribere caussas talium ruinarum; qui etsi ex æterna scientia præcognitum habet, quid uniuscujusque meritis retributurus sit; nemini tamen per hoc quod falli non potest, aut necessitatem, aut voluntatem intulit delinquendi. Si ergo a justitia & pietate quis deficit, suo in præceps fertur arbitrio, sua concupiscentia trahitur, sua persuasione decipitur. Nihil ibi Pater, nihil Filius, nihil agit Spiritus-sanctus: nec tali negotio quidquam divinæ voluntatis intervenit: cujus opere multos scimus, ne laberentur, retentos; nullos autem, ut laberentur, impulsos.

CAPITULUM XIV.

OBJECTIO.

Quod magna pars illa Christianorum catholicorum fidelium, atque sanctorum quæ ad ruinam & perditionem prædestinata est; etiam si petat a Deo sanctitatis perseverantiam, non impetrabit: eo quod mutari non potest divina prædestinatio, quæ illos præordinavit, præparavit, præaptavit ut caderent.

RESPONSIO.

AD prævaricationem legis, ad neglectum religionis, ad corruptelam disciplinæ, ad desertionem fidei, ad perpetrationem qualiscumque peccati, nulla omnino est prædestinatio Dei: nec fieri potest, ut per quem a talibus malis surgitur, per eum in talia decidatur. Si ergo in sanctitate vivitur, [d] si in virtute proficitur, si in bonis studiis permanetur; manifestum munus est Dei, sine quo nullus boni operis fructus adquiritur; si autem ab his receditur, & ad vitia ac peccata transitur; nihil ibi Deus malæ tentationis immittit, & recessurum non deserit, ante quam deseratur; & facit plerumque, ne deserat, aut etiam, si discessit, ut redeat. Cur autem illum retineat, illum non retineat; nec possibile est comprehendere, nec licitum [e] vestigare; cum scire sufficiat, & ab illo esse quod statur, & non ab illo esse quod ruitur.

d

e

CA-

a In Mss. Remig. omittitur hic vox, *Dei*.
b Mss. Jolienses, *templum sint*.
c Antehac editi, *templum sit*.

d Prius editi, *si in virtutem*. Mss. Remig. & Jol. cum edit. oper S. Aug. *in virtute*.
e Mss. Jolienses *investigare*.

CAPITULUM XV.

OBJECTIO.

Quod omnes illi fideles & sancti, qui ad æternam mortem prædestinati sunt, postea quam ceciderint, sic a Deo dispensentur, [a] *ut nec possint nec velint per pœnitentiam liberari.*

RESPONSIO.

NON veraciter, nec sapienter hoc dicitur. Qui enim a fide & sanctitate exciderunt, sicut voluntate prolapsi sunt, ita voluntate non surgunt, & dominatum concupiscentiarum, quibus succubuerunt, sponte patiuntur. Si qui autem captivitatem suam gemunt, & judicantes semetipsos, ad misericordiam Dei mutato corde confugiunt, non sine spiritu divinæ visitationis hæc faciunt. *Hæc* [b] enim *mutatio dexteræ Excelsi*; qui innumeris lapsis dat pœnitentiam, ut *resipiscant a diaboli laqueis, a quo captivi tenebantur ad ipsius voluntatem*. Nemini autem Deus correctionis adimit viam, nec quemquam boni possibilitate dispoliat. Quia qui se a Deo avertit, ipse & velle quod bonum est, & posse sibi sustulit. Non est ergo consequens, sicut putant qui talia objiciunt, ut Deus, quibus pœnitentiam non dederit, resipiscentiam abstulerit; & quos non levarit, allíserit: cum aliud sit insontem in crimen egisse, quod alienum est a Deo; aliud criminoso veniam non dedisse, quod de peccatoris est merito.

Ps. 76. 11. 1. Tim. 2. 26.

CAPITULUM XVI.

OBJECTIO.

Quod magna pars illa fidelium atque sanctorum, quæ ad æternam mortem prædestinata est, quando dicit Deo in oratione Dominica, Fiat voluntas tua *; nihil aliud quam contra se petat, id est, ut cadant & ruant : quia voluntas Dei hæc est, ut æterna morte pereant.*

RESPONSIO.

NON hoc Veritas dicit, quod hæc sit voluntas Dei, ut fideles & sancti a fide atque innocentia ruant, & pereant in æternum: sed Veritas dicit, *Hæc est voluntas ejus qui me misit Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quidquam, sed resuscitem illud in novissimo die*. Quod ergo Pater Filio dedit, Filius omnino [c] non perdit. Idem enim dicit: *Omne quod dat mihi Pater,* [d] *ad me veniet, & eum qui venit ad me, non ejiciam foras*. Quod si per generalitatem vocationis, & per abundantiam bonitatis Dei, etiam non perseveraturi perseveraturis admixti sunt; hi cum a pietate deficiunt, non ex Dei opere, sed ex sua voluntate deficiunt; nec impelluntur ut cadant, nec ejiciuntur ut deserant: casuri tamen & recessuri ab eo qui falli non potest præsciuntur. Quamdiu itaque in oratione Dominica dicunt, *Fiat voluntas tua*; non hoc contra se petunt, quod Deus nullo modo ulla ratione facturus est, id est, ut cadant & ruant: [e] ipsorum enim hoc nequitia, ipsorum est consummatura libertas. Sed plane illud contra se petunt, quod divinæ voluntatis esse non dubium est: ut scilicet, cum venerit filius hominis in majestate sua, & sederit super thronum gloriæ suæ, congregentur ante eum omnes gentes, [f] & separet eos ab invicem alios ad dextram, alios statuens ad sinistram, & audiant eum dextri dicentem, Venite benedicti Patris mei, possidete præparatum vobis [g] regnum a constitutione mundi: audiant & sinistri, Discedite a me maledicti in ignem æternum, quem paravit Pater meus diabolo & angelis ejus. Igitur qui facturi non sunt voluntatem Dei, & petunt ut fiat voluntas Dei, in eo quod Dei voluntate faciendum est, [h] audiuntur, ut imitatores diaboli cum diabolo judicentur. Qui enim voluntatem Dei spreverunt invitantem, voluntatem Dei sentient vindicantem.

Joan. 6. 39.

Joan. 6. 37.

Matt. 25. 34.

Ibid. 41.

a Ita Mſ. Jolienſis. Alii omnes *ne poſſint vel velint.*
b Verbum ſubſtantivum *eſt*, hic addit Mſ. Jolienſis.
c Mſ. Jolienſis, *non perdet.*
d Hæc verba, *ad me veniet, & eum qui*, quæ aberant ad editis omnibus, reſtituimus auctoritate Mſſ. Remig. & Jolienſis. Antea editi. *Omne quod dat mihi Pater, venit ad me, & non ejiciam foras.*
e Sic legitur in Mſſ. Remig. & Jolienſi. In prius editis vero, *hoc enim ipſorum nequitia*, &c.
f Mſ. Jolienſis, *ut ſeparet.*
g Sic Mſ. Jol. Mſ. Remig. & edit. S. Aug. *paratum vobis regnum* : editi anteriores, *regnum paratum vobis.*
h Mſ. Jolienſis, *audium.*

ADMONITIO IN SANCTI PROSPERI AQUITANI

Responsiones ad Excerpta Genuensium.

NON ex eadem intentione, Augustini doctrinam scilicet elevandi aut infamandi, ex qua anteriora prodierant, nata etiam credimus inferius posita Genuensium Presbyterorum Excerpta, ad Prosperum nostrum eo tantum fine directa, ut quas illi ex librorum sancti Augustini de Prædestinatione sanctorum & de Dono perseverantiæ lectione dubitationes patiebantur; in quibus se insolita nonnulla & minus clara deprehendisse significabant, sanctus Augustini Discipulus, tamquam doctrinæ illius sublimioris, & a communis intelligentiæ finibus remotioris particeps, pro sua erga omnes humanitate, dissolveret: cum hoc solum rogarent, ut quo intellectu vel quo judicio ista accepisset eis aperire dignaretur. Qua quidem agendi ratione virorum illorum modestia in eo elucet; quod cum essent sacerdotes in urbe non ignobili forte ex primariis, virum (ut verisimilius videtur) laicum de tantis rebus consulere non reformident. Quo fit ut sanctus Prosper humilitati adeo laudandæ vicem rependens, hoc respondeat; id quod a se postulabant debuisse illos sibi præstare, sedula locorum Augustini meditatione, & confidenti fusa oratione ad Patrem luminum, a quo descendit omne datum optimum & omne donum perfectum & a quo datur Spiritus sapientiæ & intellectus. Hinc non quasi Magister discipulos instituens, sed ut veritatis discipulus, humilitatisque & obedientiæ sectator, superioris sibi ordinis viris obtemperare suscipit, ejus auxilio confisus qui sapientiam præstat parvulis; & Excerpta ab ipsis ex duobus supradictis sancti Augustini libris loca fusiori oratione exponere, atque ad rectos sensus, ex collatione, quam urget ubique, cum antecedentibus & subsequentibus locorum unde ducebantur reducere, & a pravo in omnibus intellectu sarta & tecta ostendere aggreditur: humiliter petens, ne ubi erat in ipso simplicitas obedientiæ, ibi præsumptionem putarent esse doctrinæ. Quod quidem egregie conficit tum Scripturæ sacræ auctoritate in medium adducta, tum maxime aliorum sancti Augustini operum locis, cum his qui scrupulum fecerant comparatis; eodem semper, ut alias, tenore doctrinæ prædicans, & gratuitam omnimodis gratiam Dei, & fidem ipsam ab eadem Dei gratia & misericordia sumere principium: nec tantum boni omnibus promiscue conferri, nec ullum omnino opus bonum, si divinum non adfuerit auxilium, posse a quoquam præstari.

In Præf. hujus operis.

Jac. 1. 17.

Ps. 18. 8.

Civitatem autem, ex qua illi libellum hunc suum ad Prosperum di-

rexe-

vexerant Vir eruditus vult esse non Genuam, urbem Italiæ primariam, quæ ab elegantioribus ædificiis superbæ cognomen accepit; sed Genevam, quæ & Gebenna & Aurelia Allobrogum nominatur. Cui eo difficilius est hac in re assentiri, quod ubique Presbyteri illi non Genevenses sed Genuenses legantur appellati.

De tempore denique quo hæc contigerunt si quæratur. Coniicimus scriptum horum, hujusque rescriptum paulo post superiora, certe autem post obitum sancti Augustini, in lucem prodiisse.

SANCTI PROSPERI AQUITANI PRO AUGUSTINO RESPONSIONES

Ad Excerpta quæ de Genuensi Civitate sunt missa.

* Scriptus eodem forte tempore cum superioribus, post mortem Augustini.

*LIBER UNUS.**

CAMILLO [a] & THEODORO *venerabilibus Presbyteris*, PROSPER.

a

IN libris beatæ memoriæ Augustini Episcopi, quorum titulus est, *De prædestinatione sanctorum*, quædam sanctitatem vestram vel insolita aut minus clara moverunt, quæ ad humilitatem meam, de contextu disputationis excerpta, misistis: ut quo intellectu, [b] quove judicio ea acciperem, nosceretis: quasi plus in me, quam in vobis ad hæc introspicienda esset ingenii; ac non magis in hoc examine vestræ facultatis [c] debueritis exercere mensuram, & si aliqua vos morabatur obscuritas, decurrere ad Patrem luminum, a quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, & a quo datur Spiritus sapientiæ & intellectus. Verumtamen præceptis vestris obsequium meum non subtraham, & [d] adjuvante Domino, qui sapientiam præstat parvulis, de capitulis istis, quid *S. Prosperi.*

b

c *Jacob.* 1. 17

d *Ps.* 18. 8.

cum sanctis & eruditis fratribus sentiam, breviter indicabo; petens ne ubi est simplicitas obedientiæ, præsumptionem putetis esse doctrinæ. De excerptis itaque hæc prima proposuistis, in quibus verba sunt sancti Augustini episcopi.

EXCERPTUM PRIMUM.

JAcob dilexi, Esau [e] *autem odio habui. Ad hoc perduxi ratiocinationem, ut dicerem: Non ergo elegit Deus opera cujusquam quæ ipse daturus sit, sed fidem elegit in præscientia; ut quem sibi creditурum esse præsciret,* [f] *ipsum elegerit, cui sanctum Spiritum daret; ut bona operando etiam vitam æternam consequeretur. Nondum diligentius quæsieram, nec adhuc inveneram, qualis esset electio gratiæ.*

e *Aug. lib. 1. de præd. sanct. c. 3. Rom. 9. 23.*

f

EXCEPTUM II.

g *Item verba ejusdem.*

g *Aug. ibid.*

AC deinde subjunxi: Quod ergo credimus, nostrum est; quod autem bona operamur, illius est, qui credentibus dat Spiritum sanctum, [h] *Quod profecto*

h *1. Cor. 12. 6*

a Remensis codex Remigianus, THEUDULO. Ms. Ecclesiæ Parisiensis Jolienſis, CAMYLLO ET THEODULO. Editio opusculorum S. Prosperi de gratia & libero arbitrio Venetiis procurata anno 1538. CAMILLO ET THEODOLO.

b Ita Mss. Remig. & Jolienſis cum edit. oper. S. August. Editi, *aut quo judicio ea acceperim.*

c Ms. Jol. solus, *debueratis.*

d Ms. Jol. *adjuvante Deo.*

e Ms. Jolienſis addit, *autem*, ut in loco libri de Prædest. sanct. habetur. Editi non habebant hanc particulam.

f Ms. Jolienſis, *ipsum eligeret.*

g In Ms. Jolienſi in titulis Excerptorum, seu ut alias editi præferebant, Dubiorum hic & deinceps, *Item verba ejusdem.* Editi, *In verbis ejusdem.* Editio append. oper. S. Aug. hæc prætermisit.

h Ms. Jolienſis cum Lugd. Lovan. & Venet. omisso *quod, profecto non dicerem.*

non dicerem, si jam scirem etiam ipsam
a *fidem inter Dei munera reperiri,* [a] *quæ dantur in eodem Spiritu. Utrumque ergo nostrum est, propter arbitrium voluntatis; utrumque tamen datum est, propter spiritum fidei & charitatis.*

EXCERPTUM III.

Item verba ejusdem.

Aug. ibid. *Ac per hoc, quod etiam postea dixi; Quia neque velle possumus, nisi vocemur; & cum post vocationem voluerimus, non sufficit voluntas nostra & cursus noster, nisi Deus & vires credentibus præbeat, & perducat quo vocat: ac deinde subjunxi; Manifestum est ergo non volentis, neque currentis, sed miserentis Dei esse quod bene operamur: omnino verissimum est; sed parum de ipsa vocatione disserui, quæ fit secundum propositum Dei: non enim omnium qui vocantur talis est, sed tantum electorum.*

RESPONSIO AD HÆC TRIA.

IN his tribus capitulis, licet divisa
b sint [b] a disputationis corpore, & eo ipso obscuriora sint facta, quod & præcedentibus, & mediis, & subsequentibus non cohærent: intelligendo tamen
c quod unam [c] atque eamdem causam scriptor exequitur, de eis loquens, qui dicebant eum primo conversionis suæ tempore meliora sensisse, quando æstimabat, quod fides qua Christiani sumus, non esset ex gratia, nec ex dono haberetur Dei, sed esset ex ipso homine, & ex arbitrii libertate; modo au-
d tem errare eum, [d] quia assereret ipsam etiam fidem Dei esse donum, & ad hanc
1. Cor. 4. 7. quoque pertinere quod dictum est, *Quid autem habes quod non accepisti?* neque recte eum nunc electionem Jacob ad propositum Dei referre, quam prius ad præscientiam retulisset. Ad hanc ergo objectionem respondet, se ante quam cognosceret gratiæ veritatem, & antequam regendæ præponeretur Ecclesiæ, in hac opinione ignoranter errasse: sed
e in ipso episcopatus sui exordio, [e] a sanctæ memoriæ Simpliciano Mediolanensi antistite, de Jacob electione & de Esau rejectione consultum, totam quæstionem ad hos geminos pertinentem, sagaciore diligentia ventilasse; & omnibus ratiocinandi viribus hoc indubitanter agnovisse, quod electionem gratiæ nulla merita humana præcedant, & quod fides, unde incipiunt omnia merita, donum sit Dei; ne gratia non sit gratia, si *Rom. 11. 6.* aliquid eam propter quod tribuatur, anteveniat. Itaque in eo quid dictum est, *Jacob dilexi*, ostensum esse quid homini donaretur: & in eo quod dictum est; *Esau autem odio habui*, ostensum esse *Rom. 9. 13.* quid homini deberetur. Hoc autem se *Retract. l. 2. cap. 1.* in libro Retractationum secundo suo opere studiose recoluisse: & cum omnes opiniones suas censoria gravitate discuteret, istam, quam obtrectatores ejus eligunt, improbasse, quam ante Pelagianæ hæresis ortum futuro errori amicam esse prævidit, & revelata sibi gratiæ veritate rejecit. Quæ igitur ratio est, ut hanc viri hujus professionem non approbemus, qua nos ad castigandas opiniones nostras, si quas forte imprudenter incidimus, exemplo suæ correctionis instituit; [f] & qua docet a Deo f nos accipere, quod ut accipiamus jubemur orare?

Si enim consideremus Pelagianæ argumenta perfidiæ, quid magis nititur obtinere, quam ut videatur gratia Dei secundum merita nostra dari, ut in eo ipso, in quo gratiam necessariam confitetur, meritis eam humanæ voluntatis enervet? Quam perversitatem omnino incurrit, qui fidem ad Dei munera non putat pertinere: aut ideo eam se jactitat ad Deum referre, quia ab ipso sit creata natura, cui rationabilem inseruit libertatem, per quam unusquisque & credere & non credere in sua habeat potestate; & de hoc naturali bono, [g] quod nullis præcedentibus me- g ritis, cum crearetur, accepit, cætera dona mereatur. Hoc autem qui asserit, fatetur, credo, nobiscum, quod in primo Adam omnium hominum natura vitiata sit: nec negat eam in illo lapsu suas amisisse virtutes, quas nisi per gratiam recipiat, habere non possit. Quid est autem, quod eidem naturæ solam fidem non vult esse præreptam, quam nisi primam amisisset, cæteris bonis omnibus non careret? Credendo enim Adam diabolo, non credidit Deo; & cum spi-

Fidem in Adamo perditam non recuperari nisi per gratiam Dei.

ritu

a Mſ. Jol. *quæ dantur*, ut in libro Augustini: editi omnes cum Remig. *quæ datur*, & paulo post idem. Mſ. Jol. addit *ergo*.

b Editi omnes *a disputatione corpora*. Emendamus ex Mſ. Jolienſi, cui suffragatur. Mſ. Remens. & edit. append. August.

c Mſ. Jol. *unam eamdemque*.

d Editio append. August. ex Mſ. Remig. *qui assereret*.

e Antehac editi legebant, omissa præpositione; *sanctæ memoriæ Simpliciano Mediolanensi Antistite*, ... *consulto*. Correctum ex Mſ. Remig. in edit. append. Aug. & a nobis ex Mſ. Jolienſi: Quia certum est non Simplicianum ab Augustino, sed Augustinum a Simpliciano consultum, duas quæstiones ex Epistola Pauli ad Romanos tractandas susceptisse: quarum posterior est de Jacob electione, & Esau rejectione. Patet ex Epistola 37. tom. 2. nov. edit. oper. Aug.

f Mſ. Jolienſis, *& quam docet*. Sed minus recte, ut videtur.

g Editi, *qui nullis*: melius Mſ. Jol. & ex Mſ. Remig. append. Aug. *quod nullis*.

ritu superbiæ inebriatus esset, discessit a Domino cor ejus; & factus est servus apostatæ, dum liber vult esse justi-
Sap. 8. 28. tiæ. Cum itaque non haberemus continentiam, nisi Deus daret: nec haberemus dilectionem sanctam, nisi charitas
Rom. 5. 5. Dei diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis;
Isai. 11. 2. cum postremo nemo haberet sapientiam & intellectum, consilium & fortitudinem, scientiam & pietatem, ac timorem Domini, nisi has virtutes Spiritus-sanctus daret; quomodo fides in Adam perdita, in quoquam filiorum ejus inve-
1. Cor. 12. 6 niretur, nisi eam idem Spiritus, qui omnia in omnibus operatur, infunderet? Unde si quod Adam perdidit, posteritas non amisit; ipsum solum læsit peccatum ejus, & non genus humanum.
Rom. 5. 12. Sed omnes in uno peccaverunt, & prævaricationis merito, tota ejus propago damnata est. Omnes igitur quod Adam perdidit, perdiderunt. Perdidit autem primitus fidem; quam omnes, quia pri-
a mam potuimus amittere, primam [a] egemus accipere. Placeat ergo nobis hæc gratiæ prædicatio, qua fides donum Dei
b esse defenditur; & in nullo nobis [b] poterit Pelagianus error illudere, qui, ut gratiam persuadeat debitam, fidem non
c vult esse donatam. Quia ergo [c] nec justa, nec rationabilis intelligitur eorum fuisse persuasio, qu hujus viri scientiam tot incrementorum profectibus ædificatam, tot annorum studiis expolitam, ad adolescentiæ rudimenta revocabant: ut magis suffragaretur hæreticis, quod inter initia conversionis suæ imperite senserat, quam prodesset catholicis, quod pontificali diligentiæ veritas revelarat: merito illos hoc præjudicio utentes, & in his quæ dudum abdicata fuerant, immorantes, pii doctoris gravitas notat; quod qui curaverunt omnes sensus ipsius indagare, noluerint cum ejus eruditione proficere.

Sed jam consideremus quale sit, quod de subsequentibus adnotastis.

EXCERPTUM IV.

Non quia credere vel non credere, non est in arbitrio voluntatis humanæ, sed in electis præparatur voluntas a Domino. *Ex lib. Aug. de prædc. c. 5. n. 10.*

RESPONSIO.

JUngamus quod sequitur, ut quod propositum est, de connexo sermone sit clarius. *Ideo ad ipsam quoque fidem* [d] *quæ in voluntate est pertinet, Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Multi audiunt verbum veritatis: sed alii credunt, alii contradicunt. Volunt ergo isti credere, nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cum aliis præparetur, aliis non præparetur voluntas a Domino,* [e] *discutiendum est utique quid veniat de misericordia, quid de judicio. Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri vero excæcati sunt, sicut scriptum est, Dedit illis spiritum compunctionis, oculos ut non videant, & aures ut non audiant usque in hodiernum diem. Et David dicit, Fiat mensa eorum in laqueum, & in venationem, & in scandalum, & in retributionem illis: obscurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurva.* [f] *Ecce misericordia & judicium: misericordia in electionem, quæ consecuta est justitiam Dei; judicium vero in cæteros, qui excæcati sunt: & tamen illi quia voluerunt crediderunt; illi quia noluerunt, non crediderunt. Misericordia igitur & judicium, in ipsis voluntatibus facta sunt.* [g] *Electio quippe ista gratiæ est, non utique meritorum. Superius enim dixerat, Sic enim in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus: alioquin gratia jam non est gratia.* [h] *Gratis ergo consecuta est quod consecuta est electio. Non præcessit eorum aliquid quod priores darent, & retribueretur illis: pro nihilo* [i] *salvos fecit eos. Cæteris autem qui excæcati sunt, sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est. Universæ viæ Domini misericordia & veritas. Investigabiles*

Ibid. cap. 5. & 6. *1. Cor. 4. 7.* d
e
Rom. 11. 7. *Isaiæ 6. 9.* *Ps. 68. 23.*
f
Rom. 11. 5.
g
h
i
Ps. 55. 8. *Ps. 24. 10.*

a Editi, *primam habemus accipere*. Mss. Jol. *egemus accipere*, cum edit. append. Aug. ex Mss. Remig.

b Editiones omnes, *potuerit*. Mss. Jol. *poterit* & ex Remig. edit. August. append.

c Edit. Duac. & Colon. omiserunt hæc. *nec justa*. Reliqui Codices non omiserunt.

d Mss. Jol non habet, *quæ in voluntate est*.

e Sic Editi omnes & Mss. Remig. & Jol. Apud Augustinum vero legitur, *discernendum*: quod pro conjectura in margine notarant omnes Editiones, & inse-

rius etiam legitur in eumdem sensum.

f Editi, *Ecce misericordiam & judicium*: *misericordia in electione*. Emendamus ex libro Augustini per vocem enim electionis, electos intelligit, non actum quo elegit Deus.

g Ita Mss. Jolienses & Remig. cum Edit. August. ubi cæteri codices, *Electio quippe istis*.

h Sola edit. append. Aug. *Gratia ergo*.

i Hic additur *enim* in edit. Lovan. Duac. & Colon.

a *les sunt autem viæ ipsius.* [a] *Invesţigabi-*
Rom. 11. 33. *lis igitur misericordia qua gratis liberat, & veritas qua juste judicat.*

Hæc omnia apud pium catholicumque lectorem, quid offensionis pariunt? quid contradictionis incurrunt? Numquid falsum est, [b] quod præparatur voluntas a
b Prov. 8. sec. LXX. Domino? Numquid non quotquot Spiri-
Rom. 8. 14. tu Dei aguntur, hi filii sunt Dei? Numquid hominem ab homine natura discernit, ac non potius gratia ab infideli fidelem? Numquid potest ullus dicere habere se, quod non accepit? aut quasi de non accepto, sed proprio gloriari; quod si non accepisset, utique non haberet? Numquid dubium est, cum verbum veritatis prædicatur, alios voluntate credere, alios voluntate non credere? Sed cum illorum cor Deus aperuerit, illorum autem non aperuerit, discernendum est quid veniat de misericordia, quid de judicio.
Rom. 11. 7. Post commemorationem autem apostolicæ sententiæ, quam propheticis testimoniis adstruit, quod justitiam Dei, quam Israel quærens consecutus non est, electio sit consecuta per gratiam, cæteris ex retributione cæcatis, numquid non verissime dictum est: *Ecce misericordia & judicium: misericordia in electionem, quæ consecuta est justitiam Dei; judicium vero in cæteros, qui excæcati sunt?* Et paulo post: *Gratis ergo consecuta est, quod consecuta est electio. Non præcessit aliquid eorum quod priores darent, & retribueretur illis: pro nihilo salvos fecit eos. Cæteris autem qui excæcati sunt, sicut ibi non tacitum est, in retributione factum est.* Quis hic locus querimoniæ, nisi apud inimicos gratiæ; qui nisi ad retributionem referatur quod gratis datur, ad iniquitatem volunt pertinere quod redditur? Deinde quod de propheticis intulit verbis,
Ps. 24. 10. *Universæ viæ Domini misericordia & veritas*, quis negavit? Aut quod de apo-
Rom. 11. 33. stolico adnexuit sensu, *Invesţigabiles sunt autem viæ ipsius? Invesţigabiles igitur sunt, & misericordia qua gratis liberat, & veritas qua juste judicat.* Non est ergo sanarum mentium ista reprehendere; & invesţigabiles vias Domini, hoc est, dona misericordiæ & judicia veritatis Pelagianorum elationi penetrabilia deputare. Quia secundum ipsos non latet consilium Dei, nec in occulto est divinæ ratio voluntatis, si erga omnem hominem tam gratia Dei, [c] quam & ira de
c merito est.

a In libro ipso Aug. *Invesţigabiles igitur sunt & misericordia*, &c. Favet Ms. Remig. ubi habetur vox hæc, *Invesţigabiles* & locus ipse, ut repetitur infra.
b Ms. Remig. *Quod præparatum est ita a Domino.*

Post hæc posuistis quod infra dictum est.

EXCERPTUM V.

Fides igitur & inchoata, & perfecta, donum Dei est: & hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari non dubitet qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare. *Ex libro S. Aug. de Præd. Sanct. c. 8. n. 4.*

RESPONSIO:

HOc qui non recipit, cujus videtur esse sententiæ, nisi dicentis: Fides per quam justificor, ex me est; & hoc bonum, ex quo justus vivit, non accepi per gratiam, sed habeo per naturam? Si ergo fides donum Dei non est, frustra Ecclesia pro non credentibus orat, ut credant, & sufficit impiis magisterium legis adhiberi, de qua dictum est, *Si ex lege est justitia, ergo Christus gratis mortuus est*: quod similiter dici potest etiam de natura. Frustra etiam Apostolus gratias agit Deo pro his qui Evangelium receperunt: cum hoc secundum Pelagianos non Dei sit præstitum munere, sed ex sola habeatur hominum voluntate: & frustra quibusdam precatur idem Apostolus, ut sit eis pax & charitas cum fide, a Deo Patre & Domino Jesu Christo, ut jam non solum de fide, sed etiam pace & charitate, superbia hæreticorum convincatur dicere, de proprio se has habere virtutes. Quod si hæc ex homine sunt; quid obest ut non ex semetipso habeat & cætera bona quæ inferiora sunt; cum audeat sibi deputare quæ summa sunt, & sine quibus alia, quamvis multa & clara, non prosunt? Non potest itaque merito refutari quod dictum est, *Fides igitur & inchoata, & perfecta, donum Dei est:* quia eadem & Apostoli vox est dicentis, *Gratia salvi facti estis per fidem; & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur*: &, *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut patiamini pro eo*: & iterum, *Per patientiam curramus ad propositum nobis certamen, adspicientes in auctorem fidei, & consummatorem Jesum.* Quibus & plurimis aliis testimoniis divinarum scripturarum, indubitanter agnoscitur; quoniam, sicut ab hoc viro definitum est, *Fides & inchoata, & perfecta, donum est Dei; & hoc donum*, inquit, *quibusdam dari, quibusdam non dari, omnino* [d] *non dubitat,* d
qui

Habac. 2. 4. Gal. 2. 21. 2. Thess. 2. 12. Ephes. 6. 23. Ephes. 2. 8. Philip. 1. 29. Hebr. 12. 1

c Editi, *quam & ira merito est.* Ms. Jol. & Remig. ex quo correctum in Aug. ut in textu posuimus.
d Edit. Venet. *non dubitet.*

qui non vult manifestissimis sacris litteris repugnare. Non putemus hoc veraciter dictum, si omnes homines fideles sunt : sed cum alii credant, alii vero
1. *Thess.* non credant, dicatque Apostolus, *Non enim omnium est fides*; quis non videat fidem, quam acceperunt qui habent, non accepisse qui non habent?

EXCERPTUM VI.

Ibidem. Rom. 5. 12. DEINDE ait : *Cur autem non omnibus detur, fidelem movere non debet, qui credit ex uno omnes esse in condemnationem sine dubitatione justissimam; ita ut nulla esset Dei justa reprehensio, etiamsi nullus inde liberaretur. Unde constat magnam esse gratiam quod plurimi liberantur, & quid sibi deberetur, in eis qui non liberantur, agnoscunt; ut* [a] *qui gloriatur, non in suis meritis, quæ paria videt esse damnatis, sed in Domino glorietur. Cur autem istum potius quam illum liberet, inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ipsius. Melius enim & hic* [b] *audimus aut dicimus*, O homo, tu quis es qui respondeas Deo? *quam dicere audeamus, quasi noverimus, quod occultum esse voluit, qui tamen aliquid injustum velle non potuit.*

a *Rom. 11. 33.*

b *Rom. 9. 20.*

RESPONSIO.

HÆc omnia si non recte dicta sunt, scrutabilia sunt judicia Dei, & vestigabiles viæ ejus; nec occultum est, quare ille potius quam iste salvetur; & in se non in Domino gloriabitur, qui aliis vitio suo pereuntibus, electione dignus inventus est. Ac sic justitia quidem erit quod plurimi damnantur: sed non erit gratia quod plurimi liberantur. [c] Absint hæc a catholicis cordibus, absit talis impietas, ut quemquam putemus meritis suis erui de potestate tenebrarum, & in regnum Filii Dei debita, non gratuita adoptione transferri. Magno peccato periit Adam, & in illo omnes perierunt. [d] Quia omni homini damnata nativitate genito, hoc in Adam debetur ut pereat. Et sicut non possumus conqueri de eo quod in præteritis sæculis dimisit omnes gentes ingredi vias suas : ita justam non haberemus querelam, si cum eis, cum quibus nobis fuit causa communis, cessante adhuc gratia, periremus. Quæ tamen sicut tunc de omni mundo eruit paucos ; ita nunc de universo genere
2. *Tim. 2. 9.* hominum salvat innumeros; non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum, & gratiam quæ data est nobis in Christo Jesu, ante tempora æterna.

c *Absint hæc a catholicis cordibus*, &c.

d *Quia omni homini damnata nativitate genito, hoc in Adam debetur ut pereat.*

Subnexuistis etiam quod post multa differens ait.

EXCERPTUM VII.

Est ergo in malorum potestate peccare : ut autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei dividentis tenebras, & ordinantis eas : ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei. *Aug. lib. 1. de prædest. sanctorum c. 16. n. 2.*

RESPONSIO.

QUod cum sit apertissimæ veritatis, miror inter obscura decerptum : quasi non ex cohærentibus potuerit omnis hæsitatio lectoris absolvi. Inspicite ergo quod sequitur. *Legimus*, inquit, *in Actibus Apostolorum, quod cum dimissi a Judæis Apostoli venissent ad suos,* [e] *& indicassent quanta eis sacerdotes & seniores fecerunt, levaverunt illi vocem unanimes omnes ad Dominum, & dixerunt, Domine, tu es qui fecisti cælum & terram, & omnia quæ in eis sunt, qui per os patris nostri David sancti pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum & adversus Christum ejus? Convenerunt enim in veritate, in civitate ista adversus sanctum puerum tuum Jesum quem unxisti, Herodes & Pilatus, & populus Israel, facere quanta manus tua & consilium prædestinavit fieri.* Si ergo quæ per os patris nostri David Spiritus-sanctus prophetavit, aliter intelligi ullo modo, quam ab Apostolis sunt intellecta, non possunt, & Herodes ac Pilatus & populus Israel fecerunt, quanta manus Dei & consilium prædestinavit fieri; quid inconveniens ait admirabilis disputator? *Est*, inquiens, *in malorum potestate peccare : ut autem peccando hoc vel hoc illa malitia faciant, non est in eorum potestate, sed Dei dividentis tenebras & ordinantis eas : ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.* [f] Male enim velle facillimum est malis : & eorum damnabilem voluntatem non dubium est

Ibidem. Act. 4. 13. & seq.

Psal. 2. 2.

a Dei

a Editi Lovan. Duac. & Colon. hæc habent in plurali, *qui gloriantur non in suis meritis, quæ paria vident esse damnatis, sed in Domino gloriehtur*. Mss. Jol. & Remig. cum Edit. August. Lugd. & Venet. in singulari exhibent.

b In Mss. Remig. & Jolienſi *audiemus*, nec addunt, *aut dicimus*.

c Sic Ms. Jollensis. Alii, *Absit hæc*, &c.

d Ms. Jolienſis, *Quia omni homini damnata nativitate in genitore, hoc est, in Adam, debetur*.

e Ms. Jolienſis *indicassent eos quanta illis*. In eodem desunt hæc, *in veritate*, legiturque infra, *Pontius Pilatus*.

f Mss. Remig. & Jol. *Malu enim velle*.

[a] Dei potestate concludi, ut effectum cupiditatis suæ, nisi ille permiserit, habere non possint. Uti autem sapientiam & justitiam Dei etiam malorum operibus, quæ ex ipsorum prodeunt appetitu, ad implenda consilia & judicia sua, nullus vel tenuiter secundum pietatem doctus, ignorat; qui videt Dei Patris optimam voluntatem, non parcentis Filio suo, sed pro nobis omnibus tradentis eum, pessima [a] traditoris Judæ & Judæorum voluntate completam: & qui in evangelicis paginis legit, dicente Pilato ad Jesum, *Mihi non loqueris? Nescis quia potestatem habeo crucifigere te, & potestatem habeo dimittendi te?* respondisse Dominum, *Non haberes in me potestatem ullam, nisi esset tibi* [b] *data desuper*. Divisit itaque Deus inter lucem & tenebras: nec ideo inculpabiles sunt tenebræ, quia eis bene utitur Deus, qui etiam de opere [c] ipsarum, quod filiis lucis in bonum procederet, ordinavit: tantum progredi sinens malitiam nocere cupientium, quantum eam sanctis suis vel castigandis novit utilem, vel probandis: ut hinc etiam quod faciunt contra voluntatem Dei, non impleatur nisi voluntas Dei.

Joan. 19. 10

Sequitur deinceps quod in libro invenitur secundo.

EXCERPTUM VIII.

An quisquam dicere audebit, Deum non præscisse quibus esset daturus ut crederent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam? Quæ utique si præscivit, profecto beneficia sua, quibus nos dignatur liberare, præscivit. [d] *Hæc est prædestinatio sanctorum, nihil aliud: præscientia scilicet, & præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur quicumque liberantur. Cæteri autem ubi, nisi in massa perditionis justo divino judicio relinquuntur, ubi Tyrii relicti sunt & Sidonii, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa vidissent:* [e] *sed quoniam ut crederent non eis erat datum, etiam unde crederent est negatum.*

Aug. lib. de Dono persever. c. 14. num. 35.

Joan. 18. 9. d

Matt. 11. 21. e

RESPONSIO.

QUi istis resistunt, hoc sentire apertissime probantur, quod fides non sit donum Dei; & quod gratia non præveniat liberum arbitrium, sed sequatur; & quod gratia Dei secundum merita nostra detur. Nam si aliquid conferri homini per gratiam confitentur, & id non accipit nisi fides, quæ accepta non est; in ipsa est meritum, cui non donum datur, sed debitum redditur. In hac sententia positi, consequenter sapiunt, eos esse prædestinatos in vitam æternam, quos per liberæ voluntatis arbitrium fideles futuros præscierit Deus; ut ipsa electorum prædestinatio non sit nisi retributio: atque ita, in his qui prædestinati sunt secundum propositum ejus qui universa operatur, non operetur Deus fidem; nec ulla sint hominis merita, si Deus operatur universa. [f] Vere qui ista sentiunt, fidem non acceperunt, aut quam acceperant, perdiderunt, sequendo vanissimam Pelagianorum superbiam, & in se, [g] non in Domino gloriando, qui operatur omnia in omnibus, bona profecto, non mala: & si omnia bona, utique & fidem, sine qua nemo potest placere, & quæ est virtutum omnium fundamentum. Quale est autem, ut cum Dei sit ædificatio, & nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laborent qui ædificant eam; aut nolint isti fundamentum ad ædificium pertinere, aut se velint inchoare, quod Dominus possit exstruere? Non erit ergo illis principium Filius Dei, non fundabuntur ip ipso angulari lapide Christo Jesu, nec de eis dictum est, *Firmum autem fundamentum Dei stat*: quia [h] totam electionem suam solubili arenæ & succiduo cineri superponunt.

f

g 1. Cor. 12. 6

Hebr. 11. 6

Ps. 126. 1.

2. Tim. 2. 19. h

Agnoscamus itaque sapienter, pieque fateamur, præscisse incommutabiliter Deum quibus esset daturus ut crederent, aut quos daturus esset Filio suo, ut ex eis non perderet quemquam: & si hæc præscivit, beneficia sua illum, quibus nos dignatur liberare, præscisse: & hanc esse prædestinationem sanctorum; [i] præscientiam scilicet & præparationem gratiæ Dei, qua certissime liberantur. [k] Cæteros autem quicumque non liberantur, quos a generali perditione humani generis gratia non exemit, justo noverimus judicio non exemptos: & quid nobis remissum sit, in eis discamus, de quorum queri damnatione non possumus. Non est enim

i

k

2. Par. 19. 7

ini-

a Editi, *traditorum*. Melius Remigianus codex, *traditoris*.

b In Edit. August. ex Ms. Remensi *datum desuper*.

c Editi, *ipsorum* Melius Mss. Jol. & Remig. & ex hoc Aug. editio, *ipsarum*, scilicet tenebrarum: qua uoce quidem malos intelligit; sed cum allusione ad tenebras ipsas quarum filii dici possunt.

d In edit. Ven. & Lugd. *Hæc est prædestinatio sanctorum, nihil aliud, præscientia scilicet*. Idem præfert Ms. Jolienſis. Aliæ editiones: *Hæc prædestinatio sanctorum nihil aliud est, quam præscientia scilicet*.

e Edit. Ven. & Lugd. *sed quomodo*.

f Ms. Jolienſis omittit hanc vocem, *vere*.

g Editi hactenus, *& in se & in Domino*. manifesto errore, quem corrigunt Mss. Jolienſis & Remig. ex quo edit. August.

h Mss. Jolienſis & Remigianus, *totam elationem suam*. Edit. Col. *ejectionem suam*: sed male.

i Mss. Remig. & Jol. *prædestinationem scilicet*.

k Forte hic addendum, *quicumque liberantur*: quæ verba nec in Mss. nec in Editis hactenus reperiuntur, nisi in Lugd. recentiori.

iniquitas apud Deum, neque quisquam sub judicio ejus innocens perit. Sicut enim hic ipse insignis gratiæ prædicator alibi ait, [a] *Reddit omnino Deus & mala pro malis, quoniam justus est; & bona pro malis,* [b] *quoniam bonus est; & bona pro nobis, quoniam justus & bonus est: tantummodo mala pro nobis non reddit, quoniam injustus non est. Reddit ergo mala pro malis, pœnam pro injustitia; & reddit bona pro bonis, gratiam pro gratia.* Cum aliqui pereunt, non dubitemus ipsorum meritis deputari quod pereunt; quos utique posset Deus misericorditer liberare, si vellet. [c] Et cum aliqui liberantur, non audeamus definire, quod digni fuerint liberari; quos utique posset Deus juste damnare, si vellet. Quare autem non omnes, aut quare illos potius [d] quam illos liberet, nec necessarium est quærere, nec possibile reperire: cum omissis discretionis istius caussis, scire sufficiat, quod nec misericordia justitiam, nec justitia auferat misericordiam apud eum, a quo nemo nisi juste damnatur, nemo nisi misericorditer liberatur. De Tyriis vero & Sidoniis quid aliud possumus dicere, quam non esse eis datum ut crederent, quos etiam credituros fuisse ipsa Veritas dicit, si talia, qualia apud non credentes facta sunt, virtutum signa vidissent? Quare autem hoc eis negatum fuerit, dicant, si possunt, qui calumniantur: & ostendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quibus profutura non erant, fecerit, [e] & apud eos quibus erant profutura, non fecerit. Nos etiam si rationem facti, & profunditatem judicii ejus penetrare non possumus, manifestissime tamen scimus, & verum esse quod dixit, & justum esse quod fecit: & non solum Tyrios & Sidonios, sed etiam Corozain & Bethsaida potuisse converti, & fideles ex infidelibus fieri, si hoc in eis Dominus voluisset operari. Neque enim ulli falsum videri potest quod Veritas ait, *Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo*: &, *Vobis datum est nosse mysterium* [f] *regni cælorum, illis autem non est datum*: &, *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit* [g] *Filius revelare*: &, *Sicut Pater vivificat mortuos, ita & Filius quos vult vivificat*: &, *Nemo potest dicere* [g] *Dominum Jesum, nisi in Spiritu-sancto*. His divinarum vocum auctoritatibus eruditi gratias agamus Deo, qui dedit nobis spiritum fidei & virtutis, continentiæ & charitatis, sapientiæ & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ & pietatis, ac timoris sui. Quæ bona si non dedisset nobis, qui omnia operatur in omnibus, prorsus non haberemus in nobis: & cum his, qui non cognoverunt Dominum, aut cum cognovissent, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed hoc ipsum suæ sapientiæ deputantes, stulti facti, [h] & obscurato corde evanuerunt in cogitationibus suis: cum his, inquam, sederemus in tenebris & in umbra mortis, nec querelam habentes de pœna, nec excusationem de ignorantia, nec præsidium de natura.

Aug. lib. de grat. & lib. arb. cap. 23.
Matt. 11. Luc. 10. 13
Joan. 6. 66. Matt. 13. 10. 11.
Ibid. 11. 27 Joan. 5. 21.
1. Cor. 12. 3
Ibidem.
Rom. 1. 21.

---

[1] Nunc jam quod sequitur quale sit videamus.

EXCERPTUM IX.

Sed ajunt, ut scribitis, neminem posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conventu Ecclesiæ audientibus multis: Ita se habet de prædestinatione definita [k] *sententia voluntatis Dei, ut alii ex vobis* [l] *de infidelitate, accepta obediendi voluntate, veneritis ad fidem, vel accepta perseverantia permaneatis in fide: ceteri vero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nondum surrexistis, quia necdum vos adjutorium gratiæ miserantis erexit. Verumtamen si qui estis nondum vocati, quos gratia sua prædestinaverit eligendos, accipietis eamdem gratiam qua velitis, & sitis electi: & si qui obeditis, si prædestinati estis rejiciendi, subtrabentur* [m] *obediendi vires, ut obedire cessetis.*

Aug. lib. 3. de Dono persever. cap. 16.

RESPONSIO.

STupeo sanctitatem vestram, objectionem calumniantium, a persona defensoris gratiæ non potuisse discernere, & verba obtrectantium ei ipsi, qui obtrectatoribus suis respondet, aptasse. Hæc enim de doctrina catholici viri quidam nequiter & nugatorie jactitabant, quod qui talem Dei gratiam prædicaret, ut fides & obedientia, ceteræque virtutes, & in eis usque in finem perseverantia, non nisi ex dono Dei haberi posse cre-

T dan-

a Edit. Lov. Duac. & Colon. *Reddet omnino.*
b Edit hic & ter in sequentibus *quomodo*: ubi in Mss. Jolienſi & apud August. *quoniam justus est*, & sic de ceteris partibus hujus sententiæ.
c Ms. Jolienſis cum Edit. Lugd. & *cum alii.*
d Ms. Jolienſis, *quam istos.* Reliqui, *quam illos.*
e Hæc verba, *& apud eos quibus erant profutura non fecerit*, quæ omittebantur in Editis omnibus, restituta habes ex Ms. Jolienſi, & antea ex Ms. Remigiano in append. August.
f Ms. Jolienſis, *regni Dei.*
g Ms. Jolienſis, *Dominus Jesus.*
h Ms. Jolienſis, *& obscurati corde.*
i Ms. Jol. *Nunc etiam.*
k Editi, *scientia* Mss. Jol. & Remig. cum Aug. libro, *sententia.*
l Hæc verba. *de infidelitate* absunt a Mss. Jol. & Remig. leguntur in Editis omnibus, & in libro S. August. de Dono persever.
m Edit. Venet. & Lugdun. *obedientiæ vires.*

dantur; consequens esse, ut talibus verbis uteretur ad populum, & hujusmodi denunciationibus omnem liberi arbitrii evitaret industriam. Quod quia piissimus Doctor litteris eorum, ad quos scribit, agnoverat, [a] ideo dicit, *Sed aiunt, ut scribitis*: & postea, *Ista cum dicunt*. Ex hoc potuistis advertere, non ipsum hæc dicere, sed eos de quibus dixit; *Sed aiunt ut scribitis*; &, *Ista cum dicunt*. Quod similiter & Apostolus ait, *Sicut aiunt nos quidam dicere, Faciamus mala, ut veniant bona*. Inferius autem, ubi plenius ad ista respondet, multo manifestius patet, [b] quam hæc ab ipso numquam taliter dicta sint, & quantum ei hujusmodi prædicationis forma displiceat; quam corrigens & mundans atque emendans, tolerabiliorem audientibus facit; quæ vera sunt temperans, quæ falsa sunt resecans, & post multa adjiciens: *Jam vero quod illis verbis* [c] *connectitur, miror si ullo modo potest in populo Christiano quisquam infirmus patienter audire, cum dicitur eis, Et si qui obeditis,* [d] *si prædestinati estis rejiciendi,* [e] *subtrahentur obedientiæ vires, ut obedire cessetis. Hoc enim dicere, quid videtur aliud esse, quam maledicere, aut mala quodam modo prophetare?* Et post hæc cum diceret, qualiter de his loquendum esset in populo, proprii sensus verba connexuit dicens: *Illum etiam modum, quo* [f] *utendum esse in prædestinationis prædicatione nos diximus, loquenti ad populum non existimo debere sufficere, nisi hoc, vel aliquid hujusmodi addat, ut dicat, Vos itaque etiam ipsam obediendi perseverantiam a Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, sperare debetis, & quotidianis orationibus poscere: atque hoc faciendo confidere, non vos esse a prædestinatione populi ejus alienos;* [g] *quia etiam hoc, ut faciatis, ipse largitur. Absit autem a vobis ideo desperare de vobis, quoniam spem vestram in ipso habere jubemini, non in vobis. Maledictus enim omnis qui spem habet in homine: &, Bonum est confidere in Domino,* [h] *quam confidere in homine: quoniam beati omnes qui confidunt in eum. Hanc spem tenentes,* [k] *servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quoniam de vita æterna, quam filiis promissionis promisit non mendax Deus ante tempora æterna, nemo potest esse securus, nisi consummata fuerit ista vita, quæ tentatio est super terram: sed faciet nos perseverare in se usque* [l] *ad hujus vitæ finem, cui quotidie dicimus, Ne nos inferas in tentationem.*

Rom. 3. 8. — Idem lib. de dono persever. cap. 22. — Ibidem. — Jacob. 1. 17. — Jerem. 17. 5. — Ps. 117. 8. — Ps. 2. 11. — Matt. 6. 13.

Videtisne, obsecro, quantum distet hic sermo ab eo quem composuit malignitas obloquentium; qui studuerunt etiam ea quæ recte dicit, exquisita verborum fraude corrumpere? De quo [m] idem Doctor rectissime ait: *Doloso autem vel imperiti medici est, etiam utile medicamentum sic alligare, ut aut non prosit, aut obsit.* Et iterum de simili ineptia: *Nempe*, inquit, *hoc verissimum est: ita sane, sed improbissimum, importunissimum, incongruentissimum;* [n] *non falso eloquio, sed non salubriter valetudini humanæ infirmitatis apposito.* Non igitur necesse est de his rationem reddere, quæ & ab aliis dicta, & ab ipso ostendimus improbata; ita tamen, ut nihil sibi per falsorum admixtionem præripi pateretur ex veris. Quamvis enim numquam tam insipienter locutus sit ad populum Christianum, & id quod mendax obtrectatio ineptissime finxit [o] horruerit: pia tamen constantique doctrina abundanter probavit, prædicandam esse Ecclesiæ & prædestinationem, in qua est gratiæ præparatio; & gratiam in qua est prædestinationis effectus; & præscientiam Dei, qua ante sæcula æterna quibus esset collaturus sua dona præscivit. Cujus prædicationis quisquis est impugnator, apertissimus est Pelagianæ elationis adjutor.

Aug. lib. de dono persever. cap. 22. Ibid.

Hoc autem quod in [p] fine posuistis superiori capitulo, ubi Tyriorum & Sidoniorum mentio facta est, debuit copulari: quia etiam in libri corpore, eidem caussæ, sine cujusquam diversæ disputationis interjectione, connexum est.

Unde

a Sic Mss. Jol. Alias editi, *ideo ait*.

b Mss. Jolienses, *quod hæc ab ipso*.

c Mss. Jol. *adnectitur*.

d Edit. Lov. Duac. & Colon. habebant, *si præsciti estis*. Mss. Jol. & Remig. cum Lugd. Venet. & Edit. Aug. *prædestinati estis*.

e Mss. Jol. & Remig. cum Lugd. *subtrahuntur*, & antea Jol. codex *obedistis*.

f Mss. Jol. *utendum esset loquendo ad populum*. Aug. lib. de Dono persev. *apud populum*.

g Mss. Jol. *qui etiam hoc*.

h In Mss. Jol. desunt hæc, *quam confidere in homine*.

i Editi, *quia beati*. Mss. Jol. & Remig. cum Venet. *quoniam beati*. Lugd. *quam beati*.

k Edit. Lov. Duac. & Colon. *Et hanc spem*.

l Mss. Jol. & Remig. *faciet nos perseverare*. Abest vox hæc, *nos* ab Editis.

m Mss. Jolienses, *idem auctor*.

n Ita Mss. Jol. & Remig. cum Edit. oper. S. Aug. Editi vero nostri omnes, *non falsum eloquio, sed non salubriter valetudini humanæ infirmitatis appositum*.

o Mss. Jolienses, *inhorruerit*.

p Editores Lovanienses, & qui hos sunt secuti, hic in margine observant quod, quibus respondet hoc libro S. Prosper *aliquid posuerant quod hic non ponitur, ex cap. 14. libri de dono perseverantiæ Augustini, & hoc sic incipiebat, Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio*, &c.

Unde & reſponſio, quam præcedentibus
a ſubdidi, poteſt etiam [a] ad iſta ſufficere:
in quibus nulla eſt obſcuritas, ſi de fide prædeſtinationis & gratiæ Dei, ex qua eſt omnium bonorum origo, perſeverantiaque meritorum, hoc teneatur, quod habet veritas.

a Editi habebant *ad iſtas*, errore manifeſto, qui emendatur ex Mſſ. Jolienſi, & ex Remig. emendatus fuerat in Edit. Aug.

ADMONITIO
IN EPISTOLAM CÆLESTINI PAPÆ
PRO PROSPERO ET HILARIO
Ad quoſdam Galliarum Epiſcopos.

CUM Presbyteri quidam Maſſiliæ, aliique in locis finitimis commorantes, tradita ab Auguſtino in libris de Prædeſtinatione ſanctorum doctrina, cum primum libri illi in lucem emiſſi ſunt, perturbati, in hanc ejuſque auctorem inſurrexiſſent, ipſo ſancto Hipponenſi Antiſtite adhuc in vivis agente; multo magis in illam poſt obitum ipſius debacchari cœperunt; novitati tribuentes ea librorum ſupradictorum capita quæ minus intellexerant. Nec hoc ſolo contenti, quocumque fas erat, ſcripta calumniis plena ſpargere non ſunt veriti, in quibus iſtud perpetuo inſinuare conabantur, Auguſtini ſcripta poſteriora a prioribus ejuſdem libris diſſidere; hunc antiquiorum Patrum in explicandis Pauli locis viam deſeruiſſe; ad ſolam ſe denique ſummorum Pontificum auctoritatem provocare. Quorum iniquis conatibus ut occurreret S. Proſper, cum Hilario amico Romam profectus anno 431. rem totam ſancto Cæleſtino, tum Apoſtolicam ſedem tenenti fideliſſime expoſuit. Horum ſanctiſſimus Pontifex circa Deum ſollicitudine laudata, hacce Epiſtola munitos in Gallias remiſit: qua quidem Venerium, Marinum, Leontium, & ceteros Galliæ Epiſcopos horum conterraneos ſerio arguit, quod paterentur a quibuſdam Presbyteris diſſentionibus turbari Eccleſias, quæſtioneſque indiſciplinatas in medium vocari: quod quidem Epiſcopis imputandum dicebat, quibus tacentibus hæc agebantur. Monet ergo ut nimiæ & noxiæ talium loquendi libertati frena imponere non tardent, quoſdam harum regionum Præſules notans, qui cum citius e ſtatu laicorum ad Epiſcopale faſtigium fuiſſent ſublimati, quid ſibi juris muneriſque competeret fortaſſe ignorabant. Anteriorem ad Tuentium Epiſcopum datam Epiſtolam citat, in qua ſuper his multa a ſe jam dicta fuerant: id maxime commendans, quod & hic repetit, ut vitentur hujuſcemodi homines, qui laborant per terras aliud quam ille noſter juſſit agricola (Chriſtus) ſeminare. Nec mirum tamen quod a talibus impeterentur viventes diſcipuli, qui & quieſcentium magiſtrorum, quos fratres, id eſt Epiſcopos, vocat, memoriam nitebantur diſſipare. Quis præcipue a ſe intelligeretur ſtatim ſubdit: cum Auguſtinum miris laudibus effert, &

ab omni novitatis erroriſve ſuſpicione alienum fuiſſe pronuntiat ; immo tamquam commune Eccleſiæ Oraculum a prædeceſſoribus ſuis ſemper habitum affirmat : his ſe compati ſubjiciens, quibus ſanæ doctrinæ defenſio adverſariorum perſecutionem conciliaverat. Denique hortatur Gallos Epiſcopos, ut eos ſibi conſentientes ſentiat : cum impoſito ab illis improbis ſilentio, de tali re omnis in poſterum querela ceſſaverit.

Quæ Epiſtola poſt Auguſtini obitum ſcripta inde probatur maxime, quod ægre ferre ſe ſignificet ſanctiſſimus Pontifex, non viventes ſolum diſcipulos, ſed etiam quieſcentium magiſtrorum memoriam injuſtis obtrectationibus impeti. Unde anno 431. aut initio 432. merito aſſignatur : cum poſterioris anni menſe, ut videtur, Julio, deceſſiſſe probetur Cæleſtinus. Hæc porro Epiſtola ab omni retro antiquitate fuit celeberrima. Ab anno ſiquidem 433. vel 434. citatur non ſolum a ſancto Proſpero, ſed etiam a Vincentio Lirinenſi. Hanc quoque Dionyſius cognomento exiguus Canonum Codici a ſe ſcripto inſeruit. Narratque Photius a Cæleſtino litteras datas ad Epiſcopos pro Auguſtini defenſione, & adverſus illos qui Pelagianorum hæreſim reſuſcitare conabantur.

S. Proſper in Collat. cap. 21.

Vinc. hær. cap 43.

Huic Epiſtolæ ſubjici ſolent ſedis Apoſtolicæ Epiſcoporum auctoritates de gratia Dei. Sed de his in Admonitione ipſis præfigenda erit locus diſſerendi.

S. CÆLESTINI PAPÆ PRO PROSPERO ET HILARIO,

SEU PRO IPSO AUGUSTINO DE GRATIA DEI

EPISTOLA

AD GALLIARUM EPISCOPOS.

* Scripta post Augustini obitum forte anno 431.

a b c d e f

Dilectissimis fratribus [b] VENERIO, [c] MARINO, [d] LEONTIO, [e] AUXONIO, [f] ARCADIO, FILTANIO, & cæteris Galliarum Episcopis CÆLESTINUS Episcopus.

PRÆFATIO. 1. Cor. 10. 32.

1. APostolici verbo præcepti sunt, apud Judæos atque gentiles sine offensione nos esse debere: hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum periculi illum manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus exhibere. Nam qualiter nos, qui neminem perire volumus, ista contistent, quæ auctoribus Christianis percellunt animos Christianos, Dominicus in Evangelio sermo testatur. Ait enim ipse Salvator, quod expediat scandalizanti unum de pusillis, in maris profunda demergi. Et ideo quæ sit ejus jam pœna quæramus, cui tale supplicium legimus expedire. *Matt.* 18. 6

2. Filii nostri præsentes Prosper & Hilarius, quorum circa Deum nostrum sollicitudo laudanda est, tantum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensioni Ecclesiarum studeant, sunt apud nos persecuti, ut indisciplinatas quæstiones CAPUT I. De Prospero & Hilario.

a Recognita jam per viros religiosissimos simul & eruditissimos san-Germanenses Monachos ordinis S. Benedicti, ad Corbejenses duos veteres codices canonum collectionis a Dionysio exiguo concinnatæ: qui collector ex ipsa Epistola & connexis de gratia constitutionibus fecit priora tredecim Cælestini Papæ decreta. Primo decreto titulum inscripsit, *De Prospero & Hilario, qui quosdam Galliæ presbyteros accusant Pelagii sectatores.* Secundo: *De sancto episcopo Augustino mira laudis adsertio.* Tertio: *Præteritorum sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates de gratia Dei.* Quarto: *Quod Adam omnes homines læserit; nec quemquam nisi Christi gratia posse salvari* &c. Eamdem epistolam citans Petrus diaconus in libro de Incarnatione & gratia, quæ novæ Editionis Epistolam 36. constituit, cap. 8. dicit terminari ad illa verba: *quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.* Nos tamen in hac Operum S. Prosperi Editione, Capitula hæc ab ipsa Cælestini Epistola sejungi, etsi statim eidem subjici maluimus, ob rationes in Admonitione eisdem præfigenda fusius exponendas.

b Hic *Venerius* non quidem [ut quibusdam placuit] Mediolanensis Episcopus erat: cum tunc temporis Episcopus Mediolanensis Galliarum Episcopis non accenseretur: & in Cathedra Mediolanensi sederet anno 431. Martinianus, qui Marolio Venerii alterius decessori successor fuerat subrogatus. Sed, ut verisimilius est, Massiliensi Ecclesiæ præsidebat: de quo Gennadius in Catalogo virorum illustrium cap. 79. Si quidem Massiliæ præsertim degebant Semipelagiani, duce Cassiano. Ex quadam inscriptione patet Venerium istum Monasterium incoluisse cum Rustico, qui anno 430. in Episcopum Narbonensem evectus est, & utrumque Massiliensium presbyterorum numero simul fuisse aggregatos. Successor creditur datus Proculo, qui anno 428. superstes probatur. Nam Paulus ille, quem utrique intexerit Guesnæus, & de quo mira narrat, omnino tacetur in Pseudo-Dextro, unde a Doctissimis Sammarthanis omittitur. Cælestinus porro in Epistola 25. Julii anni 428. scripta, Episcoporum Viennensis & Narbonensis judicio dimittit causam Episcopi Massiliensis, qui ob fratris sui necem gavisus esse feratur, adeo ut ei obvius fieri non erubuisset qui sanguinis recens effusi reus revertebatur. Quid hæc sint non eluceseit. Patroclum quidem scimus occisum, sed jam ab anno 426. Venerius vero tertius legitur inter Episcopos Galliarum, qui anno 451. ad Leonem Epistolam dirigunt, & quibus respondit Leo anno 452. die prima Februarii. Hortatu denique sancti Venerii Episcopi *Musæus Massiliensis Ecclesiæ presbyter, vir in divinis Scripturis doctus, & in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus, lingua quoque scholasticus* (ut refert Gennadius cap. 79.) *excerpsit ex sanctis Scripturis Lectiones totius anni festivis aptas diebus; responsoria, etiam psalmorum capitula tempori & lectionibus congruentia. Quod opus tam necessarium a lectoribus in Ecclesia probatur, ut expetitum, & sollicitudinem tollat & moram, plebique ingerat scientiam, celebritatem & decorem.* Quo opere videtur originem dedisse Ecclesiastico precum cursui, cui postea Breviarii nomen est inditum. Huic Venerio successor datus legitur Eustasius, ibidem.

c Editi, *Mario*. At MSS. Corbejenses *Marino*: Is forte ad quem scripserat Bonifacius anno 419. Cujus Ecclesiæ præsul fuerit non designatur. Ex eo vero quod Venerium sequitur, inferri potest, hunc saltem ab anno 419. Episcopali dignitate fuisse decoratum.

d *Leontius* ille certo certius erat celebris Forojuliensium Antistes, anno demum 432. aut 433. demortuus.

e Inter Episcopos civitatis Nicææ numeratur a Sammarthanis *Auxentius* quidam; at Valeriano posterior notatur, qui anno 445. adhuc vivebat. *Auxonius* quoque scribitur ab iisdem inter Episcopos Vivarienses; qui sedem Episcopalem ab urbe Alpia a Croco Vandalo, ut ferunt, diruta, Vivarium transtulit. At vero Crocus Gallias vastabat tempore Gallieni Imperatoris Romani, ex Gregorio Turonensi, Vandali vero in Galliis ignoti erant ante annum Christi 407.

f *Arcadius* ille Episcopus fuisse creditur Vincensis; & *Filtanius* seu *Philtatius*. Aptojulienses, successor datus S. Castori ante annum 426. Eorumdem Corb. codicum auctoritate, pro *Philtatio*, restitutum jam alias in append. oper. S. Aug. *Filtanio*.

nes vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adversantia veritati. Sed vestræ dilectioni justius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi. Legimus supra magistrum non esse discipulum, hoc est, non sibi debere quemquam in injuriam doctorum vindicare doctrinam. Nam & hos ipsos a Deo nostro positos novimus ad docendum; cum sit, dicente Apostolo, eis tertius locus intra Ecclesiam deputandus. Quid illic spei est, ubi magistris tacentibus, hi loquuntur, qui, si ita a est, discipuli [a] eorum non fuerunt? Timeo ne connivere sit hoc tacere: timeo ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus caussis non caret suspicione taciturnitas: quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque caussa nos respicit, si cum silentio faveamus errori.

Luc. 6. 40. Episcoporum officium est docere. *1. Cor. 12. 28.*

3. Ergo corripiantur hujusmodi: non sit his liberum habere pro voluntate sermonem.

b [b] Desinat, si ita res sunt, incessere novitas vetustatem; desinat Ecclesiarum quietem inquietudo turbare. Conantur sæpe naufragio mergere, quos intra portum stantes statio facit fida securos. Fida quippe est omnium statio, quorum perfectis gressibus vestigia non moventur. Recurrerunt ad Apostolicam prædicti sedem, hæc ipsa nobis quæ tentat perturbatio, conquerentes. Habetote, fratres carissimi, pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant se, [c] si tamen censentur presbyteri, dignitate vobis esse subjectos. [d] Sciant omnes qui male docent quod sibi magis discere competat, quam docere. Nam quid in Ecclesiis vos agitis, si illi summam teneant prædicandi? Nisi forte illud obsistat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui e fratrum numero, nuper de laicorum consortio in collegium nostrum fortassis admissi, nesciant quid sibi debeant vindicare. Super his multa jam dicta sunt eo tempore, quo ad fratris Tuentii dedimus scripta [e] responsum. Nunc tamen repetentes sæpius admonemus, ut vitentur hujusmodi, qui laborant [f] per terras aliud quam ille noster jussit agricola seminare. Nec tamen mirari possumus, si hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam [g] quiescentium fratrum memoriam dissipare.

4. Augustinum sanctæ recordationis virum, pro vita sua atque meritis, in nostra communione semper habuimus, nec umquam hunc sinistræ suspicionis saltem rumor adsperserit: quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros [h] optimos etiam a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, ut pote qui ubique cunctis & amori fuerit, & honori. Unde [i] resistendum talibus, quos male crescere videmus. Nefas est hæc pati religiosas animas; quarum afflictione, quia membra nostra sunt, nos quoque convenit macerari: quamvis maneat hos beatitudo promissa, quicumque probantur persecutionem propter justitiam sustinere; quibus quid promittat Dominus in futurum, [k] sequens sermo declarat. [l] Non est agentium caussa solorum: universalis Ecclesia, quacumque novitate pulsatur. Intelligamus hæc ipsa vobis, quæ nobis non placent, displicere. Quod ita demum probare poterimus, si impositio improbis silentio, de tali re in posterum querela [m] cessaverit. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi.

CAPUT II. Augustini ac doctrinæ ejus commendatio.

Matt. 5. 10.

a Sic ex Mss. Corbejensibus edit. append. August. At in editis omnibus Prosperi omittitur hæc vox, *eorum*.

b Hunc locum Vincentius Lirinensis, sub Commonitorii finem, sic a vero sensu contra Prosperum & Hilarium detorquet, ut ipse haud injuria in erroris Semipelagiani suspicionem veniat: *Sequitur enim*, ait, *Desinat, si ita res est, id est, si ita est, ut apud me quidam urbes & provincias vestras criminantur*. Edit. Duac. & Colon. omiserunt particulam, *si*, legebantque, *Desinat, ita res sunt*.

c Ita edit. append. August. ex Mss. Corb. Editi omnes nostri, *si tamen censentur presbyterii dignitate, vobis esse subjectos*.

d Apud August. append. ex Mss. Corb. *sciant quod sibi, omnes qui male docent, discere magis ac magis competat, quam docere*.

e Hæc Epistola ad Tuentium non extat amplius, nec aliud aliquid de ea conjicere licet, quam quod ex sequentibus infertur, in ea potius actum fuisse de quæstionibus quæ gratiam Christi spectarent, quam contra illos, qui viros laicos in Episcopos sublimarent; qua de re etiam hic conqueritur Cælestinus.

f Mss. Corb. & August. append. *per terram*.

g In edit. Moguntina anni 1524. in margine observatum legimus, *Divum Augustinum significat, cui mortuo Pelagii sectatores obstrepebant*.

h Veteres quidam libri non habent *optimos*. Editi omnes nostri & Mss. Corb. habent. Post pauca edit. Lov. Duac. & Colon. *præcessoribus*. ubi Mogunt. & edit. append. Aug. ex Mss. Corb. *decessoribus*.

i Mss. Corb. & cum his edit. append. August. *resistatur*.

k Hæc verba, *sequens sermo declarat*, indicare videntur, aliquid hic in Epistola Cælestini omissum. Nisi forte ad illud referri credantur quod in Evangelio S. Matthæi sequitur: *Quoniam ipsorum est regnum cælorum*.

l Hic locus in edit. Mogunt. Lov. Duac. & Colon. sic distinguitur: *Non est agentium caussa solorum universalis Ecclesia, quacumque novitate pulsatur, intelligamus* &c.

m In append. Aug. ex Mss. Corb. *cessabit*.

AD-

ADMONITIO
IN LIBRUM CUI TITULUS,
PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ Episcoporum auctoritates de Gratia & Libero voluntatis arbitrio.

Epistolæ Cælestini Papæ, ad Episcopos Galliarum per Prosperum & Hilarium transmissæ, subjici solet collectio quædam, anteriorum Sedis Apostolicæ Pontificum auctoritates de gratia & Libero arbitrio complexa: cui interseruntur etiam nonnulla ex Africanis conciliis hac de re statuta, a Romanis Pontificibus approbata. Quæ quidem in hunc usum destinata non dubitatur, ut Semipelagianis, qui solis sedis Apostolicæ decretis se manus daturos erant professi, esset responsum. Huic vero collectioni hunc titulum imposuerunt, Prætéritorum sedis Apostolicæ Episcoporum auctoritates (*seu* sententiæ,) de gratia Dei & libero voluntatis arbitrio. *Ab aliis quoque vocatur hoc opusculum:* Regulæ Apostolicæ sedis: *quomodo designatur in ultimo capitulo: denique* Compendiosus indiculus *dicitur in præfatiuncula: citaturque ab aliis sub nomine* Decretorum, *vel* Epistolæ Cælestini Papæ ad Gallos: *ab aliis* Capitula *generaliori vocabulo appellatur. Quod quidem opusculum sub Cælestini nomine citatum legitur ineunte sexto sæculo. Nam Pontificis istius Decretis annexum est a Dionysio Exiguo, & circa idem tempus a Petro Diacono, aliisque qui in caussa fidei ex Oriente Romam missi sunt, libro de Incarnatione & gratia D. N. Jesu Christi, ad Fulgentium capite octavo, & nono, tamquam Cælestianæ Epistolæ ad Gallos pars quædam citatum reperitur. Exin a Cresconio Episcopo Africano in fine suæ collectionis canonum circa annum Christi 690. emissæ, eidem Pontifici adscriptum legitur. Tum denique posterioribus sæculis a Floro magistro, Ecclesiæ Lugdunensis nomine scribente adversus Scotum Erigenam. Ab Hincmaro Remensi, lib. de Prædestin. cap. 22. Lupo Ferrariensi Abbate in collectaneis quæst. 2. Remigio Lugdunensi, in libro de tribus Epistolis cap. 23. Ivone Carnot. & aliis plurimis hæc capitula Cælestino Papæ inveniuntur fuisse adjudicata.*

His omnibus testimoniis abunde probatum videbatur hocce opusculum Cælestini esse agnoscendum. Quæ tamen opinio tot conjecturis obviantibus impugnatur, ut ab omnibus fere Criticis jam ab ea discessum esse agnoscamus. Et primo quidem ex stili eorum disparitate, ab eo qui in Epistola Cælestini elucet, ejusdem esse negatur. 2°. Judices advocantur Joannes Vuendelstinus, qui codicem Canonum & Decretorum Pontificio-

rum

rum edidit Moguntiæ anno 1525. Crabius qui anno 1538. prioris censuram aliquo modo temperatam in Conciliorum Collectionibus transcripsit, item alii qui idem præstarunt, Surius anno 1551. & Nicolinus anno 1581. Cælestino pariter abjudicant Eminentissimi doctissimique Cardinales Antonius Carafa, & Cæsar Baronius : quibus adde Franciscum Suarezium in Prolegom. 6. de gratia, cap. 1. num. 11. Jacobum Sirmondum in notis ad tom. 1. Concil. Galliæ, & Gerardum Vossium lib. 1. Hist. Pelag. cap. 3. qui tamen ultimus partim Cælestini, partim Gallorum S. Augustini discipulorum esse putat Capitula: quia videlicet ab his collecta oblataque Cælestino, hujus nomine & auctoritate postea publicata sint. 3°. Si Cælestini essent, & ab eodem epistolæ suæ ad Gallos fuissent subjecta, quomodo circumferebantur hactenus, aliquam procul dubio eorum mentionem ipse habuisset, cum tamen illorum nullatenus ibi meminerit. Non etiam hanc epistolæ apposuisset clausulam ; Deus vos incolumes custodiat fratres carissimi : *quæ finem epistolæ Cælestianæ demonstrat.*

4°. *Cum S. Prosper Collatorem exagitans omnia adversus eum, tum Conciliorum tum Pontificum Romanorum suffragia aggerat, eumdemque urgeat auctoritate non solum Innocentii, Zozimi, Bonifacii, sed & ipsius Cælestini ; nefas est suspicari quidquam ab eo auctore omittendum fuisse e decretis a sede Apostolica contra adversarios gratiæ promulgatis. Cælestini porro unicam commemorat, quæ est ad Gallos, Epistolam : quæ ut auctoritatem doctrinamque Augustini de gratia Christi mirum quantum efferat, de doctrinæ tamen ipsius articulis probationibusque prorsus silet.*

5. *Vincentius Lirinensis Presbyter & Monachus plurimum laudans eamdem Cælestini Epistolam, Commonitorii sui adversus hæreses cap. ult. sed & Photius Patriarcha Constantinop. longe posterior eam in Bibliotheca recensens, pari uterque silentio præterit dicta Capitula. Quod argumento est neutri fuisse comperta, saltem ut Cælestini Papæ opus. Num credibile quoque eadem Epistola usum fore Vincentium, ad tuendas Semipelagianorum partes, si tam evidenter damnatos in Capitulis annexis agnovisset.*

6. *Non eum loquendi modum hujus compilationis auctor, nec eam auctoritatem usurpat, quæ summum Pontificem præ se ferant. Pluries enim allegans Romanæ Ecclesiæ præsules, Innocentium puta & Zozimum, nusquam eos prædecessores suos appellat. Deinde ita passim loquitur, ut Pontificum Romanorum, & scriptorum etiam aliorum se prodat discipulum, nedum Pontificem Romanum. Exempli gratia :* Nos piissimi patres docuerunt : Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt : Magistris nostris obloquuntur. *Et alibi :* Sacratissima beati Apostoli sedes, per ministerium præsulum suorum &c. Rectores Ecclesiæ Romanæ : Apostolici Antistites.

7. *Erroris occasionem dedit Dionysius Exiguus, cum Epistolæ Cæ-*

le-

leſtini annexuit Capitula. Ex ipſo enim Creſconius, Petrus Diaconus, omneſque noni ſæculi ſcriptores qui pro Chriſti gratia decertarunt. At ſi inſpiciatur curioſius Codex Dionyſii, nihil deprehendetur ex quo ſtatuere liceat, Capitula iſta partem eſſe epiſtolæ S. Cæleſtini: e contra vero hoc fuiſſe Dionyſii conſilium, ut unum ab altero diſcerneret, clamant ipſius codicis ſeries, & affectatæ diſcriminis notæ, quæ in eo conſpiciuntur. Quoties enim unius Pontificis ſcripta ab alterius ſcriptis ſecernere vult, hunc ſemper titulum initio primi decreti ſeu epiſtolæ præponit. Incipiunt Decreta N. Papæ, *quem non repetit initio ſubſequentium ejuſdem Pontificis decretorum, ſeu epiſtolarum. Hanc porro diſtinctionis notam legere eſt in fronte auctoritatum de gratia:* Incipiunt Præteritorum Sedis Apoſtolicæ Epiſcoporum auctoritates de gratia Dei. 2. *Initio cujuſque ejuſdem Pontificis epiſtolæ auctoris nomen numquam omittitur: Cæleſtini autem nomen in capite Sententiarum de gratia non apparet: ex quo conjicitur auctoris nomen vel ignoraſſe Dionyſium, vel ex conſilio omiſiſſe.* 3. *Majorem etiam diſcriminis notam huic ſcripto appoſuit, quam aliis diverſorum Pontificum epiſtolis. Legimus enim in fine capitulorum hanc clauſulam:* Expliciunt auctoritates *&c. omiſſo ubique Cæleſtini nomine. Quæ clauſula ſimiliſve, nec in fine totius Codicis reperitur: ut videatur omnem erroris viam circa ſententias illas præcludere voluiſſe: nec aliam ob cauſſam commonitorium iſtud epiſtolæ Cæleſtini annexuiſſe, quam quia noverat occaſione hujus epiſtolæ fuiſſe exaratum, ſimulque Proſpero traditum.*

8. *Codex Romanus antiquus, cum omnes ſeu dogmaticas ſeu decretales Pontificum Romanorum Epiſtolas, & inter alias quæ Cæleſtini Papæ ſunt, collegerit, Epiſtolam ad Gallos omiſit, non alia certe ratione; niſi quia nihil dogmatis continebat: continuiſſet autem plurimum, ſi pars epiſtolæ eſſent Capitula. Non igitur pro Cæleſtini decreto agnita eſt hæc collectio Leonis tempore, a quo prædeceſſorum ſuorum decreta codici inſerta probabile.*

Hæc autem momenta antea allatorum pro Cæleſtini partibus efficaciam in dubium adducunt. Unde factum eſt, ut alium ab illo Pontifice auctorem inveſtigare niſi fuerint quidam Critici; cumque nemini probabilius tribui poſſe hoc opus judicarent, quam S. Proſpero, ei aſſignare non dubitaverint, deficientibus licet cum antiquorum ſuffragiis, tum Manuſcriptorum teſtimoniis. In hanc vero opinionem adducti videntur. 1. *Ex quæſtionum quæ a Proſpero, & ab auctore Capitulorum ventilantur, affinitate, atque ex ipſo etiam tractandi modo:* 2. *Adducitur in teſtem Hincmarus, qui in libro quem ſcripſit,* de non Trina Deitate, *allegat* Decreta Cæleſtini Papæ, ex cujus delegatione beatus Proſper hinc exortam hæreſim per auctoritatem Scripturarum, & doctrinam beati Auguſtini revicit & compreſſit in Galliis. *Unde hujus ſuſpicionis auctor diſcrimen excogitavit, inter opera quæ privato zelo ipſemet Proſper aggreſſus eſt, & quæ ex delegatione ſummi Pontificis exaravit. In illis videlicet abſtruſiores quæſtiones fuſius ex-*

pendisse, in his perpauca, eaque omnibus obvia vix attigisse, ne ab ea brevitate, quæ fidei professionem decet maxime: longius discederet.

Verum etsi in confesso esset (ut opinantur nonnulli,) Prosperum a sede Apostolica delegatum esse ad propugnandam Ecclesiæ Catholicæ de gratia Christi doctrinam; nimis tamen constringetur ista delegatio, si ad pauca hæc brevissimaque capitula fuerit coarctata; ita ut in ea opinione pene certum sit, quidquid Scriptorum de gratia evulgavit sanctus Prosper, saltem post Romanam profectionem, id omne ex Romanorum Pontificum præscripto ab ipso editum esse, & quasi fidei portionem assertas ab eo esse propositiones illas, quas libris suis adversus Semipelagianos defendit: ad quod probandum adducitur locus Prosperi in re-

Præfat. Resp. ad Object. Vincentianas.

sponsionibus ad objectiones Vincentianas, ubi sic ait: Propositis sigillatim sedecim capitulis, sub unoquoque eorum sensus nostri, & FIDEI QUAM CONTRA PELAGIANOS EX APOSTOLICÆ SEDIS AUCTORITATE DEFENDIMUS, *Ex quibus evanescit discrimen supra invectum. Qua de re consuli potest Admonitio prævia supradictis objectionum Vincentianarum responsionibus.*

Deinde ad Hincmarum quod attinet, nec in eo quidem loco, qui profertur, delegationem Prosperi ad Capitula ista vel scribenda vel promulganda refert, sed ad ea potius omnia quæ reversus in Galliam vel scripsit vel disseruit. De his enim loquitur Hincmarus, in quibus Prosper hæresim per auctoritatem Scripturarum & doctrinam beati Augustini revicit & compressit in Galliis. *At nullo e Scripturis, nullo ex Augustini doctrina sumpto argumento pugnat auctor capitulorum de gratia, sed ex sola Ecclesiæ Romanæ auctoritate, partim in Pontificum decretis, partim in Africanis decretis, quæ sua approbando fecerat, partim denique in solemnibus ejusdem precibus cærimoniisque contenta. E contra vero pluribus aliis locis de Prosperi delegatione ita sermonem facit, ut numquam eum non legati persona indutum, numquam non legationis jure & auctoritate scribentem inducat. Denique nec isto loco, nec ullo alio Hincmarus adscribit Prospero Capitula: quæ sexcentis locis inter decreta Cælestini ab eo numerantur, eoque nomine laudantur.*

Quod vero priori loco de stili, conceptuum, doctrinæ, votumque ipsarum cum Prosperianis operibus conformitate objicitur, longiusque deductis Tabulis ab Antelmio ob oculos statui intenditur: cum ab aliis, ut a Quesnellio, eadem de Leonini stili cum Capitulorum genio affinitate, etiam allatis locorum plurium comparationibus, statuantur; idque ab utroque præstitum sit; post mature perpensa utriusque opera: verius forte censebit, qui in opere tam brevi, cujus partes omnes tam parum aliæ aliis annexæ videntur, nihil certi ex sola stili comparatione statui posse pronuntiabit.

Hanc eamdem collectionem denique Quesnellius, quam nec Cælestino nec Prospero convenire contenderat, suo tandem Leoni adsignavit, quem jam duorum de Vocatione gentium librorum parentem asseverat: ab illo autem compactum esse compendiosum hunc indiculum existimat, non ex

quo ille Pontificatum gessit, sed dum Diaconi fungens munere, Cælestino Papæ ministraret : in utroque enim opere idem ingenium consiliumque, stilum eumdem deprehendisse se profitetur. 1. Quia utriusque scripti idem scopus ; ut quid præcise ab homine catholico credi oporteat, circa prædestinationis gratiæque divinæ mysterium, sepositis abstrusioribus quæstionibus, fixum habeatur. 2. In utroque opere Semipelagiani magis quam Pelagiani impugnantur, sed eadem sobrietate eademque modestia. 3. Uterque sancti Augustini nomen auctoritatemque reticet ; idque ex consilio, eo quod Semipelagiani Augustinum suggillarent, tamquam qui necessarium modum de gratia disputans excessisset. 4. Idem argumentum ab Ecclesiasticis precibus, si non iisdem terminis, eodem tamen ingenio & contextura sermonis assumitur. Cætera legi possunt in eodem S. Leonis operum Editore & illustratore, a pagina 399. ad 405.

Jam vero quo tempore & qua occasione conscripta fuerint hæc Capitula, unde Cælestino tributa ejusque annexa epistolæ, sic conjectare fas est. Cum post S. Augustini mortem, quæ anno Christi 430. mense Augusto contigit, Gallicanorum Presbyterorum nonnulli, Episcopis suis connitentibus, adversus sanctissimi gratiæ doctoris scripta vehementius insurrexissent ; Prosper & Hilarius Romam se contulerunt, sedis Apostolicæ opem auctoritatemque imploraturi. Romæ sedebat Cælestinus, cui Leo Archidiaconus egregiam in administrandis rebus Ecclesiasticis navabat operam. Exposita Prosper profectionis suæ caussa, litteras accepit a Cælestino ad Episcopos Gallicanos deferendas, quibus mirum in modum commendantur S. Augustini memoria & doctrina, atque ab adversariorum calumniis vindicantur. Porro Gallicani illi Presbyteri ex eo maxime S. Augustini doctrinam impetebant, quod Romanæ sedis doctrinæ adversaretur. Hæc caussa Prospero fuerat Romam petendi, ut satis ipsæ Pontificis litteræ innuunt. Ille autem hoc unum agit in Epistola, ut Gallos doceat, nihil esse in Augustini scriptis, quod ab Apostolicæ sedis doctrina discrepet ; immo eum a Romanæ sedis Episcopis semper inter optimos Ecclesiæ doctores habitum. Quin & scrinia sedis Apostolicæ diligenter investigari jussit Cælestinus, ut inde quidquid ad repellendam Gallorum proterviam poterat inservire depromeretur, traderetur-que Prospero Romam ea de caussa profecto. Leoni forte tum Diacono, hanc provinciam cessisse ex multis probatur. Ex his memorialem indiculum contexuit Leo, quem & Prospero, cum aliis ejusmodi scriptis tradidit, ut illi ad refellendas Massilienſium objectiones usui esset.

Ex his omnibus verosimilius nobis videtur hoc commonitorium ex Cælestini imperio a Leone forte concinnatum, & Prosperi usibus contraditum : eodem ergo tempore cum Epistola superiori id est anno Christi 431.

TITULI CAPITULORUM SIVE SENTENTIARUM.

I. *Quod Adam omnes homines læserit, nec quemquam nisi Christi gratia posse salvari.*
II. *Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus, qui solus bonus est.*
III. *Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli superare non possumus.*
IV. *Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.*
V. *Quod omnia sanctorum merita dona sint Dei.*
VI. *Quod omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo sit.*
VII. *Quod gratia Dei non solum peccata dimittit, sed etiam adjuvat ne committantur, & præstat ut lex impleatur, non sicut ait Pelagius, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.*
VIII. *Quod præter statuta sedis Apostolicæ, omnes orationes Ecclesiæ Christi gratiam resonant, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.*
IX. *Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis & exsufflationibus spiritus ab eis abiguntur immundi.*
X. *Quod profundiores quæstiones nec contemnendæ sint, nec penitus adserendæ.*

PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM AUCTORITATES, DE GRATIA DEI, & Libero voluntatis arbitrio. *

*Collectæ circa annum Christi 431.

PRÆFATIO.

Alias CAPUT III.

QUia nonnulli qui catholico nomine gloriantur, in damnatis autem hæreticorum sensibus, seu pravitate, sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt; & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati apostoli Petri sedes contra inimicos gratiæ Dei, per ministerium præsulum suorum sanxit, & docuit: necessarium fuit diligenter inquirere, quid rectores Romanæ Ecclesiæ, de hæresi, quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicarint, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores, quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint: ita ut etiam Africanorum conciliorum quasdam sententias jungeremus, quas utique suas fecerunt Apostolici Antistites, [a] cum probarunt. Ut ergo plenius, qui in aliquo dubitant, instruantur, constitutiones sanctorum Patrum compendioso manifestamus indiculo, quo si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat & dicat:

a

CAPITULUM I. *alias* CAPUT IV.

Quod Adam omnes homines læserit, nec quemquam, nisi Christi gratia posse salvari.

IN prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit: pronunciante beatæ memoriæ Papa Innocentio, atque dicente in Epistola ad Carthaginense Concilium: [b] *Liberum enim arbitrium ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda demersus est; & nihil, quemadmodum exinde surgere posset invenit: suaque in æternum libertate deceptus, [c] hujus ruinæ latuisset oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem, [d] omne præteritum vitium sui baptismatis lavacro purgavit.*

b *Innocentii Papæ ep. 181. apud August. num. 7.*

c

d

CA-

a Editi Mogunt. Lovan. Duac. & Colon. *dum illas comprobarent*. Edit. append. Aug. ex MSS. Corb. & Leonis operum editio Quesnelli, ut in textu.

b Editio Leonis novissima, *Libero enim arbitrio ille perversus*. Nostram lectionem margini inscripsit, quæ est etiam editionum Prosperi & Augustini.

c Sic MSS. & editio anni 1524. Mogunt. & apud August. tomo 2. & append tomi 10. In Leone novo, *hujus ruinæ subjacuisset oppressus*. Aliæ Prosperi editiones, *ruina jacuisset oppressus*.

d In MSS. Corb. *præteriti vitium*.

CAPITULUM II. *alias* CAP. V.

Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus qui solus est bonus.

NEminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus: quod in eisdem scriptis ejusdem Pontificis sententia protestatur dicens, [a] *Nam quid nos de eorum posthac* [b] *rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant debere quod boni sunt, nec illum considerant, cujus quotidie gratiam consequuntur,* [c] *qui sine illo tantum se assequi posse confidunt?*

a *Idem ibid. num. 4.*
b
c

CAPITULUM III. *alias* CAP. VI.

Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli superare non possumus.

NEminem etiam baptismatis gratia renovatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, &[d] ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit: quod ejusdem antistitis in iisdem paginis doctrina confirmat dicens, *Nam quamvis hominem* [e] *redemerit a præteritis ille peccatis; tamen sciens illum iterum posse peccare, ad reparationem sibi, quemadmodum posset illum & post ista corrigere, multa servavit:* [f] *quotidiana præstat ille remedia, quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur.*

d
Ibidem. num. 7.
e
f
Deo auxiliante vincimus; sine illo vincimur.

CAPITULUM IV. *alias* CAP. VII.

Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.

Innocentius epist. 182. inter Augustin. num. 5.

QUod nemo, nisi per Christum, libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data prædicat, dicens, *Adverte tandem, o pravissimarum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frænis ejus utitur, in prævaricationem præsumptione* [g] *concideret, nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset adventus.*

Libertas arbitrii primum hominem decepit.
g

CAPITULUM V. *alias* CAP. VIII.

Quod omnia sanctorum merita dona sint Dei.

QUod omnia studia, & omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint; quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo quod ipse donaverit. In quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zosimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis Episcopos ait, *Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum conscientiam universa retulimus.* Hunc autem sermonem sinceriſſimæ veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eumdem virum scriberent: *Illud vero quod in litteris, quas in universas provincias curasti esse mittendas, posuisti dicens, Nos tamen instinctu Dei, &c. sic accepimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium extollunt humani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis,* [h] *velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero feciſti arbitrio, quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retuliſti: & tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidiſti, veraciter fidenterque dixiſti? Ideo utique quia præparatur voluntas a Domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda* [i] *filiorum. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt: ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus, magis illius valere non dubitemus auxilium.*

Zozimus Papa ad totius orbis Episcopos, sed non extat epistola. habetur locus iste apud Prosperum lib. contra collat. c. 5. Neque hæc epistola extat: locus tamen refertur ibidem ubi superior.
h
Prov. 8. 35 sec. LXX.
i
Rom. 8. 14.

CA-

a Editio Mogunt. *Numquid nos.* Apud Aug. tom. 2. *de his posthac rectum mentibus.*

b Editi Prosperiani omnes, *deberi.*

c Locus hic plenius legitur in Epistola inter Augustinianas 181. sic: *Sed jam isti, qui tales sunt, nullam Dei gratiam consequuntur, qui sine illo tantum se assequi posse confidunt, quantum vix illi, qui ab illo postulant, accipere promerentur.*

d Ita Mss. Corb. & editio hujus epist. in append. tomi 10. August. At Editi omnes Prosperiani, & Leo novus, *ad evincendas.*

e Apud August. tom. 2. & Leonem, *redemisset.*

f Ita legitur in edit. Mogunt. in epistola Innoc. tom. 2. oper. August. & in append. tom. 10. ejusdem. Ceteri codices Prosperiani addunt particulam *atque*. Leo novus, omissa hac particula, *quotidiana præstans ille remedia.*

g In epistola Innocentii tom. 2. August. locus incipit ab his verbis: *O pravissimarum mentium perversa doctrina! Advertat id tandem, quod primum hominem* &c. *tum conciderit*, ubi alii *concideret*. Ieem edit. Leonis, quæ postea habet *potuerit*, pro voce, *potuit*: & in fine, *adventu.*

h Edit. Mogunt. *velut cursum transiens.*

i Editi, *tangat corda fidelium.* Aptius ex Mss. edit. append. tomi 10. August. *tangit corda filiorum.*

CAPITULUM VI. *alias* CAP. IX.

Quod omnis sancta cogitatio, & motus piæ voluntatis ex Deo sit.

QUod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio; ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit: quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius orbis Episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: *Quod ergo*, ait, *tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus,* [a] *caussisque, cogitationibus, motibus, adjutor & protector orandus est. Superbum est enim, ut quidquam sibi humana natura præsumat*: clamante *Apostolo, Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aeris hujus, contra spiritalia nequitiæ in cœlestibus. Et sicut ipse iterum dicit, Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Et iterum, Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed plus illis omnibus laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum.*

Zozimus ibidem, aut in alia epistola quæ non extat.

a

Ephes.6.12

Rom.7.24.

1. Cor. 15. 10.

CAPITULUM VII. *alias* CAP. X.

Quod gratia Dei non solum peccata dimittat; sed etiam adjuvet ne committantur, & præstet ut lex impleatur; non sicut ait Pelagius, facile, quasi sine gratia Dei difficilius possit impleri.

ILlud etiam quod intra Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicæ sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: *Ut quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium, ut non committantur, anathema sit.* Et iterum quarto capitulo: *Ut quisquis dixerit, gratiam Dei per Jesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia* [b] *per ipsum nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus; non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, Scientia inflat, charitas vero ædificat, valde impium est ut credamus, ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat, non habere; cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante charitate, scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est, Qui docet hominem scientiam; ita etiam scriptum est, Charitas ex Deo est.* [c] Item quinto capitulo; *Ut quisquis dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum* [d] *jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam; tamquam si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, Sine me difficilius potestis facere; sed ait, Sine me nihil potestis facere.*

Carthaginense Concilium *Vide append.*

Gratia Dei valet & ad remissionem præteritorum peccatorum, & ad auxilium ne committantur in futurum.

b Non solum ut sciamus quid faciamus, sed etiam ut id facere diligamus. *1.Cor.8.1.*

Ps.93.10. 1.Joan.4.7

c

d

Sine gratia nihil possumus, nedum facilius facere. *Joan.15.5*

CAPITULUM VIII. *alias* CAP. XI.

Quod præter statuta sedis Apostolicæ, omnes orationes Ecclesiæ Christi gratiam resonant, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur.

PRæter beatissimæ & Apostolicæ sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi patres, [e] pestiferæ novitatis elatione dejecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt; obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis tradita, in toto mundo, atque in omni catholica Ecclesia uniformiter celebrantur; ut legem credendi lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione fungantur apud divinam clementiam, humani generis agunt caussam, & tota secum Ecclesia congemiscente, postulant & precantur, ut infidelibus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei [f] percetro,

Catholicæ Ecclesiæ orationes ad Deum gratiam Christi resonant.

e

Publicæ preces feria sexta. hebdomadæ sanctæ fieri solitæ, per totum orbem ex traditione Apostolica.

f

a In Leone, *caussis, cogitationibus* : nec male.

b Concilium Carthagin. & editio Leonis operum, *per ipsam*.

c Sic edit. append. tom. 10. op. August. ex Mss. Corb. & Leonis edit. Ceteri omisso, *Item* : *In quinto capitulo*.

d Ita ex Mss. Corb. edit. Aug. operum. Ceteri vero, *jubeamur* : & post aliquot lineas, *sine me nihil difficilius*. Sed minus recte, excepto quod prioris loco etiam in Leone habetur, *jubemur*, non *jubeamur*.

e Edit. Duac. & Colon. cum Leonis oper. *pestifera novitatis elatione*.

f In Mss. *perfectione*.

ceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivæ charitatis accipiant, ut lapsis pœnitentiæ remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis cœlestis misericordiæ aula reseretur. Hæc autem non perfunctorie neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos erutos de potestate tenebrarum transferat in regnum Filii charitatis suæ, & ex vasis iræ, faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio, laudisque confessio, pro illuminatione talium, vel correctione referantur.

Coloss.1.13 Rom.9.22.

CAPITULUM IX. *alias* CAP. XII.

Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis & exsufflationibus spiritus ab eis abiguntur immundi.

Exorcismi & exsufflationes in baptismo.

ILlud etiam quod circa baptizandos in universo mundo sancta Ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplemur intuitu. Cum sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis, & exsufflationibus clericorum spiritus ab eis immundus abigatur; ut tunc vere appareat, quomodo princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo prius alligetur fortis, & deinceps vasa ejus diripiantur, in possessionem translata victoris, qui captivam ducit captivitatem, & dat dona hominibus.

Joan.12.31 Matt.12. 29. Marc. 3. 27. Ps.67.19. Ephes.4.8.

His ergo Ecclesiasticis regulis, & ex divina sumptis auctoritate documentis, ita adjuvante Domino, * conformati sumus, ut omnium bonorum affectuum, atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei [a] ad Deum tenditur, Deum profiteamur auctorem, & non dubitemus ab ipsius gratia omnia hominis merita præveniri, per quem fit ut aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur, ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult, & velimus, & agamus: nec otiosa esse in nobis patitur, quæ exercenda, non negligenda donavit; ut & nos cooperatores simus gratiæ Dei; ac si quid nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum sollicite recurramus, *qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram*; & cui quotidie dicimus, *Ne inducas nos in tentationem; sed libera nos a malo.*

* *f.* confirmati.

a

Gratia Dei præveniens omnia merita nostra, non aufert libertatem, sed sanat.

Merita nostra sunt Dei dona, & pro his recipimus æterna præmia.

Deus bonum velle & operari operatur in nobis, ut cooperatores simus gratiæ eius. *Ps.102.3. Matt.6.13*

CAPITULUM X. *alias* CAP. XIII.

Quod profundiores quæstiones nec contemnendæ sint, nec penitus adserendæ.

[b] PRofundiores vero difficilioresque partes incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere. Quia ad confitendam gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quidquid secundum prædictas regulas Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt, ut prorsus non opinemur catholicum, quod apparuerit præfixis sententiis esse contrarium.

b

a Sic edit. append. to. 10. oper. Aug. ex Mss. Corb. & edit. op. Leonis. Editi Prosperiani minus bene. *intenditur*, sine his, *ad Deum*.

b Hæc postremi Capituli verba multam disputationis materiem eruditis præbuerunt, ut statuatur quid intelligi debeat per *Profundiores illas difficilioresque partes incurrentium quæstionum*, quas *nec audet contemnere, nec necesse putat adserere*, collectionis hujus auctor. Nec forte valde necessarium duci debet magna contentione investigare, quid significare intenderit qui aperte loquendum sibi non credidit, nec ex loco obscuro ullam difficultatem elucidari posse est censendum. Unde notat vir eruditus in omnibus disputationibus, quæ nono sæculo extiterunt, de gratia Christi, neminem hoc loco ad ullam opinionem refutandam esse usum; cum nec ipsi Semipelagiani illum in suas partes trahere unquam tentasse legantur. Hoc solum pro certo ipse articulus operis hujus convincit, nihil inde erui posse, ut gratiæ operi quidquam subtrahatur. Nec etiam hoc loco impugnari valet eorum aliquid quod tota collectionis hujus serie, aut in ipsa Cælestini Epistola stabilitur, nec etiam quod cum his connectionem necessariam habere probetur. Non etiam est quod suspicari possit aliquis, hoc loco agi de initio fidei, aut sanctorum prædestinatione. Si quidem de hoc ipso Prosperum inter & Semipelagianos tota erat disputatio; & manifestissime apparet a Cælestino ita probari doctrinam Prosperi, sicut reprobantur placita Semipelagianorum. Et si vero circa præsentem articulum aliquis superesset scrupulus; hoc solo discutitur, quod declarat Horsmidas Pontifex in Epistola ad Possessorem, quam citant Episcopi Africani in Sardinia exules. Epist. inter Fulgentianas 15. *De arbitrio & gratia Dei, quid Romana, hoc est catholica sequatur & servet Ecclesia, in variis libris Augustini, & maxime ad Prosperum & Hilarium, abunde* posse *cognosci*: qui sunt ipsissimi ejus libri de Prædestinatione sanctorum. Sed de hac re fusius differentes consulere licet tum Editorem & illustratorem operum S. Leonis tom. 2. pag. 407. & seq. tum auctorem Biblioth. novæ Ecclesiasticorum auctorum to. 4. p. 90. & 91.

AD-

ADMONITIO
IN LIBRUM SANCTI PROSPERI CONTRA COLLATOREM.

INTER reprehensores doctrinæ a sancto Augustino in libris contra Pelagianos, & præcipue in postremis propugnatæ, celeberrimus doctissimusque erat Joannes Cassianus, Presbyter & Abbas Massiliæ in Galliarum civitate non ignobili. Is, ut verisimilius apparet, e minori Scythia, quæ una erat ex Thraciæ provinciis, oriundus, circa annum forte 350. aut 360. & in uno ex Monasteriis quæ præsepi Bethleemitanæ erant proxima educatus, & in humanioribus litteris non mediocriter eruditus, quem Prosper noster disputandi usu inter eos quibuscum degebat Massiliæ, excelluisse agnoscit; post peragratam Ægyptum, auditosque præstantes Ægypti solitudinum incolas, cum ipse quoque aliquamdiu anachoreticam vitam duxisset, Constantinopolim profectus, a S. Joanne Chrysostomo in Diaconum assumptus, tum ab ipso ad presbyterii honorem sublimatus, adita Roma, anno Christi 405. deinde circa annum saltem 415. Massiliam se recepit. Qua in urbe duo Monasteria, virorum unum, mulierum alterum ædificans, in priori sancti Victoris nomine ex tunc ad hæc tempora insignito, monachis præfuit. Quo in loco degens rogante Castore Episcopo Aptensis Ecclesiæ in secunda Narbonensi, Institutiones conscripsit regendis Cœnobitis a Castore institutis accommodatas. Has autem tum temporis scriptas patet, cum ferverent adhuc circa gratiam disputationes, quandoquidem jam tum Augustini doctrinæ minus omnino quam par esset favere animadvertatur, erroneo hoc principio præventus, salutis nostræ opus a nobis sumere initium, per bonæ voluntatis meritum; quod subinde a Deo ad consummationem perducatur: hoc est discerni nos a nobis ipsis, habere aliquid quod non acceperimus, & proinde posse non in Domino sed in nobis ipsis gloriari. Sed hæc ab eo ante Innocentii aut Zozimi in Pelagianos latas sententias prolata merito conjicias, post quorum damnationem, non ausus fuisset cum hujusmodi hæreticis affirmare, nihil aliud quam legem gratiæ divinæ auxilium dici posse.

Eodem auctore & oratore, etiam Collationum spiritualium, quas cum Orientalibus Monachis habuerat, seriem stilo committere suscepit. Harum decem primas, defuncto citius Castore amico suo, Leontio Episcopo Foro-julienſi, & Helladio nondum Episcopo nuncupavit. Septem sequentes precibus sanctorum Honorati Arelatensis & Eucherii Lugdunensis postea Episcoporum victus composuit, anno serius 426. Quibus in Collationibus, inter multa ædificationi Lirinensium Monachorum, quorum usibus destinabantur, utilissima, & iis laudibus, quibus a multis viris do-

ctis

ctis & ſanctis decoratus eſt Caſſianus, digniſſima, plura etiam ſparſim, & maxime tota fere Collatione decima tertia ſancti Auguſtini circa gratiam doctrinæ adverſa leguntur.

Qua in re Caſſianus periculoſius errabat quam in ceteris, tum propter materiæ dignitatem, tum propter temporum circumſtantias. Pelagianorum enim errata Romæ primum anno 418. damnata fuerant, tum ſtatim a multis Orientalium partium Conciliis, cum ille anno ſerius 426. Collationem hanc decimam-tertiam luci commiſit : in qua quidem idem error ſpecialius continetur, cujus jam in tertia Collatione ſatis evidens veſtigium deprehendebatur. Viro ergo tantæ auctoritatis quantæ Caſſianus habebatur, in ipſo diſputationum fervore novum dogma inferente quod quidem, obſervante Proſpero, nec damnatæ ab Eccleſia hæreſi uſquequaque conforme, nec doctrinæ S. Auguſtini, qui Pelagianorum damnationis pars maxima fuerat, omni ex parte conſentiens foret, fieri omnino non poterat, quin inde turbatio non modica enaſceretur. Nec enim erat quod errores in Collatione inſertos in Chæremonem Abbatem, quem loquentem induxerat, rejiceret, quos ipſe totis ulnis amplecti ſe ac probare teſtabatur. Id autem ei in votis erat cum collationes evulgaret, ut proprios ſenſus ſuis depromeret, cum eorum quibus docendi munus commiſſiſſe ſimulabat doctrinam magis præconiis extolleret. Aliis quoque ex locis ſatis manifeſte deprehendebatur, probata ab eo omnia Chæremonis Abbatis pronuntiata : quod quidem ſatis præſtaſſe ſe oſtendit, cum hanc doctrinam nec improbarit, nec objectione vel minima in dubium revocari poſſe demonſtrarit.

Hinc contigit ut multi in Galliis noſtris, maxime inter ſervos Dei, quo nomine ſolent deſignari Monachi, qui Maſſiliæ degebant, in Auguſtini doctrinam inſurgerent ; nec dubium iſtos Caſſiani auctoritate in errores, cum aliis ſuis ſequacibus inductos. Erant autem iſti Maſſilienſes Monachi viri clari, & in omnium virtutum ſtudio egregii, quorum apud pleroſque tanta erat de probitatis contemplatione reverentia, ut hoc tutiſſimum ſibi æſtimarent, quod audirent eos, quorum auctoritatem ſine judicio ſequebantur, aſſerere. Hos inter eruditiſſimus habebatur Caſſianus, qui etiam ſolus cogitata ſua ſcriptis publicare non timuerat.

Hi autem in principio cautius agentes, tarditatem ſuam culpare maluerunt, quam non intellecta in Auguſtini elucubrationibus reprehendere ; quidamque eorum lucidiorem ſuper hoc atque apertiorem ejus expoſitionem voluerunt poſtulare. Patuit tamen poſtea non minus ex ſuperbia, cui, omnium maxime patent quorum virtutes apud homines in pretio habentur quam ex naturali ignorantia aut infirmitates natas horum tenebras. Cum enim fortuito allatus eſſet in Gallias liber de Correptione & gratia, quem inſtruendis Adrumetinis Monachis anno 427. Auguſtinus deſtinaverat, quo in libro omnibus Maſſilienſium objectionibus, quaſi ex induſtria reſpondebatur, cum ergo illi lucem hoc in libro affulgentem ad

profectum suum convertere debuissent, & omnium dubitationum suarum nebulas disjicere; majori in veritatem, quam antea exarserunt odio, hoc inter cetera objicientes, a nemine Ecclesiasticorum Tractatorum ante Augustinum Pauli loca ad sensum Prædestinationis applicata: quod nulli magis competit quam Cassiano Græcorum libris innutrito, ex quibus potior objectionis hujus nasci poterat occasio.

Qua de re Prosper & Hilarius cum ad S. Augustinum litteras dedissent circa annum 428. aut 429. ille respondit libris de Prædestinatione sanctorum & de dono perseverantiæ. Quo animo libri illi a Gallis susceptí fuerint non patet: patet vero his non statim sopitas talium dissidiorum turbas.

Superstite adhuc Augustino, Rufino Epistolam scripsit S. Prosper, in qua testatur, se hoc de divitiis misericordiæ Dei sperare, quod quos tunc libero falli arbitrio suo, & ab humilitatis via patiebatur evagari, non usquequaque, neque in finem esset intelligentia fraudaturus, sed hunc ipsum in longinquiora progressum ideo ab eo tardius revocari, ut opus gratiæ ejus majore gloria celebraretur, cum sibi etiam adversantium corda subdidisset, quibus de virtutum studio exortum erat periculum, & de morum probitate discrimen. Quod quidem postremum, an de Cassiano intelligi non debuerit merito dubitatur, quem ceteris longius a vero aberrare, si non dogmatibus, saltem tuendorum dogmatum suorum modo, constabat.

Augustino autem inter beatos assumpto, Prosper, & Hilarius Cælestinum Pontificem adierunt, delaturi querelas suas contra quosdam Presbyteros qui dissentiones moverant in Galliis adversus doctrinam S. Augustini, nec ejus etiam famæ parcentes. Unde in celebri illa responsione sua, quæ supra edita legi potest, arguit Cælestinus, quod qui solo presbyteratus gradu eminebant, doctrinam Ecclesiæ pro libito dijudicare non verentur; & id sibi auctoritatis, quod solis Episcopis competeret arrogarent. Quibus forte verbis notabatur speciatim Cassianus: quod eo magis pronum est conjicere, quod primus inter Episcopos ad quos dirigebatur hæc Epistola legatur Venerius Massiliensium Episcopus ex Gennadio.

Nec tamen Cælestini litteris sedatæ turbæ, paxque reddita Ecclesiis Provincialium. Cum ergo Cælestino successor datus fuisset Xistus seu Sixtus III. quod contigit 26. Aprilis 432. ex Baronio, aut paucis post mensibus, necesse fuit S. Prosperum iterum stilo defensionem Augustini doctrinæ, quæ in odium adduci calumniosis scriptis non desinebat, suscipere. Et ut omnibus pateret, quos in errores laberentur qui tanto doctori adversabantur, decimam-tertiam Cassiani Collationem evertere susceptit: qui quidem omnes Augustini adversarios doctrina superabat, nec scripta a se publicata diffiteri poterat. Hunc tamen ex nomine proprio indigitare noluit, sed libro titulum fecit Contra collatorem, *id est contra auctorem collationum. In vivis tunc superstitem fuisse Cassianum constat.*

Hæc

Hæc vero maxime docuerat Cassianus, initium bonæ voluntatis fideique aliquando ex Deo, aliquando vero ex homine ortum habere : agnoscenda in nobis virtutum semina : liberum arbitrium naturaliter posse ad bonum inclinari : hoc quidem aliquando a gratia prævenire, ab ejus autem sæpe motibus gratiæ dona antecedi. Quæ omnia sanctus Prosper Pelagianorum dogmatum consequia esse probat. Inde enim sequi gratiam secundum merita hominum dari : nec læsam peccato Adæ hominum naturam : tales errores dudum cum Pelagianis dogmatibus in variis Episcoporum Synodis, & summorum Pontificum Epistolis decretisque in eos latis esse proscriptos : a sancto denique Augustino in scriptis plurimis a fundamentis evulsos & dissipatos. Unde Cassiani scripta apocryphis accensuit Gelasius Papa circa annum 494. in Concilio Episcoporum Romæ habito.

Ut ergo tanta lux concilietur tam egregio Prosperi nostri operi, quanta omnino potest ; utile fore lectoribus visum est, si ipsam Cassiani Collationem decimam-tertiam Prosperi Responsioni totam præire curaremus. Sine periculo enim, immo etiam non sine aliquo emolumento legetur opus se solo alias periculosum, si cum tam invicta eximii Doctoris responsione conferatur.

JOANNIS CASSIANI PRESBYTERI COLLATIO TERTIA DECIMA, QUÆ TERTIA EST ABBATIS CHÆREMONIS cum Germano colloquentis, DE PROTECTIONE DEI.

CAPUT PRIMUM.

Qua occasione præcedenti collationi hæc de Protectione Dei subjungatur.

GUM ad synaxim matutinam, percepto paululum sopore remeantes, senem reperiremus ; ingenti Abbas Germanus scrupulo movebatur, quod in præterita disputatione, cujus virtus summum desiderium incognitæ nobis castitatis infuderat, unius adjectione sententiæ beatus senex meritum humanæ cassasset industriæ, adstruens, hominem quamvis summis ad bonam frugem viribus enitatur, tamen boni compotem esse non posse, nisi id divini tantum muneris largitate, non operis sui studio percepisset. Hanc igitur quæstionem attonite volventibus nobis, progressus cellula beatus Chæremon, cum quiddam nos invicem mussitare sensisset, solito brevius orationum atque psalmorum solemnitate transcursa, quid moverit inquirit.

CAPUT II.

Interrogatio. Quare merita virtutum laborantis industriæ non deputentur?

TUnc Germanus. Quantum excellentissimæ, inquit, sublimitate virtutis,

quæ nocturna disputatione patefacta est, pene, (ut ita dixerim,) a fide possibilitatis excludimur, tantum nobis (pace tua dictum sit) videtur absurdum, si laborum stipendium, id est, perfectio castitatis, quæ instantia proprii sudoris adquiritur, non specialiter laborantis deputetur industriæ. Ineptum est enim ut si, verbi gratia, agricolam erga culturam terræ irremissum studium viderimus impendere, non illius efficaciæ adscribamus & fructum,

CAPUT III.

Responsio. Quod sine adjutorio Dei, non solum perfectio castitatis, sed omnino nihil boni perfici possit.

CHæremon: *Hoc ipso quod proposuistis exemplo, evidentius approbatur, nihil posse proficere sine adjutorio Dei laborantis industriam. Nec enim agricola cum omnes conatus suos in excolendis expenderit terris, confestim etiam proventum segetum & ubertatem frugum suæ poterit industriæ deputare, quam irritam esse frequenter expertus est, nisi eam & pluviarum opportunitas, & hiemis tranquilla serenitas subsequatur: ita ut adultos jam fructus ac perfecta maturitate solidatos, quodammodo de manu tenentium viderimus plerumque præreptos, nihilque laborantibus illam jugem sudoris instantiam contulisse, quia non fuit Domini opitulatione directa. Sicut igitur inertibus agricolis, qui sua frequenter vomere arva non subigunt, hanc ubertatem segetum pietas divina non confert, ita laborantibus pernox sollicitudo non proderit, nisi misericordia Domini fuerit prosperata. In quo tamen humana superbia nullatenus se gratiæ Dei vel exæquare, vel admiscere contendat, participemque se in muneribus Dei per hoc conetur inserere, ut laborem suum auctorem esse divinæ existimet largitatis, ac proventum copiosissimarum frugum industriæ suæ meritis respondisse glorietur.*

*Consideret namque ac veridica examinatione perpendat, quod ne ipsos quidem conatus, quos pro desiderio opulentiæ intentus exercuit, suis viribus impendere potuisset, nisi eum ad exercendum omne opus ruris, protectio Domini ac misericordia roborasset: & inefficax ejus voluntas fuisset ac virtus, nisi etiam peragendi copiam, quæ nonnumquam vel siccitatis vel imbrium nimietate fraudatur, divina clementia præstitisset. Nam cum & * bonum virtutis, & sanitas corporis, & omnium effectus operum actuumque prosperitas a Domino fuerit condonata, orandum est ne* Deut. 28. 23. *fiat ei, sicut scriptum est, cælum æreum & terra ferrea; & ne residuum locustæ comedat bruchus, & residuum bruchi eruca devoret, & residuum erucæ rubigo consumat. Nec in hoc tantum eget divinitatis auxilio agricolæ laborantis industria, nisi etiam insperatos avertat casus, quibus etiam si desiderata fructuum fecunditate ager fuerit opimatus, non solum spei suæ vana expectatione frustrabitur, verum etiam perceptarum & reconditarum jam, vel in area vel in horreo frugum ubertate fraudabitur.* Joel. 1. 4.

* al. boum virtus.

Quibus manifeste colligitur, non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datum bonum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum: *qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis, dicente Apostolo;* Qui autem dat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & multiplicabit semen vestrum, & crescere faciet fructus justitiæ vestræ. *Nostrum vero est, ut quotidie attrahentem nos gratiam Dei humiliter subsequamur, vel certe dura cervice, & incircumcisis, ut scriptum est, auribus eidem resistentes, per Jeremiam mereamur audire;* Numquid qui cadit non resurget, aut qui aversus est non revertetur? Quare ergo aversus est populus iste in Jerusalem aversione contentiosa? Induraverunt cervices suas, noluerunt reverti. Jacob. 1. 17. 2. Cor. 9. 10. Act. 7. 51. Jerem. 8. 4. & 5.

CAPUT IV.

Objectio. Quemadmodum gentiles absque gratia Dei castimoniam habuisse dicantur.

GErmanus: *Huic sensui, cujus pietas abrupte a nobis non potest improbari, illud videtur obsistere, quod ad destructionem liberi arbitrii tendit. Nam cum multos gentilium, qui utique divini adjutorii gratiam non merentur, non solum frugalitatis atque patientiæ, sed, quod magis mirum est, etiam castitatis videamus fulgere virtutibus, quomodo captivato liberæ voluntatis arbitrio, Dei munere collatæ illis credendæ sunt? cum utique mundanæ sapientiæ sectatores, non solum Dei gratiam, sed ipsum etiam verum Deum penitus ignorantes, quantum vel seriæ lectionis, vel quorumdam traditione*

cogno-

cognovimus, summam castimoniæ puritatem proprii laboris industria possedisse dicantur.

CAPUT V.

Responsio ; De Philosophorum imaginaria castitate.

CHæremon : *Gratum mihi est, quod dum summo agnoscendæ veritatis amore flammamini, quædam etiam inepta proponitis, quorum objectione, probatior atque, (ut ita dixerim,) exploratior catholicæ fidei virtus apparcat. Quis enim sapiens tam contrariis propositionibus uteretur, ut cœlestem castimoniæ puritatem, quam hesterna die nec per Dei gratiam mortalium cuidam asserebatis posse conferri, nunc eamdem etiam a gentilibus crederetis virtute propria fuisse possessam? Sed quia hæc explorandæ proculdubio (ut dictum est) studio veritatis opponitis, quid de his teneamus advertite.*

Primum Philosophos nequaquam credendum est talem animi castitatem, qualis a
Ephes. 5. 3. *nobis exigitur assecutos, quibus injungitur, ut non solum fornicatio, sed ne immunditia quidem nominetur in nobis. Habuerunt autem illi quamdam μερίδα, id est, portiunculam castitatis, id est, abstinentiam carnis, ut tantum a coitu libidinem coercerent : hanc autem internam mentis perfectam, ac perpetuam corporis puritatem, non dicam opere assequi, sed nec cogitare potuerunt. Denique famosissimus ille ipsorum Socrates, hoc, ut ipsi concelebrant, de se non erubuit profiteri. Nam cum intuens eum quidam physiognomon dixisset, ἄμματα παιδεράστου, id est, Oculi corruptoris puerorum, & irruentes in eum discipuli ejus, ulcisci illatum magistro vellent convicium, indignationem eorum hac dicitur compressisse sententia,* παυσασθε ἑταῖροι, ἐιμὶ γαρ, ἀλλ' ἀπέχω : *id est, Quiescite, o sodales, etenim sum, sed contineo me. Apertissime igitur non solum assertione nostra, sed etiam ipsorum professione monstratur, consummationem tantummodo impudicitiæ, id est, commixtionis turpitudinem, violenta ab illis necessitate compressam, non tamen desiderium de cordibus eorum, & oblectationem illius passionis exclusam. Cum quo*
* Diogenis sententia. *autem horrore, proferenda est illa sententia Diogenis ? Factum enim quod Philosophos mundi hujus, velut quiddam memorabile proferre non puduit, neque dici a nobis sine verecundia, neque audiri potest. Nam cuidam in adulterii crimine puniendo (ut ferunt) ait ; τὸ δώρεὰν πάλεμενον θανάτῳ μὴ ἀγόραζε : id est, Quod gratis venditur, morte non emas. Constat ergo illos veræ castitatis, quæ a nobis expetitur, nec agnovisse virtutem. Et ideo satis certum est circumcisionem nostram, quæ in spiritu est, non posse nisi Dei tantum munere possideri, & his inesse solummodo, qui Deo tota spiritus sui contritione deserviunt.*

CAPUT VI.

Quod sine gratia Dei nullos industrios conatus exequi valeamus.

ET *idcirco licet in multis, immo in omnibus possit ostendi, semper auxilio Dei homines indigere, nec aliquid humanam fragilitatem quod ad salutem pertinet, per se solam, id est, sine adjutorio Dei posse perficere, in nullo tamen evidentius quam in adquisitione atque custodia castitatis ostenditur. Ut enim tantisper de integritatis ejus difficultate disputatio differatur ; de instrumentis ejus breviter interim disputemus. Quis prævaleat, quæso, quamvis fervens spiritu, vel squalorem solitudinis, vel sicci panis, non dicam quotidianam esuriem, sed ipsam saturitatem, nulla hominum laude suffultus, suis viribus sustinere ? Quis aquæ perpetuam sitim sine Domini consolatione tolerare? illumque dulcem ac delectabilem matutinum soporem humanis fraudari oculis, & intra terminos horarum quatuor omnem quietis refectionem jugi possit lege concludere? Quis indesinentem lectionis instantiam? quis irremissam operis sedulitatem, nullum præsentis lucri commodum captans, absque Dei gratia explere sufficiat? Quæ omnia sicut desiderari a nobis jugiter absque divina inspiratione non possunt, ita ne perfici quidem sine ejus auxilio ullatenus queunt.*

Et ut hæc eadem non solum probata nobis experientiæ disciplina, sed etiam certis indiciis & argumentis manifestiora reddamus ; nonne in multis quæ utiliter optamus implere, cum desiderii plenus ardor ac voluntas perfecta non desit, interpellans quæcumque fragilitas cassat vota concepta, nec proposito nostro adsistit effectus, nisi virtus perficiendi Domini fuerit miseratione donata ? ita ut cum sit innumera multitudo illorum qui fideliter virtutum studiis desiderent inhærere, summam tamen eorum qui hæc perficere vel tolerare prævaleant invenias raritatem : ut prætermittam, quod ne tunc quidem,

cum

cum omnino nulla nos arcet infirmitas, facultas universa quæ volumus peragendi nostræ subjacet potestati. Nam neque remotionis silentium, nec districtiones jejuniorum, nec lectionis instantiam, illo etiam tempore quo possumus, pro nostro arbitrio retentamus; sed quibusdam occurrentibus caussis, etiam invitissimi frequente retrahimur a salutaribus institutis, ita ut, vel loci, vel temporis copiam in quo hæc exercere possimus, necesse sit nos a Domino deprecari, nec sufficere nobis id quod possumus certum est, nisi etiam opportunitas peragendi ea quæ nobis utique possibilia sunt, a Domino tri-
1. Thess. 2. 18. *buatur: de quibus & Apostolus*; Quoniam voluimus, inquit, venire ad vos, & semel & iterum, & impedivit nos satanas: *ita ut nonnumquam nos etiam utiliter ab istis spiritalibus sentiamus studiis avocari, ut dum nolentibus nobis interrumpitur nostri cursus intentio, & infirmitati carnis aliquid relaxamus, etiam inviti ad salutarem perseverantiam reservemur. De qua dispensatione Dei simile*
2. Cor. 12. 8. & 9. *aliquid beatus Apostolus*, Propter quod, *inquit*, ter Dominum rogavi, ut discederet a me; & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmi-
Rom. 8. 26. tate perficitur: *& iterum*; Quid enim oremus secundum quod oportet nescimus.

CAPUT VII.

De principali proposito Dei, & providentia quotidiana.

PRoposítum namque Dei, quo non ob hoc hominem fecerat, ut periret, sed ut in perpetuum viveret, manet immobile. Cujus benignitas, cum bonæ voluntatis in nobis quantulamcumque scintillam emicuisse perspexerit, vel quam ipse, tamquam de dura silice nostri cor-
1. Tim. 2. 4 *dis excusserit, confovet eam & exsuscitat, suaque inspiratione confortat, volens om-*
Matt. 18. 14. *nes homines salvos fieri, & ad agnitio-*
2. Reg. 14. 14. *nem veritatis venire.* Quia non est, *inquit*, voluntas apud Patrem meum qui in cælis est, ut pereat unus ex pusillis istis. *Et iterum*: Non vult, *inquit*,
* al. retractans cogitat. Deus perire animam, sed * retractat cogitans, ne penitus pereat qui abjectus est. *Verax namque est, & non mentitur*
Ezech. 33. 11. *Deus, cum obtestatione definiens*; Vivo ego, dicit Dominus, quia nolo mortem impii, sed ut convertatur a via sua, & vivat. *Qui enim ut pereat unus ex pusillis non habet voluntatem, quomodo sine ingenti sacrilegio putandus est, non universaliter omnes, sed quosdam salvos fieri velle pro omnibus? Ergo quicumque pereunt, contra illius pereunt voluntatem, ita eo contra unumquemque eorum quotidie proclamante*: Convertimini a viis vestris pessimis, & quare moriemini, domus Israel? *& iterum*; Quoties volui congregare filios suos, sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluistis? *&* Quare, *inquit*, aversus est populus iste in Jerusalem, aversione contentiosa? Induraverunt * facies suas, noluerunt reverti.

Ibidem. Matt. 23. 37. Jerem. 8. 5. * al. cervices.

Præsto est ergo quotidie Christi gratia, quæ dum vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire, cunctos absque ulla exceptione convocat, dicens, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. *Si autem non omnes universaliter, sed quosdam advocat, sequitur ut nec omnes sint onerati vel originali vel actuali peccato, nec vera sit illa sententia*, Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei; *nec per omnes homines mors pertransisse credatur. Et in tantum omnes qui pereunt contra Dei pereunt voluntatem, ut nec ipsam mortem Deus fecisse dicatur, ita Scriptura testante*, Quia Deus mortem non fecit, nec gaudet in perditione vivorum. *Et inde est quod plerumque, dum pro nobis contraria postulamus, vel tardius vel nequaquam nostra exauditur oratio: & rursus ea quæ credimus esse contraria, utiliter, ut benignissimus medicus, etiam invitissimis Dominus inferre dignatur, ac nonnumquam pernicioſas dispositiones nostras lethalesque conatus, ab effectu detestabili retardat ac revocat, ac properantes ad mortem, retrahit ad salutem, & de inferni faucibus extrahit ignorantes.*

Matt. 11. 28. Rom. 3. 23. Sap. 1. 13.

CAPUT VIII.

De gratia Dei & arbitrii libertate.

QUam curam atque providentiam circa nos suam, sub figura meretricis Jerusalem, & pernicioſa ad idolorum cultum alacritate tendentis, per Oseam prophetam sermo divinus eleganter expressit. Dicente namque ea, Vadam post amatores meos, qui dant panes mihi, & aquas meas, lanam meam, & linum meum, oleum meum, & potum meum; *respondit, saluti ejus, non voluntati consulens divina dignatio*: Ecce

Oseæ 2. 5. Ibid. ℣. 6. & 7.

ego

ego sepiam viam ejus spinis, & sepiam eam maceria, & semitas suas non inveniet: & sequetur amatores suos, & non apprehendet, & quæret eos, nec inveniet illos, & dicet, Revertar ad virum meum priorem, quia bene mihi erat tunc magis quam nunc est. *Ac rursus contumacias nostras atque contemptus, quibus eum ad salutares invitantem reversus, rebelli spiritu dedignamur, tali comparatione describit?* Et dixi, *inquit*, Patrem vocabis me, & post me ingredi non cessabis. Sed quomodo si contemnat mulier amatorem suum, sic contemsit me domus Israel, ait Dominus. *Satis congrue, quoniam Jerusalem adulteræ comparaverat a suo conjuge discedenti, amorem quoque ac perseverantiam benignitatis suæ, viro qui a femina deseritur comparavit. Pietas enim ac dilectio Dei, quæ circa humanum genus semper impenditur, eo quod nullis ita vincatur injuriis, ut a cura nostræ salutis abscedat, & quodammodo superata iniquitatibus nostris, a principali suo proposito revocetur, magis proprie exprimi alia comparatione non potuit, quam exemplo viri ardentissimo amore feminam diligentis, qui quanto magis negligi se ab ea senserit, tanto vehementioris circa eam zeli ardore flammatur.*

Jerem. 3. 20. & 7.

Adest igitur inseparabiliter nobis semper divina protectio, tantaque est erga creaturam suam pietas creatoris, ut non solum comitetur eam, sed etiam præcedat jugi providentia. Quam expertus propheta Domino apertissime confitetur, dicens, Deus meus, misericordia ejus præveniet me. *Qui cum in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis inspexerit, illuminat eam confestim atque confortat, & incitat ad salutem, incrementum tribuens ei, quam vel ipse plantavit, vel nostro conatu viderit emersisse.* Ps. 58. 11. Isai. 65. 24. *Nam* ante quam clament, *inquit*, ego exaudiam, adhuc loquentibus eis, ego audiam: *& iterum,* Ad vocem clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi. *Et non solum sancta desideria benignus inspirat, sed etiam occasiones * præstruit & opportunitatem boni effectus, ac salutaris viæ directionem demonstrat errantibus.*

Isai. 30. 19.

* al. præstat.

CAPUT IX.

De virtute bonæ voluntatis nostræ, & gratia Dei.

Matt. 7. 7.

UNde non facile humana ratione discernitur, quemadmodum Dominus *petentibus tribuat, a quærentibus inveniatur, aperiatque pulsantibus: & rursus inveniatur a non quærentibus, palam appareat inter illos qui eum non interrogabant, & tota die expandat manus suas ad populum non credentem sibi & contradicentem, resistentes ac longe positos vocet, invitos adtrahat ad salutem, peccare cupientibus explendæ copiam subtrahat voluntatis, ad nequitiam properantibus benignus obsistat.* Isai. 65. 1. Ibidem 2.

Cui autem facile pateat, quomodo salutis summa nostro tribuatur arbitrio, de quo dicitur, Si volueritis, & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis: *& quomodo,* Non volentis, neque currentis, sed miserentis sit Dei. *Quid etiam sit illud quod* Deus reddet unicuique secundum opera ejus; *&*, Deus est qui operatur in vobis & velle & perficere pro bona voluntate; *&*, Hoc non ex vobis, sed Dei? donum est; non ex operibus, ut ne quis glorietur? *Quid sit etiam illud quod dicitur*, Appropinquate Deo, & appropinquabit vobis: *& quod alibi dicit,* Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me adtraxerit eum? *Quid sit quod dicitur,* Rectos cursus fac pedibus tuis, & vias tuas dirige: *& quid sit quod dicimus orantes,* Dirige in conspectu tuo viam meam: *&*, Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moveantur vestigia mea. *Quid etiam sit quod iterum commonemur:* Facite vobis cor novum, & spiritum novum: *& quid sit illud quod repromittitur:* Dabo eis cor novum, & spiritum novum tribuam in visceribus eorum; & auferam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum; ut in præceptis meis ambulent, & judicia mea custodiant. *Quid sit quod præcepit Dominus dicens,* Lava a malitia cor tuum Jerusalem, ut salva fias: *& quid sit quod * ipsum propheta a Domino postulat, dicens,* Cor mundum crea in me, Deus: *& iterum,* Lavabis me, & super nivem dealbabor? *Quid sit quod ad nos dicitur,* Illuminate vobis lumen scientiæ: *& quid sit quod de Deo dicitur,* Qui docet hominem scientiam; *&*, Dominus illuminat cæcos; *vel certe quod orantes dicimus cum propheta,* Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam * in morte: *nisi quod in his omnibus & gratia Dei, & libertas nostri declaratur arbitrii; & quia etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi, semper vero indigeat ad-*

Isai. 1. 19. Rom. 9. 16. Rom. 2. 6. Philip. 2. 13. Ephes. 2. 8. & 9. Jacob. 4. 8. Joan. 6. 44. Prov. 4. 26. Psal. 5. 9. Psal. 16. 5. Ezech. 18. 31. Ezech. 11. 19. Jerem. 4. 14.

* al. ipso.

Ps. 50. 12. Ibid. ℣. 9. Osee 10. 12. sec. LXX. Ps. 93. 10. Ps. 145. 8.

* al. morte.

Psal. 12. 4.

adjuvari. Nec enim cum voluerit quis sanitate perfruitur, aut de ægritudinis morbo pro arbitrii sui desiderio liberatur.

Quid autem prodest sanitatis gratiam concupisse, nisi Dominus, qui vitæ ipsius usum tribuit, etiam vigorem incolumitatis impartiatur? Ut autem evidentius clareat, etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen nisi a Domino dirigantur, ad consummationem virtutum pervenire non possunt, Apostolus testis est dicens, Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. *Rom.7.18.*

CAPUT X.

De liberi arbitrii infirmitate.

NAm *libertatem scriptura divina nostri confirmat arbitrii, dicens,* Omni custodia serva cor tuum: *sed infirmitatem ejus Apostolus manifestat, dicens,* Dominus custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Jesu. *Virtutem liberi arbitrii David enuntiat, dicens,* Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas: *sed infirmitatem ejus idem orans similiter docet,* Inclina, *inquiens,* cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam *Salomon quoque ait,* Inclinet corda nostra ad se, ut ambulemus in viis ejus, & custodiamus mandata ejus, & cæremonias ejus, & judicia ejus. *Potestatem designat arbitrii nostri Psalmographus dicens,* Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum: *infirmitatem ejus nostra protestatur oratio, dicentibus nobis,* Pone, Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis. *Arbitrii nostri facultas a Domino declaratur, cum dicitur,* Solve vincula colli tui captiva filia Sion: *fragilitatem ejus propheta * decantat dicens,* Dominus solvit compeditos; &, Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.

Prov.4.23 *Philip.4.7* *Psal.118. 112.* *Ibid.¥.36* *3.Reg. 8. 58.* *Psf.33.14.* *Psf.140.3.* *Isai.52.2.* * *al.* denuntiat. *Psf.145.7.* *Psf.115.16.*

Audivimus in Evangelio Dominum convocantem ut ad eum properemus per liberum arbitrium; Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos: *sed infirmitatem ejus idem Dominus protestatur dicens,* Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me adtraxerit eum. *Apostolus liberum arbitrium nostrum incitat dicens,* Sic currite ut comprehendatis: *sed infirmitatem ejus Joannes Baptista testatur, cum ait,* Non potest homo accipere a se quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo. *Jubemur animas nostras sollicite custodire, dicente propheta,* Nisi Dominus custodierit civitatem, in vanum vigilat qui custodit eam. *Apostolus Philippensibus scribens, ut liberum eorum designet arbitrium,* Cum metu & tremore, *inquit,* vestram salutem operamini: *sed ut infirmitatem ejus ostendat adjungit, dicens,* Deus est enim, *inquit.* qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona voluntate.

Matt. 11. 28. *Joan.6.44* *1.Cor.9.24* *Joan.3.27.* *Psf.126.1.* *Philip. 2. 12.* *Ibid.¥.13.*

CAPUT XI.

Utrum bonam voluntatem nostram sequatur an præcedat gratia Dei.

ET *ita sunt hæc quodammodo indiscrete permixta atque confusa, ut quid ex quo pendeat, inter multos magna quæstione volvatur: id est, utrum quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, misereatur nostri Deus, an quia Deus miseretur, consequamur bonæ voluntatis initium? Multi enim singula hæc quærentes, ac justo amplius adserentes, variis sibique contrariis sunt erroribus involuti. Si enim dixerimus nostrum esse bonæ principium voluntatis, quid fuit in persecutore Paulo, quid in Publicano Matthæo, quorum unus cruori ac suppliciis innocentum, alius violentiis ac rapinis publicis incubans adtrahitur ad salutem? Sin vero gratia Dei semper inspirari bonæ voluntatis principia dixerimus, quid de Zacchæi fide, quid de illius in cruce latronis pietate dicimus, qui desiderio suo vim quamdam regnis cælestibus inferentes, specialia vocationis monita prævenerunt? Consummationem vero virtutum & executionem mandatorum Dei, si nostro deputaverimus arbitrio, quomodo oramus,* Confirma Deus hoc quod operatus es in nobis: &, Opera manuum nostrarum dirige super nos? *Scimus ad maledicendum Israeli Balaam fuisse conductum, sed videmus maledicere cupienti non fuisse permissum. Custoditur Abimelech, ne Rebeccam tangens peccet in Deum. Joseph fratrum livore distrahitur, ut descensio filiorum Israel in Ægyptum fieret, & illis de germani nece tractantibus, futuræ famis remedia pararentur.*

Psf.67.29. *Psf.89.17.* *Num.c.22.* *Gen.20.6.* *Gen.45.5.*

Quod idem Joseph a fratribus agnitus manifestat dicens, Nolite pavere, nec durum vobis videatur, quod vendidistis me in his regionibus. Pro salute enim vestra misit me Dominus ante vos. *Et infra,* Præmisit enim me Dominus, ut reservemini super terram, & escas ad viven- *Ibidem.* *Ibid.¥.7.*

vendum possitis habere. Non vestro consilio, sed voluntate Dei huc missus sum, qui fecit me quasi Patrem Pharaonis, & dominum totius domus ejus, & principem in omni terra Ægypti. *Et cum post obitum patris, formidantibus fratribus suspicionem timoris auferret*, Nolite, *inquit*, timere: Numquid Dei possumus renuere voluntatem? Vos cogitastis adversum me in malum, & Deus vertit in bonum, ut exaltaret me, sicut impræsentiarum cernitis, & salvos faceret populos multos. *Quod etiam beatus David œconomice tunc factum in psalmo centesimoquarto similiter declarat dicens*, Et vocavit famem super terram, & omne firmamentum panis contrivit. Misit ante eos virum, in servum venumdatus est Joseph. *Hæc duo, id est, vel gratia Dei, vel liberum arbitrium, sibi quidem videntur adversa; sed utraque concordant, & utraque nos pariter debere suscipere, pietatis ratione colligimus: ne unum horum homini subtrahentes, ecclesiasticæ fidei regulam excessisse videamur. Nam cum viderit nos Deus ad bonum velle deflectere, occurrit, dirigit atque atque confortat.* Ad vocem *enim* clamoris tui statim ut audierit, respondit tibi: &, Invoca me, *inquit*, in die tribulationis tuæ, & eruam te, glorificabis me. *Et rursus, si nos nolle, vel intepuisse perspexerit, adhortationes salutiferas admovet cordibus nostris, quibus voluntas bona, vel reparetur vel formetur in nobis.*

Gen 50.19 & 20.

Ps.104.16 & 17.

Isai.30.19

Ps.49.15.

CAPUT XII.

Quod voluntas bona, nec semper gratiæ, nec semper sit homini tribuenda.

NEc enim talem Deus hominem fecisse credendus est, qui nec velit umquam, nec possit bonum. Alioquin nec liberum ei permisit arbitrium, si ei tantummodo malum ut velit & possit, bonum vero a semetipso nec velle nec posse concessit. Et quomodo stabit illa Domini post prævaricationem primi hominis Gen.3.22. *lata sententia;* Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, sciens bonum & malum? *Non enim talis ante fuisse putandus est, qui boni esset prorsus ignarus: alioquin velut quoddam irrationale atque insensatum animale eum fatendum est fuisse formatum. Quod satis absurdum, atque a catholica fide omnimodis alienum est. Quinimmo secundum sapientissimi* Eccli.7.30 *Salomonis sententiam*, Fecit Deus hominem rectum, *ideſt, ut tantummodo boni scientia jugiter frueretur*, sed ipsi quæsierunt cogitatione multas. *Facti enim sunt, ut dictum est, scientes bonum & malum. Concepit ergo Adam post prævaricationem quam non habuerat scientiam mali, boni vero quam acceperat scientiam non amisit.*

Denique non amisisse humanum genus post prævaricationem scientiam boni, etiam Apostoli sententia evidentissime declaratur, qua dicit, Cum enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente illis conscientia, & inter se cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die qua judicabit Deus occulta hominum. *Quo sensu etiam Dominus per prophetam increpat Judæorum non naturalem, sed voluntariam cæcitatem, quam ipsi sibi contumaciter inferebant.* Surdi, *inquit*, audite, & cæci intuemini ad videndum. Quis surdus, nisi servus meus, & cæcus, nisi ad quem nuntios meos misi? *Et ne forte hanc eorum cæcitatem aliquis naturæ, non voluntati posset adscribere, alibi ait*, Educ foras populum cæcum, & oculos habentem, surdum, & aures ei sunt: & *iterum*, Qui habentes, *inquit*, oculos non videtis, & aures, & non auditis. *Dominus etiam in Evangelio*, Quia videntes, *inquit*, non vident, & audientes non audiunt, neque intelligunt, & adimpletur in eis prophetia Isaiæ dicens, Auditu audietis, & non intelligetis, & videntes videbitis & non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus, & auribus graviter audierunt, & oculos suos concluserunt; ne quando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem illos. *Denique ut possibilitatem boni iis inesse designaret, increpans Pharisæos*, Quid autem, *inquit*, etiam ex vobis ipsis non judicatis quod bonum est? *Quod utique eis non dixisset, nisi eos judicio naturali id quod æquum est scisset posse discernere.*

Rom.2.14. 15. & 16.

Isai.42.18. & 19.

Isai.43.8.

Ezech.12. 2.

Matt.13. 13. 14. & 15.

Isai.6.9.

Luc.12.57

Unde cavendum est nobis, ne ita ad Dominum omnia sanctorum merita referamus, ut nihil nisi quod malum atque perversum est humanæ adscribamus naturæ. In quo quidem sapientissimi Salomonis, immo Domini, cujus hæc verba sunt, testimonio confutamur. Ita enim

enim cum consummata templi exstructio-
2.Paral.6. 8. & 9. *ne oraret, effatus est*: Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Israel: & ait Dominus Deus ad David patrem meum, Quod cogitasti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene fecisti hoc ipsum mente tractans, verumtamen non tu ædificabis domum nomini meo. *Hæc ergo cogitatio atque iste tractatus regis David, utrumne bonus & ex Deo, an malus & ab homine fuisse dicendus est? Si enim bona atque ex Deo fuit illa cogitatio, cur ab eo a quo inspirata est, eidem negatur effectus? Si autem mala & ex homine fuit, cur laudatur a Domino? Restat ergo ut & bona, & ex homine fuisse credatur. In quem modum nostras quotidie cogitationes possumus judicare. Neque enim aut soli David bonum ex semetipso cogitare concessum est, aut nobis ne quid boni umquam sapere aut cogitare possimus, naturaliter denegatur.*

Dubitari ergo non potest inesse quidem omni animæ naturaliter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta, sed nisi hæc opitulatione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt pervenire: quia secundum beatum Apo-
1.Cor 3.7. *stolum*, neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. *Adjacere autem homini in quamlibet partem arbitrii libertatem, etiam*
Liber Pastoris. *liber ille, qui dicitur Pastoris, apertissime docet, in quo duo angeli unicuique nostrum adhærere dicuntur, id est, bonus ac malus; in hominis vero optione consistere, ut eligat quem sequatur. Et idcirco manet in homine semper liberum arbitrium, quod gratiam Dei possit vel negligere vel amare. Non enim præcepisset*
Philip. 2. 12. *Apostolus dicens*, Cum metu & tremore vestram salutem operamini, *nisi sciisset eam vel excoli a nobis posse, vel negligi. Sed ne crederent se ad opus salutis divi-*
Ibid. 13. *no auxilio non egere, subjungit*, Deus est enim qui operatur in vobis & velle &
1 Tim.4. 14. perficere pro bona voluntate. *Et idcirco Timotheum monens*, Noli, *inquit*, negligere gratiam Dei quæ est in te. *Et ite-*
2.Tim.1.6 *rum*, Ob quam caussam moneo te, ut resuscites gratiam Dei quæ est in te. *Inde est quod etiam Corinthiis scribens hortetur & commonet, ne indignos se gratia Dei infructuosis operibus exhiberent, dicens,*
2.Cor.6.1. Adjuvantes autem & obsecramus, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis. *Quam sine dubio quia in vacuum receperat Simon, non profuit ei perceptio gratiæ salutaris. Non enim præceptis beati Petri maluit obedire dicentis*, Pœnitentiam age ab hac Act. 8. 22. & 23. nequitia tua, & ora Deum, si forte remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui: in felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse.

Prævenit ergo hominis voluntatem misericordia Domini, de qua dicitur, Deus Ps. 58. 11. meus, misericordia ejus præveniet me. *Et rursus, Dominum remorantem utque utiliter quodammodo subsistentem, ut nostrum experiatur arbitrium, voluntas præ-*
Ps. 87. 14. *venit nostra, cum dicitur*, Et mane oratio mea præveniet te: *& iterum*, Præ- Psal. 118. 147.
Ibid. ℣. 148 veni in maturitate & clamavi; *&*, Prævenerunt oculi mei ad te diluculo. *Ad-*
Isai. 65. 2. sec. LXX. *vocat etiam nos & invitat cum dicit*, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem mihi, & contradicentem: *& invitatur a nobis, cum dicimus*
Ps. 87. 10. *ei*, Tota die expandi manus meas ad te. *Expectat nos, cum dicitur per prophe-*
Isai. 30. 18. *tam*, Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri: *& expectatur a nobis*
Psal. 39. 1. *cum dicimus*, Expectans expectavi Dominum, & respexit me: *&*, Expectavi Psal. 118. 166. salutare tuum Domine. *Et confortat Dominus cum dicit*, Et ego erudivi & Oseæ 7. 15. confortavi brachia eorum, & in me cogitaverunt malitiam: *& ut nosmetipsos confortemus hortatur, cum dicit*, Confor- Isai. 35. 3. tate manus dissolutas, & genua debilia roborate. *Clamat Jesus*, Si quis sitit, Joan. 7. 37. veniat ad me, & bibat: *clamat etiam ad eum propheta*, Laboravi clamans, Ps. 68. 4. raucæ factæ sunt fauces meæ, defecerunt oculi mei dum spero in Deum meum. *Quærit Dominus dicens*, Quæsivi, & non Isai. 66. 4. erat vir; vocavi, & non erat qui responderet: *quæritur & ipse a sponsa flebiliter conquerente*, In cubili meo in Cant. 3. 1. noctibus quæsivi quem dilexit anima mea; quæsivi eum & non inveni; vocavi, & non respondit mihi.

CAPUT XIII.

Quod gratiam Dei humani conatus compensare non possint.

ET ita semper gratia Dei nostro in bonam partem operatur arbitrio, atque in omnibus illud adjuvat, protegit ac defendit, ut nonnumquam ab eo quosdam conatus bonæ voluntatis vel exigat, vel expectet; ne penitus dormienti, aut inerti otio dissoluto, sua dona conferre videatur, occasiones quodammodo quærens,

qui-

quibus humanæ segnitiei torpore discusso, non irrationabilis munificentiæ suæ largitas videatur, dum eam sub colore cujusdam desiderii ac laboris impartit ; & nihilominus gratia Dei semper gratuita perseveret, dum exiguis quibusdam parvisque conatibus tantam immortalitatis gloriam, tanta perennis beatitudinis dona,
Luc.23.40 *inæstimabili tribuit largitate. Nec enim quia illius in cruce latronis præcesserat fides, idcirco pronuntiandum est, non ei beatam commorationem paradisi gratuito esse promissam, aut pœnitentiam David*
2.Reg.12.13. *regis illam unius verbi, qua dixit,* Peccavi Domine, *duo tam gravia ejus crimina, & non potius clementiam Dei abstulisse credendum est, ut per Nathan*
Ibid.℣.14 *prophetam mereretur audire,* Et Dominus transtulit iniquitatem tuam, non morieris. *Quod igitur homicidium adulterio addidit, liberi utique arbitrii fuit : quod autem arguitur per prophetam, divinæ dignationis est gratia. Rursum quod peccatum suum humiliatus agnoscit, proprie libertatis est opus : quod vero sub brevissimo temporis puncto indulgentiam tantorum criminum promeretur, Domini miserentis est donum. Et quid de hac tam brevi confessione, & incomparabili divinæ retributionis immensitate dicamus? cum beatus Apostolus ad illam magnitudinem futuræ remunerationis adspiciens, quid de illis tam innumeris persecutionibus suis pronuntiaverit considerare perfa-*
2.Cor.4.17 *cile sit. Nam* Momentaneum hoc, *inquit,* & leve tribulationis nostræ, supra modum ultra comparationem, æternum pondus gloriæ operatur in nobis. *De quo & alibi constanter enuntiat dicens,*
Rom.8.18. Quia non sunt condignæ passiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.

Quantumlibet ergo enisa fuerit humana fragilitas, futuræ retributioni par esse non poterit, nec ita laboribus suis divinam imminuit gratiam, ut non semper gratuita perseveret : & idcirco prædictus magister Gentium, licet gratia Dei apostolatus gradum sortitum se fuisse teste-
1.Cor.15.10. *tur, dicens,* Gratia Dei sum quod sum; *tamen se quoque gratiæ divinæ respondisse*
Ibidem. *pronuntiat, dicens,* Et gratia ejus in me vacua non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi & obtinui : non autem ego, sed gratia Dei mecum. *Nam cum dicit,* laboravi, *conatum proprii signat arbitrii ; cum dicit,* non autem ego, sed gratia Dei, *virtutem divinæ protectionis ostendit ; cum dicit* mecum, *non otioso neque securo, sed laboranti ac desudanti eam cooperatam fuisse declarat.*

CAPUT XIV.

Quod tentationibus suis Deus virtutem humani experiatur arbitrii.

Quod etiam in Job probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, divinam legimus providisse justitiam. Si enim contra inimicum non sua virtute, sed Dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque ulla virtute patientiæ suæ, divina tantum opitulatione suffultus, multiplices illas, ac tota inimici crudelitate quæsitas tentationum moles & exitia pertulisset, quomodo non illam calumniosam diabolus, quam prius emiserat vocem, adversus eum justius iterasset, Num-
Job.1 9.10. & 11. quid gratis colit Job Deum? Nonne tu vallasti eum ac domum ejus, & universam substantiam ejus par circuitum? sed aufer manum tuam ; *id est, sine eum suis mecum viribus decertare,* nisi in faciem tuam benedixerit tibi. *Sed cum nullam hujuscemodi querimoniam calumniosus hostis post conflictum audeat iterare ; non Dei, sed illius se victum viribus confitetur : licet etiam gratia Dei non in totum illi defuisse credenda sit ; quæ tantam tentatori tentandi tribuit potestatem, quantam & illum resistendi noverat habere virtutem : non eum ab illius impugnatione sic protegens, ut nullum virtuti humanæ relinqueret locum, sed hoc tantum procurans, ne violentissimus inimicus animam ejus amentem faciens, & impotem sensu, impari cum atque iniquo certaminis pondere prægravaret.*

Quod ergo soleat interdum tentare Dominus fidem nostram, ut fortior vel glorioſior fiat, evangelici illius centurionis edocemur exemplo, cujus puerum cum sciret utique potestate sermonis sui se Dominus curaturum, offerre maluit præsentiam corporalem, dicens, Ego veniam & Matt.8.7. curabo eum. *Sed illo hanc ejus oblationem fervantioris fidei flagrantia supergrediente, atque dicente,* Domine, non sum Ibid.℣.8. dignus ut intres sub tectum meum, sed dic tantum verbo, & sanabitur puer meus ; *miratur eum Dominus atque collaudat, cunctisque illis, qui ex Israelis populo crediderant præfert, dicens,* Amen Ibid.℣.10. dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. *Nullius enim laudis esset ac meriti, si id in eo Christus quod ipse do-*

naverat, præstitisset. Alioquin dixisset, Non dedi tantam fidem in Israel. Quam explorationem fidei, etiam in illo magnificentissimo patriarcha divinam legimus
Genes. 22. 1 *dispensasse justitiam, cum dicitur*, Et factum est post hæc verba, tentavit Deus Abraham. *Non enim illam fidem, quam ei Dominus inspirabat, sed illam quam vocatus semel atque illuminatus a Domino per arbitrii libertatem poterat exhibere, experiri voluit divina justitia. Unde non immerito fidei ejus constantia comprobatur, atque ad eum superveniente gratia Dei, quæ cum paulisper subrelinqueret,*
Ibid. ℣. 12 *ut probaret, ita dicitur*: Ne inferas manum tuam in puerum, neque facias ei quidquam: nunc enim scio, quia times Dominum tu, & non pepercisti filio tuo dilecto propter me.

Quod tentationis genus nobis quoque ad probationis meritum posse contingere in Deuteronomio satis evidenter a legis-
Gen. 13. 1. 2. & 3. *latore prædicatur*: Si surrexerit, inquit, inter vos propheta, aut qui somnium se vidisse dicat, & prædixerit signum atque portentum, & evenerit quod locutus est, & dixerit tibi, Eamus & serviamus diis alienis quos ignoratis, ne audias verba prophetæ illius aut somniatoris: quia tentans tentat te Dominus, utrum diligas eum in toto corde tuo, & custodias mandata illius, an non. *Quid ergo? Cum istum prophetam aut somniatorem surgere permiserit Deus, itane eos, quorum fidem probare dispositi, protecturus esse credendus est, ut nullum penitus locum, quo suis viribus cum tentatore confligant, libero eorum reservet arbitrio? Et quid eos necesse est vel tentari, quos ita infirmos novit ac fragiles, ut nequaquam virtute sua valeant resistere tentatori? Sed utique nec tentari eos justitia Domini permisisset, nisi parem in eis resistendi scisset inesse virtutem, qua possent æquitatis judicio in utroque merito, vel rei vel laudabiles judicari.*

Tale est & illud quod ab Apostolo
1. Cor. 10. 13. *dicitur*: Tentatio vos non apprehendit, nisi humana. Fidelis autem Deus, qui non permittet vos tentari supra id quod potestis, sed faciet cum tentatione & exitum, ut sustinere positis. *Cum enim dicit*, Qui stat videat ne cadat, *sollicitam reddit*
Ibid. ℣. 12 *arbitrii libertatem, quam utique noverat percepta gratia, vel stare per industriam, vel cadere per negligentiam posse. Cum autem infert*, Tentatio vos non apprehendat nisi humana; *infirmitatem eorum & inconstantiam nec-dum robustæ mentis exprobrat, qua adhuc spiritualium nequitiarum turbinibus non poterant impugnari, adversum quos semetipsum, vel illos perfectos noverat quotidie dimicare, de quibus ad Ephesios dicit*: Jam non est nobis colluctatio ad-
Ephes. 6. 12. versus carnem & sanguinem, sed adversus principatus, adversus potestates, adversus mundi rectores, tenebrarum harum, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus. *Cum vero subjungit*, Fidelis
1. Cor. 10. 13. autem Deus, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis; *non utique optat, ne eos tentari permitteret, sed ne supra id quod sustinere poterant, tentarentur. Illud enim indicat humani arbitrii facultatem, hoc vero Domini gratiam tentationum luctamina moderantis ostendit. In his igitur omnibus approbatur, ita semper divinam gratiam arbitrium hominis incitare, ut illud non in omnibus taliter protegat ac defendat, ut non etiam propriis eum conatibus congredi adversum spiritales faciat inimicos, in quibus vel gratiam Dei victor, vel infirmitatem suam superatus intelligat, & ita discat non de sua fortitudine, sed de divino semper sperare suffragio, atque ad suum jugiter recurrere protectorem.*

Et ut hoc non nostra conjectura, sed evidentioribus adhuc Scripturæ testimoniis approbetur, illud quod in Jesu Nave legitur retractemus. Has, *inquit*, gentes
Judic 3. 1. & 2. dimisit Dominus, ac disperdere noluit, ut in eis experiretur Israelem, utrum custodiret mandata Domini Dei sui, & haberent consuetudinem cum hostibus præliandi, *Et ut incomparabili Creatoris nostri clementiæ mortale aliquid, non pro æqualitate pietatis, sed ex aliqua indigentiæ similitudine comparemus. Si nutrix pia atque sollicita diu sinu parvulum gestat, ut quandoque ingredi doceat; & primum quidem eum reptare permittit, dehinc erectum ut alternis passibus innitatur, dextræ suæ virtute sustentat, mox paululum derelictum, si titubantem viderit, protinus apprehendit, nutantem suscipit, lapsum erigit, & vel arcet a casu, vel etiam decidere * leviter sinens, * al. leniter.
elevat post ruinam; cum autem eum ad puritiam, vel adolescentiæ ac juventutis perduxerit robur, quædam etiam pondera vel labores, quibus non opprimatur, sed exerceatur injungit, & cum æmulis decertare permittit: quanto magis cælestis ille omnium pater novit, quem sinu gratiæ suæ gestet, quem liberæ voluntatis arbitrio in conspectu suo exerceat ad vir-*

tu-

tutem, & tamen adjuvat laborantem, exaudit vocantem, non relinquit quærentem, eripit de periculo interdum etiam nescientem?

CAPUT XV.

De multiplici vocationum genere.

Rom. 11. 33. PEr quæ etiam evidenter ostenditur, *inscrutabilia esse judicia Dei & investigabiles vias ejus, quibus ad salutem humanum adtrahit genus. Quod etiam evangelicarum vocationum exemplis possumus approbare. Andream namque ac* Matt. 4. 18. & seq. *Petrum, ceterosque Apostolos, nihil de salutis suæ remedio cogitantes, spontanea gratiæ suæ dignatione prælegit;* Luc. 19. 2. & seq. *Zacchæum ad conspectum se Domini fideliter extendentem, & exiguitatem staturæ suæ sycomori celsitudine sublevantem non solum suscipit, verum etiam benedictione cohabitationis illustrat. Invitum ac repugnatem adtrahit Paulum:* Act. 9. Matt. 8. 21 *alium ita præcepit sibi inseparabiliter adhærere, ut ei postulanti brevissimas pro sepultura patris non concedat inducias. Cornelio precibus & eleemosynis* Act. 10. 1. & seq. *suis jugiter insistenti, velut remunerationis vice, via salutis ostenditur, eique angeli visitatione præcipitur, ut accersiens Petrum, verba salutis ab eo, quibus una cum omnibus suis salvaretur, agnoscat.*

Et ita multiformis illa sapientia Dei salutem hominum multiplici atque inscrutabili pietate dispensat, ac secundum capacitatem uniuscujusque gratiam suæ largitatis impertit, ut ipsas quoque curationes, non secundum uniformem majestatis suæ potentiam, sed secundum mensuram fidei in qua unumquemque reperit, vel sicut unicuique ipse partitus est, Matt. 8. 3. *maluerit exercere. Credentem namque quod ad emundationem lepræ suæ voluntas Christi sola sufficeret, solo voluntatis suæ curavit assensu, dicens;* Volo, Matt. 9. 18. mundare. *Alteri deprecanti, ut adveniens per impositionem manus suæ defunctam filiam suscitaret, ingressus domum ejus, eodem modo quo ille speraverat, id quod rogabatur indulsit. Alii credenti summam salutis in verbi ejus prædicatione consistere, ac respondenti,* Matt. 8. 8. Dic tantum verbo, & sanabitur puer meus, *per sermonis imperium resolutos artus* Ibidem 13 Matth. 9. 20. *pristino robore solidavit dicens,* Vade; & sicut credidisti fiat tibi. *Aliis de tactu fimbriæ ejus sperantibus medicinam, ubertim sanitatis dona largitus est. Aliorum morbis medelam rogatus indulsit, aliis spontaneam præstitit medicinam. Alios hortatus est ut sperarent, dicens,* Vis sanus fieri? *aliis non sperantibus* Joan. 5. 6. *ultro ingessit auxilium. Aliorum desideria, prius quam voluntati eorum satisfaceret exploravit, dicens,* Quid vultis Matt. 20. ut faciam vobis? *alii ignoranti viam,* 32. *qua id quod concupierat obtineret, benignus ostendit,* Si credideris, *inquiens,* Joan. 11. videbis gloriam Dei. *Inter alios ita* 40. *virtutem curationum affluenter effudit, ut de eis Evangelista commemoret,* Et Matt. 14. curavit omnes languidos eorum: *inter* 14. *alios vero immensa illa beneficiorum Christi abyssus obturata est, ut dicatur,* Et Matt. 13. non poterat inter illos Jesus facere vir- 58. tutes, propter incredulitatem illorum. *Et ita largitas Dei secundum capacitatem humanæ fidei etiam ipsa formatur, ut huic quidem dicat,* Secundum fidem Matt. 9. tuam fiat tibi: *illi vero,* Vade, & si- 29. cut credidisti fiat tibi: *alii autem,* Fiat Matt. 8. tibi sicut vis: *& rursum alteri,* Fides Matt. 15. tua te salvum fecit. 28. Matt. 19. 22.

CAPUT XVI.

De gratia Dei, eo quod humanæ fidei transcendat angustias.

NEmo autem æstimet hæc a nobis ideo fuisse prolata, *ut nitamur adstruere, summam salutis in nostræ fidei ditione consistere, secundum quorumdam profanam opinionem, qui totum libero arbitrio deputantes, gratiam Dei dispensari secundum meritum uniuscujusque definiunt. Sed absoluta sane pronuntiamus sententia, etiam exuberare gratiam Dei, & transgredi interdum humanæ infidelitatis angustias. Quod in illo evangelico factum fuisse regulo reminiscimur, qui dum facilius credit ægrotantem filium suum posse curari, quam mortuum suscitari, præsentiam Domini festinus implorat, dicens,* Domine, descende, prius Joan. 4. 47 quam moriatur filius meus. *Cujus infi-* Ibid. ℣. 49 *delitatem licet his sermonibus Christus arguerit,* Nisi signa & prodigia videritis, non creditis; *tamen secundum infirmitatem fidei ejus, gratiam suæ divinitatis exercuit; nec præsentia corporali, quemadmodum ille crediderat, lerbales febrium morbos, sed verbo suæ potestatis excluſit dicens,* Vade, filius tuus Ibid. ℣. 20 vivit.

Quam superabundantiam gratiæ, etiam in illius paralytici curatione Dominum legimus effudisse, cum ei languoris sui tan-

tantum, quo corpus fuerat resolutum, remedia poscenti, animæ prius ingerit sospitatem dicens, Constans esto, fili, dimittuntur tibi peccata tua. *Post quod non credentibus scribis posse eum remittere humana peccata, ad confundendam incredulitatem eorum, etiam membra ejus paralyseos valetudine resoluta, potestatis suæ sermone restrinxit, dicens*, Quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere, Remittuntur tibi peccata; an dicere, Surge, & ambula? Ut sciatis autem quia Filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico, Surge, & tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.

Matt. 9. 2. Ibidem ℣. 4. & seq.

Similiter autem in illo, qui triginta & octo annos juxta natatoriæ crepidinem frustra decumbens, de aquæ illius motu speraverat medicinam, munificentiam ultroneæ largitatis ostendit. Nam cum volens cum ad salutis remedia provocare dixisset ei, Vis sanus fieri? *cumque ille de humani adjutorii inopia quereretur, ac diceret*, Hominem non habeo, ut cum turbata fuerit aqua, mittat me in piscinam; *incredulitati ejus & ignorantiæ veniam tribuens, pristinæ eum sanitati, non illa qua speraverat via, sed qua Dominus voluit miseratione restituit, dicens*, Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. *Et quid mirum, si hæc Domini potestate gesta narrantur, cum similia etiam per servos suos divina gratia fuerit operata? Ingredientibus namque templum Petro & Joanne, cum ille claudus ex utero matris, qui gressum penitus ignorabat, eleemosynam postularet; illi non vilia æra quæ poscebat infirmus, sed gressus officia largiuntur, & parvissimæ stipis sperantem solatia, insperatæ salutis præmiis locupletant, dicente Petro*, Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo, hoc tibi do, In nomine Jesu Christi Nazareni surge, & ambula.

Joan. 5. 6. Ibid. ℣. 7. Ibid. ℣. 8. Act. 3. 1. & seq. Ibid. 6.

CAPUT XVII.

De inscrutabili dispensatione Dei.

PEr hæc igitur exempla, quæ de evangelicis protulimus monumentis, evidentissime poterimus advertere, diversis atque innumeris modis & inscrutabilibus viis, Deum salutem humani generis procurare: & quorumdam quidem volentium & sitientium cursum ad majorem invitare flagrantiam, quosdam vero etiam nolentes invitosque compellere, & nunc quidem ut impleantur ea quæ utiliter a nobis desiderata perspexerit adjuvare, nunc vero ipsius sancti desiderii inspirare principia, & vel initium boni operis, vel perseverantiam condonare. Inde est quod orantes, non solum protectorem ac salvatorem, sed etiam adjutorem ac susceptorem Dominum proclamamus. In eo enim quod prior advocat, & ignorantes atque invitos adtrahit ad salutem, protector atque salvator est: in eo autem quod adnitentibus nobis opem ferre, refugientesque suscipere ac munire consuevit, susceptor ac refugium nominatur. Denique hanc dispensationis Dei multiplicem largitatem beatus Apostolus mente pertractans, & in quosdam immensum atque interminabile pietatis Dei pelagus se incidisse conspiciens, exclamavit, O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini?

Rom. 11. 33. & 34.

Hujus ergo scientiæ admirationem, quam ille talis ac tantus gentium magister expavit, evacuare conabitur quisquis crediderit illius inæstimabilis abyssi profunditatem humana ratione se posse metiri. Nam qui ad plenum dispensationes Dei, quibus salutem in hominibus operatur, vel mente concipere, vel differere se posse confidit, proculdubio impugnans Apostolicæ sententiæ veritatem, scrutabilia esse Dei judicia, & vestigabiles vias ejus, profana pronuntiabit audacia, ipso quoque Domino hæc ad eos ita testante, Non enim cogitationes meæ cogitationes vestræ, neque viæ vestræ viæ meæ. Quia sicut exaltantur cæli a terra, sic exaltatæ sunt viæ meæ a viis vestris, & cogitationes meæ a cogitationibus vestris. *Hanc igitur dispensationem atque amorem suum, quem nobis tribuere Dominus indefessa pietate dignatur, volens humanæ affectionis motu exprimere, nec inveniens in hac creatura talem charitatis affectum, cui eum comparare dignius posset, tenerrimis piæ matris visceribus comparavit, & utitur quidem hoc exemplo, quia carius aliud in natura hominum non potest inveniri, dicens*, Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? *Sed non contentus hac comparatione, transcendit eam confestim, atque subjungit dicens*, Et si illa oblita fuerit, ego tamen non oblivisear tui.

Isai. 55. 8. & 9. Isai. 49. 15. Ibidem.

CAPUT XVIII.

Definitio patrum, eo quod liberum arbitrium ad salvandum non sit idoneum.

PEr quod evidenti ratione colligitur, *ab his qui non loquacibus verbis, sed experientia duce, vel magnitudinem gratiæ, vel modulum humani metiuntur arbitrii; quia* non levibus cursus, nec fortibus prælium, nec sapientibus panis, nec prudentibus divitiæ, nec scientibus gratia, *sed* operatur hæc omnia unus atque idem spiritus dividens singulis prout vult. *Et idcirco fide non dubia, &, ut ita dicam, palpabili experientia comprobatur, universitatis Deum, velut piissimum patrem, benignissimumque medicum, secundum Apostolum, indifferenter omnia in omnibus operari, & nunc quidem salutis inspirare principia, & inserere unicuique bonæ voluntatis ardorem, nunc vero ipsius operationis effectum, & consummationem donare virtutum: & nunc a ruina jam proxima lapsuque præcipiti etiam invitos & inscios revocare: nunc autem occasiones & opportunitates salutis ingerere, ac præcipites violentosque conatus a lethalibus dispositionibus inhibere, & alios quidem volentes currentesque suscipere, alios vero nolentes renitentesque pertrahere, & ad bonam cogere voluntatem.*

Totum vero non semper resistentibus, nec perseveranter invitis nobis a divinitate concedi, & summam salutis nostræ, non operum nostrorum merito, sed cælesti gratiæ deputandum, ita Domini ipsius vocibus edocemus: Et recordabimini viarum vestrarum, & omnium scelerum vestrorum, quibus polluti estis in eis, & displicebitis vobis in conspectu vestro, in omnibus malitiis vestris quas fecistis, & scietis quia ego Dominus, cum bene fecero vobis propter nomen meum, non secundum vias vestras malas, neque secundum scelera vestra pessima, domus Israel. *Et idcirco hoc ab omnibus catholicis Patribus definitur, qui perfectionem cordis non inani disputatione verborum, sed re atque opere, didicerunt divini esse muneris: Primum ut accendatur unusquisque ad desiderandum omne quod bonum est, sed ita ut in alterutram partem plenum sit liberæ voluntatis arbitrium. Itemque etiam secundum, divinæ esse gratiæ, ut effici valeant exercitia prædicta virtutum, sed ita ut possibilitas non extinguatur arbitrii. Tertium quoque, ad Dei munera pertinere, ut adquisitæ virtutis perseverantia teneatur, sed ita ut captivitatem libertas addicta non sentiat. Sic enim universitatis Deus omnia in omnibus credendus est operari, ut incitet, protegat atque confirmet, non ut auferat quam semel ipse concessit arbitrii libertatem. Si quod sane versutius humana argumentatione ac ratione collectum, huic sensui videtur obsistere, vitandum magis est quam ad destructionem fidei provocandum. Non enim fidem ex intellectu, sed intellectum ex fide meremur, sicut scriptum est,* Si non credideritis, non intelligetis. *Quia quemadmodum & Deus omnia operetur in nobis, & totum libero adscribatur arbitrio, cui dicitur,* Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis, *ad plenum humano sensu ac ratione non pretest, ut arbitror, comprehendi. Hoc nos beatus Chæremon confirmatos cibo, laborem fecit tam invii itineris non sentire.*

Ecclesiast. 9. 11. — Divinæ gratiæ beneficia. — 1. Cor. 12. 11. — Isai. 7. 9. sec. LXX. — Ezech. 20. 43. & 44. — Isai. 1. 19.

ARGUMENTA CAPITUM LIBRI SANCTI PROSPERI CONTRA COLLATOREM.

CAPUT I. *Calumniatores doctrinæ sancti Augustini eo ducunt, ut inimici gratiæ credantur ab Ecclesia injuste damnati. Unde oriatur major necessitas eos refellendi. Augustini ductu catholica acies Pelagianos vicit. Episcopi Pelagiani depulsi episcopatu & excommunicati.*

CAPUT II. *Cur aggrediatur unius Cassiani potissimum definitiones. Cassiani prima definitio catholica. A quo postea secunda definitione incipit introduci definitio, qua docetur multos ad gratiam venire sine gratia.*

CAPUT III. *Cassianus nec cum Pelagianis nec cum catholicis plene concordat: dum errando asserit, alios per gratiam, alios per legem & naturam justificari. Definitio tertia Cassiani: Appetitum virtutum habere hominem a se ipso. Refellitur ex antea confessis ab ipso prima definitione.*

CAPUT IV. *Contra Cassianum probatur, nec desiderium sanitatis haberi sine gratia, Quarta Definitio Cassiani: Per naturæ bonum aliquando bonarum voluntatum prodire principia. Refellitur tam ex prima sua definitione, quam ex Apostolo, cujus locus iste,* Velle adjacet mihi, *a prava interpretatione vindicatur.*

CA-

CAPUT V. *Definitio 5. Cassiani: Simul suscipiendas esse sententias contrarias; & illam quæ bonam voluntatem nasci ex gratia, & illam quæ ex bona voluntate gratiam pendere dicit. Opinio Cassiani Catholicis perinde atque Pelagianis errorem affingit. Refellitur ex definitionibus summorum Pontificum & Conciliorum.*

CAPUT VI. *Cum ea quæstio, quæ est de sanctarum origine voluntatum, contra Pelagianos clare definita sit; male Cassianus errantium arma colligens, contendit, liberum arbitrium auferri per gratiam: cum per eam potius formetur, regatur & ordinetur.*

CAPUT VII. *Cassianus contrarias definitiones confundens, exemplis colorare nititur quod intendit, hoc posse quosdam per liberum arbitrium, sine adjutorio Dei, quod quidam, nisi Deo cooperante non possint. Refellitur ex Scripturis, & probatur ut Matthæi & Pauli sic Zacchæi & latronis in cruce conversionem esse pariter ex gratia.*

CAPUT VIII. *Definitio 6. Cassiani: Liberum arbitrium & gratiam pariter suscipi debere, id est, ita ut pari modo conferre ad salutem credantur. Divinæ auctoritates de gratia afferuntur: daturque ratio quare voluntas non auferatur per gratiam.*

CAPUT IX. *Contra Cassianum probatur ex Scripturis & Ecclesiæ definitionibus, initium bonæ voluntatis esse ex gratia. Primus homo creatus absque vitio, & potens in bono perseverare si vellet, libero arbitrio discessit a bono: in quo post peccatum nihil remansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam. In quam profundum malum tota humana natura demersa sit illius prævaricatione. Definitio 7. Cassiani: Adamum post prævaricationem accepisse scientiam mali, non amisisse scientiam boni. Refellitur.*

CAPUT X. *Exponitur & vindicatur locus Apostoli* Rom. 2. 14. *de Gentibus sine lege facientibus quæ legis sunt. Sapientia quidem in infidelibus ex naturæ a Deo conditæ reliquiis: nullus vero bonæ voluntatis motus, nisi ex Spiritu-sancto.*

CAPUT XI. *Liberum arbitrium nec voluntatem boni nec possibilitatem habere, nisi per gratiam. Cur homini imperentur ea quorum facultatem non invenit in sua natura. Definitio 8. Cassiani: Naturæ humanæ non id solum adscribendum quod malum est. Merita hominum nulla sine gratia.*

CAPUT XII. *Demonstratur uberius, sententiam Cassiani esse, cogitationes pias & sancta consilia absque inspiratione Dei concepta, de naturali posse prodire sapientia. Adversus quem loci, quo abutebatur, expositione, & aliorum adjectione ostenditur, cogitationes pias ex libero arbitrio sine Dei inspiratione non oriri. Bona voluntas hominis sic ejus propria est, ut non nisi Deo inspirante concipiatur: conversioque hominis, licet non sine ipso, non tamen ab ipso incipit.*

CAPUT XIII. *Definitio 9. Cassiani: Omni animæ inesse naturaliter virtutum semina a creatore inserta. Refellitur, quia peccatum originale evertit. Virtutes in impiis veras non esse, sed omnia opera eorum immunda: virtutum sive meritorum principia nulla in nobis ante gratiam. In ingeniis impiorum licet multa laudabilia, tamen non veræ virtutes. Confutat id quod ex Pastoris libro apocripho probare voluerat Collator, hominem, etiam ante gratiam, ad bonum & malum æqualiter se habere.*

CAPUT XIV. *Cassianus liberi arbitrii vigorem demonstrare aggressus. Definitio 10. Cassiani: Job suis viribus vicisse diabolum, non auxilio gratiæ, nisi quatenus Deus non majorem tentatori dedit potestatem, quam illi noverat inesse virtutem. Cassiani fraus: catholicam sententiam de gratia in disputationis principio prædicat, & eamdem postea impugnat. Ad præcipitia Pelagiana gradatim decurrit.*

CAPUT XV. *Libero arbitrio quantas vires tribuat Cassianus. Job in conflictu cum diabolo sua ipsius virtute vicisse putat. Contra probatur, Job vicisse auxilio Dei. Tolerantiæ fortitudo non nisi ex gratia Dei. Cassiani error, virtutem resistendi habuisse Job ex libero arbitrio, non ex gratia.*

CAPUT XVI. *Quod supra docuerat Cassianus, Centurionis evangelici exemplo confirmare nititur, cujus Definitio 11. est: Nullius laudis ac meriti esse, si id in eo Christus, quod ipse donaverat prætulisset. Contra probat S. Prosper, quod laus & meritum per gratiam non auferatur: fidei quoque & bonis operibus laudem ac meritum tribui, sine præjudicio gratiæ.*

CAPUT XVII. *Quantum Cassianus in supra ab eo dictis adjuvet Pelagianos dicentes,* Gratiam Dei secundum merita nostra dari, *quos tamen profanæ opinionis arguit: in quo sibimetipsi contrarius esse convincitur. Salus omni modo nisi ex fide esse non potest.*

CAPUT XVIII. *Cassianus inconvenientia miscere conatur, & fideles in duo genera dividit, quibus contraria accommodet. Definitio 12. Cassiani: Deum in salutis negatio aliis esse salvatorem, aliis susceptorem tantum. Contra probat S. Prosper, Christum omnium qui salvantur esse salvatorem. Placita Cassiani de gratia & libero arbitrio horrescunt Evangelicæ apostolicæque doctrinæ discipuli.*

CAPUT XIX. *Recapitulat S. Prosper duodecim Cassiani definitiones: ut pateat facilius, quid de gratia sentirent, qui gratiæ defensoribus obloquebantur, & pacem Ecclesiæ, resumptis de Pelagianorum schola quæstionibus inquietabant.*

CAPUT XX. *Errores Cassiani definitionibus contenti summatim colliguntur.*

CAPUT XXI. *Reddit ad susceptam initio defensionem Augustini, quem præcipue Semipelagiani impetebant, eadem in illum jactitantes quæ alias Pelagiani, & Julianus maxime. Illos ergo iisdem armis impugnandos, quibus Pelagiani victi sunt; auctoritate scilicet Ecclesiæ: cum Augustini adversarios damnatione Pelagianorum prostraverit Innocentius; eosdemque damnarint Palestina Synodus, Africana Concilia, Zozimus, Bonifacius, & Cælestinus. Quorumdam adversus Cælestini testimonium cavillatio refellitur. Augustini doctrina ejusdem ubique tenoris demonstratur. Votum S. Prosperi, ut Xistus Pontifex occultos Ecclesiæ inimicos repellat.*

CAPUT XXII. *Conclusio operis. Etsi Augustini reprehensores satis sint convicti, tamen tolerandi sunt, nec de correctione eorum desperandum est. Interim amandi quidem semper, sed vitandi, Deusque orandus, ut in omnibus nostris primas teneat.*

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI

DE GRATIA DEI, ET LIBERO ARBITRIO.[a]

* LIBER * CONTRA COLLATOREM,

* Scriptus circiter annum Christi 432.

Id est,

PRO DEFENSIONE SANCTI AURELII AUGUSTINI, Hipponensis Episcopi, contra Cassiani Presbyteri librum qui titulo, De protectione Dei, prænotatur.

Excutit duodecim definitiones Joannis Cassiani, de gratia & libero arbitrio, contentas collatione ipsius tertia-decima, easque, una excepta prima, omnino a Catholica veritate dissidere docet: demonstrans Augustini reprehensores, & vana objicere, & recta impugnare, & prava defendere, ipsisque Pelagianorum jam peremptorum armis intestinum bellum moventes, Scripturis divinis simul, & Ecclesiasticis Imperatoriisque constitutionibus rebellare.

CAPUT PRIMUM.

Calumniatores doctrinæ sancti Augustini eo ducunt, ut inimici gratiæ credantur ab Ecclesia injuste damnati. Unde oriatur major necessitas eos refellendi.

GRatiam Dei, qua Christiani sumus, quidam dicere audent a sanctæ memoriæ Augustino episcopo non recte esse defensam, librosque ejus contra errorem Pelagianum conditos, immoderatis calumniis impetere non quiescunt. Quorum intus interstrepens domestica malignitas non minus spernenda esset, quam foris latrans hæretica loquacitas: nisi ejectis extra ovile dominicum lupis, [b] qui sub nomine ovium sunt suffragarentur; essentque ejusmodi [c] ut nec ordo eorum in Ecclesia, nec ingenia despicienda videantur. Siquidem habentes speciem pietatis in studio, cujus virtutem diffitentur in sensu, trahunt ad se multos ineruditos, & non habentia spirituum discretionem corda conturbant: atque [e] in eum statum deducere caussam Ecclesiæ moliuntur, ut dum nostros affirmant non veraciter pro gratia [f] fuisse locutos, inimicos gratiæ persuadeant injuste esse damnatos. Non ergo negligendum est hoc malum, quod ab occultis [g] parvisque seminibus augetur quotidie, & ab ortu suo latius longiusque distenditur: sed studendum est, in quantum Dominus adjuvat, ut fallacium calumniatorum hypocrisis detegatur, qui ex ipsa injuriæ magnitudine, quam in uno [h] cunctis, ac præcipue Apostolicæ sedis [i] Pontificibus intulerunt,

2.Tim.3.5

Matt.7.15

S. Prosperi. Z

a In antiquissimo Corbejensi codice ante annos fere nongentos scripto, titulus opusculi hujus est, *Liber sancti Prosperi pro prædicatoribus gratiæ Dei contra librum Cassiani Presbyteri, qui prænotatur de protectione Dei.* In Ms. Jolienſi annorum ferme 500. *Incipit liber Prosperi contra librum Cassiani Presbyteri, qui prænotatur de protectione Dei*: id est, contra collationem tertiam-decimam, habitam cum Abbate Chæremone. Editio Lugd. an. 1539. *De Gratia Dei, divi Prosperi contra Cassianum Collatorem Liber* Mogunt. anni 1524. & aliæ subsequentes: *Liber sancti Prosperi.* (Ven. *Aquitani*) *de gratia Dei & libero arbitrio, pro defensione* &c. Ven. *cui est de protectione Dei titulus.*

b Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. cum edit. Mogunt. Veneta, & app. op. S. Aug. Editiones autem Lugd. Lov. Duac & Colon. post vocem *lupis*, *sub nomine ovium suffragarentur.*

c Mss. Remig. & Jol. cum edit. antiquioribus Mogunt. & Ven. *ut nec ordo eorum, nec ingenia in Ecclesia despicienda videantur.* Sola Lugdun. *nec corda eorum in Ecclesia.*

d Sic Ms. Jolienſis. At Lovanienſis editio, Antuerpienſis, Lugd. Duac. & Colon. *spiritum discretionis.* Moguntinenſis vero omnium prima, quæ anno 1524. ex Ms. exemplari Benedictinorum montis S. Jacobi prodiit, habet *spirituum discretiones*: nec aliter Ms. Corb. & edit. Ven. Alludit S. Prosper ad. 1. Cor. 12. 10. Locum aliter legere est in Lugd. edit. & Ms Remig. *despicienda videantur: si quidem habentes speciem pietatis in studio . . . trahant ad se multos . . . . conturbent: atque in eum statuum . . . moliantur.*

e Ms. Remig. Mogunt. & Ven. *in eo statu.*

f Ms. Jol. cum Mog. & Ven. addit vocem, *fuisse.*

g Sic Mss. Jol. & Corb. cum, Mogunt. & Ven. & Aug. edit. nova. Alii, *pravisque*. Lov. Duac. & Colon. in margine, *alias parvis.*

h In Ms. Jolienſi his verbis, *in uno*, subjicitur, *id est, beato Augustino, quem summi Pontifices laudaverunt.* Sed suspicamur merum esse glossema scribæ amanuensis.

i Lugd. editio *pontificatui.*

runt, ab indoctis & parum cautis excellentioris scientiæ judicantur, & misero perversoque successu [a] facilem mendacio consensum eliciunt, quia reverentiam sibi præsumptione pepererunt. Nec enim, cum sint bonæ opinionis viri, creduntur ullo modo tarditate intelligentiæ, aut temeritate judicii, [b] in superfluæ querelæ conclamationem potuisse prorumpere; ac non potius magno ingenio & vehementi [c] studio laborasse, ut subtilissimi tractatoris disputationibus comprehensis, censura [d] nunc districtior & inspectio sagacior inveniret, quod antea securus favor, & benignitas incuriosa non viderat.

2. Unde ergo [e] hæc diligentia tam severi emersit examinis? Unde in hanc austeritatem [f] supercilium se tetricæ frontis armavit, ut mensuras sensuum, pondera locutionum, numeros syllabarum insidiosus scrutator eventilet, magnumque se aliquid [g] conficere præsumat, si catholico prædicatori notam erroris affigat? Quasi incognitum aliquod opus, & [h] quod hactenus latuerit, impetatur: ac non illa his morsibus doctrina lanietur, quæ novorum hæreticorum commenta disjecit, & diabolicum tumorem Pelagianæ elationis elisit. [i] Viginti & eo amplius anni sunt, quod contra inimicos gratiæ Dei catholica acies, hujus viri ductu pugnat & vincit. [k] Et vincit, dico, quia non patitur respirare quos vicit, & in quorum excidium, unam cunctorum sacerdotum manu sententiam scripsit. Pulsi pontificio, & communione privati, [l] queruntur de felicitate nostræ victoriæ, & arment in nos linguas suas, qui exulare a veritate, quam cives esse Ecclesiæ maluerunt; nostri autem concorporales, [m] & comparticipes gratiæ Christi, cur de his armis quibus communis fides est defensa, causantur? Cur bellum confectum retractant, & munitiones securæ dudum pacis infirmant? An victores displicent, & victi placent; tantaque insolentia damnati foventur errores, ut pravitatis invidia, & [n] auctores nostri pulsentur & judices? An vero ita se [o] novorum censorum norma exactior temperavit, [p] ut & nulla eorum quæ excisa sunt, [q] asserat, & quædam ex his quæ defensa sunt, respuat? Ecce salva catholicæ pace victoriæ, salva indissolubilium reverentia decretorum, parati sumus patronos doctrinæ emendatioris audire, & circumcisas ab omni errore lineas [r] subtilissimæ discretionis agnoscere. Constituatur [s] in medium, quod [t] de novis emersit ingeniis.

Episcopi Pelagiani depulsi episcopatu & excommunicati.

m V. Constitutionem Valentiniani infra appen.

Augustini ductu catholica acies Pelagianos vicit.

CAPUT II.

Cur aggrediatur unius Cassiani potissimum definitiones. Cassiani prima definitio catholica. A quo postea incipit introduci definitio, qua docetur, multos ad gratiam venire sine gratia.

ET ne ad obscurandam scientiam doctiorum, ea exagitare videamur, quæ vulgus ignobile, & procax ineptorum loquacitas intemperanter effundit; unius potissimum definitiones, quem non dubium est illis omnibus in sanctarum scripturarum studio præstare, re-

a Mss. Remig. ac Edit. Mog. & Ven. *facili mendacio*. Mss. Jol. *facile* pro *facilem*, aut *facili*.

b Edit. Mog. & Ven. *insuper suæ querelæ conclamationem*. Nec bene, ut videtur. Lugd. omisso *in*, *superfluæ querelæ conclusione*.

c Lugd. omittit vocem hanc, *studio*.

d Edit. Mogunt. & Ven. *censura tunc districtior &*. Hæc omnia non leguntur in Lugd. edit.

e Lugdun. editio, *hæc sententia*.

f Sic. August. append. cum Mss. Corb. ac Mogunt. & Ven. Lugd. *supercilium tam tetricæ frontis armavit?* Lovan. Duac. & Colon. *supercilium tam tetricæ frontis se armavit*. Mss. Jol. *supercilio se tetricæ frontis armavit*.

g Mss. Jolienses, *facere præsumat*.

h Edit. Ven. *quo hactenus*.

i Ita Mss. Jol. Item. Mss. Corb. Mogunt. edit. & Ven. exceptis his, *& eo*. At posteriores editiones habent: *Viginti annis amplius*; & omittunt, *sunt quod*. Augustinus porro contra Pelagianam hæresim pugnare anno Christi 412. cœpit, scriptis ad Marcellinum libris de peccatorum meritis ac de baptismo parvulorum. Iste ergo S. Prosperi liber viginti & amplius ab hinc annis editus, merito refertur in annum circiter 432.

k Sic. Mogunt. Ven. & append. Aug. ex Mss. Corb. Lugd. omisso, *Et*, ut posteriores quoque omittunt, *Vincit dico, quia non patitur respirare quod vincit: & in quorum excidium unum, cunctorum sacerdotum manu sententiam scripsit*.

l Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *quasi de felicitate nostræ victoriæ*. Mss. Jolienses omittit, *quasi*. Editio vetus Mogunt. sequentem sententiam cum præcedente, ceu duo unius sententiæ membra, connectit, & loco *queruntur, armant*; habet, *queruntur, armant*. Idem exhibet & Veneta editio: at sensum hujus loci a præcedentibus distinguit comate, & majori littera initio appositâ.

m Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *ac participes . . . defensâ*. Mss. Jol. & Corb. Aug. edit. Edit. Mogunt. & Ven. ut in textu.

n Sola Lugd. editio, *Auctores displicent*: ceteris prætermissis; *tanta insolentia*.

o Lugd. edit. *novorum sensuum*.

p Mogunt. & Ven. edit. *quod & nulla*.

q Mss. Jolienses *asserant . . . . respuant*.

r Mogunt. & Ven. *subtilissimas*.

s Mss. Jol. *in medium*. Mogunt. & Ven. *Constituant in medium*: tum pergunt unius tenore sententiæ, usque ad hæc, *loquacitas intemperanter effudit. Unius*, &c. Eodem modo distinctum legitur in Lovan. edit.

t Manuscriptus Remigianus, *quod de novis semper emersit*. Jam tum emerserant aliæ contra Augustinum quæstiones, quibus responderat in opusculis supra editis contra Gallos ac Vincentium, & ad excerpta Genuensium. Cum vero Cassiani, Augustini æmulorum anteſignani, liber forte nondum ipsi innotuisset, aut meliora de ingenio alias optimo speraſſet; nunc tandem refellendas suscipit Cassiani potissimum definitiones, quæ stilo editæ in vulgus circumferri jam cœperant, & in quibus nova arte oppugnati videbatur doctrina S. Augustini.

referemus. [a] Quas etiam ob hoc solum interim in disceptationem oportet [b] adsumere, quia utrum ita se habeant, non potest dubitari. [c] Scriptæ enim sunt, & auctoris sui editione publicatæ: nec jam, an sint, quærendum est; sed quid doceant, demonstrandum. Igitur in libro cujus prænotatio est, DE PROTECTIONE DEI, * vir quidam sacerdotalis [d], qui disputandi usu inter eos, [e] quibuscum degit, excellit, Abbatem * quemdam introducit de gratia Dei & libero arbitrio differentem, cujus se per omnia probasse ac suscepisse ostendit sententiam: ut jam non cum illo nobis sit negotium, qui forte tales opiniones suas aut negando refutaret, aut corrigendo dilueret; sed cum isto, qui ad instrumentum inimicorum gratiæ Dei, talem studuit proferre doctrinam.

2. [f] Quæ tamen inter initia disputationis a veritatis pietate non dissonat, & justo honorari præconio mereretur, nisi præcipiti [g] lævoque progressu, ab inchoata rectitudine deviaret. Nam post comparationem agricolæ, [h] cui formam sub gratia ac fide viventis aptavit, & cujus infructuosum esse dixit laborem, nisi per omnia Dei auxilio juvaretur, intulit definitionem [i] catholicissimam, dicens: *Quibus manifeste colligitur, non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse* [k] *principium: qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datum bonum & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum: qui & incipit quæ bona sunt, & exsequitur, & consummat in nobis,* [l] *dicente Apostolo, Qui dat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & crescere faciet fructus justitiæ vestræ.* Hic ne quis putaret nihil superesse quod per liberum ageretur arbitrium, non irrationabiliter adjecit quo probaret, non auferri illud his donis, sed potius roborari, nisi [m] revolutum ad iniquitates suas, ab auxilio Dei se [n] mallet avertere. *Nostrum vero est,* inquit, *quotidie adtrahentem nos gratiam Dei ut humiliter subsequamur,* [o] *vel certe dura cervice & incircumcisis, ut scriptum est, auribus eidem resistentes, per Jeremiam mereamur audire, Numquid qui cadit non resurget? aut qui aversus est, non revertetur? Quare ergo aversus est populus iste in Jerusalem, aversione contentiosa: induraverunt cervices suas, & noluerunt reverti?* [p] Item infra, cum omnia virtutum studia Dei gratia indigere docuisset, probabiliter addidit, dicens: *Quæ omnia, sicut desiderari a nobis jugiter absque divina inspiratione non possunt,* [q] *ita nec perfici quidem sine ejus auxilio ullatenus queunt.*

3. In septimo * autem capitulo, generalem volens ostendere gratiam Christi, quæ nullum usquequaque [r] hominum prætermittat, & rebelles quoque [s] adversosque non deserat: *Adest igitur,* inquit, *inseparabiliter nobis* [t] *divina protectio, tantaque est erga creaturam suam pietas Creatoris, ut non solum comitetur eam, sed etiam præcedat* [u] *jugiter providentia.* In quo potest videri,

* Cassianus presbyter Collat. 13.

* Charemonem.

Cassiani definitio prima catholica.

Cassiani verba collationis 13. cap. 3. *Jacob.* 1. 17

* *Nunc est cap.* 8.

Definitio secunda.

a In edit. Mogunt. & Veneta, post *referemus*. *Cujus decreta ob hoc solum interim oportet in medium adduci, quia utrum &c.* Hoc ipsum est etiam in Mss. Corb. sed insertum post, *oportet adsumi*: in eoque codice ante, *Quas etiam ob hoc solas*, præfixa est particula, *alibi*: qua indicatur alterum ex illis duobus dictis aliunde adscitum esse. In Ms. Remigiano. *Quarum alibi, quas etiam ob hoc solas interim in disceptationem oportet assumi, decreta ob hoc solum interim oportet in medium adduci.* Ms. Jolienses. *Quarum secreta ob hoc solum interim oportet in medium adduci.*

b Apud Aug. ex Mss. Corb. *adsumi.*

c Mss. Corb. Remig. & Jol. *purgatæ.* Editiones Mogunt. & Ven. *scripta enim sunt, & actoris sui editione purgata*: referentes ad *decreta.*

d Lugd. Lov. Duac. & Colon. addunt, *ordinis.* Aberat a Corb. Mogunt. & Ven.

e Ms. Jol. Mogunt. & Ven. *cum quibus.* Lugd. edit. *quibuscum egit*: aliæ omnes, *quibuscum degit.*

f Edit. append. Aug. to. 10. ex Mss. Corb. *Qui tamen, id est, Cassianus.* Aliæ omnes editiones, cum Jol. & Remig. *Quæ tamen*: subaudi, *doctrina.*

g Edit. Lugd. *lenique progressu*, minus bene, ut videtur.

h Ms. Jol. *cujus formam.... viventis*, forte, *viventi.*

i Ms. Jol. *definitionem catholicam.*

k Ms. Jol. *principia.*

l Ms. Jol. *dicente etiam apostolo Paulo, quia qui dat.* Hæc verba, *dicente Apostolo*, absunt ab edit. Mogunt. & Ven. in quibus continua oratione habetur post, *& consummat in nobis, & panem ad manducandum præstat, & crescere facit fructus justitiæ nostræ.* In edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. paulo aliter distinguitur hæc sententia: scilicet, *Qui dat semen seminanti, & panem ad manducandum: præstabit, & crescere faciet fructus justitiæ vestræ.*

m Sic Ms. Jolienses, cum Edit. Lovan. Duac. & Colon. & Aug. editio. At vero Ms. Remig. cum Mogunt. Ven. & Lugd. *revolutus.* Quod in marginem rejectum in posterius editis, cum hac annotatione, *vel si legas in masculino genere, adde, homo.*

n Sic Ms. Jol. cum Mog. Ven. & August. edit. ex Mss. Corb. Alii codices, *se malit.*

o Sic legitur in Mss. Jolienses, & in edit. Mogunt. & Ven. nec non in append. to. 10. Aug. ex Mss. Corb. excepto quod in Mog. & Ven. legitur, *cervices* absque voce hac, *suas.* In aliis vero edit. omisso, *vel certe: ne dura cervice & in circumcisis auribus eidem resistentes*, &c.

p Sic Ms. Jol. cum Mog. Ven. & edit. app. Aug. ex Mss. Corb. Reliqui, *Et infra*,

q Ita Ms. Jol. & edit. Mog. ac Ven. Ceteri, *ita ne perfici.* In eod. Ms. Jol. supra omittitur, *dicens.*

r Quidam codices, *hominem.*

s Mss. Corb. *aversosque.* Edit. Mog. & Ven. *perversosque.*

t Hic Lovan. Duac. & Colon. addunt, *semper*: qua vox abest a Mss. Jol. Corb. & Remig. ac. edit. Mog. Ven. & Lugd.

u Ms. Jol. caret hac voce, *jugiter.*

ob hoc comitem dixisse providentiam, [a] quia etiam deferentes se plerumque non deserat; vel quia omnes quos prævenit, eosdem subsequatur. [b] Sequitur autem dicens: *Qui cum in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis inspexerit, illuminat eam* [c], *atque confortat, atque dirigit ad salutem, incrementum tribuens ei, quam vel ipse plantavit,* [d] *vel nostro conatu viderit emersisse.* Et hic potest adhuc dicere, illius se ortum bonæ voluntatis significasse, cujus a Deo, [e] sint plantata vel inspirata principia: quia ab illuminatis jam cordibus [f] possint salubres prodire conatus, qui ideo ipsius hominis proprii esse dicantur, quia jam bonorum conatuum acceperit facultatem, eorumque semina ad suum referantur auctorem.

* *alias Cap. 3.* [g] Incipit a Cassiano introduci definitio, qua docetur, multos ad gratiam venire sine gratia. [h] *Isai. 65. 2.* [i] [k] [l] [m]

* 4. Sed & in capitulo nono subdidit, [g] & dixit: *Unde non facile humana ratione discernitur, quemadmodum Dominus petentibus tribuat, a quærentibus inveniatur, aperiatque pulsantibus: & rursus inveniatur a non quærentibus se,* [h] *palam appareat inter illos qui illum non interrogabant; tota die expandat manus ad populum non* [i] *credentem sibi & contradicentem, resistentes ac longe positos vocet, invitos adtrahat ad salutem, peccare cupientibus, explendæ copiam subtrahat* [k] *voluntatis, ad nequitiam properantibus benignus obsistat.* Jam hic quasi per inscrutabilem diversitatem introducitur definitio, [l] qua docetur multos ad gratiam venire sine gratia, & hunc affectum petendi, quærendi, [m] pulsandi, habere quosdam de vigilantia liberæ voluntatis: quæ tamen in aliis tanta aversione obcæcata perhibetur, ut nullis cohortationibus sit revocabilis, nisi per vim trahentis invita ducatur. Quasi [n] non toto multiformis gratiæ opere hoc in omnium agatur animis, ut ex nolentibus fiant volentes; aut quisquam ex his qui jam judicio rationis utuntur, possit fidem nisi voluntate suscipere. [o] Unde tam ineptum est dicere, quod quisquam ad participationem gratiæ tendat invitus, quam asserere quod ullus ad eam non Spiritu Dei veniat incitatus.

[n] [o]

5. Cito ergo hic disputator præmissæ definitionis oblitus est, cito a sententia sua [p] instabili levitate dissensit. Dixerat enim regulariter, *Non solum actuum verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium.* Et ne hoc de doctrina extrinsecus adhibita deberet intelligi, vigilanter addiderat: * *Qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ recte cupimus, tribuit peragendi.* [q] *Omne enim datum bonum, & omne donum perfectum de sursum est descendens a Patre luminum, qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur & consummat in nobis.* Doctor catholice, cur professionem tuam deseris? Cur ad [r] famosam falsitatis caliginem, relicta serenissimæ veritatis luce devolueris? Quod in petentibus, quærentibus, pulsantibusque miraris, cur non eidem gratiæ, quæ desideratur, adscribis? Vides bonos conatus, pia studia, & dubitas esse [s] Dei dona? [t] Latuerit opus gratiæ, donec fides insita cogitationis claudebatur arcano: at ubi supplex oratio, ubi diligens inquisitio, ubi [u] apparet crebra pulsatio, quare non ex qualitate operis subministrationem intelligis incitantis?

[p] *Vide supra c. 2. n. 2.* * *alias Cap. 4.* [q] [r] [s] [t] [u]

CA-

a Edit. Lugd. Lov. Duac. & Colon. addunt, *etiam*; Mss. Jol. Remig. & Corb. non addunt, nec edit. Mog. & Ven.

b Editiones Mogunt. & Ven. *Sequitur enim.* Alii codices, *autem.*

c Sic legitur in Mss. Corb. Remig. & Jol. ac in Edit. Mog. Ven & Lugd. At edit. Lugd. Duac. & Colon. addunt hic, *confestim*: deinde habent, *atque confortat, & incitat ad salutem.* Idem habetur etiam in append. August. non omisso, *confestim.*

d Editione. Mogunt. & Ven. *vel quæ nostro conatu videtur emersisse.*

e Mss. Jolienses, *sunt plantata.*

f Sic. Mss. Corb. Remig. & Jolienses. cum edit. Lugdun. & append August. At vero Mog. Ven. Lov. Duac. & Colon. *possunt . . . . esse dicuntur*, edit. Aug. *dicantur.*

g Sic Mss. Jol. Corb. & Remig. atque edit. Mogunt. & Ven. excepto quod Mogunt. habet, *& dicit.* Editione. Lugdun. Lovan. Duac. & Colon. *Sed capitulo nono subdit, & dicit.*

h Edit. Mogunt. & Ven. *ut palam appareat inter illos, qui illum non rogabant.*

i Edit. Lugd. *non credentem, sed contradicentem* absque voce, *sibi: resistentes a longe positos vocet.*

k Mss. Corb. & Remig. ac Edit. Mogunt. & Ven. *voluptatis.*

l Ms. Remigianus, *quæ doceatur.*

m Ita Mss. Corb. & Jol. cum Mog. Ven. & append. to. 10. Aug. Alii addunt, *atque.*

n Edit. Lugd. sola, *in toto.* Sed male, ut patet ex aliis codicibus, & sensu loci totius.

o Editiones Mogunt. & Ven. *Sed quid tam ineptum est, quam dicere, quod quisquam ad participationem gratiæ tendat invitus.* Ceteris prætermissis, usque ad, *Cito ergo.*

p Ita Ms. Jol. & ex Ms. Corb. Aug. edit. cum Mogunt. & Ven. Posteriores editiones, *instabilitate & levitate discessit.*

q Edit. Lugd. *Omne enim datum optimum.* Lov. Duac. & Colon. omisso, *enim: Omne datum optimum & donum.* Mss. Jol. & Corb. & Edit. Mogunt. & Ven. ut in textu.

r Sic Mss. Corb. & Jol. At editiones omnes, *famosam.* quarum plures in margine ex conjectura notant, *fumosam.*

s Lugd. editio sola, *Dei bona.*

t Editiones Mogunt. & Ven. *Latuerat.*

u Ms. Jolienses omittit verbum, *apparet*: deinde post pauca, *quare non ex æqualitate operis.* Melius alii ut in textu.

CAPUT III.

Cassianus nec cum Pelagianis, nec cum Catholicis plene concordat : dum errando asserit alios per gratiam, alios per legem & naturam justificari. Definitio 3. Cassiani : Appetitum virtutum habere hominem a se ipso. Refellitur ex antea confessis in prima definitione.

* *alias cap. 5.*

a [a] ET satis te contra Pelagianorum calumnias præcavere existimas, si quod in universitate vocatorum sentiendum est, id nobis [b] in portione concedas. Sed nec cum hæreticis tibi, nec cum catholicis [c] plena concordia est. Illi in omnibus justis hominum operibus, liberæ voluntatis tuentur exordia: nos bonarum cogitationum ex Deo semper credimus prodire principia: tu informe nescio quid tertium, & utrique parti inconveniens reperisti, quo nec inimicorum consensum adquireres, nec in nostrorum intelligentia permaneres. * Quomodo autem non advertis, [d] te in illud damnatum incidere, quod, velis nolis, convinceris dicere, *Gratiam Dei secundum merita nostra dari*; cum aliquid præcedere boni operis ex ipsis hominibus, propter quod gratiam consequantur, affirmas? Non enim nullius meriti haberi potest petentis fides, quærentis pietas, pulsantis instantia: præcipue cum omnes ejusmodi, & accipere [e] & invenire, & intrare dicantur. In quo superfluum, immo impium est, sic velle meritis ante gratiam existentibus locum facere, ut non ex toto verum sit quod ait Dominus, *Nemo venit ad me, nisi Pater, qui misit me, adtraxerit eum*: [f] quod nullatenus diceretur, si cujusquam sine Dei illuminatione esset credenda conversio; aut ullo modo se voluntas hominis ad Deum sine Deo posset extendere: qui eum vocatum ad Filium [g] trahit; non resistentem invitumque compellit, sed ex invito volentem facit, & quibuslibet modis infidelitatem resistentis inclinat; ut cor audientis, obediendi in se delectatione [h] generata, ibi surgat, ubi premebatur; ibi discat, [i] ubi ignorabat; inde fidat, unde diffidebat; inde velit, unde nolebat. Etenim *Dominus dabit* [k] *suavitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* * Sed videamus qualia subsequantur: *Cui autem* [l] *facile pateat, quomodo salutis summa nostro tribuatur arbitrio? de quo dicitur, Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis. Et quomodo non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei? Quid etiam sit illud, quod Deus reddet unicuique secundum opera ejus; &, Deus est qui operatur in vobis & velle, & perficere, pro bona voluntate: & hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ut ne quis glorietur?* [m] Et cetera quæ collecta de Scripturis, quasi alterno sibi sensu adversa collegit, ut donis gratiæ studium humanæ committat industriæ; & omnium hominum divisione facta, alii sint quos gratia Dei salvet, alii quos lex & natura justificet. Sed lex potest, ne quid mali fiat, jubere; a malo autem non potest liberare. Notum facit mandatum, sed obediendi non præstat affectum: [n] nisi quod est occidens per imperium litteræ, fiat vivificans per spiritum gratiæ.

* 2. Post hæc concludit, dicens: *Nisi quod in his omnibus & gratia Dei, & libertas nostri declaratur arbitrii,* [o] *& quia etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi, semper vero a Domino indigeat adjuvari.* Et ubi est, quod regulari definitione præmissum est: *Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium, qui & incipit quæ bona sunt, & exsequitur, & consummat in nobis?* Ecce hic etiam si bonis cœptis necessarium Dei fateris auxilium: ipsos tamen laudabiles motus appetitusque virtutum, re-

b Cassianus nec cum Pelagianis nec cum catholicis plene concordat.

c

* *alias cap. 6.*

d

e Meritis nullus locus ante gratiam. *Joan. 6. 44.*

f

g Gratia facit ex invito volentem.

h

i

k *Ps. 84. 13.*

* *alias cap. 7.*

l *Collat. 13. c. 9. Isai. 1. 19. Rom. 9. 16. Matt. 16. 17. Philip. 2. 13.*

m Error Cassiani alios per gratiam salvari, alios per legem & naturam justificari. Legis & gratiæ differentia.

n

* *alias cap. 8. Ibidem.*

o Definitio 3. Cassiani, Appetitum virtutum habere hominem a seipso. *Vide supra cap. 1. n. 4.*

a Sic Mss. Remigiano-Remensis, cum edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. At Mss. Corb. & ex eo edit. August. append. item Mss. Jolienses cum edit. Mogunt. & Ven. *Et satis te armas contra Pelagianorum calumnias.*

b Mss. Jolienses, *importune.*

c Editio Lugdun. *plena discordia est.*

d Mss. Jolienses, *damnatitium te in illud incidere, quo, velis nolis,*

e Edit. Lovan. Duac. & Colon. *& venire.* Melius Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. *& invenire.*

f Hæc verba, *quod nullatenus diceretur*, quæ aberant ab editis omnibus, restituenda credidimus solius etiam auctoritate Mss. Jolienses, loci sensu id exigente.

g Editiones Mogunt. & Ven. post vocem *trahit*, omisso, *non, resistentem invitumque compellit, & ex invito volentem facit.* Mss. Jolienses, *vocatum ad Filium non resistentem trahit, invitumque compellit, si ex invito.*

h Mss. Jolienses, *genitâ.*

i Edit. Mog. & Ven. *ubi ignorat*, omittuntque hæc, *inde fidat, unde diffidebat; inde velit unde nolebat.*

k Mss. Remigianus, *benignitatem.*

l Mss. Jolienses, *non facile pateat:* melius absque negatione. Editiones Mogunt. & Ven. *Cum autem facile pateat, &c. . . . Deus est qui operatur in nobis & velle & perficere pro bona voluntate nostra, & hoc non ex nobis.* In edit. append. August. ex Mss. Corb. legitur, *pro bona voluntate vestra.* & supra Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *reddit unicuique.*

m Editio Lovan. *Ecce tamquam collecta de Scripturis, quasi alterno sibi sensu adversa collidit.*

n Mss. Remig. & Jolienses, cum Edit. Mogunt. & Ven. *qui est occidens.*

o Abest & a Mss. Corb. & Jol. & Edit. Lugd. Mog. & Ven. quæ duæ posteriores sic habent, *quia etiam suis . . . . potest extendi, semper vero a Domino indiget adjuvari.* Suffragatur Mss. Jolienses.

mota gratia Dei, nudæ liberati adscribis arbitrii: ut boni salubresque conatus nequeant quidem proficere, nisi Deus
a adjuvet; [a] possint tamen, etiam si non a Deo inspirentur, incipere.

CAPUT IV.

Contra Cassianum probatur, nec desiderium sanitatis haberi sine gratia. Quarta Cassiani definitio: Per naturæ bonum aliquando bonarum voluntatum prodire principia. Refellitur, tam ex prima sua definitione, quam ex Apostolo, cujus locus iste, Velle enim adjacet mihi, *a prava interpretatione vindicatur.*

DEinde, ut evidentius definias, quid homo ex libero arbitrio habeat, quid
b sumat [b] ex gratia, addis, & dicis: *Collat.13. c.9.* *Nec enim cum voluerit quis, sanitate perfruitur, aut de ægritudinis morbo, pro arbitrii sui desiderio liberatur.* Doces ergo, non posse quidem hominem per semetipsum apprehendere sanitatem, sed habere eum a semetipso desiderium sanitatis; & sua tantum sponte venire ad medicum, non etiam hoc ipsum medici esse, quod veniat. Quasi vero anima ipsa non langueat, & corpori suo remedium sana prospiciat. Atqui totus homo ex ipsa & cum ipsa in profundum miseriæ [c] suæ decidit, [d] ubi eam, prius quam a medico notitiam suæ calamitatis accipiat, jacere delectat, amantem [e] semper errores suos, & amplectentem falsa pro veris. Cujus prima salus est, ut sibi incipiat displicere, & vetustatem suæ debilitatis odisse: sequens vero est, ut & sanari desideret, & a quo sananda sit, noverit. [f] Quæ curationem ipsius sic præcedunt, ut ei ab illo, qui ægram sanaturus est, inserantur: ne, cum [g] ei nullo modo hæc frustra inesse possint, merito videatur salvata, non gratia.

Contra Cassianum, nec desiderium sanctitatis haberi sine gratia. *Ibidem.*

c d e

Vide responsionem ad 6. objectionem Gallorum.

f

g

2. Deinde adjicis: *Ut autem evidentius clareat, etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire principia, quæ tamen nisi a Deo dirigantur, ad consummationem* [h] *virtutum provenire non possunt, Apostolus* [i] *testis est, dicens* Velle enim adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio. Falso ergo secundum hanc definitionem ante dixisti, *Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium; qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis.* Sed hoc nullo modo ex aliqua parte potest esse falsum: cui nequaquam inferri contraria debuerunt; ut quod recte professus es ex gratia incipere, id postea [k] confirmares per naturæ bonum & per liberum arbitrium nos habere. Dixit quidem beatus Apostolus, *Velle enim adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio.* [m] Sed idem dixit, [n] *Non quia idonei simus cogitare aliquid a* [o] *nobis quasi ex nobis ipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* [p] Et idem dixit, *Deus est enim qui operatur in vobis & velle* [q] *& operari pro bona voluntate.* Non ergo Apostolus sibi contrarius est. Sed cum donatum nobis fuerit bonum velle, non statim invenimus & facere, nisi petentibus, quærentibus atque pulsantibus, qui dedit desiderium, præstet effectum. [r] Vox namque ista dicentis, *Velle enim adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio*, vocati est, [s] & jam sub gratia constituti: qui condelectatur quidem legi Dei secundum interiorem hominem sed videt aliam legem in membris suis, repugnantem legi mentis suæ, & captivantem se in lege peccati: & quamvis acceperit scientiam recte volendi, virtutem tamen in se non invenit [t] ea quæ optat operandi; donec pro bona voluntate quam sumpsit, mereatur [u] virtutum facultatem invenire quam quærit.

4. Definitio Cassiani: Per naturæ bonum aliquando bonarum voluntatum prodire principia.

h i

Rom.7.18.

k l

Rom.7.18. m

2.Cor.3.5. n o

Philip. 2. 13. p q

Rom.7.18. r

s

Ibid. 22. & 23.

t

u

Ibidem.

CA-

a Editi plerique, *possunt tamen*. Ven. *possint tamen esse, etiam si non a Deo incipiente inspirentur.*

b Ita Mss. Corb. Jol. & Remig. cum edit. Mogunt. & Ven. Lugd. Lov. Duac. & Colon, *ex gratia Dei.*

c Ms. Jol. omittit hanc vocem, *suæ.*

d Mogunt. & Ven. *ubi eum*: ceteri, *ubi eam*, referentes ad *animam*, non ad hominem, de quo proxime sermo erat.

e Edit. Lugd. sola omittit vocem hanc, *semper.*

f Ms. Jol. *curationem ejus.* Ms. Remig. *curationem illius*, & paulo post Edit. Mog. *quia ægram sanaturus est*: ubi Ms. Jol. *qui eum gratia.*

g Ita Mss. Corb. Remig. & Jolienſis, cum edit Mogunt. & Ven. At posteriores editiones, *cum ei ullo modo hæc ineſſe poſſint*: & ſtatim Ms. Jol. *merito videatur ſalvatus*, ſcilicet, homo.

h Ms. Jolienſis omittit hanc vocem, *virtutum*, habetque, *non poſſint.*

i Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. cum edit. append. Aug. Mogunt. & Ven. At Lugd. Lov. Duac. & Colon. *teſtatur.*

k Edit. Mogunt. & Ven. *firmares.*

l Ms. Jol. Mog. & Ven *Dicit quidem Apoſtolus.*

m Ms. Jol. *ſed itidem dixit*, Edit. Mog. & Ven. *ſed idem dicit.*

n Editi Mogunt. & Ven. *Quia non idonei ſumus*. Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *non quod.*

o Ms. Jol. *ex nobis quaſi ex nobis*. Ms. Remig *ex nobis, quaſi a nobis ipſis*. In Lugd. Lov. Duac. & Colon. *aliquid ex nobis ipſis.*

p Ms. Jolienſis, *Et iterum.*

q Poſteriores editiones Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *& perficere* habent, loco, *& operari*, quod legitur in Ms. Corb. edit. append. Aug. Mogunt. & Ven. Quæ duæ ſcribunt *nobis*, pro *vobis.*

r Hæc vox *namque* abeſt a Mss. Corb. Remig. & Jol. necnon a Mogunt. & Ven.

s Hæc verba, *& jam* deſiderantur in Lugd. Lov. Duac. & Colon. leguntur in Mss. Corb. Remig. & Jol. nec non in Edit. Mogunt. & Ven.

t Ita emendamus ex Ms. Jolienſi. Reliqui omnes, *eorum quas optat operandi*: minus congrue, ut videtur.

u Sic legimus in Mss. Corb. Remig. & Jolienſi, nec non in edit. Mogunt. & Ven. Poſteriores autem editiones poſt, *quam ſumpſit*, ferebant, *mereatur invenire qui faciat.*

CAPUT V.

Definitio quinta Cassiani : Simul suscipiendas esse sententias contrarias ; & illam quæ bonam voluntatem nasci ex gratia , & illam quæ ex bona voluntate gratiam pendere dicit . Opinio Cassiani catholicis perinde atque Pelagianis errorem affingit . Refellitur ex definitionibus summorum Pontificum & conciliorum .

* *alias Cap. 9.* * POst hæc ponis plurima testimonia, quibus nunc validum, nunc infirmum liberum arbitrium demonstretur: quasi quidam sint, qui propriis viribus impleant, quod alii facere, [a] nisi Deo adjuvante non possunt; aut ob aliud homo accipiat præceptum, nisi ut divinum quærat auxilium. Concludis ergo, & dicis: *Et ita sunt hæc quodammodo* [b] *indiscrete permista atque confusa, ut quid ex quo pendeat, inter multos magna quæstione volvatur: id est, utrum, quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, misereatur nostri Deus; an quia Deus misereatur, consequamur bonæ voluntatis initium. Multi enim singula hæc credentes, ac justo amplius asserentes, variis sibique contrariis sunt erroribus involuti.* Ecce, ut tibi videtur, [c] quæ erant permista, discreta sunt; & quæ explicari non poterant, absoluta. [d] Duos enim esse sibi contrarios definis errores, quibus qui inter liberum arbitrium & gratiam quid tenendum sit nesciunt, implicentur. Et in uno [e] constituis eos qui dicunt, ideo nostri misereri Deum, quia ex nobis præbita sint bonæ initia voluntatis; significans sine dubio Pelagiani dogmatis sectatores, [f] qui dicunt, gratiam Dei secundum merita nostra dari: in alio autem illos ponis, qui dicunt, [g] ex misericordia Dei bonarum voluntatum prodire principia; eos intelligi volens, qui inimicos gratiæ debellarunt. Si ergo error est, initia bonæ voluntatis non adjuto divinitus homini adscribere, & error est confiteri quoniam præparatur voluntas a Domino, [h] quo dirigendi sumus, ut utrumque vitemus?

2. *Si utrumque*, inquis, *sequamur, nos nulli errori* [i] *adquievimus*. Tu nos subdis duobus, & geminas, sicut intelligis, pravitates: dividendo damnas, miscendo justificas. Hac lege, [k] hac regula poteris prædicare, quod tam errent [l] qui dicunt, * semper esse fallendum, quam qui definiunt, numquam esse fallendum; sed ut in neutro peccetur, utrumque sectandum: [m] quia nec semper declinanda falsitas, nec semper negligenda sit veritas. Fallit te prorsus opinio tua. De duobus malis unum fieri bonum non potest: unam virtutem duo vitia non gignunt: unum verum duo falsa non faciunt. [n] Quæ enim merito paria sunt, non minuuntur coeundo, sed crescunt. Non itaque oportuit eos, qui bonarum voluntatum initia ex Dei asserunt inspiratione generari, ea sententia reprehendi, qua arguuntur, qui ad hæc liberum arbitrium putant sibi sine ope gratiæ posse sufficere. Harum enim definitionum una ab Ecclesia expugnata est, [o] alia defensa: nec eis ullo modo hujus novi fœderis congruit pactum, quo catholica sit corruptior, [p] quam Pelagiana correctior.

* 3. *Multi*, inquis, *singula hæc credentes ac justo amplius asserentes*, [q] *variis sibique contrariis sunt erroribus involuti*. Placet igitur tibi, cum hæreticis catholicos, cum victis damnare victores: & eos erroris nota adurere, qui errorem ab Ecclesia depulerunt? Secundum quippe tuam censuram, qua sanctarum & fidelium voluntatum [r] non in omnibus hominibus ex Deo vis esse principium, (quasi multum gratiæ tribuas, si hoc eam in quorumdam operari mentibus adquiescas,) erravit Papa INNOCENTIUS [f], & Petri sede dignissimus, qui „ cum de istis loqueretur, qui in libe„ ro arbitrio gloriantur; Nam quid, in„ quit

Notatur 17. Collat. Cassiani, in qua docet quandoque esse licitum mentiri.

Epist. 181. inter ep. Aug. n. 7.

Opinio Cassiani catholicis perinde ac Pelagianis errorem affingit.

a Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. cum edit. Mog. & Ven. Editiones Lugd. Lov. Duac. & Colon. *Deo non adjuvante non possunt.*

b Editiones Mog. & Ven. *indiscreta, permista, atque confusa*, & post aliquot lineas iidem codices, *Multi enim hæc credentes singula.*

c Sola Lugd. editio, *quæ confusa erant.*

d Mss. Jol. & edit. Lugd. *Duos enim sibi contrarios definis errores*: tum sola Lugd. editio *quibus inter liberum arbitrium & gratiam contentiose disputantes, quid tenendum sit, implicentur.*

e Editio Lugd. *qui dicunt gratiam dari secundum merita nostra*: omissis ceteris omnibus quæ interjacent in aliis codicibus.

f Mss. Jolienses, *constituisti eos &c.* Mss. Remig. post pauca, *proculdubio.*

g Edit. Lugd. sola, *ex misericordia a Deo.*

h Mss. Jol. *quo dirigendi sumus? Utrumque vitemus.*

i Edit. Lov. Duac. & Colon. *acquiescemus.*

k Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. ac Editi Mog. & Ven. Alii, *ac regula.*

l Mss. Jolienses, *qui dicunt numquam esse fallendum, quam qui definiunt semper esse fallendum.*

m Editio Lugd. sola, *quia nec semper declinanda sit severitas.* Ceteris omissis.

n Editio Lugd. *Quæ enim paria sunt, merito non minuuntur*, &c. Aliæ editiones, *paria sunt merito.* Mog. & Ven. *merito paria sunt.*

o Mss. Jol. *altera defensa.*

p Mss. Jolienses omittit particulam, *quam*

q Editio Lugdun. *variis sibi contrariis*, omisso *que*

r Ita Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Edit. Mog. & Ven. Lov. Duac & Colon. *asseris non in omnibus hominibus ex Deo esse principium.* Lugdun. vero, *ex Deo habuisse principium.*

f Edit. Mogunt. & Ven. *beatissimi Petri.*

„ quit, nos de eorum posthac rectum
a „ mentibus [a] æstimemus, qui sibi se pu-
„ tant debere, quod boni sunt? Et ite-
i „ rum cum de primi hominis scriberet
„ lapsu: Liberum enim, inquit, arbi-
„ trium olim ille perpessus, dum suis
„ inconsultius utitur bonis, cadens in
„ prævaricationis profunda demersus est,
b „ [b] & nihil quemadmodum exinde sur-
Vide lib. de gestis Pelagii c. 14. 33. 35. inf. app. „ gere posset, invenit; suaque in æter-
„ num libertate deceptus, [c] hujus ruinæ
c „ jacuisset oppressu, nisi eum post
d „ Christi pro sua gratia [d] relevasset ad-
Carthaginense can. 4. & 5. inf. app. „ ventus. Erraverunt ORIENTALES
„ EPISCOPI, in quorum judicio Pela-
„ gius, eos qui dicunt gratiam Dei se-
„ cundum merita nostra dari, ut catho-
e „ licus posset videri, anathematizare com-
„ pulsus est. Erraverunt [e] AFRICA-
„ NA Episcoporum CONCILIA, quæ
„ decretis suis constituerunt, utrumque
„ Dei donum esse, & scire quid facere
„ debeamus, & diligere ut faciamus: ut
„ ædificante caritate, scientia non pos-
„ sit inflare: quia sicut de Deo scriptum est,
f „ [f] Qui docet hominem scientiam; ita
Ps. 98. 10. 1. Joan. 4. 7. „ scriptum est, Caritas ex Deo est. Er-
„ raverunt DUCENTI QUATUOR-
q „ DECIM SACERDOTES qui in epi-
g „ stola quam suis constitutionibus [g] præ-
h „ tulerunt, [h] ita ad Apostolicæ sedis an-
„ tistitem beatum Zosimum sunt locuti:
„ Constituimus, in Pelagium atque Cæ-
„ lestium per venerabilem episcopum
„ Innocentium de beatissimi Apostoli
„ Petri sede prolatam manere senten-
„ tiam, donec apertissima confessione
„ fateantur, gratia Dei per Jesum Chri-
„ stum Dominum nostrum, non solum
„ ad cognoscendam, verum etiam ad
„ faciendam justitiam, nos per actus
i „ singulos adjuvari; ita ut sine illa [i]
„ nihil veræ sanctæque pietatis habere,
„ cogitare, dicere, agere valeamus. Er-
„ ravit sacrosancta beati Petri sedes,
„ quæ ad universum orbem Papæ ZO-
„ ZIMI ore sic loquitur: Nos tamen
„ instinctu Dei, (omnia enim bona ad
„ auctorem suum referenda sunt, unde
„ nascuntur,) ad fratrum & coepisco-
„ porum nostrorum conscientiam uni-
„ versa retulimus. Erraverunt [k] AFRI k
„ EPISCOPI ad eumdem Papam Zo-
„ simum rescribentes, eumque in sen-
„ tentiæ [l] suæ hujus salubritate laudan- l
„ tes, cum ajunt: Illud vero quod in
„ litteris tuis, quas [m] ad universas pro- m
„ vincias curasti esse mittendas, posui-
„ sti, dicens, Nos tamen instinctu Dei,
„ (omnia enim bona ad auctorem suum
„ referenda sunt, unde nascuntur,) ad
„ fratrum & coepiscoporum nostrorum
„ conscientiam universa retulimus: sic
„ accepimus dictum, ut illos qui contra
„ Dei adjutorium extollunt humani ar-
„ bitrii libertatem, distincto gladio ve-
„ ritatis, velut cursim transiens, ampu-
„ tares. Quid enim tam libero fecisti
„ arbitrio, quam quod universa in no-
„ stræ humilitatis conscientiam retuli-
„ sti? Et tamen instinctu Dei factum
„ esse, fideliter sapienterque vidisti, ve-
„ raciter fidenterque dixisti. Ideo uti-
„ que, quoniam præparatur voluntas a
„ Domino, & ut boni aliquid agant, *Prov. 8. sec. LXX.*
„ paternis inspirationibus suorum ipse
„ tangit [n] corda filiorum. Quotquot n
„ enim Spiritu Dei aguntur, hi filii *Rom. 8. 14.*
„ sunt Dei. Ut nec nostrum sentiamus
„ deesse arbitrium, & in bonis quibus-
„ que [o] voluntatis humanæ singulis mo- o
„ tibus, magis illius valere non dubite-
„ mus auxilium. Videsne regulas tuas
„ invictarum constitutionum soliditate
„ confractas, [p] & in fidei structura pra- p
„ vas [q] rimosasque juncturas, velut Jeri- q
Josue 6. 20.

a Edit. Mogunt. & Ven. *Numquid . . . . qui sibi putant debere.* Ven. *qui sibi putant deberi.* Lugd. & posteriores, *Nam quid, inquit, nos de eorum post hæc rectum mentibus existimemus, qui sibi reputant deberi.*

b Has voculas, *est &* ex Innoc. Epistola tom. 2. operum August. addimus. Aberant a codicibus Prosperianis, excepta edit. Ven. quæ habet, *surgere possit.*

c Mss. Corb. & Jol. *hujus ruinæ latuisset oppressu.* Sic etiam Lugd. edit. Mogunt. *hujus injuriæ latuisset oppressu.* Lugd. Duac. & Colon. *hujus ruina jacuisset oppressus.*

d Editi Mogunt. Ven. & Colon. *revelasset*: minus commode. Lugd. editio, *Nisi eum post sua gratia relevasset divinus adventus.*

e Ms. Jolienſis, *Africanorum episcoporum concilia.*

f Ita Ms. Remig. conformiter textui Concilii. In M. Jolienſi omittuntur hæc, *ille est qui docet hominem scientiam, ita de eo scriptum est.* Item in editionibus Mogunt. & Ven. In Lugdun. vero habetur, *Quia sicut de Deo scriptum est, Ille est qui docet hominem scientiam*: ceteris prætermissis. In Lovan. Duac. & Colon. eadem leguntur: cetera ut in textu.

g Ms. Corb. & Lugd. editio, protulerunt.

h Ita M. Jol. Corb. & Remig. Ceteri codices, *ita apostolicæ sedis . . . . sunt allocuti.* Mog. *sunt locuti.*

i Mss. Jol. & Remig. *nihil veræ justæque pietatis.* Edit. Mogunt. & Ven. *nihil veræ, justæ, sanctæque pietatis.*

k Edit. Mog. & Ven. *Africæ episcopi.* Lugd. Lov. Duac. & Colon. *Africani.* Ms. Corb. Remig. & Jolienſis, *Afri episcopi.*

l Ita ex Ms. Corb. append. tom. 10. Aug. & edit. Mog. & Ven. Mss. Jol. *in sententiæ suæ.* Posteriores editiones, *in sententiæ hujus.* Edit. Ven. *in sententiæ suæ hujus, salubritate laudantes, dicunt.*

m Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. cum edit. Mogunt. & Ven. excepto quod illæ editiones habent, *præmittendas.* Ceteri codices, *ad universos.*

n Ms. Jolienſis, *corda fidelium.*

o Editiones plures, *ac voluntatis.* Particulam, *ac* non habent Mss. Corbejenſes, Remig. & Jolienſis, nec editiones Lugd.

p Edit. Lugd. *& in fide instructore.*

q Ita M. Corb. Remig. & Jol. cum edit. Mogunt. & Ven. At editiones Lugd. Lovan. Duac. & Corb. *ruinosasque juncturas.*

chuntinos muros, ad ſacerdotalium tubarum ruiſſe concentum?

CAPUT VI.

Cum ea quæſtio, quæ eſt de ſanctarum origine voluntatum, contra Pelagianos clare definita ſit; male Caſſianus, errantium arma colligens, contendit liberum arbitrium auferri per gratiam: cum per eam potius formetur, regatur, & ordinetur.

* alias Cap. 11. * CUm enim de ſanctarum origine voluntatum, & fidei charitatiſque principiis, inter noſtros & Pelagianos quæſtio verſaretur, non ancipiti victoria, nec dubio [a] diremtum eſt fine certamen; ut adhuc nobis de iniquiſſima [b] hujus fœderis tui pace tractandum ſit. Proſtrata eſt inimica acies, bellum [c] confectum eſt, victores ſumus per illum qui fecit potentiam in brachio ſuo, qui diſſipavit ſuperbos mente cordis ipſorum: depoſuit potentes de ſede, & exaltavit humiles, eſurientes implevit bonis, & divites dimiſit inanes: per illum, qui faciens miſericordiam cum patribus noſtris, memor fuit teſtamenti ſancti ſui, [d] & jurisjurandi quod juravit ad Abraham patrem noſtrum, daturum ſe nobis, ut ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati, ſerviamus ipſi in ſanctitate & juſtitia in conſpectu ejus omnibus diebus noſtris: per illum, qui dedit nobis victoriam per Jeſum-Chriſtum Dominum noſtrum: per illum, a quo non ſpiritum hujus mundi accepimus, ſed Spiritum qui ex Deo eſt, ut ſciamus quæ a Deo donata ſunt nobis. Quid de eliſarum argumentationum ratiuncu-lis fracta ſtudes arma colligere? Quid cineres exſtincti dogmatis refovendo, deficientis fumi nidorem in redivivam flammam conaris accendere? * Non eſt periculum [e] liberi arbitrii ex gratia Dei, nec voluntas auſertur, cum in ipſa bene velle generatur. Nam ſi ideo non putanda eſt noſtra, quia formatur, regitur, ordinatur, imbuitur: ſpoliantur libertate filii Dei, [f] qui aguntur Spiritu Dei; perdunt vigorem rationalis animi, & omni voluntariæ devotionis laude privantur, quibus datur Spiritus ſapientiæ & intellectus, conſilii & fortitudinis, ſcientiæ ac pietatis, & timoris Domini. Prorſus qui his reformationibus ſe non putant indigere; de veteris morbi conſuetudine in phreneſim [g] tranſierunt: reſpuunt remedium, clamant, inſaniunt, reluctantur; ſed ſi promiſſionis ſunt filii, quieſcent, & ſanabuntur.

a
b
c
Luc. 1. 52. & 53.
d
2. Cor. 15. 57.
1. Cor. 2. 12
Liberum arbitrium non auferetur per gratiam, ſed formatur, regitur & ordinatur.
* alias Cap. 12.
e
f
Rom. 8. 14.
Iſai. 11. 2.
1. Cor. 12. 8
g

CAPUT VII.

Caſſianus contrarias definitiones confundens, exemplis colorare nititur quod intendit, hoc poſſe quoſdam per liberum arbitrium, ſine adjutorio Dei, quod quidam, niſi Deo cooperante non poſſint. Refellitur ex Scripturis, & probatur, ut Matthæi & Pauli, ſic Zacchæi, & latronis in cruce converſionem eſſe pariter ex gratia.

* alias Cap. 13. * SEd jam videamus quid inferat ſobrietas diſputantis: qui ut vitium vitio pelleret, [h] & errorem errore curaret, contrarias ſibi definitiones nova arte confudit; utque hoc compoſitionis ſuæ poculum ſecuris auditoribus propinaret, exemplis voluit colorare quod miſcuit. Ait enim: *Si enim dixerimus, noſtrum eſſe bonæ principium voluntatis; quid fuit in perſecutore Paulo? quid in publicano Matthæo? quorum unus cruori ac ſupplitiis innocentum,* [i] *alius violentiis ac rapinis publicis incubans, adtrahitur ad ſalutem. Sin vero gratia Dei ſemper inſpirari bonæ voluntatis principia dixerimus; quid de Zacchæi fide? quid de illius in cruce latronis pietate* [k] *dicimus; qui deſiderio ſuo vim quamdam regnis cæleſtibus inferentes, ſpecialia vocationis monita præ-venerunt?* Collat. 13. cap. 11.

2. Per iſtam ergo [l] bonorum principiorum diſſimilitudinem probare nititur, hoc poſſe quoſdam per liberum arbitrium, ſine adjutorio Dei, quod quidam, niſi Deo cooperante, non poſſint: & hoc vult de quorumdam tardiore obedientia, & quorumdam ſequaciore conſenſu intelligi. Quaſi ubi dura infidelitas Deo ſubditur, & Evangelio, quod diu impugnavit, repente ſuccumbit, ibi mutationem hominis dextera operetur Excelſi: ubi

h
i
k
l
Pſ. 76. 11.

a M. Remig. & Jolienſis, *direptum*.
b Editio Lugd. ſola, *hujus febris tuæ*.
c Editiones Lugdun. Lovan. Duac. & Colon. *confractum eſt*.
d M. Remig. cum edit. Mogunt. & Ven. *& jusjurandum*.
e Edit. Duac. & Colon. in margine notabant pro lectione diverſa, *ex libero arbitrio*. Mſſ. Remig. & Jolienſis cum edit. Lugd. legunt, *gratia Dei*, abſque *ex*.
f Edit. Lugdun. *quia qui aguntur*.
g Edit. Lugd. *tranſeunt . . . . ſed ſi repromiſſionis ſunt filii, quieſcunt, & ſanantur*. Lovan. Duac. & Colon. *tranſeunt, ſed ſi repromiſſionis ſunt filii, quieſcent & ſanabuntur*.
h Hæc verba, *& errorem errore curaret*, non leguntur in Mſſ. Remig. & Jol. nec in edit. Mogunt. & Ven.
i Edit. Mogunt. & Ven. *alter*.
k Lugd. & hac poſteriores, *dicemus*. cum Mſſ. Remig. & Jolienſi.
l Loco *bonorum*, quod legitur in Mſſ. Corb. Remig. & Jol. nec non in edit. Mogunt. & Ven. Lovan. & poſteriores habent, *quorumdam*. Lugd. vero editio: *horum principiorum*, omittitque hæc, *quorumdam tardiore obedientia*, &c.

ubi autem [a] tranquillam cohortationem
solumve rumorem, sine hæsitatione diffidentiæ, docilis auditor amplectitur,
bonum talis conversionis humanæ sit
tantummodo voluntatis. Quasi vero po-
tentia [b] Dei eos tantum ad Filium ad-
trahat, quos aut voce increpaverit,
aut pœna obtriverit, aut terrore tre-
mefecerit; illorum autem mentibus ni-
hil suæ virtutis admoveat, qui ad pro-
missiones Redemptoris sui, spe alacri,
& avido desiderio cucurrerunt. Sed Ve-
ritas dicit, Nemo venit ad me, nisi
Pater qui misit me, traxerit eum. Si
ergo nemo venit, nisi adtractus; om-
nes [c] qui quocumque modo veniunt,
adtrahuntur. * Trahit [d] itaque ad Deum
contemplatio elementorum, omniumque
quæ in eis sunt ordinatissima pulcritu-
do. Invisibilia enim ejus, a creatura
mundi, per ea quæ facta sunt intellecta
conspiciuntur. [e] Trahunt rerum gesta-
rum relatores; animum audientis in-
flammant narrantes laudes Domini &
virtutes ejus, & mirabilia ejus quæ fe-
cit. Trahit timor: *Principium* enim *sa-
pientiæ timor Domini*. Trahit lætitia:
quoniam, *Lætatus sum in his quæ dicta
sunt mihi, in domum Domini ibimus*.
Trahit desiderium: quoniam, *Concupi-
scit & deficit anima* [f] *mea in atria Do-
mini*. [g] Trahunt delectationes. *Quam
dulcia* enim *faucibus meis eloquia tua,
super mel & favum ori meo*. Et quis
perspicere aut enarrare possit, [h] per
quos affectus visitatio Dei animum du-
cat humanum, ut quæ fugiebat, sequa-
tur; quæ oderat, diligat; quæ fastidie-
bat, esuriat; ac subito commutatione
mirabili, quæ clausa ei fuerant, [i] fiant
aperta; quæ onerosa, sint levia; quæ
amara, sint dulcia; quæ obscura, sint
lucida? *Hæc autem omnia operatur unus* 1.Cor.12.
atque idem Spiritus, dividens singulis pro- 14.
ut vult. Quoniam *Deus qui dixit de te-* 2.Cor.4.6.
nebris [k] *lumen splendescere, ipse illuxit
in cordibus nostris, ad illuminationem
scientiæ claritatis Dei in facie Christi Je-*
su, id est, in manifestatione Filii sui,
qui est [l] in gloria Patris.

3. Qui ergo illuxit in corde Matthæi
publicani, & Pauli tunc Ecclesiam per-
sequentis, ipse & in corde Zacchæi, &
in corde crucifixi cum Domino latronis
illuxit: nisi forte otiosa Dominis vox
fuit, cum Zacchæum, qui quærebat [m]
videre Jesum quis esset, compellare di-
gnatus est dicens; *Zacchæe* [n] *festina,
descende; quoniam hodie in domo tua* Luc.19.5.
oportet me manere; & non [o] sibi præ-
paravit ejus animum, cujus elegit hos-
pitium. Denique cum murmurarent om-
nes, [p] cur ad virum peccatorem introis-
set hospitari, & [q] Zacchæus jam pæni-
tentiam agens, dimidio bonorum suorum
in pauperes erogato, redditurum se in
quadruplum fraudata promitteret, Do-
minus ait, *Hodie salus huic domui facta
est*, [r] *quia hic est filius Abrahæ*. Et ne
lateret causa hujus salutis, adjecit, *Ve-
nit autem filius hominis* [s] *quærere & sal-
vum facere quod perierat*: ut quem agno-
scebamus salvum factum, [t] sciremus a
quærente præventum. In latronis quo-
que justificatione, etiam si nulla ope-
rantis gratiæ [u] intelligerentur indicia,
nonne cum omnibus credentibus etiam
ipsum acciperemus adtractum? dicente
Domino, *Omnia mihi tradita sunt a Pa-* Luc.10.22.
tre meo; &, *cum exaltatus fuero a ter-* Joan.12.32.
ra,

Omnes qui ad Christum veniunt trahia Patre.

Joan.6.44. Variæ trahendi rationes.

* *alias* Cap. 14. Rom.1.20.

Prov.1.7. Ps.110.10. Ps.125.1.

Psal.77.4.

Psal.83.3.

Psal.118. 103.

Ut Matthæi & Pauli, sic Zacchæi & latronis in cruce conversio pariter ex gratia.

a Sic MSS. Corb. Remig. & Jolienſis, cum edit. Mogunt. & Ven. At posteriores Lugd. Lovan. Duac. & Colon. & aliæ, *post tranquillam cohortationem solum, veros mores, sine ulla hæsitatione*. Lugd. tamen supra, pro, *Quasi . . . operetur*, habet *Quod . . . . operatur*.

b Sic MSS. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. At his posteriores editiones, *potentia gratiæ Dei eos tantum ad Filium adtrahat*, Ms. Jol. *tamen potentia Dei Patris . . . tremere fecerit*.

c Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *omnes quocumque modo veniant, adtrahuntur*.

d Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *igitur*. Edit. Mogunt. & Ven. *itaque ad Dominum*. Ms. Jol. *Trahit namque*.

e Sic Ms. Corb. & edit. Mog. & Ven. nisi quod *relationes* habent, non *relatores*. Ms. Jol. sic distinguit. *Trahunt rerum gestarum relatores animum audientis. Inflammant narrantes*. Ms. Remigiano Remensis *Trahunt rerum gestarum cognitio, & divinorum operum relatores*. At editi Lugd. & eo recentiores, *Trahit rerum gestarum cognitio, & divinorum operum relaturæ animum audientis inflammant*.

f Vocem istam, *mea*, habent MSS. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven.

g Sic Ms. Corb. ex quo edit. append. tom. 10. Aug. ac Mogunt. cum Ven. & Ms. Remigiano. At Ms. Jolienſis. *Trahunt divinæ lectiones*. Editi Lugd. Lovan. & Colon. *Trahit delectatio lectionis*.

h MSS. Corb. Remig. & Jol. *per quos affectus* Mogunt. & Ven. *quo affectu visitatio Dei ducat hominem:* ceteri codices excusi, *per quot affectus* &c. ut in textu.

i Edit. Lugd. & recentiores, *sint aperta* MSS. tres cum Mog. & Ven. *fiant aperta*.

k Edit. Mog. & Ven. *lucem splendescere, ipse illuxit . . . . in faciem*, MSS. Corb. & Remig. habent etiam hoc, *in faciem*.

l Sic MSS. Corb. & Remig. cum edit. Mogunt. & Ven. At Ms. Jol. & Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *in sinu Patris*.

m Sic MSS. Corb. Remig. & Jol. cum edit. Mog. & Ven. Alii codices, *videre eum*.

n Ms. Jolienſis, *festinans, descende*.

o Ms. Jolienſis, *sibi præparaverit*: ut supra dixerat, *otiosa vox Domini fuerit*.

p Ita MSS. Corb. Remig. & Jol. nec non Mog. & Ven. Aliæ editiones, *quod ad virum*. In Ms. Jolienſi abest vox hæc, *hospitari*.

q Editiones Lugd. Lovan. Duac. & Colon. omisso & ante *Zachæus . . . . cum fraudata promitteret*.

r Edit. Lugd. *quia ecce hic filius Abrahæ*.

s Ms. Jol. conformiter textui sacro, *Venit enim quærere, & salvum facere*. Alii omnes, *Venit autem salvum facere & quærere*, ordine inverso.

t Editio Lugd. omittit hæc, *sciremus a quærente præventum*.

u Edit. Mog. & Ven. cum Ms. Remig. *intelliguntur*.

ra, omnia trahani ad me ? [a] Inter omnia autem, hunc vel traditum esse, vel tractum, etiam ipsius confessio docet : qui cum aliquamdiu blasphemasset in [b] Jesum Christum ; repente est mutatus, [c] & dixit, *Domine, memor esto mei, cum veneris in regnum tuum*. Sed unde in uno homine tanta compugnantium vocum sit orta diversitas, instruat nos [d] beatus Apostolus, & dicat, *Nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu ; & nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu-sancto*. Ut non dubitemus in ejusdem hominis voluntate, & de proprio [e] fuisse quod blasphemavit, & de Spiritu-sancto fuisse quod credidit. Frustra igitur disputator iste, [f] ad inscrutabilem unius gratiæ varietatem, argumentum definitionis suæ voluit aptare ; ut portio justificatorum solius voluntatis suæ motibus ad Christum venire credatur, portio autem reluctans [g] trahi, & invita compelli : cum Deus sit qui operatur omnia in omnibus, sive alios sic, alios autem sic attrahere velit, ad quem nemo nisi aliquo modo adtrahatur, venit.

a
b
c Luc. 23. 42
d 1. Cor. 12. 3
e
f
g 1. Cor. 12. 6 Nemo ad Christum nisi adtrahatur venit.

CAPUT VIII.

Definitio sexta Cassiani : Liberum arbitrium & gratiam pariter suscipi debere : id est, ita ut pari modo conferre ad salutem credantur. Divinæ auctoritates de gratia afferuntur : daturque ratio, quare voluntas non auferatur per gratiam.

* alias Caq. 15. [*] POst hæc [h] subjicit testimonia sacræ historiæ, quibus ostendit, obh Collat. 13. c. 11. servantiam mandatorum Dei, consum-

S. Prosperi.

mationemque virtutum divinæ gratiæ deputandam : quod & nos promptissime confitemur. Et commemoratis exemplis de Balaam, quem volentem [i] Israeli maledicere, Deus in benedictionis verba transtulerit ; & de Abimelech, qui peccare non permissus sit [k] in Rebeccam ; & de Joseph a fratribus vendito, quorum malam voluntatem in bonum Deus [l] verterit : recurrit ad confirmationem definitionis suæ, ut liberum arbitrium, quod gratiæ se dicit jungere, a parte quadam humani generis, quantum in ipso est, auferat, & in quadam parte constituat, dicens : *Hæc enim duo, id est,* [m] *vel gratia, vel liberum arbitrium, sibi quidem invicem videntur adversa : sed* [n] *utraque concordant, & utraque nos pariter debere* [o] *suscipere pietatis ratione colligimus : ne unum horum homini subtrahentes, ecclesiasticæ fidei regulam excessisse videamur.*

Num. 13. i
Gen. 26. k
Gen. 37. l
Definitio 6. Cassiani: Liberum arbitrium & gratiam pariter suscipi debere, id est, ita ut pari modo conferre ad salutem credantur. m n o
Divinæ auctoritates de gratia.

2. [p] Ecclesiasticæ fidei regula est, prædicante Apostolo : *Nemo potest dicere Dominum Jesum,* [q] *nisi in Spiritu-sancto.* [r] Ecclesiastica regula est : *Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Ecclesiastica regula est : *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit, sed gratia Dei mecum :* &, *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*. Ecclesiastica regula est : *Habemus* [s] *autem thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas virtutis sit Dei, & non ex nobis*. [t] Ecclesiastica regula est : *Gratia salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur*. Ecclesiastica regula est : *In nullo terreamini ab adversariis, quæ est illis causa perditionis*

p q r 1. Cor. 12. 3 1. Cor. 4. 7. 1. Cor. 15. 10. 1. Cor. 7. 25 2. Cor. 4. 7. s t Ephes. 2. 8. Philip. 1. 28.

a Edit. Mog. & Ven. *Inter omnes autem*. Edit. Lugd. in fine, *doceant*.

b Mſ. Jol. omittit hic vocem, *Christum*. Lugd. *postea est imitatus*.

c Edit. Mog. & Ven. *& dicit*. Mſ. Jol. *dum veneris*.

d Hæ voces, *beatus Apostolus*, leguntur in Mſſ. Corb. Remig. & Jol. nec non in edit. Mog. & Ven.

e Ita Mſſ. Corb. & Remig. cum Mog. & Ven. In Lugd. utrobique omittitur vox hæc *fuisse*, in recentioribus posteriori loco.

f Sic Mſſ. Corb. & Remig. ac edit. Mog. & Ven. qui tamen duo pro *varietatem* habent, *veritatem*. Lugd. editio cum recentioribus, omisso *ad*, *inscrutabilem unius gratiæ varietatem ad argumentum definitionis suæ voluit aptare*. Editio quædam ex recentioribus, *& augmentum definitionis suæ*, quod similiter legere est in Colonienſi. Mſ. Jol. *augmentum suæ voluerit definitionis aptare*.

g Sic Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. Reliqui, *trahatur, & invita compellatur*.

h Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *subjicit*.

i Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *Israelitis*.

k Ita Mſſ. Corb. Remig. & Jolienſis, cum edit. Mog. & Ven. Lugd. & hac posteriores. *in Saram*. Idem contigisse narratur Abimelecho erga Saram Geneseos cap. 20. & erga Rebeccam cap. 26.

l Mſ. Jolienſis cum edit. Mogunt. & Ven. *vertit*.

m Edit. Mog. & Ven. *id est gratia & liberum arbitrium*. Lugd. caret voce, *id est*, habetque cum ceteris, *vel gratia, vel liberum arbitrium*.

n Mſ. Jolienſis, *utrumque concordat, & utrumque*.

o Edit. Duac. & Colon. *Jusipicere . . . . collegimus*: hoc ultimum cum Lugd. & Lov. commune habentes.

p Sic Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. At Lugd. Lovan. Duac. & Colon. hic etiam, ut in serie, *Ecclesiastica regula est*.

q Mſſ. Corb. & Remig. cum Mog. & Ven. addunt hic vocem, *Christum* ; quæ abest a ceteris & textu Apostoli Græco & Latino.

r Tota hæc sententia : *Ecclesiastica regula est ; Quid autem*, &c. usque ad, *quasi non acceperis*, excideratab editione Lugd. legitur in aliis omnibus.

s Mſſ. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. addunt, *autem*, quod a ceteris aberat. Iidem codices & Mſ. Corb *ut sublimitas virtutis sit Dei*, quod legitur in textu : pro quo Lugdun. & eo recentiores, *ut sublimitatis sit virtutis Dei*. Prioribus concinit textus Græcus Apostoli.

t Hæc iterum sententia omnis abest a Lugd. In Lov. Duac. & Colon. adest vox *forte*. Mſſ. Remig. & Jol. pro *salvati estis*, habent, *salvi facti estis*.

nis, [a] *vobis autem salutis; & hoc à Deo:* [b] *quia vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut patiamini pro eo.* Ecclesiastica regula est: [c] *Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur* [d] *in nobis & velle & operari pro bona voluntate.* Ecclesiastica regula est: *Non quia idonei sumus cogitare aliquid* [e] *a nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.* Hanc regulam firmat [f] Dominus dicens, *Nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo*: &, *Omne quod dat mihi Pater* [g] *venit ad me*: &, *Sine me nihil potestis facere*: &, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*: &, *Nemo novit Filium, nisi Pater, neque Patrem quis novit, nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare*: &, *Sicut Pater* [h] *vivificat mortuos, ita & Filius quos vult, vivificat*: &, *Beatus es Simon Barjona: quoniam caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.*

a
b
c Philip. 2. 12.
d
e 2. Cor. 3. 5.
f Joan. 6. 66. Ibid. 37.
g Joan. 15. 5. & 16. Luc. 10. 22 Matt. 11. 27. Joan. 5. 21.
h Matt. 16. 17.

Voluntas non auferetur per gratiam.

3. Hac regula nulli hominum auferetur voluntas: quia virtus gratiæ non hoc in voluntatibus operatur ut non sint, sed ut ex malis bonæ, & ex infidelibus sint fideles; [i] & quæ ex semetipsis erant tenebræ, lux efficiantur in Domino: quod mortuum erat, vivificatur. [k] Hoc in omnibus prorsus hominibus, qui eruuntur de potestate tenebrarum, & transferuntur in regnum filii dilectionis Dei, sine cujusquam exceptione personæ, agere credimus gratiam Salvatoris. Quia, sicut hic idem probabiliter, sed non stabiliter definivit, dicimus atque defendimus, *Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium: qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum, quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim* [l] *datum bonum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum: qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis.* In qua sententia si auctor ipsius permaneret, Ecclesiasticam regulam non excederet; neque simul & libero arbitrio [m] infensus, & gratiæ Dei esset ingratus: quorum [n] duorum dum unum in Paulo & Matthæo, aliud in Zacchæo & latrone indicat operatum, non intelligit in illis se liberum arbitrium, in istis gratiam sustulisse.

i
k
Jacob. 1. 17 l
m
n

CAPUT IX.

Contra Cassianum probatur ex Scripturis & Ecclesiæ definitionibus, initium bonæ voluntatis esse ex gratia. Primus homo creatus absque vitio, & potens in bono perseverare si vellet, libero arbitrio discessit a bono: in quo post peccatum nihil remansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam. In quam profundum malum tota humana natura demersa sit illius prævaricatione. Definitio septima Cassiani: Adamum post prævaricationem accepisse scientiam mali, non amisisse scientiam boni. Refellitur.

* DEinde adjecit: *Nam cum viderit nos* [o] *Deus ad bonum velle deflectere, occurit, dirigit, atque confortat. Ad vocem enim clamoris tui, statim ut audierit, respondebit tibi*: &, *Invoca me, inquit, in die tribulationis tuæ, & eripiam te, &* [p] *glorificabis me.* Quis non videat quod hæc doctrina meritum libero assignat arbitrio, [q] quo præveniatur gratia, quæ ei famuletur reddens debitum, non conferens donum? Quæ definitio in Episcoporum Palestinæ synodo, etiam [r] Pelagio anathematizante damnata est. [s] In eo enim qui bonum incipit prorsus hominibus, qui eruuntur . . . . dilectionis Dei. Hoc sine cujusquam exceptione personæ &c.

* alias Cap. 16.
o Isa. 30. 19. Ps. 49. 15.
p
q
r Initium bonæ voluntatis ex gratia.
s

a Edit. Lugd. *nobis autem.*

b Ita Mss. Corb. cum edit. Mogunt. & Ven. Ms. Jolienſis, *Vobis enim donatum est pro Christo.* Ms. Remig. *Vobis enim donatum est a Christo.* Lugd. *Vobis datum est per Christum.* Lovan. Duac. & Colon. *Quia vobis datum est per Christum.*

c Edit. Mogunt. & Ven. *Cum metu & tremore.* Plures codices, *cum tremore & timore.* Mss. Corb. Remig. & Jol. ut in textu.

d Editi Mogunt. & Ven. *in vobis*, ut apud Apostolum. Alii codices, *in nobis.*

e Mss. Jol. & Remig. *a nobis, quasi ex nobismetipsis.* Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *ex nobis, quasi ex nobis ipsis.*

f Edit. Mogunt. & Ven. *confirmat Dominus*: & infra, *datum fuerit*; absque voce, *ei.*

g Ms. Jol. cum edit. Mogunt. & Ven. *ad me veniet.*

h Ms. Jolienſis addit hic, *suscitat mortuos, &*. Ceteri codices non addunt.

i Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. cum edit. Mogunt. & Ven. At Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *& qui ex semetipsis erant tenebræ, lux efficiantur in Domino: quod mortuum erat vivificetur, quod jacebat erigatur, quod perierat inveniatur.*

k Editiones Mogunt. & Ven. *Hoc in omnibus invenitur prorsus hominibus, qui eruntur . . . . dilectionis Dei. Hoc sine cujusquam exceptione personæ* &c.

l Mss. Corb. Remig. & Jol. *datum bonum.* Ita & supra cap. 2. ceteri, *datum optimum.*

m Editiones Lugdun. & ea posteriores, *offensus.* Melius Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. *infensus.* qui videlicet liberum arbitrium, quantum in ipso est, auferre videatur.

n In edit. Lugd. non legitur vox *duorum.* In eo & Lov. Duac. & Colon. pro *dicit operatum*, legitur *judicat operatum.* In eodem Lugd. *in illo se liberum arbitrium, in isto gratiam sustulisse.*

o Mss. Corb. Remig. & Jol. omittunt, *Deus*: postea habent, *velle flectere.* Ita etiam edit. Mog. & Ven.

p Mss. Corb. Remig. & Jol. *magnificabis me.* Edit. Mogunt. & Ven. *honorificabis me.*

q Editiones Mogunt. & Ven. *quod præveniat gratiam: unicuique famuletur*, pro, *cuique famuletur*, ut Mss. Remig. & Jol. & edit. Ven. Lugd. vero, *quod præveniatur gratia, eique famuletur.*

r Ita Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. Lugd. vero & recentiores illa, *a Pelagio anathemate damnata est.*

s Ms. Jol. *eo enim quod bonum quis incipit velle* &c.

cipit velle, & cupit ab iniquitate atque errore discedere, gratiam Dei hoc ipsum profitemur operari. Quoniam *a Domino gressus hominis diriguntur, & viam ejus volet*: &, [a] *Omnis vir videtur sibi justus, dirigit autem corda Dominus*; &, *A Domino diriguntur gressus viri; mortalis autem quomodo intelligit vias suas?* [b] Et quod ait Apostolus: *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem*; [c] *sed accepistis Spiritum adoptionis* [d] *filiorum, in quo clamamus, Abba Pater.*

Ps. 36. 23.
Prov. 21. 2. a
Prov. 20. 24.
n
Rom. 8. 15.
c
d

* alias Cap. 17.

2. Post hæc [e] sequitur, & dicit: *Nec enim talem Deus hominem fecisse credendus est, qui nec velit umquam, nec possit bonum. Alioquin* [f] *nec liberum ei permisit arbitrium, si ei tantummodo malum ut velit & possit, bonum vero nec velle nec posse concessit. Et quomodo stabit illa Domini post prævaricationem primi hominis lata sententia, Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, sciens bonum & malum? Non enim talis ante fuisse putandus est, qui boni esset prorsus ignarus. Alioquin velut quoddam irrationabile* [g] *atque insensatum animal eum fatendum est fuisse formatum: quod satis absurdum, atque a catholica fide* [h] *omnimodis alienum est. Quin immo secundum sententiam sapientissimi Salomonis, fecit Deus hominem rectum: id est, ut tantum boni scientia jugiter frueretur: sed ipsi quæsierunt cogitationes multas: Facti enim sunt, ut dictum est, scientes bonum & malum. Concepit ergo Adam post prævaricationem, quam non habuerat, scientiam mali, boni vero, quam acceperat, scientiam non amisit.*

Gen. 3. 22.
e
Collat. 13. c. 12.
f
g
h
Eccle. 7. 30

* alias Cap. 18.

3. Rectum [i] atque omni vitio carentem creatum esse primum hominem, in quo omnium hominum concreata natura est, dubitare fas non est; eumque tale accepisse liberum arbitrium, ut si auxiliantem sibi Deum [k] non desereret, [l] posset in bonis quæ naturaliter acceperat, perseverare quia vellet: & merito voluntariæ perseverantiæ in eam beatitudinem [m] pervenire, ut nec vellet decidere in deteriora, nec posset. * Sed ipso libero arbitrio, quo quamdiu voluit bonus mansit, [n] a proposita sibi lege discessit; nec denuntiatæ sibi mortis supplicium formidavit, deserens Deum, & sequens diabolum, rebellis Domino [o] servatori, & inimico obediens peremtori.

i Primus homo creatus absque vitio, & potens in bono perseverare, si vellet, libero arbitrio discessit a bono.
k
l
m

* alias Cap. 19.
n
o

„ * Fuit ergo Adam, & in illo fuimus „ omnes; periit Adam, & in illo perie„ runt omnes. Quod ita non falso dixit beatus Ambrosius, sicut non falso ipsa Veritas ait, [p] *Venit filius hominis quærere & salvare quod perierat*. Naturæ enim humanæ, in illa universalis prævaricationis ruina, nec substantia [q] erepta est nec voluntas; sed lumen decusque virtutum, quibus fraude invidentis exuta est. Perditis autem, per quæ ad æternam atque inamissibilem corporis [r] animique incorruptionem poterat pervenire, quid ei remansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam, quæ tota est damnationis & pœnæ? Propter quod natos in Adam renasci oportet in Christo; ne in illa quis inveniatur generatione, quæ periit. Nam si posteri Adæ in illis virtutibus naturaliter agerent, in quibus Adam fuit ante peccatum; non essent natura filii iræ, [s] non essent tenebræ, nec sub potestate tenebrarum, Salvatoris denique gratia non egerent; quia non frustra boni essent, nec justitiæ præmio fraudarentur; habentes ea bona, quorum amissione primi patres de paradiso exsulare meruerunt. Nunc autem, cum sine sacramento regenerationis æternam mortem nemo possit evadere; nonne ex ipsius remedii singularitate apertissime patet, in quam profundum malum totius humani generis natura demersa sit, illius prævaricatione in quo omnes peccaverunt, & quidquid ille perdidit perdiderunt? Perdidit autem primitus fidem, perdidit continentiam, perdidit charitatem, spoliatus est sapientia & intellectu, caruit consilio & fortitudine; & impie altiora sectando, a veritatis scientia, & obedientiæ pietate dejectus.

* Ambr. lib. 7. in Luc. c. 15.
p
Luc. 19. 10
q
Adamo post peccatum nihil remansit, nisi quod ad temporalem pertinet vitam.
r
Ephes. 2. 3. Ephes. 5. 8. Coloss. 1. 13
s
* Natura humana Adæ lapsu in profundum malum demersa.
Rom. 5. 12.

a Edit. Mogunt. & Ven. *Omnis via viri recta sibi videtur.*

b Lugd. *Et quomodo ait Apostolus.*

c Editiones omnes cum Mss. Jol. *in timore.* At Mss. Corb. & Remig. *in timorem*: juxta Græc. εἰς φόβον.

d Hæc vox, *filiorum*, abest a Mss. Remig. & Jol. nec non ab editis Mogunt. & Ven.

e Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *persequitur.*

f Ita Mss. Corb. Remig. & Jolienses, cum edit. Mogunt. & Ven. at Lugdun. & posteriores, *si ei tantummodo malum & velle & posse.*

g In Mss. Remig. & Jol. item in edit. Mogunt. Ven. & Lugd. hæc verba non habentur, *atque insensatum.* Ms. Jol. *velut irrationale, quoddam animal eum fecisse credendus est.*

h Edit. Mogunt. & Ven. *omnibus modis.* Lugd. Lovan. & Duac. *omnimode.* Colon. *commode*; sed errore typographi.

i Lugd. edit. *Rectum namque & omni.* Quasi series esset verborum Collatoris, sed male.

k Edit. Mogunt. & Ven. *Dominum non deseruisses.* Alii, *Dominum non desereret.*

l Edit. Lugdun. *possent in nobis.*

m Ms. Jol. cum edit. Ven. & Lugd. *pervenirent*: qui pro *eam beatitudinem*, habet, *eamdem beatitudinem.*

n Ms. Jolienses, *ab apposita.*

o Ms. Jolienses, *salvatori.*

p Ms. Jolienf. *Venit enim.*

q Edit. Lugd. *præcepta est.*

r Plures codices, *animæque*: & post pauca Ms. Remig. & edit. Mogunt. *& pœna.*

s Ms. Jolienses, *nec essent tenebræ.*

ctus est: nec ipso saltem timore sibi [a] reliquo, ut ab interdictis vel metu caveret pœnæ, qui [b] non abstineret amore justitiæ. Liberum ergo arbitrium, id est, rei sibi placitæ spontaneus appetitus, ubi usum bonorum quæ acceperat fastidivit, & vilescentibus sibi felicitatis suæ præsidiis, insanam cupiditatem ad experientiam prævaricationis intendit, bibit omnium vitiorum venenum, & totam naturam hominis [c] intemperantiæ suæ ebrietate madefecit. Inde priusquam edendo carnem filii hominis, & bibendo sanguinem ejus, lethalem digerat cruditatem, [d] labat memoria, errat judicio, nutat incessu; neque ullo modo idoneus est ad illud bonum eligendum & concupiscendum, quo se sponte privavit: quia non sicut potuit Deo non impellente corruere, ita potest Deo non erigente consurgere.

Liberum arbitrium sine gratia nullo modo idoneum ad eligendum bonum.

* 4. Non igitur recte dictum est: *Nec enim talem Deus hominem fecisse credendus est, qui nec velit umquam nec possit bonum.* Quasi nos istam hominis debilitatem a Creatore dicamus conditam, & non peccati merito ab homine contractam. Qui ergo putat consequens esse, ut si liberum arbitrium [e] obcæcatum esse dicatur, obcæcatio ipsa ad naturæ referatur auctorem; vult persuadere, quod tam sanum sit in Adæ posteris liberum arbitrium, quam in Adam fuit ante peccatum: [f] quod satis alienum a catholica fide ducimus. Quid enim peccato læsum est, si id læsum non est, unde peccatum est? Nisi forte dicatur, in Adæ posteros pœnam transisse, non culpam: quod [g] omni modo falso dicitur, & ob hoc forte non dicitur. Nimis enim impium est, hoc de Dei sentire justitia, quod a prævaricatione liberos cum reis voluerit esse [h] damnatos. Patet ergo culpa, ubi non latet pœna, & societas peccati convincitur de communione supplicii; ut quod est humanæ miseriæ, non de institutione Creatoris, sed de retributione sit judicis.

* alias Cap. 20.

Liberum arbitrium peccato læsum.

* 5. Illud enim inepte positum est, & [i] contra sensum omnium tractatorum, quod ad probandam liberi arbitrii incolumitatem connexuit, dicens: *Et quomodo stabit illa Domini post prævaricationem primi hominis lata sententia, Ecce Adam factus est sicut unus ex nobis, sciens bonum & malum?* Quasi diabolus Adæ vera promiserit, & Adam transgrediendo mandatum Dei, profecerit in similitudinem Dei, & [k] hoc ei fuisse collatum pronunciaverit Deus: cum in his verbis [l] significatum sit potius, quid non fuerit affecutus, qui superbiæ ingressus viam, quod habebat amisit, dum quod non acceperat concupivit. Non minus autem in ipsa hujus sensus conclusione peccatum est, dum dicitur: *Concepit ergo Adam post prævaricationem, quam non habuerat, scientiam mali, boni vero,* [m] *quam acceperat, scientiam non amisit.* Scientiam boni Adam tunc habebat, quando bonum sanctumque mandatum Dei fideli corde servabat, & erat justus manens in imagine Creatoris sui, legisque ejus non oblivisci. Postquam autem se, hoc est, imaginem & templum Dei deceptori suo [n] vendidit, perdidit boni scientiam, quia perdidit bonam conscientiam. Justitiam enim iniquitas depulit, humilitatem superbia destruxit, continentiam concupiscentia elisit, infidelitas rapuit fidem, captivitas abstulit libertatem: nec potuit ulla illic portio residere virtutum, quo tanta irruperat turma vitiorum. *Nemo* enim *potest duobus dominis servire*: &, *Qui facit peccatum, servus est peccati*: &, *A quo quis superatus est,* [o] *ei & servus addictus est.* Nemo autem servit, nisi cum aliqua libertate; & nemo [p] liber est, nisi cum aliqua servitute; dicente Apostolo, *Cum enim servi essetis peccati,* [q] *liberi fuistis justitiæ. Quem ergo fructum habuistis tunc,* [r] *in illis in quibus nunc*

Definitio 7. Cassiani Adamum post prævaricationem accepisse scientiam mali, non amisisse scientiam boni.

Luc. 16. 13. Joan. 8. 34. 2. Pet. 2. 19.

Rom. 6. 20.

a Mss. Remig. & Jolienses, *sibi relicto.*

b Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *qui abstinebat amore justitiæ*, absque negante particula. Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. *qui non abstineret*, &c.

c Editiones Mogunt. & Ven. *intemperantia sua madefecit.*

d Lugd. & hoc recentiores, *labitur*. Mss. Corb. & Remig. Mogunt. & Ven. *labat memoria.*

e Mss. Remig & Jol. Mogunt. & Ven. *Ut liberum arbitrium sic cæcatum esse dicatur, ut obcæcatio ipsa.*

f Ms. Jol. *quod a catholica fide dicimus alienum.* Edit. Mogunt. & Ven. *quod omnimodo satis alienum a catholica fide dicimus.*

g Ms. Corb. *quod omnino falsum.* Megunt. & Ven. *quod omnimodo falsum dicitur.* M. vero Jolienses, *quod omnino falsum est.*

h M. Jolienses, *damnandos.*

i Edit. Mogunt. & Ven. *contra omnium sensum tractatur*: tum, *ad probandum*: in hoc ultimo concinunt M. Jolienses & Remig.

k Ms. Jolienses, Mog. & Ven. *hoc ei fuisset collatum quod pronuntiavit* [editi duo, *pronuntiaverit*] *Deus.*

l Edit. Mog. & Ven. *significaverit*, sc. Deus.

m Mss. Jol. & Remig. Mogunt. & Ven. *quam habuerat.*

n Ita Mss. Corb. Remig. & Jol. posteriores editi, *subdidit.*

o Ms. Jolienses, *ejus & servus est.*

p Mss. Remig. & Jolienses, *liberi eratis.*

q Mss. Corb. & Jol. Mogunt. & Ven. edit. *nemo libertate liber est, nisi*, &c. Ms. Remig. omittit hæc, *& nemo liber est nisi cum aliqua servitute.*

r Editiones Lugd. Lovan. Duac. & Colon. omittunt *in illis*. Mogunt. & Ven. exhibent. Postea vero quatuor prædictæ editiones; *Nunc autem liberi a peccato, servi autem facti Deo, habetis fructum in sanctificationem.*

nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato, servi autem facti Dei, habetis fructum in sanctificatione, finem vero vitam æternam. Qui itaque servit diabolo, liber est a Deo: qui autem [a] liberatus servit Deo, liber est a diabolo: ut appareat malam libertatem potuisse haberi ex humanæ voluntatis defectu; [b] bonam autem libertatem non potuisse recipi, sine liberatoris auxilio.

Mala libertas ex voluntatis defectu, bona non nisi ex auxilio gratiæ.

a b

CAPUT X.

Exponitur & vindicatur locus Apostoli Rom. 2. 14. *de gentibus sine lege facientibus quæ legis sunt. Sapientia quædam in infidelibus ex naturæ a Deo conditæ reliquiis: nullus vero bonæ voluntatis motus, nisi ex Spiritu sancto.*

* *aliat* Cap. 22.

* SEd ne hæc primi hominis calamitas in progeniem ejus transisse videatur: [c] quam integro sit omnium hominum natura judicio, exemplo gentium probaturus hic doctor [d] addit, & dicit: *Denique non amisisse genus humanum post prævaricationem Adæ scientiam boni, etiam Apostoli sententia evidentissime declaratur, qui dicit,* [e] *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt; hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis, testimonium reddente eis conscientia* [f] *ipsorum, & inter se invicem cogitationibus accusantibus, aut etiam defendentibus, in die quo judicabit Deus occulta hominum.*

c

d

Collat 13. Cap. 12.

e

Rom. 2. 14.

f

2. Si de his [g] Apostolus loquitur, qui ex præputio sunt vocati, & cum essent longe, [h] facti sunt prope, credentes in eum, qui quorum aliquando non misertus est, nunc autem miseretur, & justificans circumcisionem ex fide, & præputium per fidem, duos condidit in semetipso, destructoque pariete inimicitiæ Judæorum & gentium, in uno novo homine solvens, fecit pacem; concludens omnia in incredulitate, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus: si, inquam, de his Apostolus loquitur, in quorum cordibus Deus digito suo, id est, Spiritu sancto scribit novum testamentum, ut legis plenitudinem & opera charitatis naturaliter exsequantur, reformata scilicet renovataque natura: [i] quid hinc superbissimi sensus novitas adjuvatur, cum reconciliatio inimicorum non possit nisi gratiæ Mediatoris adscribi? *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius.* Ergo gratia gloria est Dei, non meritum liberati. Quis enim prior dedit ei, [k] ut retribueretur illi? Nihil boni operis ex mortuis, nihil justitiæ procedit ex impiis: [l] omnis ipsorum salus, gratuita est: & ideo gloria Dei est, ut qui gloriatur, in illo cujus gloria eguit, glorietur.

g

h

De gentibus sine lege facientibus quæ legis sunt.. *Ephes.* 2. 13. 1. *Pet.* 2. 10. *Rom.* 3. 30. *Ephes.* 2. 14. *Galat.* 3. 22.

i

Rom. 3. 23.

k

Gratia gloria Dei.

l

Rom. 11. 35

3. Sin autem (quod magis vult hic disputator intelligi) de illis ista dicuntor, qui alieni a gratia Christiana, quædam ad similitudinem legalium mandatorum proprio judicio [m] sanciebant, intelligentes mores civitatum concordiamque populorum non posse aliter contineri, [n] nisi & recte factis præmia, & peccatis pœnæ decernerentur: [o] sicut dictum est ab ipsa Sapientia Dei, *Ego ex ore Altissimi prodivi, & in omni gente primatum tenui; requiem quæsivi in Jacob, & inveni.* Ergo quis ambigat, hanc sapientiam humano generi ad temporalis vitæ utilitatem, [p] ex naturæ a Deo conditæ supereſſe reliquiis? Si enim nec ad ista terrena ordinanda rationalis animi vigeret ingenium; non vitiata esset, sed exstincta natura. Quæ tamen etiam si excellentissimis artibus, [q] & cunctis mortalium eruditionum polleat disciplinis, justificari ex se non potest: quia bonis suis male utitur, in quibus sine cultu veri Dei impietatis [r] immunditiæque convincitur, & unde se defendi æstimat, accu-

m

n

o

p

Sapientia quædam in infidelibus ex naturæ a Deo conditæ reliquiis.

q

Eccle. 24. 7. *&c.*

r

a Lugd. *libertus*. Duac. & Colon. *liberatur*.

b Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. *bonam autem voluntatem*.

c Ms. Jolienſis ſolus, *quam ſuo intra ſe ſenſit omnium hominum natura judicio*.

d Edit. Lugd. & illa poſteriores, *addidit & dixit*.

e Mogunt. Ven. & Lugd. edit. *Quoniam gentes .... ea quæ legis ſunt*.

f Hoc pronomen, *ipſorum*, non legitur in Ms. Remig. nec in edit. Mogunt. & Ven.

g Ms. Iolienſis hic addit, *ſecundum Evangelium meum, per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum*. Ceteri Codices hæc non addunt.

h Lugdun. edit. *facti ſunt prope credentes in eum. Quorum aliquando non miſertus, & juſtificans circumciſionem ex fide, & præputium per fidem, duos condidit in ſemetipſo. Et utrumque parietem inimicitiæ Judæorum & gentium, in uno novo homine ſolvens, fecit pacem &c.*

i Edit. Lugdun. *quid hujus ſuperbiſſimi ſenſus novitas adjuvatur?*

k Mſ. Jolienſis, *& retribuetur illi?*

l Sic Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. edit. At Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *tota ipſorum ſalus gratia eſt*.

m Edit. Mogunt. & Ven. *ſentiebant*.

n Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *niſi ut*. melius, *niſi &*, ex Mſſ. tribus ac Mogunt. & Ven.

o Hanc auctoritatem ex Eccleſiaſtici libro allatam prætereunt Lugdun. Lovan. Duac. & Colon. habent Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. In Mogunt. tamen & Ven. legitur, *ab ipſa ſapientia Deo*. In Mſ. vero Remig. *in omnem gentem primatum tenui*: & in Mſ. Jolienſi deſunt poſtrema hæc verba, *requiem quæſivi in Jacob, & inveni. Ergo*.

p Edit. Lugd. *ex natura a Deo condita ſupereſſe reliquum*,

q Mſ. Jolienſis, *moralibus eruditionum*, Lugd. & Mſ. Remig. *moralibus eruditionum*.

r Lugdun. edit. *immutatæ æque convincitur*: tum pro *æſtimat*, habet, *exiſtimat*. Conformiterque ipſa recentiores, & Ven. editio.

Rom 3.20. Galat.5.6. accusatur. Cum ergo Paulus definiat, [a] quod non ex operibus legis [a] justificatur omnis caro; & quoniam in Christo neque circumcisio, neque præputium valeat aliquid, sed nova creatura; [b] quid iste impiam infidelium libertatem naturalibus instruit bonis, & propriis vult justificare principiis? Quid ad renovationem [c] laceſſitæ vetuſtatis, idoneam definit prævaricatricis ſcientiæ nuditatem? Quaſi iſta ſcientia vel ex naturæ opibus reſidua [d] conſecuta, vel ex legalis doctrinæ eruditione quæſita, poſſit ſui perceptione præſtare, ut quod faciendum noverimus, etiam facere diligamus: aut ullus ſit bonæ voluntatis motus, niſi quem creaverit diffuſæ per Spiritum-ſanctum charitatis afflatus. [e] *Sine fide* enim *impoſſibile eſt placere*: [f] &, *Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt*: &, *in Chriſto Jeſu neque circumciſio aliquid valet, neque præputium; ſed fides quæ per dilectionem operatur.*

Nullus bonæ voluntatis motus, niſi ex Spiritu ſancto.

Hebr.11.6 e Rom.14.23 f Galat.5.6

CAPUT XI.

Liberum arbitrium nec voluntatem boni, nec poſſibilitatem habere, niſi per gratiam. Cur homini imperentur ea, quorum facultatem non invenit in ſua natura. Definitio 8. Caſſiani: Naturæ humanæ non id ſolum adſcribendum quod malum eſt. Merita hominum nulla niſi ex gratia.

* alias Cap. 23. * POſt hæc in concluſione teſtimoniorum, quibus probare voluit, quod hi qui per increpationem propheticam ſurdi appellantur & cæci, poſſint ex facultate naturæ & aures ſuas aperire ad audiendum, & oculos [g] ſuos ad videndum, (quaſi non de iiſdem dicat Dominus, *Et dabo eis cor aliud & ſpiritum novum dabo eis; & evellam cor lapideum de carne eorum, & dabo eis cor carneum; ut in præceptis meis ambulent, & juſtificationes meas obſervent, & faciant eas;*) [h] addit, & dicit: *Denique ut poſſibilitatem boni eis ineſſe* [i] *ſignificaret, increpans eos, Quid autem, inquit, etiam ex vobiſmetipſis non judicatis quod juſtum eſt? Quod utique non eis dixiſſet, niſi eos judicio naturali quod æquum eſt ſciſſet poſſe diſcernere.* Jam non ſolum voluntatem boni, ſed etiam poſſibilitatem libero adſcribit arbitrio: tamquam ideo [k] ab eis exigatur intelligentia, ideo juſtitia repoſcatur, quia poſſint hæc ſine Dei donis de naturæ proferre bonis. Imperantur autem iſta homini, ut ex ipſo præcepto, [l] quo ei hoc quod accepit indicitur, [m] agnoſcat id ſe ſuo vitio perdidiſſe; & non ideo iniquam eſſe exactionem, quia ad reddendum quod debet, idoneus non eſt; [n] ſed a littera occidente confugiat ad ſpiritum vivificantem, & facultatem quam [o] non invenit in natura, quærat ex gratia. Quod ſi facit, magna eſt miſericordia [p] Dei: ſi non facit, juſta eſt pœna peccati.

Ezech.11.19. Ibid. 36.26.

Liberum arbitrium nec voluntatem boni, nec poſſibilitatem habet, niſi per gratiam.

g h i Collat.13. Cap.12. Luc.12.57. k l m Cur homini imperantur ea, quorum facultatem non invenit in ſua natura. n o p

* 2. Deinde ad plenitudinem præmiſſæ diſputationis, [q] regulari ſententia pronuntiat, dicens: *Unde cavendum nobis eſt, ne ita* [r] *ad Deum omnia ſanctorum merita referamus; ut nihil niſi id quod malum atque perverſum eſt, humanæ adſcribamus naturæ.* Quid evidentius, quid expreſſius ſecundum Pelagii Cæleſtiique commentum ab ullo [ſ] eorum diſcipulo potuit definiri? Illi dicunt, *Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari;* [t] & iidem dicunt, *Gratiam Dei non ad ſingulos actus dari*: hic intra unam ſententiam blaſphemiam utramque concluſit dicens, *Cavendum nobis eſſe, ne ita ad Deum omnia ſanctorum merita referamus, ut nihil niſi quod malum atque perverſum eſt, humanæ adſcribamus naturæ.* Vult ergo eſſe multa propria hominum merita, quæ non ſint gratiæ largitate collata, quibus ad augendas naturales divitias quædam de

* alias Cap. 24. q r Collat.13. Cap.12. Definitio 8. Caſſiani: Naturæ humanæ non id ſolum adſcribendum quod malum eſt ſ t

Merita hominum nulla, niſi ex gratia.

a Mſ. Jolienſis, *non juſtificabitur*.

b Lugd. edit. *quid eſt quod impiam infidelium libertatem naturalibus inſtructam bonis, propriis vult juſtificare principiis?*

c Ita Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. At poſteriores editiones, *miſeræ vetuſtatis*: & poſt pauca Mſ. Jol. *ſcientiæ libertatem*.

d Verbum *conſecuta*, hic adjicitur ex Mſſ. Corb. Remig. & Jol. & edit. Mog. & Ven.

e Lugd. editio, *affectus*.

f Lugd. & poſteriores editiones, *placere Deo*. Abeſt, *Deo*, a Mſſ. Corb. Remig. & Jol. & edit. Mogunt. & Ven. ſoletque interdum ab Auguſtino præteriri, nec eſt Græcæ dictionis Apoſtoli.

g Hoc pronomen, *ſuos*, non habetur in Mſſ. Remig. & Jol. nec in edit. Mog. & Ven.

h Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *addidit, & dicit*.

i Edit. Lugdun. & ea recentiores, *deſignaret, increpans Phariſæos dixit: Quid autem ex vobis ipſis, inquit, non judicatis quod bonum eſt*. Lectionem noſtram præferunt Mſ. Jol. cum Mog. & Ven. Nec ab ea diſſentiunt Mſſ. Corb. & Remig. excepto quod pro voce *eos*, habent *Phariſæos*: cum tamen turbas alloqueretur Chriſtus hæc dicens, non ſpeciatim Phariſæos. Habent inſuper pro, *quod juſtum eſt*, *quod bonum eſt*: prius tamen textui Apoſtoli eſt conformius.

k Mſſ. Remig. & Jol. cum Edit. Mog. & Ven. *ab eo exigatur . . . de naturæ proferri bonis*.

l Edit. Lugd. Lov. Duac. & Colon. addunt, *Dei*. Lugd. tamen poſtea a ceteris diſſimilis, *hoc quod accepit judicetur*, forte pro *indicetur*.

m Mſſ. Corb. & Remig. cum Mog. & Ven. *ſeipſum id ſuo vitio*. Lugd. *Ignorat id ſe ſuo vitio perdidiſſe*.

n Mſ. Jol. *niſi a littera*.

o Hoc loco Lugd. & poſteriores editiones addunt *ante*: ſed hac particula carent Mſſ. Corb. Remig. & Jol. nec non Mog. & Ven. editi.

p Lugd. & recentiores, *Domini*.

q Editiones Mogunt. & Ven. *regulam ſententia pronuntiat*.

r Edit. Lugd. & ea recentiores, *ad Dominum*.

ſ In Lugd. Lovan. Duac. & Colon. deſideratur pronomen, *eorum*.

t Edit. Lugd. & poſteriores, *& ideo dicunt*.

de ſurſum munera debeantur. Vult nos gratiam Dei non ad ſingulos actus accipere: ac [a] proinde non pro omni opere bono ſemper orare. [b] Atque ita conſequens erit ut in Dei muneribus nullum meritum eſſe credendum ſit; quando quidem ſine merito ſit, quem Deus ſemper in omnibus adjuverit: aut ſi etiam in his quæ Deus tribuit, aliqua merita collocantur, conſtet etiam ipſa propria adquiri [c] facultate potuiſſe; & ideo in aliquibus [d] oporteat nos adjuvari, ut poſſibilius fiat per gratiam, quod non erat impoſſibile per naturam. Ecce jam in iſta paucorum brevitate verborum, non duarum tantum, ſed multarum impietatum numeroſa connexio eſt: quæ ſi ſcrupuloſioris diligentiæ diſcretione tractetur, in nullo a damnati erroris catena abſoluta monſtrabitur.

a
b
c
d

CAPUT XII.

Demonſtratur uberius ſententiam Caſſiani eſſe, cogitationes pias & ſancta conſilia abſque inſpiratione Dei concepta, de naturali poſſe prodire ſapientia. Adverſus quem, loci quo abutebatur expoſitione, & aliorum adjectione oſtenditur, cogitationes pias ex libero arbitrio, ſine Dei inſpiratione non oriri. Bona voluntas hominis ſic ejus propria eſt, ut non niſi Deo inſpirante concipiatur. Converſio quoque hominis licet non ſine ipſo, non tamen ab ipſo incipit.

* alias Cap. 25.

* SEd ne ſuſpicionibus agere videamur, & latebras ſenſuum ultra verba rimari, quid adcreſcat cognitis, doceant quæ ſequuntur. Qui ergo inter principia diſputationis ſuæ dixerat, *Non ſolum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo eſſe principium; qui nobis & initia ſanctæ voluntatis inſpirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ recte cupimus, tribuit peragendi*: nunc volens probare, quod religioſæ cogitationes & ſancta conſilia, nulla Dei inſpiratione concepta, de naturali poſſint prodire ſapientia, ponit verba Salomonis, dicentis: *Voluitque David pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Iſrael: & ait Dominus ad David patrem meum; Quod cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo, bene feciſti, hoc ipſum mente pertractans; verumtamen non tu ædificabis domum nomini meo.* Deinde, ut oſtendat quomodo hoc intelligendum ſit, infert [e] ipſe tractator: *Hæc ergo cogitatio, atque iſte tractatus regis David, utrumne bonus & ex Deo, an malus & ab homine fuiſſe dicendus eſt? Si enim bona & ex Deo fuit illa cogitatio, cur ab eo a quo inſpirata eſt, eidem negatur effectus? Si autem mala, & ex homine fuit, cur laudatur ab Domino? Reſtat ergo ut & bona, & ex homine fuiſſe credatur. In quem modum etiam noſtras quotidie cogitationes poſſumus judicare. Neque enim aut ſoli David bonum ex ſemetipſo cogitare conceſſum eſt, aut nobis, [f] ne quid boni umquam ſapere, aut cogitare poſſimus, naturaliter, denegatur.*

3.Reg.3.17

e Collat.13. cap. 12.

f

2. Nullo modo hoc teſtimonio atque argumento [g] probari poteſt; quod piæ cogitationes ex ſolo libero arbitrio, & non ex Dei inſpiratione naſcantur. Non enim ideo voluntas David, quæ utique bona erat, non ex Deo fuiſſe credenda eſt, quia templum ſibi Dominus non ab eo ædificari, ſed a filio ipſius voluit. Quærendum ergo eſt, de quo ſpiritu proceſſerit affectus [h] iſtius voluntatis, nempe de illo [i] Dei, in quo dicebat, *Si introiero in tabernaculum domus meæ, ſi adſcendero in lectum [k] ſtratus mei; ſi dedero ſomnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem, aut requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.* Quod cum Propheta concupiſceret, non ignorabat verum illud perfectumque templum ab illo eſſe condendum, qui cum eſſet Filius Dei, factus eſt etiam filius David; [l] quique cum videret templum a Salomone conſtructum, dicebat, *Solvite templum hoc, & in triduo ſuſcitabo illud. Dicebat autem de templo corporis ſui.* Ut ergo hoc templum præfiguraretur, quod in Chriſto & in Eccleſia diſponebatur, merito ad [m] inſtructionem ejus non David eligitur, ſed filius David: ut per filium

g Cogitationes pias ex libero arbitrio, ſine Dei inſpiratione non oriri.

h

i

Pſ.131.3.

k

l

Joan.2.19. & 21.

m

a Mſſ. Corb. & Remig. ac Mogunt. editio, *ac perinde*.

b Edit. Lugd. *Atque ita ſentit, ut in Dei muneribus nullum meritum eſſe credendum ſit, quem Deus ſemper adjuverit*.

c Mſ. Jol. *poteſtate*. Editio Lugd. totum locum aliter habet: *aut ſi etiam in his quæ Deus tribuit, aliqua merita eſſe loquantur, conſtet etiam &c.*

d Edit. Lugd. *oportet nos juvari. . . . quod non erat poſſibile*. Sed contra ſenſum auctoris noſtri, & ceterorum codicum auctoritatem.

e Mſ. Jol. non habet, *ipſe tractator*.

f Edit. Mog. & Ven. *ne bonum umquam*.

g Edit. Lugd. & eo poſteriores, *probare poteſt*.

h Sic Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. Lugdun. Lovan. Duac. & Colon. *ipſius voluntatis*.

i Vox hæc, *Dei*, habetur in Mſſ. Corb. & Remig. & ex Mogunt. & Ven. editionibus.

k Sola Ven. editio, *ſtrati mei*.

l In Mſ. Jolienſi ſolo poſt hæc, *filius David*, omiſſis quæ interjacent, ſtatim additur, *Unde ait Evangeliſta, Dicebat autem de templo corporis ſui*.

m Editiones Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *ad extructionem*. Corbejenſis & Remigianus Mſſ. cum edit. Mogunt. & Ven. *ad inſtructionem*. Jolianus vero codex manu exaratus, *ad conſtructionem*.

lium hominis [a] significaretur Filius Dei & hominis; & per templum dissolubile indicaretur tabernaculum incorruptibile; ad cujus condendam imaginem & voluntas David probata est, & opus in eum translatum est, cujus persona magis eidem imagini congruebat. [b] Atque ita & ex Deo erat hoc velle David, & ex Deo erat, hoc facere Salomonem.

3. Quod ut exemplis magis eluceſcat, requiramus ubi fieri Deus [c] noluerit, quod homines facere Deo volente voluerunt. Dominus præcepit Apoſtolis, dicens, [d] *Euntes ite, & docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-ſancti, & docentes eos ſervare omnia quæcumque mandavi vobis.* Quod cum Apoſtoli [e] audirent, ſine dubio non verba nuda per corporales ſonos exterioribus tantum auribus acceperunt, ſed virtute [g] viventis verbi accenſa eſt in cordibus eorum inexſtinguibilis flamma charitatis, qua ardentiſſime vellent Evangelium Chriſti omnibus gentibus prædicare. [h] Sed cum vetiti ſunt loqui verbum in Aſia, & cum tentarent ire in Bithyniam, prohibiti ſunt ab Spiritu Jeſu: numquid non ex Deo hanc voluntatem habebant, quod etiam iſtorum optabant ad fidem corda convertere, quos occulto judicio Deus Evangelium tunc nolebat audire? Aut quod Eccleſia quotidie pro inimicis ſuis orat, id eſt, pro his qui [i] necdum Deo crediderunt, numquid non ex Spiritu Dei facit? Quis hoc dixerit, niſi qui hoc non facit, aut qui putat fidem non eſſe Dei donum? [k] Et tamen quod pro omnibus petitur, non pro omnibus obtinetur. Nec eſt iniquitas apud Deum, qui ſæpe poſtulata non tribuit, quæ [l] poſtulare donavit.

4. * Bonam igitur voluntatem, eam ſcilicet [m] qua adhæretur Deo, nec negandum eſt hominis eſſe propriam, & confitendum eſt Deo inſpirante conceptam. Nam cum nemo ſit bonus, niſi ſolus Deus; quale erit bonum quod auctorem non habet bonum? Naturæ quippe humanæ, cujus creator eſt Deus, etiam poſt prævaricationem manet ſubſtantia, manet forma, manet vita, & ſenſus, & ratio, ceteraque corporis atque animi bona, quæ etiam malis vitioſiſque non deſunt: [n] ſed non in his habet veri boni perceptionem, quæ mortalem vitam honeſtare poſſunt. Neque enim ignotum eſt, [o] quantum Græcæ ſcholæ, Romana eloquentia, & totius mundi inquiſitio, circa inveniendum ſummum bonum, acerrimis ſtudiis, & excellentiſſimis ingeniis laborando nihil egerint; niſi ut evaneſcerent in cogitationibus ſuis, & obſcuraretur cor inſipiens eorum, qui [p] ad cognoſcendam veritatem ſemetipſis ducibus utebantur. Si ergo quis de ærumnoſis vanitatibus & inſaniis fallacibus erubeſcens, tenebras eſſe & mortem quidquid pro lumine & vita amplectebatur intelligit, & ab his ſe conatur abſtrahere; non eſt ab ipſo, quamvis non ſine ipſo ſit, iſta converſio; nec propria virtute ad principia ſalutis enititur: ſed agit hæc occulta & potens gratia Dei, quæ remotis terrenarum opinionum & operum mortuorum favillis, [q] torrem obruti cordis exagitat, & deſiderio veritatis inflammat: non ut invitum hominem ſubigat, ſed ut ſubjectionis cupidum faciat; nec ut ignorantem trahat, ſed ut intelligentem ſequentemque præcedat. Manens enim liberum arbitrium, [r] quod utique cum ipſo homine Deus condidit, a vanitatibus & cupiditatibus ſuis, in quas neglecta Dei lege [f] defluxit, non a ſeipſo, ſed a Creatore, omiſſo *cum* ante *tentarent*. Lugd. vero: *Sed cur vetiti ſunt loqui verbum in Aſia, & ire in Bithyniam? Prohibiti ſunt a Spiritu Jeſu.*

Matt. 28. 19. — *Act. 16. 6. & 7.* — ** alias Cap. 26.*

m Bona voluntas hominis ſic ejus propria eſt, ut non niſi Deo inſpirante concepta ſit. *Luc. 18. 19.*

n

o

p Converſio hominis licet non ſine ipſo, non tamen ab ipſo incipit.

q

r

f

a Hæc verba, *ſignificaretur Filius Dei & hominis*, abſunt a Lugd. codice.

b Editio Lugd. *Atque ita hoc ex Deo erat, velle David, & ex Deo erat, hoc ferri a Solomone.* Quæ editio, ut veteres paſſim, *Solomonem* legit, pro *Salomone*.

c Editi Mogunt. & Ven. *voluerit*, ſed male. Item Mſ. Jol. *Deo nolente*: nec forte melius. Lugd. editio, *ubi facere Deus voluerit, quod omnes facere Deo volente voluerunt*: ubi *voluerit* pro *noluerit* potuit irrepſiſſe.

d Mſ. Jol. Mog. & Ven. edit. *Euntes docete*. Idem Mſ. *baptizantes eas*.

e Edit. Lugd. & poſteriores, *Apoſtolis ſuis præcepit.*

f Mſ. Jol. *audiſſent . . . . perceperunt.*

g Sic Mſſ. Corb. Remig. & Jol. nec non Mog. & Ven. At Lugdun. & quæ ſecutæ ſunt editiones, *jubentis verbi*.

h Sic Mſ. Corb. & ex eo edit. hujus libri in append. tomi 10. Auguſtini operum. cum Lovan. & recentioribus. Mſ. Remig. *Sed cum vetiti ſunt verbum in Aſiæ loqui, & ire in Bithyniam prohibiti ſunt*. Mſ. Jol. *ſed cum voluiſſent loqui verbum in Aſia, & ire Bithyniam, prohibiti ſunt a Spiritu Jeſu*. Edit. Mog. & Ven. accedunt ferme ad Mſ. Corb. & textum noſtrum, omiſſo *cum* ante *tentarent*. Lugd. vero: *Sed cur vetiti ſunt loqui verbum in Aſia, & ire in Bithyniam? Prohibiti ſunt a Spiritu Jeſu.*

i Lugd. & poſteriores, *qui nondum crediderunt.*

k Sola Lugdun. editio, *& tunc cum pro omnibus petitur.*

l Mſ. Jol. *poſtulari donavit.*

m Edit. Lugd. *qua adhæret Deo.*

n Ita Mſſ. Corb. Remig. & Jol. Edit. Mog. & Ven. *ſed in his non habet veri perfectionem*. Lugd. *ſed non in aliis*. Lovan. Duac. & Colon. *ſed non in illis veri boni perceptio eſt.*

o Mog. & Ven. editi, *quod Græcæ ſcholæ*. Mſſ. Corb. & Remig. Lugd. Lov. Duac. & Colon. *quantum Græcie ſcholæ, quantum Romana eloquentia* &c. Mſ. Jol. *Romanaque eloquentia.*

p Lugd. *ob noſcendam*: Lovan. & recentiores illa, *ad noſcendam*.

q Edit. Lugd. & recentiores, *dimotis*: Idem Lugd. codex, *terrorem*, ubi alii, *torrem*: præter Mſ. Remig. qui habet *ſcintillam* Mſ. Jol. *torrem mortui cordis*.

r Mſſ. Corb. Remig. & Jol. Mog. & Ven. edit. *quod unicuique*.

f Lugd. editio, *fluxerant*.

a Creatore mutatur; ut quidquid in eo a [a] in melius reficitur, nec sine illo sit qui sanatur, nec nisi ab illo sit qui medetur; cujus sumus nova creatura novumque figmentum, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus. *Ephes.2.10*

CAPUT XIII.

Definitio nona Cassiani: Omni animæ inesse naturaliter virtutum semina a Creatore inserta. Refellitur, quia peccatum originale evertit. Virtutes in impiis veras non esse, sed omnia opera eorum immunda. Virtutum sive meritorum principia nulla in nobis ante gratiam. In ingeniis impiorum, licet multa laudabilia, non tamen veræ virtutes. Confutat id quod ex Pastoris libro apocrypho probare voluerat Collator, Hominem, etiam ante gratiam, ad bonum & malum æqualiter se habere.

* *alias Cap. 27. Collat. 13. c. 12. Definitio 9. Cassiani: Omni animæ inesse naturaliter virtutum semina a Creatore inserta.*

* NUnc jam videamus quo disputantis progrediatur intentio. *Dubitari ergo*, inquit, *non potest, inesse quidem omni animæ naturaliter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta. Sed nisi hæc opitulatione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt pervenire: quia secundum beatum Apostolum, neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat,* [b] *sed qui incrementum dat Deus. Adjacere autem homini in quamlibet partem arbitrii libertatem, etiam liber ille qui dicitur Pastoris, apertissime docet: in quo duo angeli unicuique nostrum adhærere dicuntur, id est, bonus ac malus; in hominis vero optione consistere, ut eligat quem sequatur. Et idcirco manet in homine liberum semper arbitrium,* [c] *quod gratiam Dei possit vel negligere, vel amare.* Si dubitari non potest, *inesse omni animæ naturaliter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta*: solus Adam prævaricatus est, & in peccato ejus nemo peccavit; in nullis iniquitatibus concepti sumus, & in nullis nos matres nostræ peperere delictis; non fuimus natura filii iræ, nec fuimus sub potestate tenebrarum; qui manentibus in nobis naturaliter virtutibus, filii potius nati sumus pacis & lucis. Abfit ab animis piorum fallacis doctrinæ insidiosa deceptio. Virtutes cum vitiis habitare non possunt. *Quæ enim participatio*, inquit Apostolus, *justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas luci ad tenebras?* Virtus namque principaliter Deus est: cui non aliud est habere virtutem, quam esse virtutem. Hujus cum participes sumus, [d] habitat Christus in nobis, qui est Dei virtus & Dei sapientia; habitat fides, spes, charitas, continentia, intellectus, consilium, fortitudo ceteræque virtutes. Cum vero [e] ab hoc bono recedimus, omnia nobis e contrario oriuntur ex nobis. Discedente enim pulcritudine, quid succedat nisi deformitas? abeunte sapientia, quid resideat nisi insipientia? non regnante justitia, quid dominetur nisi iniquitas?

Pſal.50.7. *Ephes.2.3.* *Coloss.1.13* *Virtutes cum vitiis non simul consistere.* *2.Cor.6.14* *1.Cor.1.24*

2. Virtutum itaque semina, quæ beneficio Creatoris inserta sunt, prævaricatione primi parentis eversa sunt; nec haberi queunt, nisi eo restituente qui dederat. Reformabilis enim est natura humana [f] formatori suo, & eorum bonorum quæ habuit, capax est: ut per mediatorem Dei & hominum hominem Christum Jesum, in eo ipso quod ei remansit, possit recuperare quod perdidit. Remansit autem ei rationalis animus, qui non virtus, sed virtutis habitaculum est. [g] Ex participatione enim sapientiæ, & justitiæ, & misericordiæ, non sapientia, neque justitia, neque misericordia; sed sapientes, & justi, & misericordes sumus. Quæ bona, quamvis rationale nostrum vitiis occupatum sit, & prævaricantibus nobis Dei templum spiritus immundus invaserit; possunt tamen rursus in ipsum rationale confluere, per eum qui mundi principem foras mittit, & ligans fortem, vasa ejus rapit, fugatoque mundi hujus spiritu, [h] dat Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis. *Qui* autem *Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* *Virtutum semina in homine peccato eversa.* *Joan.12.31* *Marc. 3. 27.* *1.Cor.2.12* *Rom.8.9.*

* 3. Puto autem istum veri similitudine decipi, & in specie falsarum errare virtutum, dum ea bona, quæ non possunt nisi ex Dei munere haberi; etiam in impiorum animis [i] æstimat reperiri; ideo scilicet, quia multi eorum sint justitiæ, temperantiæ, continentiæ, & benevolentiæ sectatores: quæ omnia non frustra quidem, neque inutiliter habent, multumque ex eis in hac vita honoris & gloriæ consequuntur: sed quia in iis

* *alias Cap. 28. Virtutes in impiis veras non esse.*

S. Prosperi.

a Mſ. Jol. omittit hæc, *in melius*.

b Hæc verba, *quia secundum . . . . sed qui incrementum dat Deus*, omissa fuerant in Mſ. Remigiano & Jolienſi: in editionibus quoque Mogunt. Ven. & Lugd. Supra vero vox *Dei*, post *opitulatione*, non legitur in Remig. & Jol. Mſſ. nec in Mogunt. & Ven. edit.

c Mſ. Jol. *quo gratiam Dei possit negligere.*

d Edit. Mog. & Ven. *habitat in nobis qui est*, absque voce, *Christus*.

e Edit. Mog. & Ven. *ab hoc honore cedimus.*

f Editi Mog. & Ven. *a formatore suo.*

g Mſ. Jol. omittit præpositionem, *Ex.*

h Ita Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mogunt. & Ven. At Lugd. & illo recentiores, *largitur nobis spiritum.*

i Editi Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *existimat.*

studiis non Deo, sed diabolo serviunt, licet habeant temporalem de vana laude mercedem, ad illam [a] tamen beatarum virtutum non pertinent veritatem. [b] Et ita manifestissime patet, in impiorum animis nullam habitare virtutem, sed omnia opera eorum immunda esse atque polluta, habentium sapientiam non spiritalem, sed animalem, non cælestem, sed terrenam, non Christianam, sed diabolicam, non a patre luminum, sed a principe tenebrarum; [c] dum & ipsa quæ non haberent nisi dante Deo, subdunt ei qui primus recessit a Deo.

Opera eorum omnia immunda.

Virtutum sive meritorum principia nulla in nobis ante gratiam.

4. Qui ergo dicit, sine ullo opere gratiæ, *naturaliter omni animæ semina inesse virtutum;* quid laborat ostendere, nisi de istis seminibus [d] quædam germina præcedentium Dei gratiam pullulare meritorum? Denique ut videretur aliquid gratiæ tribuisse: *Ad perfectionis*, ait, *incrementum semina hæc pervenire non poterunt, nisi opitulatione Dei fuerint excitata*: ut scilicet opitulatio Dei sit cohortatio atque doctrina, mens autem, quæ virtutum est opulenta seminibus, utatur facultate quam possidet; ad hoc tantum juvanda, ut earum virtutum adprehendat culmina, quarum sibi scit inesse principia. * Igitur [e] secundum istum humana anima sic ædificabitur in Dei templum, ut non accipiat fundamentum præter quod aliud nemo potest ponere, quod est Christus Jesus. Quando autem hoc fundamentum [f] incipitur, nisi quando fides in audientis corde generatur? Quæ si naturaliter inerat, non cœptum ibi est aliquid, sed [g] superstructum. Superflue ergo infidelis videbatur, qui fidem habebat ante quam crederet. Hoc autem & de aliarum virtutum principiis potest dici, quas gratia augere debeat quia sunt, non donare quia desunt. Sed aliud nos omnia sanctarum scripturarum eloquia docent. Legimus principium esse sapientiæ timorem Domini, & legimus donum Dei hanc esse virtutem. *Timor*, [h] inquit, *Dei super omnia se superposuit: beatus homo* [i] *cui donatum est habere timorem Dei.* Cum ergo timor Dei principium sit sapientiæ, quæ virtus haberi potest sine sapientia, [k] cui ex timore principium est? Beatus apostolus Petrus, *Gratia vobis*, inquit, *& pax adimpleatur* [l] *in recognitione Domini nostri Jesu Christi, qui nunc omnia nobis divina virtute sua, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donavit.* Numquid ait, Qui virtutum semina, quæ naturaliter habebamus inserta, opitulatione sua excitavit in nobis? [m] Sed ait, *Qui nunc omnia nobis, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donavit.* [n] Quod dicendo, cujus virtutis initium in natura posuit, quod non ab eo collatum sit, qui cuncta donavit? Propter quod & beatus Paulus: *Quid enim habes*, inquit *quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?*

Ibid. 9. 10. Eccl. 25. 14. & 15.

2. Pet. 1. 2.

5. Ergo omnia quæ ad vitam & pietatem pertinent, non per naturam, quæ vitiata est, habemus; sed per gratiam, qua natura reparatur, accepimus. Nec ideo [o] æstimare debemus in naturalibus thesauris principia esse virtutum, quia multa [p] laudabilia reperiuntur etiam in ingeniis impiorum: quæ ex natura quidem prodeunt; sed quoniam ab eo qui naturam condidit recesserunt, virtutes esse non possunt. Quod enim vero illuminatum est lumine, lumen est; & quod eodem lumine caret, nox est. [q] Quia *sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum.* Ac sic vitium est, quod putatur esse virtus: [r] quandoquidem stultitia est, quod putatur esse sapientia. [s] Quando autem fieri potest, ut qui in naturalium virtutum seminibus, quæ iste ma-

1. Cor. 1. 18.

In ingeniis impiorum licet multa laudabilia, non tamen veræ virtutes.

1. Cor. 3. 11.

Prov. 1. 7.

a Edit. Mog. & Ven. carent hac particula, *tamen.*

b Edit. Mog. & Ven. *etiam.*

c Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. cum editis Mog. & Ven. At Lugd. & posteriores edit. *dum per ea ipsa quæ non haberent nisi dante Deo, subduntur ei*, &c.

d Mss. Corb. Jol. & edit. Mog. & Ven. *quædam semina.*

e Edit. Lugd. & posteriores, *secundum istud.*

f Edit. Mog. & Ven. *accipitur.*

g Lugd. & eo recentiores, *superinstructum.*

h Mss Jol. *Timorem*, inquit, *Dei super hæc omnia posuit.* Lugd. editio, *Timorem Domini*, inquit, *super omnia posui.* Lov. Duac. & Col. *Timor Domini*, inquit, *super omnia se superposuit.*

i Mss. Corb. & Remig. *beatus homo.* Hanc vocem *homo* parentesi incluserant Lov. Duac. & Colon. ut dubiæ auctoritatis: omittunt Mog. Ven. & Lugd. Mss. Jol. *beatus vir:* Pro *timorem Dei.* M. Jol. Lugd. & eo posteriores habent, *timorem Domini.*

k Lugd. & posteriores, *cujus.*

l Editi Mog. & Ven. *in cognitione . . . . omnia in nobis.*

m Lugd. editio, *an, quæ ad vitam & pietatem pertinent donavit*, ceteris omissis.

n Hæc phrasis tota omittitur in Mogunt. & Ven. In qua edit. Colon. pro *collatum sit*, habet, *collocatum sit.*

o Edit. Mog. & Ven. *sed per naturam; quæ gratia reparatur, accepimus*: quam partem præterit omnino editio Lugd.

p Lugd. & posteriores, *existimare.*

q Lugd. & recentiores, *laudanda.*

r M. Jol. *Quid sapientia hujus mundi? Stultitia est.* Editiones Mogunt. & Ven. *Ac si vitium est, quod putatur esse sapientia, quando stultitia est, quod putatur esse virtus.*

s Ita legunt uniformiter. Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. edit. At Lug. Lovan. Duac. & Colon. *Quomodo autem fieri potest, ut is qui in naturalium virtutum seminibus exuberare se putat, quas ipse magnificas esse gloriatur*, (Lov. Duac. & Colon. in margine, *quæ iste magnifica gloriatur*) . . . . *subjiciat.*

magnificat, gloriantur, ipsas virtutes suas ei doctrinæ subjiciant provehendas, quæ dicit, *Si quis videtur inter vos sapiens esse, stultus fiat, ut sit sapiens?* &, *Quia in sapientia Dei non cognovit hic mundus per sapientiam Deum, placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes.* Quid illa[a] scientiæ sapientiæque præsumptio magis ineptum esse censeat, magisque ridendum, nisi Spiritus Dei aspernationem subegerit superborum, rationesque illas quæ ignotæ veritati, canina facundia repugnabant, gratiæ suæ virtute destruxerit: ut semen verbi præsulcata cordis terra concipiat, & dignos æternis horreis fructus Dei agricultura producat?

1. Cor. 3. 18.
1. Cor. 1. 21.
a

* *alias Cap. 30.* b Pastoris liber nullius auctoritatis.

* 6. [b] Post illud autem nullius auctoritatis testimonium, quod disputationi suæ de libello Pastoris inseruit, ex quo ostendere voluit, inter boni & mali angeli contrarias suasiones, ita omnem hominem naturali judicio & propriæ discretioni esse commissum, ut ei non plus a Deo præsidii, quam a diabolo sit periculi, addidit [c] definitionis suæ regulam, dicens: *Et idcirco manet in homine liberum semper arbitrium,* [d] *quod gratiam Dei possit vel negligere, vel amare.* In qua sententia etiam hoc quod ait, [e] in homine remanere semper liberum arbitrium, ex aliqua parte non constat: si quidem multa millia infantium in regnum Dei assumptorum, aut a regno Dei extraneorum, sine ullius suæ voluntatis arbitrio gratiam Dei aut accipiant, aut amittant; multique excordes ad omnia prorsus & fatui, per sacramentum regenerationis ab æternæ mortis vinculis eruantur. Accipiamus tamen ita hoc dictum, ut ad eos proprie pertineat hæc definitio, qui uti possunt libera voluntate. Itane libera est ista libertas, [f] ut quantum ex se habeat fastidii ut negligat gratiam Dei, tantum ex se habeat delectationis ut diligat? Itane illum [g] vetustæ infidelitatis glacialem rigorem nullus meridiani caloris spiritus relaxavit, & torpor mentis obstrictæ de suo algore concaluit; [h] & dicente Domino, *Ignem veni mittere in terram*, nulla ad cor frigidum scintilla pervenit, & cinis mortuus a semetipso in flammam caritatis exarsit? Nihil tale [i] in istis gratiæ amatoribus factum est, quale illi experti sunt, qui dicebant, *Nonne cor nostrum erat ardens,* [k] *cum essemus cum illo in via, & aperiret nobis Scripturas?* Sed nec illud in eisdem actum est, quod [l] in Lydia, civitatis Thyatirorum purpuraria, quæ inter mulieres, quibus illic Apostolus prædicabat, sola tunc ostenditur credidisse, *Cujus*, inquit, *cor aperuit Deus, ut intenderet his quæ a Paulo dicebantur?* Et tanta est secundum istum liberi arbitrii [m] incolumitas & facultas, ut caritatem, quæ in omnium arce virtutum est, non ex Dei munere, sed ex sola habeant voluntate. Quid ergo in anima a suo ædificatore [n] reparatur? aut qua largitate gratiæ fiet ornatior, si illa sunt ei propria, sine quibus non possunt prodesse donata? Sed Apostolus, qui profitetur, sine charitate non operationes miraculorum, non scientiam, non fidem, non prophetiam, non erogationes divitiarum, non ipsam sævissimorum suppliciorum prodesse tolerantiam; unde habeatur

Caritas ex Dei munere.
c
d
e
f
g
h
Luc. 12. 45
i
Luc. 24. 32
k
l
Act. 1. 14.
m
n
1. Cor. 13. 2. & 3.

ipsa

a Ita hunc locum exhibent Mss. Corb. & Remig. nec non edit. Mogunt. & Ven. quæ editiones pro *præsulcata*, habent *præsulcati cordis*. At Lugd. & ea recentiores. *Quid illa scientia, scientiæque præsumptio, magis ineptum cernat .... quæ ignotæ virtuti*. Mss. Jol. *Quid illa inscientius sapientia, quid illa præsumptione magis ineptum, magisque ridendum, nisi ignitæ veritati .... præsulcati cordis.*

b Ita legimus in Mss. Corb. & Remig. nec non in edit. Mog. & Ven. Mss. Jol. sic habet locum istum, *Illud autem nullius est auctoritatis testimonium quod ... ex quo ostendere voluit inter boni & mali angeli .... Postea vero addidit definitionis suæ regulam.* Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *& quo ostendere voluit, inter boni & mali contrarias suasiones &c. addidit* &c. Vide supra initio capitis hujus.

c Mss. Corb. Lugd. & posteriores editiones, *definitioni suæ*. Mss. Remig. & Jol. ut Edit. Mog. & Ven. *definitionis suæ*.

d Edit. Lugd. & posteriores, *quo gratiam Dei possit.*

e Sic Mss. Corb. & Remig. & Jolienses. Edit. Mog. & Ven. *remanere in homine liberum semper*. Lugd. & recentiores, *manere in homine liberum semper arbitrium.*

f Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. *ut tantum ex se habeat* &c. Edit. Lugd. Lov. Duac. & Colon. ut in textu. Lugd. pro *delectationis* habet *dilectionis*: idemque in marginem conjecerunt Duac. & Colon.

g In Ms. Jol. abest, *vetustæ*. In Remig. legitur, *itane vetustæ ullum.*

h Sic Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. At vero Lugd. & posteriores, *ut dicente Domino ... scintilla pervenerit .... in flammam caritatis exarserit.*

i Edit. Lov. Duac. & Colon. *in istius gratiæ damnatoribus*: in margine, *in istis*. Mss. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. & antiqua Lugd. *in istis gratiæ amatoribus*; quæ ad oram libri notatum præfert, *Forte legendum est, in istis gratiæ damnatoribus*. Mss. & antiquiorum ex editis lectio præferenda visa est: in qua hanc sententiam & proxime sequentes, non simpliciter, sed figurate accipiamus per interrogationem ex judicio eruditissimorum virorum, qui opetum S. Augustini editionem ultimam procurarunt.

k Edit. Mog. & Ven. addunt, *in nobis*. Alii codices nostri minime.

l Mss. Corb. Lugd. & posteriores editiones, *de Lydia*. Idem Ms. cum Remig. & Jol. *cor aperuit Deus*. Alii, *cor aperuit Dominus.*

m Editi Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *Vel incolumitas vel facultas, ut .... habeat*. Lugd. *habeant*: cum Mss. Corb. Remig. & Jol. & Mog. & Ven.

n Lugd. & illo recentiores, *parabitur.*

ipsa charitas non tacet : *Quoniam charitas*, inquit, *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum-sanctum, qui datus est nobis* : &, [a] *Pax*, inquit, *fratribus cum charitate & fide, a Deo Patre & Domino Jesu Christo*. Sanctus etiam Joannes apostolus instruat nos, unde hujus boni cœperimus esse participes. *Carissimi*, inquit, *diligamus nos invicem, quia dilectio ex Deo est*. Et ne [b] possemus opinari, ideo dilectionem dictam ex Deo, quia in natura hominis hic [c] satus esset affectus : paulo post ait ; *Non quod nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos*: & iterum, *Nos diligamus Deum*, [d] *quia prior dilexit nos*. Agnoscat ergo humana egestas, hoc quod de quibuslibet bonis recte dicitur, multo rectius sibi dici de eo, sine quo bona cuncta non prosunt ; [e] *Quid enim habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?*

Rom. 5. 5.
Ephes. 6. 23.
1. Joan. 4. 7
Ibid. ℣. 10
Ibid. ℣. 19
1. Cor. 4. 7.

CAPUT XIV.

Cassianus liberi arbitrii vigorem demonstrare aggressus. Definitio decima Cassiani : Job suis viribus vicisse diabolum, non auxilio gratiæ : nisi quatenus Deus non majorem tentatori dedit potestatem, quam illi noverat inesse virtutem. Cassiani fraus : catholicam sententiam de gratia in disputaeionis principio prædicat, & eamdem postea impugnat. Ad præcipitia Pelagiana gradatim decurrit.

* alias Cap. 31.

Cassianus liberi arbitrii vigorem demonstrare aggressus.

* POst hæc autem, [f] cum tantum homini tribuisset ante gratiam, quantum eis fructuosissimum est habere per gratiam, addidit quædam perplexa atque confusa, ad vigorem liberi arbitrii demonstrandum ; & de his quæ jam donatis sibi [g] viribus facit, vult illa munire quæ ei naturaliter inesse definit ; ut quod est per adjutorium Dei perfeciſse, hoc sit ex liberi arbitrii libertate cœpisse. Verum hæc ut tolerabilia transeamus : quia & nos liberum arbitrium ideo dicimus, bonæ voluntatis affectum fideique principium, operante gratia concepisse, ut per hæc quæ illi nullo merito præeunte donata sunt, ea quæ [h] operaturo sunt promissa mereatur ; ab illo semper petens posse aliquid boni facere, qui ait, *Sine me nihil potestis facere*. * His itaque prætermissis, id quod de sancti Job passionibus posuit, retractemus, ait enim : *Quod etiam in Job probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetisset ad singulare certamen, divinam legimus providisse justitiam. Si enim contra inimicum, non sua virtute, sed Dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque ulla virtute [i] patientiæ suæ, divina tantum opitulatione sustultus, multiplices illas ac tota inimici crudelitate quæsitas tentationum moles & exitia pertulisset ; quomodo non illam calumniosam diabolus, quam prius emiserat vocem, adversus eum justius iterasset, Numquid Job gratis [k] colit Deum? Nonne tu vallasti eum, [l] ac domum ejus, & universam substantiam ejus per circuitum? Sed aufer manum tuam, hoc est, sine eum suis mecum viribus decertare, nisi [m] in faciem tuam benedixerit tibi. Sed cum nullam hujuscemodi querimoniam calumniosus hostis post conflictum audeat iterare ; non Dei, sed illius se victum viribus confitetur. Licet etiam gratia Dei non in totum illi defuisse credenda sit, quæ tantam tentatori tribuit potestatem, quantam & illum resistendi noverat habere virtutem : non eum ab illius impugnatione sic protegens, ut nullum virtuti humanæ relinqueret locum ; sed hoc tantum procurans, ne violentissimus inimicus animam ejus amentem faciens [n] & impotem sensu, impari eum atque iniquo certaminis pondere prægravaret.*

Joan. 15. 5.
* alias Cap. 32.
Definitio 10. Cassiani : Job suis viribus vicisse diabolum, non auxilio gratiæ, nisi quatenus Deus non majorem tentatori dedit potestatem, quam illi noverat inesse virtutem.
Collat. 1. cap. 14.
Job. 1. 9.

* 2. Quis hæc prædicari [o] a catholicis inter catholicos crederet, nisi quæ in collocutionibus domesticis sæpe defensa sunt, etiam scripta legerentur? Itane in omnibus hominibus intelligentiæ caligat obtutus, & a cunctis Ecclesiæ filiis spiritus scientiæ & pietatis abscessit, ut non

* alias Cap. 33.

Cassiani fraus : catholicam

a Edit. Mog. & Ven. conformiter textui Apostolico. *Pax, inquit, fratribus, & caritas cum fide.*

b Mſ Remig. cum Lugd. & posterioribus editis, *possimus.*

c Mſ Remig. *hic salutis esset affectus.* Mſ. Jol. *hic esset affectus.* Mſ. Corb. *hic saltus.* Edit. Lugd. *hic salvus esset effectus.*

d Mſ. Jol. *quoniam ille prior.* Posterior hic Scripturæ locus aberat ab edit. Lugd.

e Hic locus desideratur in Mſ. Jol.

f In Mſ. Jol. ac Mog. & Ven. deest', *autem*. Post pauca Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *quantum ei fuerat fructuosissimum, addidit quædam perplexe atque confuse.* Mog. & Ven. *addit* : cetera ut in textu.

g Edit. Mog. & Ven. *virtutibus.* Idem margini apposuere Lov. Duac. & Colon. Postea Mogunt. *vult illa unire.* Ven. *venire.* Deinde iidem codices, *arbitrii libertate* : ubi Lugd. & posteriores, *per arbitrii libertatem.* Mſſ. tres *ex arbitrii libertate.*

h Edit. Lugd. & posteriores, *operaturis.*

i Edit. Mog. & Ven. *sapientiæ suæ . . . & exitium pertulisset.*

k Lugd. & recentiores, *colet Deum.*

l Hæc verba, *ac domum ejus*, non legimus in Mſſ. Remig. & Jol. nec in Lugd.

m Mſ. Jol. *in faciem*, absque pro nomine, *tuam.* Ven. editio, *maledixerit tibi.*

n Mſ. Jol. *& impotem sensus.*

o Edit. Mog. & Ven. *catholicis*, sine præpositione *a* : & infra pro *collocutionibus*, Lugd. & recentiores illo habent, *colluctationibus*, nec dissentit Mſ. Jol.

sententiam de gratia in disputationis principio prædicat, & eamdem postea impugnat.

non [a] erubescant ingerere se judiciis legentium tam inhonesta mendacia? Vir gravis, doctor sapiens, verax magister, redde nobis catholicam definitionem, qua inter initia disputationis tuæ aures nostras mentesque cepisti. Pronuntiaveras [b] fidem Christiana voce ecclesiasticam, *Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium: qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum; qui & inspirat quæ bona sunt, & exsequitur, & consummat in nobis*: [c] & hujus sententiæ soliditate omnia hostilium reliquiarum machinamenta confregeras. Cur professione mutata, quod destruxisti ædificas, quod tuebaris impugnas? Cur invictissimæ veritatis [d] arce deserta, gradatim ad præcipitia Pelagiana decurris? Qui enim definieras, neque sanctarum cogitationum, neque piarum voluntatum, neque bonorum actuum ex nobis esse principia; sed inspiratione Dei gratiæque ejus auxilio bona in nobis cuncta generari, & ad profectum perfectionemque perduci: paulo post cœpisti donis gratiæ liberi arbitrii æquare conatus; ut principia quæ Deo adsignaveras, posse hominem a semetipso habere monstrares, dicendo, *Quia etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus* [e] *possit extendi, semper vero a Domino indigeat adjuvari*: & iterum dicendo; *Etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnumquam bonarum voluntatum prodire princia: quæ tamen nisi a Domino dirigantur,* [f] *ad consummationem virtutum pervenire non possint*. Et post hæc, ut quosdam præveniri [g] a gratia ostenderes, in quorumdam autem præeuntibus meritis caussam percipiendæ gratiæ collocares, dixisti, *Quid ex quo pendeat dubitari: id est, utrum, quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, misereatur nostri Deus; an quia Deus misereatur, consequamur bonæ voluntatis initium*. Quas duas regulas ne in ambiguo relinqueres, [h] utramque exemplis, ut tibi visum est idoneis, munire curasti; unam de Pauli & Matthæi coactitia conversione confirmans, [i] aliam de Zacchæi & latronis voluntaria fide roborans; quorum desiderium [k] tam violentum dicis fuisse, *ut ad invadendum regnum cælorum specialia vocationis* [l] *monita prævenirent*. Deinde progressu disputationis, ut incolumitatem interioris hominis patefacias; ipsum *Adam concepisse quidem, quam non habebat,* [m] *scientiam mali; sed quam acceperat boni scientiam, non amisisse* confirmas. Cumque hoc etiam ex comparatione impiorum probare voluisses; in id usque prolapsus es, ut proclamares, *Cavendum nobis esse, ne ita ad Deum omnia sanctorum merita referamus, ut nihil nisi quod malum est, humanæ adscribamus naturæ*. Et ne hanc [n] naturam ullas in prævaricatione Adæ crederemus amisisse virtutes, definisti tam incolumes esse omnium hominum animas naturaliter, quam fuit primi hominis ante peccatum, dicendo, *Dubitari ergo non potest, inesse omni animæ naturaliter virtutum semina beneficio Creatoris inserta*. Considerates ergo his definitionibus tuis, non est occultum, quantum ab illius sententiæ sanitate desciveris, in qua quod tribuendum erat gratiæ, fallaciter prædicando, catholicarum tibi aurium judicia conciliare voluisti; quibus de [o] præmissæ professionis fronte securis, facile sequentia irreperent, si prima placuissent.

Supra c. 2. n. 2.

Jacob. 1. 17.

Supra c. 3. num. 3.

Supra c. 4. num. 2.

Supra c. 5. num. 1.

Supra c. 7. num. 1.

Supra c. 9. num. 2.

Supra c. 11. num. 2.

Supra c. 12. num. 5.

CAPUT XV.

Libero arbitrio quantas vires tribuat Cassianus. Job in conflictu cum diabolo sua ipsius virtute vicisse putat. Contra probatur Job vicisse auxilio Dei. Tolerantiæ fortitudo non nisi ex gratia Dei. Cassiani error, virtutem resistendi habuisse Job ex libero arbitrio, non ex gratia.

* SEd hactenus ne in totum videreris a præfixa regula discrepare, ita * *alias* Cap. 34.

a Lugd. & Lov. *ut non erubescant ingerere judiciis legentium tam inhoneſto mendatio*. Edit. Mog. & Ven. *ut non erubescat ingerere judicio legentium tam inanes fabulas, tam inhoneſta mendacia vir gravis*, &c. Mſ. Jol. *ut non erubescant . . . . tam inanes fabulæ tam inhoneſta mendacia? Vir gravis* &c. In ora Duac. & Colon. qui legunt ut Mog. & Ven. post *tam inhoneſta mendacia*, appositio comate? *Vir gravis* &c.

b Ita Mſſ. Corb. & Remig. cum edit. Mog. & Ven. At Lugd. & illo recentiores editiones, *fidem Christianam, voce ecclesiastica*. Mſ. Jol. *fide Christiana, voce ecclesiastica*.

c Mſ. Jol. *hujus enim*.

d Mſ. Jol. *arce destructa*.

e Lugd. & posteriores, *posset extendi; semper vero a Domino indiget adjuvari*.

f Mſ. Jol. *ad consummationem pervenire*, omissa hac voce, *virtutum*.

g Mſ. Remig. & edit. Lugd. *ad gratiam*.

h Edit. Mog. & Ven. *utrumque*.

i Mſ. Jol. Lugd. edit. & posteriores, *alteram*.

k Edit. Mog. & Ven. *tam volens*.

l Mſ. Jol. *merita*.

m Editio Lugd. *conscientiam mali, sed quod acceperat, etiam boni scientiam non amisisse*.

n Editio Lugd. *naturas ullas*. Edit. Mog. & Ven. pro *animas*, habent *animos*.

o Mſſ. Corb. & Remig. Edit. Mog. & Ven. *præmissæ promissionis*.

Libero arbitrio quantas vires tribuat Cassianus.

ita virtutum meritorumque principia [a] a libero arbitrio ad gratiam transtuliſti, [b] ut ipſos bonorum deſideriorum voluntarios motus ſine auxilio Dei nec provehi fatereris poſſe, nec perfici: nunc vero remoto longius Deo, & a ſuſtentatione hominis ſeparato, tantam libero arbitrio [c] potentiam tribuis, ut non ſolum amiſſionem multiplicium facultatum, & totius ſimul familiæ ac neceſſitudinum acerbiſſimum finem conſtanter æquanimiterque ſuſcipiat; ſed ipſius quoque corporis proprii ineffabiles cruciatus propoſito nudæ voluntatis evincat. Et ut dubitari hinc diſputante te nequeat, ſancti Job conſtituis exemplum, qui adverſus illam inſignem diabolicæ ſævitiæ crudelitatem ſine Dei præſidio decertarit: & argumento probare niteris, quod ipſe cruentiſſimus inimicus confeſſus ſit, non Domini, ſed Job ſe virtute ſuperatum, in eo quod ſibi in graviore conflictu gratiam Dei obſtitiſſe non dixit: quaſi vir ille in damnis atque orbitatibus debuerit ſuperna protectione circumtegi, in carnis autem ſuæ animæque tormentis non eguerit adjuvari. Si ergo hac magnitudine animi, [d] quam illata per ſingulos omneſque artus tot mortium pœna non ſuperat, [e] nihil inter ſanctorum palmas memorabilius, nihil invenitur illuſtrius; [f] eamque adſeris, ex humana tantum virtute ſubſiſtere: quid erit laudis ac meriti, quod inter ſtudio quietis & pacis nequeat arbitrii obtinere libertas, quam in tanti fine certaminis de ſuis viribus coronaſti?

Job in conflictu cum diabolo ſua ipſius virtute viciſſe Caſſianus putat.

a
b
c
d
e
f

Contra probatur Job viciſſe auxilio Dei.

2. Quæro igitur abs te, videatur ne tibi vir iſte, cum illis quæ legimus ſuppliciis probaretur, habuiſſe [g] in ſe Spiritum-ſanctum? Si habuiſſe dicis; certum eſt quia Deus quem non deſeruit, adjuvit. Si autem receſſiſſe ab eo Spiritum-ſanctum dixeris; propheticus te ejuſdem ſermo convincit, dicentis, *Scio enim quod Redemptor meus* [h] *vivat, & in noviſſima die de terra ſurrecturus ſim, & rurſus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo* [i] *Deum, quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius: repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo.* Quod ſi de incarnatione Domini noſtri Jeſu Chriſti, ac reſurrectione ejus qui eſt primitiæ dormientium, & de ſpe redemtionis, quæ in ipſo repoſita eſt omnibus ſanctis, recte intelligitur prophetatum; manifeſte appareret non diſceſſiſſe a templo ſuo gratiam Dei; & feciſſe jam tunc Dominum [k] in hoc ſancto ſuo, quod poſtea in Apoſtolis & Martyribus ſuis ſpondebat eſſe faciendum, dicens, *Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini, ſed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis.* Quid cum idem ſanctus ineptis conſolatoribus reſponderet, [l] nonne in Dei fidebat auxilio, dicens, *Qui deridetur ab amico ſuo, ſicut ego, invocabit Dominum, & exaudiet eum?* Aut neſciebat [m] ex illo ſe habere quod habebat, de quo ait, *Apud ipſum* [n] *ſapientia & fortitudo, ipſe habet conſilium & intelligentiam*: [o] & de quo dicit, *In cujus manu anima omnis viventis, & ſpiritus univerſæ carnis hominis*: & iterum, *Expecto*, inquit, *donec veniat immutatio mea: vocabis, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram; tu quidem greſſus meos dinumeraſti,* [p] *ſed parcis peccatis meis: ſignaſti quaſi in ſæculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam.* Non ergo [q] deſeruerat Dominus, quem curabat: neque opem ſuam abſtulerat ab eo, cui purificatoria remedia, quibus clarius niteſceret, admovebat.

g
h
i
k
l
m
n
o
p
q

Job. 19. 25.

Job. 12. 4.

Ibid. 13.

Ibid. 10.

* 3. Ad hanc [r] paſſionum tolerantiam, in qua hic ſanctus emicuit, etiam ille erat præparatus a Domino, qui dicebat, *Nam etſi ambulem in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*: & illud, [s] *Salus juſtorum a Domino & protector eorum eſt in tempore tribulatra ſurrecturus ſum.*

i Mſ. Jol. *Deum Salvatorem meum . . . . repoſita eſt ſpes men*, omiſſo pronomine, *hæc*.

k Edit. Mog. & Ven. *in ſancto ſuo*.

l Edit. Colon. *non in Dei*, & poſt pauca edit. Mogunt. & Ven. *invocabit Deum*. Mſ. Remig. *& ipſe exaudiet*.

m Mſ. Jol. *ab illo*: ceteri, *ex illo*.

n Mſ. Remig. *fortitudo & ſapientia*.

o Lugd. & poſteriores editi, *& quod dicit*.

p Mſſ. Corb. Remig. cum Mog. & Ven. *parcens*. Mſ. Jol. *parces*.

q Mſ. Jol. *deſeruerat Deus*.

r Edit. Mog. & Ven. non habent, vocem hanc *paſſionum*. Lugd. editio paulo poſt, *in qua hic ſpiritus emicuit*.

s Mſ. Jol. *Salus autem juſtorum*.

* *alias* Cap. 35. r

Tolerantiæ fortitudo non niſi ex Dei gratia. ſ

Pſ. 22. 4.

Pſ. 36. 39.

a Ita Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Edit. Mog. & Ven. Lugd. vero, & poſteriores, *ad liberum arbitrium a gratia tranſtuliſti, ut ipſos &c.*

b Mſ. Jol. *ut ipſorum bonorum voluntarios motus*, omiſſa voce, *deſideriorum*. Poſteriores editiones Lugd. & aliæ paulo poſt, *patereris* habent, ubi Mſſ. & antiquiores Mog. & Ven. *fatereris*.

c Mſ. Jol. *potentiam tribuiſti*.

d Mſ. Iol. *qua illata*, &c. ut in textu. Edit. Mog. *qua illata*. Ven. *qua illatam . . . . mortium pœnam ſuperat*.

e Mſſ. Corb. & Remig. *nihil plus intra* (Remig. *inter*) *ſanctorum palmas* &c.

f Edit. Mog. & Ven. *cumque*, Lugd. *eaque*.

g Mſ. Jol. caret his, *in ſe*: tum vero *dicens, Scio quod*.

h Edit. Mog. & Ven. *vivit & in noviſſimo de ter-*

lationis. Ad hanc tolerantiam etiam ille [a] erat præparatus a Domino, qui & credere in Christum, & pro Christo pati referebat ad Christum, dicens; *Justificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum; per quem & accessum habemus* [b] *per fidem in gratiam istam, in qua stamus, & gloriamur in spe gloriæ filiorum Dei: non solum autem, sed & gloriamur in tribulationibus, scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit: quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Et iterum; *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die,* [c] *æstimati sumus ut oves occisionis:* [d] *sed in his omnibus superamus per eum qui dilexit nos.* Hujus tolerantiæ fortitudo [e] unde descenderit, beatus Petrus, & in illo omnis Ecclesia, Veritatis ipsius voce discebat, dicentis; *Ecce Satanas postulavit* [f] *ut cerneret vos velut triticum; ego autem rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua.* Quisquis igitur [g] in tribulationibus non deficit, ab illo se non dubitet adjuvari, ad quem quotidie corda universorum fidelium clamant, [h] *Ne inferas nos in tentationem, sed libera nos a malo:* quoniam [i] *Custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatorum liberabit eos.*

Rom. 5. 1.
Rom. 8. 33.
Ps. 43. 22.
Luc. 22. 31
Matt. 6. 13.
Ps. 96. 10.

2. Quod autem dicis, *Gratiam Dei ab Job ex eo* [k] *intelligendum non penitus recessisse, quod tentatori ejus tantam Deus* [l] *tentandi dederit potestatem, quantam & illum resistendi noverat habere virtutem:* nonne rectius veraciusque loquereris, si ubi dixisti, *Quantam & illum resistendi noverat habere virtutem*; [m] diceres potius, quantam & illi resistendi noverat se dedisse virtutem? [n] In ejus

Cassiani error, virtutem resistendi habuisse Job ex libero arbitrio, non ex gratia.

S. Prosperi.

enim verbi correctione, totam istam gloriam, quam humanis viribus adsignare voluisti, sobrietate aliqua temperasses; ut illa mirabilis in tanta afflictione patientia, [o] & Dei adjutorio & libero hominis adscriberetur arbitrio. Sed veritus es naturæ humanæ minuere laudem, si ei profitereris a Deo datam esse virtutem. [p] Ideo conflictus illius atque victoriæ non vis credi cooperatorem Deum fuisse, sed tantummodo spectatorem: ut cui [q] persuadere poteris, per naturalem liberi arbitrii facultatem tam arduum certamen evictum; dubitare non audeat in levioribus caussis multo liberiores esse bonæ voluntatis effectus; atque ita [r] in illius damnatæ sententiæ foveam cadat; qua dicitur, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius [s] possimus implere per gratiam; tamquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possemus, etiam sine illa, implere divina mandata. Quod quia catholici Pontifices dignum anathemate censuerunt; utendum nobis est eo quo usi sunt testimonio, dicentes, De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, [t] Sine me difficilius potestis facere: sed ait, *Sine me nihil potestis facere.*

Carthag. Conc. can. 5. seu 6. V. append.

Joan. 15. 57.

CAPUT XVI.

Quod supra docuerat Cassianus Centurionis evangelici exemplo confirmare nititur: cujus Definitio undecima est: Nullius laudis ac meriti esse, si id in eo Christus, quod ipse donaverat, prætulisset. Contra probat S. Prosper, quod laus & meritum per gratiam non auferatur. Fidei quoque & bonis operibus laudem ac meritum tribui, sine præjudicio gratiæ.

* HIs autem definitionibus tuis, quas credidisti idonea auctoritate munitas, tamquam de consensu legentium securus, adjungis, Solere interdum Deum

* *alias Cap. 36.*

a Lugd. Lov. Duac. & Colon. *erat paratus.*

b Hic editiones Mog. & Ven. addunt hæc, *per fidem*: quæ habentur & in textu Apostoli. Lugd. & posteriores, *in gratia ista.* Colon. *in gloria ista.*

c Lugd. & recentiores, *existimati sumus.*

d Mss. Jol. & *in omnibus.* Mss. Remig. & *in his omnibus.*

e Lugd. & posteriores, *unde descenderet.*

f Mss. Remig. & Jol. *ut cribraret vos.*

g Lugd. & recentiores, *in tribulatione.*

h Mss. Remig. & Jol. cum edit. Mog. & Ven. *Ne nos inducas.*

i Edit. Lugd. cum posterioribus, *Custodit Deus.*

k Lugd. & posteriores, cum Mss. Corb. & Remig. *intelligendam.*

l Edit. Lugd. & recentiores, *tantam Deus tribuit potestatem.* Lugd. omittit vocem hanc, *Deus.* Ms. Jol. particulam &, ante *illum.*

m Ms. Jol. *potius adfirmares.*

n Ita Mss. Corb. Remig. & Jol. cum editis Mog. & Ven. Lugd. & reliqui codices. *Unius enim verbi correctio . . . temperasset.*

o Ms. Remig. omittit particulam & ante vocem, *Dei.*

p Ms. Jol. cum Lugd. & posterioribus. *Itaque idem.* Ms. Jol. *credere.*

q Edit. Lugd. & posteriores, *persuadere poterit . . . evictum.* Mog. & Ven. *tam arduo certamine victum.* Eadem Lugd. & recentiores omittunt vocem, *liberi*, ante *arbitrii.*

r Mog. & Ven. *in illius damnatam sententiam cadat*, Ms. Jol. *in jus damnatæ sententiæ cadat.*

s Lugd. & posteriores, *possimus.*

t Hic editiones Mog. & Ven. solæ primo inferunt hunc Evangelii locum, *Sine me nihil potestis facere*: quem post pauca cum ceteris codicibus iterum repetunt.

ad fidem noſtram probandam plus offerre quam ſufficit, ut [a] quam firma ſit credentium fides, poſſit agnoſci. Et hoc exemplo illius Centurionis oſtendis, qui cum pueri ſui [b] poſceret curationem, Dominuſque ſe ad domum ejus iturum eſſe promitteret [c] reſponderit, *Matt.8.8.* *Non ſum dignus, ut intres ſub tectum meum, ſed dic tantum verbo, & ſanabitur puer meus.* In quo eum Dominus tali admiratione laudaverit, ut pronuntiaret non ſe inveniſſe tantam fidem in Iſrael. [d] Et exigua concluſione pene totum Pelagianum dogma confirmas, dicendo, *Nullius enim laudis eſſet ac meriti, ſi id in eo* [e] *Chriſtus, quod ipſe donaverat, prætuliſſet.* Falſo ergo ſcriptum eſt, *Quia nemo poteſt eſſe continens, niſi Deus det.* Falſo prædicavit Apoſtolus, cum de eadem virtute loqueretur, dicens, *Volo autem omnes homines eſſe ſicut meipſum; ſed unuſquiſque proprium habet donum a Deo, alius ſic,* [f] *alius vero ſic.* Falſo docuit & ille qui dixit, *Si quis indiget* [g] *ſapientia, poſtulet a Deo, & dabitur ei.* Nec ſecundum veritatem dictum eſt, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de ſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum:* &, *Nemo poteſt accipere quidquam, niſi ei datum fuerit de cælo.* An dicendum eſt, omnes quidem virtutes inter Dei dona numerandas; ſed in illis hominem, quas de proprio habuerit, eſſe laudabilem, & ibi eſſe merita, ubi Dei dona non fuerint? Igitur ſecundum regulam tuam, quibus donatum eſt, ut non ſolum crederent in Chriſtum, ſed etiam ut paterentur pro ipſo, & laudem & meritum perdiderunt; nec habent veram gloriam, qui non in ſe, ſed in Domino gloriantur. Sed rectius [h] audimus Prophetam dicentem, *Jerem.17.5* *Maledictus homo qui ſpem habet in homine, & firmat carnem* [i] *brachii ſui, & a Domino diſcedit cor ejus*: & illum, qui ait, *Diligam te, Domine, virtus mea*: &, *Pſ. 17. 1.* [k] *In Domino laudabitur anima mea:* &, *Pſ. 33. 3.* *Fortitudo mea, & laudatio mea Dominus.* *Pſal. 117. 14.* [l] Ut manifeſtiſſime noverimus, nec laudem eos ullam habere, nec meritum, [m] in quibus non inveniuntur, quæ niſi Dominus dederit, non habentur.

Definitio undecima Caſſiani.

Laus & meritum per gratiam non aufertur.

2. Sic autem putaſti de teſtimonio laudatæ fidei præjudicium donis gratiæ poſſe generari; quaſi fides, ubi oſtenderetur laudata, non doceretur eſſe donata. Laudat Apoſtolus Romanorum fidem, & pro hoc bono [n] eorum agit gratias Deo, dicens, *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jeſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra adnuntiatur in univerſo mundo.* Ad Corinthios quoque ſimili ſcribit affectu, dicens, *Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei, quæ data eſt vobis in Chriſto Jeſu; quia in omnibus divites facti eſtis in illo, in omni verbo, & in omni ſcientia.* Numquid agendo gratias Deo, credentibus [o] ſuſtulit laudem? aut laudando credentes, meriti negavit auctorem? De Epheſiorum etiam fide quid ſentiat, audiamus. *Propterea*, inquit, *& ego audiens fidem veſtram, quæ eſt in* [p] *Domino Jeſu, & dilectionem in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agens pro vobis, memoriam veſtri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini noſtri Jeſu Chriſti Pater gloriæ, det vobis Spiritum ſapientiæ & revelationis, in agnitione ejus illuminatos oculos cordis veſtri.* Habebant ergo iſti fidem, habebant & opera charitatis, quæ nec laude poterant carere, nec merito: ſed pro his virtutibus Apoſtolus gratias Deo agere non ceſſat, ſciens a Patre luminum hæc dona veniſſe; a quo ſe etiam petere proteſtatur, ut quibus dedit fidem, quæ per dilectionem operatur, det Spiritum ſapientiæ & intellectus; [q] & inde ſe Epheſii noverint accepiſſe quod habeant, a quo diſcunt ſperare quod non habent. Pro Philippenſibus quoque ſimiles Deo gratias agit, & meritum eorum laudemque [r] non ſuppreſſit, dicens, *Gratias ago Deo meo in omni memoria veſtri, ſemper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens,* [s] *ſuper communicatione veſtra in Evangelio, a prima*

Fidei & bonis operibus laudem ac meritum tribui ſine præjudicio gratiæ. *Rom. 1.8.*

1.Cor. 1.4.

Epheſ.1.15

Philip.1.3.

a Lugd. & ea poſteriores, *quam infirma ſit*. Caſtigantur ex Mſſ. Corb. Remig. & Jol. nec non edit. Mog. & Ven.

b Mſ. Jol. *quæreret curationem*.

c Ita Mſſ. Corb. & Remig. Mog. & Ven. editi. At Mſ. Jol. Lugd. editio, & recentiores, *reſpondit*.

d Edit. Lugd. & poſteriores, *At exigua concluſione pene totum tu*.

e Mſ. Jol. *Dominus*.

f Editio Lugd. & quæ poſt eam, *alius autem ſic*.

g Edit. Mog. & Ven. *ſapientiam poſtulet a Deo*.

h Mſ. Remig. *audivimus*.

i Mſ. Jol. *brachium ſuum*.

k Hæc quæ ſequuntur non legimus in Mſ. Jol.

l Mſ. Jol. *ut manifeſte noverimus*.

m Edit. Mog. & Ven. *in quibus ea inveniuntur*. Sed minus recte, ut videtur.

n In edit. Lugd. & poſterioribus deeſt, *eorum*. In Mſ. Jol. ac Mog. & Ven. non legitur vox hæc *Deo*.

o Mſ. Jol. *abſtulit laudem*.

p Mſ. Jol. *in Chriſto Jeſu*. Et infra *in agnitione ejus* habet cum Mſſ. Corb. & Remig. ubi editi omnes, *in agnitionem ejus*.

q Lugd. editio cum ea recentioribus, *ut inde .... quod habebant a quo diſcunt & ſperare*.

r Mſ. Jol. *non omittit*.

s Lugd. & poſteriores, *ſuper communicationem veſtram*. Mog. & Ven. poſt pauca, *qui cœpit in nobis opus, perficiet uſque in diem Domini noſtri Jeſu Chriſti.*

ma die usque nunc: confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Jesu Christi. [a] Cujus hic humanæ laudis ac meriti nunc in Deo causſa ſuſpenſa eſt? Quid virtutis [b] aut pietatis exceptum eſt, quod non ex gratiæ fonte profluxerit, ubi ab initio [c] uſque ad finem, & inchoatio & perfectio boni operis Domino deputatur? *Pſal.* 88. 16. & 17. Cui canitur de ſanctis ſuis, *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in juſtitia tua exaltabuntur: quoniam gloria virtutis eorum* [d] *tu es.*

CAPUT XVII.

Quantum Caſſianus in ſupra refutatis adjuvet Pelagianos dicentes, Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari; quos tamen profanæ opinionis arguit, in quo ſibimetipſi contrarius eſſe convincitur. Salus omni modo, niſi ex fide eſſe non poteſt.

* *alias Cap.* 37. Caſſianus ſibimetipſi contrarius.

* COnſiderandum ſane eſt in hac ſententia tua, quantum adjuves eos qui dicunt, *Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari:* quos [e] tamen, ut catholicæ fidei defendaris umbraculo, profanæ opinionis eſſe profiteris, dicens: *Nemo autem* [f] *æſtimet hæc a nobis ob hoc fuiſſe prolata, ut nitamur adſtruere, ſummam ſalutis in noſtræ fidei ditione conſiſtere, ſecundum quorumdam profanam opinionem, qui totum libero arbitrio deputantes, gratiam Dei diſpenſari ſecundum meritum uniuſcujuſque definiunt.* Sed miror valde quomodo non vides, aut ab aliis æſtimas non videri, quod te ipſum tuo ore condemnas. Dicendo enim quod *Centurio, cujus fides Domini voce laudata eſt, nullius laudis eſſet ac meriti,* [g] *ſi id in eo quod ipſe donaverat, prætuliſſet*: definiſti Centurionem illum non donatam fidem habuiſſe, ſed propriam; ac perinde nihil ejus principiis collatum fuiſſe per gratiam; in eadem autem fide cauſſam fuiſſe & laudis & meriti, quorum neutrum haberet, ſi id, cui & laus debetur & meritum, Dominus contuliſſet. Fruſtra ergo, ut invidiam damnati erroris evadas, ſummam ſalutis negas in fidei noſtræ ditione conſiſtere: cum omni modo ſalus [h] niſi ex fide eſſe non poſſit. *Juſtus* enim *ex fide vivit.* Quoniam Veritas dicit; *Amen, amen dico vobis, quoniam qui audit verbum meum, & credit in eum qui me miſit,* [i] *habet vitam æternam, & in judicium non veniet, ſed tranſibit de morte ad vitam*: Et iterum, *Hæc eſt voluntas Patris mei, ut omnis qui videt Filium & credit in eum, habeat vitam æternam: & ego reſuſcitabo eum in noviſſimo die.* Et iterum; [k] *Hæc eſt autem vita æterna, ut cognoſcant te ſolum verum Deum, & quem miſiſti Jeſum-Chriſtum.* Cum itaque huic fidei, quam ideo meritis & laudibus honoraſti, [l] quia mavis eam inter liberi arbitrii bona, quam inter Dei dona numerari, æternam beatamque vitam conſtet [m] eſſe præparatam; quomodo hoc vulnus declinabis, [n] quo te ipſum configis, pronuntiando eos profanos, qui gratiam diſpenſari ſecundum merita humana definiant; & aſſerendo quod nec laudem conſtet habere, nec meritum eos, qui ex dono gratiæ ſint fideles? Quoquoverſum ergo te conferas, a temetipſo [o] & vinceris, & vinciris. Si enim gratiam merita non præcedunt, & fides non poteſt eſſe ſine meritis; fides gratiam [p] non præcedit, & omni modo [q] ex gratia habetur, quidquid illud eſt, ex quo meritum naſcitur, quod ante gratiam non habetur.

Salus non niſi ex fide.

Rom. 1. 17. *Habac.* 2. 4. *Joan.* 6. 24.

Joan. 6. 40.

Joan. 17. 3.

a Ita Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. edit. At Lugd. Lov. Duac. & Colon. *Cujus humanæ laudis ac meriti non hic cauſſa ſuſpenſa eſt?*

b Mſ. Jol. cum Lugd. & poſterioribus, *ac pietatis.*

c Edit. Mog. & Ven. *uſque in finem.*

d In Mſ. Jol. adduntur hic ſequentia, *& in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.*

e Edit. Lugd. & poſteriores omittunt, *tamen.*

f Mſ. Jol. Ven. Lugd. & recentiores editi, *exiſtimet.* Infra vero idem Mſ. cum Mſſ. Corb. & Remig. ac Mog. edit. *æſtimas*, ubi ceteri codices, *exiſtimas*, habent.

g Mſ. Jol. *ſi id in eo Dominus*: ceteri, *Deus*: & paulo poſt idem Mſ. *Centurionem ipſum.*

h Lugd. & poſteriores, *cum omnino*: idem habet & Mſ. Jol. qui ſubdit, *ſalus nonniſi ex fide eſſe poſſit.*

i Edit. Mog. & Ven. *habet vitam, & in judicium non venit, ſed tranſit de morte in vitam.* Mſ. Jol. ut ſupra: at *ſed tranſiet, &c.* habet pro *tranſibit*, & *in vitam.* Mſ. Remig. *ſed tranſit.*

k Mſ. Jol. *Hæc eſt enim.* Mſ. Corb. *Hæc eſt autem:* & poſt pauca Mſſ. Corb. & Remig. *& ego reſuſcitem eum.* Ceteri codices ut in textu.

l Mſ. Jol. *Ac ruſus.*

m Editiones Lugd. Lov. Duac. & Colon. *eſſe partam.*

n Lugd. edit. *quod ipſe cogis.*

o Mſ. Remig. *& vincaris.* Editiones Mog. & Ven. omittunt hæc, *& vinciris.* Lugd. & recentiores, *& vinciris & vinceris.*

p Editi Mog. & Ven. *non præcedet.*

q Mſ. Remig. *per gratiam habetur.* Mſ. Jol. cum Mog. & Ven. edit. *pro gratia habetur.* Idem Mſ. Jol. deinde, *ex quorum merito naſcitur*, & poſtea Mog. & Ven. *quod ante gratiam non habet.*

CAPUT XVIII.

Cassianus inconvenientia miscere conatur, & fideles in duo genera dividit; quibus contraria accomodet. Definitio duodecima Cassiani: Deum in salutis negotio aliis esse salvatorem, aliis susceptorem tantum. Contra probat S. Prosper, Christum omnium qui salvantur esse salvatorem. Placita Cassiani de gratia & libero arbitrio horrescunt evangelicæ apostolicæque doctrinæ discipuli.

* *alias* * *Cap.* 38.

UT igitur definitionum tuarum absurditas non sibi repugnare videatur, [a] inconvenientia miscere conaris, & unitatem membrorum corporis Christi in duobus generibus fidelium nova præsumptione constituis: in uno scilicet, ad quod pertineat illud, quod [b] *Collat.* 13. *cap.* 3. in principio dixisti, *Non solum actuum, [c] sed etiam cogitationum bonarum ex Deo esse principium: qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis*: in alio autem, cui congruat regula ista, qua dicis, *Centurionem nec laudem ullam [d] habiturum fuisse, nec meritum, si id in eo Dominus, quod ipse donaverat, prætulisset*. Et licet totum disputationis tuæ textum ad has duas formulas, quæ nullo modo conformes possunt esse, produxeris; nunc tamen distinctius atque expressius quid volueris firmare, pronuntias, dicens: *Per hæc igitur exempla, quæ de Evangelicis protulimus [e] monumentis, evidentissime poterimus advertere, diversis atque innumeris modis, & inscrutabilibus viis, Deus salutem humani generis procurare: & quorumdam quidem volentium ac sitientium cursum ad majorem [f] incitare flagrantiam, quosdam vero etiam nolentes invitosque compellere: & nunc quidem, [g] ut impleantur ea, quæ utiliter a nobis desiderata conspexerit, adjuvare; nunc vero etiam ipsius sancti desiderii inspirare principia; & vel initium boni operis, vel perseverantiam [h] condonare. Inde est quod orantes, non solum protectorem [i] ac salvatorem, sed etiam adjutorem ac susceptorem Dominum proclamamus. In eo enim, quod prior advocat, & ignorantes nos, atque invitos attrahit ad salutem; protector atque salvator [k] est: in eo autem, quod adnitentibus nobis opem ferre, [l] refugientesque suscipere ac munire consuevit, susceptor ac refugium nominatur.*

Duodecima Cassiani definitio: Deum in salutis negotio aliis esse salvatorem, aliis tantum susceptorem.

2. Hac ergo [m] discretione præscripta erit, ut definis, in una Ecclesia ista diversitas, ut Dominus noster Jesus Christus, de quo dictum est, *Et vocabis nomen ejus Jesum: ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum*; & de quo dictum est, *Nec enim est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri*; non omnium Christianorum, sed quorumdam salvator, quorumdam vero susceptor sit: ut hi tantum salvati quos ad [n] suscipiendam gratiam Deus aversos reluctantesque compulerit; hi autem susceptí sint, qui vocationem spontanei cursus fervore [o] prævenerint: & illis quidem conferatur [p] gratuitum donum, istis vero debitum præmium rependatur: illi nullius sint laudis ac meriti, qui nihil boni habeant, nisi quod acceperint; isti autem & gloria abundent, & remuneratione ditescant, qui propria facultate devoti, quod non acceperant, obtulerunt: atque ita Jesus-Christus alios [q] liberatos invenerit, alios liberarit; & non ad omnes pertineat [r] quod ait, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos*; si sunt a quibus, cum eos non elegisset, electus est: non ad omnes pertineat, [s] *Nemo potest venire ad me nisi datum fuerit ei a Patre meo*; si sunt, qui non dante Patre, ad Filium venire potuerunt: non ad omnes pertineat, quod ait Evangelista, *Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; si sunt, qui aut ita in hunc mundum venerunt, ut non essent tenebræ; aut ita lux esse cœperunt, ut illuminatione veri luminis [t] non egerent: nec de omnibus adoptatis accipiendum sit, quod ait Apostolus, *Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii di-*

[m] Omnium qui salvantur Christus salvator est. *Matt.* 1. 21. *Luc.* 1. 32. *Act.* 4. 12.

[Joan. 15. 16]

[Ibid. 6. 66.]

[Ibid. 1. 9.]

[Coloss. 1. 13]

a Mſ. Remig. *inconveniextiam*.
b Editi Lugd. & illo recentiores, *quod inter principia*.
c Mſ. Jol. *verum etiam*:
d Edit. Lov. Duac. & Colon. *habiturum esse*.
e Mſ. Jol. *monimentis*.
f Mſ. Jol. *excitare*.
g Edit. Mog. & Ven. omittunt hæc, *ut impleantur*.
h Mſſ. Corbejenſis, & Remig. *donare*, ceteri codices, *condonare*.
i In Mſſ. Remig. & Jol. item in editionibus Mog. Ven. & Lugd. non leguntur hæc verba, *ac salvatorem*, neque ista, *adjutorem ac*.
k Lovan. Duac. & Colon. addunt hic pronomen, *noster*.
l Mſ. Jol. cum Mog. & Ven. *fugientesque*.
m Mſſ. Remig. & Jol. Edit. Mog. & Ven. *præscriptione*.
n Lugd. & posteriores, *ad percipiendam*: & paulo post, pro *aversos*. Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. habent, *adversos*.
o Mſ. Jol. cum Mog. & Ven. *prævenerunt*.
p Edit. Colon. *gratiarum donum*.
q Ita Mſſ. Corb. & Remig. & Jol. At Lugd. habent, *liberos*.
r Edit. Mog. & Ven. *qui ait*.
s Sic Mſſ. Corb. Remig. & Jol. nec non Mog. & Ven. At Lugd. cum posterioribus, *Nemo venit ad me*.
t Edit. Mog. & Ven. *Non egeant*.

dilectionis ſuæ : ſi quidem ipſi [a] rumpant vincula ſua, & jugo veteris captivitatis excuſſo, a dominatione diaboli, in regnum Dei libera alacritate tranſcurrant. Hæc ſi poſſunt intra unam Eccleſiam prædicari, ut neutra opinio alteri cedat, ſed invicem ſibi utraque ſuccumbat; poteſt fieri ut recipiamus quod Pelagiani tenent, & Pelagiani recipiant quod tenemus. Sed hoc modo non tam illi Catholici, quam nos erimus (quod abſit) Pelagiani. Contrariorum enim permixtio meliorum defectio eſt: quia cum virtus vitium recipit, non a vitio, ſed a virtute diſceditur.

Placita Caſſiani de gratia & libero arbitrio horreſcunt evangelicæ apoſtolicæque doctrinæ diſcipuli.

3. Nullo igitur modo Chriſtiana corda ſuſcipiunt, quod perſuadere conatus es, eos qui gratia Dei ſunt quod ſunt, nec laudem ullam habere, nec meritum; & ab eo, qui venit ſalvare quod perierat, partem Chriſtianorum ſalvatam, partem vero eſſe ſuſceptam: quoniam diſcipuli evangelicæ apoſtolicæque doctrinæ, non alta ſapientes, ſed humilibus conſentientes, [b] inſaniam iſtam ſuperbæ elationis horreſcunt. In toto quippe Eccleſiæ corpore, atque in ſingulis membris, quod mortuum erat, vivificatum eſt; quod captivum erat, redemptum eſt; quod cæcatum erat, illuminatum eſt; quod perierat, quæſitum eſt; [c] quod errabat, inventum eſt. Nec ſecundum novam [d] iſtam partitionem, aliorum ſalvator, aliorum ſuſceptor; ſed omnium uſquequaque fidelium & ſalvator, & ſuſceptor eſt Chriſtus. Nec merito [e] ac laude privantur, qui unde æterna bona mereantur accipiunt: tantoque beatiores fiunt, quanto pauciora habuerint, quæ ipſorum ſunt, & quanto plura, quæ Dei ſunt. Non enim conturbat nos ſuperbientium inepta querimonia, [f] qua liberum arbitrium cauſſantur auferri, ſi & principia, & profectus, & perſeverantia in bonis uſque in finem Dei dona eſſe dicantur. Quoniam [g] OPITULATIONES DIVINÆ GRATIÆ, STABILIMENTA SUNT VOLUNTATIS HUMANÆ. Volentes oramus: & tamen miſit Deus [h] Spiritum in corda noſtra clamantem, Abba, Pater. Volentes loquimur: & tamen, ſi pium eſt quod loquimur, non ſumus nos loquentes, ſed Spiritus Patris noſtri, qui loquitur in nobis. Volentes operamur ſalutem noſtram: & tamen [i] id ipſum velle atque operari Deus eſt qui operatur in nobis. Volentes diligimus Deum, & proximum: [k] & tamen *charitas* ex Deo eſt, *diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum-ſanctum, qui datus eſt nobis*. Hoc de fide, hoc de tolerantia paſſionum, hoc de pudicitia conjugali, hoc de continentia virginali, omnibuſque virtutibus ſine exceptione profitemur; [l] quod niſi donatæ eſſent nobis, non invenirentur in nobis: [m] & quod liberum arbitrium naturaliter homini inditum, maneat in natura; ſed qualitate & conditione mutata per Mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Jeſum: qui ipſam voluntatem ab eo quod perverſe volebat, avertit, & in id quod ei bonum eſſet velle, convertit; ut delectatione affecta, fide mundata, [n] ſpe erecta, charitate accenſa; liberalem ſuſciperet ſervitutem, & ſervilem [o] abjiceret libertatem.

Gal. 4. 6. h

Matt. 10. 20. *Marc.* 13. 11. *Philip.* 2. 13. i

1. *Joan.* 4. 7 k *Rom.* 5. 5.

l m

n

o

CAPUT XIX.

Recapitulat S. Proſper duodecim Caſſiani definitiones: ut pateat facilius, quid de gratia ſentirent qui gratiæ defenſoribus obloquebantur, & pacem Eccleſiæ, reſumptis de Pelagianorum ſchola quæſtionibus, inquietabant.

*[p] EX his igitur definitionibus, quas hactenus, quædam [q] prætermittendo, diſcuſſimus, non obſcurum [r] atque ambiguum eſt, [s] quid de gratia Dei ſentiant, qui ſinceriſſimis ejus defenſoribus obloquuntur; & pacem victricis Eccleſiæ, reſumptis de damnatorum ſchola quæſtiunculis, inquietant: quas

*p alias Cap. 39. p q r s

a Lugd. & poſteriores *rumpunt . . . . tranſcurrunt*. M. Jol. *ruperant . . . . tranſcurrerant*.

b Edit. Lugd. & poſteriores, *inſaniam ſuperbæ elationis* abſque hac voce *iſtam*.

c Lugd. & recentiores, *quod erraverat*.

d Edit. Lugd. & poſteriores, non habent, *iſtam*.

e Mſ. Remigiano-Remenſis, *nec laude*.

f Mſ. Jol. *quæ liberum . . . cauſſatur auferri*. Lugd. & poſteriores, *quia liberum . . . . cauſſantur auferri*.

g Edit. Colon. *opitulationis divinæ gratiæ*.

h Mſ. Jol. *Spiritum ſuum*.

i Lugd. & poſteriores, *ipſum velle* &c. Mog. & Ven. *idipſum velle atque operari Dei eſt, qui operatur in nobis*.

k Mſſ. Remig. & Jol. *ſed tamen*. Idem Mſ. Jol. *a Deo eſt diffuſa* &c.

l Mſſ. Jol. & Remig. *quæ niſi donata eſſent nobis*.

m Mſ. Remig. *eo quod*. Mſ. Jol. *Non quod liberum arbitrium . . . . non maneat*.

n Mſ. Remig. cum Mog. & Ven. *ſpe recta*.

o Lugd. editio cum poſterioribus, *amitteret*: melius alii, *abjiceret libertatem*.

p Sic legitur in Mſſ. Corb. & Remig. nec non in Mog. & Ven. Mſ. Jol. *Reſtat igitur ex definitionibus*. Lugd. editio cum illa recentioribus, *Reſeratis igitur definitionibus*.

q Mſ. Jol. *præmittendo*, omiſſo, *quædam*. Edit. Col. *permittendo*.

r Ita Mſſ. Corb. Remig. & Jol. cum Mog. & Ven. Lugd. vero & poſteriores, *neque ambiguum eſt*.

s Mſſ. Corb. & Remig. cum edit. Mog. & Ven. *quod de gratia diſſentiant*.

quas si, ut audivimus, retexamus, fiet sermonis nostri immoderata prolixitas: cum ex his [a] quæ de ipsorum stilo innotuerunt, facile pius Lector intelligat, ad quæ præcipitia perveniatur his callibus, [b] & in istam lutulentorum rivorum cœnosam uliginem, cujus voraginis humor exsudet. Necessarium sane [c] æstimo, ante conclusionem voluminis, ea quæ ostendimus non congruere [d] catholicæ veritati, breviter conjunctimque digerere: ut quæ, interjectis responsionibus nostris, [e] possent recordationeni legentis effugere, facilius simul decursa recolantur.

Prima ergo definitione dictum est:

Non solum actuum, verum etiam cogitationum bonarum ex Deo esse [f] *principium: qui nobis & initia sanctæ voluntatis inspirat, & virtutem atque opportunitatem eorum quæ recte cupimus, tribuit peragendi. Omne enim datum optimum, & omne* [g] *donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum: qui & incipit quæ bona sunt, & exequitur, & consummat in nobis.*

Quod & nos [h] valde amplectimur, catholicumque esse profitemur.

Secunda definitione dictum est:

Adest igitur inseparabiliter nobis divina protectio; tantaque est erga creaturam suam pietas Creatoris, ut non solum comitetur eam, sed etiam præcedat jugiter providentia: quam expertus Propheta confitetur, dicens, Deus meus, misericordia ejus præveniet me. Qui cum in nobis ortum quemdam bonæ voluntatis inspexerit; illuminat eam atque confortat, & incitat ad salutem, incrementum tribuens ei, quam vel ipse plantavit, vel nostro conatu viderit emersisse. Ps. 58. 11.

Jam hic a præmissa definitione discediturs; & quod totum gratiæ datum fuerat, ex parte nunc libero arbitrio deputatur.

Tertia definitione dictum est:

Nisi quod in his omnibus, & gratia Dei, & libertas [i] *declaratur arbitrii, qua etiam suis interdum motibus homo ad virtutum appetitus possit extendi, semper vero a Domino* [k] *indigeat adjuvari. Nec enim cum voluerit quis sanitate perfruitur, aut de ægritudinis morbo pro arbitrii sui desiderio liberatur.*

Quasi medicus noster [l] non etiam hoc donet morbidis, ut & veram desiderent sanitatem.

Quarta definitione dictum est:

Ut autem evidentius clareat, etiam per naturæ bonum, quod beneficio Creatoris indultum est, nonnumquam bonarum vos luntatum prodire principia, quæ tamen nisi a Domino dirigantur, [m] *ad consummationem virtutum pervenire non possunt; Apostolus testis est, dicens, Velle enim adjacet mihi, perficere autem bonum non invenio.* Rom. 7. 18.

Quasi Apostolus ex naturali affectu, & non ex gratiæ dono bonam habeat voluntatem, qui profitetur ex Deo sibi esse sufficientiam etiam cogitandi. 2. Cor. 3. 5.

Quinta definitione dictum est:

Et ita sunt hæc quodam modo indiscrete permixta atque confusa, ut quid ex quo pendeat, inter multos magna quæstione volvatur: id est, utrum quia initium bonæ voluntatis præbuerimus, misereatur nostri [n] *Deus, an quia Deus miseretur, consequamur bonæ voluntatis initium. Multi enim singula hæc credentes, ac justo amplius asserentes, variis sibique contrariis sunt erroribus involuti. Si enim dixerimus, nostrum esse bonæ principium voluntatis, quid fuit in persecutore Paulo? quid in publicano Matthæo; quorum unus cruori ac suppliciis innocentum, alius violentiis ac rapinis publicis incubans* [o] *attrahitur ad salutem. Sin vero gratia* [p] *Dei semper inspirari bonæ voluntatis principia dixerimus, quid de Zacchæi fide? quid de illius in cruce Latronis pietate dicemus? qui desiddrio suo vim quamdam regnis cælestibus inferentes, specialia vocationis monita prævenerunt.*

In

a Mss. Corb. Remig & Jol. *quæ de ipsorum stilo*, (id est scriptæ,) *innotuerunt*. Jol. solus habet, *ex his*, pro *de his*. Ita quoque edit. Mog. & Ven. Lugd. autem cum aliis posterioribus, *quæ ipsorum scholæ innotuerunt*.

b Ms. Jol. *& in ista lutulentorum rivorum cænosa molagine*. [forte pro *uligine*) *cujus voraginis humor exsudat*. Concinit editio Lugd. pro *molagine*, *molligine* habens: & antea pro, *his callibus*, vel, ut alii, *hisce callibus*, præfert, *hisce collibus*.

c Lugd. & recentiores, *existimo*.

d Ms. Jol. omittit hanc vocem, *catholicæ*.

e Ita Ms. Jol. At Mss. Corb. & Remig. Mogunt. & Ven. *possint . . . fidelius decursa*. Lugd. cum recentioribus, *possunt recordationem legentium effugere, fidelibus simul recursa*.

f Ms. Jol. *principia*.

g Edit. Colon. *datum perfectum*.

h Deest *valde* in Lugd. & posterioribus: quæ habent deinde *confitemur*, loco *profitemur*. Ms. Jol. omittit *esse*, ante *confitemur*.

i Lugd. Lov. Duac. & Col. hic addiderant, *nostri*.

k Ms. Jol. cum Mog. & Ven. *quia etiam . . . indiget adjuvari*. Mog. & Ven. *indigeat adjuvari*.

l Lugd. & posteriores, *non jam etiam . . . ut verum*. Mss. Corb. Remig. & Jol. Mog. & Ven. edit. omittunt *jam*, & addunt, *&*.

m Ms. Jol. *ad perfectionem virtutum*: idemque post aliquot verba, *Velle adjacet mihi, perficere autem bonum non*. Ubi Mss. Corb. & Remig. Mog. & Ven. editi, *non possum* habent, pro, *non invenio*. Iidem editi omittunt pariter, *enim* post *velle*.

n Lugd. & recentiores, *Dominus, aut quia Deus misereatur*.

o Lugd. & posteriores, *trahitur*.

p Vox hæc *Dei* abest a Lugd. editione & illa posterioribus. In Ms. Remig. *per gratiam*.

In errore esse dicitur & is, qui ex gratia nasci bonam asserit voluntatem, & is qui dicit, gratiam ex bona voluntate pendere: & tamen utraque sententia susc ipienda [a] decernitur, dum unius in Paulo & Matthæo, alterius in Zacchæo & Latrone forma præfigitur.

Sexta definitione dictum est:

Hæc ergo duo, id est, gratia vel liberum arbitrium, sibi quidem invicem videntur adversa; sed utraque concordant, & [b] utraque nos pariter debere suscipere pietatis ratione colligimus: ne unum horum homini subtrahentes, ecclesiasticæ fidei regulam excessisse videamur.

Quasi ita utrumque recipiendum sit, ut in aliis [c] hominibus voluntas gratiam, in aliis gratia præveniat voluntatem: & non ita ut in omnibus voluntas gratiam subsequatur. Quoniam secundum ipsos, si aufertur liberum arbitrium, cum gratia prævenitur, aufertur [d] gratia, cum libero arbitrio prævenitur.

Septima definitione dictum est:

Cœpit ergo Adam post prævaricationem, quam non habuerat, scientiam mali: boni vero, quam acceperat, scientiam non amisit.

Cum utrumque sit falsum: quia & a quanto malo [e] Adam cavere deberet, Deo monente prædidicit; & in quanto bono esset constitutus, dum diabolo credidit, oblitus est. Sicut autem pessima scientia mali est, [f] malum esse; ita pessima ignorantia boni est, bonum non esse.

Octava definitione dictum est:

Unde cavendum nobis est, ne ita ad Deum omnia sanctorum merita referamus, ut nihil nisi id quod malum est, humanæ adscribamus naturæ.

Quasi natura ante gratiam non sit in damnatione, non sit in cæcitate, non sit in vulnere: aut non gratis justificati sint, quorum [g] inde sunt merita, unde justitia.

Nona definitione dictum est:

Dubitari ergo non potest, inesse omni animæ naturaliter virtutum semina, beneficio Creatoris inserta: sed nisi hæc opitulatione Dei fuerint excitata, ad incrementum perfectionis non poterunt pervenire.

Quasi de spiritalibus [h] bonis nihil Adam prævaricando perdiderit; & virtus non ut habeatur danda, sed ut [i] facilius perfectionem apprehendat, hortanda sit.

Decima definitione dictum est:

Quod etiam in Job probatissimo athleta suo, cum eum diabolus expetiisset ad singulare certamen, divinam legimus providisse justitiam. Si enim contra inimicum, non sua virtute, sed Dei solius fuisset gratia protegente congressus, & absque ulla virtute patientiæ suæ, divina tantum opitulatione suffultus, multiplices illas, ac tota inimici crudelitate quæsitas, tentationum moles & exitia pertulisset; quomodo non illam calumniosam diabolus, quam prius emiserat vocem, adversus eum justius iterasset: Numquid Job gratis [k] colit Deum? Nonne tu vallasti eum [l] ac domum ejus, & universam substantiam ejus per circuitum? Sed [m] aufer manum tuam; id est, sine eum suis mecum viribus decertare, nisi [n] in faciem tuam benedixerit tibi. Sed cum nullam hujuscemodi querimoniam calumniosus hostis post conflictum [o] audeat iterare; non Dei, sed illius se victum viribus confitetur. Licet etiam gratia Dei non in totum illi defuisse credenda sint, quæ tantam tentatori [p] tentandi tribuit potestatem, quantam & illum resistendi noverat habere virtutem.

[q] Si Deus scivit tantummodo quid Job posset, non etiam donavit ut posset; testis patientiæ ejus, non auxiliator fuit. Et in quo erit necessarium gratiæ adjutorium, si humanis solis viribus tanta illa est parta victoria?

Undecima definitione dictum est de Centurionis fide:

[r] *Miratur eum Dominus atque collaudat, cunctisque illis qui ex Israelis populo crediderant, præfert, dicens, Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel. Nullius enim laudis esset ac meriti, si id in eo Dominus, quod ipse donaverat, prætulisset.*

Im-

a Mſ. Jol. pro *decernitur*, habet hic, *dicitur*.
b Editio Lugd. & posteriores, *utrumque*. Mſ. Jol. supra, *vel gratia, vel liberum arbitrium*.
c Mſ. Jol. caret hac voce, *hominibus*.
d Lugd. & recentiores, *a gratia*: & infra, *a libero arbitrio*.
e Mſ. Jol. non habet hanc vocem *Adam*. Mog. & Ven. *dum diabolo credit*, pro *credidit*.
f Mſ. Jol. *malum atque perversum est*.
g Editio Lugd. & posteriores, *inde sint merita*.
h Hic *bonis* restituimus ex Mſſ. Corb. Remig. & Jol. nec non ex Mog. & Ven. editis.
i Mſ. Jol. caret hoc adverbio, *facilius*.
k Editio Lugd. cum recentioribus, *colet Deum*.
l Hæc verba *ac domum ejus*, quæ hic leguntur in edit. Colon. & supra capite 14. omittuntur hic loci in Mſſ. Corb. Remig. & Jol. & ceteris editionibus.
m Mſ. Jol. *auser ab eo manum tuam*.
n Mſ. Jol. *in faciem*, absque pronomine, *tuam*.
o Lugd. & posteriores, *ausit iterare*.
p Vocem hanc *tentandi*, non habent Lugd. & posteriores.
q Editi recentiores, *si ipse Deus scivit tantummodo quod Job posset . . . si humanis solum viribus*. Mſ. Jol. *scivit tantum*. Cetera cum Mſſ. aliis duobus, & Mog. & Ven. Editio Colon. legerat, *non ut auxiliator*.
r Editio Colon. *Miratur enim*.

Impius sensus, qui putat beatiorem esse hominem, cui Deus nihil dederit, quam cui universa contulerit.

Duodecima definitione dictum est: *Inde est, quod orantes, non solum protectorem, sed etiam susceptorem Dominum proclamamus. In eo enim quod prior advocat, & ignorantes nos atque invitos adtrahit ad salutem, protector atque salvator est: in eo autem, quod adnitentibus nobis opem ferre, refugientesque suscipere, ac munire consuevit, susceptor, ac refugium nominatur.*

Huic sententiæ is potest præbere consensum, qui se a Christo non vult esse salvatum.

CAPUT XX.

Errores in Cassiani definitionibus contenti summatim colliguntur.

Errores in Cassiani definitionibus contenti.

* *alias Cap.* 40. * His itaque definitionibus hoc docetur, hoc scribitur, hoc editis disputationibus prædicatur: Quod Adam peccante, anima ejus læsa non fuerit, sanumque in eo manserit, unde peccavit: Si quidem scientiam boni quam
a acceperat, non amiserit; [a] nec potuerint posteri ejus id perdere, cujus damnum nec ille pertulerit. Inesse autem omni animæ naturaliter virtutum semina beneficio Creatoris inserta, ut possit qui voluerit, judicio naturali Dei gratiam prævenire, & adjutorium ejus, quo facilius ad perfectionem perveniat, promereri: Quia nullius sit laudis ac meriti, qui donatis bonis, non propriis adornatur. Cavendum quoque esse, ne ita ad Deum omnia sanctorum merita referantur: quasi per se nihil boni possit agere ipsa humana natura: cum tanta sit virium ejus integritas; ut contra ipsum diabolum, sævitiamque ejus usque ad extrema supplicia, sine auxilio Dei valeat dimicare. Hanc autem
b possibilitatem [b] in omnibus esse hominibus naturalem, sed non omnes [c] in-
c generatis sibi uti velle virtutibus. Tantam autem circa universos homines bonitatem esse Creatoris, ut alii ab eo quia sponte veniant, suscipiantur laudati; alii [d] quia resistunt, attrahantur
d inviti: [e] atque ideo volentium susceptor, nolentium vero salvator sit. Et cum pars Ecclesiæ ex gratia, pars autem ex libero justificetur arbitrio; gloriosiores sint, quos natura provexerit, quam quos gratia liberarit: quia ad omne opus bonum tam libera sit voluntas in Adæ posteris, quam [f] in Adam fuerit ante peccatum. f

a Aliqui codices, *nec potuerunt.*
b Mss. Jol. *omnibus inesse hominibus.*
c Mss. Remig. & Jol. *ingenitis sibi.*
d Mss. Remig. *quia resistant.*
e Mss. Remig. *atque adeo*, &c. Idem post pauca, *Ut cum pars Ecclesiæ.*
f Lugd. & posteriores *quam in Adam fuit.*

CAPUT XXI.

Redit ad susceptam initio defensionem Augustini, quem præcipue Semipelagiani impetebant, eadem in illum jactitantes, quæ alias Pelagiani, & Julianus maxime. Illos ergo iisdem armis impugnandos, quibus Pelagiani victi sunt, auctoritate scilicet Ecclesiæ: cum Augustini adversarios damnatione Pelagianorum prostraverit Innocentius: eosdemque damnarint Palestina Synodus, Africana Concilia, Zozimus, Bonifacius, & Cælestinus. Quorumdam adversus Cælestini testimonium cavillatio refellitur. Augustini doctrina ejusdem tenoris ubique demonstratur. Votum Sancti Prosperi, ut Xixtus Pontifex occultos gratiæ inimicos repellat.

* *alias Cap.* 41. * En cujus dogmatis sunt magistri,
g qui, ut catholicarum mentium castitatem, [g] gratiæ defensoribus calumniando corrumpant, præcipuum nostro tempore in doctrina ecclesiastica virum rabido ore [h] discerpunt, creduntque se omnia auctoritatum munimina posse convellere, si hanc pastoralis speculæ validissimam turrim crebra Pelagiani arietis illisione pulsaverint. *Firmum* quidem *fundamentum Dei stat*: sed congruenter isti non desunt partibus suis. Dignum quippe est, ut quorum sequuntur sententiam, imitentur insaniam. Nec enim possunt alia dicere, quam quæ damnatorum querelis, & [i] procacissimi Juliani sunt vulgata convitiis. Paria sunt unius seminis germina, & quod latebat in radicibus, manifestatur in fructibus. Non ergo cum istis nova acie dimicandum est; nec quasi contra ignotos hostes specialia sunt ineunda certamina. Tunc istorum machinæ fractæ sunt, tunc in superbiæ [k] suæ sociis ac principibus corruerunt, quando beatæ memoriæ Innocentius nefandi erroris capita apostolico mucrone percussit: quando Pelagium ad proferendam in se suosque sententiam, Palæstinorum Episco-

g Redit ad Augustini defensionem initio susceptam

h 2. *Tim.* 2. 19.

i

k Augustini adversarios damnatione Pelagianorum prostravit Innocentius. Palestina Synodus.

g Mog. & Ven. *gratiæ defensores calumniando.*
h Mss. Corb. & Remig. Mog. & Ven. edit. *concerpunt.*
i Edit. Lugd. & posteriores, *procacissimis.*
k Participium hoc *suæ*. ex Mss. Corb. Remig. & Jol. nec non ex Mog. & Ven. edit. huic loco restituimus.

scoporum Synodus [a] coartavit : quando
Africana Concilia. Africanorum Conciliorum decretis beatæ
Zozimus. recordationis Papa Zosimus sententiæ suæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit antistitum : quando
Bonifacius. sanctæ memoriæ Papa Bonifacius piissimorum Imperatorum catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei non solum apostolicis, sed etiam regiis utebatur edictis ; & quando idem, cum esset doctissimus, adversus libros tamen Pelagianorum beati Augustini Episcopi responsa poscebat.

Cælestinus. 2. Unde & venerabilis memoriæ Pontifex Cælestinus, cui ad catholicæ Ecclesiæ præsidium multa Dominus gratiæ suæ dona largitus est, sciens damnatis
b non examen judicii, sed solum [b] pœnitentiæ remedium esse præstandum : Cælestium, quasi non discusso negotio audientiam postulantem, totius Italiæ finibus
c jussit extrudi : [c] adeo & præcessorum suorum statuta, & decreta synodalia inviolabiliter servanda censebat, ut quod semel meruerat abscindi, nequaquam admitteret retractari. Nec vero segniore cura ab hoc eodem morbo Britannias liberavit, quando quosdam inimicos gratiæ solum suæ originis occupantes, etiam ab illo secreto exclusit Oceani, & ordina-
* scilicet Palladio. to Scotis Episcopo, * dum Romanam insulam studet servare catholicam, fecit etiam barbaram Christianam. Per hunc virum etiam Orientales Ecclesiæ gemina peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ urbis antistiti, glorioſissimo fidei
d Catholicæ defensori [d] ad exsecandam Nestorianam impietatem, Apostolico auxiliatus est gladio ; quo etiam Pelagiani, dum cognatis confœderantur erroribus,
* alias Cap. 42. iterum prosternerentur. * Per hunc virum intra Gallias istis ipsis, qui sanctæ memoriæ Augustini scripta reprehendunt,
e [e] maleloquentiæ est adempta libertas ;
f quando [f] consulentium actione susceptа, & librorum, qui errantibus displicebant, pietate laudata, quid oporteret de eorum auctoritate sentiri, sancto manifestavit

S. Prosperi.

eloquio, evidenter pronuntians, quantum sibi præsumptionis istius novitas displiceret, qua auderent quidam adversum antiquos magistros insolenter insurgere, & indisciplinata calumnia prædicationi ve-
„ ritatis obstrepere : [g] AUGUSTINUM, g
„ inquiens, sanctæ recordationis virum, Epist. Cælestini c. 2.
„ pro vita sua atque pro meritis, in no-
„ stra semper [h] communione habuimus; h
„ nec umquam hunc sinistræ suspicionis
„ saltem rumor adsperſit ; quem tantæ
„ scientiæ olim fuisse meminimus, ut in-
„ ter magistros optimos etiam a meis
„ semper [i] decessoribus haberetur. Be- i
„ ne ergo de eo omnes in commune sen-
„ serunt; ut pote qui ubique cunctis &
„ amori fuerit, & honori.

* alias Cap. 43. Quorumdam adversus Cælestini testimonium cavillario refellitur. * 3. Contra istam clarissimæ laudationis tubam, contra istam sacratissimi testimonii dignitatem, audet quisquam malignæ interpretationis murmur emittere, & perspicuæ sinceriſsimæque sententiæ nubem obliquæ ambiguitatis obtendere? ut scilicet quia in epistola Papæ librorum, pro quibus actum est, non expressus est titulus, hinc eos appareat non probatos, & istam [k] in sanctum Augustinum laudationem, [l] pro anteriorum scriptorum meritis fuisse collatam. Maneat plane, maneat ista conditio, ut * horum librorum novitas repudiata videatur, si in eadem causa [m] ejusdem viri dissentit antiquitas; & [n] aut inutile aut incongruum judicetur, quod ab his quæ contra Pelagianos condidit, dissonans invenitur. Ut itaque omittamus ea volumina, in quibus ab exordio episcopatus sui, multo prius quam impugnatores gratiæ exsurgerent, pro gratia disputavit : legantur tres ad Marcellinum 1. ipsius libri. Ad sanctum Paulinum Nolanum [o] Episcopum 2. epistola retractetur. [p] Ad beatissimum quoque Apostolicæ sedis tunc presbyterum Xistum, nunc vero Pontificem 3. emissæ paginæ recurrantur. Ad sanctum 4. Pinianum, ad 5. Valerium comitem, ad servos Christi Timasium & Jacobum 6. distinctim edita volumina revolvantur. Sex libri

Loquitur de lib. de Prædestin. sanctorum & de dono persever. x l * m n 1. De peccatorum meritis. *V. app.* o p 2. *Epist.* 186 *V. app.* 3. *Ep.* 194. *V. app.* 4. De gratia Christi & de peccato orig. *V. app.* 5. De nuptiis & concupiscentia. *V. app.* 6. De natura & gratia. *V. app.*

Dd prio-

a Mog. & Ven. editiones, *cohortatus est.*
b Mss. Corb. & Jol. editiones Mog. & Ven. *sententiæ remedium* : & in sequente versu, *non discussi negotii*. Ms. Remig. *non discussi ingenii*. Lugd. editio, *non examen judicii solum, sed pœnitentiæ remedium esse præstandum.*
c Lugd. editio, *ab eo & præcessorum suorum*, &c.
d Ms. Remig. & Mog. edit. *ad excusandum*. Male omnino. Melius vero Mss. Corb. & Jol. cum Lugd. & Lov. *ad excidendam*, aut Duac. & Colon. *ad execrandam*, aut denique edit. Ven. *ad extirpandam.*
e Ms. Remig. *malæ eloquentiæ.*
f Lugd. & illo posteriores, *consultantium.*
g Ms. Jol. *Ait enim, Augustinum.*
h Sola editio Ven. *commendatione.*
i Lugd. & eo posteriores, *prædecessoribus* ; & infra, *senserant.*
k Ms. Jol. *sancto Augustino.*
l Sola Lugd. editio, *pro autoramentis*, sed quid hæc sibi velint hic loci, non facile dixerim.
m Edit. Mog. & Ven. obscure & confuse, *ejusdem viridis sentit*, aut *sentiat antiquitas.*
n Ms. Jol. cum Lugd. & posterioribus, *& ut inutile.*
o Ms. Jol. non habet, *Episcopum.*
p Ms. Jol. *Ad beatum quoque sedis Apostolicæ . . . . Sixtum. Sixtum* scribunt Mss. Corb. Remig. & Jol. *Xistum* vero editi omnes. Sic scribi magis placet viro doctissimo : tum quia sic scribi soleat a veteribus, tum quia Sixti nomen quod usu invaluit, nec Græce ne Latine quidquam significet.

priores contra Julianum 7. unus ad sanctum Aurelium [a] Carthaginis Episcopum 8. de gestis Palestinis: alius ad Paulum & Eutropium sacerdotes, 9. contra Pelagii & Cælestii quæstiones: & ad beatæ memoriæ Papam Bonifacium [b] quatuor volumina 10. recensentur. [c] Et si in his omnibus operibus, multisque aliis, quæ enumerare longum est, idem doctrinæ spiritus, eadem prædicationis forma præcessit; agnoscant calumniatores, superfluo se objicere, quod his libris non speciale neque discretum testimonium sit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur. Apostolica enim [d] sedes, quod a præcognitis probat, & quod judicio jungit, laude non dividit. Qui ergo hos proxime [e] editos libros refutant, anterioribus acquiescant, & iis quæ pro gratia Christiana prius sunt scripta, consentiant. Sed [f] non faciunt: sciunt enim omnia [g] Pelagianis esse contraria, & nihil sibi posse competere ad consequentium resolutionem, si confiteantur in præcedentibus consistere veritatem.

7. *V. app.* a

8. De gestis Pelagii. *V. app.*

9. De perfectione justitiæ. *V. app.* b

10. Contra duas epistolas Pelagianorum. *V. app.* c

d

e

f

g

* 4. Igitur hujusmodi hominum pravitati, non tam disputationum studio, quam auctoritatum privilegio resistendum est: [h] ut de prostrati dudum dogmatis corpore nullum membrum sinatur assurgere. Quia notum est ita falsitatis istius [i] haberi versutias, ut si senserit, prætenta correctionis imagine aliquos sibi fabi faventium radicis suæ germen excipere, totam se velit ex sui parte minima reparare. Ubi enim non aliud habet summa quam portio, non est devotionis dedisse prope totum, sed fraudis [k] retinuisse vel minimum. Quod ne hypocritarum obtineatur insidiis, confidimus [l] Domini protectione præstandum, ut quod operatus est in Innocentio, Zozimo, Bonifacio, Cælestino, operetur in [m] Xisto: & in custodia Dominici gregis hæc sit pars gloriæ huic [n] reservata pastori, ut sicut illi lupos [o] abegere manifestos, ita hic depellat occultos: illo auribus suis doctissimi senis insonante sermone, quo collaborantem secum hortatus est, dicens: [p] Sunt enim quidam „ qui justissime damnatas impietates adhuc liberius defendendas putant: & „ sunt qui occultius penetrant domos; „ & quod in aperto clamare jam metuunt, in secreto seminare non quiescunt. Sunt autem qui omnino siluerunt, magno timore compressi, sed „ adhuc corde retinentes, quod ore jam „ proferre non audent: qui tamen esse „ fratribus possunt ex priore ipsius dogmatis defensione notissimi. Proinde „ alii severius [q] coercendi, alii vigilantius [r] vestigandi; alii tractandi quidem „ lenius sed non segnius sunt docendi: „ ut si non timentur, ne perdant, non „ tamen negligantur, ne pereant.

* *alias Cap. 44.*

h *Vide Leonis epistolam ad Aquilejensem episcopum cap. 2. n. 1. app.*

i

k

l

m

n

o *August. Epist. 19. ad Sixtum c. 1. n. 2.*

p

q

r

CAPUT XXII.

Conclusio operis. Etsi Augustini reprehensores satis sint convicti; tamen tolerandi sunt, nec de correctione eorum desperandum est. Interim amandi quidem semper, sed vitandi: Deusque orandus, ut in omnibus nostris primas teneat.

SUfficienter, ut arbitror, demonstratum est, reprehensores sancti Augustini & vana objicere, & recta impugnare, & prava defendere; peremptorumque armis intestinum bellum moventes, [f] dictis divinis; atque humanis constitutionibus rebellare. Quorum tamen, dum adhuc non sunt a fraterna societate divisi, toleranda magis est intentio, quam desperanda correctio: ut donec Dominus per Ecclesiæ principes, & legitimos judiciorum suorum ministros, hæc quæ per paucorum superbiam,

f

a Lugd. & posteriores, *Carthaginiensem*, seu *Carthaginensem*.

b Lugd. editio & recentiores, *libri quatuor explicentur*.

c Editio Lugd. cum illa posterioribus, *Ac sic*. Lov. Duac. & Colon. *in omnibus operibus*. Colon. deinde omittit, *aliis*: phrasimque comate finiunt ante *Agnoscant*.

d Editio Colon. habet, *fides*.

e Vox hæc, *editos*, deerat in Lugd. & illo recentioribus.

f Mss. Jol. *non facient*.

g Lugd. & posteriores. *Pelagiana sibi esse contraria*. Emendantur ex Corb. Remig. ex Jol. Mss. & edit. Mog. & Ven.

h Lugd. editio, *ut prostrati dudum corporis dogmata, in corpore nullum membrum sinant assurgere*.

i Locum alias obscurum, cui lux ex aliis codicibus nostris non accedebat, sic emendavimus auctoritate Mss. Jol. Mss. Corb. & Remig. cum edit. Mog. & Ven. *ita falsitatis istius haberi versutias, ut si ei liceat prætenta correctionis imagine, aliquod sibi faventium radicis suæ germen excipere, totam se possit in exigua sui parte reparare*. At Lugd. & eo posteriores, *ita se falsitatis istius habere versutias, ut si eis liceat prætentæ correctionis imagine, aliquod sibi faventium radicis suæ germen excipere, totam se possit in exigua sui parte reparare*.

k Mss. Jol. cum Mog. & Ven. *restituisse*. Melius, *retinuisse*, ut alii codices.

l Mss. tres ut supra, *in Sixto*. Xistus vero sive Sixtus Cælestino successit anno Christi 431. die 26. Aprilis.

m Mss. Corb. & Remig. *servata*. Alii omnes, *reservata*.

n Mss. Jol. *ejecere . . . . expellat*. Edit. Mog. & Ven. *abjicere*.

o Edit. Lugd. & ea recentiores, *Sunt enim quidam justissime damnati, qui impietates adhuc liberius defendendas putant*.

p Mss. Jol. *impietate*.

q Lugd. & posteriores, *sunt coercendi*.

r Ita Mss. Corb. Remig. & Jol. cum edit. Mog. & Ven. & Epistola 194. August. At Lugd. & recentiores, *investigandi . . . . ut si non timent ne perdant*.

biam, & quorumdam imperitiam sunt turbata, componat; nobis Deo adjuvante sit studium, [a] quieta modestaque patientia odiis dilectionem reddere, & ineptorum vitare conflictus, veritatem non deserere, nec cum falsitate certare; semperque a Deo petere, ut in omnibus cogitationibus, in omnibus voluntatibus, in omnibus sermonibus atque actionibus nostris, ipse teneat primatum, qui dixit se esse principium. *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in sæcula,* [b] *Amen,* [c] Joan. 8. 23. Rom. 11. 36 b c

a Hæc verba, *quieta modestaque patientia* absunt a Mss. Jol.

b Mss. Corb. & Remig. omittunt hic *sæculorum*, juxta lectionem loci Apostolici, ad quem respicere videtur S. Prosper. Ceteri codices habent: *in sæcula sæculorum. Amen.*

c In vetere Corb. exemplari subjicitur: *Explicit liber Sancti Prosperi contra librum Abbatis quondam Cassiani, qui prænotatur, de Protectione Dei; sive adversus dogma Pelagii, & Cælestii, nefandi dogmatis repertores ac defensores, & inimicos gratiæ Dei & Domini Nostri Jesu Christi, & defensionem sanctorum Romanorum Episcoporum & sancti Episcopi Augustini, asserens veritatem de libris ejus contra supra dictos, hæreticos. Deo gratias.* Mss. vero Jol. habet. *Explicit liber Prosperi contra librum Cassiani Presbyteri qui prænotatur De Protectione Dei.* Editiones denique Mog. & Ven. *Finis libri Sancti Prosperi adversus librum Joannis Cassiani Monachi, quem de Protectione Dei Cassianus ipse inscripsit.*

ADMONITIO
IN SANCTI PROSPERI

Psalmorum a Centesimo usque ad CL. expositionem.

DE Psalmorum Davidicorum excellentia non est nostrum hic aliquid præfari. Hunc enim Scripturæ sacræ librum præ omnibus aliis SS. Patres, & laudibus extulerunt, & enarrationibus sermonibusve ad populum habitis, rudiorum intellectui accommodatum esse curaverunt. Sufficiat hic locum sancti Ambrosii in præfatione Psalmorum loquentis legentium oculis subjicere. Licet omnis Scriptura divina S. Ambr. Præf. in Ps. 1. to. 1. *„ Dei gratiam spiret (inquit sanctus Antistes Mediolanensis;) præ„ cipue tamen dulcis psalmorum liber: quandoquidem ipse Moyses qui „ plano gesta majorum sermone descripsit, ubi tamen per mare rubrum „ populum patrum memorabili admiratione transduxit, demersum aspi„ ciens regem Pharaonem cum suis copiis, in majora ingenium attollens „ suum (quia majora viribus suis fuerat assecutus,) canticum Domi„ no cecinit triumphale . . . . . Delectatur igitur cantico Deus non „ solum laudari, sed etiam reconciliari . . . . . At vero David prin„ cipaliter a Domino ad hoc munus electus est, ut quod in aliis ra„ rum præeminere reliquo opere videtur, in hoc juge & continuum re„ fulgeret . . . . Historia instruit, lex docet, prophetia annuntiat, „ correptio castigat, moralitas suadet: in libro Psalmorum profectus est „ omnium, & medicina quædam salutis humanæ . . . . In Psalmis „ itaque nobis non solum nascitur Jesus; sed etiam salutarem illam „ suscipit corporis passionem, quiescit, resurgit, ascendit ad cælum, „ sedet ad dexteram Patris. Id quod nemo præsumpserat hominum di„ cere, hoc solus hic Propheta annuntiavit, postea Dominus in Evan„ gelio prædicavit . . . . Psalmus benedictio populi est, Dei laus, „ plebis laudatio, plausus omnium, sermo universorum, vox Ecclesiæ, „ fidei*

„ *fidei canora confessio, auctoritatis plena devotio, libertatis lætitia,*
„ *clamor jucunditatis, lætitiæ resultatio. Ab iracundia mitigat, a sol-*
„ *licitudine abdicat, a mœrore allevat. Nocturna arma, divina magi-*
„ *steria, scutum in timore, festum in sanctitate, imago tranquillitatis,*
„ *pignus pacis atque concordiæ, citharæ modo ex diversis & disparibus*
„ *vocibus unam exprimens cantilenam. Diei ortus psalmum resultat,*
„ *psalmum resonat occasus. Mulieres Apostolus in Ecclesia tacere ju-*
„ *bet, psalmum etiam bene clamant: hic omni dulcis ætati, hic utri-*
„ *que aptus est sexui . . . . Magnum plane unitatis vinculum, in*
„ *unum chorum totius numerum plebis coire! Dispares citharæ nervi*
„ *sunt sed una symphonia. In pauciſſimis chordis sæpe errant digiti*
„ *artificis: sed in populo Spiritus artifex nescit errare. Psalmus no-*
„ *cturni operis commercium, divinæ requiei stipendium, institutio inci-*
„ *pientium, perfectorum confirmatio. Angelorum ministerium, militia cæ-*
„ *lestis, hostia spiritalis. Psalmum & saxa respondent: psalmus ca-*
„ *nitur, & ipsa etiam saxosa pectora molliuntur. Videmus flere prædu-*
„ *ros, flecti immisericordes. Certat in psalmo doctrina cum gratia si-*
„ *mul. Cantatur ad delectationem, discitur ad eruditionem. . . . Quid*
„ *est quod non tibi occurrat psalmos legenti . . . . Quid igitur psal-*
„ *mus, nisi virtutum est organum, quod sancti Spiritus plectro pan-*
„ *gens Propheta venerabilis, cælestis sonitus fecit in terris dulcedinem*
„ *resultare? &c. Augustinus vero in libro 17. de Civitate Dei cap.*
„ *14. de Psalmorum scriptore sacro disserens ait: Erat autem David*
„ *vir in canticis eruditus, qui harmoniam musicam non vulgari volu-*
„ *ptate, sed fideli voluntate dilexerit, eaque Deo suo, qui verus est*
„ *Deus, mystica rei magnæ figuratione servierit. Diversorum enim so-*
„ *norum rationabilis moderatusque concentus concordi varietate compactam*
„ *bene ordinatæ civitatis insinuat unitatem. Denique omnis fere prophe-*
tia ejus in Psalmis est. Quorum etiam salutarem spiritalemque efficaciam,
proprio experimento edoctus testatur in libro 9. Confessionum capite 4.
„ *Quas tibi, Deus meus, (ait) voces dedi cum legerem Psalmos*
„ *David, cantica fidelia, & sonos pietatis excludentes turgidum spi-*
„ *ritum, rudis in germano amore tuo . . . . Quas tibi voces dabam*
„ *in Psalmis illis, & quomodo in te inflammabar ex eis, & accende-*
„ *bar eos recitare si possem toto orbe terrarum, adversus typhum gene-*
„ *ris humani? Et tamen toto orbe cantantur, & non est qui se ab-*
Num. 1. „ *scondat a calore tuo &c. Et Enarratione 4. in Psalmum 30. rem*
„ *conficit paucis; cum dicit circumstanti & auscultanti se populo: Si*
„ *orat Psalmus, orate; & si gemit, gemite; & si gratulatur,*
„ *gaudete; & si sperat, sperate; & si timet, timete. Omnia enim*
quæ hic conscripta sunt, speculum nostrum sunt. Hæc pauca ex multis.
Quæ certe attendens sanctus Prosper, & hunc inter omnes Augustini
in Psalmos librum in compendiosum quemdam indiculum redigens, suæ
& fratrum qui sua legissent profectui promovendo inservivit.

Cur

Cur autem quod in unum & quinquaginta postremos psalmos, hoc idem & in ceteros omnes non præstiterit, non facile est conjicere. Aut enim id totum forte præstiterat, nec operis ejus ad nos nisi tertia pars, ex temporum injuria potuit pervenire; vel certe eodem modo erga scribendos libros affectus, quo ceteri sancti Patres & Ecclesiæ Magistri, nullum ad opus umquam, nisi charitate imperante, aut necessitate urgente, se accingens, non vero ulla conciliandæ sibi famæ intentione ductus; hos solum, quos certa aliqua, Deo procurante providenteque, nata occasio suggesserat stilo prosecutus facile creditur.

Priori conjecturæ favet re vera, quod de Psalmo centesimo septimo, nihil se scripturum monens: Psalmus centesimus septimus (ait ibi.) prætermissus est: quia in postremis quinquagesimi sexti, & in quinquagesimi noni videtur expositus. Unde consequens esse nemo dubitet, in citatos psalmos scriptam ab ipso nonnullam expositionem.

Cum autem in Psalmum centesimum quadragesimum quartum differendo, expresse impugnet errorem illum qui duplicem in Christo Jesu personam fingebat, de quo nihil omnino in eadem Augustini Enarratione legitur: patet id ab eo dictum, propter natam jam, immo & damnatam hæresim Nestorii. Quo fundamento nixi id operis Prosperiani anno citius 434. *assignavimus. Hoc in libro facile animadvertas eloquentiam illam validam & concisam, qua ut caractere proprio Prosper dignoscitur: observesque sanctum nostrum non in sola circa gratiam Christi doctrina tradenda, sed etiam in aliis omnibus Magni Augustini se exhibuisse discipulum.*

Quo in opere legendo, ne idem quod de sententiarum breviorum libro dicturi sumus contingat, ut scilicet ex brevitate locorum quorumdam, nonnullis superfit obscuritatis querela; & quia plerisque in locis quidem ipsa verba Augustini nihil mutando descripsit, in aliis autem voces diversas substituens, sensus dumtaxat sanctissimi sui Magistri secutus videtur: ideo nos lectorum commodo consulentes, ea quibus opus esse videbatur, loca fusius ex Augustini ipsius Enarrationibus legenda in Appendicis nostræ secunda parte exhibebimus: apposita in margine sequentis operis nota, Vide, *quæ locum ibi exhibitum indicabit.*

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI

PSALMORUM A CENTESIMO USQUE AD CL.

* Scripta ut videtur, non ante annum 434.

*EXPOSITIO.

PSALMUS C.

℣. 1. *MISERICORDIAM & judicium cantabo tibi Domine.*

a PSALMUS iſte [a] de primo verſu toto intelligendus eſt corpore, & confitendum Deo, quoniam univerſæ viæ ejus miſericordia & veritas: *Pſ.* 24. 10. ut quælibet ſe noſtris cogitationibus [b] de b rerum veritate ingerant cauſſæ, non in aliquam moveamur querelam; ſed miſericordiam & judicium Domino, pia confeſſione cantemus. Ad reſolvendas enim univerſas quæſtiones, quas contra providentiam Dei exercere audet mundi hujus ſtulta ſapientia, invictiſſima eſt ratio, per quam intelligitur, inter præſentis vitæ inæqualitates, nec a juſtitia Dei miſericordiam, nec a miſericordia abeſſe juſtitiam; donec peractis temporalibus, juſto judicio fiant utraque perpetua, cum pro qualitate geſtorum *Matt.* 25. 34. *& ſeq.* dextros gloria, ſiniſtros pœna ſuſceperit.

℣. 2. *Pſallam, & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.*

In hac, inquit, confeſſione boni intellectus ero; & per immaculatam converſationis meæ viam ad me venire te ſentiam. Cum enim ſine te bonus eſſe non poſſim, ſi recta ſunt quæ ago, te mihi ineſſe non dubito.

Item ℣. 2. *Deambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ.*

Sent. eſt. 1. *in lib. ſent. Pſ.* 10. 6. Innocentia vera eſt, quæ nec ſibi, nec alteri nocet. Quoniam *qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam*. Deambulare in latitudine animæ ſuæ, id eſt, in habitaculo cordis ſui, non poteſt, quem anguſtat reatus, & vita illicitæ actionis accuſat. Pia autem & impolluta conſcientia liberis intra ſe utitur ſpatiis, & quæ integros habet ſuæ ædificationis receſſus, in appetitus non evagatur alienos.

Non proponebam ante oculos meos rem malam. ℣. 3.

Ante oculos habemus quæ diliguntur, & in quibus delectatur animus, in his moratur aſpectus. A re ergo mala oculos avertere, eſt quidquid Deo diſplicet, non amare.

Facientes prævaricatione odio habui. *Item* ℣. 3. c

Diligendi ſunt [c] homines, ut odio habeantur prævaricationes: quia aliud *Sent. eſt* 2. eſt amare quod facti ſunt, aliud odiſſe quod faciunt.

Non adhæſit mihi cor pravum: declinantem a me malignum non agnoſcebam. ℣. 4.

Pravo, inquit, cordi conſenſum non præbui: & ab immaculata via declinantem malignum non cognoſcebam, hoc eſt, propter diſſimilitudinem non probabam.

Detrahentem proximo ſuo occulte, hunc perſequebar. ℣. 5.

Bona perſecutio, quæ non hominem, ſed peccatum hominis inſectatur.

Superbo oculo & inſatiabili corde, cum hoc ſimul non edebam. *Item* ℣. 5.

Superbia fomes invidiæ eſt, quæ numquam niſi maligna eſt, & malis non ſatiatur alienis. Cum his igitur, qui tali delectabantur veneno, non conveſcebar: quia cibum iniquitatis ipſorum, quo inceſſabiliter replebantur, horrebam. *Beati* enim *qui eſuriunt juſtitiam:* *Matt.* 5. 6. *quoniam ſaturabuntur.*

Oculi mei ſuper fideles terræ, ut ſimul conſiderent hi mecum. ℣. 6.

Vox Domini dicentis imitatoribus ſuis, *Sedebitis ſuper duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Iſrael.* *Matt.* 19. 28.

Am-

a Id eſt, ut ait Auguſtinus in capite Enarrationis ſuæ in hunc eumdem Pſalmum, *Pſalmus iſte centeſimus quod habet in primo verſu, hoc in toto corpore quærere debemus.*

b Ita quidem Editi omnes noſtri: ſcilicet Lugd. Lov. Duac. & Colon. Tamen legendum ſuſpicamur, *de rerum varietate.* Deficientibus autem Mſſ. codicibus nihil immutavimus; licet conjecturam noſtram firmet quod poſt pauca dicitur, *inter præſentis vitæ inæqualitates.*

c Editio Colon. *diligendi ſunt omnes*. Aliæ, *homines*.

Item ℣. 6. *Ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtrabat.*

Mihi, ait, non ſibi: multi enim non ſinceri prædicatores Evangelii ſibi miniſtrant, ſua quærentes, non quæ Jeſu Philip. 2. 21. Chriſti.

℣. 7. *Non habitavit in medio domus meæ faciens ſuperbiam.*

Non habitavit in corde juſti, quæ eſt domus ejus, injuſtus: quia ſemper a ſe diſſimilitudo longinqua eſt.

Item ℣. 7. *Loquens iniqua non direxit in conſpectu oculorum meorum.*

Iniquorum iter non eſt directum: & diverſum longe eſt ab illa via, cui oculi Domini præſident, & per quam ad ſuos venit.

℣ 8. *In matutinis interficiebam omnes peccatores terræ: ut diſperderem de civitate Domini omnes operantes iniquitatem.*

Diem judicii ſui denuntiat Dominus, qui loquitur in Propheta: quoniam ſecundum veritatem in principio Pſalmi dictum eſt, *Miſericordiam & judicium cantabo tibi Domine*. Nam quia tempus hujus ſæculi tempus eſt noctis, & ignorantiæ, & tribulationis, nec cuiquam patet in quem finem ſit quiſque venturus: dat locum pœnitentiæ miſericordia Dei, & diverſis modis agit, ut proficiant juſti, ut erigantur lapſi, ut convertantur averſi. Sed hæc patientia, manente adhuc nocte, præſtatur. Ubi autem illuxerit dies, & omnia occulta fuerint revelata, diſcretis impiis a ſocietate juſtorum; non ultra parcetur malis, ſed interficientur omnes peccatores terræ: in illo mane, quo declarabitur quid quiſque mereatur. 1. Cor. 4. 5.

PSALMUS CI.

℣. 1. PSalmi hujus titulus eſt, *Oratio inopis cum angeretur, & in conſpectu Domini* [a] *effundit precem ſuam*. Iſte ergo pauper Chriſtus eſt, qui formam ſervi accipiens, noſtra indutus eſt paupertate: & cum ſit mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Jeſus, idem eſt in humilitate corporis, qui eſt in gloria Patris, ut quorum ſuſcepit naturam, exequatur & cauſſam. a 1. Tim. 2. 5.

℣. 2. EXaudi Domine orationem meam, & *clamor meus ad te perveniat.*

Item ℣. 2. *Ne avertas faciem tuam a me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.*

QUod eſt, *Exaudi orationem meam*; hoc idem eſt, *& clamor meus ad te perveniat*. Sed geminata petitio oſtendit petentis affectum. *Ne avertas* autem *faciem tuam a me*, dicit pro humilitate membrorum. Nam quando Pater a Filio, quando Deus [b] averteretur a Chriſto? Et ideo petit ſe in quacumque die tribularetur, exaudiri: quia pietas capitis cum omni corporis portione compatitur; & labor omnium, qui & locis & temporibus variatur, numquam ſine illo eſt, qui omnium miſeretur. b

In quacumque die invocavero te, velociter exaudi me. ℣. 3.

Cito obtinentur, quæ bono deſiderio poſtulantur: nec differuntur preces, quæ hoc petunt, quod vult ille qui petitur. Velox itaque exauditio eſt, cum ipſa primitus exauditur oratio; nec tardat auxilium, qui dedit votum.

Quia defecerunt ſicut fumus dies mei. ℣. 4.

Dies primi hominis, quem ſuſcepit ſecundus, fumo in ſua elatione deficienti aptiſſime comparantur. Et quia nemo in novitatem Chriſti, niſi ex Adæ vetuſtate transfertur, gemit in his quos reparat ipſe reparator.

Et oſſa mea ſicut in frictoriolo confrixa ſunt. Item ℣. 4.

Oſſa dicuntur hi, qui ſunt in Chriſti corpore fortiores, quorum firmitate omnium compago membrorum munitur; dicente oſſe fortiſſimo Paulo, *Quis ſcandalizatur, & ego non uror?* 2. Cor. 11. 29.

Percuſſum eſt ſicut fœnum, & aruit [c] *cor meum.* ℣. 5. c

Omne humanum genus in Adam, a quo eſt univerſalis propago, percuſſum eſt: & de illius vulnere gemunt, qui ſpe ſalvantur in Chriſto, non ſine miſeriis mortalitatis inde contractæ. Rom. 8. 24.

Quoniam oblitus ſum manducare panem meum. Item ℣. 5.

Acceperat primus homo panem verbi in lege mandati: ſed vetitum cibum ſumens, panis illius de quo vivebat, oblitus eſt: & ob hoc, ſicut percuſſum fœnum, cor ejus exaruit. Modo ergo reviviſcat, & edat panem quem fuerat oblitus, qui jam in corpore eſt dicentis, *Ego ſum panis vivus, qui de cælo deſcendi.* Joan. 6. 51.

A vo-

a Apud Auguſtinum legitur, *effudit*.
b Editio Colon. *avertetur*. Lugd. Lovan. & Duac. *averteretur*.
c Hæc verba, *cor meum* exciderant ab edit. Duac. & Colon. legebantur in Lugdun. & Lovan. & in Auguſtino.

℣. 6. *A voce gemitus mei adhæserunt ossa mea carni meæ.*

A voce, inquit, *gemitus mei*, non a voce gemitus illorum, de quibus gemo quod non recte gemunt, quod carnalia cupiunt, quod corporalia concupiscunt. Sed quia non desunt validiora membra, quæ curam habeant infirmorum, nec ab affectu capitis discrepent; voce gemitus mei eruduntur ossa, id est, fortiora corporis; ut adhæreant carni meæ, id est, infirmioribus meis, secundum quod scriptum est, *Debemus enim nos firmi infirmitatem infirmorum portare*. Rom. 15. 1.

℣. 7. *Similis factus sum pelicano solitudinis, factus sum sicut nycticorax in parietinis.*

℣. 8. *Vigilavi & factus sum sicut passer singularis in tecto.*

Omnis strenuus & devotus Evangelii prædicator, his tribus, quæ commemoratæ sunt, avibus comparabilis invenitur; secundum eorum formam, quibus verbum veritatis adnuntiat. Si enim infidelibus loquitur, in solitudine est, tamquam pelicanus, nec fastidit deserta & inculta: quia etiam in talibus facit sibi Spiritus-sanctus habitaculum. Si autem his prædicat, qui acceptam gratiam perdiderunt, fit quodammodo nycticorax in parietinis, non deserens eos qui corruunt, ut ædificii bene fundati & stabilitatem recipiant & decorem. Si vero eos cohortatur, qui cum videantur fideles, tepidi tamen sunt atque carnales: fit sub tecto positis, id est, sub carnis infirmitate viventibus, quidam passer, increpans eos atque incitans, ut in tecto sint potius quam sub tecto, hoc est, ut subjectam sibi carnem habeant, non ut ipsi ei subjiciantur. *Qui* enim *in tecto est*, *non descendat tollere aliquid de domo: & quod in aureauditis, prædicate super tecta.* Matt. 24. 17.

Sed harum affectionum sedulitatem nemo magis quam Dominus Jesus Christus, voluntarius pauper, exequitur: qui veniens peccatores salvos facere, omnium labores infirmitatesque suscepit. Quia *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*: ut & solitudo Gentilis acciperet notitiam veritatis: & obcæcatis Judæis, ac sua prævaricatione ruinosis, & lux, & stabilitas præstaretur: dum ille qui tenebrarum illuminator est, per Apostolum dicit, *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino*. Idem vero a tenebris, quas dilexit, occisus vigilavit, id est, surrexit; & factus est sicut passer singularis in tecto, id est, in cælo, quo adhuc nemo ascendit, nisi qui de cælo descendit, qui est *primitiæ dormientium*, & *primogenitus ex mortuis*. Matt. 10. 27. 2. Cor. 5. 19. Ephes. 5. 8. Joan. 3. 13. 1. Cor. 15. 20. Coloss. 1. 18 Apoc. 1. 5.

℣. 9. *Tota die exprobrabant mihi inimici mei, & qui laudabant me, adversum me jurabant.*

Ea significantur, quæ in tempore passionis gesta sunt. Exprobratur Domino, quod qui alios salvat, seipsum supplicio eruere non possit; & qui fuerant falsi laudatores, in occisione ipsius conspirabant. Matt. 27. 49.

℣. 10. *Quoniam cinerem sicut panem manducabam: & potum meum cum lacrymis miscebam.*

Ostenditur sacramentum misericordiæ Salvatoris, qui etiam eos membra sua facit, quibus talis congruit medecina; & personæ suæ eorum copulat causam, in quibus se cinerem dicit sicut panem manducasse, & potum cum lacrymis miscuisse: quod quidem infideles opprobrio deputant, dicentes spem remissiouis fomitem esse peccandi.

℣. 11. *A facie iræ tuæ, & indignationis tuæ, quoniam elevans allisisti me.*

Ipsa est ira, quam Adam meruit, & in qua omnes nati sumus: secundum quam dicit Apostolus, *Eramus natura filii iræ, sicut & cæteri*, non ex conditione Dei, sed ex judicio. Et ideo *natura* filii iræ dicimur, quia ita ipsis nostris principiis insedit, ut ab illa, præter Dominum nostrum Jesum Christum, nullius hominis natura sit libera. Elevatus est autem homo, quia rationalis & ad imaginem Dei factus est: elisus vero est, quia suæ dignitatis oblitus est; sicut scriptum est, *Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insipientibus*. Ephes. 2. 3. Ps. 48. 13. & 21.

℣. 12. *Dies mei sicut umbra declinaverunt, & ego sicut fœnum arui.*

Recessi ab æterno die per peccatum, & in dies transitorios decidi per judicium: & quia sicut fœnum arui, per eum qui inter mortuos liber est, spe salvus fio. *Sicut* enim *in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*. 1. Cor. 13. 22.

℣. 13. *Tu autem Domine in æternum permanes, & memoriale tuum* [a] *in generatione & generationem.*

Temporalem, inquit, servet æternus: non enim quia cecidi, [b] tu senuisti: qui eras ad me humiliandum, ipse es ad me liberandum, & promissionum tuarum non obliviscaris.

Tu

a Apud Augustinum *in generationem & generationem.*

b Colon. editio, *tu tenuisti*. Melius Lugd. Lov. & Duac. & in Augustino, *tu senuisti*.

℣. 14. *Tu exsurgens, misereberis Sion: quia tempus ut miserearis ejus.*

Quod tempus, nisi de quo dicitur, *Galat.* 4. 4. & 5. *Cum autem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret?*

℣. 15. *Quoniam beneplacitum habuerunt servi tui lapides ejus, & pulveris ejus miserebuntur.*

In Sion multi sunt lapides, & plerique sunt pulvis. In lapidibus gaudium sanctorum est, in pulvere miseratio. De Sion sancti Patriarchæ, sancti Apostoli, & prædicatores Evangelii: hi omnes lapides electi, & probati; cæteri autem, qui istis non sunt connexi, pulvis sunt, *Psal.* 1. 4. *Psal.* 102. 14. quos auferet ventus a facie terræ; nisi agnoscant se, & dicant, *Memento Domine, quod pulvis sumus.*

℣. 16. *Et timebunt gentes nomen tuum, Domine, & omnes reges terræ gloriam tuam.*

Hoc fundamento posito in Sion, & hac misericordia pulveri ejus impensa, veniet etiam de gentibus alius paries, qui angulari lapidi coaptetur, & duo in *Ephes.* 2. 20 uno condantur, qui facit utraque unum.

℣. 17. *Quoniam ædificavit Dominus Sion, & videbitur in gloria sua.*

Crescit quotidie Ecclesia in templum Dei, & ab ipso capite totum corpus exstruitur. Et apparebit Jesus Christus in *Matt.* 25. 33. gloria sua, cum venerit judicare mundum, a dextris & sinistris alios assumpturus in regnum, alios in supplicium detrusurus.

℣. 18. *Respexit in orationem humilium Dominus, & non despexit precem eorum.*

Hæc est ædificatio Sion, & structura ejus. Sic vivi lapides instruuntur: quia ad compagem decoris ejus, non nisi per humilitatem & orationem, per gemitus & lacrymas pervenitur: ne perfecta & dedicata domo, frustra pulset, [a] qui secus advenerit.

℣. 19. *Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.*

Scribuntur hæc in veteri Testamento per prophetiam pertinentem ad novi Testamenti generationem, hoc est, ad populum qui creandus erat in Christo, de quo Apostolus dicit, *Si qua igitur in* 2. *Cor.* 5. 17 & 18. *Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt* [b] *nova. Omnia autem ex*

Deo: hoc est, vetera & nova. quoniam per unam fidem uterque populus accepit justificationem.

℣. 20. *Quoniam prospexit ex alto sancto suo, Dominus de cælo in terram prospexit.*

℣. 21. *Ut videret gemitus compeditorum, ut solveret filios mortificatorum.*

Prospiciente in terram Deo, hoc est, misericordiam suam hominibus tribuente, tam fortia facta sunt vincula charitatis, ut ea non potuerit vincere violentia persecutionis. Per timorem enim Dei superaverunt Martyres timorem mundi; & compedes fidei continuerunt eos ab excessu transgressionis: qui labos perseverantiæ transiit in libertatem gloriæ: ut gemitus verterentur in gaudia, & compedes in coronas. Solvuntur autem etiam filii mortificatorum, id est, Martyrum, qui eadem inflammati fide, sæcularium cupiditatum vinculis liberati possunt dicere, *Disrupisti vincula mea,* *Psal.* 115. 16. & 17. *tibi sacrificabo hostiam laudis.*

℣. 22. *Ut annuncietur in Sion nomen Domini, & laus ejus in Jerusalem.*

Ut solutis vinculis peccatorum, libera charitas serviat Deo, & laus Domini multiplicetur in Sion, id est, in specula, quæ est Ecclesia, quæ non præsentia diligens, sed futura prospiciens, in spe promissionum lætatur.

℣. 23. *In conveniendo populos in unum, & regna, ut serviant Domino.*

Factum est sanguine Martyrum & gemitibus compeditorum, ut exauditis illis qui erant in gemitibus & pressura, hanc nostris temporibus haberet Ecclesia libertatem, qua omnium gentium populi in fidei coeant unitatem, & regna quæ persequebantur Christianos, jugo Christi subjecta sint.

℣. 24. *Respondit ei in via fortitudinis suæ.*

Sive Sion, sive Jerusalem, quæ est Ecclesia, in qua laus Domini celebratur, respondit ei, quem per fidem laudat, per spem, per charitatem. Nam vocationi ejus respondere, est credere atque obedire, & in præceptis ipsius ambulare, *In via fortitudinis*: quia ab ipso est ut perseveretur inter omnes illecebras & labores.

Item ℣. 24. *Exiguitatem dierum meorum adnuncia mihi.*

Exiguum est omne quod finitur & transit: vita enim temporalis in com-

a Rectius haberetur, ni fallimur, *qui serius advenerit*, & si *secus* scribatur in Lugd. Lovan. Duac. & Colon. Nam locum Augustini respicere videtur num. 18. dicentis, *Dei facto ædificio, & dedicata domo, quid curris, sero quæsturus, inaniter petiturus, frustra pulsaturus, foris remansurus cum quinque virginibus fatuis?*

b Apud Augustinum legitur, *omnia nova*: ut in textu Apostolico tam Græco quam Latino.

paratione æternitatis exigua est : cujus
a dies ideo sibi [a] annunciari Ecclesia postulat, ut noverit se usque in finem sæculi esse mansuram, donec veniant illi dies, qui nec numerum poterunt habere,
b [b] nec terminum.

v. 25. *Ne revoces me in dimidium dierum meorum.*

Non imminuantur, inquit, dies mei, *Rom.*11.25 quousque in consummationem sæculi spopondisti : donec plenitudo gentium introeat, & omnis Israel salvus fiat.

*Item v.*25. *In generatione & generationem anni tui.*

Ab initio usque ad consummationem sanctos Dei diversa sæcula, alios & alios protulerant : quorum justificatio non est nisi in Christo, per quem omnium generationum una generatio est, quam Deus æternitatis facit esse participem: ut absque commutatione sit omnia in *1. Cor.* 15, 28. omnibus.

v. 26. *Principio Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cæli.*

v. 27. *Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent,*

Item v. 27 *Et sicut operatorium mutabis eos, & mutabuntur :*

v. 28. *Tu idem ipse es, & anni tui non deficient.*

Sententia est 3. Vera æternitas, & vera immortalitas non est, nisi in Deitate Trinitatis, cui quod est esse, perpetuum est: & neque per initium, neque per incrementum, neque per defectum ullam recipit mutabilitatem. Creaturæ autem, etiam illæ quibus æternitatem Creator dedit, vel daturus est, non penitus carebunt fine, dum illis finis est ipsa in augmentum facta mutatio. Et terra ergo, quam tu Domine fundasti, & cæli, qui opera sunt manuum tuarum, sicut vestimentum & opertorium veterascent & peribunt: non ut non sint, sed ut aliter sint; novatione scilicet substantiæ, non defectione naturæ. *Tu* autem *idem ipse es*, nec ab alio in aliud transis : quia tu es qui vere es, & qui in gloria tua nec minor potes esse, nec major; dans filiis servorum tuorum, ut ad non deficientes annos tuos valeant pervenire.

v. 29. *Filii servorum tuorum inhabitabunt, & semen eorum in sæculum dirigetur.*

Filii servorum Dei, sunt filii justorum, filii Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, & Martyrum : filii postremo totius Ecclesiæ, quæ corpus est Christi, & quæ mater est omnium patrum, omniumque filiorum. Hi ergo in *Gal.*4.26. æternitate annorum Dei habitabunt, & semen eorum in æternum dirigetur. Semen autem eorum recte intelligitur, opus justitiæ ipsorum, quod debet unumquemque præcedere : quoniam sterilem & infructuosum illa æternitatis beatitudo non recipit. *Ephes.* 5. 23.

PSALMUS CII.

B*Enedic anima mea Dominum: & omnia interiora mea nomen sanctum ejus.* *v.* 1.

TOta Ecclesia cum suo capite, quod est Christus, unus est homo : cujus proprium officium est in omni tempore benedicere Dominum, seque in laudem ejus, quem ex tota virtute sua diligit, cohortari. *Interiora* autem ejus sunt ratio intelligentiæ, spes fidei, humilitas timoris, fortitudo charitatis; & si quæ sunt aliæ affectiones, quibus mens in admirationem sui auctoris erigitur. *Ephes.* 5. 23.

Benedic anima mea Dominum: & noli obliviscì omnes retributiones ejus. *v.* 2.

Iterata cohortatio docet, numquam a Dei benedictione cessandum. Erit autem perseverans benedictio, si retributionum ejus nulla umquam subrepat oblivio : Quæ retributiones non secundum merita humana sunt factæ. Nam damnatio peccatoribus debebatur ; sed gratia præstita est malis, & salus perditis. Quoniam *filius hominis venit quærere*; & *salvare quod perierat* : & *non venit vocare justos, sed peccatores*. Benedicendus ergo est, qui non solum non plectit malos; sed etiam bona pro malis reddit, & bonos facit. *Luc.*19.10 *Luc.* 5.32.

Qui propitius [c] *fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos.* *v.* 3. c

Qui redimet de corruptione vitam tuam, qui coronat te in miseratione & misericordia. *v.* 4.

Qui satiat in bonis desiderium tuum : renovabitur sicut aquilæ juventus tua. *v.* 5.

Enumeratio retributionum Dei ostendit

a Sic excusum legimus in recentioribus codicibus, cum Editiones veteres quatuor illæ jam sæpe citatæ habeant, *adnunciare* : minus congrue, ut videtur. Augustinus enim enarrat. 2. in hunc eundem Psalmum num. 9. dicit, *Quærit a Deo (Ecclesia) ut exiguitatem dierum suorum annuntiet sibi.*

b Editi omnes in margine indicant aliter legi in aliis libris, scilicet, *nec imminui.*

c Omnes editiones, *propitius fiat*. At in explicatione paulo post, *propitius fit*, forte utroque loco pro, *propitius fit* ; ut apud Augustinum legitur. Ubi infra, *Qui redimit*, pro eo quod codices nostri habent *redimet*, recentioribus exceptis.

dit per quos gradus gratiæ anima humana salvetur. *Qui propitius fit*, inquit, *omnibus iniquitatibus tuis*. Non ait, Omnibus virtutibus tuis: quæ utique nullæ ei ineſſent, niſi fieret remiſſio peccatorum. Quæ ne rurſus exurgant, *Sanat*, inquit, *omnes languores tuos*. Qui autem ſunt iſti *languores*, niſi concupiſcentiæ malæ, deſideria carnalia, & morbi omnium vanitatum? De qua *corruptione* redimitur vita infirmorum: quia corpus mortis noſtræ corpus factum eſt ipſius vitæ, ut coronaret nos *in miſeratione & miſericordia*: Rom.9.15. ſicut ſcriptum eſt, *Miſerebor cui miſertus ero; & miſericordiam præſtabo, cui miſericordiam præſtitero*: ut intelligamus, per eamdem miſericordiam dari coronas meritorum, per quam data ſunt merita coronarum. Deinde additur, *Qui ſatiat in bonis deſiderium tuum*. His enim curationibus perducta eſt anima ad deſideria bona, ut ſpretis & abjectis carnalibus, atque terrenis, ſpiritalia, & cæleſtia concupiſcat: quoniam Matt.5.6. *Beati qui eſuriunt juſtitiam, quia ipſi ſatiabuntur*. *Renovabitur* ergo *ſicut aquilæ juventus tua*; hoc eſt, a vetuſtate in novitatem, & in juventam a ſenectute mutaberis: ad ſimilitudinem aquilæ, quæ depoſitis alis roſtroque mutato, in novas vires redivivo vigore juveneſcit.

℣. 6. *Faciens miſericordias Dominus, & judicium his qui injuriam accipiunt.*

Novit Dominus, quod in hac vita ſervi ipſius laboribus injuriiſque ſubjecti ſunt; ſed vult eos eſſe mites, eſſe patientes; quia ſicut miſericors eſt ad liberandum, ita etiam juſtus ad judicandum. Dicens enim omnibus injuriam accipientibus, Rom.12.19 *Mihi vindictam, & ego retribuam*, non denegat opem qui denunciat ultionem. Facit ergo Dominus miſericordiam, facit & judicium. Sed perfectorum eſt, etiam his qui injuriam fecerint, miſericordiam magis quam optare vindictam.

℣. 7. *Notas fecit vias ſuas Moyſi, filiis Iſrael voluntates ſuas.*

Rom.5.20. Galat. 3. 22. Magnum mirandumque myſterium eſt, ideo datam legem, ut creſcente peccato humiliarentur ſuperbi, humiliati confiterentur, confeſſi ſanarentur. Iſtæ ſunt viæ occultæ quas notas fecit Moyſi, per quem legem dedit: quia peccatum [a] non haberet, ut ſuperabundaret gratia: quam utique veri Iſraelitæ intellexerunt, & [b] a Deo revelante viderunt, quæ ratio diſpoſitionum, quod conſilium divinarum fuerit voluntatum.

℣. 8. *Miſerator & miſericors Dominus; longanimis, & multæ miſericordiæ.*

Quid tam longanimum, quid tam abundans [c] quam Deus, qui in miſericordia *pluit ſuper juſtos & injuſtos*, & *ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos?* Parcit contemptus, parcit negatus: & mavult vitam peccatoris, quam mortem. Quoniam omnis longitudo patientiæ ejus, eruditio eſt pœnitudinis, & oblatio correctionis: nec ulla opera ipſius miſericordia vacant; quando homini & manſuetudine conſulit, & flagello.

Matt. 5. 45. Sententia eſt 4.

℣. 9. *Non in finem iraſcetur; neque in æternum indignabitur.*

Divina bonitas ideo iraſcitur, ne iraſcatur; & miſericorditer adhibet temporalem ſeveritatem, ne æternam [d] referat ultionem.

Sententia eſt 5. d

℣. 10. *Non ſecundum peccata noſtra fecit nobis; neque ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis.*

℣. 11. *Quoniam ſecundum altitudinem cæli a terra, confirmavit Dominus miſericordiam ſuam ſuper timentes ſe.*

Sicut cælum, inquit, protegit terram, ſit timentes ſe protegit Deus.

℣. 12. *Quantum diſtat Oriens ab Occidente, longe fecit a nobis peccata noſtra.*

Regenerationis hæc virtus eſt, quæ homines exuit peccatis & gratiæ induit donis; ut vetuſtas occidat & veritas oriatur. Facta enim mutatione ſtatus, innocentia conſtituitur in oriente, peccata remanent in occaſum.

℣. 13. *Sicut miſeretur pater filiorum, ita miſertus eſt Dominus timentium ſe.*

℣. 14. *Quia ipſe cognovit figmentum noſtrum: memento quod pulvis ſumus.*

Qui perſonam ſuſcipere dignatus eſt patris, nihil circa filios non miſericorditer facit. Flagellet adoptatos, potius quam deſerat abdicandos. Novit autem ipſe quod nos fecerit, & de quo lapſu in quem ſtatum reformaverit, quantumque nos pulvis terrenæ fragilitatis infir-

S. Proſperi.

a Ita editi noſtri omnes. Forte tamen melius legeretur, *ut peccatum abundaret*: tum quia ſequitur: *ut ſuperabundaret gratia*: tum quia apud Auguſtinum id indicatur, cum dicitur, *Quia nolebant ſe confiteri homines peccatores, addita lege facti ſunt & prævaricatores . . . . Abundavit ergo peccatum, ut ſuperabundaret gratia. Ergo, ut dicere cœperam, quia hoc eſt in lege magnum myſterium, ideo eam datam, ut creſcente peccato humiliarentur ſuperbi, humiliati confiterentur, confeſſi ſanarentur: iſtæ ſunt viæ occultæ quas notas fecit Moyſi.*

b Mon male forte omitteretur præpoſitio *a*, quæ legitur in omnibus libris noſtris.

c Intellige, *in miſericordia*: quod exprimitur in Auguſtino.

d In libro ſententiarum habetur, *juſte inferat*, pro quo hic Editi omnes Proſperianæ, omiſſo *juſte*, ſcribunt *referat*.

met. Petitur ergo Deus, ut meminerit conditionis humanæ, id est, ut misereri ipsius perseveret. Quoniam non ipse obliviscitur, sed ut nos gratiæ ejus non obliviscamur facit.

℣. 15. *Homo tamquam fœnum dies ejus, & sicut agri flos ita florebit.*

Non superbiat homo, cujus dies sunt sicut fœnum paululum florens, & mox aresçit: sed non desperet homo, cujus infirmitas a Dei virtute susçipitur. *Verbum* enim *caro factum est*, ut flos qui in Adam erat caducus, in Christo esset æternus. Joan. 1.14.

℣. 17. ℣. 18. *Misericordia autem Domini a sæculo, & in sæculum super timentes eum: & justitia ejus in filios filiorum.*

Timentibus Dominum æterna gaudia promittuntur. Et quia timor obedientiam parit, obedientia autem mandatorum gignit effectus; ideo justitia Dei, hoc est, retributio super filios filiorum: qui melius intelliguntur in germine bonorum operum, quam in prole natorum; quos multi justi non habuisse noscuntur; & qui habuerunt, non omnes sunt, aut in omnibus gloriati.

Item ℣. 18. *Custodientibus testamentum, & memoria retinentibus mandata ejus, ut faciant ea.*

Ille mandata Dei memoriter tenet, qui quod mandatis Dei continetur, operatur: nec falli potest in latitudine præceptorum, cum in duobus mandatis tota Lex pendeat & Prophetæ. Matt. 22. 40.

℣. 19. *Dominus in cælo paravit thronum suum: & regnum ejus omnium dominabitur.*

Quid aliud significatur, nisi Domini descensio, & ascensio, & assumpti hominis in paterna sede confessio? cui genu omne flectitur cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confitetur, quoniam Dominus Jesus Christus in gloria Patris est. Philip. 2. 10. & 11.

℣. 20. *Benedicite Dominum omnes angeli ejus, potentes virtutes, facientes verbum ejus, ad audiendam vocem sermonum ejus.*

Potentes sunt verbo, qui verbi famulantur imperio: quia ipsius implentur virtute, cui serviunt.

℣. 21. *Benedicite Dominum omnes virtutes ejus: ministri ejus facientes voluntatem ejus.*

Sententia est 6. Vera est confessio benedicentis, cum idem sonus est oris & cordis. Bene autem loqui & male vivere, nil aliud est quam sua se voce damnare. Benedicendus ergo est Dominus ipsis maxime operibus, quibus sic debet uti conscientia, ut de ipsis in Domino glorietur. 1. Cor. 1. 31

℣. 22. *Benedicite Dominum omnia opera ejus, in omni loco dominationis ejus.*

Sicut nullus est locus, qui non dominationi ejus subjiciatur, ita nullus est locus, in quo ejus debeat cessare benedictio.

Item ℣. 22. *Benedic anima mea Dominum.*

Ipso versu Psalmus conclusus est, quo inchoatus: ut intelligamus, perseverari in Dei benedictione debere, quæ vere continuatur, si sine cessatione bene vivitur.

PSALMUS CIII.

℣. 1. *Benedic anima mea Dominum.*

Sicut in præcedente Psalmo, ita etiam in isto qui sequitur, vox est membrorum corporis Christi. Unus est homo, & cujus in una fide unum cor, & anima una est, cohortans & excitans se in laudem Dei: ut in contemplatione creaturarum magnificetur Creator.

a *Domine Deus meus, magnificatus es vehementer.* a

Item ℣. 1. Magnitudini Dei nec accedere aliquid, nec decedere potest: qui quod est, incommutabiliter semper est. Magnificatur ergo non sibi, sed nobis, tanto vehementius, quanto magis se intellectui nostro innotescere facit: ut non illius gloria, sed admiratio nostra proficiat.

Item ℣. 1. *Confessionem & decorem induisti.*

Induit se Dominus Deus noster confessionem & decorem, id est, induit se Ecclesiam, quæ per confessionem deposuit fœditatem, & accepit decorem: ipsa enim confessio peccatorum decus est rectæ factorum.

b *Circumamictus lumine, sicut vestimentum.* b ℣. 2.

Ipsa est vestis ejus, non habens maculam, neque rugam, & splendida facta per gratiam, quæ & lux vocatur, dicente Apostolo, *Fuistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Ephes. 5. 8.

Item ℣. 2. *Extendens cælum sicut pellem.*

Si facturam cæli secundum litteram cogitemus c in similitudinem pellis extenc

a Edit. Duac. & Colon. *Dominus Deus meus.*

b Editiones Duac. & Colon. habent, *circumamictis.* Apud Augustinum *circumamictus lucem velut vestimentum.* Unde forte legendum esset hic, *lumen* pro *lumine*, quod præferunt codices nostri.

c Forte *in similitudine* legeretur, prævia virgula quæ in Lugd. notatur.

tensæ, cæleritas quædam demonstrata est, qua sine ulla difficultatis mora opus suum
Gen. 1. 6. Creator explicuit. Dixit enim, *Fiat firmamentum inter aquam & aquam, & factum est sic*: *Quoniam verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*.
Psal. 31. 6. Si autem figuratam significationem adnitamur inspicere; invenimus extendisse Deum cælum sicut pellem, cum intelligimus sanctam Scripturam cælum appellatam, [a] cujus auctoritatem primo quasi firmamentum in Ecclesia sua posuit; & quam super omnem orbem terrarum per ministeria prædicantium, quasi pellem extendit. Pellis autem nomine significata est mortalitas ministrorum, manente ipsorum opere, per quod ubique veritas innotescit, & invi-
Rom. 1. 20. sibilitas Dei per visibilia litterarum elementa intellecta conspicitur.

℣. 3. *Qui protegis in aquis superiora ejus.*

Et hoc secundum litteram bene intelligitur; quia jussit Deus, ut fieret firmamentum inter aquas & aquas, factumque est sic; & pars aquarum resedit in terram, pars autem est cælo superposita, remota ab aspectu nostro, & fidei commendata. Secundum vero figuram, [b] qua scripturam sanctam divina auctoritate firmanentum cælum accepimus, quod super orbem terræ, sicut pellis per famam prædicationis extenditur; superiora cæli protegi aquis in eo intelligamus, quod in hoc cælo, id est, in eloquiis præceptisque divinis nihil est sublimius charitate, quæ inter Dei omnia
Rom. 5. 5. dona supereminet. *Diffusa est* enim *in cordibus nostris per Spiritum-sanctum, qui*
Prov. 5. 16 *datus est nobis*. Quæ diffusio [c] aquas sonat, de quibus dicitur, *Et in plateis tuis discurrent aquæ: nemo alienus communicet*
Sententia est 7. *tibi*. Hæc quippe aqua, id est, charitas Dei & proximi, propria & specialis virtus est piorum atque sanctorum: cum cæteræ virtutes & bonis & malis possint esse communes. Superiora itaque cæli his aquis proteguntur, quia præceptum charitatis super omnes cælos, id est, super omnes [d] libros est, cui militat omnis lingua & omnis doctrina sanctorum. Protectio autem hujus aquæ subjectum cælum Scripturarum [c] non erat, sed suspendit: quia in gemino charitatis præcepto tota Lex pendet & Prophetæ.
Matt. 22. 40.

Qui ponis nubes ascensum ejus.

Impletum est hoc visibiliter, cum in conspectu discipulorum Dominus nube susceptus, ascendit in cælum: & de resurrectione Apostolus loquens, dicit, *De-*
1. Thess. 4. 15. &c. *inde nos qui vivimus, simul cum illis rapiemur in nubibus obviam Christo, & ita semper cum Domino erimus*. Sed videndum est quæ sint illæ nubes, quibus in cælum divinarum scripturarum ascenditur. Prædicatores utique veritatis, qui corda audientium a terrenis sensibus erigunt, & ad sublimitatem cælestis intelligentiæ subvehunt. Ab istis nubibus verbum Dei diffundentibus vinea Domini sabaoth, quæ est Ecclesia, fœcundatur: ut accepta pluvia, edat fructum, & edat uvas, non spinas; & non sit talis vinea de qua dicit Dominus per Prophe-
Isai. 5. 6. tam, *Mandabo nubibus meis ne pluant super eam*; & qualis illa, cui dixerunt Apostoli, *Ad vos missi eramus; sed quia*
Act. 13. 46. *repulistis verbum Dei, imus ad gentes*.

Qui ambulat super pennas ventorum.
Item ℣. 3.

Potest ad litteram ita accipi, ut velocitatem verbi omnia pervagantis in hoc intelligamus, quod super ventorum pennas dicitur ambulare; quia velocius nihil novimus ventis, quorum celeritas significata est nuncupatione pennarum: sed his pernicior est veritatis adnuntiatio, quæ *attingit a fine usque ad finem*
Sap. 8. 1. *fortiter, & disponit omnia suaviter*. Per figuratam autem significationem, ventorum nomine non absurde animæ intelliguntur: non quia ejusdem naturæ sint, sed quia similiter invisibiles. Quarum pennæ sunt duo præcepta charitatis, quibus ad Dominum tendunt. Sed quia major & sublimior est Dei charitas qua dilexit nos, quam in eumdem nostra dilectio; ideo super pennas ventorum, hoc est, super charitatem animarum dicitur ambulare: quia charitatem nostram supergreditur charitas Dei: qui ipsam charitatem qua diligimus, diffudit *in*
Rom. 1. 5 *cordibus per Spiritum-sanctum, qui datus est nobis*.

Qui

a Ita Lugd. & Lovan. editi. At Duac. & Colon. *cujus auctorem*. Aug. num. 8. *Hanc auctoritatem* [Scripturæ] *primo posuit Deus in Ecclesia sua*. Quod favet prioribus codicibus.

b Colon. editio cum recentioribus illa, *quia*. Aliæ, *qua*.

c Ita Lugd. & Lovan. conformiter textui Augustiniano. *Jam nomine diffusionis intellige aquas in charitate Spiritus-sancti. Hæ sunt aquæ de quibus dicitur in quadam Scriptura, Et in plateis tuis discurrant aquæ tuæ*. Posteriores editiones Duac. & Colon. *aquas sanet*.

d Codices Duac. & Colon. *liberos*. Melius leges, *libros*, auctoritate Lugd. & Lovan. cui favet locus Augustini. *Ergo præceptum charitatis: super cælos, super omnes libros: ei enim subduntur libri, ei militat omnis lingua sanctorum. . . . Supereminens est ergo via, & merito protegit in aquis superiora cæli; quia nihil invenis eminentius charitate in divinis libris*.

e Ita quidem in omnibus nostris codicibus. At merito suspicamur legi debuisse, *non onerat*, ex sensu loci ipsius, & auctoritate operis Augustini. *Non enim sic Deus protegit, ut quasi sustentetur ab eo quem protegit: sublevat quem protegit, non onerat*, &c.

℣. 4. *Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem* [a] *urentem.*

Secundum litteram non dubitamus esse spiritus nobis invisibiles, ministros Dei; qui ab officio quod agunt, angeli nuncupantur. Spiritus enim naturæ nomen est, angelus actionis. Hos itaque ministros suos Deus facit etiam ignem urentem, sive flagrantem: sicut legimus, ignem in rubo apparuisse; & missum ignem desuper, & *Exod.3.2. Gen.19.24 Levit.10.2 & alibi.* impleſſe quod præceptum est, ministerio executionis angelicæ. Figurate vero spiritales quique in Ecclesia spiritus appellantur: qui fiunt Angeli, cum fiunt prædicatores & nuntii veritatis. Idemque sunt ignis, cum fervent spiritu, & eos quos exhortantur, accendunt: duplicem habentes efficientiam, ut & illustrent animas, & adurant; cum eadem vi & ardorem virtutis injiciunt, & peccatorum spinas tribulosque consumunt.

℣. 5. *Fundavit terram super firmitatem ejus: non inclinabitur in sæculum sæculi.*

Matt. 24. 35. De terra ista laboriose asseritur, quod non inclinanda sit in sæculum sæculi, cum dictum sit, *Cælum & terra transibunt*, Nam fundatam eam super firmitatem suam possumus ita intelligere, ut illa vis qua sustentatur & continetur, firmitas ipsius dicta sit: quæ licet *Heb.2.10. Coloss.1.16* abscondita a nobis sit, tamen recte creditur in sapientia & virtute Creatoris, qui omnia in se firmavit, in quo & omnia condidit. Mystico vero intellectu accepimus terram Ecclesiam, cujus firmitas & fundamentum ejus, super quod fundata est terra, Christus est. *1.Cor.3.11 Fundamentum* autem *nemo potest ponere præter quam quod positum est, quod est Christus Jesus.* A quo fundamento non recedens non inclinabitur in sæculum sæculi.

℣. 6. *Abyssus sicut vestimentum amictus ejus: super montes stabunt aquæ.*

Terræ nomine Ecclesiam intelleximus prophetatam, quæ Christum habens fundamentum, non inclinabitur in sæculum sæculi. Verumtamen diluvio persecutionum, (quæ abyssi & aquarum nomine præsignantur,) ita circumtegenda indicatur, ut quasi vestimento ab impugnantibus operienda sit populis: in tantum persecutione crescente, ut etiam super montes, id est, eminentissimos quosque sanctorum, attollenda sit oppressio persequentium.

a Editiones omnes in ora libri notant alias legi, *flagrantem*: sicque habetur apud Augustinum; & utramque lectionem insinuat paulo post ipse S. Prosper.

Ab increpatione tua fugient, a voce tonitrus tui formidabunt. ℣. 7.

Factum est hoc, cum Deus conterruit gentes increpationis suæ tonitru. Cessaverunt enim impii Ecclesiam premere, & montes Dei, quorum sublimitas aquis superstantibus obtegebatur, iisdem aquis recedentibus, receperunt eminentiam. Tonante enim Domino, formidaverunt aquæ, & montes a diluvio exuti sunt.

Ascendunt montes, & descendunt campi, in locum quem fundasti eis. ℣. 8.

Montes elationes aquarum sunt, id est, fluctus persequentium populorum: qui cum sævirent, montes erant; sed increpati quieverunt, & campi facti sunt, fundato ipsis loco in quo cohiberentur. Qui locus intelligitur quædam mensura formidinis, intra quam sævientium corda conclusa sunt; ut etiam si adhuc retinent infidelitatis suæ amaritudinem, super dulces tamen aquas, id est, fideles populos nequeant elevari, neque revertentur tegere terram fluctus illi magni & amari. Acceperunt modum, quem non transgredientur, neque poterunt Ecclesiæ inferre diluvium.

Qui emittit fontes in convallibus. ℣. 10.

Super humilem & quietum requiescit *Isai. 66. 2.* Spiritus Dei: & *Qui credit in me* (inquit) *flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* *Joan.7.37.* Convalles ergo humilitatem significant, quæ numquam sine fonte gratiæ est. Non est autem insolens, ut qui montes sunt propter sancti Spiritus magnitudinem, convalles sint propter sui spiritus humilitatem: sicut apostolus Paulus mons erat, dicendo, *Non autem* *1. Cor. 15.* *ego*; & habebat fontem, dicendo, *sed* 10. *gratia Dei mei mecum.*

Inter medium montium pertransibunt aquæ. Item ℣. 10.

Montes sunt prædicatores magni, qui de humilitatis convallibus aquas veritatis emittunt. De qua abundantia nihil sibi adscribunt, nihil quasi proprium vendicant; sed communis & media est emanatio spiritalium fluentorum. [b] Aut de aquis, id est, de prædicatione, nulla sit discordia montium, sed pax consensionis & societas charitatis faciat unum, & commune quod profluit. b

Potabunt omnes bestiæ silvæ. ℣. 11.

Vidimus quidem hoc etiam in ista creatura, bestias silvæ bibere de fontibus, & de rivis inter montes currentibus.

b Conjicimus legi debere, *Ut de aquis*. Non mutavimus tamen, deficientibus libris antiquis.

bus. Sed quia per hæc quæ omnibus nota sunt, quædam significantur abscondita, quibus inventis studia spiritalium gaudeant ; bestias silvæ, Gentes intelligimus ; quoniam sæpe inveniuntur in scripturis sanctis gentes indicatæ nomine bestiarum. Sicut congregatæ in arca Noe totius generis bestiæ, & discus quatuor lineis in visione Petri apostoli demissus de cælo, omnium plenus animalium, non aliud declaratur, quam universi generis homines in unitate Ecclesiæ congregandos. [a] De his ergo aquis in medium montium pertranseuntibus, id est, de doctrina apostolica in medio fluente propter concordiam communionis omnis bestiæ silvæ. Omnes enim erant in arca, omnes in disco. Pertranseuntes autem sunt aquæ istæ: quia omnis doctrina, quæ in hoc tempore dispensatur, transit ; dicente Apostolo, *Et scientia destruetur, & prophetia evacuabitur. Ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus. Cum autem venerit quod perfectum est, quod ex parte est evacuabitur.*

Gen. 7. 2. & 14. *Act.* 10. 13.

1. *Cor.* 13. 8. *& seq.*

a

Item ℣. 11. *Suscipient onagri* [b] *sitim suam.*

In onagris majores fortioresque bestiæ nominantur, quæ de aquis præterentibus tantum suscipiunt, quantum sitiunt. Sunt enim aquæ istæ ita sufficientes, ut & parva & magna animalia, quantum ex eis desideraverint, hauriant. Doctrina quippe Apostolica, tam salubris, tamque vitalis, ut pro capacitate utentium, neminem sui dimittat exortem : quia sive parvuli, sive magni, sive infirmi, sive fortes, habent in ea unde alantur, unde satientur.

Sent. est 8.

b

℣. 12. *Super illos volatilia cæli inhabitabunt: de medio petrarum dabunt vocem suam.*

Sunt quædam volatilia, quæ non habitant nisi super montes : & horum nomine spiritales animæ significantur, aere libero, & cæli serenitate gaudentes : quibus tamen habitatio & pastus in montibus est. Montes enim sunt Prophetæ, montes Apostoli, montes omnes prædicatores veritatis, & sublimes quique doctores, a quibus qui spiritalis est, non aberrat ; sed in eis & cibum sumit & requiem. Tales ergo aves in montibus, in quibus habitant, inveniunt petras, firmamenta quædam præceptorum. Sicut enim una illa petra Christus Verbum Dei, sic multa verba Dei, multæ petræ : de quarum medio dant vocem suam, & illis sonantibus respondent & resultant petræ, cum disputationibus consonant testimonia Scripturarum.

1. *Cor.* 10. 4

Rigans montes de superioribus suis. ℣. 13.

Montes isti, quidquid de convallibus suis aquarum fundunt, quidquid vocum de medio dant petrarum, de super acceperunt, & divina gratia sunt rigati, ut & aquis & vocibus abundarent ; quibus & sitientes implerent, & audientes delectarent, ea proferentes quæ unicuique secundum mensuram capacitatis suæ congruerent.

De fructu operum tuorum satiabitur terra. *Item* ℣. 13

Producens fœnum jumentis, & herbam servituti hominum. ℣. 14.

Nemo glorietur in operibus suis, quasi de proprio habeat, sed *qui gloriatur, in Domino glorietur* ; quia non meritorum suorum, sed gratiæ fructus est unde satiatur. Terra igitur justificata, & supernis rigationibus fœcundata, producit *fœnum jumentis, & herbam servituti hominum* : ut agri Dominici cultoribus semen verbi seminantibus necessaria præbeantur, & qui Evangelium adnuntiant, de Evangelio vivant. Perceptores enim spiritalium, debitores sunt carnalium, quæ fœni & herbæ nomine significata sunt. *Nam quis umquam militat suis stipendiis? aut quis plantat vineam, & de fructu ejus non edet? vel quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit?* Præbenda ergo sunt pabula præsidentium servituti. Quoniam prædicatores verbi, & jumenta, & servi sunt : & *qui suscipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Qui suscipit Prophetam in nomine Prophetæ, mercedem Prophetæ accipit : & qui dederit calicem aquæ frigidæ uni ex his minimis, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis, non perdet mercedem suam.*

1. *Cor.* 1. 31.

1. *Cor.* 9. 11.

Matt. 10. 41. *&c.*

Ut educat panem de terra, & vinum lætificet cor hominis. *Item* ℣. 14 & ℣. 15.

Terra fœnum producit, ut panem de terra producat : plebes scilicet sanctæ pie servientibus sibi serviunt ; & 1. *Cor.* 9. 11.

[a] Hic locus, cujus obscuritas editionum auctoritate discuti non potuit, plenæ luci redditur, si addas hic verbum, *bibunt*. Quod patet inspecto Augustini ipsius loco : qui talis est Serm. 2. num. 11. *De illis aquis inter medium montium pertranseuntibus, in illa doctrina Apostolica fluente in medio propter concordiam communionis, omnes bestiæ silvæ bibunt. Omnes enim erant in arca, omnes in disco.* Ex quibus facile intelligas, quid corrigendum, aut quid intelligendum foret in textu Prosperi nostri.

[b] In Augustino leginus, & hic legendum vix dubitamus cum præpositione, *in sitim suam* : etsi in editis nostris omnibus desit præpositio.

& præbentes carnalia, accipiunt spiritalia a prædicatoribus verbi Dei, qui est panis qui de cælo descendit: per quos adhuc in terra ambulantes, & terrenum corpus portantes, propter quod & ipsi terra dicuntur, calix præclarus & inebrians ministratur: ut bibentes sancti Spiritus lætitia repleantur.

Joan.6.41.

Psal.22.5.

Item ℣. 15. *Ut exhilaretur facies in oleo.*

Gratia quædam, quæ est hominum ad homines, præcipua ad conciliandum sanctum amorem, oleum dicitur; in nitore divino, quo totum ungitur corpus Christi, qui principaliter unctus, & fons hujus est olei.

Item ℣. 15. *Et panis cor hominis confirmat.*

Manifestavit de quo pane loqueretur. Panis enim visibilis ventrem satiat, stomachumque confirmat. Iste autem cibus, cordis est & animæ fortitudo, de quo ipse Dominus dicit, *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi.*

Joan.6.41.

℣. 16. *Saturabuntur ligna campi.*

De ista gratia saturabuntur ligna campi, id est, plebes Judæorum.

Item ℣. 16. *Et cedri Libani, quas plantasti.*

Satiabuntur hac gratia, non solum humiles hujus mundi, sed etiam nobiles atque sublimes; qui propter excellentiam suam dicuntur cedri: sed quas plantavit Dominus, qui etiam de divitibus & illustribus, multos justificavit.

℣. 17. *Illic passeres nidificabunt: fulicæ domus dux est eorum.*

In istis cedris Libani, quas gratia Dei plantat & satiat, nidificabunt passeres: hi scilicet qui elegerunt humilitatem, & relictis quæ habebant, aut venditis, nihil sibi in hoc sæculo reservarunt; sed divitum Christianorum domibus agrisque susceptis, necessariis solatiis adjuvantur. Qui tamen licet in cedrorum altitudine requiescant, non ipsis cedris ducibus utuntur; sed *fulicæ domus dux est eorum*. Domus autem fulicæ, quæ marina est avis, non est in terræ foraminibus, neque in ramis arborum; sed in petra, quæ aquis sit circumdata. Petra vero intelligitur Christus, qui exemplum patientiæ præbuit humilibus & passeribus: quorum ipse est fortitudo, ut circumfrementibus fluctibus non moveantur; & si quid in cedris Libani offenderit, fulicæ domum sequantur.

1.Cor.10.4

℣. 18. *Montes altissimi cervis, petra refugium hericiis.*

Cervi sunt magni & præcipui spiritales, qui mandatorum Dei sublimissima quæque sectantur, & in montibus habitant Scripturarum. Sed & qui excelsa tenere non possunt, habent humilitatis suæ refugium; ac licet sint minutis quibusdam peccatis hispidi & spinosi, (quod significatum est hericiorum nomine,) tamen & ipsi suscipiuntur a petra, quæ sive in montibus, sive in mari, sive in convallibus, omnium est ubique præsidium.

℣. 19. *Fecit lunam in tempore.*

Fundavit Dominus Ecclesiam, quæ per temporalia transit ad æterna; & quamvis ad claritatem destinata sit perpetem, mutationibus tamen, dum hic degit, obnoxia est.

Item ℣. 19. *Sol cognovit occasum suum.*

Christus agnovit passionem suam. Occasus Christi, passio Christi est. Sed numquid sol sic occidit, ut non oriatur? *Numquid qui dormit, non adjiciet ut resurgat?* Quid est autem, *Agnovit occasum suum*; nisi, placuit ei ut moreretur? Voluntate enim suscepit crucem & mortem; & sicut aliena sunt ab ejus notitia quæ ipsi non placent; ita ea quæ voluntati ipsius congruunt, novit atque cognoscit.

Psal.40.9.

Isai.53.7.

℣. 20. *Posuisti tenebras, & facta est nox.*

Cum passus esset Dominus, conturbata sunt tenebris formidinis corda Apostolorum: & quædam illic nox facta est, cum occisus est qui Redemptor omnium videbatur.

Item ℣. 20. *Ibi pertransibunt omnes bestiæ silvæ.*

℣. 21. *Catuli leonum rugientes ut rapiant, quærentes a Domino escam sibi.*

In hac nocte desperationis, & in his tenebris ignorantiæ insidiabantur bestiæ silvæ, id est, maligni spiritus; & cali leonum, hoc est, sæviores quique dæmonum, furentes ad rapiendos in escam suam, quos in tenebris infidelitatis invenerint. Quibus tamen nihil [a] noxie inferre possunt, nisi Deus permiserit: & ideo ab ipso petunt rapiendi potestatem, cujus judicio homo inimicis suis aut castigandus traditur, aut probandus.

a

℣. 22. *Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis* [b] *collocabuntur.*

Ortus est sol, quia occidit sol: id est, Christus mortuus surrexit, & universum mundum claritatis suæ manifestatione im-

b

a Lugd. *nthil noxæ*. Duac. & Colon. *nihil noxiæ*. Lovan. *nihil noxie*.

b Editiones omnes pro varia lectione assignant in margine, *cubabunt*: quæ vox habetur in Augustini enarratione hoc loco serm. 3. num. 23. & 24.

implevit : & quamvis in cordibus infidelium tenebræ perseverent, Ecclesia tamen toto orbe terrarum, cui sol est ortus, in lumine est. Unde illi spiritus, qui ad persequendos Christianos impiorum animos incitant, in tanta luce ubique receptæ veritatis sævire non audent, in sua cubilia congregati, intra infidelium corda cohibentur.

℣. 23. *Exivit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam.*

Quia modo in pace Ecclesiæ homo Dei, justitiæ Dei serviens, libere agit, & ad profutura sibi opera securus egreditur usque ad vesperam. In fine enim mundi erit quædam contenebratio persecutionis [a] externæ.

a

℣. 24. *Quam magnificata sunt opera tua Domine! Omnia in sapientia fecisti.*

Admiratio hæc, qua magnificentia stupetur operum divinorum, ad utramque conditionem petinet, id est, & mundi hujus, & Ecclesiæ. Quia temporalium pulcritudo gloriam significat æternorum, & per visibilia, ea quæ non apparent intellecta conspiciuntur. *Omnia* autem *in sapientia fecisti*, id est, in Christo facta sunt, qui est Dei virtus & Dei sapientia.

Rom. 1.20. *Hebr.* 1.10 & c. 2. 10. *Coloss.* 1.

Item ℣. 24 *Repleta est terra creatura tua.*

Late oculis apparet, & multipliciter spectabilis est pulcritudo mundana, quæ sapientiam & virtutem sui testatur auctoris. Sed illam magis creaturam debemus attendere, de qua dicit Apostolus, *Si qua igitur in Christo nova creatura, vetera transierunt, ecce facta sunt nova*. Venit enim qui renovaret opus suum, qui conflaret argentum suum, qui formaret monetam suam. Et videmus plenam terram Christianis in eum credentibus, & ad spem novi sæculi, relicta præterita vanitate, currentibus.

2. Cor. 5. 17.

b

[b]

℣. 25. *Hoc mare magnum, & spatiosum: illic repentia, quorum non est numerus.*

Licet ad novum sæculum nova creatura pertineat, in hac tamen vita peregrinatur, & non potest ad patriam suam, nisi per hoc magnum & inquietum mare inter pericula navigare: insidiante innumerabilium repentium dolo, hoc est multarum tentationum incursu: a quibus cavendum est, ne dum repunt, subrepant; & non recedendum a ligno crucis, in quo hoc sævum mare sub Christi gubernaculis transeatur.

Item ℣ 25 & ℣. 26. *Animalia pusilla & magna: illic naves commeabunt.*

In hoc mari sunt infideles; & inter aquas amaras sterilesque versantur pusilli & magni, id est, & infirmi, & primates istius sæculi: qui licet Christianæ religioni adversentur; tamen inter ipsos tutus est nostrorum navium commeatus; hoc est, inter procellas & fluctus maris, gubernante Christo, Ecclesiarum tutus est cursus.

Draco iste quem formasti ad illudendum ei. *Item* ℣. 26

In mari isto magno, ubi sunt repentia, quorum non est numerus, ubi animalia pusilla & magna, ubi etiam nostrarum navium commeatus; ibi est & draco, qui de summis in ima dejectus judicio Dei, ad hoc ex angelo diabolus factus est, ut malitiæ & nequitiæ ipsius a sanctis illuderetur. Qui etsi indesinenter habet nocendi cupiditatem, nemini tamen plus tentationum potest inferre, quam finitur.

Omnia a te expectant, Domine, ut des illis cibum in tempore opportuno. ℣. 27.

Dante te, illi colligent. ℣. 28.

Universis repentibus, cunctis animalibus, atque ipsi draconi non suppetit cibus, nisi quem Dominus dederit. Quamvis enim draco semper sit cupidus ad vorandum; vorare tamen non potest, nisi quod Deus justus ciborum omnium distributor, esui ejus addixerit. Est autem esca ipsius terra. Non igitur edendus dabitur, qui terra non fuerit, hoc est, qui non se terrenis cupiditatibus actibusque dediderit.

Gen. 3.14.

Aperiente te manum tuam, universa replebuntur bonitate. *Item* ℣. 28

Avertente autem te faciem tuam, turbabuntur. ℣. 29.

Apertio manus Dei, revelatio est Christi. Manus enim Domini, Christus est. *Et brachium Domini cui revelatum est?* Quod cui revelatur, illi aperitur; & cui aperitur, bonitate impletur. Utque hanc bonitatem de super accepisse se noverit, nonnumquam Dominus avertit faciem suam: & qui videbatur plenus bonitate, turbatur; ut per subitam inopiam intelligat, illam boni abundantiam non sibi fuisse de proprio.

Isai. 53. 1.

Auferes spiritus eorum, & deficient; & in pulverem suum revertentur. *Item* ℣. 29

Qui in se gloriabantur, docentur detumescere: aufertur ab eis spiritus superbiæ, ut convertantur in pulverem suum,

S. Prosperi.

a Sic Lugd. editio. Lov. Duac. & Colon. *externa*: forte pro *extremæ* aut *extrema*.

b Hic recentiores editiones addiderunt vocem, *omnia*, quæ abest a quatuor veteribus, & quam abesse solere a Mss. notatum legimus in Augustino hic loci, & supra jam non semel omitti observavimus.

agnoscentes quod terræ sint, & pœnitentes quod superbierint, ut rursus bonitate repleantur.

℣. 30. *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur: & renovabis faciem terræ.*

Ephes. 2. 10 *Ipsius enim sumus figmentum*, dicit Apostolus, *creati in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Ab Spiritu Dei accepimus gratiam, ut justitiæ vivamus. Deus enim justificat impium, & renovat faciem terræ, condens in toto mundo novam creaturam per spiritum gratiæ, ut deposito vetere homine, in novitate vitæ ambulemus.

℣. 31. *Sit gloria Domini in æternum: lætabitur Dominus in operibus suis.*

Deo ergo sit gloria, Deus lætetur in operibus suis. Quia si quid laudandum, si quid lætandum ab homine agitur, opus Dei est, & munus gratiæ ejus, qui aufert spiritum superbum, & dat Spiritum-sanctum.

℣. 32. *Qui aspicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigabunt.*

Hæc opera Dei convertentis aversos; ut aspiciat ad terram præfidentem sibi, ac de suis viribus præsumentem, & faciat eam tremere, & hanc sibi esse caussam tremoris agnoscat, quia Deus [a] in ipso operatur ut bona sit, quo se avertente defecerat. Eodem autem opere tanguntur & montes, id est, sublimiores quidam, & potentiores hujus sæculi: & *fumigabunt*, id est, dabunt Deo confessionem, & preces ipsorum ad Deum, qui illos tetigit, quasi fumus ascendit.

℣. 33. *Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo, quamdiu sum.*

Omnia, inquit, ad laudem Dei referam, & Dominum in omnibus operibus suis sine fine laudabo.

℣. 34. *Suavis sit ei disputatio mea; ego autem jocundabor in Domino.*

Suavis est Domino disputatio illius, qui per humilem confessionem se indicat scienti Deo, & cui se indicat nescienti Deus. De hac autem tali disputatione oritur delectatio: quia confessio non in se gloriantis, in agnitionem Dei proficit.

℣. 35. *Deficient peccatores a terra, & injusti, ita ut non sint.*

Iracundiæ & odii videtur esse vox ista: sed est præcipuæ charitatis. Hoc enim ait quod & supra, ut auferatur spiritus superborum, & deficiant: & mittatur in illos Spiritus Dei, ut fiat nova creatura, deficiente malitia, non pereunte substantia. Qui enim, cum esset impius justificatus est, non erit impius, sed erit justus.

Benedic anima mea Dominum, Item ℣. 35

Benedicat anima fidelis in omnibus Deo, & *qui gloriatur, in Domino glorietur.* 1. Cor. 1. 31.

PSALMUS CIV.

PRimus hic Psalmus prænotatnr HALLELUIA, quod est, [b] Laudate Dominum: ideo a laude cœpit. b

CONfitemini Domino, & invocate nomen ejus. ℣. 1.

LAudate, inquit, Dominum, & invocate: semper enim invocationem debet præire laudatio, quæ hic dicta confessio est.

Adnuntiate in gentibus opera ejus. Item ℣. 1.

Evangelistis hoc dicitur in Propheta, ut universo mundo Christus anuncietur.

Cantate ei, & psallite ei. ℣. 2.

Hoc est, verbo & opere prædicate: quoniam ore canitur, manibus autem psallitur.

Narrate omnia mirabilia ejus. Item ℣. 2.

Laudamini in nomine sancto ejus. ℣. 3.

Opera, inquit, Dei confitendo narrate: & in operibus vestris sic estote laudabiles, ut Deus laudetur in vobis.

Lætetur cor quærentium Dominum. Item ℣. 3.

Quærite Dominum, & confirmamini: ℣. 4.

Dominum quærens, gaudium quærit: Sent. est 9. sic ergo quæratur, ut non de se, sed de Deo gaudeat & confortetur. Accedendo enim ad Dominum, & illuminabitur ignorantia, & corroborabitur infirmitas; data sibi & intelligentia qua videat, & charitate [c] qua ferveat. c

Quærite faciem ejus semper. Item ℣. 4.

Facies pro præsentia ponitur, sicut Ps. 17. 43. facies venti, & facies ignis. Præsentia Psal. 67. 3. ergo Dei semper quærenda est: & perseveranti studio agendum, ut qui præsentem se tribuit, non recedat. Hoc autem in ista vita fides quærit, spes invenit, charitas vero obtinet in vita æterna, ubi amor veræ præsentiæ nec minuitur, nec finitur.

Mementote mirabilium ejus quæ fecit, prodigia ejus & judicia oris ejus. ℣. 5.

Se-

a Forte, *in ipsa*; scilicet terra, *ut bona sit*. Quod si de homine illa terra notato primo sensu exponi deberet, dixisset certe, *in ipso operatur ut bonus sit*. Editiones nostræ ad hoc dubium solvendum nihil conferunt.

b Seu potius, ut apud Augustinum hic loci, *Laudate Deum*.

c Editio Lugdun. *qua serviat*.

℣. 6. *Semen Abraham servi ejus, filii Jacob electi ejus.*

Quia multum est pauciſque possibile est, secundum id semper Deum quærere, quod ipse de se ait, *Ego sum qui sum;* secundum id saltem a parvulis est quærendus, quod ipse ait, *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob, hoc mihi nomen est in æternum. Mementote* ergo *mirabilium ejus quæ fecit*, qui semen estis Abrahæ; & filii ejus Jacob quem elegit Deus. Ut si altius Deum non potestis desiderare, vel secundum ea quæ cum patribus vestris operatus est, præsentiam ipsius expetatis.

Exod. 3. 14

Ibid. 15.

℣. 7. *Ipse Dominus Deus noster, in omni terra judicia ejus.*

Manifestavit, quod hi essent filii Abraham, qui essent filii promissionis, dicendo, *In omni terra judicia ejus*: quia in toto mundo fuerant filii Abrahæ, quos nunc sermo propheticus cohortatur, ut meminerint mirabilium Dei.

Rom. 9. 8.

℣. 8. *Memor fuit in sæculum testamenti sui, verbi quod mandavit in mille generationes.*

Vid. app.

℣. 9. *Quod disposuit Abraham, & juramenti sui ad Isaac.*

℣. 10. *Et statuit illud Jacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum.*

℣. 11. *Dicens, Tibi dabo terram Chanaam, funiculum hereditatis vestræ.*

Per ea quæ transierunt, significantur ea quæ manebunt; & per imaginem veteris testamenti, confirmata est promissio hereditatis æternæ, per verbum *quod mandavit Deus in mille generationes*, hoc est, in omnes. Nam ut nihil vacui prætermitteret, eum numerum posuit generationum, quem constat nec ab ipso Adam usque ad finem mundi posse compleri, donec omnes generationes finiantur, quæ ex abundanti millenario numero comprehensæ sunt. Verbum mandati permanet: id est, verbum fidei, cui promissa est hereditas æterna. Quod enim ait, *Tibi dabo terram Chanaam*, non mandatum est, sed promissum: mandatum autem est, ut justus ex fide vivat, cui patria æterna promittitur nomine cujusdam terræ, cujus dum non est perpetua possessio, certum est quia alia significatur.

Habac. 2. 4

℣. 12. *Cum essent numero brevi, pauciſſimi, & incolæ in ea.*

Id est, in terra Chanaan.

S. Prosperi.

Transierunt de gente in gentem, de regno in populum alterum. ℣. 13.

Non reliquit hominem nocere illis, & corripuit pro eis reges. ℣. 14.

Nolite tangere Christos meos, & in Prophetis meis nolite [a] *malignare.* ℣. 15. a

Quando, inquit, in terra Chanaam habitaverunt patres Abraham, & Isaac, & Jacob, peregrini erant illic, prius quam illam acciperent in hereditatem: & *cum essent pauciſſimi, transierunt de gente in gentem* sine noxa. Non enim permisit Deus, ut quisquam illis noceret: ita ut ipsa protectio Dei dicere [b] videretur, *Nolite tangere Christos meos*, & cætera. Quæ verba etsi non sunt in historia, fuerunt tamen in ipso rerum effectu: cum divinitus hoc ageretur in cordibus alienigenarum, ut electi Dei essent illæsi. Qui ideo jam tunc christi dicti sunt, cum adhuc in usu chrisma non esset: quia & ipsi in ea vivebant fide, quæ erat noviſſimis temporibus revelanda. Ab initio enim omnibus sanctis non nisi in Christo, justificatio fuit. b

Et vocavit famem super terram, & omne firmamentum panis contrivit. ℣. 16.

Misit ante eos virum, in servum venumdatus est Joseph. ℣. 17.

Per hanc dispositionem factum est, ut transirent de gente in gentem, [c] de regno in populum alterum. Quod autem vocavit famem, non sic accipiendum, quasi fames aliqua persona sit, vel res substantialis & vivens, quæ imperio vocantis acta sit, cum fames nihil aliud sit, quam ex inedia contracta pernicies: sed vocata, dictum est, pro facta. *Vocat* enim *Deus quæ non sunt, tamquam quæ sint*: quæ non ideo vocata sunt quia erant, sed ideo [d] erunt quia vocata sunt: id est, exsistere jussa sunt, per eum *qui fecit quæ futura sunt*. In eo vero quod *misit ante eos virum, in servum venumdatus est Joseph*, diligens inspectio necessaria est, qua videamus, quomodo malis operibus hominum bene utatur: cum homines bona opera Dei ad instrumentum malitiæ suæ transferant. c

Rom. 4. 17.

d

Isai. 45. 11. sec. LXX.

Humiliaverunt in compedibus pedes ejus: ferrum pertransivit animam ejus; ℣. 18.

Donec veniret verbum ejus, eloquium Domini inflammavit eum. ℣. 19.

Compedes quidem Joseph accepisse non

a Editi nostri ad unum omnes habent, *malignare*: pro quo in Augustini enarratione, ut in Vulgata nostra legitur, *malignari*.

b Editi veteres, *dicere videtur*. Posteriores *videretur*: nec male emendatum.

c Ita Lugd. & Lov. editi, ut supra legitur. Duac. & Colon. & *regno*. Posteriores, & *de regno*.

d Duac. & Col. editiones, *erant*. Lugd. & Lov. *erunt*.

legimus, sed dubitandum non est de eo, quod licet historia prætermiserit, tamen propheta non tacuit. In ferro autem, quod pertransiisse animam ejus dixit, tribulationem duræ necessitatis debemus
Gen. 41. 25 &c. accipere. Quæ tribulatio tam diu mansit, donec implerentur somnia, quæ verbo ipsius fuerant interpretata, & per quæ commendatus est regi, ut etiam ipsi futura prædicaret. Ne quis autem hæc homini tribueret, non gratiæ Dei; congruenter, adjectum est, *Eloquium Domini inflammavit eum*: ut etiam ipse intelligatur sancto Spiritu [a] ferviisse.

a

℣. 20. *Misit Rex & solvit eum, princeps populorum, & dimisit eum.*

Ipse est *Rex*, qui *Princeps populorum*: *solvit* eum compeditum, *dimisit* inclusum.

℣. 21. *Constituit eum dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ.*

℣. 22. *Ut erudiret principes ejus sicut semetipsum; & seniores ejus prudentiam doceret.*

Ne hoc quidem in illa sublimitate Joseph historia refert, quod Ægyptios senes sapientia imbuerit spiritali. Sed qui fieri posset, ut vir tantus, unius veri Dei cultor, alendis tantummodo Ægyptiorum corporibus, & solis terrenis rebus prospiciendis esset intentus; non autem curaret, ut eorum quos habebat subditos, etiam animos erudiret?

℣. 23. *Et intravit Israel in Ægyptum: & Jacob accola fuit in terra Cham.*

Quod est Israel, hoc est Jacob; & quod est Ægyptus, hoc terra Cham. De semine enim Cham filii Noe, exorta est gens Ægyptiorum, apud quos peregrinati sunt Israelitæ. Si autem quæritur, quomodo de regno in populum alterum transisse dicantur, cum terram Chanaan necdum in regnum accepissent: potest per anticipationem, id est, prolepsim, sic dictum accipi, ut quod futurum erat, quasi factum dictum sit.

℣. 24. *Et auxit populum suum vehementer, & firmavit eum super inimicos ejus.*

Quod breviter præmissum est, Firmavit populum suum super inimicos ejus, tamquam quæreremus, quomodo factum sit, incipit dicere, donec id etiam narrando determinet.

℣. 25. *Et convertit cor eorum, ut odissent populum suum, ut dolum facerent in servos ejus.*

Cor Ægyptiorum non Deus depravavit a recto; sed cum sponte mali essent, & tales ut possent invidere felicibus, in odium illos Hebræorum convertit beneficentia sua, qua populum suum multiplicabat. Benefaciendo autem suis, Ægyptios ad eorum inimicitias incitavit; non ipsos malos faciendo, sed istis bona quæ malos urerent, largiendo.

℣. 26. *Misit Moysen servum suum, & Aaron,* [b] *& quem elegit ipsum.*

b

℣. 27. *Posuit in eis verba signorum suorum, & prodigiorum in terra Cham.*

Multa sine ullis verbis facta sunt, vel virga, vel manu extenta, vel favilla in cælum missa. Sed quia illa ipsa [c] sine verbo facta sunt, non erant ab aliquibus significationibus vacua, sicut verba quæ loquitur: ideo etiam ipsa dicta sunt verba, non vocum & sonorum, sed signorum & prodigiorum.

c

℣. 28. *Misit tenebras, & obscuravit: & non exacerbaverunt sermones ejus.*

Id est, Moysen & Aaron Ægyptii, quamvis essent durissimi, patienter tulerunt, donec omnia quæ Deus facere dispossuerat, complerentur.

℣. 29. *Convertit aquas eorum in sanguinem, & occidit pisces eorum.*

℣. 30. *Dedit terra eorum ranas in penetralibus regum ipsorum.*

Hyperbolicos dictum est, tamquam ipsam terram eorum convertisset in ranas.

℣. 31. *Dixit, & venit cynomyia, & sciniphes in omnibus finibus eorum.*

Si quæritur quando dixerit: in verbo ejus erat ante quam fieret; & sine tempore ibi erat, quo tempore fieret.

℣. 32. *Posuit pluvias eorum grandinem, ignem comburentem in terra ipsorum.*

℣. 33. *Et percussit vineas eorum, & ficulneas eorum, & contrivit lignum finium eorum.*

Hoc vi grandinis, & fulminibus factum est. Unde & ignem dixerunt comburentem.

℣. 34. *Dixit, & venit locusta & bruchus, cujus non erat numerus.*

Una plaga est locustæ & bruchi: quo-

[a] Lugd. & Lov. legunt. *feruisse*. Duac. & Colon. *ferbuisse*. Prius a feruo fervis derivatum notant Grammatici. Unde apud Terent. in Adelph. *Sperabam jam defervisse adolescentiam*.

[b] Lugd. Lovan. & Duac. *in quem*. Colon. cum posterioribus, *& quem*. Apud Augustinum, *quem elegit* sine *in*, vel *&*.

[c] Locus hic paucarum vocum additione fieret clarior. Cui rei præstandæ cum non juvarent Editi nostri, deficerentque nos Mss. ipsum Augustini locum de verbo ad verbum placet transcribere. *Sed quia illa ipsa quæ facta sunt non erant alicujus significationis inania, sicut & verba quæ loquimur, ideo* &c.

quoniam altera est parens, altera fœtus.

℣. 35. *Et comedit omne fœnum terræ eorum.*

Etiam fœnum fructus est, sicut loqui Scriptura consuevit, quæ etiam segetes frugum fœnum appellat.

℣. 36. *Et percussit omnem primogenitum in terra eorum, primitias omnis laboris eorum.*

Hæc plaga novissima est, excepta morte in mari rubro. Quæ plagæ cum sint decem, nec omnes commemoratæ sunt, nec eodem ordine quo in Moyse leguntur. Libera est enim prophetica laudatio a lege narrationis historicæ.

℣. 37. *Et eduxit eos in argento & auro.*

Exod. 11. 35. *&c.* Dolus quidem, quo Ægyptii decepti sunt, ut argentum & aurum Hebræis discedentibus darent, non ad præceptum, nec ad inspirationem Dei referendus est; sed ad promissionem tantum, qua carnales quoque hac decipi cupiditate pateretur. Verumtamen habeat aliquid fraus ista justitiæ, quæ ab iniquis hoc quodammodo abstulit, quod pro mercede multorum operum debebatur.

Item ℣. 37 *Et non est in tribubus eorum infirmus.*

Etiam hoc magnum beneficium Dei fuit, ut in illa profectione nullus esset infirmus, corpore scilicet, non animo.

℣. 38. *Lætata est Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum super eos.*

Intelligendum, quod hoc tunc factum sit, quando oppresso aquis Pharaone cum exercitu suo, residui Ægyptiorum timere potuerunt, ne ad delendos eosdem Hebræi revertentur: quibus profectis in longinquiora, causas habuerunt lætandi.

℣. 39. *Expandit nubem in protectione eorum; & ignem, ut luceret eis per noctem.*

℣. 40. *Petierunt, & venit coturnix.*

a Quæ utique caro est. [a] Quæ petitio non querulorum, sed electorum præstita est, ad carnalium murmura comprimenda. Quoniam hic Psalmus non de eis loquitur, in quibus non est beneplacitum Deo; sed de fide filiorum promissionis, propter quos etiam illi juvabantur.

Item ℣. 40. *Et pane cœli saturavit eos.*

Id est, manna.

℣. 41. *Disrupit petram, & fluxerunt aquæ: abierunt in sicco flumina.*

His omnibus beneficiis Dei; fidei Abrahæ meritum commendatur.

℣. 42. *Quoniam memor fuit verbi sancti sui, quod locutus est ad Abraham puerum suum.*

℣. 43. *Et eduxit populum suum in exultatione, & electos suos in lætitia.*

℣. 44. *Et dedit illis regiones gentium, & labores populorum possederunt.*

Tamquam quæreremus, [b] cui bono ista data sint: ne hoc ipsum putaretur summum bonum, quod ista felicitas temporalium rerum data est; continuo eam ad aliud retulit, ubi summum bonum oportet inquiri. b

℣. 45. *Ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant.*

Ergo intelligendum est, Dei servos, & electos filios promissionis, imitantes fidem Abrahæ, propterea ista bona terrena sumere a Domino, ut non in eis luxu diffluant, sive perversa securitate torpescant: sed ideo habeant hæc omnia ex divina misericordia præparata, in quibus quærendis possent negotiosissimis laboribus occupari; ut ad hoc vacent, unde bonum æternum possit acquiri. Hoc est, *Ut custodiant justificationes ejus, & legem ejus requirant.*

PSALMUS CV.

Halleluja.

℣. 1. *CONfitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

DUo isti Psalmi CIV. & CV. ita inter se conjuncti sunt, ut in uno eorum qui præcedit, commendetur populus Dei in electis ejus, de quibus nulla querela est, & in quibus beneplacitum est Domino: in isto autem qui sequitur, hi commemorantur, qui in eodem populo amaricaverunt: nec tamen etiam ipsis misericordia Dei defuit. Dicuntur autem ista ex eorum persona, qui veniam conversi precantur: & exempla commemorantur illorum, in quos etiam peccatores dives apparuit misericordia Dei. Incipit ergo iste Psalmus, sicut *1. Cor. 10. 5*

a Augustinus hoc loco: *Non coturnicem concupiverunt, sed carnes. Quia vero & coturnix caro est, & in illo Psalmo non loquitur de amaricatione illorum, in quibus non est beneplacitum Deo, sed de fide electorum . . . . ipsi intelligendi sunt petisse ut veniret, unde amaricantirm murmur opprimeretur.* Ex quibus intelligas necessatio substitui debuisse vocem *murmura* in sequentibus, pro voce *munera*, quæ habetur in Editis omnibus.

b Editiones nostræ legebant, *cui bona ista*. At ex Augustini opere, sensu loci id exigente, corrigere non dubitavimus, *cui bono ista data sint*. Id est, quo fine data, seu cui usui a Deo destinata,

ſicut ille, *Confitemini Domino* : ſed ibi ſequitur, *& invocate nomen ejus* : hic autem, *Quoniam bonus, quoniam in ſæculum miſericordia ejus*. Confeſſio igitur peccatorum habet laudationem Dei : quoniam qui indulgentiam petit, cum ſpe debet orare, & cum laude ejus miſericordiæ quam credit æternam.

℣. 2. *Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus?*

Quis enarrabit opera omnipotentis miſericordiæ Dei, vel poterit facere ut omnes laudes ipſius audiantur ? Quia quod ore promitur, & quod opere agitur, in laudem Dei dicendum eſt, atque faciendum.

℣. 3. *Beati qui cuſtodiunt judicium, & faciunt juſtitiam in omni tempore.*

Juſtitia & judicium tam ſimilia ſibi ſunt atque vicina, ut quodlibet eorum pro altero poni poſſit. Verumtamen ſi proprietas eorum diligentius ſervanda ſit, judicium cuſtodire dicendus eſt, qui recte judicat, juſtitiam vero facere, qui recte agit.

℣. 4. *Memento noſtri, Domine, in beneplacito populi tui.*

1. Cor. 10. 5. Id eſt, ut in eis ſimus, in quibus beneplacitum eſt tibi: quia non in omnibus illis beneplacitum eſt Deo.

Item ℣. 4. *Viſita nos in ſalutari tuo.*

Hoc eſt, in Chriſto tuo, in quo peccata dimittuntur, & animæ ſanantur, ut cuſtodiant judicium, faciantque juſtitiam.

℣. 5. *Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ.*

Viſita nos, inquit, ad videndum, id eſt, illumina nos, ne ſimus cæci, & extra bonitatem electorum tuorum. Quoniam oculi interiores recta vident, æquitatem vident, bona concupiſcunt. In hac ergo bonitate fac & nos videre, & lætari in lætitia populi tui, quæ non eſt præter te: quia omnes tui non gaudent niſi de te.

Item ℣. 5. *Ut lauderis cum hæreditate tua.*

Id eſt, ut omnia bona hæreditatis tuæ, quam elegiſti & adoptaſti, ad tuam gloriam laudemque referantur. Quia quos viſitas in ſalutari tuo, laudari niſi in tua laude non poſſunt, qui eos laudabiles facis.

℣. 6. *Peccavimus cum patribus noſtris, injuſte egimus, iniquitatem fecimus.*

Dupliciter intelligi poteſt, quod peccaverint poſteri cum patribus ſuis, tanto antiquioribus : ſive quia in lumbis patrum erant, quando illi in Ægypto fuerunt ; quia & Levi cum Abraham decimatus eſt: ſive quia imitatores fuerunt per ſimilitudinem contumaciæ, & cum illis peccaverunt, quos ſuis moribus retulerunt. Hebr. 7. 2.

℣. 7. *Patres noſtri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua, non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ.* Vide app.

Et intellectum redarguit, & memoriam. Intellectu quippe videre debuerunt, ad quorum bonorum æternitatem, per illa temporalia vocarentur: memoria vero ad hoc ſaltem inſtrui debuerunt, ut mirabilium Dei non obliviſcerentur : cum ad confirmationem eorum multum poſſet valere beneficiorum Dei fidelis recordatio.

Item ℣. 7. *Et irritaverunt, aſcendentes in mare, in mare rubrum.*

Aſcendentes dictum eſt, pro terræ poſitione : quæ talis eſt, ut deſcenſio dicatur in Ægyptum de terra Chanaan, & in eam de Ægypto aſcenſio.

℣. 8. *Et ſalvavit eos propter nomen ſuum, ut notam faceret potentiam ſuam.*

℣. 9. *Et increpuit mare rubrum, & ſiccatum eſt.*

Non legitur ulla vox facta, qua ſiccaretur mare : potentia ergo qua id factum eſt, increpatio dicta eſt.

Item ℣. 9. *Et eduxit eos in abyſſis, ſicut in deſerto.*

Quia ſiccitate factum erat ſicut deſertum, ubi fuerunt abyſſi.

℣. 10. *Et ſalvavit eos de manu odientium, & redemit eos de manu inimici.*

Quid pretii datum eſt in hac redemptione ? An prophetia eſt, quod in figura baptiſmi hoc factum ſit, ubi redimimur de manu diaboli magno pretio, quod eſt ſanguis Chriſti ? Unde convenienter hoc magis mari rubro figuratum eſt.

℣. 11. *Et operuit aqua tribulantes eos, unus ex eis non remanſit.*

℣. 12. *Et crediderunt in verbis ejus, & laudaverunt laudem ejus.*

Talis locutio eſt, cum dicitur, Hanc ſervitutem ſervivit, aut, talem vitam vixit. Laudem vero Dei illam dixit, quæ cantico Exodi continetur. Exod. 15. 1

℣. 13. *Cito fecerunt, obliti ſunt operum ejus; non ſuſtinuerunt conſilium ejus.*

Feſtinaverunt beati fieri temporalibus rebus, & magis concupierunt præſentia, quam futura: cum debuerint de tantis erga ſe beneficiis intelligere, quod

quod ad aliquam sine fine beatitudinem vocarentur.

℣. 14. *Concupierunt concupiscentias in deserto, & tentaverunt Dominum in inaquoso.*

Talis locutio est, Concupierunt concupiscentiam, qualis est superior, Laudaverunt laudem.

.15. *Et dedit eis petitiones eorum, & misit saturitatem in animam eorum.*

Animam hoc loco, non secundum quod rationalis est, dixit; sed secundum id quod [a] animatum corpus anima facit: ad cujus animalis sustentationem pertinet cibus & potus.

℣. 16. *Et irritaverunt Moysen in castris, & Aaron sanctum Domini.*

℣. 17. b *Et aperta est terra, & deglutivit Dathan, & [b] superoperuit super congregationem Abiron.*

Quod est *deglutivit*, hoc est, *superoperuit*: amborum autem una erat causa, ob impium schisma.

℣. 18. *Et exarsit ignis in synagoga eorum, & flamma combussit peccatores.*

Licet justi quoque & laudabiliter viventes, non sint absque peccato: Scriptura tamen peccatores, non levium culparum homines, sed multorum facinorum, & profundæ iniquitatis, hoc nomine appellare consuevit.

℣. 19. *Et fecerunt vitulum in Choreb, & adoraverunt sculptile.*

℣. 20. *Et mutaverunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum.*

Deus erat gloria eorum, si ejus consilium sustinerent; cui dicitur. *Gloria mea, & exaltans caput meum.* Psal. 3.4. Istam gloriam suam, id est, Domini, immutaverunt in similitudinem vituli comedentis fœnum: ut ab eo comederentur, a quo comeduntur qui sapiunt secundum carnem. *Omnis* enim *caro fœnum.* Isaiæ 40.6.

℣. 21. *Obliti sunt Deum, qui liberavit eos,*
℣. 22. *qui fecit magnalia in Ægypto, *mirabilia in terra Cham, terribilia in mari rubro.*

Quæ sunt mirabilia, eadem terribilia. Nulla quippe est admiratio sine quadam formidine.

℣. 23. *Et dixit disperdere eos, si non Moyses electus ejus stetisset in confractione in conspectu ejus.*

Non ita dixit, *In confractione*, quasi ut [c] confrangeret iram Dei: sed in plaga, qua erant illi conterendi, in qua Moyses obiecit seipsum pro eis. Et demonstratum est, quantum pro malis valeat apud Dominum sanctorum intercessio,

*Ut averteret iram ejus, ne disperderet eos: * & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, nec crediderunt verbis ejus.* Item ℣. 23 & ℣. 24.

Nullo modo isti culparentur, quia pro nihilo habuerunt terram, cujus temporale regnum etiam nos pro nihilo habere debemus: nisi terra illa, quæ dicebatur fluens lac & mel, magni sacramenti habuisset significationem. Quod non intelligentes, nec desiderantes, sed in terrenis tantum felicitatem suam constituentes, non crediderunt verbis Dei; & pro nihilo habuerunt terram desiderabilem, id est, æternam atque cælestem. Exod. 3.8

Et murmuraverunt in tabernaculis suis, non exaudierunt vocem Domini. ℣. 25.

Et elevavit manum suam super eos, ut prosterneret eos in deserto: ℣. 26.

Et dejiceret semen eorum in nationibus, & dispergeret eos in gentibus. ℣. 27.

Et consecrati sunt Belphegor: & manducaverunt sacrificia mortuorum. ℣. 28.

Et irritaverunt eum in adinventionibus suis, & multiplicata est in eis ruina. ℣. 29.

Suspensa fuerat ira justitiæ, & in peccatores dilata vindicta. Sed postea quam consecraverunt se idolis, & manducaverunt sacrificia mortuorum, id est, quæ mortuis hominibus immolabant; fornicationi quoque alienigenarum mulierum miscuerunt, multiplicata est in eis ruina, ut ob augmentum criminum gravius vastarentur. In qua vastatione Dominum Phinees sacerdos placavit: quia masculum & feminam, in complexu adulterino deprehensos, pariter interemit: & deputatum est hoc ei ad justitiam: quia vidit Dominus, quod hoc totius populi charitate fecisset.

Et stetit Phinees, & placavit; & cessavit quassatio. ℣. 30.

Et reputatum est ei ad justitiam in generatione & generationem, usque in sempiternum. ℣. 31.

*Et irritaverunt eum ad aquam contradictionis, & vexatus est Moyses propter eos: * quia exacerbaverunt spiritum ejus. Et distinxit in labiis suis.* ℣. 32. 33.

San-

a Fortasse scripserat S. Prosper, ut in Augustino legitur, *secundum id quod animans corpus animal facit*: cum statim de animali subjungens dicat, *ad cujus animalis sustentationem*. Non mutavimus tamen, quia non favebant Editi nostri, nec sensus omnis aberat a lectione solita.

b Editi simplici verbo, *operuit*. Substitui compositum, *superoperuit*, cogit expositio subsequens.

c Sic Lugd. Lovan. Duac. & Colon. pro *confringeret*: cujus loco posteriores editores posuere *frangeret*, quod legitur etiam apud Augustinum.

Sanctus Moyses perturbatus murmure populi, non tenuit fiduciam qualem debuit, & dubitanter petram virga percussit, distinguens hoc miraculum a ceteris, quasi non posset qui cetera fecerat, etiam istud efficere. Hinc ergo meruit prior mori, quam terram repromissionis intraret. Cui tamen Deus tamquam electo suo, etiam post mortem, bonum perhibet testimonium: ut intelligamus, eum hujus tantum hæreditatis privatione multatum; non autem illius æternæ, quam significabat temporalis & terrena possessio.

Deut. 4. 33

Jerem 15. 1 Malac 4 4

Non disperdiderunt gentes, quas dixit Dominus illis. ℣. 34.

*Commixti sunt cum gentibus, & didicerunt opera eorum: * & servierunt sculptilibus eorum, & factum est illis in scandalum.* ℣. 35. ℣. 36.

Illud, quod gentes non disperdiderunt, & quod eis permixti sunt, factum est illis in scandalum.

Et immolaverunt filios suos & filias suas dæmoniis. ℣. 37.

Et effuderunt sanguinem innocentem, sanguinem filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificaverunt sculptilibus Chanaan. ℣. 38.

Historia quidem talium sacrificiorum non meminit; sed nemo dubitet psalmum vera narrare.

*Et interfecta est terra in sanguinibus, * & contaminata est in operibus eorum.* Item ℣ 38 & ℣. 39.

Tropica locutio est, qua significatur per id quod continet, id quod continetur: sicut dicimus, malam domum, in qua mali habitant; & bonam, in qua boni. [a] Interfecta ergo terra in sanguinibus, cum ipsi, qui eam habitant, interfecti sunt in animam, & contaminati in operibus suis.

a

Et fornicati sunt in adinventionibus suis. Item ℣. 39

Non sic dictæ sunt adinventiones ipsorum, quasi ab ipsis repertæ, nullo præcedente, quod sequerentur, exemplo: sed in eo dictæ sunt ipsorum, quia illas suas imitando fecerunt.

Et iratus est furore Dominus in populum suum. ℣. 40.

Perturbatio iræ in Deum non cadit: sed in consuetudine loquendi, potentia vindictæ indeclinabilis hoc vocatur.

Et abominatus est hæreditatem suam: Item ℣. 40

Et tradidit eos in manus gentium, & dominati sunt eorum qui oderunt eos. ℣. 41.

Et tribulaverunt eos inimici eorum: humiliati sunt sub manibus eorum. ℣. 42.

Quando eos hæreditatem Dei vocat, non ad perditionem, sed ad disciplinam hæc abominatio fuit.

Sæpe liberavit eos: ipsi autem exacerbaverunt eum in consilio suo. ℣. 43.

Pernicioſum consilium est hominis ipsi homini, quo ea quærit quæ sua sunt, non quæ Dei: & ideo exacerbat consilium Dei, qui seipsum suis promittit hæreditatem; ut non temporalibus beati fieri cupiant, sed æternis.

Et humiliati sunt in iniquitatibus suis. Item ℣. 43

Et vidit cum tribularentur, cum audiret orationem eorum. ℣. 44.

Et memor fuit testamenti sui; & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. ℣. 45.

Pœnituit, dictum est, quia sententiam, qua eos puniturus videbatur, in misericordiam vertit: quod Deus sine commutatione consilii sui facit. Quia etsi apud nos quædam ipsius judicia & opera variantur; apud ipsum tamen omnium rerum exitus præscientem, nihil nova dispositione agitur; qui fecit quæ futura sunt. Cum ergo *pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ*; hoc fecit quod disposuerat, ut concederet quod se concessurum esse præscierat.

Et dedit eos in misericordias, in conspectu omnium qui ceperant eos. ℣. 46. Vedi app.

Bene hoc ad omnes ad filios promissionis referretur, qui redimuntur per sanguinem, & eruuntur de potestate tenebrarum: ut resipiscant de diaboli laqueis, a quo captivati tenentur, ad ipsius voluntatem. 2. Tim. 1. 26.

Salvos fac nos, Domine Deus noster; & congrega nos de nationibus. ℣. 47.

Ut confiteamur nomini sancto tuo; & gloriemur in laude tua. Item ℣. 47

Benedictus dominus Deus Israel, a sæculo, & usque in sæculum. ℣. 48.

Id est, ab æterno usque in æternum. Quia sine fine laudabitur ab eis, de quibus dicitur, *Beati qui habitant in domo tua, Domine: in sæcula sæculorum laudabunt te.* Tunc enim perficietur quod in primordio Psalmi hujus oratum est, *Memento nostri Domine in beneplacito populi tui; visita nos in salutari tuo: Ad vivendum in bonitate electorum tuorum, ad læ-* Psal. 83. 5. ℣. 4. & seq.

[a] Hanc lectionem tuetur sanctus Augustinus hoc loco, his verbis differens: *Putaremus scriptoris errorem, eumque diceremus pro eo quod est infecta, fecisse interfecta, nisi haberemus beneficium Dei, qui Scripturas suas in multis linguis esse voluit, atque ita esse scriptum, Interfecta est terra in sanguinibus, inspectis Græcis codicibus videremus.* Græce habetur, ἐφονοκτονήθη.

lætandum in lætitia gentis tuæ, ut lauderis cum hæreditate tua. Non enim de gentibus solas congregat oves, quæ pe-
Matt.10.6 rierunt domus Israel; sed etiam illas,
Joan.10.16 quæ non sunt de hoc ovili: ut sit unus
Ibidem. grex, ut dictum est, & unus pastor. Judæi vero computant ad suum regnum visibile istam pertinere prophetiam: quia spe invisibilium bonorum gaudere non norunt, in laqueos illius rituri sunt, de
Joan.5.43. quo Dominus ait, *Ego veni in nomine Patris, & non suscepistis me: alius veniet in nomine suo, hunc suscipietis.*

Item ℣.48. *Et dicet omnis populus:*

Id est, omnis electio prædestinatorum, omnes filii promissionis, qui sunt ex circumcisione, & in præputio gens sancta, populus adoptionis.

Fiat, fiat.

PSALMUS CVI.

℣. 1. *COnfitemini Domino, quoniam suavis est, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

COnfiteri potest suavitatem Domini, qui gustavit. Nam quomodo dicet suave esse, quod nescit? Accedat ergo ad gustandum, ut possit ructare ad confitendum. *In sæculum* autem, id est, in æternum est *misericordia ejus*: quia æterni erunt, quorum in hoc tempore miseretur,

℣. 2. *Dicant qui redempti sunt a Domino, quos redemit de manu inimicorum, de regionibus congregavit eos.*

℣. 3. *Ab Oriente & Occasu, ab Aquilone & Mari.*

Redemptus quidem videtur Israel de terra Ægypti, de domo servitutis: sed hic hi vocantur redempti, qui in toto orbe terrarum, de magna & lata Ægypto, quasi per mare rubrum, baptismum sacratum Christi sanguine, liberantur. Dicant ergo Christiani, qui vocati sunt de universo mundo, *quoniam suavis Dominus, & in sæculum misericordia ejus.*

℣. 4. *Erraverunt in solitudine, & in siccitate; viam civitatis habitationis non invenerunt.*

℣. 5. *Esurientes & sitientes, anima eorum in ipsis defecit.*

℣. 6. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum liberavit eos.*

℣. 7. *Et duxit eos in viam rectam, ut irent in civitatem habitationis.*

℣. 8. *Confiteantur Domino misericordiam ejus, & mirabilia ejus filiis hominum.*

Quater in hoc Psalmo repetuntur hi versus; & miserationum Domini toties facta confessio significat, unumquemque redemptorum, ut perveniat ad perfectam pacem, quatuor tentationum periculis liberari. Nam primum periculum est, devium a veritate hominem, in ignorantiæ solitudine atque errore versari, & carentem cibo potuque sapientiæ, fame sitique deficere. Sed cum hoc labore fatigatus exclamaverit ad Dominum, deducitur ad viam fidei, per quam incipiat pergere ad civitatem quietis, & *confiteatur Domino misericordiæ ejus, et mirabilia ejus filiis hominum.*

℣. 9. *Quoniam satiavit animam inanem, & animam esurientem implevit bonis:*

℣. 10. *Sedentes in tenebris & in umbra mortis, compeditos in mendicitate, & in ferro.*

℣. 11. *Quoniam exacerbaverunt eloquia Dei, et consilium Altissimi irritaverunt.*

℣. 12. *Et humiliatum est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adjuvaret eos.*

Sicut prima tentatio fuit erroris & famis in ignorantia veritatis; ita postea quam quis agnoverit viam Christi, & nosse cœperit quid sibi credendum, quidve faciendum sit, laboribus secundæ tentationis excipitur: ut cum vult quasi viribus suis contra peccata confligere; [a] inveniat cupiditatum [b] difficultatibus præpeditum, & non posse viam quam didicit, propter compedes, ambulare. Exclamet ergo & in hac tribulatione, & de gratia Dei poscat auxilium: ut ruptis vinculis impossibilitatis suæ, ad recte agendum accipiat facultatem; quam utique posset Dominus, remotis obstaculis, sponte prævenire; nisi utile esset homini, experiri infirmitatem suam, & de bonis operibus, non in se, sed in Domino gloriari: ut noverit confiteri Domino miserationes ejus, [c] cujus munera accipit, ut cupiditates suas possit evincere.

℣. 13. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur, et de necessitatibus eorum salvavit eos.*

℣. 14. *Et eduxit eos de tenebris et umbra mortis, et vincula eorum disrupit.*

℣. 15. *Confiteantur Domino misericordias ejus,*

a
b
c

a Supple pronomen *se*, ut in Augustino, *Invenit ergo se ligatum* &c.

b Augustinus dicit, *Liberat Dominus de necessitatibus, rumpit vincula difficultatis:* & supra, *cupiditatum difficultatibus præpeditum* ajebat S. Prosper.

c Forte, *cujus munere accipit*. Editi omnes habent, *cujus munera accipit*.

et mirabilia ejus filiis hominum.

℣. 16. *Quia contrivit portas æreas, et vectes ferreos confregit.*

℣. 17. *Suscepit eos de via iniquitatis eorum; propter injustitias enim suas humiliati sunt.*

Quia prius quam a dominatione peccati per gratiam liberarentur, suam volebant justitiam constituere, ignorantes Dei justitiam: humiliati ergo sunt per experimenta impossibilitatis suæ, & invenerunt se sine Dei adjutorio nihil posse. Sed tertia eos tentatio suscipit, quæ infert fastidium verbi Dei. Plerumque enim, quos ignorantia & concupiscentia non extinxit, inedia & tædium, & fastidii languor occidit: nisi forte non est periculum, quando nec in lectione, nec in oratione est delectatio.

Rom. 10. 3.

℣. 18. *Omnem escam abominata est anima eorum; et appropinquaverunt usque ad portas mortis.*

Sent. est 10

Sicut corpori noxium est corporalem escam non posse percipere, ita animæ periculosum, spiritales delicias fastidire.

℣. 19. *Et clamaverunt ad Dominum cum tribularentur; et de necessitatibus eorum liberavit eos.*

℣. 20. *Misit verbum suum, et sanavit eos: et eripuit eos de corruptela eorum.*

Quædam mentis corruptela est, cum salubria & suavia non amantur: ergo & de hoc liberari malo, plurimum bonum est.

℣. 21. a *Confiteantur Domino misericordiæ* a, *et mirabilia ejus filiis hominum.*

℣. 22. *Et sacrificent, sacrificium laudis; et adnuntient opera ejus in exultatione.*

Non cum tædio, non cum mœrore, non cum anxietate, sed *in exultatione.* Verum superest quarta tentatio, & quæ ad præsidentes & ad subditos pertinet: quoniam cum gubernator tempestate urgetur, omnes qui simul navigant, eodem periculo premuntur, & simul in portu sedata tempestate salvantur. Denique sequitur.

℣. 23. *Qui descendunt in mari in navibus, facientes operationem in aquis multis,*

℣. 24. *Ipsi viderunt opera Domini, et mirabilia ejus in profundo.*

Quorum ergo opera est ut populos regant, hi de profundo cordis humani tempestates seditionum & dissensionum frequenter exortas, quæ navem possint perturbare, patiuntur: & agnoscunt ideo Deum sinere, ut hæc fiant, ut probati manifestiores sint, & ut ipse in pressuris a fidelibus invocetur. 1. Cor. 11. 19.

℣. 25. *Dixit, et stetit spiritus procellæ.*

Id est permansit & perduravit, ut turbati vehementius supplicarent.

Item ℣. 25. *Et exaltati sunt fluctus ejus.*

℣. 26. *Ascendunt usque ad cælos, et descendunt usque ad abyssos: anima eorum in malis tabescebat.*

℣. 27. *Turbati sunt, et moti sunt sicut ebrius: et omnis sapientia eorum* b *exorta est.* b

Qui sedent ad gubernacula, & navem fideliter amant, vim hujus perturbationis agnoscunt. Quoniam plerumque talibus scandalis exagitatur Ecclesia, ut præsidentium corda deficiant. Et quid restat, nisi quod sequitur?

℣. 28. *Et clamaverunt ad Dominum, cum tribularentur; et de necessitatibus eorum eduxit eos.*

℣. 29. *Et imperavit procellæ, et stetit in auram, et siluerunt fluctus ejus.*

℣. 30. *Et lætati sunt quoniam siluerunt, et deduxit eos in portum voluntatis eorum.*

℣. 31. *Confiteantur Domino misericordiæ,* c, *et mirabilia ejus filiis hominum.* c

Ubique omnino *confiteantur Domino*, non merita nostra, non vires nostræ, non sapientia nostra; sed *misericordiæ ejus.* Ille ametur in omni nostra liberatione, qui est invocatus in omni tribulatione.

℣. 32. *Exaltent eum in ecclesiis populi, et in cathedra seniorum laudent eum.*

Jam ergo dubium non est, quod omnes supra dictæ tentationes, tribulationes, liberationes, in Ecclesia agantur. Quid ergo in hac Ecclesia operatus est Dominus, nisi ut superbis resisteret, humilibus autem daret gratiam? qui Judæos extollentes se de genere Abrahæ, & de legis eloquiis, sprevit; & amputatis naturalibus ramis, oleastrum oleæ inseruit, & de omnibus gentibus, Abrahæ spiritale semen elegit. Jac. 4. 6. Rom. 11. 20

℣. 33. *Posuit flumina in desertum, et exitus aquarum in sitim:*

℣. 34. *Terram fructiferam* d *in salinis, a malitia*

a Hic editi nostri antiquiores omittunt vocem istam *ejus*, quæ supra legebatur, & in Augustino non omittitur.

b Lege, *absorpta est.* Erroremque agnosce in antehac Editis: sic enim legit post Augustinum Vulgata nostra.

c Iterum omissum, *ejus*, ut supra in Editis omnibus antiquioris ætatis: cum tamen legatur ubique apud Augustinum.

d Augustinus legit, *in salinas*. Libri nostri omnes, *in salinis*: nec infrequens auctoribus antiquis casum sextum usurpare pro quarto. Quod alibi apud Auctorem nostrum notare non erit difficile.

litia inhabitantium in ea.

Propter hanc superbam malitiam, Judeos deseruit gratia, & facta est terra eorum sterilis atque deserta. Quia omnis prophetia, omne sacrificium, omnia ibi sacramenta cessarunt, & ad humilitatem gentium transierunt.

℣. 35. *Posuit desertum in stagna aquarum, et terram sine aqua in exitus aquarum.*

℣. 36. *Et habitare fecit illic esurientes.*

Act. 10. 8. &c. Opera gratiæ narrantur, quæ effusa est in nationes immundas prius, atque desertas, & a cultu veritatis alienas.

Item ℣. 36 *Et constituerunt civitatem habitationis.*

a Quoniam cælestem Jerusalem jam [a] sponte obtinet, qui fide justificatus est.

℣. 37. *Et seminaverunt agros, et plantaverunt vineas, et fecerunt fructum frumenti.*

Philip. 4. 17. De quo gaudet ille operarius, qui dicit, *Non quia quæro datum, sed requiro fructum.*

℣. 38. *Et benedixit eos, et multiplicati sunt nimis: et jumenta eorum non sunt diminuta.*

Jumenta & pecora dicuntur in Ecclesia, simpliciter ambulantia, sed utilia: non multum docta, sed fide plena. Ergo & spiritales & carnales benedixit Deus, & multiplicavit, ita ut non minuerentur.

℣. 39. *Et pauci facti sunt, & vexati sunt a tribulatione malorum & dolorum.*

Ecclesia catholica in electis suis, præcognitis a Deo, filiis promissionis, membris corporis Christi, non minuitur, nec ad paucitatem redigitur: quia ipsi vere sunt; aut cum lapsi fuerint, reparantur ac permanent, & semper multi sunt, quia de numero eorum nihil perit. Qui ergo in hanc soliditatem æternæ multitudinis, aut non introjerunt, aut cum viderentur introiisse, ab eadem recesserunt, ipsi pauci facti sunt: quia ab illa, quæ permanet, multiplici Sent. ast. 11 unitate divisi sunt. Numquam enim multi sunt, qui ad non esse tendunt. Et quid tam obnoxium paucitati, quam quod est debitum perditioni?

℣. 40. *Effusus contemptus est super principes.*

Hæretici & schismatici ab Ecclesia reprobati: & ideo magis contempti, quia principes esse voluerunt.

Et seduxit eos in invio, & non in via. Item ℣. 40.

Illi qui ad civitatem habitationis tendebant, directi sunt & deducti: isti autem civitatem sanctam, id est, Ecclesiam catholicam deserentes, per erroris sui invium abire permissi sunt, & suæ sunt traditi voluntati. Deus enim non deceptionis malignitate [b] seducit; sed judicii veritate discernit. b

℣. 41. *Et adjuvit pauperem de mendicitate.*

Pauper & mendicus est ille, qui nihil sibi tribuit; sed totum de misericordia Christi expectat, ante Dominicam januam quotidie clamans, & pulsans, ut ei aperiatur, & ut ejus nuditas vestiatur.

Item ℣. 41 *Et posuit sicut oves [c] familias.* c

Hunc quasi unum pauperem, & unum mendicum adjuvit Deus, eumque in familias multiplicavit, id est, unam Ecclesiam, unam plebem, unam ovem in latitudinem totius orbis extendit.

℣. 42. *Videbunt recti, & jocundabuntur, & omnis iniquitas oppilabit os suum.*

Iniquitas illa garriens contra unitatem, convicta a veritate, obstruet os suum, non habens quod loquatur.

℣. 43. *Quis sapiens? & custodiet hæc, intelligens miserationes Domini.*

Quid custoditurus est sapiens, nisi ut sit pauper, non dives, id est, non sit superbus, non sit inflatus? Quia hæc custodiens intelliget miserationes Domini; non merita sua, non vires suas, sed miserationes Domini: qui errantem & egentem in viam deduxit, & pavit; qui pugnantem adversum difficultatem peccatorum, & colligatum vinculis [d] sollicitudinis, solvit & liberavit; d qui fastidio languentem & pene morientem, [e] missa verbi suavitate recreavit; e qui periclitantem inter naufragia scandalorum, a discrimine maris in portum deduxit tranquillitatis; qui eum denique constituit in eo populo, ubi humilibus dat gratiam; non in illo, ubi superbis resistit: & fecit eum suum, ut intus manens multiplicaretur, non ut foras exiens minueretur. Jac. 4. 6.

a Non dubitamus hic pro *sponte obtinet*, legendum fore *spe obtinet*, si Editi suffragarentur. Augustinus enim ait, *Interim habitationis in spe, quoniam, Qui me audit inquit, habitabit in spe:* & Apostolus, *Spe salvi facti sumus.* Rom. 8. 24.

b Ita manifeste legendum suadet sensus loci, & versus Psalmi qui explicatur: non vero ut antea Editi, *malignitates educit:* quod errore Typographico in primam editionem facile invectum, in posteioribus omnibus inemendatum remansit.

c Editiones nostræ omnes hic in ora libri indicant aliam lectionem, qua pro *familias*, legatur *patriam.*

d Augustinus dicit, *vinculis consuetudinis.* Editi omnes Prosperiani, *vinculis sollicitudinis.*

e Apud Augustinum, *missa medicina verbi sui.*

PSALMUS CVII.

PSalmus autem centesimus-septimus prætermissus est : quia in postremis quinquagesimi-sexti, & in quinquagesimi-noni, [a] videtur expositus. Itaque incipit.

PSALMUS CVIII.

℣. 2. *DEus laudem meam ne tacueris : quia os peccatoris, & dolosi super me apertum est,*

PSalmum istum de Christo habere prophetiam, quisquis Actus Apostolorum fideliter legit, agnoscit ; ubi evidenter ostenditur, de Juda traditore Domini prophetatum, quod hic scriptum est, *Fiant dies ejus pauci, & episcopatum ejus accipiat alter*. Sed si de uno [b] illa omnia, quæ hic in malo dicta sunt, conemur accipere, expositionis ratio vacillabit. Melius ergo universa clarebunt, si quædam ad omne genus inimicorum Christi, quorum Judas primatum gerit, quædam autem ad ipsum Judam proprie pertinere intelligantur ;

℣. 8. Act. 1. 20.

℣. 2. Vox ergo Domini est : DEUS *laudem meam ne tacueris*. Laus vero ipsius vera & maxima est, qua, hoc ipsum quod est, unigenitus Dei Filius prædicatur. Contra quem os dolosi peccatoris erupit, cum virtus [c] mea infirmitatis carne tegeretur.

Locuti sunt adversum me lingua dolosa :

℣. 3. Matt. 22. 16. Tunc utique, quando eum tamquam magistrum bonum captiosa adulatione laudabant.

Item ℣. 3. *Et sermonibus odii circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis.*

Illi qui dolose antea loquebantur, postea in me aperti odii vocibus sævierunt gratis : quia caussam inimicitiæ non habuerunt, nisi iniquitatem suam ; & nullo sibi proposito commodo, gratuito maligni & crudeles fuerunt.

℣. 4. *Pro eo ut diligerent me, detrahebant mihi,*

Non parvum aliquid putari debet, quia non ait, Pro eo ut diligerent me, interficiebant me ; sed, *detrahebant mihi*. Ideo quippe interfecerunt, quia detraxerunt, negantes Filium Dei, & dicentes quod *in principe dæmoniorum ejicit dæmonia* ; &, *dæmonium habet, & insanit, quid eum auditis* ? & cetera talia. Qua detractione avertebant ab eo quorum conversionem ille quærebat : quod nocentius erat, quam quod mox resurrecturum parabant occidere. Luc. 11. 15. Joan. 10. 20.

Ego autem orabam. Item ℣. 4.

Non quidem dixit, quid orabat : sed illud intelligimus, quod in cruce pendens ait, *Pater, ignosce illis ; quia nesciunt quid faciunt*. [d] Quam bene intelligitur pro discipulis suis orasse, quod etiam ante Passionem suam dixit, ne deficeret fides eorum, quando ipse fixus in ligno non utebatur potentia sua, sed patientiæ præbebat exemplum : ne inimicos suos divina potestate delendo, ad hoc nos ædificaret, ut impatienter festinaremus de his, quos malos patimur, vindicari ; cum scriptum sit, *Melior est patiens, quam fortis*. Luc. 23. 34. d Luc. 22. 32. Prov. 16. 32.

Et posuerunt adversum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. ℣. 5.

Quamvis voluntaria sit pœna patientis, hoc est tamen maximum persequentium crimen, quod bonitati malitiam, & dilectioni odia reddiderunt : pro qua impietate quid recepturi sint, optantis similitudine incipit prophetare. Non autem pœnam reorum concupiscit Deus, tamquam exsaturari desiderans ultione ; sed quod justum est, cum tranquillitate disponit ; ut etiam mali non sint inordinati, c Sent. est 12

Constitue super eum peccatorem, & diabolus stet a dextris ejus. ℣. 6.

Cum superius querela de pluribus fuerit, nunc de uno loquitur Psalmus, & in unius intellectam personam ultio futura disponitur : non quia illi extra supplicium sint futuri ; sed quia in caput sceleris bene fertur sententia, quæ consortes impietatis non omittit in ultione, quos damnat in principe. Quid est

a Supple iterum, *postremis partibus*. Nam nec S. Augustinus hunc psalmum CVII. exponendum putaverat. *Quoniam*, ait, *jam exposui eum in Psalmo quinquagesimo sexto, & in Psalmo quinquagesimo nono, ex quorum postremis partibus ille constat. Nam postrema pars quinquagesimi sexti prima est hujus usque ad eum versum, ubi dicitur, & super omnem terram gloria tua. Hinc autem usque in finem, postrema pars est quinquagesimi noni.* Ex his tamen verbis, ni fallimur, non recte inferri posset S. Prosperum, de toto Augustini opere in Psalmos expositiones stilo breviori nullatenus collegisse : cum certe, si mox citatos Psalmos intactos reliquisset, hunc qui illos maximam partem exprimit, expositionum illis annexarum ope, exponere non neglexisset.

b Forte, *de uno illo* ; ut August. *de illo uno homine*.

c Suspicamur legendum, *meæ*, aut, *ejus infirmitatis carne tegeretur*, aut aliud quid supplendum. Augustini verba cui hæc respondent talia sunt. *Hoc autem* [scilicet, quod est unigenitus Dei Filius,] *non apparebat, sed apparente infirmitate ejus latebat, cum os peccatoris & os dolosi super eum apertum est, quia operta virtus hujus fuit.*

d In Augustino, *Quamquam*. Editi nostri omnes *Quam*.

est ergo, *Constitue super eum peccatorem*, nisi, ut ei diabolus præsit, cui ipse se subdidit; & ipsum in dextris habeat, quem elegit? Quia unicuique, sive in bono, sive in malo. hoc fiet dextrum, quod omnibus præfert.

℣. 7. *Cum judicatur, exeat condemnatus, & oratio ejus fiat in peccatum.*

Judas non potuit orare per eum, quem vendidit. Oratio quæ non fit per Christum, non solum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit ad peccatum.

℣. 8. *Fiant dies ejus pauci.*

Id est, dies apostolatus ejus.

Item ℣. 8. *Et episcopatum ejus accipiat alter.*

Hoc ita factum esse, ut prophetarum est, Actus Apostolorum loquuntur.

Actor. 1. 16 &c.

℣. 9. *Fiant filii ejus orphani, & uxor ejus vidua.*

Mortuo ipso, utrumque factum est.

℣. 10. *Nutantes transferantur filii ejus, & mendicent.*

Nutantes, incerti quo eant.

Item ℣. 10. *Ejiciantur de habitationibus suis.*

Hoc est quod supra dixerat, *transferantur*.

℣. 11. *Scrutetur fœnerator omnem substantiam ejus, & diripiant alieni labores ejus.*

℣. 12. *Non sit illi adjutor, nec sit qui misereatur pupillis ejus.*

Id est, nec adjutorem habeat, nec tutorem. [a]

a

℣. 13. *Fiant nati ejus in interitum, in una generatione deleatur nomen ejus.*

Id est, ut quod de eo generatum est, jam non generet, & cito transeat.

℣. 14. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini, & peccatum matris ejus non deleatur.*

Si Judas maneret in eo ad quod vocatus est, nullo modo ad eum vel sua præterita, vel parentum iniquitas pertineret. Quia autem non tenuit adoptionem in familia Dei, sed iniquitatem potius vetusti generis [b] elegerit; rediit *iniquitas patrum ejus in conspectu Domini*, ut in eo etiam ipse puniretur, & peccatum matris ejus non est in eo deletum.

b

℣. 15. *Fiant contra Dominum semper: & dispereat de terra memoria eorum.*

Vid. app. *Fiant contra Dominum*, dixit, non ut Domino adversentur; sed ut sint in conspectu Domini, ne ulla meriti ipsorum fiat oblivio. *Dispereat* autem *memoria eorum* in eo, ut nomen ipsorum, nulla succedente generatione, deficiat. Si autem quæritur an credibile sit, miserias viventium posterorum ad pœnam mortui pertinere: sequestrata omni disputatione, quæ de hoc multiplex oritur, recte credimus hæc quæ per Spiritum-sanctum prophetata sunt, accidisse: ac si possit asseri, quod defunctos [c] vivorum pœna non cruciet; in Judam tamen sceleratissimum eam damnationem esse prolatam, ut inter supplicia sua, etiam suorum miseria infelicior fieret; & generationis suæ semper doleret interitum. Hæc sane omnia quæ in Judam dicta sunt, etiam in Judæorum populum prophetata intelliguntur. Quia & super ipsum constitutus est peccator, id est, diabolus, cui se subdidit: & idem stat a dextris ejus, quem prætulit Salvatori: & ipse in judicio condemnabitur, quia perseverando in impietate, [d] thesaurizet sibi iram in die iræ. *Et oratio ejus fiat in peccatum*: quia non fit per mediatorem Dei & hominum, hominem Christum Jesum, & sacerdotem in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Et facti sunt *dies ejus pauci*, quod de regno ipsorum accipiendum est, quia non diu mansit post crucem Christi. *Et episcopatum ejus accipiat alter*: quoniam Christum, qui non venerat, nisi ad oves perditas domus Israel, respuerunt. Facti sunt quoque *filii* eorum *orphani*: de quibus dictum est, *filii autem regni ibunt in tenebras exteriores*, qui utique Deum Patrem bene intelliguntur [e] omisisse. Qui enim Filium non habet, ait Veritas, nec Patrem habet. *Et uxor eius vidua*. Uxor regni plebs intelligi potest, quæ amisso [f] ipsa regno vidua facta est. Nutantes translati sunt filii ejus, & mendicant. Nutantes quippe periculis, debellati sunt filii ipsius regni: qui ostenduntur mendicare, quia non dubium est, eos ad alienam misericordiam vivere. *Ejiciantur*, inquit, *de habitationibus suis*: & ita factum est. *Scrutetur fœnerator omnem substantiam eius*; ut scilicet omnis vita eorum, quæ substantiæ nomine significata est, inquiratur, & nullius debiti, id est, peccati eorum, remissio fiat: quia illum respuerunt, in quo solum est abolitio peccatorum

c

d *Rom.* 2. 5. *1. Tim.* 2. 5.

Ps. 109. 4.

Matt. 15. 24.

Matt. 8. 12.

e *1. Joan.* 2. 24.

f

a Augustinus hoc intelligit, *ad tuendam ejus posteritatem dici*.

b Forte, *elegit*, ut in Augustino: etsi Editi omnes, *elegerit*.

c Edit. Lov. Duac. & Colon. male *virorum*: Lugd. edit. *vivorum*.

d In Augustino, *thesaurizat*.

e Ita quidem Editi omnes Prosperiani. At legi convenit ut in Augustino, *amisisse*.

f Augustinus. *ipso regno*.

torum. *Et diripiant alieni labores eius*: diabolus, & angeli ejus, rapiant fructus operum sibi impensorum. *Non sit illi adjutor*. A quo enim juvari potest, qui non habet Christum? *Nec sit qui misereatur pupillis eius*. Quia amisso Deo Patre, cujus Filium persecuti sunt, non habent qui eorum misereatur; non ad temporalem vitam sumendam, vel sustentandam; sed ad veram vitam, id est, æternam. *Fiant nati ejus in interitum*: utique sempiternum. *In generatione una deleatur nomen ejus*. Quia generati sunt, non regenerati; ideo in una generatione [a] deleatur. *In memoriam redeat iniquitas patrum ejus in conspectu Domini*: ut reddat eidem populo Dominus perseveranti in malitia, etiam patrum iniquitatem. *Peccatum matris ejus non deleatur*. Peccatum [b] in Jerusalem, quæ servit cum filiis suis, quæ interficit Prophetas, & lapidat missos ad se. *Fiant contra Dominum semper*: iniquitas & peccatum eorum a conspectu Domini non auferatur, Deo in æternum vindicante. *Et dispereat de terra memoria eorum*. Terra Dei, ager Dei, Ecclesia Dei est, de qua terra perit memoria eorum: quia cum essent rami naturales, propter incredulitatem fracti sunt.

Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. ℣. 16.

Sive Judas, sive ille populus. Sed melius de populo accipitur, qui recordari potuit pœnitendo, quod occiso Christo, saltem in discipulos & membra ejus sævire non debuit.

Quia persecutus est hominem pauperem & mendicum. ℣. 17.

Non enim dedignatus est Dominus pauper fieri, cum dives esset, ut illius paupertate nos ditaremur. Mendicum autem in eo intelligi potest, quod Samaritanæ mulieri dixit, *Da mihi bibere*; vel quod in cruce ait; *Sitio*: quæ verba tamquam indigentis sunt.

Et compunctum corde mortificare. Item ℣. 17

Cordis compunctio, quæ proprie ad conversos a peccatis pertinet, non convenit Christo, qui solus exstitit absque peccato. In membris itaque suis pœnitentiam agentibus, & ad caput suum cum compunctione redeuntibus, ipse quoque erat compunctus corde: quia non aberat a capite, quod gerebatur in corpore, in quo usque in finem patitur persequentes.

Et dilexit maledictionem, & veniet ei. ℣. 18.

Quamquam & Judas maledictionem dilexerit, vendendo atque tradendo ipsum benedictionis auctorem: apertius tamen ille populus maledictionem dilexit, quando dixit, *Sanguis hujus super nos, & super filios nostros*. Matt. 27. 25.

Et noluit benedictionem, & elongabitur ab eo. Item ℣. 18.

Et Judas quidem benedictionem abjecit in Christo: sed apertius eam populus refutavit, quando illi illuminato dicenti, *Numquid & vos discipuli ejus vultis fieri?* respondit, *Tu sis discipulus ejus*. Et longe facta est ab eo benedictio, quia transivit ad gentes. Joan. 9. 27. & 28.

Et induit maledictionem, sicut vestimentum. Item ℣. 18

Sive Judas, sive ille populus.

Et intravit sicut aqua in interiora ejus. Item ℣. 18

Ergo & foris, & intus: foris, sicut vestimentum; intus, sicut aqua. Quoniam in ejus incidit judicium, qui potest & corpus & animam occidere in gehennam. Matt. 10. 28.

Et sicut oleum in ossibus ejus. Item ℣. 18

Ostendit impium hominem, vel populum, cum voluptate mala facere; & iniquitate intus, quasi aqua; & foris, quasi oleo delectari. Quæ actio ideo maledictio dicitur, quia talibus Deus æterna tormenta denunciat.

Fiat ei sicut vestimentum quo operietur. ℣. 19.

Apertior malitia est, qua se peccator quasi pallio tegit, & inde opertus videtur, unde etiam in oculis hominum gloriatur; malum se dissimulans, sed ostentans.

Et sicut zona, qua semper præcingitur. Item ℣. 19.

Maledictione se præcingit, quia malum non repentinum, sed dispositum aggreditur: & ita discit malefacere, ut semper paratus sit. d

Hoc opus eorum, qui detrahunt mihi apud Dominum. ℣. 20.

Hi sunt qui detrahunt Christo [c] ipsi, quem lex Domini & Prophetæ prænunciarunt. c

Et qui loquuntur mala adversus animam meam. Item ℣. 20

Negando eum posse resurgere: cum di-

a Augustinus, *delentur*. Editi omnes nostri, *deleatur*.

b Melius omittitur præpositio *in*: (*Peccatum Jerusalem*, apud Aug.) quæ habetur in Editis nostris.

c Sic editiones Lov. Duac. & Colon. At Lugd. edi. tio habet, *qui detrahunt Christo, ipsum*: nec male, si alicujus codicis auctoritate sic emendari queat, *dicentes ipsum non esse quem lex Domini & prophetæ prædicarunt*, ut habet locus Augustini a Prospero nostro inspectus.

Matt. 23. 31. Rom. 11. 20 Gal. 4. 25. Joan. 19. 28 1. Cor. 8. 9. Joan. 4. 7.

Joan 10.18 dicat, *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.*

℣. 21. *Et tu Domine, Domine, fac mecum.*

Quidam subaudiendum putarunt, *misericordiam*: quidam & addiderunt. Sed emendatiores codices sic habent, *Et tu Domine, Domine fac mecum, propter nomen tuum*. Unde intelligendum est, ideo dixisse Filium Patri, *Fac mecum*, quia eadem sunt opera Patris & Filii, quod etiam [a] misericordia sentiri potest. Sequitur enim:

Item ℣. 21. *Quia suavis est misericordia tua.*

Vide app. Rom. 1. 23. Quia misericordiam recte intelligimus & Patrem & Filium simul facere in vasa misericordiæ. Potest autem & sic intelligi quod ait, *Fac mecum*; ac si dixisset, Adjuva me. Pater quippe adjuvat Filium, in quantum Deus hominem, propter formam servi. Nam in ea forma, in qua æqualis est Patri, non indiget adjuvari: quia utrisque unum opus est, & par atque inseparabilis potestas. Egestas & paupertas susceptæ infirmitatis est, ex qua crucifixus est.

℣. 22. *Libera me, quia egenus & pauper sum ego: & cor meum turbatum est in me.*

Matt. 26. 38. Secundum illud quod propinquante Passione ait, *Tristis est anima mea usque ad mortem.*

℣. 23. *Sicut umbra cum declinat, ablatus sum.*

In hoc ipsam mortem significavit. Sicut enim ex umbra declinante fit nox, ita [b] mortali carne fit mors.

Item ℣. 23. *Excussus sum sicut locustæ.*

Jam hoc in membris ejus convenientius intelligimus. Excussi enim, id est fugati sunt a persecutoribus fideles ejus: quorum vel multitudinem significare voluit in nomine locustarum, vel quod transilierunt de loco in locum.

℣. 24. *Genua mea infirmata sunt præ jejunio, & caro mea immutata est propter oleum.*

Propter oleum, propter gratiam spiritalem. Quia cum caro ejus mutata esset per gloriam resurrectionis, cumque ascendisset ad Patrem, misit Spiritum-sanctum ad ungendos credentes, quorum stabilitas, quæ ablato sibi pane, id est, Christo, quasi jejunio fuerat infirmata; accepto dono Spiritus-sancti valida effecta est: ut in suis afflictionibus non vinceretur, quæ in Domini passione defecerat.

Et ego factus sum opprobrium illis. ℣. 25.

Per mortem crucis. *Christus* enim *nos redemit de maledicto Legis, factus pro nobis maledictum.* Galat. 3. 13

Viderunt me, & moverunt capita sua. Item ℣ 25

Quia viderunt in ligno pependisse, & non viderunt de sepulcro resurrexisse.

Adjuva, Domine Deus meus, salvum me fac propter misericordiam tuam. ℣. 26.

Hoc & ad caput referendum est, propter formam servi; & ad corpus, propter servos. Potuit enim & in ipsis dicere Domino; *Adjuva, me & salvum me fac*: in quibus Saulo [c] dixerat, *Quid me persequeris?* Quod autem ait, *secundum misericordiam tuam*, gratuitam gratiam commendavit. c Act. 9. 4.

Et sciant quia manus tua hæc, & tu Domine fecisti eam. ℣. 27.

De eis dixit, *sciant*, pro quibus sævientibus & oravit: quia inter illos erant etiam hi, qui in eum postea crediderunt. Manus autem Dei Christus est, sicut dictum est, *Et brachium Domini cui revelatum est?* Hæc ergo manus erat, & fecit eum. Quia *In principio erat Verbum, & Verbum caro factum est.* Isai. 53. 1. Joan. 1. 1. & 14.

Maledicent illi, & tu benedices. ℣. 28.

[d] Vana est ergo maledictio filiorum hominum, diligentium vanitatem, & quærentium mendacium. Deus autem cum benedicit, facit quod dicit. d Psal. 4. 3.

Qui insurgunt in me, confundantur. Item ℣. 28

Qui se adversus me proficere arbitrantur, cum exaltatus fuero super cælos, & effusa fuerit super omnem terram gloria mea, confundentur.

Servus autem tuus lætabitur. Item ℣. 28

Sive in dextera patris, sive in suis membris: & nunc in spe, & post in æternum.

Induantur qui detrahunt mihi pudore. ℣. 29.

Id est, pudeat eos detraxisse mihi. Sed hoc potest bonum esse correctis.

Et operiantur sicut diploide, confusione sua. Item ℣. 29

Diplois pallium duplex est, per quod inimicis Christi duplex denuntiatur confusio: hoc est, intus & foris, coram Deo scilicet, & coram hominibus.

Confitebor Domino nimis in ore meo, & in medio multorum laudabo eum. ℣. 30.

In medio multorum laudabo eum: accipi potest Christus, quia ipse in Ecclesia Matt. 28. 20.

præ-

a Forte, *de misericordia*. Aug. *Ubi etiam si misericordiam intelligamus.*

b Apud Augustinum *ex mortali carne.*

c In Augustino, *dixit*. Editi omnes nostri, *dixerat.*

d Editi nostri habebant, *Una est ergo*. Sed errore manifesto; pro quo legendum docet, *Vana est ergo*, locus ipse ut jacet in Augustino.

præsens est, usque ad consummationem sæculi. *In medio* autem esse dicitur, cui præcipuus honor præbetur. Si vero cor hominis quasi medium ejus est, rectissime intelligitur, quod in multorum cordibus, id est, in multorum medio laudaturus sit Dominum. Habitat enim Christus per fidem in cordibus nostris. Et ideo ait, *in ore meo*, id est, in ore[a] cordis mei, quod est Ecclesia.

Ephes. 3. 17.

a

Qui adstitit a dextris pauperis, ut salvam faceret a persequentibus animam meam. ℣. 31.

De Juda dictum erat, *Et diabolus stet a dextris ejus*; qui suas divitias volebat augere, Christo vendito. Hic autem Dominus *adstitit a dextris pauperis*, ut divitiæ ejus sint ipse Dominus. Salva fiet autem a persequentibus anima, si non eis consentiatur ad malum: non autem eis consentitur, cum Dominus adsistit a dextris pauperis; ne ipsa paupertate, id est, infirmitate succumbat. ℣. 6.

PSALMUS CIX.

Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis. ℣. 1.

Donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum. Item ℣. 1.

DOminus noster Jesus Christus cum a Judæis quæreret, cujus filium esse dicerent Christum, & respondissent, David: continuo illis respondentibus ait, *Quomodo ergo David in spiritu dicit eum Dominum*[b], *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos sub pedibus tuis? Si ergo in spiritu vocat eum Dominum, quomodo filius ejus est?* Judæi sub hac interrogatione tacuerunt; ipsum quoque esse Dominum & filium David non agnoverunt, nec agnoscere voluerunt; & maluerunt inflata taciturnitate disrumpi, quam humili confessione eruditionem mereri. Nos autem Evangelio ipsius veritatis edocti, novimus Jesum Christum & Dominum esse David, secundum quod *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum: hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*: & filium esse David, secundum quod *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Novimus Dominum David, quia, *Cum esset in forma Dei, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*. Et novimus filium David, quia *semetipsum exinanivit formam servi accipiens*. Hoc ergo & David ipse in spiritu videns, initio Psalmi hujus effatus est, dicens, *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Sedet autem Christus ad dexteram Patris post resurrectionem a mortuis, & ascensionem in cælum. Unde etiam eo ipso quo erat Christus filius David, factus est dominus David. Illud enim quod natum est ex semine David, ita honoratum est, ut ei cum esset filius, esset & Dominus. Secundum hanc enim dispensationem, etiam ab Apostolo de Christo dicitur, *Propter quod eum exaltavit a mortuis, & donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Jesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum; & omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus in gloria Dei Patris est*. Sedet autem Dominus ad dexteram Patris, & inimici ejus subjiciuntur sub pedibus, Omnis enim qui ei adversatur, erit ejus subditus, aut per correctionem, aut per condemnationem. Nam necesse est, ut omnis aut adoptatus, aut victus sub pedibus ejus sit, sive per gratiam, sive per pœnam. Matt. 22. 43. &c. b Joan. 1. 1. & seq. Item ℣. 14 Philip. 2. 7 Marc. 16. 19. Philip. 2. 9 c

Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion. ℣. 2.

Quæ est Sion, ipsa est Jerusalem: ex qua prænunciatur emittenda virga virtutis Christi, id est, regnum potentiæ ejus, quod regnum incipit a Christianis, & non habet finem. Nam secundum quod est Verbum Patris, unius deitatis & omnipotentiæ, semper cum Patre regnavit. Hoc ergo regnum, quod mediator Dei & hominum homo Christus acquirit, incipit ab Jerusalem: quia inde in totum mundum virtus & potestas Evangelicæ prædicationis emissa est. Luc. 24. 47

Dominare in medio inimicorum tuorum. Item ℣. 2.

Tu, inquit, fili David, & Domine David, in medio paganorum, in medio Judæorum, in medio hæreticorum, & in medio fratrum falsorum dominare. Quod fieri quotidie videmus, donec impleantur tempora Gentium. *Cæcitas* enim *ex parte in Israel facta est, donec* Act. 3. 21.

ple-

a Apud Augustinum, *corporis mei*.

b Hic in editis Prosperianis deest vox, *dicens*, quæ non omittitur in Augustini opere, nec in textu Evangelico, tam Græco quam Latino.

c Editi antiquiores, *aut virtus*. Bene correxerunt posteriores, *aut victus*: ut legere est in opere Augustini. *Inimicus eras: eris sub pedibus ejus, aut adoptatus, aut victus.*

Rom. 11. 25. *plenitudo Gentium intraret; & sic omnis Israel salvus fieret;* & dominaretur Christus in medio inimicorum suorum.

℣. 3. *Tecum principium in die virtutis tuæ.*

Dominus, interrogantibus quis esset, respondit, *Principium, qui & loquor vobis*: hoc est, Ego qui loquor vobis, principium sum. Est autem & Pater principium, in quo principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Numquid ergo quia Pater principium, & Filius principium, duo sunt principia? Absit. Sicut enim Pater Deus & Filius Deus, Pater autem & Filius non duo dii, sed unus est Deus; sic Pater principium, & Filius principium, Pater autem & Filius non duo principia, sed unum principium. *Tecum* ergo *principium in die virtutis tuæ*, in die qua videbitur quomodo creditur. Quamvis enim etiam in forma servi, ipsa illa nostræ infirmitatis susceptio non caret virtute divina, quando & infirmum tuum fortius est hominibus, & in virga virtutis tuæ dominaberis in medio inimicorum tuorum: veniet tamen dies ille, quo omnibus dispensationibus temporalibus peractis atque finitis, manifestabis te sanctis tuis, & in illa eis apparebis gloria, in qua æqualis es Patri, ut videant *Tecum principium in die virtutis tuæ*.

Joan. 8. 28. Joan. 1. 1. 1. Cor. 1. 25.

Item ℣. 3. *In splendoribus sanctorum.*

Præsens vita sanctorum, quamvis gratia floreat, quamvis moribus niteat, non est in splendore, quia nondum exempta est a corruptione. Cum ergo apparuerit Christus, vita sanctorum, tunc & ipsi apparebunt cum illo in gloria. *Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris sui*, id est, in vita æterna.

Coloss. 3. 4. Matt. 13 43.

Item ℣. 3. *Ex utero ante luciferum genui te.*

Si de illa generatione hoc dictum est, qua ex Patre Deo genitus est Deus Filius, *Ex utero* significat, ex secreto, ex occulto, de ipso Patre, de substantia Patris. *Ante luciferum* vero, ait, ante tempora. Per luciferum enim, ut pote per fulgentissimum sidus, tamquam a parte totum, omnia sidera significata sunt, quæ in hoc facta sunt, *ut sint in signis, & temporibus, & in diebus, & annis*. Quod est ergo *ante luciferum*, hoc est ante sidera: & quod est ante sidera, hoc ante tempora, atque ideo ex æternitate. Si vero hoc ex persona Prophetæ dictum est, qui ait. *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis*: non est dubium illam nativitatem significatam, qua Dominus David, filius est David. Potuit enim dicere David propter propaginem, qua de ipsius stirpe Maria virgo descendit, *Ex utero genui te*; hoc est, ex utero virginali, ex utero quo masculus non accessit, in quo sola fuit conceptio matris, sine semine genitoris. Et convenienter dictum est, *Ante luciferum*; quia ante exortum diei natus est Dominus, hoc indicantibus testimoniis pastorum, qui [a] vigilias exercebant super gregem suum.

Gen. 5. 14. ℣. 1. Luc. 2. 7. & 8. a

℣. 4. *Juravit Dominus, & non pœnitebit eum, Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech.*

Si natum ex utero virginis *ante luciferum* intelligimus Salvatorem, exinde proculdubio, *sacerdos est in æternum, secundum ordinem Melchisedech*. Nam secundum quod Dominus natus ex Patre est, gignenti coæternus & æqualis, non est sacerdos. *Juravit* ergo *Dominus*, hoc est, cum constitutione promisit. *Et non pœnitebit eum*, hoc est, non mutabit consilium, non aliud faciet, nec umquam ei hæc sententia displicebit. *Tu es sacerdos in æternum*: hoc est, non finitur sacerdotium tuum; nec sicut Aaron ordo cessavit, ita etiam tuum pontificium commutabitur. Sacerdotii tui non erit finis; sed *secundum ordinem Melchisedech*, hoc est, secundum mysteria quæ per eum declarata sunt, in æternum permanebit.

℣. 5. *Dominus a dextris tuis, conquassavit in die iræ suæ reges.*

Ad ipsum Dominum, qui dixit Domino, *Sede a dextris meis*, Prophetæ sermo directus est. Ipse, inquit, Domine, cui jurasti, *Tu es sacerdos in æternum*, *Dominus a dextris tuis*, qui *conquassavit in die iræ suæ reges*, illos de quibus dictum est, *Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum, adversus Dominum, & adversus Christum ejus*. Quicumque enim talium qui Christianum nomen oderunt, in sua impietate persistunt, jam quidem conquassati sunt, nec potuerunt efficere quod volebant; sed *in die iræ*, id est, retributione justi judicii Dei penitus conterentur.

Psal. 2. 2.

℣. 6. *Judicavit in gentibus, replevit ruinas.*

Qui in superbiam eriguntur, & in sua elatione persistunt, sic destruentur ut non ædificentur. Non enim desinunt destrui, qui non desinunt elevari. Qui autem per humilitatem cadunt & se

a Sic editi veteres, juxta textum Augustini: pro quo recentiores posuerunt, *qui custodiebant vigilias*.

prosternunt, ut fiant sub pedibus ejus, cui dixit Dominus, *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*; reparabuntur in integrum: quia non damnavit has ruinas Dominus, sed replevit: quod fit in hoc tempore, cum universis gentibus ruinarum reparationem Christus operatur.

Item ℣. 6. *Conquassavit capita in terra multa.*

Multorum capita, in hac vita conquassata Christus inclinat, dum e superbis humiles facit.

℣. 7. *De torrente in via bibet; propterea exaltabit caput.*

Sicut torrens pluvialibus aquis collectus, redundat, perstrepit, currit, & currendo decurrit, id est, cursum finit; sic est omnis iste cursus mortalitatis humanæ. Nascuntur homines, vivunt, atque moriuntur, rursusque morientibus alii oriuntur, succedunt, accedunt, decedunt.

a *De* hoc ergo *torrente*, de hoc strepitu transeunte, de hac mortalitate bibit filius David, Dominus David, dignatus propter nos nasci & mori; & ita bibit

Psal. 1. 1. *de torrente in via* quod in via peccatorum non stetit. *Propterea* ergo *exaltabit*

Philip. 2. 8. & 9. *caput*: quia humiliatus est, & factus est subditus usque ad mortem, mortem autem crucis. *Propter quod*

b *exaltavit eum a mortuis, & donavit illi nomen, quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genuflectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur quoniam Jesus Christus in gloria est Dei Patris.*

PSALMUS CX.

Halleluja.

℣. 1. *Confitebor tibi Domine in toto corde meo.*

NOn semper confessio peccatorum est, sed etiam laus Dei devotione confessionis expromitur. Illa luget, hæc gaudet; illa medico vulnus ostendit, hæc de sanitate gratias agit.

Item ℣. 1. *In concilio rectorum & congregatione.*

Eorum, sine dubio, qui sedebunt super duodecim thronos, judicantes duodecim tribus Israel. A quorum *concilio*

Matt. 19. 29. *& congregatione*, omnis hypocrita segregatus, omnis erit tentator excluſus.

℣. 2. *Magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus.*

Scrutare, exquire, vestiga, si potes, omnes voluntates Domini: in omnibus semper magna opera ejus invenies. Nulla enim voluntas potentior est ipsius voluntate; contra quam cum aliquid fieri finit, misericordiam suam justitiamque demonstrat. Sicut enim vult ut homo non peccet, ita vult peccanti parcere, ut revertatur & vivat: ita etiam vult in peccatis perseverantem punire, ut justitiæ potentiam contumax non evadat. Ac sic quidquid elegeris, o homo, non deerit Domino unde suam de te compleat voluntatem. Sive ergo justificet impium, sive arguat pigrum, sive expectet aversum, seu deserat puniendum; semper misericors est, semper justus, semper omnipotens.

Confessio & magnificentia opus ejus; ℣. 3.
& justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Magnificentia Domini circa nos in eo apparet, quod nullis præcedentibus meritis confitentem justificat peccatorem: ut ubi abundavit peccatum, superabun- Rom. 5. 20.
det gratia, per quam excitata est etiam ipsa confessio: ut nemo in se extollatur, sed qui gloriatur, in Domino glorietur. Quia & confessio peccatoris, & 1. Cor. 1. 31.
magnificentia justificationis, opus Domini est: apud quem iniquitas non est, etiam si nos judicia ejus non compre- Rom. 9. 18.
hendimus. Quoniam *justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

Memoriam fecit mirabilium suorum mi- ℣. 4.
sericors & miserator Dominus:
Escam dedit timentibus se. ℣. 5.

In omni quidem creatura Dei mirabilia ejus & quotidiana & magna sunt: sed quia parum ea consuetudo miratur, quædam Dominus signa & prodigia certis temporibus promenda dispositit; ut per inusitata & nova, humana excitaretur intentio, & nutriretur in ea de insolitis utilis timor, cui tamen misericors Dominus daret escam virtutis & vitæ, panem scilicet illum incorruptibi- Joan. 6. 41
lem, qui de cælo descendit; ut Verbum Dei esset esca hominum, sicut cibus est Angelorum.

Memor erit in æternum testamenti Item ℣. 5.
sui,
Virtutem operum suorum annuntiavit ℣. 6.
populo suo.

Implevit Dominus promissiones suas, qui est virtus & fortitudo sanctorum: quoniam quæ hominibus difficilia sunt, 2. Cor. 12. 6.

Deo

a Augustinus addit, *nec manebunt*. Nostri codices non addunt ista.

b Subaudi, *Deus*, ut in August. *propterea eum Deus exaltavit a mortuis* &c.

Deo facilia sunt, & ipse operatur omnia in omnibus.

℣. 7. *Ut det illis hæreditatem gentium.*

Id est, quam præparavit omnibus gentibus.

Item ℣. 7. *Opera manuum ejus, veritas & judicium.*

Hoc est, ut veritas, judiciumque servetur: [a] manus enim operatur, hoc est, ut non separet a Christo tribulatio, angustia, fames, nuditas, gladius.

a Rom. 8. 35.

℣. 8. *Fidelia omnia mandata eius, confirmata in sæculum sæculi.*

Qui dedit mandata, & dedit promissa: quæ fideliter retribuit confirmata in æternum, nec umquam defectura.

Item ℣. 8. *Facta in veritate & judicio.*

b [b] Hoc est enim verum, & justum, ut hic laboretur, ibi requiescatur.

℣. 9. *Redemptionem misit populo suo.*

Cives & hæredes cælestis Jerusalem, ab hujus peregrinationis captivitate redimuntur.

Mandavit in æternum testamentum suum.

Testamentum suum, utique novum; quod æternum promisit: non illud vetus, cujus transitoriæ promissiones fuerunt.

Item ℣. 9. *Sanctum & terribile nomen ejus.*

Sapientia vera est, nosse & diligere Deum. Sed ad hunc gradum de timore conscenditur: quia sicut desideranda sunt ejus munera, sic metuenda judicia.

℣. 10. *Initium sapientiæ timor Domini.*

Item ℣. 10 *Intellectus bonus omnibus facientibus eum.*

Sent. est 13 Is bonum habet intellectum, qui quod faciendum recte intelligit, facit: quia talis est sine opere intelligentia, qualis sine timore sapientia.

Item ℣. 10 *Laudatio eius manet in sæculum sæculi.*

c Nemo ergo quidquam suæ justitiæ [c] adscribat, nemo de suis quasi propriis meritis exultabit; sed in Dei laudem & gloriam, omnis sanctorum beatitudo in æternum refertur.

S. Prosperi.

a Vix dubitamus locum hunc Prosperi, ex vocis unius permutatione, & mala interpunctione, quidquid obscuritatis habet hausisse. Igitur, cum Editi omnes in idem consentiant, nec sit copia ullius Mss. codicis, non mutavimus quidem, sed conjicimus legendum esse, cum exigua mutatione, *Hoc est, ut veritas judiciumque servetur, manus ejus operatur: hoc est, ut non separet a Christo* &c.

PSALMUS CXI.

Halleluja.

TItulus Psalmi est, *Reversionis Aggæi & Zachariæ*, qui post eversionem templi Jerusalem, & transmigrationem in Babyloniam, completis sub Dario septuaginta captivitatis annis, prophetare cœperunt ea quæ ad relaxationem captivitatis, & reparationem templi pertinerent. Sed quia quæ corporaliter tunc gerebantur, rerum futurarum indicia præferebant, per illam captivitatis remissionem, & templi restitutionem, spiritaliter figurabatur fabrica ipsius templi, cujus Christus est fundamentum; in quo etiam angulari lapide, vivis lapidibus coaptatis, cælestis ædificii structura consurgit, ut ex ruina vetere, quæ facta est in Adam, novum Dei templum cum reparatione omnium gentium reformetur. Ad hoc ergo templum pertinet prophetatio Aggæi & Zachariæ, qui in Psalmi titulo præferuntur, ut qui hoc sacramentum intelligit, & qui cupit in hujus ædificii compage solidari, sciat reversionis & renovationis suæ in timore Dei esse principium.

BEatus vir qui timet Dominum; in mandatis ejus volet nimis. ℣. 1.

BEatitudo viri justi, a timore incipit Domini, & proficit in desiderium mandatorum Dei, quibus templum ejus efficitur.

Potens in terra erit semen ejus. ℣. 2.

Semen futuræ messis opera esse misericordiæ Apostolus testis est, dicens, *Bonum autem facientes non deficiamus: tempore enim proprio metemus.* Quid autem potentius hoc semine, cujus impendio comparatur regnum cælorum, & vita æterna. Galat. 6. 9.

Generatio rectorum benedicetur. Item ℣. 2.

Id est, opera eorum qui recto sunt corde, non turbantur propter promissorum dilationem: nec transeuntia carnaliter appetunt, sed mansura fideliter & patienter expectant.

Gloria & divitiæ in domo ejus, & justitia ejus manet in sæculum sæculi. ℣. 3.

b Lugd. editio addit verbum substantivum *est*, quo carent Lov. Duac. & Colon.

c Melius forte legeretur, *adscribet*; & in fine, *referetur*: propter futurum *exultabit*, inter hæc medium; & quia de futuro statu beatorum loqui videtur sanctus noster, in quo soli Deo ab omnibus sanctis honor & gloria in æternum referetur.

Qui talis est in domo sua, id est, in corde suo, ubi templum Dei est, gloriam & divitias habet: quia spe non
Luc. 17. 21. dubia futura jam possidet, & regnum Dei intra ipsum est. Hujus justitia manet in sæculum sæculi, quia ipsa est gloria atque divitiæ.

℣. 4. *Exortum est in tenebris lumen rectis corde.*

Merito dirigunt cor in Dominum suum, merito ambulant recti cum Domino suo, qui cum essent in tenebris,
Isai. 9. 2. Ephes. 5. 8. lucem viderunt magnam, & meminerunt fuisse se aliquando tenebras, nunc autem lucem in Domino.

Item ℣. 4. *Misericors, & miserator, & justus Dominus.*

Qui miseretur, ut misereatur, & justus est in retributione: quia nulli faciet judicium sine misericordia.

℣. 5. *Suavis homo qui miseretur, & commodat.*

Hunc suavem & mirem atque jocundum, non evomit Deus ex ore suo, tamquam mali odoris, aut fastidiendi saporis. Tota autem suavitas ejus in eo est qui miseretur & commodat, remittendo scilicet peccata, & largiendo beneficia: quibus duobus benignitatis officiis omnia pietatis opera continentur,
Luc. 6. 32. dicente Domino, *Dimittite, & dimittetur vobis: date, & dabitur vobis.*

Item ℣. 5. *Disponet sermones suos in judicio.*

℣. 6. *Quoniam in æternum non commovebitur.*

Qui hæc facit, disponit sermones suos in judicio. Facta enim quædam verba
a sunt testium, quibus in judicio [a] defenderetur. *Quia in æternum non commove-*
Matt. 25. 34. *bitur*, qui ad dexteram segregatus audiet, *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum est ab origine mundi.*

℣. 7. *In memoria æterna erit justus, ab auditu malo non timebit.*

Non timebit audire quod dicitur sinistris, *Ite in ignem æternum, qui præ-*
Matt. 25. 41. *paratus est diabolo, & angelis ejus.*

Item ℣. 7. *Paratum est cor ejus sperare in Domino.*

Philip. 2. 21. Quia non sua quæsivit, sed quæ Jesu Christi, & promissa ejus confidenter expectat.

℣. 8. *Confirmatum est cor ejus, non commovebitur, donec videat super inimicos suos.*

Inimici ejus præsentia concupierunt; & cum eis invisibilia promitterentur, dicebant, *Quis ostendit nobis bona?* Illi
Psal. 4. 6. voluerunt videre bona hominum in terra morientium, hic credidit videre bo-
Psal. 26. 13 na Domini in terra viventium. Non ergo commovebitur cor ejus, nec transitoria malorum felicitate turbabitur, donec videat, non deorsum, quod inimici ejus; sed sursum super inimicos suos,
1. Cor. 2. 9. Isai. 64. 4. *Quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quod præparavit Deus diligentibus se.*

℣. 9. *Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in sæculum sæculi.*

Dispersit visibilia, ut invisibilia compararet: dedit temporalia, accepturus æterna.

Item ℣. 9. *Cornu ejus exaltabitur in gloria.*

℣. 10. *Peccator videbit, & irascetur.*

Irascitur peccator: cui magis quam sibi? Sed sera illa atque infructuosa pænitudine, cum dicit, *Quid nobis profuit*
Sap. 5. 8. *superbia, aut quid divitiarum jactatio contulit nobis?*

Item ℣. 10. *Dentibus suis frendet, & non revirescet.*

Sicut fieret, si opportuno eum tempore pæniteret. Sed tunc frendet, quando *desiderium peccatorum peribit.*

PSALMUS CXII.

Halleluja.

℣. 1. *Laudate pueri Dominum, laudate nomen Domini.*

EXhortatio hæc non ad pueriles tantum annos, sed ad omnem profertur ætatem. Omnibus enim Apostolus
1. Cor. 14. 20. dicit, *Nolite effici pueri mentibus, sed malitia parvuli estote, ut mentibus perfecti sitis.* Qua malitia, nisi superbia? Ipsa enim de vana granditate præsumens, non sinit hominem ambulare per arctam viam, & intrare per angustam portam. Puer autem facile intrat
Matt. 7. 14 Luc. 13. 24 per angustam: & ideo nemo, nisi conversus fuerit ut puer, intrat in regnum cælorum. Puerorum ergo nomine, non ætas infantium, sed animorum humilitas compellatur: quia non laudant nomen Domini, qui se magnos putant, & suam justitiam volentes constituere,
Rom. 10. 3 justitiæ Dei non sunt subjecti. Non enim sunt pueri: & dum prædicari se volunt, non laudant nomen Domini.

℣. 2. *Sit nomen Domini benedictum, ex hoc nunc & usque in sæculum.*

A so-

a In Augustino, *defendetur*.

℣. 3. *A solis ortu usque ad occasum, laudabile nomen Domini.*

Ut scilicet nomen Domini semper benedicatur, & ubique laudetur.

℣. 4. *Excelsus super omnes gentes Dominus, & super cælos gloria ejus.*

Non solum super omnes gentes majestas Domini, sed etiam super cælos gloria ejus excelsa est.

℣. 5. *Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat,*

℣. 6. *Et humilia respicit in cælo & in terra?*

Isa. 57. 15. Per Isaiam Spiritus ita loquitur; *Hæc dicit Altissimus in excelsis habitans, in æternum nomen ei Dominus altissimus, in sanctis requiem habens.* Meritoque cælum intelliguntur, qui habitantur a Domino: qui cum sint sancti, atque ideo excelsi, iidem tamen sunt humiles, neque aliunde nisi de humilitate sublimes. *In altis* itaque Dominus *habitat*, id est, in sanctis, & spiritalibus atque cælestibus: *Et humilia respicit*, id est, ipsos sanctos, numquam in se, sed semper in Domino gloriantes. Delectatur enim altitudine humilium, & humilitate celsorum. *In cælo & in terra*, hoc est, quorum conversatio in cælis est, licet mortali sint carne circumdati. Si vero alia sunt quæ Dominus noster in cælo humilia respicit, alia quæ in terra; possunt cælum hi intelligi, quos vocatos, & sanctificatos jam inhabitat; terra autem, quos vocat ut habitet in eis. Sed Matt. 19 26. absolutior sensus est, si cælos dictos accipiamus eos, qui sedebunt super duodecim thronos, & cum Domino judicabunt: terræ autem nomine, cæteram multitudinem sanctorum, qui constituentur ad dexteram, ut per opera misericordiæ collaudati recipiantur ab eis in Luc. 16. 9. tabernacula æterna, quos amicos sibi de mammona iniquitatis in hujus vitæ mortalitate fecerunt. Et hos ergo & illos humiles respicit Deus; quia meminerunt utrique quid fuerint per suam malitiam, & quid facti sint [a] per Dei gratiam.

a

℣. 7. *Qui erigit de terra inopem, & de stercore exaltat pauperem.*

℣. 8. *Ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.*

Non itaque dedignentur esse humilia capita excelsorum sub manu Domini. Quamvis enim collocetur fidelis Dominicæ pecuniæ dispensator cum principi- Matt. 19. 28. bus populi Dei, quamvis sessurus sit in 1. Cor. 6. 3. duodecim sedibus, & angelos quoque judicaturus; a terra tamen inops erigitur, & de stercore pauper exaltatur: quia donum Dei est omnis celsitudo sanctorum.

Qui habitare facit sterilem in domo, ℣. 9. *matrem filiorum lætantem.*

Ecclesiam enim ante sterilem Dei gratia fecundavit, ut in multis filiis lætaretur. In qua *Dominus, qui in altis* Isa. 54. 1. ℣. 5. *habitat, & humilia respicit in cælo & in terra*, habet ex semine Abraham & sublimem sanctitatem, sicut stellas cæli in supernis sedibus collocandam, & sicut arenam in ora maris, misericordem atque innumeram multitudinem, a sinistris fluctibus & ab impia amaritudine segregandam.

PSALMUS CXIII.

Halleluja.

℣. 1. *IN exitu Israel ex Ægypto, domus Jacob de populo barbaro:*

℣. 2. *Facta est Judea sanctificatio ejus, Israel potestas ejus.*

℣. 3. *Mare vidit, & fugit, Jordanis conversus est retrorsum.*

PRæteritorum gestorum recoli videtur historia, & quemadmodum populus *Israel*, qui est *domus Jacob*, de Exod. 14. 22. jugo Ægyptiæ dominationis eductus sit in memoriam revocari. Sed per propheticum eloquium, magis futura indicantur, quam præterita retexuntur. Et ideo quædam aliter hic dicuntur quam ibi acta sunt: ut vigilanter intelligatur prophetia, ubi non constat historia. Primum enim Jordanem ipsum non reversum esse retrorsum, sed stetisse legi- Josue 3. 15. mus, ab ea parte qua de super influebat: deinde, montes exultasse & colles gestisse non legimus; quæ sic addidit, ut omnia ista etiam repeteret. Intelligendum ergo est, quia illa facta figuræ nostræ fuerunt. Et ideo de eis aliter 1. Cor. 10. 11. quid dicitur, ut quibus temporibus congruat, agnoscatur. Si enim gratiam Dei, quæ data est nobis, firmo corde retineamus, nos sumus Israel semen A- Gal. 3. 29. brahæ; qui non carnaliter circumcisæ genti tantummodo factus est pater, sed Rom. 4. 10. & 6. & omnium qui sequuntur vestigia fidei Gen. 15. 6. Abraham, qui cum esset in præputio, credidit Domino, & justificatus est ex fide, & constitutus est omnium gentium pa-

a Edit. Colon. *per Dei gloriam*, Lugd. Lov. & Duac. *per Dei gratiam*. Sic etiam Augustinus hic.

Gen. 12. 3. Apoc. 11. 2. pater, dictumque ei est, *Benedicentur in te omnes gentes*. Quia ergo populus Christianus verus est Israel, & Ægyptus sæpe in figura totius sæculi ponitur, a quo spiritaliter recedendum est: quemadmodum ille populus non potuit ad terram promissionis venire, nisi divino liberaretur auxilio; ita ab hujus sæculi vinculis nullus eruitur, nisi per gratiam Dei, in manu forti & brachio Exod. 6. 1. 6. excelso, ut cælestis Jerusalem civis esse mereatur. Quicumque ergo sunt Israelitæ, *domus Jacob* & Abrahæ, secundum Gal. 3. 29. promissionem hæredes, cognoscunt etiam se exisse *de Ægypto*, cum huic sæculo renuntiaverunt: exisse *de populo barbaro*, cum confessione pietatis a blasphemiis impiarum gentium recesserunt. Interrogent corda sua, si ea circumcidit fides, si purificavit confessio Dei Abraham, & Dei Isaac, & Dei Jacob: *Facta est* in eis *Judæa sanctificatio ejus, & Israel potestas ejus. Dedit* enim *eis potestatem, filios Dei fieri*. Jam hic recordetur unusquisque, qui sub dura dominatione diabolicis in hoc sæculo operibus subditus laborabat, quomodo ab jugo liber effectus sit, quomodo inter dissuadentium retinacula, & obsistentium impedimenta ad viam libertatis, & ad spem æternæ hæreditatis evaserit. *Mare* ergo *vidit, & fugit*, cum obstacula sæculi, verbo Dei tremefacta cesserunt. *Jordanis conversus est retrorsum*: quoniam qui aversus a principio suo, Creatorem suum deserit, tamquam fluvius in mare labitur, cui bonum est ut retrorsum convertatur, & rediens ad auctorem, retro sibi faciat mare, ad quod ante tendebat: & sic Jordanis convertatur retrorsum, cum illi convertuntur ad Dominum, qui gratiam baptismi perceperunt.

℣. 4. *Montes gestierunt velut arietes, & colles velut agni ovium.*

Fideles dispensatores verbi veritatis, sancti Apostoli, sancti Evangelistæ montes & duces sunt gregum, & colles velut agni ovium sunt quibus dicitur, *In* 1. Cor. 4. 15. *Christo Jesu per Evangelium ego vos genui*: de quibus dicitur, *Afferte Domino* Psal. 28. 1. *filios arietum*: qui montium pabulis opimantur, & sub arietum principatu exultantes reguntur.

℣. 5. *Quid est mare quod fugisti? & tu Jordanis quia conversus es retrorsum?*

℣. 6. *Montes quia gestitis velut arietes, & colles velut agni ovium?*

Quid est, inquit, o sæculum, quod tua impedimenta cesserunt? Quid est, quod tot millia fidelium, toto orbe huic mundo renuntiantium convertimini. Quid est quod gaudetis, quibus in fine dicetur, *Euge bone serve, quoniam in pau-* Matt. 25. *cis fidelis fuisti, supra multa te constituam?* 21. Quid est quod gaudetis, quibus Ibid. 34. in fine dicetur, *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi?*

A facie Domini commota est terra, a facie Dei Jacob. ℣. 7.

Quid est *a facie Domini*, nisi ab ejus præsentia, qui dixit, *Ecce ego vobiscum sum usque ad consummationem sæculi?* Ipse ergo commovet terram, ipse pigra Matt. 28. 20. & inertia corda convertit.

Qui convertit petram in stagna aquarum, & rupem in fontes aquarum. ℣. 8.

Ista est spiritalis petra, id est Chris- 1. Cor. 10. 4. tus, qui doctrinam suam, quæ prius dura & rigida videbatur, in multa fluenta convertit; & misso de cælis Spiritu-sancto, sermonem suum fecit esse potabilem, quem discipulis insinuarat, *incipiens a Moyse per omnes Prophetas, quia* Luc. 24. 26 & 27. *sic oportebat Christum pati.*

NON nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam. ℣. 1.

Gratia prædicatur, quæ aquam regenerationis de petra, quæ est Christus, emisit; nullis hominum præcedentibus Rom. 5. 6. meritis: quoniam Christus pro impiis 1. Cor. 1. 31 mortuus est, ne ullus nisi in Domino glorietur.

Super misericordia & veritate tua: ℣. 2.

Duo hæc, misericordia & veritas, in scripturis sanctis pene semper juncta inveniuntur. In sua quippe misericordia Deus vocavit impios, & in veritate judicavit eos qui venire noluerunt.

Ne quando dicant gentes, Ubi est Deus Item ℣. 2. *eorum?*

In novissimo enim manifestabitur misericordia & veritas. Nec dicent impii, *Ubi est Deus eorum?* cum apparente si- Matt. 24. gno filii hominis in cælo, & instante 30. judicio, non adhuc prædicabitur credendus, sed ostendetur tremendus.

Deus autem noster in cælo sursum, & super terram, omnia quæcumque voluit fecit. ℣. 3.

Non in cælo, ubi solem & lunam vident, qui creaturam colunt; sed in cælo sursum, quod transgreditur omnia corpora cælestia & terrestria. Quamquam nec in ipso ita sit, ut sine ipso esse non possit. Quoniam in quibus est, ipse ea tamquam indigentia continet, qui

qui in cælis & in terra omnia quæcumque voluit fecit : hoc est, & in superioribus & in inferioribus populi sui voluntariam gratiam suam constituit, ne quis de operum meritis glorietur. Quia sive montes gestiant, velut arietes ; sive colles, velut agni ovium ; *a facie Domini commota est terra*, ne in terrenis sordibus permaneret.

℣. 4. *Simulacra gentium argentum & aurum.*

Habent quidem & ærea, & lignea, & fictilia simulacra, & alterius alteriusque materiæ : sed pretiosum eorum maluit commemorare Spiritus-sanctus. Quia cum in eo quisque erubuerit quod illi carius est, multo facilius avertitur a veneratione viliorum : ut intelligat etiam in auro & argento nihil aliud esse quam terram.

℣. 5. *Os enim habent, & non loquentur ; oculos habent, & non videbunt ;*

℣. 6. *Aures habent, & non audient ; nares habent, & non odorabunt ;*

℣. 7. *Manus habent, & non contrectabunt ; pedes habent, & non ambulabunt : non clamabunt in faucibus suis.*

℣. 8. *Similes sint illis omnes qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*

Videant ergo impii apertis & sentientibus oculis, & adorent clausis & mortuis mentibus, nec videntia, nec viventia simulacra.

℣. 9. *Domus Israel sperat in Domino : adjutor eorum & protector eorum est.*

Rom. 8. 24. *Spes enim quæ videtur, non est spes. Quod enim videt quis, quid sperat ? Si autem quod non videmus, speramus, per patientiam expectamus.* Sed ut perduret usque in finem ipsa patientia, adjutor & protector est Dominus.

℣. 10. *Domus Aaron speravit in Domino : adjutor eorum & protector eorum est.*

Ergo etiam sublimiores quique, atque in summo excellentes gradu, [a] etiam ipsi perseveranter currant, donec apprehendant in quo apprehensi sunt, & cognoscant sicut & cogniti sunt ; adjutorio & protectione Domini muniuntur.

℣. 11. *Qui timent Dominum, speraverunt in Domino : adjutor eorum & protector eorum est.*

℣. 12. *Dominus memor fuit nostri, & benedixit nos.*

Omnes, inquit, timentes Dominum, & sperantes in Domino, auxilio ipsius perficiuntur. Non enim nostris meritis prævenimus misericordiam Domini, sed *Dominus memor fuit nostri, & benedixit nos.*

Benedixit domum Israel, benedixit domum Aaron. Item ℣. 12

Benedixit omnes timentes Dominum. ℣. 13.

Hoc est, & superiores & inferiores : quia utrique timent Dominum. Si ergo quæris, quos utrosque benedixerit : respondetur, *pusillos cum majoribus* : hoc est, domum Israel & domum Aaron.

Adjiciat Dominus super vos, super vos & super filios vestros. ℣. 14.

Et ita factum est. Accesserunt enim etiam de lapidibus suscitati filii Abraham ; accesserunt oves quæ non erant de hoc ovili, ut fieret unus grex, & unus pastor : accessit fides omnium gentium, & crevit numerus, non solum sapientium antistitum, sed etiam obedientium populorum ; adjiciente Domino, non solum super patres, sed etiam super filios eorum, qui patrum pie vestigia sequerentur. Matt. 3. 9. Joan. 10. 16

Benedicti vos a Domino, qui fecit cælum & terram. ℣. 15.

Tamquam diceret, Benedicti vos a Domino, qui vos fecit.

Cælum cæli Domino, terram autem dedit filiis hominum. ℣. 16.

Non ergo istud visibile cælum plenum luminaribus fecit vos : sed multo excellentius, in quo sibi præparavit habitaculum, quod sunt sublimiores purioresque mentes : in quarum comparatione, quidquid cernitur terra est. Quamvis possunt & parvuli in Ecclesia terræ nomine nuncupari, qui proficiendo futuri sunt cælum, & in ipsa spe lacte nutriuntur a magnis. Sed tamen quia illi jam non ab homine, neque per hominem, sed per ipsum Dominum carpunt sinceritatem ubertatemque sapientiæ ; acceperunt parvulos futuros quidem cælum, ut cælum cæli [b] esse sciant ; adhuc tamen terram, cui dicant, *Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit*. Ipsis enim filiis hominum quos fecit cælum, terram dedit in qua operentur, qui novit terræ providere per cælum. Maneant igitur cælum & terra in Domino suo qui fecit ea, & vivant ex eo, confitentes ei & laudantes eum. Nam si ex se velint vivere, morientur : sicut scriptum est, *A mortuo, quasi qui non sit, perit confessio*. b 1. Cor. 3. 6. Eccli. 17. 26.

Non mortui laudabunt te, neque omnes qui descendunt in infernum.

Cla-

a Videtur supplendum *ut* ex Augustini opere, quod deficit in editis nostris.

b Aug. *se esse sciant*. Abest, *se*, ab Editis nostris.

Clamat enim alio loco ſcriptura ſanc-
Prov.18.3. ta, *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit.*

℣. 18. *Sed nos qui vivimus, benedicimus Dominum, ex hoc nunc & uſque in ſæculum.*

PSALMUS CXIV.

Halleluja.

℣. 1. *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ.*

Pſal. 118. ℣. ult. CAntet hoc anima quæ peregrinatur a Domino, cantet hoc ovis illa quæ erraverat, cantet hoc filius ille, qui mortuus fuerat & reſurrexit, perierat & Luc.15.24 inventus eſt. Quid eſt enim *Dilexi, quoniam exaudiet Dominus*, niſi, Dilexi, quoniam in hac ſpe ſum poſitus, ut exaudiendum eſſe me credam? Non enim fruſtra hoc ſpero.

℣. 2. *Quoniam inclinavit aurem ſuam mihi.* Ideo ergo exaudiet, quia inclinavit aurem ſuam mihi. Jam ſi quæramus, unde crediderit anima, quod ad eam aurem Dominus inclinarit, nonne reſpon-
Rom.8.32. debit, Quia *prior dilexit nos*, & *Filio proprio non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum?* Quod mihi cum annuntiaretur, quomodo non crederem inclinaſſe Dominum aurem ſuam mihi, tanta miſericordia prævenientem, tanta vocatione pulſantem.

Item ℣. 2. *Et in diebus meis invocavi.* In diebus ſcilicet miſeriæ meæ, in diebus mortalitatis & prævaricationis, qua deſerui Deum, & merui carcerem, id eſt, tenebras ignorantiæ, compedes difficultatis accepi. In his igitur diebus,

℣. 3. *Circumdederunt me dolores mortis, pericula inferni invenerunt me.*

a Quæ niſi aberrantem abs te [a] non invenient me: Ego autem illa non inveniebam, id eſt, non advertebam. Amabam enim deceptiones meas, & gaudens falſis proſperitatibus ſæculi, veris periculis demergebar inferni. Sed cum mihi illuxit gratia tua, & cauſſas tribulationis meæ ac doloris inveni, & *nomen*

℣. 4. *Domini invocavi.*

℣. 5. *O Domine, erue animam meam.* Tamquam diceret, Et inter adverſitates, & inter proſperitates hujus ſæculi miſerum me eſſe cognovi: quia illa premunt, iſta decipiunt. *Quis* ergo *me*
Rom.7.24. *liberabit de corpore mortis hujus*, niſi *gratia Dei per Jeſum-Chriſtum Dominum noſtrum.*

Miſericors Dominus & juſtus, & Deus noſter miſerebitur. Item ℣ 5.

Miſericors primo, quia inclinavit aurem ſuam mihi; *Juſtus*, [b] qui facit me b agnoſcere unde contererer; & rurſum *miſericors*, quia ad hoc ut invocetur & miſereatur.

Cuſtodiens parvulos Dominus, humiliatus ſum, & liberavit me. ℣. 6.

Cuſtodit parvulos, quos vult eſſe perfectos: & in ſervitutem per ſuperbiam lapſos, per humilitatem facit liberos.

Convertere anima mea in requiem tuam, quia Dominus benefecit tibi. ℣. 7.

Convertere, inquit, *anima mea*, quia converſionis facultatem ab illo habes qui benefecit tibi.

Quia exemit animam meam de morte: ℣. 8. Exempta eſt a morte anima, etiam mortali adhuc carne circumdata, quæ ex infideli fidelis effecta eſt: & præter illam perfectam æternam a cunctis laboribus requiem, quam adipiſcitur *pretioſa in con-* Sent.eſt 14 *ſpectu Domini mors ſanctorum ejus*; habet etiam in hac vita requiem ſuam anima, quæ de morte infidelitatis exempta eſt, & quæ non ab operibus juſtitiæ, ſed ab iniquitatis abſtinet actione. Talis autem anima, quæ jam vivit Domino, & mortua eſt mundo, quæ ſpiritali induſtriæ vigilanter intenta, in humilitatis & manſuetudinis non pigra, ſed quieta tranquillitate requieſcit, pro adeptis jam habet, quidquid non dubia ſpe patienter expectat. Et ideo addit, & dicit:

Oculos meos a lacrymis, pedes meos a lapſu. Item ℣. 8.

Hæc bona non temporalis vitæ ſunt, ſed æternæ, nec obtinere poſſunt mortali carne circumdati, ut non fleant, non gemant, & nulla tentatione pulſentur. Spes ergo ſanctorum, qui ſecun- Rom. 8.14. dum id quod Spiritu Dei aguntur, jam & 9. in carne non ſunt, merito de his gaudet & gratias agit, quæ ſibi a veritate promiſſa ſunt. Denique ut hæc ſe non jam habere, ſed ſperare monſtraret:

Placebo (inquit) *Domino, in regione vivorum.* ℣. 9.

Non ergo ad plenum Domino placet, qui adhuc eſt in regione mortalium: nec poteſt talis eſſe in vita occidua, qualis futurus eſt in æterna.

PSAL-

a Apud Auguſtinum, *non invenirent me.*
b Et hic forte melius haberetur, *quia*, ut ante & poſt, & Auguſt. habet.

PSALMUS CXV.

Halleluja.

℣. 10. *CRedidi, propter quod locutus sum.*

TAm reprobi sunt, qui verum quod credunt non loquuntur, quam qui verum quod loquuntur, non credunt. Perfecta ergo hujus fides est, qui dicit non tantum credidisse, sed & propter hoc locutum esse, quia credidit.

Item ℣. 10 *Ego autem humiliatus sum nimis.*

Cur addidit, *Ego autem*, cum possit dicere, Locutus sum, & humiliatus sum? nisi, quia homo veritatem prædicans, humiliari potest ab his qui veritati contradicunt, non ipsa veritas, quam qui credit, eloquitur. *Ego credidi propter quod locutus sum.*

℣. 11. *Ego autem dixi in extasi mea, Omnis homo mendax.*

Extasis, hic pavor intelligitur, quoniam Martyrum vox est, instante cruciatu vel morte trepidantium, & agnoscentium non esse virium suarum, ut quæ inferuntur evincant: atque ideo mendacem inveniri humanam infirmitatem, quæ non possit non fallere, præsumens de viribus suis: cum fortitudo patientiæ ex Deo sit; qui & constantiam dat non timenti, & fiduciam reparat formidanti: quoniam verax est dicens, *Cum autem tradent vos, nolite cogitare, quomodo aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini; non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis.* Dicitur autem extasis, etiam cum mens non pavore alienatur, sed aliqua inspiratione revelationis adsumitur.

Matt. 10. 19. & 20.

℣. 12. *Quid retribuam Domino, pro omnibus quæ retribuit mihi?*

Hoc dicens, profitetur sibi aliud retributum a Domino, quam merebatur; id est, pro malis recepisse se bona: & quærit quid ipse reddat pro bonis; nec aliud invenit, nisi quod Dominus ipse donaverit, & dicit:

℣. 13. *Calicem salutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

Quis istum dat calicem, nisi qui ait, *Potestis calicem bibere, quem ego bibiturus sum?* & dans exemplum patiendi, contulit donum, redimens ipsam infirmitatem suorum sanguine suo; & dans pretium imitationis ipsorum, ut fieret.

Matt. 20. 22.

℣. 15. *Pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum ejus.*

Emit enim eam sanguine suo, quem fudit Dominus pro servis: ut & servi pro Domino suo fundere non timerent. Cum tamen & Domini mors, & servorum, servis esset profutura, non Domino.

℣. 16. *O Domine, ego servus tuus: ego servus tuus, & filius ancillæ tuæ.*

Tamquam diceret: Multi se Martyres dicunt, multi servos tuos se profitentur, quia nomen tuum habent in vitiis, hæresibus, & erroribus. Sed quia præter Ecclesiam tuam sunt, non sunt filii ancillæ tuæ: *Ego* autem, & *servus tuus, & filius ancillæ tuæ.*

Item ℣. 16 *Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis.*

Tu me, inquit, servum tuum, tu fecisti filium ancillæ tuæ, qui captivitatis meæ vincula dirupisti: & ideo laudis tibi hostiam debeo, quia tua gratia sum quod sum, & in tua est mihi gloria gloriandum.

1. Cor. 15. 10.

a *Vota mea Domino reddam.*

℣. 18. Sent. est 15 Quisquis bene cogitat quid voveat Domino, & quæ vota reddat, seipsum voveat, seipsum reddat. Hoc exigitur, hoc debetur. Imago Cæsaris, reddatur Cæsari, imago Dei, reddatur Deo. Sed sicut videndum est quid offeras, ita etiam considerandum est ubi offeras.

Matt. 22. 21.

℣. 19. *In atriis, inquit, domus Domini.*

Quæ autem domus Domini, nisi populus ejus? Ideo sequitur.

Item ℣. 19. *In conspectu omnis populi ejus.*

Quid est autem populus ejus, nisi quod addit,

Item ℣. 19 *In medio tui Jerusalem?*

Jerusalem vero interpretatur, Visio pacis. Tunc ergo quod b offeretur, gratum est, si de pace atque in pace reddatur. Qui autem non sunt filii hujus ancillæ, bellum quam pacem potius amaverunt.

b

PSALMUS CXVI.

Halleluja.

℣. 1. *LAudate Dominum omnes gentes, laudate eum omnes populi.*

IN fine superioris Psalmi, ne in Jerusalem Judæi gloriarentur, & hanc

Ii di-

a Præterit S. Prosper versiculum 14. *Vota mea Domino reddam coram omni populo ejus.* Præterierat etiam sanctissimus ejus Magister Augustinus. Forte quia de hoc eodem differit uterque in fine Psalmi.

b Recentior editio correxerat *offertur*. Sat apposite. Cum veteres omnes scribant *offeretur*.

dignitatem sibi Israel etiam carnalis assumeret; qui sint Israelitæ, & in quibus sit Jerusalem, Psalmi hujus principio demonstratur. Omnes scilicet gentes, & omnes populi, qui per imitationem fidei facti sunt filii Abraham, & spiritale semen Israel.

Rom. 4.12 Galat. 3.7

℣. 2. *Quoniam confirmata est super nos misericordia ejus, & veritas Domini manet in æternum.*

Confirmata est misericordia Domini super nos, cum ejus nomini, per quod liberati sumus, inimicarum gentium rabida ora cessérunt, & quem negando blasphemaverunt, credendo laudaverunt. *Veritas* autem *Domini manet in æternum*, sive in his quæ promisit justis, sive in his quæ minatus est impiis.

PSALMUS CXVII.

Hallelujá.

℣. 1. *Confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

SEd hic confessio non pœnitentium est, sed laudantium Dominum: quibus per gratiam præstitum est, ut eruerentur de tenebris, & potestate tenebrarum, & transferrentur in regnum filii Dei: ob hoc solum, quia Deus bonus est, & ea misericordia miseretur, quæ permanet in æternum.

Coloss. 1.13

℣. 2. *Dicat nunc domus Israel, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

℣. 3. *Dicat nunc domus Aaron, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Domus Israel & domus Aaron, ipsi sunt omnes [a] *qui timent Dominum*; pusilli scilicet atque majores. Ex quibus, sive Judæis, sive Gentibus, unus factus est populus, concurrens in unum gregem, ad unum pastorem Jesum Christum: quæ societas in ejus gratia facta est qui bonus est, & cujus misericordia æterna est & æternos facit.

a ℣. 4. Psal. 113. 12. & 13.

Joan. 10.16

℣. 5. *In tribulatione invocavi Dominum, & exaudivit me in latitudine.*

Qui tribulatur, in angustia est: sed qui exauditur, latitudinis infinitate suscipitur.

℣. 6. *Dominus mihi adjutor est, non timebo quid faciat mihi homo.*

Ephes. 6.12

Apostolus dicit, non adversus carnem & sanguinem nobis, quod est homo iniquus; sed adversus principes & rectores tenebrarum, esse certamen. Quarum autem tenebrarum, nisi hominum diabolo subditorum? Non ergo metuit quid ei faciat homo, qui ipsius incentorem Dei vincit auxilio.

℣. 7. *Dominus mihi adjutor est, & ego despiciam inimicos meos.*

Sive ex malis hominibus, sive ex malis angelis, despiciet inimicos is, cui adjutor est Dominus.

℣. 8. *Bonum est confidere in Domino, quam confidere in homine.*

Etiam si bonus homo, aut bonus angelus adjuvet, non in eis, inquit, confidam; sed in Domino, qui me per illos juvat.

℣. 9. *Bonum est sperare in Domino, quam sperare in principibus.*

Principes & homines & angeli possunt intelligi: sed in neutris spes collocanda est: quia potestas non est nisi a Deo.

Rom. 13.1.

℣. 10. *Omnes gentes circumdederunt me, & in nomine Domini ultus sum eos.*

℣. 11. *Circumdantes circumdederunt me, & in nomine Domini ultus sum eos.*

℣. 12. *Circumdederunt me sicut apes, & exarserunt sicut ignis in spinis; & in nomine Domini, quia ultus sum in eos.*

Ipsum Dominum caput Ecclesiæ intelligimus, circumdatum a persecutoribus, sicut circumdant apes favum. Sed mystice significatum est, quod concursus ad persequentes, favus autem ad credentes pertineret. Quoniam impii, nescientes quid facerent, dulciorem crudiando fecerunt: ut gustemus, & videamus quam suavis est Dominus. Quod autem *exarserunt sicut ignis in spinis*, ad totum corpus Christi, id est populum ejus, melius refertur. *Omnes gentes circumdederunt me*: quia ex omnibus collectus est gentibus, & ubique in eum exarserunt persecutionis incendia. Sed ultus est persequentes: quia extincta malitia facti sunt Christiani. Sive quia omnes qui pertinaciter infideles fuerunt, quem spreverunt vocantem, sentient judicantem.

Ps. 33. 8.

℣. 13. *Impulsus, eversus sum, ut caderem, & Dominus suscepit me.*

Tamquam cumulus arenæ versatus sum, ut caderem, & Dominus suscepit me. Multitudinem fidelium in unitatem

[a] Hic ℣. 4. *Dicant nunc qui timent Dominum, Quoniam in sæculum misericordia ejus*, supra omissus; videtur cursim tangi, & explicari.

tem fidei congregatam persecutio gentium non habuit quo impelleret. Et quamvis multum vexando versaret, convellere tamen ac projicere non prævaluit, quia ab omnibus simul in eum creditum est, quia & singulos & universos ubique suscepit.

℣. 14. *Fortitudo mea & laudatio mea Dominus; & factus est mihi in salutem.*

Qui sibi sua fortitudo, & sua voluntas esse laudatio, cadunt. Quorum autem fortitudo & laudatio est Dominus, tam non cadunt, quam non cadit Dominus. Et ideo eis factus salus: non quia ipse aliquid cœperit esse, quod non erat; sed quia salutem in eo, quam aversi non habuerant, cœperunt habere conversi.

℣. 15. *Vox exultationis & salutis in tabernaculis justorum.*

Sævitia persequentium spem sanctorum internis gaudiis privare non poterat: nec valebant impii eorum auferre lætitiam, quorum nequibant expugnare patientiam. Unde & Apostolus dicit, 2.Cor.6.10 *Quasi tristes, semper autem gaudentes.*

℣. 16. *Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltavit me, dextera Domini fecit virtutem.*

Magna virtus exaltare humilem, deificare mortalem, præbere de infirmitate perfectionem, de subjectione gloriam, de passione victoriam. Sed quia non homo se exaltavit, non homo se perfecit, non homo sibi gloriam dedit, non homo vicit, nec ipse sibimet saluti fuit; piissima confessione laudem Dei repetit, *Dextera Domini fecit virtutem.*

℣. 17. *Non moriar, sed vivam, & narrabo opera Domini.*

Vox Ecclesiæ est, non in se, sed in Domino gloriantis. Extinguendum Dei populum persecutores arbitrabantur; sed aucta est Ecclesia, & ubique Christus Martyrum gloria est, in quorum passionibus Domini opera prædicantur.

℣. 18. *Castigans castigavit me Dominus, & morti non tradidit me.*

Non ergo quidquam viribus suis licuisse arbitretur fremitus impiorum: non haberent istam potestatem, nisi de super daretur. Joan.19.11 Sæpe filios suos pater-familias per nequissimos servos emendari jubet; cum illis hæreditatem, his compedes [a] præpararet. Quæ est ista hereditas? Auri est & argenti, an gemmarum, an fundorum, amœnorumve prædiorum? Vide qua intretur, & cognosce quid sit.

℣. 19. *Aperite mihi portas justitiæ, & ingressus in eas confitebor Domino.*

Intra portas justitiæ vox est confessionis & exultationis. Beati enim qui habitant in domo Domini in sæcula sæculorum [b] laudabunt eum. Psal.83.5.

℣. 20. *Hæc porta Domini, justi intrabunt per eam.*

Hæc porta illius est Jerusalem, quam Apoc.22.15 nemo incircumcisus, nemo intrat injustus, ubi dicitur; *Canes foras.*

℣. 21. *Confitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.*

Confessio hæc laudis est; non vulnera medico ostendens, sed de percepta sanitate gratias agens ei, qui ipse est salus.

℣. 22. *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli.*

Eph.2.15 *Ut duos conderent in semetipsum, in unum novum hominem, faciens pacem, & reconciliaret utrosque in uno corpore Deo,* circumcisionem scilicet & præputium.

℣. 23. *A Domino factus est.*

Quamvis enim non esset lapis angularis, nisi passus esset; non tamen hoc ab eis, a quibus passus est, factus est. Nam illi qui ædificabant reprobaverunt: sed in eo quod Dominus occulte ædificabat, fecit in caput anguli, quem reprobaverunt.

Item ℣.23 *Et est mirabilis in oculis nostri.*

In oculis interioribus hominis, in oculis credentium, sperantium, diligentium.

℣. 24. *Hæc dies est quam fecit Dominus: exultemus & jocundemur in ea.*

Dies quo mihi salutem dedit, dies quo ille Mediator Dei & hominum factus est in caput anguli.

℣. 25. *O Domine salvum me fac, o Domine bene prospera.*

Salvum fac, quia dies salutis est: *prospera* iter a peregrinatione redeuntibus, quia tu nobis factus es via.

℣. 26. *Benedictus qui venit in nomine Domini.*

Maledictus ille, qui venit in nomine suo, quem suscipient qui Dei Filium Joan.5.43. non receperunt.

Item ℣.26. *Benediximus vos de domo Domini.*

Vox ista magnorum est ad pusillos: eorum scilicet magnorum, qui Verbum Dei Deum, sicut in hac vita possunt, mente contingunt, & tamen sermonem

a Forte legendum, *præparet*, ut apud Augustinum.
b Duac. & Colon. *laudabunt te*. Lugd. & Lovan. cum editione August. *laudabunt eum*.

suum propter parvulos temperant.

℣. 27. *Deus Dominus, & illuxit nobis.*

1.Tim.2.5 *Illuxit nobis Mediator Dei* ille *& hominum, homo Christus Jesus:* qui & Deus æqualis Patri, quod fecit credi, fecit intelligi.

Item ℣ 27 *Constituite diem festum in frequentationibus, usque ad cornu altaris.*

Id est, usque ad interiorem domum Dei, [a] de qua nos benediximus: ubi sunt altaris excelsa, ubi spiritale sacrificium laudis perpetuæ, ubi est sacerdos æternus, & altare sempiternum, ad quod non tepide neque segniter, sed in frequentatione currendum est: ut de Filio Deo, qui propter nos caro factus est, non jam humiliter secundum carnem, qua conformis nobis esse dignatus est, sed sublimiter secundum divinitatem, quæ Patriæ æqualis est [b] sentiendum.

Joan. 1.14.

a

b

℣. 28. *Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.*

Item ℣.28 *Confitebor tibi Domine, quoniam exaudisti me, & factus es mihi in salutem.*

Non strepitu ista verborum dicentur, in illa domo ad quam ut intremus hortatur; sed dilectio inhærens Deo, ipsa erit vox laudationis æternæ.

℣. 29. *Confitemini Domino, Quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus.*

Iisdem verbis [c] Psalmum quibus inchoaverat, claudit: quia ab initio usque in finem debet in nobis laudationum Dei perseverare confessio.

c

PSALMUS CXVIII.

ALEPH.

℣ 1. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.*

BEati esse non possunt, nisi immaculati. Immaculati autem non sunt, nisi qui in via ambulant, via vero non est, nisi lex Domini. Quærens ergo beatitudinem, immaculatus in via sit, & in lege Domini, quæ beatorum via est, ambulet, id est, non sit otiosus.

℣. 2. *Beati qui scrutantur testimonia ejus, in toto corde exquirunt eum.*

In via Domini hi sine dubio ambulant, qui *scrutantur testimonia ejus.* Sed quia multi volunt habere scientiam sine operibus, merito addidit, *in toto corde exquirunt eum.* Tum enim recte quæritur Deus, si non per ipsum alia, sed per omnia ipse quæratur. Beatitudo autem quærentium Dominum, in hujus vitæ laboribus non potest esse perfecta. Sed beati jam dicuntur, qui hoc fine dubio sunt futuri, quia in via ambulant immaculati, & scrutantes testimonia legis Domini, in toto corde exquirunt eum. Spe ergo beati sunt, quia talibus beatitudo promissa est.

℣. 3. *Non enim qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.*

Hic quæritur, cum iniquitas peccatum sit, & non operentur peccatum qui ambulant in viis Domini; quomodo illi sancti in viis Domini ambulaverunt, qui dicunt, *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est?* Ergo & peccatum habuerunt, & in viis Domini ambulaverunt, secundum Paulum dicentem, *Si quod nolo, ego hoc facio; non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.* Itaque nec operantur peccatum qui ambulant in viis Domini, & tamen non sunt absque peccato: quia jam non ipsi operantur illud, sed quod habitat in eis peccatum. Non autem ipsi operantur illud, quando illicitis desideriis consensum non accommodant voluntatis. Verumtamen cum omnes sancti, in carne degentes, veraciter dicant, *Dimitte nobis debita nostra;* quomodo intelligitur immaculatos eos in via Domini ambulare, quos oportet quotidiana oratione remissionem poscere peccatorum? nisi quia verum est, ambulantes in via Domini nullis consentire criminibus; & tamen quibusdam cogitationum carnalium obreptionibus titillari, & ob hoc eis necessariam quotidianam remissionem, ut fiant immaculati: quoniam & hoc ipsum ad viam pertinet Domini, de qua non recedit, qui se immaculari semper exposcit.

1.Joan.1.8

Rom.7.15.

Matt.6.12

℣. 4. *Tu mandasti mandata tua custodiri nimis.*

Nimis, sive ad mandantem, sive ad custodientem referas; non pro eo quod est plus quam oportet, accipiendum est, sed pro, valde. Valde enim mandatur, & valde custodienda sunt præcepta divina.

℣. 5. *Utinam dirigantur viæ meæ ad custodiendas justificationes tuas.*

Dedisti, inquit, mandatum, & custodiri

a In Augustino, *de qua vos benediximus.*

b Editi in ora libri ex conjectura notant aliter legi posse, *sentiamus.*

c Lugd. & Lov. *Psalmus.* Duac. & Colon. *Psalmum.*

diri illud præcepisti : sed utinam præbeas & auxilium, ut possim facere, te juvante, quod faciendum didici, te docente.

℣. 6. *Tunc non confundar, cum perspicio in omnia mandata tua.*

Cum, inquit, directæ fuerint viæ meæ per gratiam tuam, tunc inspectione mandatorum tuorum non confundar, a qui ero non inutilis auditor, sed efficax factor.

℣. 7. *Confitebor tibi, Domine, in directione cordis ; in eo quod didicerim judicia justitiæ tuæ.*

Si directum fuerit iter meum & cor meum, & prædicabo Domine te, laudabo, & tui esse hoc operis confitebor.

℣. 8. *Justificationes tuas custodiam.*

Hoc est, faciam quod jubes, si me adjuveris.

Item ℣. 8. *Non me derelinquas usquequaque.*

Non ita accipiendum, quasi in aliquo se relinqui velit ; sed hoc petit, ne penitus deseratur, & ita potius, ut ab eo numquam & nusquam divinum abscedat auxilium.

BETH.

℣. 9. *In quo corrigit adolescentior viam suam? In custodiendo sermones tuos.*

Interrogatio est, in quo junior viam suam corrigat : & respondetur quod correctio ejus hæc sit, ut Dei verba custodiat. Sed quæritur quis iste sit junior, cujus illa correctio est ? cum & senes multi convertantur ad Dominum, per quamlibet seram observantiam mandatorum. Bene ergo iste junior intelligitur populus novus, per Christi gratiam renovatus, qui ab erroris veteris via, verbum fidei custodiendo, corrigitur.

℣. 10. *In toto corde meo* b *exquisivi te : ne repellas me a mandatis tuis.*

Fecisti, inquit, ut toto corde meo exquirerem te : fac ut in mandatis tuis maneam : quæ ut mihi possibilia sint, adjuva me, & noli me ab eis repellere : id est, noli mihi auxilium tuum subtrahere.

℣. 11. *In corde meo abscondi eloquia tua, ut non peccem tibi.*

Benedictus es Domine ; doce me justificationes tuas. ℣. 12.

Quid adhuc eloquia Domini quærit discere, quæ jam abscondit in corde ? Quod utique non feciisset, nisi ea didicisset. Ut quid addit, & dicit, *doce me justificationes tuas* ; nisi quia eas vult faciendo discere, & operandi notitia comprehendere, non loquendi tantum facilitate, & memoriæ recordatione retinere ?

In labiis meis enuntiavi omnia judicia oris tui. ℣. 13.

Nihil, inquit, judiciorum tuorum tacui, sed omnia prorsus in labiis meis enuntiavi, ea scilicet, quæ mihi ore tuo, id est, eloquiorum tuorum prædicatione dixisti.

In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus divitiis. ℣. 14.

Via testimoniorum Dei Christus, *in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi.* Coloss. 2. 3 In hac ergo via, quasi in omnibus divitiis delectatur, qui videt per illum multa erga nos testimonia divinæ dilectionis impleta, & non dubitat, quæ expectantur implenda.

In mandatis tuis exercebor, & considerabo vias tuas. ℣. 15.

Universæ viæ Domini misericordia & veritas : quarum plenitudo invenitur in Christo, in quo omnis Ecclesia, contra inimicos fidei Christianæ, copiosis disputationibus exercetur. Ps. 24. 10.

In justificationibus tuis meditabor, non obliviscar sermones tuos. ℣. 16.

Ideo utique meditabor, ut non obliviscar sermones tuos ; meditabor ut non obliviscar. Meditatio enim non obliviscendi, est perseverantia operandi, propter quod postulavit adjutorium gratiæ, dicens, *Benedictus es Domine, doce me justificationes tuas* ; ut quod sermone noverat, etiam opere compleret. ℣. 12.

GHIMEL.

Retribue servo tuo, vivifica me ; & custodiam sermones tuos. ℣. 17.

Quatuor sunt retributiones. Aut enim mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem æternum retributurus est impiis:

aut

a Legendum certe, *qui ero non inutilis auditor* : etsi Editi omnes habeant, *quæro non utilis*. Editiones Duac. & Colon. notarant in margine *qui ero*. Quod vero *non inutilis* legi debeat, probare videtur locus Jacobi 1. 23. ad quem hic alludit Auctor noster, *Si quis auditor est verbi & non factor, hic comparabitur viro consideranti vultum nativitatis suæ in speculo : consideravit enim se, & abiit, & statim oblitus est qualis fuerit : qui autem perspexerit in legem perfectam libertatis, & permanserit in ea, non auditor obliviosus factus,* [en *inutilis auditor*, qualem se non fore sperat Psalmographus, si perspiciat in mandata Domini; *hic beatus in facto suo erit*. En quod dicit, *Tunc non confundar*.

b Vox ista *meo* legitur in Edit. Lugd. & August. desideratur in Lov. Duac. & Colon. Addendam suadet expositio versus statim subjecta.

aut bona pro bonis, sicut regnum æternum retributurus est justis: aut bona pro malis, sicut Christus per gratiam justificat impium: aut mala pro bonis, sicut Judas per malitiam persecutus est Christum. Harum quatuor retributionum, duæ priores pertinent ad justitiam; *Sent. est 16* ut retribuantur mala pro malis, bona pro bonis: tertia pertinet ad misericordiam, ut retribuantur bona pro malis: quartam Deus nescit; nulli enim malum pro bono retribuit. Hæc autem quæ tertio loco posita est, primitus necessaria est. Nisi enim Deus [a] retribueret bona pro malis, nullo modo essent quibus retribuerentur bona pro bonis. Qui ergo dicit, *Habac. 2. 4* *Retribue servo tuo*; & addidit, *Rom. 1. 17.* *Vivifica me, & custodiam sermones tuos*: scit justum ex fide vivere, quæ operatur [b] per dilectionem. Et quia mortuus erat per suam [c] injustitiam, petit sibi vitam per Dei gratiam: quam profecto non peteret, si omnino non crederet, id est, omnino non viveret. Sed quia id quod acceperat ad desiderandum, non sufficiebat ad obediendum; poscit se vivificari, hoc est, eam in se fidem, quam accepit, augeri: ut vivificetur per omnem diem, qui renovatur de die in diem. *2. Cor. 4. 16*

℣. 18. *Revela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua.*

Da, inquit, mihi intellectum, quo possim mirabilia tuæ legis inspicere, & virtutem præceptorum tuorum videre.

℣. 19. *Incola ego sum in terra; ne abscondas a me mandata tua.*

Ibi quisque est peregrinus, ubi absens est a patria sua. Iste ergo qui supernæ Jerusalem civis adscriptus est, *Vide sent. 17.* peregrinum se profitetur in terra; quia certus est de hereditate promissa. Sed quia *tentatio est vita humana super terram*, *Job. 7. 1.* petit ne in tempore tribulationis & difficultatis abscondantur ab eo mandata Dei, quæ utique in medio constituta sunt, & possunt etiam ab impiis sciri. Nam quem latet brevissimum plenissimumque mandatum, *Diligès Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua,* *Matt. 22. 37.* & *Diliges proximum tuum sicut teipsum?* In quibus duobus mandatis, tota Lex pendet, & Prophetæ. Quomodo ergo hic terræ incola orat, ut ab eo non abscondantur, quæ pene neminem latent; nisi quia Dominum nosse paucorum est; & consequens est ut ei mandatum dilectionis sit absconditum, [d] quia aliud pro alio diligit; & qui errat in Domini amore, errat etiam in proximi charitate? Recte itaque qui incola est in terra, & qui terrena non diligit, postulat sibi mandatorum Dei scientiam revelari: ne vel in Dei, vel in proximi dilectione fallatur.

℣. 20. *Concupivit anima mea desiderare justificationes tuas in omni tempore.*

Concupivi, inquit, justificationum tuarum desiderium habere usque in finem. Tu enim me justificas, tua me facit gratia justum & bonum: [e] mihi est semper hoc desiderare, & in hoc tuo præsidio delectari. Alioquin justus non ero, si aut defuerit mihi gratia tua, aut inflaverit me superbia.

℣. 21. *Increpasti superbos, maledicti qui declinant a mandatis tuis.*

Illa increpatio hic intelligenda est, quam primi hominum genitores sua transgressione meruerunt, declinantes a mandato Dei per superbiam, [f] quam concupiverant, non quod Deus diligendum præcepit, *Gen. 3. 5.* sed quod diabolus invidendo persuasit. Omnis itaque superbus huic increpationi subjectus est, sive hæreditario, sive voluntatis arbitrio.

℣. 22. *Aufer a me opprobrium & contemptum, quia testimonia tua exquisivi.*

Vox ista Ecclesiæ est, jam diligentis *Matt. 5. 44* inimicos suos, & orantis pro persecutoribus suis. Dicat itaque omnis Christianus, dicant omnia membra corporis Christi, *Aufer a me opprobrium*, quod ideo audio: *& contemptum*, [g] quod ideo contemnor, *quia testimonia tua*, id est, martyria tua, *exquisivi*. Ut inimici nostri inde venerentur, unde contemnunt; cum quos persequendos putaverunt, intellexerint honorandos.

℣. 23. *Etenim sederunt principes, & adversum me loquebantur.*

Inde

a Editio recentior cum Augustino *retribueret*: veteres omnes Prosperianæ, *retribuerit*. Idem tamen sententia 16. habet, *retribueret*.

b Sic legitur in Augustino, & legendum suadet locus Apostoli, ad quem alludit S. Prosper: etsi Editi nostri omnes sine dubio ex errore scribarum manifesto & facile irrepente scriptum habeant *pro dilectione*.

c Emendamus ex opere Augustini, quod præ oculis habebat S. Prosper cum hæc scriberet. Editi enim nostri habent *per suam justitiam*. Nec putamus illud in sensum Apostoli recidere, quo dicit de Judæis. *Rom. 10. 3. Ignorantes enim justitiam Dei, & suam quærentes statuere, justitiæ Dei non sunt subjecti.*

d Forte *qui aliud*: cum paulo post dicatur, *& qui errat*.

e Fortasse, *meum est*. Editi omnes, *mihi est*.

f Vix dubitamus legi debere, *qua*, non *quam*, ut Editi omnes habent.

g Apud Augustinum, *quo ideo contemnor*.

Inde persecutio gravis erat, quia eam sedentes, id est, judiciariis sedibus eminentes principes decernebant : quod & in ipsum caput, & in corpus ejus actum esse non dubium est.

Item ℣. 23 *Servus autem tuus exercebatur in tuis justificationibus.*

Qualis exercitatio hæc fuerit, sequentia docent.

℣. 24. *Nam & testimonia tua meditatio mea est, & consilium meum justificationes tuæ sunt.*

Sic ergo exercebatur servus Christi, ut contra persequentes dilectione certaret : Consilium sedentium principum fuit, inventos Martyres perdere ; consilium patientium Martyrum fuit, inimicos perditos invenire : Reddebant illi mala pro bonis, isti bona pro malis : Quid ergo mirum, si isti occidendo defecerunt, illi moriendo vicerunt?

DALETH.

℣. 25. *Adhæsit pavimento anima mea ; vivifica me secundum verbum tuum.*

Qui se vivificari petit, quoniam adhæsit pavimento anima ejus, videtur hoc poscere, ut a terrenis cupiditatibus eruatur. Sed non talia verba præmissa sunt, ut de eo qui dicebat, *Nam & testimonia tua meditatio mea, & consilium meum justificationes tuæ*, credendum sit quod terrenæ magis conversationi inhæserit, quam cælesti : Non ergo a concupiscentiis mundi avelli, nec a carnis societate separari, sed ab affectibus car-
Gal.5.17. nalibus optat abjungi : ut illa concupiscentia quæ concupiscit adversus spiritum, magis comminuatur ; & concupiscentia quæ concupiscit adversus carnem, perseverantibus profectibus augeatur. Nemo est enim, cujus animam corru-
Sent.est 18 Sap.9.15. ptibile corpus & inhabitatio terrena non
1.Cor.13. 53. aggravet, donec corruptibile hoc induatur in incorruptionem, & verbum Dei, quo vita æterna promittitur, impleatur.

℣. 26. *Vias meas enuntiavi, & exaudisti me : doce me justificationes tuas.*

Peccata, inquit, mea confessus sum, & exaudisti me : enuntiavi vias meas, & delesti eas : doce me tuas. Non ergo eas justificationes vult discere, in quibus exercebatur : sed ab illis ad illas desiderat pervenire.

℣. 27. *Viam justificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis.*

Hæc petens, magis profectibus concupiscit augeri. Sunt autem quædam justificationes tam sublimes atque mirabiles, ut hi qui experti non sunt, putent ad eas humanam infirmitatem pervenire non posse.

℣. 28. *Dormitavit anima mea præ tædio, confirma me in verbis tuis.*

Fatigor namque ex infirmitate, & relabor ex tædio. *Confirma me* in promissionibus tuis : atque per ea quæ dedisti, enitar ascendere, ut dormitans in infirmitatibus meis exciter, atque inciter *in verbis tuis.*

℣. 29. *Viam iniquitatis amove a me, & de lege tua miserere mei.*

Ne lex factorum, per quam abunda-
Rom.5.20. Rom.3.27. vit peccatum, ad iniquitates me adducat infirmum ; *lege*, inquit, *tua*, hoc est, lege fidei, *miserere mei* : ut per gratiam tuam faciam, quod per me ipsum [a] implere non valeo.

a

℣. 30. *Viam veritatis elegi, judicia tua non sum oblitus.*

℣. 31. *Adhæsi testimoniis tuis Domine, noli me confundere.*

Viam veritatis elegi, ubi currerem : *judicia tua non sum oblitus*, ut currerem. *Adhæsi testimoniis tuis*, cum currerem, *Domine* : *noli me confundere*. Quomodo quo curro pertendam, quo tendo, perveniam? *Non enim volentis,*
Rom.9.16 *neque currentis, sed miserentis est Dei.*

℣. 32. *Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum.*

Cordis dilatatio, [b] veritatis est dilectio : quod Dei munere fit, ut ei non timore pœnæ, sed amore justitiæ serviatur, cum charitas Dei diffunditur *in*
Rom.5.5. *cordibus nostris per Spiritum-sanctum qui datus est nobis*. Ideo ergo iste viam mandatorum Dei cucurrit, quia cor ejus Dominus dilatavit.

b

HE.

℣. 32. *Legem pone mihi Domine viam justificationum tuarum, & exquiram eam semper.*

Qui viam mandatorum Dei se dilatato corde cucurrisse jam dixerat ; quomodo nunc legem sibi postulat poni? nisi quia proficiens loquitur, & donum Dei novit esse quod proficit : & ut magis magisque proficiat, quod habet, a quo accepit poscit augeri. Ergo & cucurrit hanc viam, & currere cupit : exqui-

a Lugdunensis editio addit vocem *implere*, quam omittunt Lovan. Duac. & Colon. Legitur autem etiam apud Augustinum hoc loco.

b In Augustini libro, *justitiæ est delectatio.*

quisivit & exquirere amat, donec perfectum sit gaudium sine periculo amittendi, quod ut apprehendat, semper exquirit.

℣. 34. *Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo.*

Ergo altitudinem & profunditatem legis nemo penetrat, nisi qui intellectum acceperit. Cum autem plenitudo legis sit dilectio, & ille legem intelligat, qui opera mandatorum ejus exequitur; profecto hic illam sibi charitatem multiplicari petit, qua Deus proximusque diligitur; ut hujus duplicis mandati, de quo pendet tota Lex & Prophetæ, perfectam habeat scientiam, eamque toto corde custodiat.

Rom. 13. 10.

Matt. 22. 40.

℣. 35. *Deduc me in semita mandatorum tuorum; quoniam ipsa volui.*

Quam prius dixit *viam justificationum*, eamdem dicit *semitam mandatorum*. Quia angusta via est, quæ ducit ad vitam: & cum sit angusta, nisi dilatato corde non curritur. Sed quoniam adhuc iste proficit, & adhuc currit, ideo divinum quo deducatur quærit auxilium.

Sent. est 19 Matt. 7. 14

℣. 36. *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam.*

Qui cor suum inclinari in aliquid petit, plenius & perfectius id, quam vult, velle desiderat. Volebat enim cum diceret, *Deduc me in semita mandatorum tuorum, quoniam ipsa volui;* & orat ut velit, cum dicit, *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam*. Orat ergo ut in ipsa voluntate proficiat, & cor non in avaritiam, sed in testimonia Dei habeat inclinatum: quæ testimonia hoc insinuant, hoc docent, ut Deus gratis colatur. Quia si cor non in avaritiam sit declinatum, Deum non colimus nisi propter Deum, ut Dei cultus ipse sit merces. Nam qui Deum ideo colit, ut aliquid aliud promereatur quam ipsum: non quem colit diligit; quia non ipsum, sed aliud concupiscit.

Sent. est 20

℣. 37. *Averte oculos meos, ne videant vanitatem; in via tua vivifica me.*

Averte, inquit, *oculos meos*, non corporeos; quorum intuitus etiam nolens multas vanitates videt; sed cordis oculos, ne intenti sint vanitati, ne humanam gloriam quærant, nec cum boni aliquid appetunt, non dilectione ipsius summi boni, sed amore præsentis utilitatis & laudis hoc faciant: ne postremo justitiam suam ad se magis, quam ad Dominum referant, & in se magis, quam in Domino glorientur. Hanc ergo vanitatem perhorrescens, merito adjecit, *in via tua vivifica me*, id est, in Christo, qui est contrarius vanitati, & non solum via est, sed & vita & veritas.

Joan. 14. 6.

℣. 38. *Statue servo tuo eloquium tuum in timore tuo.*

Stabile fit eloquium Dei in corde nostro, cum fit quod eodem jubetur eloquio; & avellitur, cum contrarium opus agitur. Petit ergo servus Dei, ut in eo confirmetur obedientia perseverans, quæ de statu suo nullo malæ actionis moveatur impulsu; quod non habetur nisi per Spiritum, & castum timorem, quo cavetur ne offendatur charitas, non quo metuitur ne damnetur impietas.

℣. 39. *Amputa opprobrium meum, quod suspicatus sum; quia judicia tua suavia.*

De occultis cordis alieni temere judicare, peccatum est, & eum cujus non videntur opera nisi bona, ex suspicione reprehendere. Hoc ergo opprobrium hoc suspicionis vitium, hic qui vult esse perfectus, a se optat auferri. Quoniam eorum quæ incognita homini sunt, solus Deus justus inspector est: & judicia ejus suavia sunt, quoniam vera.

Sent. est 21

℣. 40. *Ecce concupivi mandata tua, in tua justitia vivifica me.*

Fecisti me, inquit, cupidum mandatorum tuorum, fac & efficacem; adjuva ut faciam quod commendas, dona ipse quod mandas. Quia in me unde morerer habui, unde autem vivam, non invenio, nisi in te, qui homini tuo omnem æquitatem in tua & proximi dilectione posuisti.

V. A U.

℣. 41. *Et veniat super me misericordia tua, Domine, salutare tuum secundum eloquium tuum.*

Quid poscit, nisi ut mandata quæ concupit, per ejus misericordiam faciat, [a] quæ mandavit? Et quæ est misericordia, nisi Christus? Et secundum quod eloquium, nisi secundum verbum promissionis, quo vocata sunt ea quæ non erant, tamquam essent? Quia & quibus promissum est, etiam ipsi promissi sunt, ut totum corpus Christi dicat, *Gratia Dei sum quod sum.*

Rom. 4. 17.

1. Cor. 15. 10.

Et

a Apud Augustinum, *qui mandavit*. Editi, *quæ mandavit*.

℣ 42. *Et respondebo exprobrantibus mihi verbum, quia speravi in sermonibus tuis.*

Verbum exprobrantibus ; an *verbum respondebo*, ambiguum est : sed utrumque [a] Christus sonat. Ipsum enim nobis exprobrant, [b] quibus est crucifixus vel scandalum, vel stultitia : ignorantes quia *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Quod Verbum in principio erat, & apud Dominum erat. Sed etsi ipsi exprobratores non Verbum exprobrent, quod eos latet, quia divinitas ejus ab eis non cognoscitur, a quo infirmitas in cruce contemnitur ; nos tamen omnibus exprobrantibus Verbum respondeamus. Parum est enim in corde habere Christum, nisi quod corde credimus, ore profiteamur. Sed hoc ita demum fieri poterit, si in promissis Dei spes fuerit firma credentis.

1. Cor. 1. 23. Joan. 1, 14. Rom. 10. 10.

℣. 43. *Et ne auferas a me verbum veritatis usque valde.*

Hoc est, non ita conturber sub persecutionis flagello, ut a me penitus auferatur confessio veritatis. Quia multi qui ad horam negando defecerunt, postea pœnitendo reparati sunt, & palmam quam perdiderant, resumpserunt.

Item ℣. 43 *Quia in judiciis tuis supersperavi.*

Id est, quia judicia tua, quibus me corripis & flagellas, non solum mihi non auferunt spem, sed etiam augent; dum quem diligis corripis, flagellas autem omnem filium quem recipis. Et ideo plerumque eum, qui sibi fortis videbatur, infirmari finis; ut præsumptio auferatur, & perseverantiæ virtus ex tua opitulatione reparetur.

Hebr. 12. 6

℣. 44. *Et custodiam legem tuam semper ; in sæculum, & in sæculum sæculi.*

Quod dixit, *semper*, ne ad omne istius vitæ tempus tantummodo referretur, adjecit, *& in sæculum sæculi*. Lex autem, quam perpetuo custodire desiderat, charitas accipienda est : quia ipsa est plenitudo legis, & cessantibus ceteris mandatis, sola permanet in æternum.

Rom. 13. 10.

℣. 45. *Et ambulabam in latitudine, quia mandata tua exquisivi.*

℣. 46. *Et loquebar de testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar.*

℣. 47. *Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi valde.*

℣. 48. *Et levavi manus meas ad mandata tua, quæ dilexi, & exercebar in justificationibus tuis.*

Superiores versus precationem habuerunt, qua adjutorium gratiæ postulatum est. Hi autem narrationem habent, qua ostenditur quid gratia petita contulerit : tamquam diceret, Hæc cum orarem, exaudisti me, & ambulabam in latitudine, id est ambulabam in charitate, quæ *diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis*. Hic est ille Spiritus in quo clamamus, *Abba Pater*, ac per hoc ipsius est quod mandata Dei exquisivit : qui acceptus etiam hoc agit, ut largius accipiendus petendo, quærendo, pulsando quæratur. Per hunc itaque dilectionis Spiritum confirmatus est, ut in conspectu regum non confunderetur, ut in mandatis Dei cogitationem suam exerceret, & valde eadem mandata diligeret : elevans manus suas, non ad terrena opera, sed ad cælestia, exerceretur in justificationibus Dei.

Rom. 5. 5. Gal. 4. 6.

ZAIN.

℣. 49. *Memento verbi tui servo tuo, in quo mihi spem dedisti :*

℣. 50. *Hæc me consolata est in humilitate mea, quia verbum tuum vivificavit me.*

Cum dicitur Deo, *Memento*, orantis desiderium, quo promissum accelerari poscit, ostenditur : non Deus, quasi id ei a recordatione exciderit, admonetur. *Memento* ergo, inquit, *verbi tui servo tuo*, hoc est, Imple promissum tuum, in quo mihi spem dedisti, hoc est, in quo verbo me sperare fecisti. *Hæc me consolata est in humilitate mea*. Hæc scilicet spes mea consolata est, quæ data est humilibus, dicente Scriptura, *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. *Quia verbum tuum vivificavit me* : quia fecit me in te sperare, & non deficere in tribulatione.

Jacob. 4. 6.

℣. 51. *Superbi inique agebant usque valde : a lege autem tua non declinavi.*

Superbos intelligi voluit persecutores humilium, hoc est, impios persecutores piorum : & ideo subjecit, *A lege autem tua non declinavi*, quia hoc eum facere persecutio compellebat.

℣. 52. *Memor fui judiciorum tuorum a sæculo Domine, & consolatus sum.*

A sæculo, inquit, ex quo genus hominum sumpsit exordium, *memor fui judiciorum tuorum*. Et quia probavi quod omnes viæ tuæ misericordia & veritas ; consolationem accepi in auxilio gratiæ tuæ, & per ipsa quoque vasa iræ,

Psal. 24. 10. Rom. 9. 22. & 23.

a In Augustino. *Christum sonat*. Editi nostri, *Christus sonat*.
b Sic Lugdun. post Aug. At Lovan. & alii, *a quibus est crucifixus, vel scandalum, vel stultitiam*.

intellexi divitias gloriæ tuæ in vasa misericordiæ.

℣. 53. *Tædium detinuit me a peccatoribus derelinquentibus legem tuam.*

℣. 54. *Cantabiles mihi erant justificationes tuæ in loco incolatus mei.*

Quamvis tædium paterետur a peccatoribus, cum quibus eum præsentis vitæ peregrinatio detinebat; tamen cantabiles ei erant justificationes Dei, quia peregrinantem gratia solabatur.

℣. 55. *Memor fui in nocte nominis tui, Domine, & custodivi legem tuam.*

Nox est [a] in æternum; nam mortalitatis nox in superbis inique agentibus: nox in tædio, a peccatoribus derelinquentibus Dei legem: nox est postremo in loco peregrinationis hujus, donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum. In hac ergo nocte memor debet esse homo nominis Domini, ut legem ejus custodiat, & hoc ipsum ad gloriam Dei referat; quoniam *adjutorium nostrum in nomine Domini.*

a *Vid. app.*

1.Cor.4.5.

Ps.123.8.

℣. 56. *Hæc facta est mihi, quia justificationes tuas exquisivi.*

Justitias utique tuas quibus justificas impium, non meas, quæ non pium faciunt, sed superbum. Quæ est ergo de qua dicit, *Hæc facta est mihi?* Non enim Lex intelligenda est, quam masculino genere Græcus enuntiat, cum melius accipiatur de nocte: quia superius dixerat, *Memor fui nocte nominis tui:* quæ *facta est mihi*, id est, ut prodesset mihi; Quoniam hæc ipsa humilitas, in loco peregrinationis hujus, quæ merito nox intelligitur, prodest eis qui salubriter exercentur in ea, ut discant non superbire, propter quod malum in istam noctem pulsus est homo.

Rom. 4.5.

HETH.

℣. 57. *Portio mea Domine, dixi, custodire legem tuam.*

[b] Nisi quia ita erit portio cujusque Dominus, cum legem ipsius custodierit. Sed quia hoc non fit sine adjutorio Dei, quid præcipiat obtineri ostendit, adjungens:

b

℣. 58. *Precatus sum faciem tuam in toto corde meo, miserere mei secundum eloquium tuum.*

Quid autem hac prece obtinuerit, & in quem profectum pervenerit, consequenter ostendit, dicens:

Cogitavi vias meas, & averti pedes meos in testimonia tua. ℣. 59.

Averti, inquit, *pedes meos* a viis quæ mihi displicuerunt, ut irent *in testimonia tua*, atque ibi haberent viam. Quod autem hic positum est, *Averti pedes meos*, in nonnullis legitur, *Avertisti pedes meos*, ut hoc Dei potius gratiæ tribuatur. Sed sive hoc, sive illud sit, dubitari non potest divini esse muneris, [c] cum & recte cogitamus, & pedes nostros ab errore revocamus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, ut operemur operatur.

Sent. est 22 & Canon. 9. secundi Concilii Arausicani.

c

Paratus sum, & non sum turbatus, ut custodiam mandata tua. ℣. 60.

Confitetur humiliter, ad custodienda mandata constantem se factum esse per gratiam.

Funes peccatorum circumplexi sunt me, & legis tuæ non sum oblitus. ℣. 61.

Peccatorum, non ab eo quod sunt peccata declinatum est, sed ab eo quod sunt peccatores. *Funes* itaque *peccatorum*, impedimenta sunt inimicorum, sive spiritalium, sive carnalium, qui sanctos, pro Dei lege usque ad sanguinem decertantes, quibuslibet difficultatibus implicare conantur, quibus eos a constantia patiendi, quasi funibus ac restibus retrahebant. Sed si implicant corpus, non implicant animum; in quo iste legis Dei non est oblitus, quia *Sermo Dei non est alligatus.*

1.Tim.2.5

Media nocte surgebam ad confitendum tibi, super judicia justitiæ tuæ. ℣. 62.

Media nox, profunda tribulatio est, quia non sic affligebatur, ut surgere non valeret. Surgebat autem, ut confiteretur Deo, justo judicio ejus datam peccatoribus potestatem, qua sanctos Dei persequerentur, quos adjuvat gratia Dei, ut hujusmodi exercitia facerent clariores.

Sent. est 23

Particeps sum ego omnium timentium te, et custodientium mandata tua. ℣. 63.

Vox ista proprie ipsius capitis intelligenda est. Non enim efficeremur participes divinitatis Christi, nisi ipse mortalitatis nostræ particeps fieret. Per hanc autem participationem, ejus nobis gratia subministratur, ut caste timeamus Deum, & custodiamus mandata ejus. Ideo quippe Deus hominum, immortalis

a Ita Editi omnes Prosperiani. Cum vero apud Augustinum legatur, *Nox est illa humilitas, ubi est mortalitatis ærumna*, non immerito forte suspicamur legendum. *Nox est in ærumna mortalitatis: nam*, pro *in æternum*, quod Editi omnes præferunt.

b Hæc intellige, supplendo quæ sunt apud Augustinum, *Quid est, Portio mea Domine, dixi custodire legem tuam, nisi quia*, &c.

c Lovan. Duac. & Colon. *& cum recte cogitamus, & pedes &c.* Lugdun. *cum & recte*. Sic quoque in sententia 22, in qua pro *recte*, legimus *recte cogitamus.*

lis mortalium, suscepit naturam, & participando suam fecit, ut granum caderet [a] in terra, mortificatumque multum fructum faceret.

a Joan. 12. 24 & 25.

℣. 64. *Misericordia tua, Domine, plena est terra;*

In eo utique, quod justificatur impius, in cujus ineffabilis gratiæ scientia ut proficiatur, adjungit:

Et justificationes tuas doce me.

TETH.

℣. 65. *Bonitatem feciſti cum servo tuo, Domine, secundum verbum tuum.*

Feciſti, inquit, Domine, ut me delectaret bonum, quod utique magnum est tuum donum. *Secundum verbum tuum*, hoc est, secundum promissum tuum: ut firma sit promissio omni semini.

Rom. 4. 16.

℣. 66. *Suavitatem, & eruditionem, & scientiam doce me; quia in mandatis tuis credidi.*

b Augeri sibi ista poscit, & [b] perficit ei gratia Dei, magis magisque in omni dulcedine bonitatis. Docet autem Deus *suavitatem*, inspirando dilectionem: docet *disciplinam*, temperando tribulationem: docet *scientiam*, insinuando cognitionem. *Quia mandatis tuis credidi:* hoc est, credidi quod tu illa mandaveris, qui donas ut fiant; non autem homo, qui etsi potest notum facere præceptum, [c] obedientiæ tamen tribuere non potest donum. Doce disciplinam, docendo patientiam, doce scientiam, illuminando intelligentiam: quoniam te credidi illa mandasse, qui Deus es, & homini donas [d] unde possit facere quod mandas.

b d

℣. 67. *Prius quam humiliarer ego deliqui, propterea eloquium tuum ego custodivi.* Vide app.

Propter primum, inquit, delictum humiliatus sum: & ne rursum humiliarer, *eloquium tuum custodivi*. Ita per gratiam tuam profuit experiri pœnam, ut acquirerem obedientiam.

℣. 68. *Suavis es tu, Dumine, & in tua suavitate doce me justificationes tuas.*

Vere vult facere justificationes Dei, quando eas in ejus suavitate vult discere.

℣. 69. *Multiplicata est super me iniquitas superborum.*

S. Prosperi.

Eorum scilicet, quibus non profuit, quod postea quam deliquit, humiliata est humana natura.

Ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Item ℣. 69

Quantalibet, inquit, abundet iniquitas, non refrigescet in me charitas. Ad hoc enim mandata tua amans scrutor, ut perfectius ea faciendo cognoscam.

Matt. 24. 12.

℣. 70. *Coagulatum est sicut lac cor eorum, ego autem legem tuam meditatus sum.*

Cor, inquit, superborum obduratum est: ego autem legis tuæ meditatione didici, quia superbis resistis, & humilibus das gratiam.

Jacob. 4. 6.

℣. 71. *Bonum est mihi, quod humiliasti me; ut discam justificationes tuas.*

Pœnam convertisti mihi ad disciplinam, & humiliationem ad eruditionem: quia justificationes tuas ita cupio nosse, ut faciam. * Non enim est vera scientia boni, nisi ad hoc cognoscatur, ut agatur.

* Pars 1. sent. 24.

℣. 72. *Bonum mihi lex oris tui, super millia auri & argenti.*

Ut amplius diligat charitas legem Dei, quam diligit cupiditas millia auri & argenti.

JOD.

℣. 73. *Manus tuæ fecerunt me, & plasmaverunt me.*

Manus Domini, sunt potestas Dei, quæ efficit opera voluntatis suæ, ut nihil de Deo per nuncupationem manus corporeæ cogitemus. Quod si pluralis numerus movet, accipiantur manus Dei [e] virtus, sapientia; quod utrumque unus est Christus, qui & brachium Domini dicitur. Accipiantur postremo manus Dei, Filius & Spiritus-sanctus, qui & Spiritus-sanctus cooperator est Patris & Filii: tantum ut in natura incommutabilis deitatis nulla forma corporea sentiatur. Quod ergo ait, *Manus tuæ fecerunt me, & finxerunt*, sive *plasmaverunt me*: non incongrue ita discernitur, ut *fecerunt*, ad animam, *finxerunt* vero ad corpus pertineat. Licet soleant hæc indifferenter posita reperiri. Hoc autem opus Dei, non solum in primi hominis conditione præcessit, in quo omnes seminali ratione sunt conditi:

e 1. Cor. 1. 24 Isai. 5. 1. 1. Cor. 12. 11.

a Augustinus *in terram*, ut in utroque textu Scripturæ.

b Apud Augustinum, *& perfici: nam utique qui jam dixerat suavitatem feciſti cum servo tuo; quomodo dicit, suavitatem doce me, nisi ut ei gratia Dei magis magisque innotescat dulcedine bonitatis.*

c Hic virgula, apposita, quæ post vocem *obedientia* notabatur in editis, locum sensui planiori redditum credimus. Ait enim Augustinus, *Si enim homo mihi hæc juberet forinsecus, numquid ut etiam facerem quod jubebat adjuvaret intrinsecus.* En *obedientiæ donum*, non vero *obedientiæ præceptum*, quod alia interpunctione signabatur.

d August. *unde facias eum facere quod mandas.*

e In Augustino, *virtus & sapientia*: particula *&* forte excidit a codicibus Prosperi.

Vide sententiam 277. sed etiam in quotidiana singulorum hominum creatione perficitur. Quia si operatoria illa Dei potentia, ab hoc se opere contineret, cuncta deficerent.

Item ℣. 73. *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.*

Numquid ita condita est humana natura, ut careat intellectu? Quid igitur sibi dari postulat, quod accepit, nisi quod peccati vitio ipsum primitus rationale corruptum est, & gratiæ munere [a] reformandum est? Non enim sufficit naturæ quod ei remansit, nisi recipiat a reparatore quod perdidit. Dominus ergo Jesus in hoc Psalmo per Prophetam, tamquam sibi, petivit intellectum dari a Deo corpori suo, quod est *Ephes. 5. 23 Coloss. 3. 3.* Ecclesia. Cum ipso enim vita corporis ejus, hoc est populi ejus, abscondita est in Domino; & ipse in eodem corpore suo indigentiam patitur, & per id quod membris suis est necessarium.

℣. 74. *Qui timent te, videbunt me, & jocundabuntur; quoniam in verba tua speravi.*

Præsens vita sanctorum, timoris est, & laboris: sed habent spem lætitiæ & jocunditatis æternæ. Quia ergo adhuc timet Ecclesia, & nondum se videt in eo regno, ubi secura gaudebit, ipsa est quæ videbitur; quoniam inter præsentes tentationes, in promissa Dei sperare non deficit.

℣. 75. *Cognovi, Domine, quoniam justa judicia tua; & in veritate tua humilias me.*

℣. 76. *Fiat autem misericordia tua, ut consoletur me, secundum eloquium tuum servo tuo.*

Eccli. 40. 1. Quamvis grave jugum sit super filios Adam, quo creatura humana deprimitur; cognovi tamen, quod justa sunt judicia tua, & secundum veritatem humiliatus est homo. *Fiat* ergo *misericordia tua:* secundum promissionem tuam, de præsentibus muneribus accipiat mortalis vita solatium, & futura æternitatis bona patienter expectet.

℣. 77. *Veniant mihi miserationes tuæ, & vivam.*

Tunc vere vivam, quando non timebo ne moriar. Ipsa est enim vera vita, quæ sine ullo additamento dicitur, quasi aliud ibi non sit vivere, quam sine ullo fine, & sine ulla miseria vivere.

Item ℣. 77 *Quia lex tua meditatio mea est.*

Gal. 5. 6. Hæc meditatio, nisi esset in fide quæ per dilectionem operatur, ad vitam non perveniret æternam. * Non ergo utiliter meditatur legem Dei, qui laborat ut memoria teneat, quod [b] actione non implet.

** Pars altera sent. 24.* *b*

℣. 78. *Confundantur superbi, quia injuste iniquitatem fecerunt in me: ego autem exercebor in mandatis tuis.*

Quamvis sæviant superbi, & iniquitatem operentur in sanctos: charitas tamen piorum non refrigescit, & a mandatorum Dei exercitatione non desinit.

℣. 79. *Convertantur ad me qui timent te, & qui cognoscunt testimonia tua.*

Non est quisquam hominum qui possit hoc dicere, præter illum qui cum sit Deus universitatis, naturam sibi univit humanam: ad quem convertentur timentes Dominum, & cognoscentes compleri testimonia Dei, quæ de illo per Prophetas tanto ante prædicta sunt.

℣. 80. *Fiat cor meum immaculatum in tuis justificationibus: ut non confundar.*

Redit ad vocem corporis, hoc est, membrorum suorum, quorum cor fit immaculatum per ipsum corporis caput, hoc est, per gratiam Dei, in [c] generationis lavacro, ubi abluta sunt omnia peccata præterita, in adjutorio spiritus, quo concupiscimus adversus carnem, ne ejus cupiditate vincamur, [d] in Dominicæ orationis effectu, qua dicimus, *Dimitte nobis debita nostra.* Ita donata nobis regeneratione, fusa precatione, fit cor nostrum immaculatum, ut non confundamur: quia & hoc ad justificationes Dei pertinet, quando inter alia ejus mandata præcipitur, *Dimittite, & dimittetur vobis; date, dabitur vobis.*

c *Gal. 5. 17.*

d *Matt. 6. 12*

Luc. 6. 37. & 38.

CAPH.

℣. 81. *Defecit in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum semper* [e] *speravi.*

e

Non

a In edit. Lugd. & Lov. *formandum est*. In Duac. & Colon. *reformandum est*. Quod proprius accedere videtur ad illud Augustini, *Quia tu, inquit, formasti, tu reforma: ut fiat in corpore Christi, quod ait Apostolus, Reformamini in novitate sensus vestri. Rom.* 12. 2. & ad sequentia S. Prosperi verba.

b Lugd. *ut actio teneat*, forte *lectio*, aut *lectione teneat*. Quam vocem Lovan. Duac. & Colon. in margine notant, tamquam legeretur alicubi, aut legi posset pro voce sequenti *actione*, cum forte melius crederetur respondere priori parti *ut lectione teneat*, pro *memoria teneat*, quod habent prædicti codices, conformiter Augustini loco, *cum totam legem memoriæ mandaverit*.

c Melius forte legeretur, *in regenerationis lavacro*, ut Augustinus hoc eodem loco, *per regenerationis lavacrum*: nam & infra Prosper ipse ait, *donata nobis regeneratione*.

d In Augustini opere habetur, *per Dominicæ orationis effectum*.

e Editiones nostræ pro lectione diversa in margine notant, *supersperavi*, quod habet S. Prosper infra, ut vulgata nostra: &, ait Augustinus, *Etiam hic Græcus illud verbum* [ἐπέλπισα] *habet: quod quidam nostri interpretes* supersperavi *transferre maluerunt, quia procul dubio plus futurum est, quam dici potest.*

Non ait, Defecit salutari tuo; sed, *Defecit in salutare tuum*, hoc est, ad salutare tuum, *anima mea*. Bonus est ergo iste defectus: indicat enim desiderium boni, nondum quidem adepti, sed avidissime concupiti; quo desiderio inflammati sunt omnium temporum sancti. Quia sicut numquam defuerunt, qui incarnationis Christi adventum desiderarent: ita post quam ascendit in cælos, non desunt, qui manifestationem ipsius, qua ad judicandos vivos & mortuos venturus est, concupiscant. *Defecit* ergo *in salutare tuum anima mea, & in verbum tuum supersperavi*. Hæc enim spes promissi tui fecit, ut quod nondum video, & vehementer desiderem, & patienter expectem.

℣. 82. *Defecerunt oculi mei in eloquium tuum, dicentes, Quando consolaberis me?*

In oculis interioribus, idem defectus desiderii ejus ad Dei eloquia, id est, promissa, tendentis, cui speratarum consolationum longæ sunt moræ. Quia etiam quod subvenienti breve est, longum videtur optanti.

℣. 83. *Quoniam factus sum sicut uter in pruina, justificationes tuas non sum oblitus*

Per utrem, carnem mortis hujus; per pruinam vero cæleste beneficium vult intelligi, quo carnales concupiscentiæ, velut frigore cohibente torpescant; & hinc fit ut justificationes Dei de memoria non labantur.

℣. 84. *Quot sunt dies servi tui, quando facies de persequentibus me judicium?*

Apoc. 6. 10 Matt. 24. 3. Et in Apocalypsi est ista vox Martyrum, & discipuli [a] ad Dominum indicari sibi diem finis exposcunt. Sed illis patientia indicitur, & istis constitutio secreta non panditur. In his ergo Psalmi verbis, bene intelligitur hæc ipsa Ecclesiæ inquisitio prophetata.

a

℣. 85. *Narraverunt mihi iniqui delectationes; sed non ut lex tua, Domine.*

b Fabulas vanarum opinionum, [b] delectabilis eloquii arte compositas, ab iniquis sibi dicit esse narratas: sed nihil se in eis utile reperisse, sicut in lege Domini, in qua est omnis veritas.

℣. 86. *Injuste persecuti sunt me, adjuva me.*

Mendaciorum, inquit, fabulis veritatis mandata præposui; & ob hoc *me injuste persecuti sunt* falsitatis amatores. Ergo *adjuva me*, ut possim usque ad mortem pro veritate certare.

℣. 87. *Paulo minus consummaverunt me in terra; ego autem non dereliqui mandata tua.*

Strage Martyrum facta, dum confitentur & prædicant veritatem, quam a te adjutus non deserui.

℣. 88. *Secundum misericordiam tuam vivifica me; & custodiam testimonia oris tui.*

Martyres enim, quia misericordia Dei adjuti & vivificati sunt, veritatem, quæ vita est, non negantes, pro eadem moriendo, vicerunt.

LAMED.

℣. 89. *In æternum, Domine, permanet verbum tuum in cælo.*

Permanet verbum in Angelis custodientibus sine defectione æternam militiam.

℣. 90. *In generatione & generatione veritas tua; fundasti terram, & permanet.*

Post cælestem Jerusalem, respexit & filiam ejus Ecclesiam, quæ in hoc mundo conversatur, & dixit, *In generatione & generatione veritas tua*. Hac autem repetitione, vel omnes generationes significavit, a quibus non defuit veritas Dei; vel duas intelligi voluit, unam scilicet ad Legem & Prophetas; alteram vero ad Evangelium pertinentem, supra fundamentum æternum, quod est Christus: & terra hæc permanet, quæ tali fundamento constabilita non inclinatur in sæculum sæculi. 1. Cor. 3. 11 Ps. 103. 5.

℣. 91. *Ordinatione tua perseverat dies, quoniam omnia serviunt tibi.*

Omnia, scilicet, de quibus loquebatur, & quæ ad æternum pertinent diem.

℣. 92. *Nisi quia lex tua meditatio mea est, forsitan periissem in humilitate mea.*

Lex ista, fidei est quæ per dilectionem operatur: in cujus meditatione permanens, auxilium gratiæ promeretur, ut in tribulationum humilitate non pereat. Gal. 5. 6.

℣. 93. *In æternum non obliviscar justificationum tuarum: quoniam in ipsis vivificasti me.*

Ecce unde factum est, ut non periret in humilitate sua: quoniam unde est justificatus, inde est vivificatus.

℣. 94. *Tuus sum ego, salvum me fac Domine; quoniam justificationes tuas exquisivi.*

Non voluntates meas exquisivi, quibus fui meus; *justificationes tuas*, ut essem jam tuus.

Me

a Forte, *a Domino*.

b Editio Lugd. *delectabiles, eloquii arte compositas.*

℣. 95. *Me expectaverunt peccatores, ut perderent me: testimonia tua intellexi.*

a Non hic morte corporis perire metuebat, quæ erat pro veritate subeunda. Expectabant ergo peccatores, ut eis consentiret ad mala: tunc enim eum perderent. Sed ideo non prævaluerunt, quia testimonia Dei intellexit: id est, quia veritatem confitens, etiam si b oppeteret, non periret.

℣. 96. *Omnis consummationis vidi finem, latum mandatum tuum valde.*

Qui intellexit testimonia, & scivit sibi usque ad mortem pro veritate certandum, non ignoravit omnem exitum piorum quam beatus finis exceperit. Mandatum autem Dei valde latum, charitas intelligenda est, qua diligi Deus jubetur & proximus, quo quid esse latius potest, cum ibi pendeat tota Lex & Prophetæ? *Matt. 22. 40.*

MEM.

℣. 97. *Quomodo dilexi legem tuam, Domine, tota die meditatio mea est.*

Gal. 5. 6. Sic, inquit, dilexi legem fidei quæ per dilectionem operatur, ut tota die, id est, omni tempore, meditatio mea sit.

℣. 98. *Super inimicos meos sapere me fecisti mandato tuo, quoniam in æternum mihi est.*

Finis Legis Christus est *ad justitiam omni credenti*, ut justificetur gratis per gratiam ipsius, in quem inimici hujus non crediderunt. Hic autem qui justitiam non suam quæsivit, sed quæ ex Deo est, quem supra inimicos suos sapere Deus fecit, ipsum mandatum sibi invenit in æternum: quoniam non temporalia pro eo præmia concupivit. Diligentis enim remuneratio est ipse dilectus. *Rom. 10. 4. Rom. 3. 24.*

℣. 99. *Super omnes docentes me intellexi.*

Super omnes doctores intellexit, quem Pater docuit. Quod ex persona Verbi difficile intelligitur, nisi quis utcumque capere valeat, id esse Filium a Patre doctum esse, quod genitum. A quo enim ei est esse, ab ipso & simul doctum esse. Ex persona vero hominis, ubi formam servi accepit, facilius intelligitur a Patre didicisse quæ dixit. In qua forma puerum putaverunt homines majoris ætatis docendum. Sed ille quem Pater docuit, ulterioris erat intelligentiæ, quam docentes. *Joan. 6.* *Vide sent. 349.* *Luc. 2. 42. &c.*

Quia testimonia tua meditatio mea est. Item ℣. 99.

Ideo super omnes docentes se intelligebat, quia testimonia Dei meditabatur, quæ de se prænuntiata ipse melius noverat, & implebat.

Super senes intellexi, quia mandata tua exquisivi. ℣. 100.

Mandata tua, non mandata hominum: *mandata tua*, non mandata seniorum, qui volentes esse Legis-doctores, non intelligunt neque quæ dicunt, neque de quibus affirmant. *1. Tim. 1. 7*

Ab omni via mala prohibui pedes meos, ut custodiam verba tua. ℣. 101.

Membrorum est vox ista, non capitis. Non enim ipse Salvator corporis nostris ullis concupiscentiis pulsabatur, ut ei necesse esset pedes suos a via malignæ cupiditatis inhibere. Nostros ergo motus, nostros cohibet appetitus, ut in prava itinera noxiis desideriis non trahamur.

A judiciis tuis non declinavi, quoniam tu legem posuisti mihi. ℣. 102.

Perseveranter, inquit, judiciis tuis credidi; quia tu mihi legem in corde posuisti, tamquam digito tuo scribens; ut eam, non tamquam servus sine amore metuerem, sed tamquam filius casto timore diligerem.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel & favum ori meo. ℣. 103.

Hæc est illa suavitas quam Dominus donat, ut terra nostra det fructum suum; & ut bonum vere bene, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione faciamus. *Psal. 84. 13*

A mandatis tuis intellexi. ℣. 104.

Spiritalium membrorum Christi vox ista est. Hoc enim recte dicit corpus Christi in eis, quibus mandata servantibus, propter ipsam custodiam mandatorum præbetur uberior doctrina sapientiæ.

Propterea odio habui omnem viam iniquitatis. Item ℣. 104.

Necesse est enim ut oderit omnem iniquitatem amor justitiæ, qui augetur & inflammatur: ideoque obtemperat Deo, & in mandatis ejus intelligit.

NUN.

Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & lumen semitis meis. ℣. 105.

Ver-

a Duac. & Colon. *Non hoc*. Melius Lugd. & Lov. *Non hic*.

b Ita Edit. Lugd. ceteris antiquior, & quidem meliori sensu, quam ea posteriores *oporteret*, quod Augustini verba sic exprimunt: *Quia scilicet me sibi non consentientem etiamsi occiderent, tua martyria confitens non perirem.*

Verbum hic intelligendum est, non illud quod est æquale gignenti, & quod
Joan. 1. 8. est verum lumen, illuminans omnem hominem; sed verbum quod factum est ad Prophetas, vel quod prædicatum est per Apostolos: verbum scilicet Christi, de quo scriptum est, *Fides ex auditu*,
Rom. 10. 17. *auditus autem per verbum Christi*. Nam & verbum propheticum lucernæ compa-
2. *Petr.* 1. 19. rans Apostolus Petrus, *Habemus*, inquit, *certiorem propheticum sermonem, cui benefacitis intendentes, velut lucernæ in obscuro loco*. Quod itaque hic ait, *Lucerna pedibus meis verbum tuum, Domine, & lumen semitis meis*; verbum est quod in scripturis sanctis omnibus continetur. Non itaque sermo deitas, sed sermo deitatis.

℣. 106. *Juravi, & statui custodire omnia judicia justitiæ tuæ.*

a Hoc appellavit [a] juramento, quod statuit præter sacramentum: quia ita debet esse mens fixa in custodiendis judiciis justitiæ Dei, ut sit omnino pro [b]
b juratione quod statuit.

℣. 107. *Humiliatus sum usque valde, Domine: vivifica me secundum verbum tuum.*

Pro eo quod juravit & statuit custodire judicia justitiæ Dei, persecutionem maximam passus est: & ne in tanta humiliatione deficeret, vivificari se, secundum verbum promissionis, exposcit. Quia in nocte tribulationum lucerna est pedibus, & lumen semitis ipsa promissio.

℣. 108. *Voluntaria oris mei fac beneplacita, Domine, & judicia tua doce me.*

Voluntaria oris quæ approbari petit, sacrificia sunt laudis, confessione charitatis, non timore necessitatis oblata. *Judicia* autem Dei doceri se cupit, non quia ignorat, sed ut proficiat.

℣. 109. *Anima mea in manibus* [c] *tuis semper;*
c *& legem tuam non sum oblitus.*

Ita dictum, tamquam ad non oblivisscendam legem Dei, memoria ejus illius manibus adjuvetur.

℣. 110. *Posuerunt peccatores laqueum mihi, & a mandatis tuis non erravi.*

Unde hoc, nisi quia anima ejus in manibus Dei semper est?

[d] *Hæreditatem acquisivi testimonia tua* d
℣. 111. *in æternum, quia exultatio cordis mei sunt.*

Ut testis, inquit, tuus esse cuperem, tu donasti; & ut pro veritate mori non metuerem, tuæ hæreditatis, tuæ est gratiæ: quod mihi donum in æternum est, quia non est in eo gloria temporalis: propter quod etsi corpore afflictus sum, tamen corde lætatus sum.

Inclinavi cor meum ad faciendas justi- ℣. 112.
ficationes tuas in æternum, propter retributionem.

Qui dicit, *Inclinavi cor meum*, ipse ℣. 36.
jam dixerat, *Inclina cor meum in testimonia tua:* ut intelligamus, simul hoc esse, & divini muneris, & propriæ voluntatis. Faciat autem hoc *propter retributionem*: ut quia justificationes Dei dilectione sectatur, in æternum mereatur habere quod diligit.

SAMECH.

Iniquos odio habui, & legem tuam di- ℣. 113.
lexi.

Qui legem Dei diligit, probat se in *Sent. est* 25
hominibus iniquis id quod contra legem est odisse, non homines.

Adjutor meus & susceptor meus es tu; ℣. 114.
& in verbum tuum superesperavi.

Adjutor & susceptor, ad mala evadenda.

Declinate a me maligni, & scrutabor ℣. 115.
mandata Dei mei.

Mandata Dei scrutari, nisi quieta *Sent. est* 26
mens non potest. Ut ergo exerceatur e
hoc studium, abigenda sunt [e] studia malignorum.

Suscipe me secundum eloquium tuum, ℣. 116.
& vivam; & non confundas me ab expectatione mea.

Poscit magis magisque suscipi a Domino is, qui sperat intentus, [f] ut tum f
demum, cum illa adeptus fuerit, se sciat esse victurum: quia præsentia morti sunt similiora, quam vitæ.

Adjuva me, & salvus ero, & medita- ℣. 117.
bor

a Apud Augustinum, *juramentum*. Editi nostri, *juramento*.

b Emendavimus ex Augustino, loci sensu cogente, cum Editi, ex errore sine dubio scribarum, haberent, *pro ratione*.

c Ita veteres editiones post Augustinum, qui observat quod: *Nonnulli codices habent, in manibus meis: sed plures, in tuis: & hoc quidem planum est. Justorum enim anima in manu Dei sunt: in cujus manu sunt & nos & sermones nostri.* Posteriores mutatunt in *meis*. Sed versus proxime sequentis expositione revinciuntur.

d Ita legunt Editiones Prosperianæ antiquæ ad unam omnes: recentiores scripserant *hæreditate*. Forte magis quia sic canitur quotidie ex vulgata nostra, quam quod vox hæc *hæreditate* magis placuerit Augustino hoc ipso loco. *Nonnulli, Hæreditari interpretati sunt. Melius ergo duobus verbis insinuatur integer sensus, sive dicatur, Hæreditate possedi, sive dicatur hæreditate acquisivi: non hæreditatem, sed hæreditate.*

e In sententiis ex Augustino prius est, *religiosum exerceatur studium*, tum vero, *abigenda sunt jurgia malignorum; Nam* (ait Augustinus hic.) *maligni exercent ad faciendo mandata, a scrutandis autem avocant, non solum cum persequuntur aut litigare nobiscum volunt, verum etiam cum obsequuntur & honorant*, &c.

f Augustinus dicit: *Poscit se magis magisque suscipi, & ad illud propter quod tam multa molesta tolerat perduci: verius ibi se, quam in istis humanarum rerum somniis fidens esse victurum.*

bor in justificationibus tuis semper.

Ut vivam, ut non confundar, ut in tuis justificationibus semper exercear, *Adjuva me*, inquit, *& salvus ero*: quia ad promissiones tuas, nisi tuo auxilio non venitur.

℣. 118. *Ad nihilum deduxisti omnes discedentes a justificationibus tuis, quoniam injusta cogitatio eorum.*

Omnia opera, vel bona, vel mala, a cogitatione procedunt. Qui ergo corde iniquus est, ad nihilum deducitur, qui a Dei justificationibus injusta cogitatione discedit.

℣. 119. *Prævaricatores existimavi omnes peccatores terræ, ideo dilexi testimonia tua.*

Rom. 4. 15. Cum prævaricator dici non possit, nisi qui legis mandata transgreditur; quæritur, quomodo omnes peccatores terræ prævaricatores debeant existimari, quorum multos constat sine lege peccatores? Et invenitur, omnes quidem gentes, præter populum Israel, extra legem fuisse: sed omnem hominem teneri lege naturæ; ut quod pati non vult, sciat alii non esse faciendum. Quamvis ergo multo amplius prævaricator sit, qui non solum naturalis, sed etiam divinæ transgressor est legis; nullus tamen, nisi transgressione peccator est: quia etiam quem non condemnat littera, arguit conscientia. Inter hos etiam parvuli congrue deputantur, propter originalis vincula peccati. Quia etiam ipsi in similitudine [a] prævaricatoris Adæ, ad illam prævaricationem pertinere monstrantur, quæ in paradiso prima commissa est. Cum ergo omnes peccassent & egerent gloria Dei, nec cuiquam in sua justitia salus esset; restabat, ut per gratiam Salvatoris donata a Deo fidei justificatio subveniret. Unde ait Apostolus, *Per Legem cognitio peccati*. Cognitio, non abolitio. *Nunc autem sine Lege*, inquit, *justitia Dei manifestata est, testificata per Legem & Prophetas*. Merito igitur adjecit, *Propterea dilexi testimonia tua*; tamquam diceret, Quoniam Lex sive in paradiso data, sive naturaliter insita, sive litteris promulgata, prævaricatores fecit omnes peccatores terræ: propterea dilexi testimonia tua, quæ sunt in lege tua, de gratia tua.

Rom. 5. 14.

Gen. 3. 6.

Rom. 3. 23.

Ibidem 20. & 21.

℣. 120. *Confige clavis a timore tuo carnes meas.*

Quid in his verbis vult intelligi, nisi quod ait Apostolus, *Mihi autem absit gloriari, nisi in cruce Domini nostri Jesu Christi, per quem mihi mundus crucifixus est, & ego mundo?* Et iterum, *Christo confixus sum cruci. Vivo autem jam non ego, vivit vero Christus in me.*

Gal. 6. 14.

Gal. 2. 19.

A judiciis enim tuis timui.

Item ℣. 120.

Si jam timuit vel timebat, cur adhuc ut a timore suo Deus crucifigeret carnes ejus orabat, nisi quia addi sibi volebat timorem, qui sufficeret mortificandis concupiscentiis, affectibusque carnalibus? Aliter quoque ita intelligitur, *Confige clavis a timore tuo carnes meas, a judiciis enim tuis timui*; hoc est, a timore tuo casto, qui permanet in sæculum sæculi, carnalia a me desideria comprimantur, a quibus me judiciorum tuorum formido frænavit. Cum ergo voluntatem tuam facere, & recte vivere non metu pœnæ, sed justitiæ amore desiderem, da hunc ergo castum & liberum timorem, ad quem petendum me tamquam pædagogus Legis ille perduxit, quo *a judiciis tuis timui*.

HAIN.

℣. 121. *Feci judicium & justitiam, non tradas me nocentibus me.*

Quisquis timore Dei casto crucifixas habet carnes suas, & nulla carnali corruptus illecebra facit judicium, opusque justitiæ; orare debet ne adversantibus tradatur, id est, ne timendo perpeti mala, ad facienda mala persequentibus cedat. Aquo enim accipit victoriam, ne concupiscentiæ voluptate superetur, ab illo etiam robur patientiæ, ne dolore frangatur. Quoniam de quo dicitur, *Dominus dedit suavitatem*; de illo etiam dicitur, *Ab illo est patientia mea.*

Psl. 84. 13.

Psal. 61. 6.

℣. 122. *Suscipe servum tuum in bonum, ut non calumnientur mihi superbi.*

Id est, ne illi impellant ut cadam in malum, tu suscipe in bonum. Illi calumniantur in superbia: tu humilitate defende, ut non mihi noceant calumniæ superborum.

℣. 123. *Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquium justitiæ tuæ.*

In eloquium justitiæ Dei, hoc est, in promissionem Christi defeciisse dicit oculos cordis sui: non quia intentio desiderantis animi victa succubuerit; sed quia in expectationem gratiæ Dei, toto mentis ardore transierit. Justitia autem Dei, Christus est, qui justos facit.

1. Cor. 1. 30

Fac

[a] Apud Augustinum, *prævaricationis*. Editi nostri omnes, *prævaricatoris*.

℣.134. *Fac cum servo tuo secundum misericordiam tuam.*

Non utique secundum justitiam meam.

Item ℣. 124. *Justificationes tuas doce me.*

Illas procul dubio, quibus facit justos, [a] non ipsi se.

℣.125. *Servus tuus sum ego.*

Neque enim bene mihi cessit, quando esse volui liber meus, non servus tuus.

Item ℣. 125. *Da mihi intellectum, ut discam testimonia tua.*

Sent. est 27 Nemo tam intelligens, nemo tam doctus est, qui hac postulatione non egeat. Non enim horum donorum ita ulla augmenta sufficiunt, ut non semper superfit, quod & intelligi desideretur, & sciri.

℣.126. b *Tempus faciendi, Domine, dissipaverunt* [b] superbi *legem tuam.*

c Quid est, *Dissipaverunt legem tuam*, [c] nisi prævaricationis iniquitate, integritatem ejus non custodierunt? Dissipata ergo lege, tempus fuit ut per unigenitum Filium Dei, misericordia mitteretur. *Lex enim subintravit, ut abundaret delictum*, quo delicto Lex dissipata est: & opportuno jam tempore Christus advenit, ut *ubi abundavit delictum, superabundaret gratia.*

Rom. 5. 20

Ibidem.

℣.127. *Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion.*

b Id agit gratia, ut mandata Dei dilectione impleantur, quæ impleri timore non poterant. Diliguntur autem *super aurum & topazion*, id est, super ea quæ pretiosa habentur in terra; quando in observantia mandatorum, non aliquod temporale præmium quæritur, sed ipsa justitia: quia nihil est melius eo bono, quo ipse homo fit bonus.

℣.128. *Propterea ad omnia mandata tua dirigebar.*

Quia illis rectis, ut etiam ipse rectus essem, dilectione cohærebam.

Item ℣. 128. *Omnem viam iniquitatis odio habui.*

Unde enim fieri poterat, ut iniquam viam non odisset diligens [d] rectum?

d

PE.

℣.129. *Mirabilia testimonia tua, propter hoc scrutata est ea anima mea.*

Omnia quidem opera Dei, testimonia sunt majestatis & bonitatis ejus; nihilque eorum est, quod non stupendum sit atque mirandum. Sed [e] multa mirabilia sunt testimonia legis ipsius, quorum utilitas & justitia altissime latet, cum quæritur, quare data sit lex quæ vivificare non possit, & ex qua non justificaretur omnis caro coram Deo. Merito ergo hanc altitudinem scrutatus est, qui intellexit, per Legis difficultates id egisse misericordiam Dei, ut qui legem implere non poterant, converterentur ad gratiam: [f] sed divina ope apprehenderent quod propriis viribus assequi non valebant.

e

Gal. 3. 21. Rom. 3. 20

Rom. 3.

f

℣.130. *Manifestatio verborum tuorum illuminat, & intelligere facit parvulos.*

Scrutando hoc intellexit hic parvulus, quod & Apostolus Paulus, ideo datam legem quæ vivificare non posset, quia *conclusit Scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Jesu Christi daretur credentibus.* Hujus ergo mysterii manifestatio *illuminat, & intelligere facit parvulos.* Non enim hoc secretum gratiæ, nisi humilibus infirmisque referatur; qui confugientes ad adjutorium Dei, viribus suis se justificari non posse profitentur.

Gal. 3. 22.

℣.131. g *Os meum aperui, & [g] abstraxi spiritum, quoniam mandata tua desiderabam:*

Desiderabat mandata divina ut faceret. Sed non erat unde faceret infirmus fortia, parvulus magna. Aperuit os, confitens quod facere per se ipse non posset.

℣.132. *Respice in me, & miserere mei, secundum judicium diligentium nomen tuum.*

Id est, secundum judicium quod in eos fecisti qui diligunt nomen tuum: quoniam, ut diligerent te, prius dilexisti eos.

1. Joan. 4. 19.

℣.133. *Gressus meos dirige secundum eloquium tuum,*

a Melius apud Augustinum, *non ipsi se*, quam in Editis nostris, *non ipse se.*

b Hæc vox *superbi.* cum in Augustino non addatur, ipsi Scripturæ textui, videtur, ex ipsa versus expositione, irrepsisse in textum: ideo diverso caractere excudendam duximus: cum etiam paulo infra non legatur in Prospero, ubi repetitur pars ista versus ejusdem.

c Editi nostri, *si*, cum ex Augustino & sensu loci ipsius facile judicetur primam syllabam excidisse vocis, *nisi.*

d Ita Editi nostri: Augustinus habet, *rectam*, scilicet viam. Si *rectum* legatur, intellige, mandatum, cum supra dixerit, *illis rectis*, scilicet mandatis, *cohærebam.*

e Suspicamur legendum, *multo mirabiliora*, pro eo quod Editi omnes scriptum tenent *multa mirabilia.*

f Editi Lovan. Duac. & Colon. in ora libri notant aliter legi, *& divina ope.*

g Augustinus legit *adtraxi*, exponitque, *adtraxit unde faceret.* scilicet, mandata divina. Unde vix dubitamus, erratum esse in Editis Prosperianis, cum legunt *abstraxi.*

tuum, & non dominetur mei omnis injuſtitia.

a Quid orat, [a] niſi ut Dei præcepta, quæ imponit jubendo, impleri faciat adjuvando?

℣.134. *Redime me a calumniis hominum, & cuſtodiam mandata tua.*

Tu, inquit, age infuſo Spiritu tuo, ne me calumniæ hominum terroribus vincant, & a tuis mandatis, ad ſua b [b] male facta traducant. Si enim me hoc modo redemeris, ut mihi inter perſecutiones calumniantium conſtantiam dones atque patientiam, cuſtodiam mandata tua.

℣.135. *Faciem tuam illumina ſuper ſervum tuum, & doce me juſtificationes tuas.*

Præſentiam, inquit, tuam ſubveniendo & opitulando manifeſta: & ita me juſtificationes tuas doce, ut mihi eas didiciſſe, feciſſe ſit.

℣.136. *Exitus aquarum deſcenderunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.*

Deſcenſio oculorum per effuſionem lacrymarum, humilitatem indicat pœnitentis. Cur autem non cuſtodita lege ſic fletur, niſi ut impleretur gratia, quæ confitentis delet iniquitatem, & credentis adjuvat voluntatem?

TZADE.

℣.137. *Juſtus es Domine, & rectum judicium tuum.*

℣.138. *Mandaſti juſtitiam teſtimonia tua, & veritatem tuam nimis.*

Idem affectus pœnitentiæ perſeverat, reddens rationem, cut multum flere debuerit: quia niſi ipſe ſe condemnaret, rectiſſime plecteretur. Magna eſt ergo in utroque juſtitia Dei, rectumque judicium, quo & pœna peccatori decernitur, & pœnitenti juſtificatio non negatur.

c ℣.139. *[c] Tabeſecit me zelus domus tuæ; quia obliti ſunt verba tua inimici mei.*

Zelus iſte, amoris eſt, non livoris. Sancta enim æmulatione inimicos ſuos vult eſſe correctos, dolens & tabeſcens quod obliti ſint verborum Dei.

℣.140. *Ignitum verbum tuum valde, & ſervus tuus dilexit illud.*

Diligens divinum eloquium, ea charitate fervebat, ut ad amorem Dei etiam inimicos ſuos vellet accendi.

℣.141. *Junior ego ſum & contemptus, juſtificationes tuas non ſum oblitus.*

Bene hic duorum populorum intelligitur ſignificatio, qui etiam in Rebeccæ utero luctabantur, quando *non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, Major ſerviet minori.* Contemptum ergo ſe dicit hic junior: & ideo factus eſt major, quia *ignobilia & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non ſunt tamquam ſint, ut quæ ſunt evacuentur*: id eſt, ut ſuperbi deſtruantur, & humiles juſtificentur. Gen.25.22 & 23. Rom.8.13. 1.Cor.1.28

℣.142. *Juſtitia tua juſtitia in æternum, & lex tua veritas.*

Quomodo enim non veritas lex, per quam cognitio peccati, & quæ teſtimonium perhibet juſtitiæ Dei? Rom.3.20 & 21.

℣.143. *Tribulatio & neceſſitas invenerunt me, mandata autem tua meditatio mea eſt.*

Sævitia inimicorum infert huic juniori tribulationem, ſed non adimit charitatem. Meditatio enim ipſius mandata ſunt Dei, ex quibus his qui eum oderunt, dilectionem rependit.

℣.144. *Juſtitia teſtimonia tua in æternum, intellectum da mihi, & vivam.*

Intellectum poſcit junior hic, qui ſupra ſeniores ſe intellexit, in tribulatione, in neceſſitate: ut intelligat quam ſit contemnendum, [d] quod ei auferri poteſt, qui propter æternam juſtitiam Dei temporalia negligens, vitam ſperat æternam. d

KOPH.

℣.145. *Clamavi in toto corde meo, exaudi me Domine, juſtificationes tuas exquiram.*

Clamor cordis, eſt ſilenti ſono vocis, magna cogitationis intentio: qua ad hoc iſte toto corde clamavit, & hoc ſibi deſideravit a Domino exaudiente præſtari, ut juſtificationes ejus exquirat; quas non ſolum ſcientia comprehendat, ſed etiam opere exerceat.

℣.146. *Clamavi ad te, ſalvum me fac, & cuſtodiam teſtimonia tua.*

Salus animæ facit ut pro cuſtodiendis teſtimoniis Dei, vita corporis contemnatur: & ſi hoc flagitat extrema tenta-

a In Auguſtino, *niſi ut præcepta, quæ Deus imponit* &c.

b Auguſt. *mala facta.* Editi noſtri, *male facta.*

c Sic legunt Lugdun. Lovan. & Duac. Colon. vero, *Tabeſcit me.* Auguſtinus autem cum legiſſet. *Tabeſecit me zelus meus*; addit, *Vel ut alii codices habent, zelus tuus. Habent nonnulli etiam, zelus domus tuæ*: & *non Tabeſecit me, ſed comedit me. Quod ex alio Pſalmo, quantum mihi videtur, putatum eſt emendandum, ubi ſcriptum eſt, Zelus domus tuæ comedit me.* Pſal. 68. 18.

d Lugd. editio, *quod &.* Lovan. Duac. & Colon. ut in Auguſtino *quod ei.*

tatio, ut usque ad mortem pro veritate certetur.

℣.147. *Prævèni intempestа nocte, & clamavi, & in verbis tuis speravi.*

Nox intempesta tempus est noctis mediæ, rebus quæ per diem aguntur, incongruum. Quo significatur quoddam obstaculum præsentis sæculi, quod in comparatione futuri sæculi nox vocatur; & quo promissiones Dei, donec æternæ lucis veniat manifestatio, differuntur. In hoc ergo tempore intempestæ noctis clamat ad Dominum, tempus retributionis desiderio suo prævenit, qui promissa Dei vigilanter exposcit. Quod etiam ad illa referri tempora potest, quibus Ecclesia propheticis vocibus Christi postulabat adventum, & sperabat implendum, ut in semine Abrahæ benedicerentur omnes gentes.

Gen. 12.3. & 22.18.

a ℣.148. *Prævenerunt* [a] *oculi mei ad matutinum, ut meditarer eloquia tua.*

Matutinum factum est Ecclesiæ, quando qui sedebant in tenebris & in umbra mortis, lux orta est eis. Quod matutinum spes credentium præbebat. Et meditabatur eloquia Dei, quæ in Lege ac Prophetis, hanc lucem prænunciabant.

Isai. 9.2.

℣.149. *Vocem meam exaudi, Domine, secundum misericordiam tuam, & secundum judicium tuum vivifica me.*

Prius enim Deus secundum misericordiam aufert a peccatoribus pœnam, eisque postea justis secundum judicium dabit vitam. Quia non frustra illi hoc ordine dicitur, *Misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.*

*Ps.*100. 1.

℣.150. b *Appropinquaverunt persequentes me* [b] *iniquitate, a lege autem tua longe facti sunt.*

Vid. app. Tunc appropinquant qui persequuntur, quando usque ad carnem cruciandam perimendamve [c] perveniunt. Sed quanto viciniores sunt persequendis istis, tanto longinquiores sunt a lege justitiæ.

c ℣.151. *Prope es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas.*

Etiam in tribulationibus suis, quod eas non immerito patiantur, Deo tribuere veritatem, sanctorum est usitata confessio. Sed quæri potest, quomodo hoc dictum sit, *Omnes viæ tuæ veritas*, cum in alio Psalmo legatur, *Universæ viæ Domini misericordia & veritas*. Si ergo omnes homines consideremus, quorum alii misericordia liberantur, alii a veritate damnantur, *Universæ viæ Domini misericordia & veritas*. Si autem solos sanctos intueamur, non discernuntur hæ viæ. Individua enim ibi est & a misericordia veritas, & a veritate misericordia: quia beatitudo sanctorum est & de munere misericordiæ, & de retributione justitiæ.

Ps. 24.10. *Sent. est* 28

℣.152. *Ab initio cognovi de testimoniis tuis, quia in æternum fundasti ea.*

Quæ sunt ista testimonia, nisi quibus testatus est Deus, daturum se regnum suis filiis sempiternum, Et ideo ipsa testimonia in æternum fundata; quia id quod promisit, æternum est, quia fundamentum promissionis est Christus, in quo hujus spei testimonia vera sunt: quæ hic *ab initio* cognovisse se dicit, quia verbis Ecclesiæ loquitur, quæ ab initio humani generis exorta, nullis generationibus defuit.

1.Cor.3.11

RESCH.

℣.153. *Vide humilitatem meam, & eripe me, quia legem tuam non sum oblitus.*

Vox ista totius Ecclesiæ est, & omnium membrorum corporis Christi. Hoc autem loco, ubi ad liberandam humilitatem Dominus invocatur, nullam Dei legem convenientius intelligimus, quam illam qua immobiliter fixum est, ut omnis qui se exaltat humilietur, & omnis qui se humiliat exaltetur. Superbus ergo malis, ut humilietur, innectitur; humilis a malis, ut exaltetur, eripitur.

Luc. 14.11 & 18.14.

℣.154. *Judica judicium meum, & redime me, propter eloquium tuum vivifica me.*

Ejusdem sensus repetitio est: hoc est enim, *Judica judicium meum*, quod, *Vide humilitatem meam*; & hoc est, *redime me*, quod, *eripe me*. Nec aliud sonat, *propter eloquium tuum*, quam illud, *quia legem tuam non sum oblitus*. Tantumdem est, vivificari humilem, quantum & exaltari, quia sanctorum exaltatio vita æterna est.

℣.155. *Longe a peccatoribus salus; quia justificationes tuas non exquisierunt.*

Longe est a superbis salus, quia non exquisierunt gratiam tuam, quæ sola ju-

a Hæc duo, *oculi mei*, quæ in Editis nostris desiderantur, suppleri debere probat quod habeantur tum in Augustino, tum in textu Scripturæ, & sine his non pateat quo referatur verbum numeri pluralis *prævenerunt*.

b Vulgata nostra, *iniquitati*. At Augustinus, ut Editi Prosperiani *iniquitate*: subditque, *vel sicut nonnulli codices habent, inique*.

c Editi in textu *pereunt*. Ex quibus Duac. & Colon. in margine *perveniunt*. Quod cum legatur in Augustino, sensui etiam necessarium videtur.

ſtificat ; & non de te tibi, ſed de ſe ſibi placere voluerunt.

℣.156. *Miſerationes tuæ multæ Domine.*

Etiam hoc, inquit, quod exquirimus juſtificationes tuas, pertinet ad miſerationes tuas.

Item ℣. 156. *Secundum judicium tuum vivifica me.*

Novi enim quia & judicium tuum ſine miſeratione non erit ſuper me.

℣ 157. *Multi perſequentes me, & tribulantes me ; a teſtimoniis tuis non declinavi.*

Vox iſta eſt Eccleſiæ in Martyribus ſuis, qui inter tormenta & multiplicata ſupplicia, perſequentibus non ceſſerunt, & quorum exemplis glorioſiſſimis totus mundus illuſtris eſt : qui tamen victoriam ſuam non ſibi, ſed Deo tribuunt, dicentes in alio Pſalmo, *Niſi quod Dominus erat in nobis, forſitan vivos deglutiſſent nos.* Pſal. 123. 2

℣ 158. a *Vidi* a *non ſervantes pactum, & tabeſcebam.*

Qui ſunt qui pactum non ſervaverunt, niſi qui tribulationes multorum perſequentium non ferentes, a Dei teſtimoniis declinaverunt? Hoc ergo, inquit, cum viderem, tabeſcebam, dolens eos a tanta gloria decidiſſe.

Item ℣. 158. b *Quia eloquia tua non cuſtodierunt.*

Hoc erat pactum b non perſeverare, promiſſa Dei perdere.

℣. 159. *Vide quoniam mandata tua dilexi.*

Ipſa eſt fructuoſa tolerantia, quæ ſævitiam perſequentium dilectione ſuſcipit mandatorum.

Item ℣. 159. c *Domine, in tua miſericordia vivifica me.*

Cujus miſericordia obtinuit palmam, ejus miſericordia poſcit & vitam.

℣.160. *Principium verborum tuorum veritas, in æternum omnia judicia juſtitiæ tuæ.*

Judicia juſtitiæ Dei ſunt, quibus pronuntiatur in æternum vita juſto, pœna impio.

SCIN.

℣. 161. *Principes perſecuti ſunt me gratis, & a verbis tuis formidavit cor meum.*

Terreni reges Eccleſiam Chriſti gratis perſecuti ſunt, quia nullam cauſſam perſecutionis habuerunt; cum eos Chriſtiani in nullo læderent, & ipſi Chriſtianis negationem veritatis extorquere non poſſent. Habuerunt ergo verba minacia, intulerunt ſæva ſupplicia : ſed me tua potius verba terruerunt, *Nolite timere eos qui corpus occidunt, & poſtea non habent quid faciant : ſed eum timete, qui habet poteſtatem & corpus & animam perdere in gehennam.* Ab his ergo verbis formidavit cor meum : & ſperans in æternum præmium, contempſi temporale ſupplicium. Matt. 10. 28.

Exultabo ego ſuper eloquia tua, ſicut qui invenit ſpolia multa. ℣. 162.

Per ipſa verba vicit, quibus formidavit. Victis enim ſpolia detrahuntur : & multa ſpolia capta ſunt, quando etiam per ſe cuſtodes plurimi admirati patientiam Martyrum, in eum in quem ſævierant, crediderunt.

Injuſtitiam odio habui, & abominatus ſum, legem autem tuam dilexi. ℣.163.

Lex, eloquia ſunt Dei, quæ ſic timuit, ut amaret : conſequens enim erat ut diligeret juſtitiam, qui oderat pravitatem. Timor ergo ille verborum Dei a quibus formidavit, non fuit a charitate diſſentiens, ſed metuens ab eo quod amabat, c avelli. c

Septies in die laudem dixi tibi, ſuper judicia juſtitiæ tuæ. ℣.164.

Quod ait *Septies*, ſignificat ſemper. Hoc enim numero omnes explicantur dies, & tempora univerſa volvuntur. Eccleſia ergo nullis perſecutionibus ſuperata, in iſto tribulationum die, ſemper patientiæ & perſeverantiæ ſuæ laudat auctorem : quia cum tempus eſſet ut judicium inciperet a domo Dei, in omnibus tentationibus atque preſſuris, d non infirmitate, ſed coronis martyrum gloriata eſt. 1. Petr. 4. 17. d

Pax multa diligentibus legem tuam, & non eſt eis ſcandalum. ℣.165.

Ipſa lex diligentibus ſe ſcandalum non eſt? an diligentibus eam nullum eſt undecumque ſcandalum ? Sed utrumque recte intelligitur. Qui enim diligit Dei legem, etiam quod in ea non intelligit honorat, & in profunditate quam non penetrat, magnum aliquid ac myſticum latere non dubitat. Et item qui Dei legem diligit, ſi eam non ex mutabilibus hominum moribus pendit, nullum ſcan-

a S. Auguſtinus ita legerat, *Vidi inſenſatos*. Sed obſervat quod *alii codices habent, Vidi non ſervantes pactum, & hoc plures habent.*

b Fortaſſe, *non ſervare.*

c Editi ſimplici verbo *velli*. Margini appoſuerant *avelli*. Duac. & Colon. Reſpicit autem ſine dubio quod pro exemplo Auguſtinus poſuerat, *ſic pudica conjux virum & timet, ne ab illo deſeratur, & amat, ut fruatur.*

d Ita Editi noſtri omnes. Qui licet ſenſum aliquem exhibeant, tamen non dubitamus melius legi in Auguſtino ipſo. *Non infirmata, ſed coronis Martyrum glorificata eſt.* Nec difficile fuit vocem *infirmata* mutari a ſcriba in aſſam *infirmitate*.

trandalum patitur: quia etiamsi bonæ professionis homines propositum suum deserant, legis tamen justitia perseveresca.

℣.166. *Expectabam salutare tuum, Domine, & mandata tua dilexi.*

Omnes quidem sancti, ante Incarnationem Christi, ejusdem semper expectaverunt redemptionem. Sed potest hæc prophetia etiam eorum convenire personæ, qui ex quo revelata gratia Evangelium prædicatur, diligentes mandata Coloss.3.4. Christi, adventum ejus expectant: ut cum Christus apparuerit, vita nostra, tunc & nos cum ipso appareamus in gloria.

℣.167. *Custodivit anima mea testimonia tua, & dilexit ea valde.*

Custodiuntur Dei testimonia, dum non negantur. Sed quia pro testimoniis Dei, etiam flammis concremari, sine charitate non prodest, ideo addidit, & 1.Cor.13.3 *dilexit ea valde.*

℣.168. *Custodivi mandata tua & testimonia tua, quia omnes viæ meæ in conspectu tuo Domine.*

Plerumque, dum mandata Dei custodiuntur, fiunt inimici qui eadem mandata contemnunt: & necessarium est ut tunc pro testimoniis Dei fortiter stetur. Quod hic ideo fecisse se dicit; quia omnes viæ ejus in Domini conspectu fue- Psal.29.8. runt: tamquam diceret, Si avertisses a me faciem tuam, Domine, conturbatus fuissem, nec tua mandata, nec testimonia custodissem: nunc autem ideo utraque servavi, quia vias meas conspectus tui lumine direxisti.

TAU.

℣.169. *Appropinquet oratio mea in conspectu tuo, Domine, secundum eloquium tuum da mihi intellectum.*

Appropinquat oratio, quæ recipitur: Ps.33.19. quoniam, *Prope est Dominus his qui tribulato sunt corde*: & dat intellectum, se- Psal.31.8. cundum promissum suum, qui ait, *Intellectum dabo tibi.*

℣.170. *Intret postulatio mea in conspectu tuo Domine, secundum eloquium tuum eripe me.*

Repetivit quodammodo quod petivit. Nam qui & intellectum accipit eripitur, ne non intelligens subruatur.

℣.171. *Eructabunt labia mea hymnum, cum docueris me justificationes tuas.*

Laudabo, inquit, Dominum, & gloriabor in te, cum docueris me illa doctrina tua, qua quod jubes fieri, auxiliaris ut fiat.

℣.172. *Pronunciavit lingua mea eloquia tua, quia omnia mandata tua a justitia.* a

Spondet se prædicatorem futurum elo- 1.Cor.3.7. quiorum Dei: quia etsi Deus dat incrementum, tamen a ministris verbi, & plantandum est, & rigandum.

℣.173. *Fiat manus tua ut salvum me faciat, quia mandata tua elegi.*

Ut pronuntiarem eloquia tua, *mandata tua elegi*, & constantem me fecit dilectio veritatis. *Fiat ergo manus tua, ut salvum me* de manu *faciat* aliena: non ita, ut carnem persecutor non perimat; sed ita, ut animam tormenta non vincant.

℣.174. *Concupivi salutare tuum, Domine, & lex tua meditatio mea est.*

Salutare Christus haud dubium est, & ipsum se concupisse, justi antiqui veracissime confitentur. Ipsum concupivit Ecclesia venturum de visceribus matris, ipsum concupiscit Ecclesia venturum a dextera Patris. Legis autem meditatio nutrit & firmat hoc desiderium, dum testimoniis suis pronuntiat Christum.

℣.175. *Vivet anima mea, & laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.* b

Illa sunt hæc judicia, quæ & tempus erat ut inciperent a domo Domini. Sed 2.Pet.4.17 his Ecclesia semper adjuta est: quia Deo dante victoriam, passionibus suis crevit.

℣.176. *Erravi sicut ovis quæ periit: quære servum tuum, quia mandata tua non sum oblitus.*

Hæc est ovis propter quam pastor Matt. 18. ejus nonaginta novem dimisit in mon- 12. tibus, & eam quærens, Judaicis laceratus est vepribus, c verberibus. Sed ex c parte inventa, adhuc qaæritur. Ex ea Luc. 15. 4. namque parte qua iste dicit, *Mandata tua non sum oblitus*, inventa est; sed per eos qui mandata Dei eligunt, colligunt, diligunt, adhuc quæritur, & per sui pastoris sanguinem fusum atque dispersum, in omnibus gentibus invenitur.

PSALMUS CXIX.

PRænotatio tituli, *Canticum graduum* indicat inchoari. Nomine vero *graduum* significatur ascensio, qua pro-

fi-

a Apud August. *judicia*.

b In Augustino & recentioribus codicibus Prosperi, *Vivet*. Editi veteres omnes, *Vivit*.

c Editiones posteriores addiderant conjunctivam particulam &, quæ ab antiquioribus abest. Nam *vepribus, verberibus*, est quasi diceret *vepribus, id est, verberibus*.

ficientes quique a temporalibus ad æterna, a terrenis ad cælestia provehuntur. Iidem autem gradus & ascensionum sunt & descensionum: non quia deficient qui profecerant; sed quoniam *qui se humiliat, exaltabitur*; & præcipua sublimium virtus est, compati cum infirmis, & ad eos qui insipientes sunt, hoc est, & ad parvulos inclinari: ut omnes quæ sursum sunt sapiant, & frater fratrem adjuvans exaltetur. Habent enim omnes fideles formam descensionis ipsum Dominum Jesum Christum, qui manens in gloria sua qua æqualis est Patri, naturam & similitudinem servi recepit: ut quibus gradibus ad nostra ima descendit, ipsis possemus ad ejus summa conscendere.

Luc. 14. 11
Rom. 15. 1.
Coloss. 3. 2.
Prov. 18. 19

℣. 1. *AD te, Domine, cum tribularer clamavi, & exaudisti me.*

OMnis cogitans ingredi viam Domini, & in mandatis ambulare divinis, necesse est ut multis tribulationibus incipiat laborare; cui nihil est utilius quam ejus auxilium ad quem tendit expetere, qui ait, *Sine me nihil potestis facere.*

1. Tim. 3. 12.
Joan. 15. 5.

℣. 2. *Domine, libera animam meam a labiis iniquis, & a lingua dolosa.*

Religiosæ voluntati, & piam vitam agere disponenti, amatores hujus sæculi contradicunt, & dolosis verbis sanctum propositum cupiunt deterrere: quorum iniqua labia difficillimum est evadere, dum per quemdam affectum videntur consulere, & ab aspero labore tamquam parcendo revocare: ut videatur piæ esse sollicitudinis, quod est nocentissimæ suasionis.

℣. 3. *Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi ad linguam dolosam?*

Vis, inquit, virtutum gradus scandere? vis dolosæ linguæ officia fraudulenta superare? Dic quid auxilii concupiscas, aut si capax es eruditionis supernæ, eo ipso quo utilia poscis, ascendas.

℣. 4. *Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.*

Sagittæ acutæ, verba sunt Dei: quæ cum animos fidelium penetrant, inflammant corda, non sauciant. Ut autem mens superno amore transfixa ab omni contraria cupiditate sit libera; spiritalium carbonum petitur ignita purgatio, per quam noxiorum germinum congregatione vastata, fiat in homine salutifera desolatio, si interiora ejus vacua sunt ab hospitalitate vitiorum.

℣. 5. *Heu me, quia incolatus meus prolongatus est, habitavi cum habitantibus Cedar.*

Gemitus iste totius Ecclesiæ est, omniumque sanctorum, qui per fidem speculantes supernæ patriæ bona, inter [a] longinqua peregrinationis adversa suspirant: quia spiritales cum carnalibus habitant, & ad cælestia proficientibus molesti sunt terrena sectantes. Unde & secundum Apostolum, in duo genera dividitur unum semen Abraham: & alii sunt pertinentes ad Ismael filium ancillæ, alii ad Isaac filium liberæ. Tabernacula autem Ismael, appellata sunt Cedar, ut intelligantur non esse in lumine, qui non sunt in hæreditate.

Gal. 4. 22.

℣. 6. *Multum peregrinata est anima mea.*

Ne peregrinationem corporalem intelligeres, animam dixit peregrinari. Corpus enim absentatur loco, anima peregrinatur affectu. Et ideo cavendum est, ne longe simus ab illo, cui appropinquare debemus mentis ascensu.

℣. 7. *Cum eis qui oderant pacem, eram pacificus; cum loquebar illis, impugnabant me gratis.*

Christiana perfectio est pacificum esse etiam cum pacis inimicis, spe correctionis, non consensu malignitatis. Ut si nec exemplum, nec cohortationem sequuntur: causas tamen non habeant, propter quas odisse nos debeant.

Sent. est 29

PSALMUS CXX.

℣. 1. *LEvavi oculos meos ad montes, unde veniet auxilium mihi.*

℣. 2. *Auxilium meum a Domino, qui fecit cælum & terram.*

INgressus viam virtutum, in qua sunt gradus ascensionum ad montes, id est, ad sublimes quosque sanctorum, oculos cordis attollit, & per ipsos Dei poscit auxilium qui fecit cælum & terram. Terram scilicet, de qua cupit surgere: & cælum, quo optat ascendere. *Quis* enim *sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit?*

Psal. 112. 5. & 6.

℣. 3. *Non det in commotionem pedem tuum, neque dormitet qui custodit te.*

Ipsa

[a] Legendum suspicamur, *longinquæ peregrinationis*, cum scribat Augustinus, *Multum a te recessi, peregrinatio mea longinqua facta est*. Ad quæ verba respexisse arbitramur S. Prosperum hoc loco.

Ipsa sibi fidelis anima ex Dei inspiratione respondet, & desiderantem profectus contra superbiam munit, quæ & angelo & homini prima fuit caussa labendi. Det igitur tibi custos tuus perseverantiam humilitatis, ne ulla elatione movearis: ne cum tu non habueris vigilantiam standi, protegens te dormitare videatur.

℣. 4. *Ecce non dormitabit, neque obdormiet, qui custodit Israel.*

Si vis, inquit, habere custodem non dormitantem, esto Israel, id est, videns Deum. Vide igitur Deum primo per fidem, ut postea possis videre per speciem. Sicut enim Moysi dictum est a Domino, *Non poteris videre faciem meam, posteriora mea videbis*: ita & tu vide quæ posteriora sunt, ut possis videre quæ posteriora sunt, ut possis videre quæ prima sunt. Prima autem sunt, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum*: posteriora sunt, *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*. Unde quia hac fide corda mundantur, *Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt*.

2.Cor.5.7. Exod. 33. 20. & 23. Joan.1.2. Ibid. 14. Act.15.9. Matt. 5.8.

℣. 5. *Dominus custodit te, Dominus protectio tua, super manum dexteræ tuæ.*

Frequens insinuatio inculcat auditui quod principaliter in Dei protectione fidendum est. Dextera autem est hominis, amor Dei, & eorum quæ Deo sociant appetitus: & hujus dexteræ manus est, potestas quam dedit Deus credentibus, ut possint esse filii Dei, abstinentes a siniſtris, & dextris inhærentes. Unde per omnia in Domino confidendum est, in Domino gloriandum: quia possibilitatem in dextris proficienter perseverandi ipse dedit, ipse custodit.

Joan.1.12.

℣. 6. *Per diem sol non uret te, neque luna per noctem.*

In Sole significatur Christus lumen verum: & Luna significatur Ecclesia illuminatione lux facta. Quia ergo omne scandalum, quo homo aut infirmatur, aut uritur, ex duabus nascitur caussis; cum aut in confessione deitatis erratur, aut ab Ecclesiæ unitate disceditur; hoc præstat protectio Dei, ut in fide & charitate, quæ ipsius dona sunt, nulla tentatione superemur.

℣. 7. *Dominus custodit te ab omni malo, custodiat animam tuam Dominus.*

℣. 8. *Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum, ex hoc nunc & usque in sæculum,*

Custodit Dominus ab omni malo, non ut nihil patiamur adversi, sed ut [a] in ipsis adversitatibus anima non lædatur. Cum enim tentatio adest, fit quidam in id quod impugnat introitus; & cum bono fine, id est, sine vulnere animæ, tentatio consummatur, ad æternam requiem de profundo tentationis exitur. Sicut Apostolus dicit, *Fidelis Deus, qui non permittit vos tentari supra id quod potestis ferre, sed faciet cum tentatione etiam exitum, ut possitis sustinere.*

Sent.est 30 a

1.Cor.10. 13.

PSALMUS CXXI.

℣. 1. *LÆtatus sum in his quæ dicta sunt mihi, In domum Domini ibimus.*

OMnis homo fide illuminatus, & promissionum Dei cupidus, merito exultat & gaudet in his quæ a Prophetis dicta, quæque ab Apostolis prædicata, & utriusque Testamenti paginis declarata sunt, de vocatione Dei, quæ diligentibus Dominum & proximum, æternum domus Dei spondet habitaculum.

℣. 2. *Stantes erant pedes nostri in atriis tuis, Jerusalem.*

Non in ista Jerusalem quæ occidit Prophetas, & lapidavit ad se missos, quæ ob impietates multas stare non potuit, sed in illa cælesti Jerusalem, quæ est sanctorum omnium mater, filii ipsius se stare lætantur. Qui licet in via sint, & adhuc illo tendant: ita tamen quasi pervenerint gaudent, quia de adipiscendis fides firma non dubitat.

Marc. 23. 37. Galat.4.6.

℣. 3. *Jerusalem quæ ædificatur ut civitas:*

In illius, inquit, atriis Jerusalem, fidei nostræ firmitas stabat, quæ non mole saxorum, sed virtutum soliditate consurgit, & sanctorum societate, quæ numquam dissolvetur, exstruitur.

Item ℣. 3. *Cujus participatio ejus in idipsum.*

Patuit quod de æternæ ædificatione Jerusalem, nihil deberet carnale sentiri: quandoquidem *participatio ejus*, id est connexio, *in idipsum* est. Quid autem est *in idipsum*, nisi quod vere & sempiterne est? Neque ulla varietate mutatur deitas, scilicet Trinitatis, quæ numquam non fuit quod est, nihil dissimilitudinis recipiens, nihil inæqualitatis admittens: cui per Incarnationem Verbi unitur humana natura; ut liberata a commutationibus temporalibus, incommutabili æternitate potiatur.

Illuc

a Editio Colon. & posteriores, *in ipsis adversitatibus*. In ceteris & in libro Sententiarum omittitur præpositio *in*.

℣. 4. *Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israel, ad confitendum nomen Domini.*

Ascendisse dicuntur ad æternam Jerusalem *tribus*, id est, populi per suas familias distributi. Sed de toto pars intelligenda est: quia in omni genere hominum alii justi, alii inveniuntur injusti; nec omnes aut persecutores sunt, aut discipuli veritatis. Ad concordiam itaque cælestis Jerusalem non ascendunt, nisi *tribus Domini*, quibus testimonium fides perhibet, quod sint Israel, id est, videns Deum, & sine simulationis dolo donum gratiæ præferentes. Ille enim vere ascendit, qui confitetur non proprii operis, sed divini esse muneris, quod ascendit. *Sent. est 31*

℣. 5. *Quia illic sederunt sedes in judicio, sedes super domum David.*

Sublimiores quique sanctorum throni sunt Dei, sicut scriptum est, *Anima justi thronus sapientiæ est*. Et dicit Apostolis suis Dominus, *Sedebitis super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel*. Tota ergo domus David, id est, tota Ecclesia, quæ in Christo semen David, & semen Abraham, veniet in judicium: cum & ipsi qui sedebunt, sedes erunt Dei; & per examen judicantium, omnes dilectores Dei & proximi, in unitatem assumentur corporis Christi. *Matt. 19. 28.*

℣. 6. *Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem & abundantia diligentibus te.*

Ad ipsas sedes Dei propheticus sermo dirigitur, & ait, Vos qui judicaturi estis, per quos fiet conscientiarum interrogatio, quique estis ipsa Jerusalem, discernite a superbis humiles, ab implacidis separate pacatos: & fiant unitas & abundantia diligentium te. Quia qui tecum habent pacem, tuis in æternum divitiis abundabunt.

℣. 7. *Fiat pax in virtute tua, & abundantia in turribus tuis.*

Virtus tua, o Ecclesia, o Jerusalem, charitas est, qua & dives & fortis es. In hoc fiat pax filiorum tuorum, hoc abundet tuarum turrium celsitudo: ut unde ipsa magna es, inde tui participes augeantur.

℣. 8. *Propter fratres meos & proximos meos, loquebar pacem de te.*

℣. 9. *Propter domum Domini Dei nostri, quæsivi bona tibi.*

Prædicator pacis tuæ, non propter me, sed propter fratres meos extiti. Nec meum honorem, sed aliorum quæsivi salutem; non ut mea cresceret gloria, sed ut tua dilataretur hæreditas. Nam ipse apud te minuerer, si non profectibus laborarem.

PSALMUS CXXII.

AD *te levavi oculos meos, qui habitas in cælis.* ℣. 1.

MEns proficiens & ascendens, quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram; & ideo dirigit cordis aciem quo pervenire desiderat, non corporeis gressibus, sed proficientium ascensione virtutum. Habitatio autem Dei, non hoc cælum intelligendum est quod videtur, & de quo dicitur, *Cælum & terra transibunt*: sed de illa Jerusalem quæ ædificatur ut civitas, non tantum in sanctorum Angelorum sublimitate, sed etiam in totius Ecclesiæ glorificatione, quæ in Christo fundata, unum est cum supernis potestatibus Dei templum. *Coloss. 3. 2.* *Matt. 24. 35.* a *Ps. 112. 3.*

℣. 2. *Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum.*

Item ℣. 2. *Et sicut oculi ancillæ in manibus Dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nobis.*

Quæ humilitas, qualisve subjectio scandala ostendit, cum inter tentationum molestias & eruditionum plagas, gementium oculos ad Deum dicit esse conversos: donec misereatur & parcat, a cujus judicio venit quidquid inferri aut jubetur, aut finitur. Quia sicut servi & ancillæ in potestate sunt dominorum suorum atque dominarum; ita sancti modum castigationum suarum, ex Dei sententia pendere noverunt.

℣. 3. *Miserere nostri Domine, miserere nostri.*

Vide app. Job. 7. 1. Vox vapulantis est, & intelligentiam inter flagella postulantis: quia omnis hæc vita plena tentationum est, plena plagarum.

Item ℣. 3. *Quia multum repleti sumus despectione.*

℣. 4. *Et multum repleta est anima nostra: opprobrium abundantibus, & despectio superbis.*

Sent. est 32 *1. Tim. 3. 12.* Omnes qui secundum Christum pie volunt vivere, necesse est ut ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria, & despiciantur tamquam stulti & insani, qui præsentia bona b perdant, & invisibilia sibi ac futura promittant. Sed hæc despectio & irrisio in ipsos retorquebitur, cum b

a Forte redundat præpositio *de*, quæ habetur in omnibus editis.

b Emendamus ex libro Sententiarum sententia 32. ubi legitur quod in textu posuimus. Editi enim omnes hoc Psalmi loco habent, *qui præsentia bona sperant*: sensu evidenter oppositio Auctoris intentioni. Nisi

cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem.

PSALMUS CXXIII.

℣. 1. ℣. 2. *NIsi quod Dominus erat in nobis, dicat nunc Israel, Nisi quod Dominus erat in nobis.*

Ephes. 5. 23. CORpus Christi, quod est Ecclesia, ita distributum est, ut alia membra ejus pericula tribulationum jam evaserint, alia iisdem adhuc laboribus adterantur. Sed quia & præcedentium & subsequentium sanctorum unus est liberator: una est omnium exultatio, & illorum qui jam adversa vicerunt, & horum qui sperant se præsentibus periculis liberandos: & promissione Dei firmam dante constantiam, uno utuntur cantico, quia uno muniuntur auxilio, dicentes, *Nisi quod Dominus erat in nobis*, persecutionum nos magnitudo superasset: sed illo præsidente cordibus nostris, illo dante tolerantiam, illo consummante victoriam, habitantis in nobis a simus gloria, non hostium præda.

a

Item ℣. 2. *Cum insurgerent homines in nos;*
℣. 3. *Forsitan vivos deglutissent nos.*

Vid. app. Sent. est 33. *Ps.* 67. 36. Tota ergo fidelium salus, tota patientium fortitudo ad Deum, qui in sanctis est mirabilis, referenda est: quia nisi in illis Dominus esset, furori impiorum fragilitas humana succumberet. Dicat ergo Israel, dicat populus redemptus, populus regeneratus, populus adoptivus, ℣. 1. *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum insurgerent homines adversum nos, forsitan vivos deglutissent nos.* Vivi autem deglutiuntur, qui persecutione superati, in societatem transeunt impiorum, & amore exiguæ vitæ, in profundum ruunt mortis æternæ.

Item ℣. 3. *Cum irascetur furor eorum super nos;*
℣. 4. *Forsitan vivos absorbuissent nos.*

Vivi absorbentur, qui fidem quidem suam in conscientia sua retinent, sed metu pœnæ acquiescunt idolorum culturæ. Vivunt itaque tenentes fidem; sed dum contra fidem faciunt, adorantes quod nihil esse noverunt, occiduntur & pereunt.

℣. 5. *Torrentem pertransivit anima nostra, forsitan pertransivit anima nostra aquam intolerabilem.*

S. Prosperi.

Nisi forte legeris: *qui non præsentia bona sperant, & invisibilia sibi ac futura promittunt.* Editi enim legunt hic *promittunt*, non *promittant*. Augustini locus, quem præ oculis habuisse videtur sanctus Prosper, talis est. *Irridentur illi qui felicitatem vocant, quam oculis videre non possunt, & dicitur eis, Quid credis, insane? Vides quod credis? ..... Ecce ego quod amo video, fruor. Despiceris, quia speras quod non vides, & despicit te ille, qui quasi tenet quod videt.*

Vel b *sine substantia.* Magnitudo periculi, quod hi quibus Dominus inerat, evaserunt, facit eosdem qui liberati sunt mirari, quod tanta oppressi tentatione non fuerint. Ideo enim verbum dubitationis ponitur, ut id superatum demonstretur, quod humana vinci facultate non potuit. Per vim autem aquarum, significavit populorum furorem. Et ideo ista aqua *sine substantia* dicitur; quia peccatum nullius substantiæ est, & *qui diligit iniquitatem, odit animam suam*, eo plenam quod non erit, & quod egentem facit. *Psal.* 10. 6.

b

Benedictus Dominus, qui non dedit nos ℣. 6.
in venationem, (vel *in captionem,*)
dentibus eorum.

Fidelis anima, non in suis viribus, sed in Dei exultat auxilio. Ideo enim venantium evasit insidias, quia Dominus fecit irrita omnia genera captionum.

Anima nostra sicut passer erepta est ℣. 7.
de laqueo venantium.

Laqueus vel muscipula venantium, amor est istius vitæ, cujus dolos passeres, id est, humiles quique fidelium, præsidio supernæ protectionis, effugiunt.

Laqueus contritus est, & nos liberati *Item* ℣. 7.
sumus.

Præterit enim figura hujus mundi: & 1. *Cor.* 7. 31.
omnes præsentium vanitatum illecebræ conterentur, cum liberati passeres, id est, est humiles, a contritione temporalium, dicent exultantes atque gaudentes,

Adjutorium nostrum in nomine Domi- ℣. 8.
ni, qui fecit cælum & terram.

Merito ergo non sunt capti a venatoribus istius mundi, qui adjutorium quæsierunt in nomine Domini, qui cælum & terram creavit.

PSALMUS CXXIV.

℣. 1. *QUi confidunt in Domino, sicut mons Sion, non commovebitur in æternum, qui habitat.*
℣. 2. *In Jerusalem.*

INter mundi scandala, & rerum temporalium varietates non discedere a Domino, sed in charitate ejus ac proximi stabilem permanere, tam clarum atque sublime est; ut qui in hac firmitate consistunt, montis Sion instar ob-

a Fortasse, *finis gloria.*

b Sic legebat in Augustino, qui hanc lectionem exponit quo modo S. Prosper hic in fine.

tineant. Ipsi enim fide & spe habitant
*Ps.*122.3. in Jerusalem, non hac terrena, sed in ista cælesti & æterna, quæ ædificatur ut civitas.

Item ℣. 2. *Montes in circuitu ejus:*

Montium nomine significantur prædicatores veritatis, sive Angeli, sive Apostoli, sive Prophetæ; qui splendorem veritatis, quem de supernis accipiunt, in inferiora diffundunt.

Item ℣. 2. *Et Dominus in circuitu plebis suæ,*

Quiquid ergo est lucis in montibus, ipse est qui splendere montes facit; & quidquid per ministros auxilii venit, il-
1.Cor.12.6 lius est *qui operatur omnia in omnibus.*

Item ℣. 2. *Ex hoc nunc & usque in sæculum.*

Ut a temporalibus transferantur ad æterna.

℣. 3. *Quia non derelinquitur virga peccatorum super sortem justorum: ut non extendant justi ad iniquitatem manus suas.*

Sæpe in hoc sæculo peccatores mundanam potentiam consequuntur: cum & ipsi sint iniqui, publicarum tamen le-
Honor debitus potestatibus. gum sunt ministri: quorum potestas etiam fidelibus honoranda est, propter utilitatem dispositæ disciplinæ. Sed si in id prorumpant, ut justos veri Dei cultu conentur avertere, nulla eis obedientia, nulla eis præbenda consentio. *Quia non derelinquet Dominus virgam peccatorum super sortem justorum:* quorum sors ipse Deus est, qui justis suis eam perseverantiam dabit, ut imperia sævientium non metuant impiorum, & ab omni ope-
Sent.est 34 re iniquæ actionis abstineant. Ita ergo & a plebibus principes, & a servis domini sunt ferendi; ut sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, sperentur æterna. Auget enim meritum virtutis, quidquid propositum non violat religionis.

℣. 4. *Benefac Domine bonis, & rectis corde.*

Sent.est 35 Recti sunt corde, qui de præceptis Dei & constitutionibus non queruntur, nec varietate rerum temporalium depravantur: quia justum est æquanimiter ferri, quod judicaturus voluit tolerari.

℣ 5. *Declinantes autem in obligationem adducet Dominus cum operantibus iniquitatem.*

Impias, inquit, querelas, a fidei limite deviantes, & in imitationem multorum scelerum transeuntes, adducet Dominus ad judicium retributionis, paribus conscientiarum vinculis obligatos; ut quem non crediderunt judicem, experiantur ultorem.

Pax super Israel. *Item* ℣. 5.

Jerusalem interpretatur Visio pacis; & Israel, Videns Deum. Qui ergo videt Deum, pacem videt, & pax super ipsum est, cui Deus semper placet, & in nullo ab ipsius voluntate discordat.

PSALMUS CXXV.

CUm averteret Dominus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati. ℣. 1.

PRopheticus Psalmus ad ascensionem pertinet graduum, quibus bene currentium crescit profectus. Sub appellatione unius urbis & populi, ea quæ de universa Ecclesia sunt intelligenda, significat. *Sion* quippe in toto mundo est sanctorum omnium corpus, & civitas a captivitate Babylonis, quæ confusio interpretatur, educta. Ab ipso enim Adam *Eccli.*40.1 totum genus humanum jugum subiit servitutis, per quem omnia mundi sæcula, & generalis captivitas a filiis adoptionis avertitur, & quicumque ad redemptionem pertinent sanguinis Christi, in spem non dubiæ salutis habent gaudium consolationis.

Tunc repletum est gaudio os nostrum, ℣ 2. *& lingua nostra exultatione.*

Gaudium quidem proprie animi est. Sed quia ore promitur, quod corde concipitur, ipsam linguam exultatione dixit impletam, cujus se ministerio in actionem gratiarum, abundantia mentis effundit. Quod etiam tacente lingua fieri potest; quia & interior homo habet os invisibile, & linguam secretam, cum quo tacito sono clamat affectus.

Tunc dicent inter Gentes, Magnificavit Dominus facere cum eis. *Item* ℣. 2.

Magnificavit Dominus facere nobiscum, ℣. 3. *facti sumus lætantes.*

Inter omnes Gentes sunt cives Sion, qui redemptione ac pretio sanguinis Christi, de captivitatis jugo quotidie liberantur, & dicunt, *Magnificavit Dominus facere nobiscum:* qui nos per magnificentiam gratiæ suæ, cælesti patriæ reformavit. *Lætantes*, quia spei manifestæ vera sunt gaudia.

Converte, Domine, captivitatem nostram, sicut torrens in austro. ℣. 4.

Vita præsens multis tentationibus impugnatur, ut etiam redempti captivitatis mala metuant, & indesinenter opem Redemptoris implorent: petentes ut in via Domini per ascensionem gradus, absoluti cursus habeant libertatem: &

sicut

ſicut aquæ, quæ gelu fuerint ligatæ, auſtro flante laxantur; ita ipſi per Spiritum-ſanctum reſoluta glacie peccatorum, veloci ad patriam reditu ferantur, more torrentium.

℣. 5. *Qui ſeminant in lacrymis, in gaudio metent.*

℣. 6. *Euntes ibant & flebant, mittentes ſemina ſua.*

Item ℣. 6. *Venientes autem venient in exultatione, portantes manipulos ſuos.*

2. Tim. 3. 12. Gal. 6. 9. *Omnes qui volunt in Chriſto pie vivere, perſecutionem patientur* : & moleſtia laborum ſanctarum eſt cauſſa lacrymarum. Sed tempus flendi, tempus eſt ſeminandi : quia opera charitatis, quæ relevandis hominum miſeriis adhibentur, æternorum meſſem pariunt gaudiorum. De fructu enim bonorum operum pii coronabuntur agricolæ ; & cum manipulis gloriæ, id eſt, meritis actionum, adventui Domini Salvatoris exultanter occurrent.

PSALMUS CXXVI.

3. Reg. 11. 1. &c. PSalmi hujus titulus eſt, *Canticum Salomonis*. Et mirum eſt quod aſcenſionis canticum ejus nomine prænotatur, quem notum eſt ab his virtutum gradibus decidiſſe. Sed illo cadente, ſi quæ per ipſum dicta ſunt, delerentur, exiſtimaretur quod quæ Spiritus Dei locutus eſt, ipſe dixiſſet, & repudiari quaſi ejus propria debuiſſent. Nunc autem, ſequeſtrato hominis merito, quod a Deo factum eſt non tacetur, & doctrina ſpiritalis ſecernitur a prævaricatione doctoris. Manet ergo auctoritas 2. Petr. 1. 21. prophetiæ, quæ non humana eſt, ſed divina : & quia templum Dei, non niſi ipſius opere ædificetur oſtendit.

℣. 1. NIſi *Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt ædificantes eam.*

1. Cor. 3. 9. APoſtoli vox eſt, dicentis populo fideli, *Dei ædificatio eſtis, Dei agricultura eſtis*. Qua voce etiam propheta utitur, proteſtans vanum laborem eſſe ædificantium domum, niſi auxilio Domini opus ædificii inchoatum fuerit & effectum. Quod utique de tota Eccleſia intelligendum eſt, quæ eſt Jeruſalem, in omnium compage ſanctorum una domus, & unum templum, & una civitas, cujus extructio ab initio uſque in finem, Domino ædificante, conſurgit : ſine cujus gratia nihil eſt ſolidum, nihil firmum, ſed vana omnia atque ruitura.

S. Proſperi.

Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, in vanum laboravit qui cuſtodit. Item ℣. 1.

Omnis ſancti ædificii ſtatus, ſicut Domino operante proficit, ita Domino cuſtodiente, conſiſtit. Quoniam utilis præpoſitum cuſtodia eſt, cum Spiritus Dei populo ſuo præſidet, & non ſolum gregem, ſed etiam ipſos dignatur cuſtodire paſtores. Sent. eſt 36

In vanum eſt vobis ante lucem ſurgere. ℣. 2.

Præſumptionis ſpiritus increpatur, cui vanum eſt ſuis viribus relevari : cum gloriæ Chriſti particeps eſſe non poſſit, niſi qui fuerit humilitatis ejus verus imitator, & amator. Si ergo quis *ante lucem ſurgere*, & obſcurum noctis vult effugere, fallitur. Inordinata quippe excellendi cupiditas, cui humilitate creſcendum fuerat, dum præpropere levatur, in profunda demergitur. Vid. app.

Surgite poſtea quam ſederitis, qui manducatis panem doloris. Item ℣. 2.

Cum dicitur, *Surgite*, projiciendæ ſublimitatis hortatio eſt : cum autem dicitur, *poſtquam ſederitis*, prius humilitati ſtudendum eſſe monſtratur : quoniam *qui ſe humiliat, exaltabitur*. Et Luc. 14. 11 ne dubitaretur penes quos eſſet hoc meritum, *qui manducatis panem*, inquit, *doloris* : hoc eſt, qui propter juſtitiam patimini, & in lacrymis tribulationum tempus vitæ præſentis exigitis : ut qui de corpore eſtis Domini, viam capitis ambuletis, ſervantes participationem tolerantiæ uſque in finem : quoniam ſpes vobis in Chriſto certa eſt, & gloria reſurgendi.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum. Item ℣. 2. a

Electi Dei ſunt ſancti ejus, quorum mortem ſimilem facit ſomno, de quo Chriſtus ſurrexit a mortuis. Ita ſurgent & hi, qui membra ſunt ipſius : ſequentes enim præviam lucem, poſt labores humilitatis, introibunt in conſortium glorificationis.

Ecce hæreditas Domini filii, merces fructus ventris. ℣. 3.

Hæreditas Domini filii ſunt Eccleſiæ, in quibus & merces eſt fæcunditatis, & gaudium de fructu ventris ſui. Quoniam utero fidei ipſa eos concepit, parturivit, & peperit : ſimul quidem

a Forte legendum, *Dilecti Dei*, ut in textu Scripturæ, quem exponit S. Proſper, & apud Auguſtinum, *Dat hoc Deus, cum dormierint dilecti ejus ; tum ſurgent dilecti ejus, id eſt, Chriſti. Omnes enim ſurgent, ſed non quomodo dilecti ejus.*

cum reprobandis ventre gestatos, sed postmodum pro sui qualitate discretos, transacto somno, quem dilectis suis Dominus dedit, ut sessionem resurrectio consequatur.

℣. 4. *Sicut sagittæ in manu potentis, sic filii excussorum.*

Filii excussorum intelliguntur Apostoli, filii prophetarum, quorum prophetia multis fuit tegminibus obumbrata, quam prædicatores Evangelii excutiendo reserarunt. De prophetis ergo postea orti Apostoli excusserunt patres
a suos, & secreta eorum ventilando[a] eruerunt: ut essent tamquam sagittæ missi in universos fines terræ, arcu Dominicæ jussionis.

℣. 5. *Beatus qui* [b] *implebit desiderium suum*
b *ex ipsis.*

Beatitudinis apostolicæ fit particeps, qui ea concupiscit, quæ illi desiderando adepti sunt, & adipiscendo docuerunt. Ex ipsis ergo impleri dicitur desiderium, quia imitatione ipsorum ad eadem gaudia pervenitur.

Item ℣. 5. *Non confunditur, dum loquitur inimicis suis in porta.*

Quis est qui *loquitur in porta*, nisi qui evangelizat in Christo: quoniam ipse est janua intrantium Dei regnum. Inimici autem eorum sunt, qui prædicationi veritatis resistunt; & dum deitati Incarnationis Domini contradicunt, ab ingressu portæ merentur excludi.

PSALMUS CXXVII.

℣. 1. *BEati omnes qui timent Dominum, qui ambulant in viis ejus.*

MUlti homines malæ conscientiæ timent Dominum, agnoscentes quæ operibus suis retributio debeatur: sed cum permanent in peccatis, quorum delectatione superantur, non medelam capiunt ex suo timore, sed pœnam. Igitur timor beatitudinis particeps est, [c] in iis qui in Dei viis ambulant, & metuunt ne quid de bono
c quo beatificantur, amittant, *Spe gaudentes, & in tribulatione patientes.*
Rom. 12, 12

℣. 2. *Labores fructuum tuorum manducabis, beatus es, & bene tibi erit.*

A plurali numero ad singularem Propheta translatus est: quia omnes in Christo unum sumus, ex multis membris unum corpus efficimur, dum sive pluribus, sive in singulis unus est Christus, quia & caput in compage, & compago omnis in capite. Iste ergo timens Dominum, & in viis ejus ambulans, quomodo [d] fructum laborum sit manducaturus, inquiritur: & invenitur quod justi non solum fructibus laboris sui, sed etiam ipso illo, quo ad fructum tendunt, labore pascuntur: dum prius quam præmia pii laboris accipient, fit eis tolerantiæ amor, futuræ portio voluptatis. 1. Cor. 10. 17. & 12. d

Uxor tua sicut vitis abundans in lateribus domus tuæ. ℣. 3.

Cum multi sanctorum non habuerint conjugia, neque filios; quomodo accipientur hujus benedictionis fuisse participes; nisi harum affectionum societas in totius Ecclesiæ corpore intelligatur? per illud scilicet spiritale conjugium, quo viro suo Christo, id est, sponso sponsa connectetur. Sacramentum vero istius copulæ multis nominibus significatur, ut qui adhærent capiti, nunc membra ejus, nunc mater & fratres, nunc uxor & filii, nunc templum & vinea nuncupentur: dum per has necessitudinum species illa individua unitas fidei, & spei, & charitatis ostenditur; & quidquid Christo subjungitur, sibi quoque invicem colligatur, ut totius domus latera fecundæ vitis abundantia vestiantur.

Filii tui sicut novellæ olivarum, in circuitu mensæ tuæ. Item ℣. 3.

Qui uxoris vocabulo appellati sunt, iidem commemorantur nomine filiorum, de fructu pacis novellis oleis comparati: quoniam pacifici filii Dei vocabuntur, Matt. 5. 9. qui mensam Dominicam, sacramentorum atque doctrinæ, cum unanimitate circumdant; ut quod inde percipitur, nulla dissensione violetur.

Ecce sic benedicetur omnis homo, qui timet Dominum. ℣. 4.

Caput & corpus, Christus & Ecclesia unus homo, unus est Christus: qui in suis atque in se habens benedictionem, & sumit & confert.

Be-

a Editiones omnes in ora libri notant pro lectione diversa, *ruminati sunt.*

b Apud Augustinum, *implevit*, & infra secunda parte versus, *non confundetur, cum loquetur.*

c Edit. Lugd. & Lov. in textu habebant, *qui in Dei vias*, absque his verbis, *in iis:* quæ tamen cum in margine monerent addenda textui, ab editoribus deinceps re vera textui addita leguntur.

d Ita quidem Editi omnes. Sed conjicimus legi forte debere *fructuum laborem*, ex textu mox citato, & ex expositione quæ sequitur: tum ex ipso opere Augustini de hac ipsa lectione fuse differente in hoc eodem loco, & sic concludente, *Interim modo labores fructuum tuorum, postea fructus laboris . . . Beatus es, de præsenti est: bene tibi erit, de futuro est. Cum manducas labores fructuum tuorum, beatus es: cum perveneris ad fructum laborum, bene tibi erit.*

℣. 5. *Benedicat te Dominus ex Sion, & videas quæ bona sunt in Jerusalem omnibus diebus vitæ tuæ.*

Non humana hæc, sed divina benedictio est; nec terrenæ, sed cælestis Jerusalem bona incorruptibilia promittuntur. Quamvis enim etiam temporalia commoda dona sint Dei; non ea tamen spondet proprie sanctis, quæ communiter largitur [a] & reprobis. Æternæ igitur civitatis æterna sunt gaudia, & stantium dierum perpes infinitas, nec variabitur, nec labetur. Ibi videbuntur filii filiorum, id est, fructus sanctorum operum, & perpetua justitiæ præmia, quæ pacis nomine universaliter exprimuntur: quia omnis illa beatitudo Jerusalem, incommutabili pace gaudebit, & erit bonum omnium, quod fuerit singulorum.

a Sent. est 37

℣. 6. *Et videas filios filiorum tuorum, pax super Israel.*

Omnis promissio æternorum bonorum, pacis nomine comprehensa est; quæ specialiter ad eos pertinet, qui sunt Israel, id est, videntes Deum: de quibus dicitur, *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.*

Matt. 5. 8.

PSALMUS CXXVIII.

℣. 1. SÆpe *expugnaverunt me a juventute mea. Dicat nunc Israel;*

℣. 2. *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea.*

PRophetiæ spiritus Ecclesiam Dei ad perseverantiam cohortatur, ut de superatis persecutionibus in Domino glorietur. Ab initio enim in sanctos, qui sunt Israel, impii sævierunt: sed Ecclesia, sive in juventute sua, sive in ætate majore, sive in senectute ultimi jam sæculi, nullis oppressionibus, nullis est victa suppliciis; cui per passiones & mortes suorum, coronæ semper triumphique creverunt.

Item ℣. 2. *Etenim non potuerunt mihi.*

℣. 3. *Super dorsum meum fabricaverunt peccatores, prolongaverunt iniquitatem suam.*

Omnis malorum intentio contra bonos, hæc est, ut eos similes sui faciant, & in consensum iniquitatis suæ a fide ac probitate traducant. Quod cum obtinere non possunt, opprobriis & criminationibus impetunt innocentium vitam, construentes super dorsum eorum congeriem falsitatum. Quia perfectorum fidelium est, etiam tales, & injustorum odiorum onera sustinere, etiam si prolongent iniquitatem suam, & nulla correctione mutentur: quæ pertinacia malorum longe ab innocentibus separatur, & qui est rectus, nulla eorum societate polluitur.

℣. 4. *Dominus justus concidet cervices peccatorum.*

Generale quidem nomen est peccatorum, quod nec sancti quidem a se existimant alienum. Sed aliud est quod quotidie aufertur, aliud quod semper augetur. Unde ex ipsa ultionis specie, quales hic peccatores commemorentur, ostenditur, cum Dominus non manus peccatorum, sed cervices concisurus denuntiatur. Per cervices enim superbia significata est eorum, qui in nullo se reprehendi volunt, & Dei verba tamquam deliramenta contemnunt.

℣. 5. *Confundantur, & [b] revertantur retrorsum omnes qui oderunt Sion.*

b

Oderunt Sion, qui oderunt Ecclesiam, & qui Dei præcepta contemnunt. Sed quia super dorsum fabricaverunt, quid faciet Ecclesia, nisi tales spe correctionis ipsorum toleret usque in finem? Veniet enim quod sequitur.

℣. 6. *Fiant sicut fœnum tectorum, quod prius quam evellatur, arescit.*

℣. 7. *De quo non implebit manum suam qui metit, & sinum suum qui manipulos colligit.*

Contemptores eloquiorum Dei, & amatores mundi, fœno quod super tecta & super parietes nascitur, comparantur. Qui ante tempus messis arescunt, & cum videntur stare, ceciderunt: nec inveniunt messores, id est Angeli, quod de eis Dominicis horreis inferatur: quia igni deputabitur, quidquid carebit substantia charitatis.

Matt. 13. 39.

℣. 8. *Et non dixerunt qui præteribant, Benedictio Domini super vos.*

Superbi & vani in agro Domini nihil operati sunt, nec meruerunt ab eis qui per temporalia ad æterna transibunt, gratiam benedictionis accipere. Omnes enim prophetæ & Apostoli universique sancti, bene viventibus benedixerunt *in nomine Domini*: non in suo, sed in illius cujus gratia erant quod erant, & cujus pollicitationes bonis & fidelibus promittebant. [c]

c

PSAL-

a Editiones Duac. & Colon. *& probis*. Melius Lugd. & Lovan. *& reprobis*.

b Lugd. & Lov. *Et revereantur retrorsum*. Duac. & Colon. *revertantur*. Augustinus, *avertantur retrorsum*.

c Deest hic altera pars versus, *Benediximus vos in nomine Domini*: quæ tamen in ipsa versus explicatione videtur comprehensa.

PSALMUS CXXIX.

℣. 1. DE *profundis clamavi ad te Domine*,
℣. 2. *Domine exaudi vocem meam.*

Vide app. QUi profunditatem malorum vitæ hujus intelligit, & a terrenis erui cupit; jam de his est qui ad ascensionum pertinent gradus, & qui superno auxilio cupiunt adjuvari, ut per virtutum profectus, ab imis ad summa conscendant. Clamandum ergo est voce desiderii sperantis ad Dominum, ut non de uno tantum, sed de multis profundis humanarum miseriarum eruat laborantes. Quia etiam qui valde profecerunt, habent usque in finem de quibus cupiant liberari: [a] etsi magnorum & fidelium ista conditio est, ut quamdiu in sæculo mundani maris profunda patiuntur: quæ extremitas demersos habet eos, qui ipsis imis profunditatibus delectantur, & tanto magis sunt miseri, quanto se putant esse fideles.

Item ℣. 2. *Fiant aures tuæ intendentes, in vocem deprecationis meæ.*

℣. 3. *Si iniquitatem observabis, Domine, Domine quis sustinebit?*

1. *Joan.* 3. 8 *Luc.* 19. 10 Quia qui venit solvere opera diaboli, hoc est peccata, & venit quærere quod perierat, dedit spem etiam in ultimo profundo jacenti, per quam se ad opem salvantis erigeret. Et ideo quantalibet mole malæ consuetudinis peccator oppressus, habet in Psalmi hujus forma quod sequatur imploratione exemplum, ne de sua liberatione desperet: quia si divina justitia hoc hominibus in hac vita redderet quod merentur, nemo posset retributionis sustinere judicium. Quid ergo spei sit confitenti, aperit sermo qui sequitur:

℣. 4. *Quoniam apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te, Domine.*

Joan. 3. 29. Quæ est *propitiatio*; nisi sacrificium? & quod sacrificium nisi occisio illius Agni, qui tulit peccatum mundi, & venit ut legem veteris Testamenti, nova lege Evangelicæ veritatis impleret? Lex autem perfectio charitatis est, *Sent. est* 38 qua Deus proximusque diligitur, & per quam dicitur conditori legis, *Dimitte* *Matt.* 6. 12 *nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Bene enim sustinet promissiones Dei, qui mandatum ejus exequitur: nec frustra sperat parcendum peccatis suis, qui ignoscit alienis, dicente Apostolo, *Invicem onera* *Gal.* 6. 2. *vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

Sustinuit anima mea in verbum tuum. *Item* ℣. 4. Expectationis, inquit, meæ substantia Christus est, & verbi tui promissione non fallor, quia ipse est Veritas qui promisit.

Speravit anima mea in Domino. ℣. 5.

A vigilia matutina usque ad noctem, ℣. 6.
[b] *a vigilia matutina speret Israel in Domino.* b

Spes fidelium, expectatioque sanctorum, non unius diei concluditur fine: cum etiam intra brevia tempora istius vitæ, multorum dierum ortus atque occasus sæpe renoventur. Virtus igitur patientiæ de illa sumenda est vigilia matutina, in qua Dominus Jesus Christus in nostræ naturæ carne surrexit a mortuis; ut quod præcessit in capite, hoc in se sperarent omnia membra faciendum. Quæ spes nullis terrenda adversitatibus, nullis terroribus obscuranda, sed usque in finem præsentis vitæ, ubi nox quædam mortis intervenit, fortiter custodienda est: ut omnis Israel, quousque de hac vita exeat, hoc quod in Domino factum est, in se quoque faciendum sperare non desinat. Hæc enim spes propria est Israelitarum spiritalium, quorum desiderium non vana neque temporalia concupiscit; sed a vigilia matutina resurrectionis Christi, usque in noctem finis sui eo currit, eo tendit, quo jam in præcedente pervenit.

Quoniam apud Dominum misericordia ℣. 7.
est,

a Locus obscurus, qui Mss. defectu restitui non potuit. Fortasse paucis mutatis clarior fiet, si legatur, *etsi magnorum & felicium ista conditio est, ut quamdiu in sæculo sunt, mundani maris profunda patiantur: quæ extremitas demersos habet . . . . quanto se putant felices.* Conjecturæ nostræ locum dare videtur Augustinus, cum dicit inter cetera; *Valde in profundo sunt, qui nec clamant de profundo. Dicit Scriptura? Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Jam videte, Fratres, quale profundum sit, ubi contemnitur Deus. Solet enim hoc illis evenire, qui multum in profundo sunt, & prosperantur in iniquitatibus suis, & tanto magis in profundo merguntur, quanto magis videntur esse felices.*

b Hic omnes Editi nostri repetunt, *a vigilia matutina*. Augustinus quoque bis legisse agnoscitur hæc verba; semel quidem in fine versus quinti, *speravit anima mea in Domino, a vigilia matutina usque ad noctem*; tum initio sexti, *A vigilia matutina usque ad noctem speret Israel in Domino.* Quam repetitionem urget, cum ait: *Speravit anima mea in Domino, a vigilia matutina usque ad noctem. Quid est quod ait? Uno die speravit in Dominum, & finita est tota spes ipsius? A vigilia matutina usque ad noctem, speravit in Dominum. Ista vigilia finis noctis est . . . Ergo intelligendum est hinc usque ad noctem speravit anima mea in Domino, ergo intelligendum est, ne putemus uno die nobis sperandum esse in Dominum.* Et infra; *& redit ad illud, A vigilia matutina speret Israel in Dominum.*

est, & multa apud eum redemptio est.

Fiducia sperantium, misericordia Dei est: nec ideo quisquam debet de capessenda Domini promissione dubitare, quia se participatione ejus novit indignum; cum ipsa confessio per commutationem actionis & mentis indulgentiam mereatur, & multiplex sit redemptio ejus, qui nihil donorum suorum correctis negat, & universa vincula captivatis abrumpit.

℣. 8. *Et ipse redimet Israel ab omnibus iniquitatibus ejus.*

Non ergo timeat aliquas iniquitates accessurus ad Dominum; tantum ut toto corde se voveat, & ea in quibus etiam sibi displicet, agere ac velle desistat: nec dicat quod illa forte iniquitas remittenda sit, illa autem pro sua qualitate plectenda; sed clamet *de profundis*, & *a vigilia matutina* speret *usque in noctem*, quia Redemptor sine peccato ideo pro injustis pretiosum sanguinem fudit, ut omnium in se credentium omnia peccata deleret.

PSALMUS CXXX.

℣. 1. *DOmine, non est exaltatum cor meum, neque elati sunt oculi mei.*

Item ℣. 1. *Neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus.*

Vide app. SUperna cujuslibet spiritalis Israelitæ, in qua totum Christi corpus ostenditur, sanctæ humilitatis veritas commendatur. Et hanc Psalmi vocem omnes Ecclesiæ filii suam esse cognoscunt: quorum temperantia nihil humanæ gloriæ concupiscit, neque optat de operum mirabilibus gloriari, ut pro ostentatione virtutum pretium laudis acquirat. Cum omnis gratia Dei, quæ in quocumque fidelium dignatur operari, a nullo membro corporis Christi possit abjungi: & suum quisque faciat bonum quod per alium gaudet effectum.

℣. 2. *Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam:*

Item ℣. 2. *Sicut ablactatum est super matrem suam, sic retributio in animam meam.*

Mens perfectæ humilitatis delectat a proposito, intrepide de hac se lege constringi, ut cuidam maledictioni fiat obnoxia, si alta sapere, & de aliquibus miraculis voluerit superbire. Sicut ergo male agitur cum infante nondum idoneo ad perfectionem solidioris cibi, si a matris uberibus auferatur, cum substantia alimoniæ ejus in matre sit: ita, inquit, retribuatur animæ meæ; ut cum panem angelorum edere non valeam, potum materni lactis amittam; & cum ea quæ supra me sunt, apprehendere non queam, humilitatis bono caream, in quo salubrius est proficere, quam * timere.

* *forte*, tumere.

℣. 3. *Speret Israel in Domino, ex hoc nunc & usque in sæculum.*

Verus ergo Israel, quæ sibi sint in Domino præparata prospiciens, totam spem suam confirmet in Domino, & quæ sursum sunt sapiat, non quæ super terram: non temporale quærat gloriam, sed æternam: ne dum bona fallacia amat, vera non capiat. Coloss. 3. 2.

PSALMUS CXXXI.

℣. 1. *MEmento Domine David, & omnis mansuetudinis ejus.*

COngruit quidem personæ beati David, ut apud Dominum memoriam haberi cupiat mansuetudinis suæ, cujus observantissimus fuit, & de qua secundum historiam testis est ordo gestorum. Sed altiore intellectu sermo propheticus accipiendus est; ut scilicet ad illum hominem, qui in capite & in corpore, id est, in Christo & Ecclesia unus homo est, hæc verba referantur; quibus plene utitur tota Dei civitas, & omnis compago sanctorum, mansuetudine potentium, & humilitate sublimium, hujusque propositi votum offerentium Deo, ut tabernaculum ipsius efficiantur, & templum: quod anima omnis fidelis quodam insolubili juramento profitetur & sancit, cupiens se in æternum a Domino possideri, & habitaculum esse Spiritus-sancti.

℣. 2. *Sicut juravit Domino, votum vovit Deo Jacob:*

℣. 3. *Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascendero in lectum stratus mei:*

℣. 4. *Si dedero somnum oculis meis, aut palpebris meis dormitationem,*

℣. 5. *Et requiem temporibus meis, donec inveniam locum Domino, tabernaculum Deo Jacob.*

In his omnibus voti perseverantia, & fidei fervor ostenditur. Ut enim quis locus sit Domino & tabernaculum Deo Jacob, a propria utilitate ad bonum debet commune transire, non in se requiescere, nec in suis delectationibus dormitare. Philip. 2. 21.

tare. Quod faciunt, qui sua quærunt, non quæ Jesu Christi; quæ autem sunt Jesu Christi, non singulorum membrorum, sed totius corporis bona sunt, & nullus non habet, de quibus nemo non gaudet. Fit ergo locus Domini, & tabernaculum Dei Jacob, qui Ecclesiæ coaptatur, qui corpori Christi per spiritum charitatis unitur, nec usquam alibi beatus fieri cupit, nisi in illa domo, de qua dicitur, *Beati omnes qui habitant in domo tua, in sæcula sæculorum laudabunt te.* Psal.83.5.

℣. 6. *Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis silvæ.*

Ephrata nomen Hebræum interpretatur Latine speculum, in quo propheticæ significationis imago præcessit. Per speculum enim prophetiæ, adnuntiata hæc sedes vel habitatio Dei, de qua dicitur, *Ecce audivimus eam in Ephrata*, id est, in eloquiis Prophetarum. *Invenimus eam in campis silvæ*, hoc est, in altitudine Gentium, in quibus fuerunt vepres idololatriæ, concretiones errorum, & silvestres incultarum mentium feritates. Quod ergo audivimus ex libris Judæorum, manifestum est in fide Gentium.

℣. 7. *Intrabimus in tabernacula ejus, adorabimus in loco ubi steterunt pedes ejus.*

Qui intrant ut inhabitent, ipsi sunt qui ut inhabitentur, intrantur: & hi sunt in domo Dei, qui sunt domus Dei, ut vere in regno Dei sint quibus dici potest, *Regnum Dei intra vos est.* Luc.17.21 Adorant ergo isti *in loco ubi steterunt pedes*, vel ipsius domus permanentes in Domino, vel ipsius Domini, qui domus perseverantis habitator est. Sicut autem non est locus adorandi, nisi in Ecclesia catholica, ita *Nemo potest dicere* [a] *Dominum Jesum Christum, nisi in Spiritu-sancto.* [a] 1.Cor.12.3

℣. 8. *Exurge Domine, in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ.*

Ecclesia, id est, corpus Christi, capiti suo dicit, Dormisti per conturbationem crucis; surge in requiem æternitatis, tu, & arca sanctificationis tuæ: ut gloria resurrectionis, non solum in capite membrorum, sed etiam in membris capitis impleatur. Quæ membra arca sunt sanctificationis Deo, sive per Incarnationis veritatem, sive per gratiæ electionem; ut in persona Mediatoris Dei & hominum hominis Christi 1.Tim.2.5 Jesu intelligatur, & altare propitiationis, & arca sacrificii, & arca doctrinæ.

Sacerdotes tui induantur justitia, & sancti tui lætentur. ℣. 9.

Te, inquit, resurgente a mortuis, & eunte ad Patrem, regale illud sacerdotium induatur fide; quia *justus ex fide vivit.* Rom.1.17. Et accepto pignore Spiritus-sancti, lætentur membra, spe resurrectionis quæ præcessit in capite.

Propter David servum tuum, non avertas faciem Christi tui. ℣. 10.

Hoc Deo Patri dictum est ab Ecclesia, supplicante ut meminerit promissionum suarum in domum David: ne omne Israeliticum genus pereat, propter facinus impiorum: qui licet receperint, & recipiant quod merentur; multa tamen ex ipsis millia justificata sunt per fidem, & inde Apostoli, inde Doctores, inde tot Martyres, & primogeniti totius adoptionis, electi ut frumenta discernerentur a paleis, & reliquiæ salvæ fierent. Pro quibus & Dominus in cruce orabat dicens, *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt.* Rom.11.5. Luc.23.34

Juravit Dominus David veritatem, & non pœnitebit eum. ℣. 11.

Sicut juramenti nomine, in Deo constitutio significatur incommutabilis veritatis; ita pœnitentiæ appellatione, conversi sententiæ demonstratur. Unde ideo dicitur Dominus non pœnitere, quod statuit numquam immutare: quo quid aliud, quam æternitas donorum, & judiciorum ejus ostenditur? Ps.109.4.

De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Item ℣.11.

David, in quo persona est capitis & corporis, id est, Christi & Ecclesiæ, hanc promissionem accipit, quod fructus ventris ejus super sedem ipsius esset ponendus, cujus regnum manet in æternum. Qui ideo fructus ventris dicitur, quia Salvator secundum carnem virginis matris est filius, conceptus, non per virilem coitum, sed per Spiritum-sanctum. Luc. 1.33.

Si custodierint filii tui testamentum meum, & testimonia mea hæc quæ docebo eos. ℣. 12.

Et filii eorum usque in æternum sedebunt super sedem tuam. Item ℣.12.

Custodibus testamenti, hæreditas pollicitationum, & æterni regni beatitudo promittitur, qua non solum filii David, sed etiam filiorum ejus filii ditabuntur.

Sed

[a] Colon. editio & illa posteriores, *Dominus Jesus Christus.*

Sed hanc gloriam, semen fidei, non carnis propago consequitur, & in toto mundo qui sunt in fide sanctorum patrum, ipsi in honore numerantur hæredum.

℣. 13. *Quoniam elegit Dominus Sion, præelegit eam in habitationem sibi.*

Sion ipsa est Ecclesia, & ipsa est Jerusalem cælestis, ad cujus pacem currunt, qui etiam nunc peregrinantur. Ipsa est civitas Dei, quæ ex meliore sui parte, semper cum auctore suo mansit: & partem, quæ per Dei gratiam quotidie ab exilio revocatur, expectat, ut simul tota sit sui habitatoris ædificatio.

℣. 14. *Hæc requies mea in sæculum sæculi; hic habitabo, quoniam præelegi eam.*

Apparet quam ineffabili dilectione Ecclesiam suam diligat Deus, quando eam requiem, qua ipsam facit requiescere, suam dicit; cum indemutabilem deitatis tranquillitatem nullius umquam laboris perturbatio fatigaret. Hujus vero tanti muneris quæ principalis causa sit, plenissime demonstratur, cum dicit, *Quoniam præelegi eam*: secundum quod in *Joan.15.16* Evangelio Dominus ait, *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos.*

℣. 15. *Viduam ejus benedicens benedicam, pauperes ejus saturabo panibus.*

Tota Ecclesia Dei, in Dominum sperans, & humilitate proficiens, formam *1.Tim.5.5* viduæ gerit, quæ, quoniam consolatio- *Ibidem 6.* nem hujus mundi non habet, instat orationi nocte & die, & solo divino fidit auxilio. *Pauperes* quoque hi significantur, de quibus dicitur, *Beati pauperes* *Matt.5.3. & 6.* *spiritu*: &, *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam; quoniam ipsi saturabuntur*: cibo utique gratiæ & pane justitiæ, [a] ut *Joan.6.41.* edant illum, qui dicit, *Ego sum panis, qui de cælo descendi.* Viduitas igitur & paupertas, non in solis mulieribus maritorum consortio destitutis, neque in eis tantum qui inopia laborant, intelligatur, sed in omnibus membris corporis Christi. Quia aliud est quod tolerat labor necessitatis, aliud quod elegit amor religionis.

℣. 16. *Sacerdotes ejus induam salutari, & sancti ejus exultatione exultabunt.*

Salutaris, id est, salutem adferens, Christus est, quo quisque regeneratus *Gal.3.27.* induitur, dicente Apostolo, *Quotquot in Christum baptizati estis, Christum induistis.* Et hoc universa Ecclesia sub nomine assequitur sacerdotum: quia totus populus Christianus sacerdotalis est. Verum plenius hoc ipsi rectores plebis accipiunt, qui specialius summi Pontificis & Mediatoris personam gerunt.

Illic producam cornu David. ℣. 17.

In cornu altitudo significatur, non in se, sed in Domino gloriantium: quia sublimitas cornuum mensuram totius carnis excedit.

Paravi lucernam Christo meo. Item ℣. 17.

Id est, præmisi ante ipsum prophetiam, cujus lumine uterentur, qui erant in ignorantiæ tenebris constituti. Unde *2. Petr. 1.* & beatus Petrus apostolus dicit, *Habe-* *19.* *mus firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis intendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco.* Et ipse Domi- *Joan.5.35.* nus ait de Baptista Joanne, *Ille erat lucerna ardens & lucens.* Merito ergo sancti exultatione exultabunt, quia non in se, sed in Domino glorificantur.

Inimicos ejus induam confusione, super ℣. 18. *ipsum autem florebit sanctificatio mea.*

Aperte significatum est, quid debeatur inimicis gratiæ Christi, & quæ in ipso sanctis gloria præparetur, cum Christus in toto suo corpore refulgebit, & erit Dominus omnia in omnibus. *1.Cor.15. 28.*

PSALMUS CXXXII.

ECce *quam bonum & quam jocundum,* ℣. 1. *habitare fratres in unum.*

BOna & jocunda habitatio est, quæ inter filios adoptionis efficit unitatem, & præter corpoream ac localem habitationem, fraternos animos fidei pace connectit. Quod tunc vere impletur, cum in unum caput totius corporis Christi, omnia fidelium membra concurrunt.

Sicut unguentum in capite, quod de- ℣. 2. *scendit in barbam, barbam Aaron.*

Per Aaron sacerdotem ille indicatur sacerdos, qui veri pontificis sacramentum, non in alieni generis hostia, sed in oblatione corporis & sanguinis sui solus implevit: idem sacerdos, idem victima, propitiator, & propitiatio, omniumque mysteriorum, quibus nuntiabatur effector: qui mortuus, sepultus, resuscitatus, ascendit in cælos, naturam humanam super omne nomen exaltans & mittens Spiritum-sanctum, cujus unctio omnem Ecclesiam penetraret. A capite enim, id est, a Christo manans benedictio, non solum *in barbam*, sed

Nn etiam

a Editi omnes, *ut educant*. Melius legetur *ut edant*; nec enim de educendo, sed de edendo pane hic agi constat, ex voce *saturabuntur*, quæ paulo ante præcesserit. Scribam autem deceptum fuisse versu alterius Psalmi, *Ut educas panem de terra*. Ps. 103. 14.

etiam *in ora vestimenti ejus*, id est, usque ad infima membra descendit. In barba autem, quæ unguentum fluens a capite prima suscepit, Apostoli significantur & Martyres, in quibus virtus capitis & sacramento eminet, & exemplo.

Item ℣. 2. *Quod descendit* [a] *in ora vestimenti ejus.*
a ℣. 3. *Sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.*

Roris descensio, supernæ gratiæ significatio est, quæ sanctorum est origo meritorum. *Hermon* autem interpretari dicitur, [b] flumen exaltatum, quod intelligitur Jesus Christus, qui *ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. Ab ipso enim in Sion, id est, in Ecclesiam, venit pluvia charismatum; exoritur ex tota compage fructus benedictionum, & fortitudo virtutum.

b Ps. 67. 19. Ephes. 4. 8.

Item ℣. 3. *Quoniam illic mandavit Dominus benedictionem, & vitam usque in æternum.*

Gratia roris Hermon ibi descendit, ubi per unitatem charitatis habetur participatio benedictionis. Ipsi enim in unum habitant, qui in Christo concorditer vivunt, & in diligendis non solum fratribus, sed etiam inimicis servant præceptum, quo pro persecutoribus suis jubentur orare: quando pro inimicis suis est mortuus Dominus, qui eos facit participes æternitatis, quos imitatores habuerit dilectionis.

Matt. 5. 44. Rom. 5. 10.

PSALMUS CXXXIII.

℣. 1. ECce *nunc benedicite Dominum omnes servi Domini.*

Item ℣. 1. *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.*

NUnc, inquit, id est, in hoc tempore tribulationum & angustiarum, in tempore persecutionum & lacrymarum, *benedicite Dominum*, omnes qui [c] uno corde, & uno spiritu, in confessione & in laude Domini permanetis: stantes, id est, perseverantes in latitudine fidei, & spei, & charitatis.

c

℣. 2. *In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum.*

In adversitatibus, ait, quæ diem vitæ hujus obscurant, nolite deficere; sed manus vestras in opere sanctitatis extollite: ut benedictiones quæ voce promuntur, in conversationis vestræ pietate videantur.

℣. 3. *Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cælum & terram.*

Plures hortatus est ut benedicerent Dominum, & ipse unum benedicit, quia ex pluribus unum fecit: ut omnis Ecclesia, cujus corpus unum, & anima una, benedictionem tamquam homo unus accipiat.

PSALMUS CXXXIV.

℣. 1. LAudate *nomen Domini, laudate servi Dominum.*

℣. 2. *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri.*

BOna cohortatio & utilis, qua in Domini laudem servi ipsius incitantur: cum utique hoc non egeat Deus, cujus gloria nec minor se potest esse, nec major. Sed quia tali officio proficiunt laudatores, & discunt eum timere atque amare quem laudant; persistat fidelis devotio in divinarum confessione virtutum, ut observantia consuetudinis fiat sacrificium voluntatis. Quales autem esse debeant prædicatores Dei consequenter ostenditur, cum dicitur, *Qui statis in domo Domini, in atriis domus Dei nostri*: id est, qui in præceptis Dei infatigabiles permanetis, ex hoc ipso quod in Domini domo statis, ipsi gratias agitis, qui solvit compeditos, illuminavit cæcos, erexit elisos, & dedit vobis spiritum intelligentiæ, qui vos in dilectionem & in laudem ejus accenderet.

Psal. 145. 7. & 8.

℣. 3. *Laudate Dominum, quoniam bonus Dominus: psallite nomini ejus, quoniam suavis est.*

Laus Domini nec uberius significari, nec plenius potest, quam cum dicitur *bonus*. Verum hoc non cum cæteris bonis, quæ non sunt nisi per ipsum; sed præ omnibus singulariter intelligendum est: quia aliud est bonum omnia bona faciens, & auctorem sui non habens; aliud quod nisi fieret, esse non posset. Unde dicitur, *Nemo bonus, nisi unus Deus*. Nec est ulla creatura comparabilis Creatori, quæ si quid boni habet, non est ei proprium, sed acceptum. Hoc itaque summum & incommutabile bonum, laudatoribus suis participationem

Matt. 10. 18.

a Augustinus, *in oram*, ut in Vulgata nostra.

b Sic interpretatum habetur in omnibus Editis Prosperi. At in Augustino legitur. *Habemus interpretationem ab eis qui illam linguam* [Hebræam] *noverunt. Hermon interpretari dicitur, lumen exaltatum.*

c Lugdunensis editio non addit hic præpositionem *in*, quam posteriores addiderunt.

nem suæ suavitatis impertit, per hoc quod æqualis Patri Filius Dei, factus
1.Tim.2.5 est mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus. Ipse est enim secundum
Joan.1.12. quod Verbum caro factum est, panis hominum; qui descendendo ad nos, per nos, nobis ad se per se fecit ascensum; & bibendo calicem nostræ infirmitatis, fecit nos calicem suæ gustare virtutis: ut agnoscceremus & confiteremur, quoniam suavis est Dominus.

℣. 4. *Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi.*

Tota suavitas bonitatis Dei in gratia ipsius demonstratur; quia *Jacob elegit sibi Dominus, & Israel in possessionem* suam fecit, [a] excipiens illam sibi domum, quam specialius eligeret & ornaret. Quamvis enim omnes gentes ipse condiderit, hanc tamen non sicut aliam commisit Angelis, sed suo nomini proprie deputavit; ita disponens sacramentum vocationis suæ, ut electio Israel ad salutem omnium gentium pertineret; promissionis filiis, in æternam hæreditatem, non ex carnis propagine, sed ex regenerationis adoptione venturis.

a

℣. 5. *Quoniam ego cognovi quia magnus est Dominus, & Deus noster super omnes deos.*

Contemplatio prophetica altiora operum Dei secreta conspiciens, Ego, inquit, cognovi quam magnus est Deus, & quod propositum ejus atque consilium nullo explicatur eloquio. Sed quia super omnem potentiam excellit omnipotens, neque ulla natura est super quam non Creator ejus emineat: commemorentur de conditis, per quæ intelligantur mirabilia conditoris.

℣. 6. *Omnia quæcumque voluit Dominus fecit in cælo, & in terra, in mari, & in omnibus abyssis.*

Quidquid creaturarum est in cælo, & in terra, in mari, & in abyssis Deus fecit: nec est ulla natura, ullave substantia, quæ non præcepto ejus extiterit. In creanda autem universitate rerum atque formarum, non operatio fuit laboris, sed ratio voluntatis: quam nullum præcessit tempus, nullus est moratus effectus. Hanc potentiam homo totius mundi consideratione cognoscens, confiteatur, quia cum in agro cordis sui, aliquid boni nascitur, de opere & munere est cælestis agricolæ, qui ea quæ instituit per naturam, & corrupta sunt per inobedientiam, dignatur reparare per gratiam.

S. Prosperi.

Suscitans nubes ab extremo terræ, fulgura in pluviam fecit. ℣. 7.

Qui producit ventos de thesauris suis. Item ℣. 7.

Hæc omnia in toto mundi corpore, Dei nutu & Dei aguntur arbitrio: quæ utique cum multa admiratione laudanda sunt; & in eis intelligendum est, quæ operetur Deus in ipsis hominibus, quos ad imaginem & similitudinem suam fecit, & refecit.

Qui percussit primogenita Ægypti, ab homine usque ad pecus. ℣. 8.

Primogenita hominum, sunt principia bonæ & probabilis vitæ, quæ initium sumit ex fide. Cum igitur aliqui Christiani aut schismata, aut hæreses movent, & Ecclesiam Dei quibus possunt afflictionibus impetunt, fiunt Ægyptii, quorum nomen interpretatur, afflictio populi Dei: & percutiuntur in primogenitis suis, id est, in fide, quæ dum a charitate Ecclesiæ descisicit, extinguitur. Hæc autem pessima plaga in homines. Percutiuntur & pecora, hoc est, qui sapientium doctorumque speciem gerunt, & hi qui pro caussa stultitiæ & imperitiæ, possunt pecoribus comparari.

Immisit signa & prodigia in medio tui Ægypte, in Pharaonem & omnes servos ejus. ℣. 9.

Nihil habent bonæ significationis eorum nomina, in quos iram suam Dominus effundit. Nam & Phare dissipationem, & [b] Ægyptus afflictionem sonat. b
Afflictio regem habet dissipationem, quia illi qui affligunt Ecclesiam, dissipati affligunt, & regi suo sua primum eversione famulantur.

Qui percussit gentes multas, & occidit reges fortes. ℣. 10.

Seon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan, & omnia regna Chanaan. ℣. 11.

Interfectiones quidem regum, & gentium adversantium populo Dei, ita ut narrantur, impletæ sunt. Sed quia propheticus est textus historiæ, non carent figuris scriptorum nominum qualitates; ut per interpretationum significationem

a Posterior editio, *accipiens*; veteres omnes Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *excipiens*. Nam Augustinus dicit, *quamvis ipse omnes gentes condiderit, ceteras Angelis commisit, sibi istam possidendam servandamque deputavit.*

b Lugd. & Lovan. *Ægyptiis*. Duac. & Colon. *Ægyptus*: ut Augult. *Nam & ipsa Ægyptus afflictio interpretatur*. Supra vero pro *Phare*, Augustin. habet post aliquot lineas: *Ægyptus afflictio est, Pharao dissipatio.*

cognoscat Ecclesia, quorum maxime hostium cæde salvetur. Interpretatur namque Seon [a] tentatio colorum, & Amorrhæi interpretantur, amaricantes. Cum itaque tentatio colorum non sit nisi mendacium; quod ut facilius obrepat, colorem sibi veritatis [b] adsumunt, quid mirum si amaricantes, mendacis regis simulatione ducuntur? Quoniam & ipse mendacii pater diabolus, transfigurat se in angelum lucis, & tentatio colorum contrarios veritati faciat esse, quos decipit. Sed hi homines spiritaliter occiduntur, cum moriuntur diabolo, ut vivant Deo; & qui crediderant mendacio, credant potius veritati. Manus autem Dei quia succisiones, & vivificationes facit, Og regem, & Basan populum ejus interimit. Og enim interpretatur conclusio, & Basan interpretatur confusio. Talis quippe conclusio intercludit viam, quæ ducit ad Dominum, & interceptos ad confusionem perducit, & iniquos modo concludit, ne credant in Christum: quando Christus apparuerit, confundentur, nisi nunc gratia convertente, mutentur. Chanaan vero interpretatur paratus humilitati. Quæ humilitas pœnalis intelligenda est, quæ paratur superbis, qui modo non in humilitate, sed in elatione sunt positi, & præordinantur in id quod retribuendum est vanitati.

a

*Joan.*8.44. 2. *Cor.* 11. 14.

b

℣. 12. *Et dedit terram eorum hæreditatem, hæreditatem Israel populo suo.*

Fit hoc quotidie: nam quod alii per meritum suum perdunt, alii per gratiæ munus acquirunt. *Quoniam Jacob elegit sibi Dominus, Israel in possessionem sibi*: & habenti dicitur, *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam.*

℣. 4.

*Apoc.*3.11

c

℣. 13. [c] *Dominus nomen tuum in æternum: & memoriale tuum in generatione & generationem.*

Id est, virtutum tuarum miracula non cessabunt, & quæ operatus es significando, operaberis indesinenter implendo. *Memoriale* autem Domini in eo intelligitur quod non obliviscitur promissionum suarum; sed omnino efficit quod spopondit: & hoc fit a *generatione in generationem*; quia alia est generatio hominum qua nascuntur mundo, alia qua renascuntur Deo. Sed in utraque sub altissimo judicio Dei, & opus naturæ impletur, & gratiæ.

℣. 14. *Quoniam judicabit Dominus plebem suam, & in servis suis deprecabitur.*

Excepto judicio futuro, jam judicata est plebs Judæorum. Quid est, judicata? Separati inde sunt justi, & remanserunt injusti. Audi Dominum dicentem: *In judicium veni in hunc mundum, ut qui non vident, videant; & qui vident, cæci fiant.* Excæcati enim sunt superbi, illuminati sunt humiles; [d] & in hoc uno populo, qui & Jacob & Israel generaliter appellatur, una enim persona est domus Jacob & domus Israel, una gens, una plebs; hanc invitat, & hanc dimittit, mites a ferocibus, credentes ab infidelibus separando. *In servis suis* igitur *deprecabitur* Dominus, id est, invocabitur, vel exorabitur: & in omnibus nationibus erunt homines Israeliticæ dignitatis, cum Judæi ex maxima sui parte erunt impii, & veritatis inimici. Sed quia spiritalis Jacob ex omni gente assumitur, idolorum cultoribus infidelitatis cæcitas exprobratur.

*Joan.*9.35

d

℣. 15. *Simulacra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum.*

Omnes ex quacumque natione verum Deum nescientes, & Christi Evangelio resistentes idolorum cultores sunt; & cum in cordibus suis falsitatum dogmata fabricantur, id quod finxerint, simulacrum est: & si quid ratiocinando [e] munierint, id argenteum videtur, aut aureum: [f] qui ita humanæ sapientiæ argumentis & eloquio coloratur, ut reverentiam sibi pro mendaciorum arte conciliet. In hujusmodi ergo figmentis, *opera* sunt *manuum hominum*, quæ humanus error excogitavit, non doctrina veritatis instituit.

e

f

℣. 16. [g] *Os habent, & non loquentur; oculos*

---

a In Augustini textu legitur, *tentatio oculorum*: observatumque ab eruditissimis Editoribus, omnes prope ejusdem. Mss. hic & infra constanter habere, *tentatio colorum*. Idemque nomen postea in Ps. 135, interpretari, *germen inutile, vel tentationem calentem*.

b Fortasse, *adsumit*; scilicet mendacium, nisi *adsumunt* referri velis ad *amaricantes*, de quibus statim fit sermo.

c Apud August. *Domine*, ut in Vulgata nostra.

d Lugdunensis editio, *& hoc in uno populo*.

e Lugdunensis editio legit, *munierint*. Lovan. Duac. & Colon. *minuerint*.

f Legi debere arbitramur, *quia*; etsi in Editis legatur *qui*.

g Hæc prima pars versus 16. in Augustino transfertur post hæc verba, *& non odorabunt*; omittitur quoque, *Non clamabunt in gutture suo, nec enim est spiritus in ore eorum*. In Vulgata nostra non leguntur plura, quam hæc. *Os habent, & non loquentur; oculos habent, & non videbunt, Aures habent & non audient neque enim est spiritus in ore ipsorum*. Reliqua vero quæ hic leguntur in Psalterio Hieronymi, quod Romanum vocant, legebantur. A Gallicano deinde recisa sunt. De quibus noviissimi S. Hieronymi operum Editores observant quod, *sequentes versiculi* [ab his, *nares habent*, ad hæc, *neque enim est spiritus*] *huc translati sunt in Romano Psalterio ex Psalmo superiori* 113. Quos tamen præ oculis habuisse Prosperum nostrum vix dubitare sinit subjecta ab eo, licet brevissima ipsorum expositio. Observandum denique hæc ipsa non legi in textu Hebraico, Psalmi hujus.

g

los

los habent, & non videbunt:

℣. 17. *Aures habent, & non audiunt; nares habent, & non odorabunt.*

Manus habent, & non operantur; pedes habent, & non ambulabunt.

Non clamabunt in gutture suo; nec enim est spiritus in ore eorum.

℣. 18. *Similes illis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.*

Proprie quidem hæc de paganis dici videntur; sed etiam hæreticos comprehendunt, qui dum falsis inhærent, & impia hominum commenta sectantur, omnia rationalis vitæ officia perdiderunt. Nam quid est habere oculos, & non videre, quam in errorum nocte versari? [a] Habere aures, & divinæ inobedire doctrinæ? Habere nares, & bonum Christi odorem non capere? Pedes habere, & vocantem non sequi gratiam? Habere linguam, & non loqui veritatem? Habere manus, & sine opere esse justitiæ? Quia *omne quod non est ex fide, peccatum est*. Mendaces igitur conformabuntur mendacio; & quo magistro fidunt, cum eodem confundentur. Et tamen ex ipsis quotidie commutantur per miracula Dei; quotidie aperiuntur oculi cæcorum, & aures surdorum, inspirantur nares insensatorum, resolvuntur ora mutorum, fiunt operariæ manus paralyticorum, diriguntur pedes claudorum, ex lapidibus excitantur filii Abrahæ, quibus omnibus simul dicatur:

Rom. 14. 2.

Matt. 3. 9.

℣. 19. *Domus Israel benedicite Dominum, domus Aaron benedicite Dominum.*

℣. 20. *Domus Levi benedicite Dominum.*

Quia omnes hos gradus, quos una gens habuit, per ipsam fidem, qua illa justificata est, totus mundus obtinuit, & in cunctis jam nationibus invenitur Abraham credentium pater.

Item ℣. 20. *Qui timetis Dominum, benedicite Dominum.*

℣. 22. *Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Jerusalem.*

Habitatio Dei, non est illa Jerusalem, quæ cecidit; sed est in cordibus fidelium, atque sanctorum, ex quibus ædificatur æternum templum Dei cum compage Angelorum, qui numquam a Domino recesserunt. Benedicit ergo Ecclesia Dominum, ex Sion, id est, de specula, ex qua promissiones Dei prospicit venturas in Jerusalem, id est, in visionem pacis; ubi jam nullum periculum infirmitatis, nulla erit adversitas tentatoris.

PSALMUS CXXXV.

CONfitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in sæculum misericordia ejus. ℣. 1.

PSalmus iste laudem continet Dei, & eodem modo in omnibus suis versibus terminatur, ut quidquid operum Dei percurritur, ideo intelligatur effectum, ut benitatis & misericordiæ ejus manifestaretur æternitas. Quamvis enim post judicium, quo in fine sæculi vivi & mortui judicandi sunt, missis justis in vitam æternam, impiis autem in ambustionem æternam, non sint deinceps futuri, qui divinæ gratiæ dispensatione salvandi sint: recte tamen intelligi potest, in æternum futuram misericordiam ejus, quam suis sanctis fidelibusque largitur; quoniam ea beatitudo, quam ex Dei misericordia consequentur, nulla umquam tentatione pulsabitur, sed in æterna pace & gloria, incommutabilis permanebit. Quod opus ineffabilis pietatis, quia in sempiterno Dei proposito atque consilio fuit, ut per temporalia præordinarentur æterna; mire totius mundi elementorumque conditio propter hanc misericordiam dicitur institutа, cui perficiendæ omnium rerum ordo serviisset,

Matt. 5. 46

Confitemini Deo deorum, quoniam in æternum misericordia ejus. ℣. 2.

Confitemini Domino dominorum, quoniam in æternum misericordia ejus. ℣. 3.

Deorum nomen cum in bono positum reperitur, secundum gratiam intelligendum est, non secundum naturam, dicente Apostolo, *Nam etsi sunt qui dicuntur dii, sive in cælo, sive in terra: quemadmodum sunt dii multi, & domini multi; sed nobis unus Deus Pater ex quo omnia,* [b] *& nos per ipsum*. Qui ergo sunt filii Dei, & per adoptionis sacramentum divinæ sunt consortes natu-

1. Cor. 8. 5. & 6.

b

2. Pet. 1. 4.

ræ,

[a] Hic aliqua deesse videntur ad plenum sensum sententiæ. Forte suppleri posset, *& non audire, quam divinæ &c.* Sic postea; *Habere nares, & non odorari, quam bonum &c. Pedes habere, & non ambulare, quam vocantem non sequi gratiam. Habere linguam & non loqui, quam non loqui veritatem*. Quæ in sequentibus supplenda suadet prius enumerationis membrum, modo aliquando occurrant Mss. qui Editorum defectui medeantur.

[b] Locus iste Apostoli plenius legitur in Augustino, scilicet, *& nos in ipso, & unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, & nos per ipsum*. Quæ autem ibi amplius leguntur forte ex codicibus prosperi exciderunt, ut conjicitur ex verbis statim subjunctis, *Uni Deo serviunt, uni Domino &c.* Idem quoque locus Apostoli infra in fine totus citatur.

ræ, habent hujus nominis donum: quia uni Deo ſerviunt, uni Domino voluntaria ſubjectione famulantur. *Dii autem gentium dæmonia*; quæ quoniam gaudent ſe ab errantibus coli, in æternum ignem cum ſuis cultoribus [a] damnabuntur.

Pſal. 95. 4.

a

℣. 4. *Qui facit mirabilia magna ſolus, quoniam in æternum miſericordia ejus.*

Poſſunt ea mirabilia accipi a Deo ſolo facta, quæ neque per Angelos, neque per homines ſunt effecta; ſed ſola Dei operante virtute. Quamvis enim ipſe operetur omnia in omnibus; naturas tamen cunctarum creaturarum, cælum & cæleſtia, terram & mare, cum univerſis quæ in eis ſunt, ſolus inſtituit. Non quod ſine Filio ſuo Verbo, aut Spiritu-ſancto aliquid fecerit Pater; ſed quia Trinitas unus Deus eſt, qui creaturas, non per creaturam fecit, ſed ſola potentia deitatis. Quod autem in ſecundis dicitur, *Quoniam in ſæculum miſericordia ejus*; ad reparationem humani generis referendum eſt, quod Dei miſericordia per ſacramentum regenerationis vitæ reddit æternæ.

1. Cor. 12. 6

℣. 5. *Qui fecit cælos in intellectu, quoniam in ſæculum miſericordia ejus.*

In intellectu facti ſunt cæli, ad erudiendam eam creaturam, quæ ad cognitionem ſui præordinabatur auctoris. *Inviſibilia enim Dei*, ſicut ait Apoſtolus, *a creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur; ſempiterna quoque virtus ejus & divinitas*: & hic idem propheta dicit, *Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum ejus annuntiat firmamentum*. Quia majeſtatis inviſibilis pulcritudo, [b] & per corpoream creaturam incorporeus Creator agnoſcitur.

Rom. 1. 20.

Pſal. 18. 1.

b

℣. 6. *Qui firmavit terram ſuper aquas; quoniam in ſæculum miſericordia ejus.*

Bene quidem intelligitur ſuper aquas terra fundata, in eo quod circumfluentibus aquis ſupereminet; & ita etiam in infimis natura invenitur humoris, ut ei ſolidum ſubdatur elementum. Sed ſecundum ſacramentum Eccleſiæ, quod per totum mundum in regenerationis lavacro celebratur, ſacratius hoc accipitur dictum, de præparatione baptiſmatis, ſupra quod naturæ humanæ terra fundatur; ita ut ab aquis tota æterni templi ſtructura conſurgat.

℣. 7. *Qui fecit luminaria magna ſolus; quoniam in æternum miſericordia ejus.*

Ideo & hic addidit *ſolus*, quia cætera mirabilia quæ dicturus eſt, aut per homines, aut per Angelos fecit.

Solem in poteſtatem diei, ℣. 8.

Lunam & ſtellas in poteſtatem noctis. ℣. 9.

Splendor ſolis in die potens eſt, & lunæ & ſtellarum in nocte. Sed hæc præter utilitatem, quam mundo vicibus ſuis præbent, & præter decorem quo totius mundi augetur ornatus, dant ſignificationem ſpiritalium gratiarum. Nam præcipuum fidelium cordium lumen eſt, veniens ab ipſo juſtitiæ ſole, ſapientiæ: ſecundum autem lumen eſt ſcientiæ, quæ inter ſæculi hujus obſcura dat quodammodo lunare ſolatium; deinde plurimorum chariſmatum munera ſtellarum ignibus merito comparantur: ut ambulantibus per difficilem viam numquam deſit cæleſte præſidium.

Qui percuſſit Ægyptum cum primogenitis eorum. ℣. 10.

Nulla pars mundi eſt, quam non percutiat gladius veritatis, ut Chriſto præcipua quæque ſubdantur.

Qui eduxit Iſrael de medio eorum. ℣. 11.

Quotidie ſancti ab iniquis & adverſis tribulationibus eruuntur.

In manu potenti, & brachio excelſo. ℣. 12.

Quid potentius eo, de quo dictum eſt, *Et brachium Domini cui revelatum eſt?*

Iſai. 53. 1.

Qui diviſit rubrum mare in diviſiones. ℣. 13.

Rubri maris diviſione ſignificatur baptiſmus Chriſti, in quo fiunt diviſiones: ut [c] una res aliis ſit in vitam, aliis in mortem; in vitam fidelibus, in mortem perſecutoribus.

c

Et eduxit Iſrael de medio ejus. ℣. 14.

Et [d] educit populum ſuum Dominus, innovatum per lavacrum regenerationis.

d

Et excuſſit Pharaonem, & virtutem ejus in mare rubrum. ℣. 15.

Perit in aquis rex peccati, & baptizatis reatus excutitur.

Qui traduxit populum ſuum in deſerto. ℣. 16.

Traducit & nos per hujus mundi aridatem & ſterilitatem, ne in ea pereamus.

Qui percuſſit reges magnos, ℣. 17.

Et occidit reges fortes. ℣. 18.

Percutit, atque occidit etiam per nos diabolicas & noxias poteſtates, quoties dat

a Editiones Lugdun. & Lovan. *damnabunt*.

b Priori ſententiæ huius membro aliquid deeſſe videtur: forte, *ex viſibilium pulcritudine conjicitur*, aut aliquid huiuſmodi.

c Auguſtinus hic, *ut unus atque idem baptiſmus aliis ſit in vitam, aliis ſit in mortem*.

d Duac. & Colon. *eduxit*. Lugdun. & Lovan. *educit*, ut apud Auguſtinum. Nam agit de gratia baptiſmi, quæ quotidie renaſcentibus confertur.

1.Cor. 15. 57. dat victoriam per Dominum noſtrum Jeſum-Chriſtum.

℣. 19. *Seon regem Amorrhæorum.*

Germen inutile, quod interpretatur *Seon*: & *regem Amorrhæorum*, quod interpretatur amaricantium, percutit per Eccleſiam ſuam Dominus.

℣. 20. *Et Og* [a] *coacervantem Baſan.*

a Hoc eſt, confuſionis: quid enim coacervat diabolus niſi confuſionem?

℣. 21. *Et dedit terram eorum hæreditatem,*

℣. 22. *Hæreditatem Iſrael populo ſuo.*

Dat etiam, quos diabolus poſſidebat, hæreditatem ſemini Abrahæ, quod eſt Chriſtus.

Gal. 3.16.

℣. 23. *Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri,*

℣. 24. *Et redemit nos ab inimicis noſtris.*

Redemit nos ſanguine Unigeniti ſui.

℣. 25. *Qui dat eſcam omni carni.*

Joan.6.56. Hæc eſt eſca, de qua Dominus dicit; *Caro mea vera eſt eſca*, quæ datur omnibus gentibus. Quia nullus renatorum fidelium ab eſu ejus excipitur.

℣. 26. *Confitemini Domino cæli:*

℣. 27. *Confitemini Domino Dominorum, quoniam in æternum miſericordia ejus.*

Quod hic ait, *Domino cæli*, hoc videtur ſuperius dixiſſe, *Deo deorum*: & quod ibi ſubdidit, hoc etiam hic connexuit, *Confitemini Domino deorum*. Ut

1.Cor.8.5. & 6. *ſi ſunt qui dicantur dii*, & Domini, *ſive in cælo, ſive in terra: nobis tamen unus* ſit *Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipſo; & unus Dominus Jeſus-Chriſtus, per quem omnia, & nos per ipſum*, cui confiteamur, *quoniam in æternum miſericordia ejus.*

PSALMUS CXXXVI.

℣. 1. *SUper flumina Babylonis illic ſedimus, & flevimus, cum recordaremur tui Sion.*

PRophetia Pſalmi non ſolum hoc denunciat, quod ſecundum gerendarum rerum ordinem ad Iſraeliticum populum proprie pertinebat; ſed etiam quod in omni Eccleſia Dei, quæ in toto mundo eſt, agitur & impletur. Univerſi enim fideles, qui cives ſunt Jeruſalem, & in hoc ſæculo peregrinantur, apte his vocibus & congruenter utuntur, ut dicant quod Pſalmi verba pronuntiant. Nam qui fide juſtificati ſunt, & ſpe ſalvi facti, ad patriam cæleſtem angelicamque deſiderant, recordantes promiſſionis Dei; flent & gemunt de habitatione terrena, quæ in quacumque ſui parte Babylonia eſt, & flumina ejus ſunt omnes illecebræ temporales, ſive in moribus, ſive in opinionibus, quas ſibi quiſque delegerit, in quibus nihil ſtabile, nihil firmum eſt, ſed omnia fluida, & in maris profunda ducentia. Qui autem quæ ſurſum ſunt ſapiunt, non quæ ſuper terram; ſedent quidem ſuper mundi flumina atque torrentes, ſed tamen curſu aquarum labentium non trahuntur, nec miſcentur confuſioni, [b] quæ interpretatur, Babylon: ſed recordantes Sion, quæ exprimitur, ſpecula; in quod Deus promiſit intendunt, & a temporalibus ad æterna proficiunt.

Rom. 5. 1. Rom. 8. 24. Coloſſ. 3. 2. b

℣. 2. *In ſalicibus in medio ejus ſuſpendimus organa noſtra.*

Habent organa ſua cives Jeruſalem, Scripturas Dei, [c] præcepta & promiſſa Dei, & meditationem quamdam futuri ſæculi: ſed cum agunt in medio Babyloniæ, organa ſua in ſalicibus ejus ſuſpendunt. Ligna autem Babylonis fluminibus rigata, & nullum fructum afferentia, ſimilitudinem gerunt hominum ſterilium, qui mundanis paſcuntur illecebris, & nulla ſunt virtute fæcundi; nec poſſunt eis ulla divinarum ſemina ſcripturarum inſeri, quia capaces non ſunt præceptorum Dei; & merito in eis differendo ſuſpenditur, quod pro ſua inſipientia audire non poſſunt. c

℣. 3. *Quia illic interrogaverunt nos, qui captivos duxerunt nos, verba canticorum.*

Item ℣. 3. *Et qui adduxerunt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion.*

Omnes homines prima tranſgreſſione a diabolo captivati ſumus; quoniam *qui facit peccatum, ſervus eſt peccati*: ſed ab hac captivitate redemit nos ſuo ſanguine Jeſus-Chriſtus. Pars ergo quæ captivatoribus ſuis volens ſervit, & eis delectatur quæ hoſtibus placent, præbet ſe miniſtram ad impugnandos redemptos, & per ipſam diabolus quidquid contra ſanctos audet, exequitur; ut merito ipſe agere dicatur, quod per homines ſibi ſubditos gerit. Interrogant ergo Chriſtianos pagani, & impii eorum quorumque dogmatum ſectatores, quæ nobis religionis ſit ratio, quæ utilitas in

Joan.8.34

fide

a Auguſtinus ſcripſerat in verſu pſalmi, *Et Og regem Baſan.* tum, *Coacervantem, quod interpretatur Og, & regem confuſionis, quod interpretatur Baſan.*

b Editi omnes antiqui, *quàm interpretatur.* Lugdunenſis editio recentior, *quæ interpretatur.* Bene emendatum indicat phraſis ſimilis ſtatim ſubiuncta, *quæ exprimitur ſpecula.*

c In Auguſtino *præcepta Dei*, voce hac *Dei* ter repetita.

fide Christi, quive sit fructus? & interrogatio eorum non veritatem vult discere, sed credentium corda turbare. Unde a talium auribus suspendenda sunt organa, nec canticorum, hymnorumque nostrorum sacramenta pandenda; [a] ne sanctum detur canibus, & jaciantur margaritæ ante porcos. Volentibus igitur de confessione fidei nostræ instruere calumnias suas, respondendum est quod ait Psalmus: *Matt.7.6.*

℣. 4. *Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena?*

Homo deditus carni, deditus mundo, serviens vanitatibus, plenus erroribus, terra aliena est: in qua seri sacra semina, quæ sunt divina cantici verba, non possunt: quia nisi in Sion, id est, in Ecclesia, non congrue celebratur divina laudatio. Ne ergo per alienorum contagia quædam cælestis patriæ irrepat oblivio, quodam jurejurando confirmanda est fides, & dicendum:

℣. 5. *Si oblitus tui fuero Jerusalem, oblivi-scatur me dextera mea.*

Dextera nostra est vita æterna, sinistra est vita temporalis: illa plena spe beatitudinis, hæc plena periculo perditionis. Quidquid fit propter vitam æternam, dextera operatur: sinistrum vero est quidquid propter gaudia transitoria aut optatur, aut agitur: & in oblivionem venit dextera sinistræ, cum virtutis amor, & consuetudo superaverit. His ergo, qui ab Jerusalem charitate discedunt, hoc contingit, ut obliviscatur eos dextera eorum. Vita enim æterna in se manet: illi autem remanent in delectatione mortifera, amplectentes mala pro bonis, falsa pro veris, sinistra pro dexteris.

℣. 6. *Adhæreat lingua mea faucibus meis, si non meminero tui,*

Item ℣. 6. *Et non præposuero Jerusalem in principio lætitiæ meæ.*

Obmutescam, inquit, nisi tui meminero. Quid enim loquitur, aut quid sonat, qui cantica Sion in laude non sonat? Eloquium linguæ nostræ est Jerusalem canticum. Os autem carnalia loquens, & sæcularia canens, mutum est & obstructum: quia inde delectatur, unde confunditur. Verus ergo Jerusalem amator & civis, hac se lege constringit, ut hujus pœnæ subeat damnationem, si non omnibus jocunditatibus præposuerit cælestis patriæ charitatem.

Memento Domine filiorum Edom, in die Jerusalem. ℣. 7.

Homo Israelita inter alienigenas constitutus precatur Dominum, ut meminerit, quia inter filios Edom, id est, Esau, & inter filios Jacob concordia esse non possit; & illæ inimicitiæ maneant, quas jam in matris utero significabat nondum natorum lucta geminorum, [b] & post ita discrevit præscientia Creatoris, ut diceret, *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*. Unde omnes filii promissionis personam gerunt Jacob, Esau vero nomine tota pars infidelium figuratur. Petit igitur ut meminerit Deus, quomodo Esau insurrexerit in Jacob: meminerit etiam diem laborum Jerusalem, quæ superbiam toleret impiorum: vel diem felicitatis ejus, qua a servitute captivitatis quotidie eruitur, [c] & ad æternæ patriæ bona vera perducatur. *Gen.25.23* b *Ibidem 30* *Gen.27.41* c

Qui dixerunt, Exinanite, exinanite, usque ad fundamentum in ea. Item ℣. 7.

Persecutoribus populi Dei non sufficit qualiscumque vastatio; nisi etiam fidem, quæ sancti est ædificii fundamentum, sæva exinanitione subvertant.

Filia Babylonis misera. ℣. 8.

Ipsa est eadem, quæ Babylon: quæ in propagine sua & mater, & filia est: mater generando, filia succedendo. Infelix utique & misera, quæ ad perditionem & generatur, & generat.

Beatus qui retribuit tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis. Item ℣. 8.

Beatus qui tenebit, & allidet parvulos tuos ad petram. ℣. 9.

Omnes primo ortu in Babylonia geniti sumus, & ab ipso carnali exordio parvulos nos accepit mundana confusio; nec aliud nobiscum egit hoc sæculum, quam ut per varias opiniones & diabolicas artes diversis implicaremur erroribus. Sed de hoc generali malo innumeros eruit Dei gratia, & adhuc inter oblectamenta Babylonis morantes, jam inter Jerusalem computat cives, [d] quos qui beatus est, & beatos facit, eruit de tenebris & de potestate tenebrarum, ut sint filii lucis & regni, allisi ad petram Christum, ut moriendo mundo, viverent Deo, dejecti & erecti, destructi & ædificati; in pulverem comminuti, & in petra, petra instaurante, solidati. d *Coloss.1.13*

PSAL-

a Lugd. & Lov. *nec sanctum*. Duac. & Col. *ne sanctum*.

b Forte legendum, *& quos*, non *& post*, quod habent omnes editi nostri.

c Fortasse legas, *ut*, non *& . . . perducatur*, aut saltem *perducitur*, pro *perducatur*.

d Sola Lugdun. editio *quod qui beatus est* &c.

PSALMUS CXXXVII.

℣. 1. *CONfitebor tibi, Domine, in toto corde meo; quoniam audisti omnia verba oris mei.*

Rom. 1. 3. PSalmi titulus sub nomine David eum significat, qui est ex semine David secundum carnem, ad quem prophetica est directa confessio, quæ laudis est divinæ, non iniquitatis humanæ. Confessionis enim nomine solet indicari confessio pœnitentis: sed hic manifestatur gratulatio laudatoris, quæ toto corde profertur, quia nulla illi alia affectio sociatur: & ideo exaudita sunt verba oris ejus; cujus oris, nisi cordis, unde sumunt ipsa verba principium? Ea ibi auribus Dei vox mentis auditur.

Item ℣. 1. *In conspectu Angelorum psallam tibi.*

℣. 2. *Adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.*

Item. 2. *Super misericordia tua & veritate tua.*

Si in vera exultatione cordis spiritaliter Deo psallimus, coram Angelis psallimus: quia non terrena, sed cælestia sapimus; in quo pietatis officio beatitudo excellit angelica. Nam carnalia desideria non psallunt, nisi coram hominibus, quorum se animi supra terrena non erigunt, & qui sanctorum gaudiis interesse non possunt: quia nec adorant ad templum sanctum Dei, quod est Jerusalem, una simul & mater & filia, mater in Angelis, filia in hominibus, 1. Cor. 3. 17 quibus dicitur, *Templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis.* Confessio autem religiosa veritatem & misericordiam Dei prædicat: veritatem in judicando, misericordiam in subveniendo. Non enim aliæ sunt viæ, quibus ad nos venit, aut aliæ quibus nos ad se provehit.

Item ℣. 2. a *Quoniam magnificasti* [a] *super nos nomen sanctum tuum.*

Magnificavit Dominus super omnes nomen sanctum suum, super Abraham, & Isaac, & Jacob, super duodecim tribus Israel, quas erutas de jugo servitutis introduxit in terram promissionis; & super universas nationes, de quibus tamquam de lapidibus suscitat quotidie filios Abrahæ, *Ut in nomine Domini Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus Christus in gloria est Dei Patris.*

Matt. 3. 9. Philip. 2. 10. & 11.

S. Prosperi.

[a] Forte, *super omnes*, ut resumitur in explicatione; aut *super omne*, ut in Augustino & Vulgata nostra: licet Editi nostri omnes habeant, *super nos*.

In quocumque die invocavero te, velociter exaudi me. ℣. 3.

Quare velociter? Quia ipse dixisti, *Adhuc loquente te, dicam, Ecce adsum.* Isai. 58. 9. Quare velociter? Quia non in diversa tendo, nec superflua concupisco; sed quod docuisti peti, hoc mihi concupisco præstari.

Multiplicabis me in anima mea, in virtute multa. Item ℣. 3.

Expressum votum secundum desiderium, & ab omni carnali cupiditate purgatum. Si, *Multiplicabis me*, tantummodo diceret, videri poterat terrena aliqua conceptio: sed cum addidit, [b] *in justitia*, nihil est quod possit plenius & perfectius postulari; quia summi boni significatio est in appellatione virtutis. b

Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ, quoniam audierunt omnia verba oris tui. ℣. 4.

Ubique Evangelium prædicabitur, ubique Apostolica doctrina discetur, *In omnem* enim *terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Matt. 24. 14. Psal. 18. 5. *Confiteantur* ergo *tibi, Domine, omnes reges terræ.* Et quia non habent necessitatem sublimiora cupidiendi, laudent te de excellentia quam dedisti: quia latere eos jam non potest, quod eorum sceptra tua dona sunt.

Et cantent in viis Domini, quoniam magna gloria Domini. ℣. 5.

In quibus viis, nisi de quibus dicitur, *Universæ viæ Domini, misericordia & veritas?* Psal. 24. 10. ut dum omnia opera Dei in his consummantur, nemo nisi in ipsius gloria glorietur.

Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit, & alta a longe agnoscit. ℣. 6.

Sub oculis Domini est & humilis, & elatus. Sed humilem quia placet, proximus videt; superbum, quia displicet, longinquus agnoscit: & cum juxta sit his qui tribulato sunt corde, longe tamen est a peccatoribus salus. Ps. 3. 19. Psal. 118. 155.

Si ambulavero in medio tribulationis, vivificabis me. ℣. 7.

Si præsentia, inquit, non amavero, & si ad promissiones tuas tendens, terrenis illecebris non inhæsero, vivificabis me, & cito exaudies: quia tribulationem mihi adferent temporalia, quem spes invitat æterna.

Super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, & salvum me Item ℣. 7.

b Apud Augustinum hic, *in virtute*, ut etiam supra in textu versus.

fecit dextera tua.

Protectio, inquit, brachii tui defendit me ab inimicis meis; & ut adversitatibus non vincerer, fecit dextera tua, quæ me a siniſtris omnibus liberavit.

¥. 8. *Domine, retribue pro me.*

Ego, inquit, debitor ſum, & [a] conditione proprii debiti liber eſſe non poſſum: tu, Domine, pro me retribues, 1. Cor. 5. 21 qui nihil debes; & qui mortem, dum moreris, occidis, ſolvens mea, ut ſequar tua.

Item ¥. 8. *Domine, miſericordia tua in æternum: opera manuum tuarum ne deſpicias.*

Illam, inquit, miſericordiam quæro, qua temporalibus eruis, & ad æterna perducis, Domine. *Opera manuum tuarum ne deſpicias.* Quia ſive in eo quod homines ſumus, ſive in eo quod ex noſtra impietate mutati & juſtificati ſumus, tuarum manuum ſunt opera, quibus nos & condis & renovas.

PSALMUS CXXXVIII.

¥. 1. *Domine, probaſti me, & cognoviſti me.*
¥. 2. *Tu cognoviſti ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam.*

IN prophetia Pſalmi verba ſunt ipſius Domini Jeſu Chriſti; qui quamvis ſecundum deitatem conformis & æqualis ſit Patri; tamen ſecundum quod Joan. 10. 30. Joan. 1. 14. Verbum caro factum eſt, & habitum formæ ſervilis accepit, dicet Patri, *Domine:* qui ei & Pater & Dominus eſt; Pater formæ Dei, Dominus formæ ſervi. *Probaſti, & cognoviſti me;* non quia non noverat, ſed quia notum aliis fecerat. Sedere autem eſt humiliari; ſurgere, exaltari: unde ſedit Dominus in paſſione, reſurrexit in reſurrectione. Quod, inquit, tu voluiſti Domine, approbaſti: & ideo factum eſt, quia ſic tibi placuit. Qui autem vocem capitis ex perſona corporis mavult accipere, confeſſionem intelligat pœnitentium, qui ſedent per humilitatem pœnitudinis, & ſurgunt per juſtificationem remiſſionis.

¥. 3. *Intellexiſti cogitationes meas de longe: ſemitam meam, & limitem meum inveſtigaſti.*

¥. 4. *Et omnes vias meas prævidiſti.*

Agnoſcamus hic vocem illius filii minoris, qui diſſipata ſubſtantia patris, in longinqua diſceſſerat, & perſonam gerens Gentium quæ defluxerant in idolorum culturam, tandem reſipiſcens ait, *Surgam, & ibo ad patrem meum:* & cui revertenti occurrit pater; quia intellexerat cogitationes ejus de longinquo. *Semitam* igitur, inquit, *meam*, qua diſceſſi; *& limitem meum*, quouſque perveni, *inveſtigaſti*. Quia deſertorem tua præſentia ubique concludebas: ideo ſinens me laborare vias meas, ut ſi perpetuo miſer eſſe nollem, redirem ad vias tuas. Luc. 15. 11.

Quoniam non eſt dolus in lingua mea. Item ¥. 4.

Confiteor, inquit, quod mihi diſcedenti a te conteri miſeriis utile fuit. Nam ſi bene mihi eſſet ſine te, nollem forſitan redire ad te.

Ecce, Domine, tu cognoviſti omnia, ¥. 5. *noviſſima & antiqua.*

Antiquum peccatum, quo in primis parentibus ruimus, noviſſimam pœnam, quam omnes per multos labores, communi [b] mortalitatis conditione, dependimus. b

Tu finxiſti me, & poſuiſti ſuper me Item ¥. 5. *manum tuam.*

Omnes in uteris matrum Deo plaſmante finguntur, ſub ea lege quam ſuperbiæ merito humanum genus ſuſtinet: ſuperpoſita divinæ potentiæ manu, quæ ut humiles erigat, elatos premit.

Mirificata eſt ſcientia tua ex me; in- ¥. 6. *valuit, non potero ad eam.*

Mea, inquit, ſuperbia & diſceſſione factum eſt, ut obſcuraretur cor meum, nec poſſent mihi tua patere judicia. Dum enim meæ poteſtatis libertate delector, factus ſum egentior, atque tenerior. *Ex me* mihi iſta difficultas convaluit; *Ex me* extra lumen ſcientiæ tuæ factus ſum, ad quod niſi ex te redire non potero.

Quo ibo a Spiritu tuo, aut quo a fa- ¥. 7. *cie tua fugiam?*

Diſcedenti a Spiritu Dei nullus invenitur locus, qui ejus præſentia, & poteſtate ſit vacuus. Nemo iram ejus fugit, niſi qui ad iratum confugit. *Vide ſent.* 235.

Si aſcendero in cælum, tu illic es; ſi ¥. 8. *deſcendero ad infernum, ades.*

Si ad cælum extollar elatus, te invenio reſiſtentem: ſi ea quæ infra me ſunt eligam, te experiar perſequentem. Quia ſicut malum mihi eſt præſumptione erigi, ita malum eſt deſperatione demergi.

Si ſumpſero pennas meas in directum, ¥. 9. *& habitavero in poſtremis maris.*

Jam

[a] Forte, *conditione*. Editi tamen omnes, *conditione*.
[b] Editiones Lugdun. & Lovan. *immortalitatis*. Melius Duac. & Colon. *mortalitatis*, Auguſtino dicente hic, *quando in iſtam mortalitatem laborioſam periculoſamque pervenimus.*

Jam bono consilio utitur qui pennas suas, geminæ scilicet præsidia charitatis, quibus in directum volet, meditatur assumere, & in ultimis maris, id est, in fine sæculi hujus habitare: ut tota intentio animi & temporalis vitæ conclusione sollicita, non jam vanis occupetur cupiditatibus, sed ad promissiones Dei de hoc sæculo valeat evolare. Verum hoc ipsum quis efficit suis viribus, nisi adjuvet ille qui jubet? Propter quod sequitur, & dicit:

℣. 10. *Etenim illuc manus tua deducet me, & adducet me dextera tua.*

Considerans autem longinquitatem viæ, & de laboris exitu timens, addit:

℣. 11. *Et dixi, Forte tenebræ conculcabunt me.*

Hoc est, forsitan superabor adversis, & magis magisque tenebrabor, si perseverantiæ finem non apprehendero.

Item ℣. 11. *Et nox illuminatio in deliciis meis.*

℣. 12. *Quoniam tenebræ non obscurabuntur a te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ ejus, ita & lumen ejus.*

Vid. app. Tempus, inquit, laboris mei tempus est noctis, quam tamen gratiæ tuæ splendor illuminat. Verbum enim tuum lucerna factum est gressibus meis, ut quæ mihi erant tenebræ inciperent esse deliciæ: quia tenebræ quæ a semetipsis obscurantur, a te lumen accipiunt. Qui ideo agentes opera tenebrarum flagellas, ne temporalium deliciarum oblectatione cæcati, bona non desideremus æterna. Nocte autem nobis lucere soles, & tamquam diem facis, cum per austera remedia ad vitam nos vocas, ut dulcia sint flagella patris, ne sit amara [a] sententia patris. Quia ergo & adversa vitæ istius, & secunda non carent tentatione, qua aut elevamur, aut premimur; utrumque fit nox, si desit illa lux, quæ nec superbire nos sinat, nec desperare permittat.

Psal. 118. 105.

a

℣. 13. *Quoniam tu possedisti renes meos, Domine.*

Tu, inquit, Domine, non solum cor meum, sed & renes meos possides: & te habitante interiora mea, factum est, ut me aliquid lucis delectaret in nocte.

Item ℣. 13 *Suscepisti me ex utero matris meæ.*

Gal. 1. 15. b Qui Paulum apostolum segregavit ab utero matris suæ, ipse & nos segregavit ab utero matris [b] nostræ illius Babyloniæ, unde in novam vitam regenerati, nova spe, novis deliciis, nova luce gaudemus.

S. Prosperi.

a Augustinus scripserat, *sententia judicis*. Unde conjicimus erratum forte irrepsisse in codices Prosperianos, ubi legitur, *sententia patris*.

Quoniam nec felicitas sæculi hujus nos beatos facit, nec adversitas miseros, si vera bona & mansura diligamus.

℣. 14. *Confitebor tibi, quoniam terribiliter mirificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoscet valde.*

Terrorem, inquit, mihi incutiunt miracula gratiæ tuæ: & unde est ratio gaudii, inde est causa formidinis. Cognoscit enim anima mea, quanta operaris ut salves, & quæ mihi sint pericula cavenda, ne peream.

℣. 15. *Non est absconditum os meum a te, quod fecisti in abscondito.*

Est quædam in sanctis hominibus Dei insuperabilis fortitudo, & invicta patientia, quam in eis occulte finxit Deus, & absconditam fecit, habentem osseam firmitatem, quæ nec corrumpatur secundis, nec frangatur adversis. De qua virtute in alio Psalmo dicitur, *Verumtamen Deo subjicitur anima mea, quoniam ab ipso est patientia mea.* Psal. 61. 6.

Item ℣. 15 *Et substantia mea in inferioribus terræ.*

In hac, inquit, substantia fragilis & infirmi corporis, quod est in infimis terræ, fortitudinem quærit, quæ inter sævas tribulationes, etiam carni perseverantiam daret.

℣. 16. *Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes scribentur.*

In his verbis persona est ipsius capitis, quod nunc in se, nunc in corpore suo loquitur: quia duo sunt in carne una. De illis ergo, in quibus erat patientiæ roborandæ constantia, ut ipsi pro Domino pati possent, qui in ejus passione titubaverant, dicit ipse, *Imperfectum meum viderunt oculi*. Et quia qui usque ad desperationem expaverant, usque ad victoriæ coronas, te aspiciente, coronati sunt; addidit, *Et in libro tuo omnes scribentur*. Igitur omnibus timidis, & de propria infirmitate trepidantibus sperandum est supernæ virtutis auxilium: ut inde non excidat charitas, unde præstatur facultas. Ephes. 5. 31

Item ℣. 16 *Per diem errabunt, & nemo in eis.*

Sive, ut in quibusdam codicibus invenitur.

Die formabuntur, & nemo in eis.

Imperfecti, inquit, mei, qui omnes erunt in vita æterna, *per diem errabunt*; hoc est, in me turbabuntur: & *nemo* erit *in eis*, quem non timoris tenebræ ad desperationem usque perducant. Si autem legamus, *Die formabuntur*: in-

b Editi omnes, *matris suæ*. Errore manifesto, quem sola Augustini lectione suffragante emendare non dubitamus.

telligendum quod hi quorum nemo conturbabitur, *die formabuntur*, hoc est, illuminatione illius visionis, qua beatum Petrum nimis trepidum ad remedium patientiæ suo reformavit aspectu.

℣. 17. *Mihi autem valde honorificati sunt amici tui, Deus, valde confortati sunt principatus eorum.*

℣. 18. *Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.*

Ipsi, inquit, qui in die erraverunt, & quorum nullus fuit qui conturbaretur, amici mei & valde honorabiles facti sunt, & totius Ecclesiæ habuerunt principatum. Et quamvis a me sint dinumerati, super arenam tamen multiplicabuntur: quia in infinitum & multitudo eorum crescit & gloria.

Item ℣. 18 *Exsurrexi, & adhuc sum tecum.*

Hoc tempus significat, quo adhuc in occulto est ad dexteram Patris, ante quam reveletur in ea majestate, in qua judicaturus est vivos & mortuos. Unde sequitur & dicit, quid interea per totum hoc tempus in Ecclesia agatur: de bonorum & malorum permixtione, & omnibus afflictionibus vitæ temporalis obnoxium formasti occultum, dum eis differtur adventus.

℣. 19. *Si occideris Domine peccatores, viri sanguinum declinate a me.*

℣. 20. *Quod dicitis in cogitatione, accipient in vanitate civitates suas.*

Occiduntur superbi, cum deseruntur gratia Dei: quibus in cogitatione humilium [a] & unitate custodientium Dominus dicit occulte, *Viri sanguinum, declinate a me*: quod palam in judicii sui manifestatione dicturus est, *Numquam novi vos; discedite a me qui operamini iniquitatem*. *Viri* autem *sanguinum* qui sunt, nisi qui oderunt fratres? Sicut Joannes dicit, *Qui odit fratrem suum, homicida est*. Isti ergo ab unitate Ecclesiæ per superbiam recedentes, qui quasi offensi permixtione palearum, ante discretionis ventilabrum triticum deserunt, *accipient in vanitate civitates suas*: id est, in reprobam societatem & in vana se concilia congregabunt: quia qui charitate catholica non [b] utitur, hæretica vanitate dispergitur.

Matt. 7. 23

1. Joan. 3. 15.

a

b

℣. 21. *Nonne qui oderunt te Domine, odio habui, & super inimicos tuos tabescebam?*

Perfecto odio oderam illos, inimici facti sunt mihi. ℣. 22.

Perfecta in Dominum dilectio est, non amare quod non amat, & ipsos inimicos Dei sic odio habere, ut pravitas eorum odiosa sit potius quam natura. Quia aliud est in illis quod ipsi faciunt, aliud quod Creator instituit. Hoc est enim perfecte, id est scienter odisse, ut nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Sent. est 65

Proba me Domine, & scito cor meum: interroga me, & cognosce semitas meas. ℣. 23.

Et vide si via iniquitatis in me est, & deduc me in via æterna. ℣. 24.

Scrutare, inquit, *semitas meas*, id est, consilia & cogitationes meas probans & examinans, quo affectu diligam bonos, & quo animo tolerem malos. *Et deduc me in via æterna*. [c] Nisi ille qui dixit, *Ego sum via, veritas, & vita*; & qui est *mediator Dei & hominum homo Christus Jesus*: *per quem habemus accessum ad Patrem*, & qui *est exoratio pro peccatis nostris*.

c Joan. 14. 6. 1. Tim. 2. 5. 1. Joan. 2. 1

PSALMUS CXXXIX.

In finem Psalmus ipsi David. ℣. 1.

FInis non alius intelligendus est, quam qui est ab Apostolo declaratus, dicente: *Finis enim legis Christus, ad justitiam omni credenti*. Titulo ergo suo indicat Psalmus unde locuturus sit: nam & dicendo, *Ipsi David*, eum significat, qui est secundum carnem ex semine David. Ergo non secundum divinitatem, qua Creator est non solum David, verum etiam visibilium atque invisibilium naturarum; sed secundum carnem filius David esse dignatus est; ut totum corpus ejus, id est, Ecclesia, capitis sui utatur auxilio; & omne membrum ejus, voce ipsius dicat.

Rom. 10. 4.

Rom. 2. 3.

ERipe me, Domine, *ab homine malo; a viro iniquo libera me.* ℣. 2.

NOn ab uno maligno, sed ab uno genere malignorum; nec a vasis tan-

a Forte legendum, *& unitatem custodientium*. Etsi Editi omnes *unitate* habeant. Nam S. Augustinus hic loci in Donatistas sententiam direxerat, qui *inflati justitiæ nomine, persuadebant populis, ut disrupto unitatis vinculo, eos tamquam justiores cæci & imperiti sequerentur . . . . inter quos triticum Christi, servato unitatis vinculo, gemebat*.

b Editores Duac. & Colon. margini apposuerant, *non unitur*.

c Hic aliqua ad sensus perfectionem deesse videntur. Forte quæ in Augustino ipso habentur, aut aliquid eorum. *Quid aliud dicit, quam, Deduc me in Christo? Quis est enim via æterna, nisi qui est vita æterna? Æternus enim est qui dixit, Ego sum via*, &c.

tantum, sed ab ipso principe, id est, ab ipso diabolo se erui cupit, qui vult ab injustitia liberari. Dicit enim Apo-
Ephes.6.12 stolus, *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem; sed adversus principes & potestates, & rectores mundi tenebrarum harum*, id est, rectores peccatorum, quibus præsidet & dominatur totius malignitatis incentor. Qui autem est homo malus, idem est & vir iniquus. Nullus enim injustus malitia caret, & in dissimilibus peccatis unius nomen est peccatoris: qui etiam si sic peccet, ut ab aliorum se læsione contineat, quolibet tamen modo sibi nocens, innocens non est.

℣. 3. *Qui cogitaverunt injustitias in corde, tota die constituerunt bella.*

Minus noxia est iniquitas aperta, quam tecta: & ille est insidiosior inimicus, qui in labiis portat bona, & in penetralibus animi occulit mala. In talibus autem secretis non nisi bella constituuntur, hoc est, ea ordinantur, quæ bonis sint adversa & repugnantia: quia contra omnia vitia continua sunt bella virtutibus.

℣. 4. *Acuerunt linguam suam sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum.*

Non est dubium quales sint qui serpentibus comparantur, qui sine strepitu ac sono leniter serpunt, sed nocenter irrepunt.

℣. 5. *Conserva me, Domine, de manu peccatoris, & ab hominibus injustis erue me.*

Item ℣. 5. *Qui cogitaverunt supplantare gressus meos.*

Omnes quidem maligni, sive occulti, sive manifesti, sollicite sunt cavendi, ne quid excitent periculi, ne quid inferant damni; sed in nullo magis eorum metuenda versutia, quam ne nos socios suos faciant, & gressus nostros a via recta in sua itinera moresque traducant. Ipsa est sævissima supplantatio, quando fideles & religiosi, relicto proposito bono, in imitationem transeunt impiorum.

℣. 6. *Absconderunt superbi muscipulam mihi:*
Item ℣. 6. *Et restes extenderunt in laqueum peditibus meis.*

Totum corpus diaboli breviter explicavit, dicens, *superbi*. Inde est enim, *Vide app.*

quod justos se videri volunt cum sint iniqui, & nihil magis refugiunt, quam peccatorum confessionem: cumque sint falsi justi, veris justis invident, quia moleste ferunt illorum sinceritate suam detegi simulationem. Agunt ergo omnia arte fallaciæ, ut subruant gressus bonorum, & imitatores sui faciant, quos ad condemnationem suam dolent esse meliores. Doli autem iniquorum ideo *restes* dicuntur, quia insidiantes rectorum gressibus, adjiciunt malitiam super malitiam, & peccatis peccata contexunt.

Juxta semitas scandalum posuerunt mihi. Item ℣. 6.

Dixi Domino, Deus meus es tu. ℣. 7.

Semitæ justorum mandata sunt Dei: in quibus scandala constituere mali nequeunt, sed *juxta* insidias tendunt, & veris verisimilia adjungunt, ne a lege justitiæ discordare videantur. Non ergo discedatur a semitis, & tendiculæ non nocebunt. Ambulans autem per viam mandatorum Dei dicat Domino, *Deus meus es tu*, quæ vox proprie justorum est, cum Deus etiam malorum sit Deus. Sed hac confessione non adjuvantur, quamdiu Domino, conditione potius quam voluntate subduntur.

*Percipe auribus vocem deprecationis meæ, Domine, * Domine virtus salutis meæ.* Item ℣. 7. ℣. 8.

Cum videatur recte [a] potuisse dicere, Percipe auribus deprecationem meam, id est, non sonum, qui est etiam animalium; sed vocem, quæ est [b] sperantium atque viventium. Nam infernorum soni sunt, voces autem nisi rerum viventium non sunt. Magnus tamen affectus precantis ostenditur, cum & Domini appellationem repetit, & salutis suæ non in se esse caussam, sed in Domini virtute profitetur.

Obumbrasti super caput meum in die belli. Item ℣. 8.

Præsens vita, quæ tota tentatio, dies est belli: quia vel foras, vel intus numquam deest adversitas, cui debeat repugnari. Laborans igitur in hoc bello, recte sibi obumbrationem petit gratiæ Dei, ne æstu laborum fatigatus arescat. Job. 7. 1.

Ne tradas me a desiderio meo peccatori. ℣. 9.

Ideo

a Editi omnes *potius se dicere*: sed facilis error potuit irrepere, ubi *potuisse* legi debuisset, nulla adjectione, & leviori litterarum permutatione. Quod senserant jam Duac. & Colon. editores, & in ora libri observarant.

b Fortassis melius legeretur *spirantium*, cum exponat Augustinus, *vocem deprecationis meæ, vitam deprecationis meæ, non quod sonat in verbis meis, sed unde vivunt verba mea. Vox proprie animatorum est, vivorum est. Quam multi autem deprecantur Deum, & non sentiunt Deum, nec bene cogitant de Deo, sonum deprecationis habere possunt, vocem non possunt; quia vita ibi non est.*

Ideo ait obumbratum se in die belli, ut non ureretur æstu desiderii: quo qui vincitur, traditur peccatori, & adversæ subjicitur potestati. Pertinacia enim malæ voluntatis ducit in laqueum, a quo eximitur, cujus concupiscentia superna obumbratione sedatur.

Item ℣. 9. *Cogitaverunt adversus me: ne derelinquas me, ne forte exaltentur.*

Cogitatio adversantium fraudulenta est: sed ut mihi, inquit, non noceat, *ne derelinquas me*, ne de mea abjectione lætentur.

℣. 10. *Caput circuitus illorum, labor labiorum ipsorum teget eos.*

Me, inquit, umbra alarum tuarum tegat in die belli. Illi autem mendacio suo se tegere laborabunt, & hoc erit caput circuitionis ipsorum. Non enim umquam quiescent in suis commentis veritatis inimici: qui volentes suis se operire mendaciis, ad hoc laborant, ut non finiendis laboribus implicentur: a quia velare se non poterunt, nisi [a] mendacium laborent labiorum.

℣. 11. *Cadent super eos carbones ignis, in terra dejicies eos.*

1. Cor. 2. 16 Sicut prædicatio crucis Christi *aliis* erat *odor vitæ in vitam, aliis odor mortis in mortem*; sic & isti carbones ejus sunt operationis, quæ & illustrare valeat fideles, & punire peccatores. Fit autem hæc malorum pœna *in terra*, id est, in hoc sæculo, & in hac vita, cadente super eos igne supplicii temporalis, ante quam veniat ignis æternus.

Item ℣. 11. *In miseriis non subsistent.*

Victi, inquit, tribulationibus cadent: & *non subsistent*, quia debitis plagis non emendabuntur, sed pejores fient.

℣. 12. *Vir linguosus non dirigetur super terram.*

Linguosus non capit scientiam veritatis: amans enim semper loqui, non potest erudiri. Prava ergo studia ipsius non dirigentur: quia loquacitas imperita mavult docere, quam discere.

Item ℣. 12. *Virum injustum mala venabuntur in interitum.*

Venient mala, & non subsistent injusti, cum aliqua clade opprimuntur, intereunt. Non enim quæ inciderint mala, pro justitia patiuntur; & ideo non subsistent, quia in miseriis suis nulla possunt bonæ spei fiducia sustinere.

℣. 13. *Cognovi quia faciet Dominus judicium inopis, [b] & in causam pauperum ostendit iniquis.* b

Pauperes sunt humiles, & sancto semper desiderio suspirantes, *qui esuriunt & sitiunt justitiam*: qua saturabuntur, quorum causam Deus non negligit, & in quorum gloria videbunt impii quid amiserint. Matt. 5. 3. & 6. Sap. 5. 3. &c.

℣. 14. *Verumtamen justi confitebuntur nomini tuo, habitabunt recti cum vultu tuo.*

Glorificabuntur, inquit, justi, & æterna beatitudine ditabuntur: sed tamen nihil operum tuorum suis meritis vindicabunt. Confitebuntur tibi opera misericordiæ tuæ, & omne bonum suum tuæ gratiæ deputabunt: & in hoc *inhabitabunt cum vultu tuo*; hoc est, æterna vultus tui visione potientur. *Beati* enim *mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Vid. app. Matt. 5. 8.

PSALMUS CXL.

℣. 1. *Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci deprecationis meæ, dum clamavero ad te.*

Oratio corporis Christi non separatur a capite, quod in suscepta membrorum natura manet, & orare totam Ecclesiam facit, dicente Domino, *Clamavi ad te*, non alta voce, sed forti fide. Nec quia exaudisti, ideo clamare cessabo: cum humilitatis meæ conditio talis sit, ut non cessantibus tribulationibus, semper gaudeat adjuvari.

℣. 2. *Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo, elevatio manuum mearum sacrificium vespertinum.*

Hoc de ipso capite intelligendum omnis Christianus agnoscit. Declinante enim die in vesperam, Dominus in cruce emisit spiritum, rursum inferendum corpori: ut spes omnium fidelium hoc in se non dubitaret implendum, quod in capite præcessisset. Supra omnia ergo holocautomata hoc sacrificium fuit, quod imitantur corda sanctorum, cum de bona flagrantia orationum, tamquam de ara, ad Deum odor tendit incensi. Cujus oblatio non sit sine illa confessione, Matt. 27. 46. Apoc. 5. 8. & 8. 3.

a Sic Editiones Lovan. Duac. & Colon. Lugdunensis vetus, *mendacium labore labiorum*. Lugdun. recentior, *mendacio laborent labiorum*.

b Editi omnes antiqui, *in causam pauperum*, posterior editio *causam pauperum*, ut legitur in opere Augustini. Hæc autem verba, *ostendit iniquis*, cum non habeantur in Augustino, nec in utraque Hieronymi versione Romana & Gallicana, nec in textu Hebræo, unde huc irrepserint difficile conjicimus; nisi forte ex textu Augustini, qui post citatum hunc versum, *Quoniam faciet Dominus judicium egentis*, & *causam pauperum*, statim explicando subdit, *Ostendet iniquis quomodo diligit justos*. Prosper tamen ad hæc respicere videtur, dum in fine expositionis dicit, *in quorum gloria videbunt impii quid amiserint*.

ne, quam Christus ex persona sui corporis suam fecit, dicens, *Verba delictorum meorum* : ut agnoscceremus semper nobis necessariam confessionem peccatorum, quæ inesse nobis, ipsius qui nos susceptit voce cognoscimus. *Psal.* 21. 2.

℣. 3. *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.*

Numquid hoc præsidio, & hac munitione indiget caput ? Sed agit caussam corporis sui, & quæ membri sunt, profutura sibi postulat. Quoniam qui dicit, *Cum uni eorum feciſtis, mihi feciſtis* ; & persequenti Ecclesiam ait, *Quid me persequeris ?* ipse est, qui ex persona suorum poscit, & dicit, *Pone Domine, custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis.* *Matt.* 25. 40. *Act.* 9. 4.

℣. 4. *Non declines cor meum in verba malitiæ, ad excusandas excusationes in peccatis:*

Item ℣. 4. *Cum hominibus operantibus iniquitatem.*

Custodiam ergo sibi apponi os fidelium petit, & ut ostio continentiæ muniatur: quod nec clausum sit ad confitenda, nec apertum ad excusanda peccata. Sunt enim qui scelera sua nolunt sibimet imputari, & pondera malæ consuetudinis ad necessitatem retorquent naturæ ; ut accusatione conditionis defendant crimina voluntatis: cum quibus homo corporis Christi non vult habere consortium, dicens:

Item ℣. 4. *Et non communicabo cum electis eorum.*

Hoc est, Non sociabor cum electis eorum, quos in his excusationibus præcipuos habent, quadam scientia tumidos, & caussam facinorum quasi doctius defendentes, ne videantur peccata esse hominum, quæ facta sunt siderum. Nomen itaque electorum in bonis donum est gratiæ, in malis mendacium superbiæ: qui etiam perdita innocentia, defensione commissorum scelerum gloriantur.

℣. 5. *Corripiet me justus in misericordia, & increpabit me.*

Castigatio justi non sævitia est odii, sed medicina charitatis, quæ non laudat, sed arguit delinquentem. Melior est severa justi misericordia, quam blanda adulatio peccatoris, de qua dicitur:

Item ℣. 5. *Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.*

Intima, inquit, conscientiæ meæ non oblectet falsa laudatio : quoniam argui me malo quam decipi. *Quis* enim *gloriabitur castum se habere cor, aut mundum se esse a peccato?* cum quotidie *caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem:* sciatque & suum esse quod patitur concupiscentem, & gratiæ esse quod superat rebellantem. *Prov.* 20. *Sec.* LXX. *Gal.* 5. 17.

Item ℣. 6. *Quoniam adhuc oratio mea in beneplacitis eorum.*

Oratio, inquit, Christi, sive quam docuit, sive qua quotidie interpellat pro nobis, adhuc placebit eis, qui ridendam putant confessionem nostram, qua dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus.* In toto enim mundo hæc supplicatio convaluit: & qui se falso justificant, probabunt hanc homines veram esse sapientiam, ut nemo de se præsumat, sed *qui gloriatur, in Domino glorietur.* *Matt.* 6. 9. *Hebr.* 7. 25. *Matt* 6. 12. 1. *Cor.* 1. 31

℣. 6. *Absorpti sunt juxta petram judices eorum,*

Judices eorum, id est, magistri ipsorum, qui sibi judicium vindicant de mundanorum dogmatum disciplinis, si petræ jungantur, id est, si Christo comparentur, absorpti sunt ; id est, nihil loci habebunt, sed in sua vanitate deficient. Quia etsi aliquid recti verique dixerint; non cujusquam hominis, sed est ipsius veritatis.

Item ℣. 6. *Audient verba mea, quoniam prævaluerunt.*

Evangelium veritatis nulla persecutione superabitur: cedent impii, cedent loquaces; & ingenia adversantium discipulos Christi facient doctores. Non eos exilia, non damna, non mortes, non crux ipsa terrebit : quoniam prævalebunt verba mea, & passionibus Martyrum multiplicabitur gloria triumphorum.

℣. 7. *Sicut crassitudo terræ disrupta est super terram,*

Item ℣. 7. *Dispersa sunt ossa nostra secus infernum.*

Mortibus Martyrum, & sanguine occisorum sanctorum, quorum ossa dispersa sunt, incrassata est terra : & sicut agri de cinere ac de stercore, ac de vilissimis excrementis vires ubertatis accipiunt, ita cruore cæsorum testium Christi totus fecundatus est mundus: ut ubique seges martyrum cresceret, & inserentur cælo, qui deputabantur inferno.

℣. 8. *Quoniam ad te, Domine, oculi mei : in te speravi, ne auferas animam meam.*

Contra sævitiam persequentium vox

ad

ad Dominum emittitur in tribulatione positorum, ne fidei fortitudinem superet atrocitas passionum. Petitur igitur tolerantia, ut validior sit dilectio Dei, quam magnitudo supplicii.

℣. 9. *Custodi me a muscipula, quam statuerunt mihi, & ab scandalis operantium iniquitatem.*

Quæ erat *muscipula*, nisi vox persecutoris, dicentis, Si consentis, parco: ut per cibum præsentis vitæ iretur in laqueos mortis æternæ? Quæ autem erant scandala, nisi exempla lapsorum, quorum impio defectu patientia perseverantium gravabatur?

℣. 10. *Cadent in retiaculo ejus peccatores.*

Non quia cuiquam virtutem non cadendi justitia sua dederit, cum gratia Dei multos etiam ex impiis martyrio coronarit. Sed ideo dicuntur peccatores casuri, quia iste casus etiam eos qui justi videbantur, facit peccatores.

Item ℣. 10 *Singulariter ego sum, donec transeam.*

Solus Christus Martyrum fortitudo, pro quo nullus est prius mortuus, quam ipse moreretur, sicut dicit, *Cum exaltatus fuero a terra, omnia ad me traham*; &, *Nisi granum frumenti cadens in terra mortuum fuerit, solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert*. Prius quam ergo moreretur, & resurgens transiret ad Patrem, singularis fuit; nec habuit socios passionis, qui postea in multiplicem segetem de unius grani fecunditate creverunt.

Joan. 12. 32. Ibidem 24

PSALMUS CXLI.

℣. 2. *Voce mea ad Dominum clamavi, voce mea ad Dominum deprecatus sum.*

Quod dixit, *clamavi*, exposuit dicendo, *deprecatus sum voce mea*; id est, interiori affectu, nec corporis voce, sed mentis.

℣. 3. *Effundo in conspectu ejus precem meam.*

Id est, in secreto cordis, quod solus Deus audit & videt; in quo cubiculo, clauso ostio, jubemur orare, ne penetralia nostra pateant tentatori. Duo quippe sunt, quibus maxime hominis interiora pulsantur, amor scilicet, & timor: quibus geminis motibus animus aut aperitur, aut clauditur. Sed cum terrenum est quod cupit vel timet, diabolo præbet introitum: cum autem quæ sursum sunt sapit, non quæ super terram, Deus recipitur, & tentator excluditur.

Matt. 6. 6.

Coloss. 3. 1. & 2.

Tribulationem meam ante ipsum pronuntio. Item ℣. 3.

Quod dictum est, *in conspectu ejus*; hoc est, & *ante ipsum*: sed repetitione ostenditur, quam inceslanter hoc faciat, & quam nihil sine Deo agat, qui semper ipsum se habere & adjutorem profitetur & testem.

In deficiendo in me spiritus meus. ℣. 4.

Confessio est humilitatis, [a] qua potens fit qui in tribulatione non deficit. Vinceretur enim qui spiritum non profiteretur infirmum: quia ille Spiritu Dei agitur, qui suo spiritu non inflatur. a

Et tu cognovisti semitas meas. Item ℣. 4.

Quo, inquit, desiderium meum tendat, & ad quem finem omnes meæ properent actiones, scientiam tuam non latet: quia semitas meas cognoscis esse misericordias tuas. Cognitio autem Dei salus est cogniti: eum enim non cognoscit, in quo opera sua & dona non invenit.

In via hac qua ambulabam, absconderunt laqueos mihi. Item ℣. 4.

Via sanctorum omnium Christus est, in quo volentes pie vivere, persecutionem patiuntur. Quia crux Christi Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitia est. Qui ergo Christo adversantur, in via se ponere scandalum putant, cum Christianis crucifixi nomen exprobrant. Sed cum ab ejus Evangelio gressus fidelium non absterrent, nihil possunt in via collocare laqueorum: quia in veritate falsitas non latet, nec valent tenebræ in luce delitescere. Secundum animum ergo insidiantium dictum est, quod in via absconderunt laqueos, qui proxima quæque suis fraudibus obsidentes, nulli per viam gratienti nocere potuerunt.

2. Tim. 3. 12. 1. Cor. 1. 23.

Considerabam ad dexteram, & videbam: nec erat qui cognosceret me. ℣. 5.

Dextera sunt, quæ Dei sunt, & ad Dei promissa perducunt; quibus animus ejus qui persecutionem sustinet, non avertitur. Hæc ergo quæ dextra sunt intuens, promissa perseverantibus præmia videt, & accipit: perseverantiam tolerantiæ, & dilectionem Dei assequitur, ne superetur. Hanc tamen intentionem nemo cognoscit: quia impossibile est homini penetralia alieni cordis aspicere: unde merito dixerat Deo, *Tu cognovisti semitas meas.* ℣. 4.

Periit fuga a me, & non est qui requirat animam meam. Item ℣. 5.

Circumclusus quidem a persecutoribus, Vide app.

a Sic Lugd. editio. Lovan. & Duac. *quia potens fit*. Colon. *quia potens sit*.

bus, perdidit licentiam fugæ, qua uti posset absque peccato, si manente fide, suppliciis membra hærerent. Sed cum in proposito mentis sit, lapsum magis timere quam pœnam, periit ab eo fuga, qui mavult omnem sævitiam tolerare, quam cedere. Secundum autem multitudinem persequentium dixit, non esse qui requirat animam ejus. Quia præter donum Dei, nulla hominum consolatio hoc cuiquam potest conferre præsidii, ut inter urgentia mala fides illæsa permaneat.

℣. 6. *Clamavi ad te, Domine: dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viventium.*

Ostendit unde tribulationum magnitudinem toleraverit: quia scilicet & hic tota spes ipsius Deus est, & in futuro totum præmium ipsius Deus est, qui erit omnia in omnibus.

1. Cor. 15. 28.

℣. 7. *Intende ad deprecationem meam, quia humiliatus sum nimis.*

Item ℣. 7. *Erue me a persequentibus me.*

Nimia humiliatio, nimia persecutio, cujus vim sola protectio Dei vincit. Potest quidem præstare sanctis, ut in eos non habeant adversarii potestatem, sed mirabilius tribuens ut omnem superent passionem. In persecutoribus autem non humana tantum cavenda sunt odia, sed multo magis inimicitiæ spirituum malignorum, qui opere ministrorum suorum justos Dei latenter impugnant: de quibus dicit Apostolus, *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem; sed adversus principes, & potestates, & rectores hujus mundi, tenebrarum harum.* Quem vero rectorem habent iniqui, nisi diabolum? Cum & fideles non habeant nisi Christum.

Ephes. 6. 12

Item ℣. 7. *Quomodo corroborati sunt super me?*

Vox est Ecclesiæ conquerentis, quod multum creverit numerus impiorum, quod abundet iniquitas, & refrigeret charitas multorum.

Matt. 24. 12.

℣. 8. *Educ de carcere animam meam, ad confitendum nomini tuo.*

Omnes quidem angustiæ & conclusiones turbationum carcerem faciunt, quia coartant animam, & auferunt libertatem: sed ipsa inhabitatio corporis potest carcer intelligi: non quia malum sit quod Deus fecit, qui omnia quidem bona condidit; sed *corpus quod corrumpitur, aggravat animam.* Non a corpore, sed a corruptione corporis animam suam optat educi, ut confessionem laudationis Dei nulla necessitas mortalitatis impediat.

Gen. 1. 31. Sap. 9. 15.

Me expectant justi, donec retribuas mihi, Item ℣. 8.

Totus Psalmus ipsius capitis voce concluditur, cui & quod membra ejus patiuntur, infertur, & in quo omnis Ecclesia glorificabitur, quæ beatorum retributionum expectat auctorem, dicentem Patri, *Volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum.* Joan. 17. 24.

PSALMUS CXLII.

℣. 1. *DOmine, exaudi orationem meam, auribus percipe deprecationem meam in veritate tua, exaudi me in tua justitia.*

TItulus Psalmi passionem indicat Christi. Ipse est enim verus David, qui & in se, & in suis persecutionem & falsorum fratrum, & falsorum sustinet filiorum. [a] Clamat ergo ad Deum & caput in corpore, & corpus in capite, hoc est, Ecclesia in Christo, & Christus in Ecclesia: & cum orans in Dei justitia poscit audiri, mirabili confessione exprimit gratiam Dei; ne quisquam in sua justitia precem suam existimet recipi, cum si quid boni meretur, ex Deo sit, nec possit peccator bene agere, nisi ab illo justificatus, qui neminem hominum nisi in peccatorum remissione justificat. a

℣. 2. *Et non intres in judicium cum servo tuo; quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.*

Cito aperuit, quare nollet se divinæ comparare justitiæ, & cum Deo metuerit judicari, *Quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Quomodo præsumam de innocentia, cum a te convincendus sim [b] de injustitia? Aut quid mihi boni proprii vindicabo, qui quod non dederis non habeo? Expaveſco igitur discuti, metuo judicari; quia nemo in hac mortali carne viventium veraciter potest dicere, se peccati contagia non habere; cum etiam ipsi præcipui arietes ovium Christi sic orare jubentur; ut dicant, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* b. Matt. 6. 12

a Titulus autem Psalmi hujus est, *Ipsi David quando eum filius suus persequebatur.*

b Editi habebant, *de justitia.* Manifesto lapsu librariorum: cum sensus loci aliud postulet, & verba Augustini respicere videatur dicentis, *Non litigemus, nolo tecum habere causam, ut ego proponam justitiam meam, tu convincas iniquitatem meam.*

℣. 3. *Quoniam persecutus est inimicus animam meam, humiliavit in terra vitam meam.*

Item ℣. 3. *Collocaverunt me in obscuris, sicut mortuos sæculi.*

Et a corpore hoc dictum, & a capite congruenter accipitur: quoniam & diabolus persecutus est animam Christi, & Judas animam magistri. Idemque diabolus ad persequendum corpus Christi manet, nec Judas deest in falsis fratribus succedendo. Quid enim nobiscum quilibet adversarius agit, nisi ut relicta spe cælesti corruamus in terram? Sed contra hos vigilandum est, ut possimus dicere, *Nostra autem conversatio in cælis est*. Quod ergo dictum est, *Collocaverunt me in tenebris, sicut mortuos sæculi;* in quo melius quam in Domino intelligitur, qui solus fuit *inter mortuos liber, & cum iniquis deputatus est?* qui [a] cum unus fuit qui proprie & singulariter diceret, *Non est inventa in me iniquitas.*

Philip. 3. 20. Psal. 37. 5. Isai. 53. 12 a Psal. 16. 3.

℣. 4. *Anxiatus est in me spiritus meus.*

Agnoscitur Dominus, dicens, *Tristis est anima mea usque ad mortem:* in quo utique & nos eramus, quia nostræ naturæ illa tristitia, & vetus homo noster simul [b] confixus est cruci cum illo.

Matt. 26. 38. b Rom. 6. 6.

Item ℣. 4. *In me conturbatum est cor meum.*

Conturbatio hæc voluntaria fuit, & in ipso tantummodo mansit consilium misericordiæ ejus. Nam cæteri recesserunt, non intelligentes magnæ pietatis sacramentum, nec resurrecturum credentes, qui & passioni subdebatur & morti.

℣. 5. *Memoratus sum dierum antiquorum,* [c] *& annos æternos in mente habui, & meditatus sum in omnibus operibus tuis.*

c

Hæc commemoratio antiquorum dierum, & recordatio omnium temporum, atque in eis divinorum operum contemplatio, non ex capitis, sed ex corporis sensu est. Nam auctori omnium rerum quid umquam non conspicuum est, apud quem & præterita adsunt, & futura jam facta sunt? Membrorum igitur voce Dei gratia prædicatur, & opera misericordiæ Dei lingua Ecclesiæ confitetur: quæ totius ævi seriem revolvens, nihil invenit, nisi Dei providentia & bonitate subsistere, & a quo cuncta sunt condita, in ipso, & per ipsum esse renovata; quoniam *vetera transierunt, ecce facta sunt omnia nova.* 2. Cor. 5. 17.

Item ℣. 5. *In factoris manuum tuarum meditatus sum.*

℣. 6. *Et extendi manus meas ad te.*

Meditatio, inquit, mea, qua vidi omne bonum a tua bonitate manare, & tui esse operis quidquid in nobis tuæ potest placere justitiæ, ad hoc me confirmavit, ut omnem spem meam in te constituerem, & tui per omnia peterem roris alimoniam.

Item ℣. 6. *Anima mea velut terra sine aqua tibi:*

℣. 7. *Velociter exaudi me, Domine, defecit spiritus meus.*

Ariditas, inquit, animæ meæ tibi sitit; quia a te desiderat irrigari, & tu accendisti æstum cordis mei, ut me exaudiri velociter petam. *Defecit* enim *spiritus meus*, ut impleat me Spiritus tuus; & fecisti me pauperem spiritu, ut tribuas mihi quod humilibus spopondisti, quorum est regnum cælorum. Matt. 5. 3.

Item ℣. 7. *Ne avertas faciem tuam a me, & ero similis descendentibus in lacum.*

Aversо a me vultu tuo, conturbatus sum, & factus sum terra sine aqua. Quia excitasti ergo desiderium, redde conspectum, ne aversa a me facie tua, *similis* efficiar *descendentibus in lacum.* Qui autem isti sunt, nisi de quibus dicitur, *Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit?* id est, non convertitur. In quod profundum descendentes, in æternæ miseriæ lacum decidunt: quia per contumacem superbiam remedia confessionis pœnitentiæ perdiderunt. Prov. 18. 3

℣. 8. *Auditam mihi fac mane misericordiam tuam, quia in te speravi.*

Oriatur, inquit, in me lux misericordiæ tuæ, fiatque quod credidi, ut spes, quæ auditu concepta est, impleatur.

Item ℣. 8. *Notam mihi fac, Domine, viam in qua ingrediar.*

Dux mihi sit veritas tua, & gressus mei tua gratia dirigantur.

Item ℣. 8. *Quoniam ad te levavi animam meam.*

Quoniam non de me præsumo, sed ut mihi auxilieris posco.

℣. 9. *Eime me de inimicis meis, Domine, quoniam ad te confugi.*

Vid. app. De illis se inimicis erui cupit, per quos

a Hæc vox *cum*, hic superflua nobis videtur: etsi in Editis omnibus legatur.

b Ita post Augustinum editio Lugdunensis posterior, cum Lugdun. antiquior, Lovan. Duac. et Colon. dicerent, *simul crucifixus est cruci.*

c Hæc verba, *& annos æternos in mente habui*, videntur huc translata ex Psalmo 76. ℣. 6. In Augustino enim hic loci non habentur, nec in textu Scripturæ Psalmi huius. Ad ea tamen forte respicit S. Prosper cum in expositione versus dicit, *& recordatio omnium temporum:* unde conijciatur, hanc partem ab ipso huc insertam fuisse.

quos etiam [a] humana odia commoventur, id est, diabolo & angelis ejus: qui sunt rectores tenebrarum, & incentores impiorum, a quibus fugiens ad Dominum confugit, ne veteris hominis sequatur exemplum, qui se a facie Domini mala conscientia conturbatus abscondit.

a Ephes. 6. 12

Gal. 5. 8.

℣. 10. *Doce me facere voluntatem tuam, quia tu es Deus meus.*

Imple in me, inquit, affectu gratiæ tuæ, ut & hoc velim quod velle te novi; & non aliud sit in meo opere, quam quod in tua est voluntate. Hoc autem ideo peto, quia *tu es Deus meus*, qui operaris omnia in omnibus.

1. Cor. 12. 6

Item ℣. 10. *Spiritus tuus bonus deducat me in terram rectam.*

℣. 11. *Propter nomen tuum, Domine, vivificabis me in tua justitia.*

Ab omni me errore bonus Spiritus tuus eruet, & in terram rectam, quæ est vivorum regio, perducet; non propter meritum meum, sed *propter nomen tuum*. Quia omnis mihi doni causa est misericordia tua.

Ps. 114. 9.

Item ℣. 11 ℣. 12. *Educes de tribulatione animam meam, Et in misericordia tua disperdes inimicos meos.*

Item ℣. 12 *Et perdes omnes qui tribulant animam meam, quoniam servus tuus ego sum.*

Quanta dignitas, & quanta beatitudo est, esse Dei servum, cui nullo præcedente merito, tanta præstantur?

PSALMUS CXLIII.

b c 1. Reg. 17. 4. &c. 1. Cor. 12. 27.

PSalmi titulus [b] rei gestæ tangit historiam, qua [c] Golias bellator potens a puero David singulari certamine superatus agnoscitur. Sed & Golias significat diabolum, & David indicat Christum, qui etiam in corpore suo, id est, Ecclesia, intelligitur: quia in nullo membra separantur a capite. Sic ergo accipiendus est Psalmus, ut historicas actiones formas esse rerum spiritalium noverimus & victoriam David, qua Goliam perculit, ad ipsum Dominum, qui est ex semine David, & ad omnia ejus membra referamus.

Rom. 1. 3.

S. Prosperi.

℣. 1. *Benedictus Dominus Deus meus, qui docet manus meas in prælium, digitos meos ad bellum.*

Vide app.

VOx est membrorum corporis Christi, quibus ad superandum Goliam divinum necessarium est semper auxilium; ut sive in prælio, sive in bello, & manus doceantur, & digiti. In manibus enim significatur omnis operis plenitudo; in digitis autem, laborum quædam divisio: ut totæ vires ad conficienda bella pertineant; ad partes animi virtutum, diversæ species præliorum. Unde quibus armis, quibusque præsidiis milites Christi instruantur, manifestat Apostolus, dicens, *Alii quidem datur per Spiritum sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum, alii fides in eodem Spiritu, alii donationes curationum in uno Spiritu, alteri genera linguarum, aliis prophetia, alii judicatio Spirituum. Omnia autem hæc operatur unus atque idem Spiritus, dividens propria unicuique prout vult.* His ergo digitis, sive in bello, sive in prælio pugnat corpus Christi, & omnem hostem, sive visibilem, sive invisibilem, lapidis jaculatione, hoc est, Christi soliditate prosternit.

1. Cor. 12. 8. &c.

℣. 2. *Misericordia mea, & refugium meum, susceptor meus, & liberator meus.*

Recte & veraciter dicimus Domino, *Misericordia mea*: quia non solum miseretur nostri, sed & nos ipsos [d] misericordiam facit, ne sit *judicium sine misericordia ei qui non fecit misericordiam*. *Refugium* autem est, a quo reparationem [e] & conscientiam sumit infirmitas. *Susceptor est*, qui pugnanti præstat ne cadat. *Liberator* est, qui tribuit ne vulneretur dimicans: propter quod addit, & dicit:

d Jacob. 2. 13

e

Item ℣. 2. *Protector meus, & in ipso speravi, qui subdit populum meum sub me.*

Voce capitis dictum videtur, Qui subdis populum sub me: id est, Ecclesiam mihi per fidem subdis. Voce autem corporis intelligi potest, spiritalis quisquis bellator, qui populum rebellem cupiditatum, & morum carnalium desideriorum, legi mentis suæ per opem gratiæ subditum confitetur.

a Editio Colonienſis, *humana odio*. Lugdun. recentior, *humano odio*. Lugdunenſis vetus, Lovan. & Duac. *humana odia*.

b Titulus Pſalmi in Auguſtino eſt, *Ipſi David ad Goliam*: in Vulgata, *Pſalmus David adverſus Goliath*. Priori modo ſcribit Hieronymus in translatione Romana: poſteriori in Gallicana.

c Colonienſis editio poſuit *Goliat*. cum anteriores, & Auguſtinus ipſe ſcriptum haberent *Golias*. hic & in ſequentibus.

d Suſpicamur legendum, *miſericordes facit*: etſi Editi noſtri omnes habeant, *miſericordiam facit*. In Auguſtino enim legimus, hoc ipſo loco. *Præbes mihi miſericordiam, & in me exiſtis miſericors; an donaſti mihi ut & ipſe ſim miſericors? De nulla enim re ſic vincitur inimicus, quam cum miſericordes ſumus.*

e Forte legendum, *& confidentiam*.

℣. 3. *Domine, quid est homo, quoniam innotuisti ei; aut filius hominis, quoniam æstimas eum?*

Magna dignitas hominis, qui sic a Deo [a] creatus, ut suum nosset auctorem: & tanti æstimatus esset, ut Unigenitus Dei sanguinem pro redemptione ejus impenderet.

℣. 4. *Homo vanitati similis factus est, dies ejus sicut umbra prætereunt.*

Naturæ suæ homo immemor, in similitudinem vanitatis voluntaria prævaricatione mutatus est: ut qui factus fuerat in æternis, esset in vanis, id est, in occiduis, & non permanentibus, diesque ejus *sicut umbra* transcurrerent. In comparatione quippe æternorum vana sunt temporalia, nec vera sunt quæ vel esse desinunt, vel quod sunt perdunt. Mira ergo circa homines bonitas & dilectio Dei, quod etiam ad se cognoscendum vocat talem, & dignum æstimat, quem tanto pretio redimat, & ab umbra vanitatis educat. *Qui* enim *Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & cum illo omnia nobis donavit?* Rom. 8. 32.

℣. 5. *Domine, inclina cælos tuos, & descende; tange montes, & fumigabunt.*

℣. 6. *Coruscа coruscationes, & disperge eos; emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.*

℣. 7. *Emitte manum tuam de alto; eripe me, & libera me de aquis multis.*

Cæli sunt prædicatores veritatis enarrantes gloriam Dei, per quorum inclinationem, & tolerantiam passionum innotescit mundo coruscatio Evangelii, & fulgura miraculorum illustrant corda credentium: *Montes* enim, id est, elati quique & tumidi, tangente eos Dei gratia, *fumigabunt*, & accensi cordis vaporem cum lacrymis confessionis emittent. Sagittæ autem Dei verba sunt Dei, quibus dissipatur consideratio superborum, & percutiuntur male sani, ut sanentur bene vulnerati: & hoc fit per emissam manum Dei de alto; quoniam brachium Dei, quod est Christus, homo factus est, & membra sui corporis non reliquit, & eruit Ecclesiam suam de aquis multis, id est, de populis infidelibus, sive foris oppugnantibus, sive intus insidiantibus. Psal. 18. 2. Joan. 12. 38.

Item ℣. 7. *De manu filiorum alienorum.*

℣. 8. *Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum, dextera iniquitatis.*

De quibus aquis eruit Dominus humilitatem David, id est, humilitatem corporis Christi, nisi de manu filiorum alienorum? Omnes enim infideles alienigenæ sunt, nec in filiorum Dei adoptione numerantur, & os eorum loquitur vanitatem, quorum lingua a confessione veritatis aliena est: & dextera est [b] illis iniquitas: quia in his quæ injusta sunt, gaudent, & pravis tamquam rectis lætantur. b

℣. 9. *Deus, canticum novum cantabo tibi, in psalterio decem chordarum psallam tibi.*

Canticum novum est canticum gratiæ & novi hominis, ac novi Testamenti, quod *in decachordo*, id est, in decem præceptis legis canitur: quia perfecta est in charitate cantatio: charitas legis est plenitudo. Rom. 13. 10.

℣. 10. *Qui das salutem regibus.*

Hoc est, quia tangis montes, & fumigabunt, ut humiliati subdantur tibi cum satisfactionis confessione.

Item ℣. 10 *Qui redimis David servum tuum.*

Non caret Davidis nomine, qui corpus est Christi, & cui contra Goliam decertatio est.

Item ℣. 10 *De gladio maligno*

℣. 11. *Eripe me.*

Non sufficit ut *de gladio* diceret, nisi adderet, & *maligno*. Quia est sine dubio & benignus, de quo Dominus dicit, *Non veni pacem mittere in terram, sed gladium*. Malignus ergo est, qui separat a Christo; benignus, qui abscindit a mundo. Matt. 10. 34.

Item ℣. 11 *Et eripe me de manu filiorum alienorum.*

Qui scilicet utuntur gladio maligno. *Filii* quippe *hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus*. Qui ergo sunt filii alieni, ipsi sunt gladius malignus, ipsi sunt aquæ multæ: & ideo eadem subjungit, quæ prius dixerat, ut de quibus loquatur, apertius pandat, dicens: Psal. 56. 5.

Item ℣. 11 *Quorum os locutum est vanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis.*

Quam ergo vanitatem filii alieni loquantur, & quæ sit dextera iniquitatis ipsorum, subjecta demonstrant.

℣. 12. *Quorum filii sicut novellæ constabilitæ a juventute sua:*

Item ℣. 12 *Filiæ eorum compositæ, & ornatæ sicut similitudo templi,*

℣. 13. *Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc:*

Item ℣. 13 *Oves eorum fœtosæ, abundantes in egressibus suis:*

Bo-

a Fortasse, *creatus est; ut suum nosset auctorem, & tanti æstimatus est*, ut &c.

b Hic Lovan. Duac. & Colon. addunt præpositionem *in*, quæ in Lugdunensi non additur.

℣. 14. *Boves eorum crassi.*
Item ℣. 14 *Non est ruina maceriæ, neque transitus, neque clamor in plateis eorum.*

b Hæc abundantia atque prosperitas communis est & malis, & bonis; sed a malis in dextera habetur, a bonis autem in sinistra reputatur. Non quia & ipsa non Dei dona sunt, sed quia terrenis & temporalibus cælestia & æterna supereminent: & sicut utuntur sancti præ-
1.Cor.7.31 sentibus tamquam non utantur, sintque habentes quasi non habentes; filii autem alienigenæ, qui dextram sibi in transitoriis bonis, & in lubrica felicitate constituunt, non de opulentia arguuntur, sed de perverso rerum amissibilium amore culpantur: cujus & vanitas, &
Coloss. 3.2. iniquitas ejus sententiæ est, ut neque fide, neque spe, neque charitate, quæ sursum sunt sapiant, sed infirma & caduca præmia diligant, quæ deserunt, & a quibus deseruntur.

℣. 15. *Beatum dixerunt populum cui hæc sunt.*
Vanitate pleni, fide vacui, iniquitate armati, & a sorte æternæ hæreditatis alieni in hoc proruperunt, ut dicerent beatum populum cui hæc sunt. Sed dicant filii promissionis.

Item ℣. 15. *Beatus populus cujus est Dominus Deus ipsius.*

PSALMUS CXLIV.

℣. 1. *EXaltabo te, Deus meus rex, & benedicam nomen tuum in sæculum, & in sæculum sæculi.*

TOtus Psalmus Dei laude contexitur: & cum in titulo Psalmi David sit prænotata laudatio, [a] evidenter ille ostenditur prædicari, qui est secundum deitatem Dominus, creatorque David, & secundum quod *Verbum caro factum est*,
Joan.1.14. filius David est: & non duplex perso-
Rom. 9.5. na; sed unus est Christus, qui est super
Rom.1.25. omnia Deus benedictus in sæcula. Hujus ergo laudatio etiam in præsenti tempore continuanda est, quæ in æternitate mansura est: a quo officio qui in hoc sæculo alienus est, futura laudationis Dei gaudia non intrabit.

℣. 2. *Per singulos dies benedicam te, & laudabo nomen tuum in æternum, & in sæculum sæculi.*

Dubium non est, ad præsentem quoque vitam pertinere Dei laudem, quandoquidem *per singulos dies* benedictio Dei celebranda disponitur, non obsistente rerum mutabilium varietate. Quia sive lætus de secundis, sive tristis de adversis ducatur dies; numquam a Dei laude cessandum est. Qui enim numquam tentatur, numquam probatur: & melius est cum tribulatione exerceri, quam cum prosperitate puniri.

℣. 3. *Magnus Dominus, & laudabilis valde, & magnitudinis ejus non est finis.*
Nullo fine laudatio ejus concluditur, cujus magnitudinis nullus terminus invenitur, & in cujus prædicatione quidquid laudator poterit cogitare, non sufficit. Qui ergo omni laude semper est major, sine fine laudetur. Ex hoc ipso homo spem suæ æternitatis accipiat, quia numquam non erit, qui Dominum laudare non desinit.

℣. 4. *Generatio & generatio laudabit opera tua, & virtutem tuam annuntiabunt.*
Omne humanum genus generatio repetita significat, quæ ab initio sui usque in finem per considerationem creaturarum rationabiliter intelligit universitatis auctorem, ut de his quæ videre pos-
Rom.1.20. sibile est, & in quibus tanta admirationum materia est, ea quæ cerni nequeant, æstimentur; & ille omnem aciem mentis exsuperet, de quo parum digne sentit, qui putat sufficere quod intelligit. Potest autem per unam generationem, prima significari vita mortalium; per alteram vero generationem, resurrectio accipi. Quia & ipsa [b] regeneratio nuncupatur: b
Matt. 19. secundum quod dictum est, *In regeneratione autem, cum sederit filius hominis in majestate sua.* Laudatur ergo in hoc sæculo, & multo magis laudabitur in futuro. Nam si nunc hoc faciunt compediti, quomodo non amplius facient coronati?

℣. 5. *Magnificentiam gloriæ sanctitatis tuæ loquentur, & mirabilia tua enarrabunt.*

℣. 6. *Et virtutem terribilium tuorum dicent, & magnitudinem tuam enarrabunt.*

℣. 7. *Memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt, & justitiam tuam exultabunt.*

Veri laudatores Dei nihil operum ejus judiciorumque non laudant: & sic omnia facta mirantur, ut mirabilior sit ipse qui fecit. Quia quidquid in creatura laudabile reperitur, ad illius recurrit
1.Cor.12.6 gloriam, qui operatur omnia in omnibus.

a Scilicet, *Laudatio ipsi David*, aut, *Laudatio David.*

b Colonienſis codex, *generatio nuncupatur*: & infra idem, *In generatione.*

bus. Unde & terribilia ejus laudis honore sunt plena. Non enim blanditur, & non minatur. Si non blandiretur, [a] nulla esset correctio: Ministri igitur eloquiorum Dei & misericordiam ejus, & justitiam prædicabunt: & sicut regnum æternum, ita [b] ignem perpetuum non tacebunt: ut in via, qua ad retributionem tenditur, constituti, sciant quid eligere debeant, quid cavere. Magnitudinem autem Dei, quæ non habet finem, quomodo enarrabunt, nisi quia semper hoc prædicabunt, quod finis ejus nequeat inveniri? Ineffabilium enim nullus eloquentior est narrator, quam qui fatetur inexplicabilia esse quæ loquitur. Hi ergo, inquit, narratores magnitudinis tuæ *memoriam abundantiæ suavitatis tuæ eructabunt*, quia non es oblitus nostri, nosque tui meminisse facis. Doctrina itaque sana hoc de abundantia suavitatis divinæ ructat, facitque eructari, ut omnes boni Dei gratia se regi, Dei gratia noverint custodiri, & per ipsam sibi, ut de illa possint gaudere, præstari.

℣. 8. *Misericors & miserator Dominus, longanimis, & multum misericors.*

℣. 9. *Suavis Dominus universis, & miserationes ejus super omnia opera ejus.*

Misericordia & gratia, bonitas, & patientia Dei per omnia declaratur; [c] & nemo desperet, nemo præsumat. Quia sicut suavis est lenitate, ita justus est ultione: & nihil longanimitati ejus perit, quem & conversus benignum, & obduratus experitur severum. *Miserationes* enim *ejus in omnia opera ejus*: quia in his qui salvabuntur, damnavit aliena.

℣. 10. *Confiteantur tibi, Domine, omnia opera tua, & sancti tui benedicant te.*

Quæcumque sunt in universitate rerum, a summis usque ad infima, opera utique sunt Dei. Et quamvis rationales tantum intellectualesque creaturæ divinæ laudis affectione moveantur; non frustra tamen ad confitendum Deo *omnia opera* ipsius incitantur. Quia nihil est tam exiguum, tamque a sensu remotum, in quo non mirabilis sit Creator: quem cum Angeli, & homines confitentur & laudant, ipsæ infinitæ mundi partes, & species, atque naturæ suum semper loquuntur auctorem; & utilitate ac pulcritudine sua immensam dant materiam laudatoribus; & videntur laudantia, quæ sunt laudabilia, dum quod non possunt [d] loqui, faciunt non taceri.

Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquentur. ℣. 11.

Ut notam faciant filiis hominum potentiam tuam, & gloriam magnificentiæ regni tui. ℣. 12.

Omnis species, & virtus, & pulcritudo creaturæ regnum est Dei: quia diversorum ipse est auctor & Dominus. Sed ab his quæ videntur, distinguuntur & ea quæ nondum innotuerunt: & intelligitur ex decore visibilium, quantum excellant, & in qua gloria emineant quæ regnum Dei specialius nominantur. Unde quotidie dicimus, *Adveniat regnum tuum*: cujus nec magnitudinem, nec gloriam, nec decorem ulla possunt corda concipere; sed quia sicut promittitur, ita creditur, certissimo desiderio, donec adsit, experitur. Matt. 6. 10

Regnum tuum regnum omnium sæculorum, & dominatio tua in omni generatione & progenie. ℣. 13.

Repetitio generationis, & præsens sæculum indicat & futurum. Quia & resurrectio generatio dicitur, quæ sanctos ad incorruptionem beatæ æternitatis creavit. Vid. app.

Fidelis Dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Item ℣. 13

Multa Dominus, & magna promisit; & quædam credita implevit, quædam servanda servavit: ut secura esset expectatio, cui vires [e] tot præcepta præberent.

Confirmat Dominus omnes qui decidunt, & erigit omnes elisos. ℣. 14.

Septies cadit justus, & resurgit; impii autem infirmabuntur in malis. Aliter ergo sancti, aliter decidunt infideles: & horum nunc fit commemoratio, quorum nullus confirmatur a Domino. Ruisse enim quodammodo videntur, cum omnibus temporalibus carent, & inhonori ac pauperes spernuntur a potentibus mundi, & inter abjecta quæque reputantur. Sed *Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.* Prov. 24. 16. Jacob. 4. 6.

Oculi omnium in te sperant, & tu das escam illis in tempore opportuno. ℣. 15.

Sicut

a Locus hic videtur aliqua parte mutilus in omnibus Editis, quæ suppletur tum sententia 70. infra; tum in Augustino, in hunc Psalmum num. 8. *Si non blandiretur, nulla esset exhortatio; si non minaretur, nulla esset correctio.*

b Emendamus ex Augustino, cogente sensu loci istius, cum Editi omnes ex errore manifesto, haberent, *regnum perpetuum*, quod tamen statim dicitur esse cavendum.

c Forte, *ut nemo desperet.*

d Editi Duac. & Colon. cum his recentioribus, *eloqui.*

e Credimus legi debere, *tot percepta*; non *tot præcepta*, ut Editi habent; propterea quod dicebatur paulo ante, *quadam credita implevit*: et Augustinus, *Adhuc quædam promisit, & non dedit: sed credatur illi ex his quæ dedit.*

Sicut bonus medicus novit qua esca ægrotus, & quo tempore sit cibandus: ita Dominus servos suos opportune salubribus cibis reficit, & quid cuique congruat, ineffabilis scientiæ benignitate discernit: ut subjectio fidelium de omnibus proficiat, quæ illi adhibenda censuerit, sive aspera, sive blanda; ut in nullo murmurent ægri; sed quodlibet curationis genus æquanimiter ab auctore suæ salutis accipiant, dicentes, quod ad eruditionem patientiæ nostræ ipse Salvator dignatus est dicere, *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste. Verum non quod ego volo, sed quod tu vis. Pater, fiat voluntas tua.* Matt. 26. 39. & 42.

Aperis tu manum tuam, & imples [a] *omnem animam benedictione.* ℣. 16.

Ex Dei largitate est quidquid benedictionis assequitur. Quia nemo eam concupisceret, nisi ad incitandum ipsum desiderium, manum suæ bonitatis aperiret.

Justus Dominus in omnibus viis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. ℣. 17.

Universæ, inquit, *viæ Domini misericordia & veritas*: sive circa nos severior, sive sit mitior. Quia qui etiam flagella meditatur, ideo castigat, ut parcat. Psal. 24. 10.

Prope est Dominus omnibus invocantibus eum, omnibus qui invocant eum in veritate. ℣. 18.

Multi non *in veritate* invocant Dominum, aliud ab illo quam ipsum desiderantes: a quibus longe abest; quia diversum & remotum est ab ipsius voluntate, quod cupiunt. Si autem id concupiscunt quod præcipit justus, & bonus, propinquus omnino est his, quos inspiravit affectibus: & timentium se voluntatem facit; quia quæ erat Domini, esse cœpit & servi.

Voluntatem timentium se faciet, preces eorum exaudiet, & salvos faciet eos. ℣. 19.

Custodit Dominus omnes diligentes se, & omnes peccatores disperdet. ℣. 20.

Quos omnes peccatores, nisi perseverantes in peccatis, & quotidie contra Deum disputantes? Pars autem dextera, cui nullum est cum sinistra parte consortium, quia semper illi judicia Dei universa placuerunt, quid in æternum sit factura profitetur, & dicit:

Laudem Domini loquetur os meum, & benedicat omnis caro nomen sanctum ejus in æternum, & in sæculum sæculi. ℣. 21.

PSALMUS CXLV. [b]

Lauda anima mea Dominum, laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu sum. ℣. 1.

SAncta & spiritalis anima ipsa se ad laudandum Dominum cohortatur: excellentiore sui parte, ea quæ in se minora sunt, incitat. Non enim alia est quæ dicit, & alia cui dicit: aut carnis hæc vox est, quæ ab anima & vitam sumit, & sensum, nec sine anima aliquid potest velle, & non velle. Quia vero ipsius animæ duplices actiones sunt, & alio officio erigitur ad Dominum, alio inclinatur ad carnem; si bene spiritui servit, bene præsidet carni, & per id quod adhæret Deo, id etiam quod adhæret corpori, ad superiores invitat affectus: ut rationali dominatu tantum subditis tribuat, quantum ad salutem sat est; ne si Deo non est subjecta, minuatur. Mens itaque, summa quædam pars animæ, semetipsam in omnibus suis incitans conatibus, dicit, *Lauda anima mea Dominum*. Non quia hoc non faciat quantum potest; sed quia parum est, quod infirmitate corruptibilis corporis potest; ad illam perfectam & æternam laudationem proficere concupiscit; & memor præsentis conditionis, in qua desiderii sui non invenit vires, quantum hoc per se factura, respondit, dicens, *Laudabo Dominum in vita mea, psallam Deo meo, quamdiu sum*. Nunc enim quamvis fide, & spe, & charitate roboremur, tribulationibus tamen & scandalis ac mœroribus non caremus: & inter innumera mortalitatis obstacula, [c] & æternæ vitæ officia, non implemur. Quoniam *corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem*. *In vita* igitur *mea*, quam nulla ægritudo infirmat, nulla egestas facit inquietam, *laudabo Dominum* tota mei libertate atque virtute: & *psallam Deo meo, quamdiu sum*; quia sicut esse Vide app. Sap. 9. 15. c.

[a] Editi nostri omnes habent *omnem animam* in textu, notant vero, *omne animal*, in ora libri; sicque citat Augustinus. Legiturque apud Hieronymum, in utraque versione, etsi observarint doctissimi Editores in postrema editione, in codicibus nonnullis legi, *imples omnem animam benedictione*.

[b] Titulus Psalmi *Halleluja, Aggæi & Zachariæ*, pro ℣. 1. notatur, de quo nihil differitur in Prospero.

[c] Forte omisso &, legeretur melius, *æternæ vitæ officia non implemus*. Quod Augustinus innuere videtur his verbis. *Respondet tibi anima tua; Laudo quantum possum, tenuiter exiliter, infirmiter. Quare? Quia quamdiu sumus in corpore peregrinamur a Domino.*

se erit mihi æternum, ita erit mea in Domino æterna laudatio.

℣. 3. *Nolite confidere in principibus, neque in filiis hominum, in quibus non est salus.*

Qui in defensione principum, & hominum præsidio gloriantur, in vanitate confidunt. Solus enim Deus, de quo speranda sit salus; & bene ab eo expectatur, quo ipse non indiget. Nam quid sit filius hominis, breviter in eo quod sequitur, demonstratur.

℣. 4. *Exibit spiritus ejus, & revertetur in terram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.*

Totum ergo quod in hoc mundo agitur, temporale est & transitorium; & nemo veraciter spondet alteri, quod præstare non potest sibi. Mortalis enim est: emisso spiritu, in terram suam terrena carne redeunte, quidquid disposuit, quidquid cogitavit, intercidit.

℣. 5. *Beatus cujus Deus Jacob adjutor ejus, spes ejus in Domino Deo ipsius,*

℣. 6. *Qui fecit cælum & terram, mare & omnia quæ in eis sunt.*

Beatus, inquit, homo cui adjutor est Deus: non ille quem sibi ignorantia humana confingit, sed *Deus Jacob*, qui ipsum Jacob Israel fecit, ut fide & intellectu videat universitatis auctorem.

℣. 7. *Qui custodit veritatem in sæculum, facit judicium injuriam patientibus.*

Et timendum Deum commendavit, & amandum: timendum, quia iniqua facientes veritate damnavit; amandum, quia pro justitia laborantes misericordia coronavit.

Item ℣. 7. *Dat escam esurientibus.*

Item ℣. 7. *Dominus solvit compeditos.*

℣. 8. *Dominus sapientes facit cæcos.*

Item ℣. 8. *Dominus erigit elisos, Dominus diligit justos.*

℣. 9. *Dominus custodit advenas.*

Omnibus quidem animantibus providentia Dei constituit & præstat alimoniam: sed hominibus non terrenum tantum, sed & spiritalem cibum præbet; quem hi accipiunt qui desiderant, quibus dicitur, *Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam saturabuntur.* Talis ergo est & compeditorum absolutio, qui mortalitatis compedes æternitate adoptionis evadent. Talis & illuminatio cæcorum, qui sapientes ex insipientibus fiunt. Talis quoque elisorum elevatio, qui voluntaria humilitate prostrati, ad altitudinem cælestium provehuntur. *Dominus* enim *diligit justos*: quoniam ipse est justitia eorum: & ipse *custodit advenas*, qui omnes gentes in Christo unum facit, & in Abrahæ filios lapidea corda convertit. Matt. 3. 9.

Pupillum & viduam suscipiet, & viam peccatorum exterminabit. Item ℣. 9.

℣. 10. *Regnabit Dominus in æternum, Deus tuus Sion, in generatione & generatione,* [a] *in sæculum sæculi.*

Istis quidem pupillis, qui mortuis patribus indefensi remanent, Deus opitulatur, & omnes viduas Deus protegit. Sed hic illos orphanos, & illas viduas melius intelligimus, quibus in hoc sæculo nullum est præsidium, nulla est consolatio; sed spes eorum in Domino Deo [b] ipsorum. Anima ergo, quæ in bonis temporalibus non fidit, sed mundi istius peregrina est, supernum patrem & supernam desiderans matrem, merito pupilla appellatur & vidua: quæ donec & patrem videat & sponsum, nunc videtur esse longinqua. Via vero peccatorum exterminabitur, cum omnium iniquitatum defecerint actiones, & vanitas in latitudine ambulantium in supplicia æterna mergetur. In hunc autem finem proruentibus malis, quid audiet civitas Sion, quid assequetur civitas Dei? *Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.* Matt. 25. 34. Quoniam tu Sion in Ecclesia regnum eris æternum Domini Dei tui, & regnante ipso, sine fine regnabis.

PSALMUS CXLVI.

℣. 1. [c] *Laudate Dominum, quoniam bonus est Psalmus, Deo nostro jocunda laudatio.*

Bonum est Dominum laudare, in gloriam Dei psallere, non voce tantum, quæ incessabiliter canere non potest; sed multo amplius modulatione rationabilis vitæ, quæ nullo tempore omittenda est. Quoniam in conversationem spiritalium servorum Dei, quidquid

a Hæc verba, *in sæculum sæculi*, non habetur in textu Hebræo, aut Latino Psalmi huius, nec apud Augustinum, hoc loco: apud Hieronymum vero in editione Gallicana non habentur, sed in Romana leguntur, pro antecedentibus, *in generatione & generatione.*

b Hactenus editi post, *Domino Deo*, appositio commate, novum sensum incipiebant ab his, *Ipsorum anima ergo.* Sed vitiosa interpunctione id fieri facile fuit animadvertere locum attente legenti. Alludit etiam Auctor ad superius dicta ℣. 5. *spes ejus in Domino Deo ipsius.*

c Lugdunensis editio sic distinguit, *quoniam bonus: & Psalmus Deo nostro jocunda laudatio,*

quid domi foriſque agitur, laus illius eſt, cujus & doctrina & munere ita vivitur, ut nihil actionum non Dei laudem ſit dignum; dicente Apoſtolo, *Sive manducatis, ſive bibitis, ſive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Quod qui faciunt, numquam a Dei laudibus ſilent; & a bonis operibus ipſorum, ſemper *Deo jocunda eſt laudatio.*

1. Cor. 10. 31.

℣. 2. *Ædificans Jeruſalem Dominus, & diſperſiones Iſrael congregans.*

Pſ. 121. 3. Extructio Jeruſalem, quæ ædificatur ut civitas, pace conſurgit: omnem Iſrael pax ad ſoliditatem colligit unitatis. Non ergo ab operibus vox, nec a voce debent opera diſſonare; & laus quæ voce promitur, de bona conſcientia proferatur. Nam non eſt firma compago, ſi in officio laudis non unus ſonus eſt cordis & vocis.

Vide ſent. 6.

℣. 3. *Qui ſanat contritos corde, & alligat contritiones eorum.*

Ecce quomodo colliguntur diſperſiones Iſrael, ut ſanentur contrito corde. Quoniam *cor contritum & humiliatum Deus non ſpernet*: ut humilitas ſanet quod ſuperbia vulneravit. Per alligationes autem contritionum, ſignificatur diverſitas remediorum, quæ ſummus medicus miſericorditer & ſcienter apponit: quia multarum eliſionum non eſt curatio una.

Iſ. 50. 19.

℣. 4. *Qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat.*

Non eſt præcipuum in laudibus Dei ſtellas cæli habere numeratas, cui capilli capitum numerati ſunt. De illis ergo ſtellis dignius intelligitur hoc dictum, quæ in Eccleſia Dei, ad conſolandam præſentis temporis noctem, bonæ converſationis exemplo, & cæleſtis doctrinæ luce reſplendent, quibus dicat Apoſtolus, *In iſta natione prava & perverſa, in quibus apparetis tamquam luminaria in mundo, verbum vitæ habentes.* Has ergo ſtellas Deus numerat in æternam præelectas gloriam, & nominatim ex omnibus gentibus advocatas. *Novit* enim *Dominus qui ſunt ejus*: cum quibus non computabuntur, quibus dicitur, *Diſcedite a me operarii iniquitatis: non novi vos.*

Matt. 10. 30. Philip. 2. 15. 2. Tim. 2. 19. Luc. 13. 27

℣. 5. *Magnus Dominus, & magna virtus ejus, & ſapientiæ ejus non eſt numerus.*

Multa in natura magna ſunt, & multarum naturarum magna virtus eſt. Sed in comparationem Dei nihil vere magnum, nihil vere dicitur potens, & in illo vera eſt magnitudo, & magna virtus. Univerſa ergo excellentia habent limites ſuos; & intra modum ſibi poſitum natura quæque ſubſiſtit: Deus autem magnitudine gloriæ ſuæ excedit univerſa, & omnipotentia ſapientiæ ejus nullo numero comprehenditur. *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia.*

Rom. 11. 36.

℣. 6. *Suſcipiens manſuetos Dominus, humilians autem peccatores uſque ad terram.*

Non accedunt ad cognitionem Dei niſi humiles atque manſueti, qui etiam quod nondum intelligunt, credunt; & revelationem occultorum expectant. Hos erudiendos ſuſcipit Dominus, & doctrinæ ſuæ capaces facit, quorum deſideria * delectatione exercuit, & accendit. *Peccatores* autem humiliat *uſque ad terram*: eos utique peccatores, qui ad promerendum Scripturarum intellectum manſuetudine carent, & ea quæ introſpicere nequeunt, tamquam ſuperflua & vana contemnunt. Horum contumaciam Deus in terrena demergit, cum ipſos tradit inſipientiæ: ut qui ſpreverunt gratiam illuminationis, ſubeant ſupplicium cæcitatis.

* *credimus legendum,* dilatione.

℣. 7. *Præcinite Domino in confeſſione, pſallite Deo noſtro in cithara.*

Deſiderantibus intelligentiam ſacramentorum a confeſſione incipiendum eſt, ut ſemetipſos accuſantes, & ſibi adſcribentes caliginem & tarditatem ſuam, radium ſupernæ lucis accipiant. Nec ſit eorum otioſa confeſſio: ſed pſallant Deo in cithara, id eſt, in quadam bonarum actionum conſcientia: ut miſericordiam quam confitendo quærunt, operando mereantur, & quod recte offerunt, recte dividant.

℣. 8. *Qui operit cælum nubibus, [a] deſcendit in terram ſitientem pluvia gratiarum.*

Gen. 4. 6. ſec. LXX.

Ad hoc enim Deus obſcuravit dicta prophetica, ut obumbratio pararet imbrem: imber vero & fructum gigneret, & operiret ſerenum.

℣. 8. *Item* ℣. 8. *Qui producit in montibus fœnum, & herbam ſervituti hominum.*

Utilitas pluviæ ſpiritalis non ſolum valles, ſed & montes uberes facit, *In montibus fœnum, & herbam ſervituti hominum.* Montes autem intelliguntur ſu-

a Apud Auguſtinum, *qui parat terræ pluviam*. Sic cum Vulgata & textu Hebræo, utraque Hieronymi verſio: unde inferas, hunc textum a S. Proſpero ad ſenſum ſpiritalem ſcribendo converſum.

blimiores quique hominum sæcularium, qui ita sæpe superioribus opimantur, ut unde fructuosæ sunt valles, inde altitudines etiam montium sint feraces. *Producit* ergo Dei gratia *in montibus fœnum*: & potentes ac divites accepto semine charitatis, præbent profutura pauperibus; & ministrant *herbam servituti hominum*, qui famulatum devotionis suæ Deo Ecclesiæque dependunt.

℣. 9. *Dat jumentis escam ipsorum, & pullis corvorum invocantibus eum.*

Jumentorum & pecorum nomine significatur multitudo plebis, quæ necessario cibo non fraudatur; & dum spiritalium est particeps, fit minister carnalium, ut impleatur illud Apostoli, *Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit?* 1.Cor. 9.7. Dispensatio igitur misericordiæ Dei, non tantum ad Israeliticum genus, sed ad omnium quoque gentium propaginem pertinet. Patres enim idola venerantes corvorum habuere figuram, mortua & immunda sectantes: quorum pulli, id est, filii, Deum verum invocant, & Sancti-spiritus pascuntur alimonia. Quia parentibus non invocantibus Deum, sed in sua obduratione manentibus, credidit posteritas quod ignoravit antiquitas.

℣. 10. *Non in fortitudine equi voluntatem habebit, nec in tabernaculis viri beneplacitum est ei.*

℣. 11. *Beneplacitum est Domino super timentes eum, & in eos qui sperant in misericordiam ejus.*

In equi potentia superbiæ indicatur elatio, quæ Deo semper odiosa est. Tabernacula quoque sublimia & magnifica divitiarum manifestant tumorem, in quibus nihil approbat Deus; qui *superbis resistit, humilibus autem dat gratiam*. Jac. 4.6. Non enim illi placent nisi mites & pauperes spiritu, ad hoc timentes Dominum, ut sperent in misericordiam ejus. Ille est enim utilis timor, qui spe erigitur, non qui desperatione demergitur.

PSALMUS CXLVII.

℣. 12. *Lauda Jerusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion.*

1.Esdræ 6. 14. CUm in titulo Psalmi *Aggæi & Zachariæ* prophetarum nomina prænotentur, [a] quos in Babylonia cum populo suo captos esse non dubium est, & reparationem ejus civitatis Jerusalem prævidisse, ac sicut facta est, denuntiasse: intelligitur cohortatio Psalmi ita ad universam Ecclesiam pertinere, ut omnes cives & filii Jerusalem in præsenti vita, quadam se vinctos captivitate cognoscant, & consolationem de spe futuræ libertatis accipiant. Nemo enim sanctorum sine laboribus ac molestiis potest præsens tempus exigere: & in quadam captivitate se esse sentiunt, cum exurgentibus scandalis, & manentibus [b] inter spiritum carnemque discordiis, non omnia quæ volunt faciunt, & multa adversa patiuntur. Recte ergo spe futurorum bonorum ipsam Jerusalem hortatur vox prophetica in laudem & gloriam Dei, ut cum sanctis Angelis, quorum adipiscitur indivisam societatem, in gaudiis æternæ pacis exultet. Gal 5.17. Rom.7.15. b

℣. 13. *Quoniam confortavit seras portarum tuarum.*

Conclusio Jerusalem, & serarum ejus confirmatio, securitatem indicat [c] incommutabilium gaudiorum. Quia nullius mali ad bona patebit introitus, neque inde ullus justorum timebit excludi. c

Item ℣. 13 *Benedixit filios tuos in te.*

Extra Jerusalem nulla benedictio est. Quia non sanctificatur, nisi qui Ecclesiæ, quæ est Christi corpus, unitur.

℣. 14. *Qui posuit fines tuos pacem, & adipe frumenti saziat te.*

Nulla eam civitatem bella perturbant, quæ pacis est septa limitibus: nec aliquid patitur inquietum, in qua nihil est a Dei voluntate diversum. Ne autem tranquillitas istius pacis aliqua indigentiæ necessitate turbetur, adeps ei panis indeficiens ministratur; ut justitiæ cibus sit in epulis, qui fuit in desideriis. *Beati* Matt. 5.6. *enim qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur.*

℣. 15. *Qui emittit verbum suum terræ, velociter currit sermo ejus.*

Verbi missio Christi est incarnatio, cujus Evangelio currente per omnem terram, omnium gentium fit vocatio, præveniente gratia Dei credentium fidem. Nihil est velocius & scientia, & opera Dei, qui quæ futura sunt, & novit, & fecit, & quæ nondum sunt orta, jam apud illum sunt præordinata.

℣. 16. *Qui dat nivem sicut lanam, nebulam sicut cinerem spargit.*

Valent quidem ista ad opimandam terram, secundum litteræ superficiem. Quia

a Apud LXX. interpretes habetur hicce Titulus.

b Editiones Duac. & Colon. *in spiritum*. Melius in Lugd. & Lovan. *inter spiritum*.

c Dditi Duac. & Colon. *incommutabilem*.

* *forte*, nives. Quia & * nubes decidentes habent vellerum ſpeciem, & nebularum ros non aliter quam cinis ſpargitur, atque ex eo terra pingueſcit. Sed ſublimius in his gratiæ Dei opera ſentiuntur, per nivium vellera vocatione Gentium figurata, quæ ad conficiendum veſtimentum Chriſti, quod eſt Eccleſia, in unum confluit, & in idipſum tota contexitur, non habens maculam aut rugam, ſed in illa puri-
Epheſ.5.27 tate manſura, quæ æterna glorificatione reſplendeat, ſitque in ea compage,
Pſ.103.2. de qua dicitur, *Dominus amictus lumen ſicut veſtimentum*. Ad quod ſignificandum pertinuit, quod veſtis Chriſti transfigurati in monte, ſicut nix legitur re-
Matt.17.2 fulſiſſe. Per *nebulam* autem caligo ignorantiæ, quæ ad pœnitentiæ cinerem confugit, indicatur. Non enim quiſquam
Matt.9.13 *1.Tim.1.15* ante vocationem dici juſtus poteſt; quoniam Filius hominis non venit juſtos eligere, ſed peccatores & impios ſalvos facere.

℣. 17. *Qui mittit cryſtallum ſuum ſicut fruſta panis: ante faciem frigoris ejus quis ſubſiſtet?*

Nives antiquitus obduratæ convertuntur in cryſtallum: quo ſignificantur lapidea corda infidelium, quæ gelu nimiæ vetuſtatis obſtricta, nullum calorem Sancti-ſpiritus receperunt. Sed tam potens eſt gratia Dei, ut tam annoſam glaciem faciat ſuperno igne ferveſcere, & eos qui cryſtallino frigore fuerant obdurati, afflatu ſuo faciat concaleſcere; ut etiam ipſi qui vitæ cibum neſciebant,
Act. 9. 1. &c. panem verbi incipiant miniſtrare: ſicut in beato Paulo factum eſt; qui cum eſſet credentium perſecutor, factus eſt Evangelii prædicator. Quis autem poterit ſubſiſtere, quem ab hoc frigore non
Luc.12.49 liberavit Chriſtus? qui venit ignem mittere in terram, & ad fervorem fidei, quod gelu infidelitatis obtorpuerat, excitare.

℣. 18. *Emittet verbum ſuum, & liquefaciet ea; flabit ſpiritus ejus, & fluent aquæ.*

Verbo Evangelicæ prædicationis obduratio infidelium ſolvitur: ut fiat hoc
Pſ.104.40 quod alibi dictum eſt, *Rupit petram, & fluxerunt aquæ*. Flante autem Spiritu, calor charitatis emittitur, ut terram ſitientem flumina rigent, & in aridis
Joan.4.14. cordibus fiat *fons aquæ ſalientis in vitam æternam*.

℣. 19. *Annuntians verbum ſuum Jacob, juſtitias & judicia ſua Iſrael.*

S. Proſperi.

Dans ſcilicet intellectum vocatis, & juſtificatis. Quia omnes ex quibuslibet gentibus electi, Jacob & Iſrael nuncupantur: & diſcunt omnia Dei juſta eſſe judicia; nec aliquid ab eo fieri, unde poſſit ignorantia humana cauſſari: quia abundarent etiam circa juſtos [a] cauſſæ ultionum, niſi juſtitiam ſuam miſericordia temperaret. a

Non fecit taliter omni nationi, & judicia ſua non manifeſtavit eis. ℣. 20.

Altitudinem divitiarum ſapientiæ ſuæ *Rom. 11. 33.* nulli genti Deus voluit eſſe perſpicuam, neque cuiquam nationi judiciorum ſecreta patuere. Sed ex omnibus gentibus una eſt gens, unus eſt populus, qui ſe ab æterna perditione non ſuis meritis, ſed Dei gratia intelligit liberari; & unumquemque fidelium miniſtrum miſericordiæ Dei, ut quod in ipſis factum eſt, etiam in aliis fiat, & in unitatem confluat univerſa diſperſio.

PSALMUS CXLVIII.

L*Audate Dominum de cœlis, laudate eum in excelſis.* ℣. 1.

POpulus Dei, cujus converſatio eſt *Philip. 3. 20.* in cœlis, & cujus ſpes in Domino *Pſ. 145.5.* Deo ipſius, ad ſupernam Jeruſalem pertinens, & de æterna ſanctorum Angelorum ſocietate jam gaudens, exultat in Spiritu Dei, & univerſam creaturam in laudem accendit Creatoris. Non quia omnia irrationabilia & ſenſu carentia poſſunt Deum propria confeſſione laudare: ſed quia nihil eſt in univerſitate rerum, a ſummis uſque ad infima, quod non ſua æqualitate naturæ potentiam ſui proteſtetur auctoris. Duarum proprie creaturarum eſt tota iſta laudatio, angelicæ ſcilicet & humanæ; quæ hunc affectum ex totius mundi conſideratione concipiunt, ut cum laudatoribus Dei ipſa laudis materia Deum laudare dicatur. Quia ergo in hoc officio cæleſtia obtinent principatum, merito ipſis primitus dicitur, ut de excellentia dignitatis ac pulcritudinis ſuæ in Domino glorientur.

Laudate eum omnes Angeli ejus, laudate eum omnes virtutes ejus. ℣. 2.

Laudate eum ſol & luna, laudate eum omnes ſtellæ & lumen. ℣. 3.

Laudate eum cœli cœlorum; & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, ℣. 4.

Laudent nomen Domini. ℣. 5.

Nihil eſt in ſublimitate cæleſti, quod

a Ita Lugd. et Lovan. Melius quam, *cauſſa vitiorum*, in Duac. et Colon.

non pulcrum atque mirandum sit. Et quia omnia in Creatoris sui concinunt laudem, non quasi cessantibus ab inferioribus dicitur, ut in confessionem divinæ laudis exurgant; sed ut homo inspiratus, ostendat sibi placere quod faciunt, & eo se per spem fidei delectari, ad quod per exhortationes promissionum Dei etiam ipse provehetur. Cum autem Dominus Jesus Christus Verbum sit Dei, in nullo Patris laude discernitur, dicente Psalmo:

Item ℣. 5. *Quoniam ipse dixit, & facta sunt; ipse mandavit, & creata sunt.*

Joan. 1.3. Quod enim Deus dicit, Verbo dicit: & Verbum per quod facta sunt omnia, mandatum dicentis exequitur,

℣. 6. *Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi; præceptum posuit, & non præteribit.*

Omnia quæ ad cælestem beatitudinem sunt creata, hanc plenitudinem sui officii susceperunt, ut in Dei laudatione permaneant: cui operi etiam natura humana sociatur, propter quod Apostolus dicit, *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens.* Bene ergo spiritalis quisque devotioni se cælestium jungit, & in consideratione totius creaturæ laudat artificem, ut pro modulo suo jam faciat, quod sine fine factura est.

Coloss. 3. 1. & 2.

℣. 7. *Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi.*

℣. 8. *Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellæ, qui faciunt verbum ejus.*

Terræ nomine appellantur, quæ vicina sunt terræ: & quidquid hoc nubilo aere aut humidum in rore, vel pluviis, aut in nive, & grandine glaciale, aut in procellis turbidum, vel in coruscationibus apparet ignitum, terræ & abyssi appellatione perstringitur. Quorum nihil fortuitis motibus subjacet, & singula [a] quæque ejus legibus serviunt, qui ut vult, de omnibus atque in omnibus, secundum causas occultæ rationis operatur.

a

℣. 9. *Montes & omnes colles, ligna fructifera, & omnes cedri.*

℣. 10. *Bestiæ, & omnia pecora, serpentes & volucres pennatæ.*

Ps. 103. 24 Nihil horum non in magna sapientia factum est: & ideo quædam perstringuntur, ut universitatis Creator in omnibus prædicetur.

℣. 11. *Reges terræ, & omnes populi; principes, & omnes judices terræ.*

℣. 12. *Juvenes, & virgines, seniores cum junioribus laudent nomen Domini.*

In multitudine hominum diversitas est graduum, differentia sexuum, & dissimilitudo meritorum: sed in Dei laudibus omni ordini atque ætati una materia est. Tota enim in Christo Ecclesia unum corpus est; & quod recte agit quælibet portio, tota sibi bene vindicat plenitudo.

℣. 13. *Quoniam exaltatum est nomen ejus solius.*

.14. *Confessio ejus super cælum & terram, & exaltavit cornu populi sui.*

Super omnia enim [b] & omnium conditor, & unius auctoris laus est quidquid in universitate laudabile est: quod ipsa rerum pulcritudo multiformi confitetur ornatu. Ab ipso ergo est honor sanctorum ejus, & ipsos exaltat cornu populi sui. Quoniam qui magna contulit per naturam, ipse dat majora per gratiam.

b

Item ℣. 14 *Hymnus omnibus sanctis ejus, filiis Israel, populo appropinquanti sibi.*

Hymnus est canticum, quo laudatur Deus, & quo utuntur omnes sancti ejus, omnesque filii Israel; non illi qui frustra carnali semine gloriantur: sed qui per illam, qua Abraham placuit, fidem nati, veri sunt filii Israel appropinquantes Deo per ipsum qui est *via, veritas, & vita.*

Rom. 9. 7. & 8. Joan. 14. 6.

PSALMUS CXLIX.

℣. 1. *Cantate Domino canticum novum; laudatio ejus in Ecclesia sanctorum.*

BEne laudantes Dominum canticum novum cantant, non in vetustate carnis, seu in spiritus novitate viventes: ut laus Dei in sanctorum Ecclesia celebretur, quæ sibi ex fide, & moribus, & charitate concordat. Nam sine hac parilitate nulla est canentium suavitas, nec est modulatio concinens, ubi est fides ac vita dissentiens.

℣. 2. *Lætetur Israel in eo qui fecit ipsum, & filii Sion exultent super Regem suum.*

Qui sunt veri Israelitæ, ipsi sunt filii Sion, sive Jerusalem. Utrumque enim nomen unius est civitatis, quæ constat ex Angelis & hominibus, ad eamdem societatem per fidem, & spem, & charitatem de longinqua peregrinatione tendentibus. Qui ergo [c] spe credit, spe gau-

Heb. 12. 22

c

a Editio Colonienſis, *quippe*. Aliæ, *quæque*.

b Editi Lovan. Duac. & Colon. in margine ibi monent forte legendum, *est*.

c Forte, *fide credit*. Editi omnes, *spe credit*.

gaudeat ; quia Deus est novi populi & creator, & redemptor, & rector.

Rom. 12. 12. *Laudent nomen ejus in choro, in tympano & psalterio psallant ei.*

Chori nomine concordia significatur laudantium, quorum voces nisi fuerint consonæ, placere non possunt. Rationalis itaque cantus, cujus tota est in fide & charitate modulatio, neque in moribus, neque in confessione dissideat : sed bene utatur psalterio & tympano, diligens Deum, diligens proximum : & in tympano & psalterio manus concinat voci, & impleatur opere quod ore cantatur. In tympani autem & chordarum extensione crucifixio carnis accipitur : quia nervi quanto plus fuerint extensi, tanto acutius sonant.

℣. 4. *Quia beneplacitum est Domino in populo suo, & exaltavit mansuetos in salutem.*

Quid tam benignum, quam est Dominus in populo suo, quem dignatur convertere aversum, suscipere correctum, juvare pugnantem, & coronare vincentem? Dabit enim exultationem humilibus : & inde eriguntur mansueti, unde premuntur elati.

℣. 5. *Exultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.*

Exultatio sanctorum, non in divitiis, non in honoribus, neque in ulla est prosperitate terrena : sed *in cubilibus suis*, id est, in conscientia bona, quam tamen non sibi, sed gratiæ Dei adscribunt ; ne sint de hominibus sibi placentibus, sed sint de his qui in Christo gloriantur.

a ℣. 6. [a] *Exaltationes Dei in faucibus eorum, & gladii ancipites in manibus eorum.*

Gratias agentes Deo de omnibus profectibus suis, ipsum exaltant, & ad ipsum referunt quod ei placere noverunt, habentes in manibus sermones Dei, qui Apoc. 1. 16 Hebr. 4. 12 est gladius bis acutus, efficax & carnales affectus dividere, & peccata resecare.

℣. 7. *Ad faciendam vindictam in gentibus, objurgationes in populis.*

Potestas verbi, quo infidelium corda feriuntur, non solum præsidentibus data est, sed omnibus etiam discipulis veritatis, qui possunt arguere errantes, & increpatione sua devios revocare.

℣. 8. *Ad alligandos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in vinculis ferreis.*

Potentes mundi, & reges ac nobiles, nisi Deum timeant, quem timebunt ? Sed prædicatur illis Evangelium Christi, & percutiuntur framea bis acuta : annuntiatur illis judicium, & auditis æternis suppliciis siniſtrorum, ligantur, Eccli. 6. 23 & compedes sapientiæ ab initio [b] amoris accipiunt : ut dura præcepta molliant voluntatem, [c] & fit obedientibus blandum, quod asperum videbatur aversis. b c

℣. 9. *Ut faciant in eis judicium conscriptum : gloria hæc est omnibus sanctis ejus.*

Omnium sanctorum gloria hæc est, ut totus mundus subjiciatur Deo, & divinis legibus, quarum justitia uniformiter ubique conscripta est, simili observantia serviatur. Ad hoc enim utuntur in omnibus gentibus spiritus potestate, ut ubique cantetur canticum novum, *& omnis lingua confiteatur, quoniam Dominus Jesus-Christus in gloria est Dei Patris.* Philip. 2. 11.

PSALMUS CL.

℣. 1. *Laudate Dominum in sanctis ejus.*

Ad confessionem pertinet gratiæ, Dominum in sanctis suis laudare, cujus habent sanctificatione quod sancti sunt. Unde in alio Psalmo dicitur, *Mirabilis Deus in sanctis suis* : ut quidquid in illis virtutum atque meritorum est, totum ad Dei gloriam referatur. Ps. 67. 36.

Item ℣. 1. *Laudate eum in firmamento virtutis ejus.*

℣. 2. *Laudate eum in potentatibus ejus : laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.*

Omnia ista instrumenta laudum Dei, ipsi sancti sunt, per quos ad Deum multiplex sonus concinentis confessionis emittitur. Et ideo in omnibus eorum officiis laudatur Deus ; quia omnis canentium motus, ejus Spiritu quem prædicat, animatur.

Lau-

a Editiones Lugd. & Lov. *Exultationes Dei*. Sic quoque legit Augustinus hoc loco, & Hieronymus in Libro Psalmorum juxta Hebraicam veritatem translato. At Editiones Duac. & Colon. ut Vulgata nostra habent, *Exaltationes Dei*. Quod pariter scripsit idem Hieronymus in utraque versione ex LXX. interpretibus semel & iterum emendata. Sic quoque scripsisse S. Prosperum suadet, quod in expositione dicat, *Ipsum exaltant* &c.

b Duac. & Colon. edit. *& fit*. Lugd. & Lov. *& fit*.

c Forte, *timoris*. Quia *Initium sapientiæ timor Domini*. Psal. 110. 11. & tota hujus versus expositione timor innui videtur, etsi Editi omnes habeant, *amoris* ; & Augustinus ait, *Cœpisti a timore, consummavis ad sapientiam*.

℣. 3. [a] *Laudent igitur eum in ſono tubæ.*

Propter excellentiſſimam Evangelii in Chriſto declarationem. *In omnem* enim *terram exiit ſonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum.* Pſal. 18. 5.

Item ℣. 3. *Laudent eum in pſalterio & cithara.*

De ſuperioribus ſcilicet & inferioribus, tamquam eum qui fecit cælum & terram : ut pſalterio cæleſtia, cithara autem terrena laudentur. Quia cavum illud lignum, ſupra quod chordarum reſultat extenſio, in pſalterio ſuperius, in cithara habetur inferius.

℣. 4. *Laudent eum in tympano & choro.*

Dum ad ſimilitudinem tympani, quod de ſicco extenſoque fit corio, ad confeſſionem Dei ſenſus mutæ carnis aptantur, & ad ſpeciem chori ſocietas canentium in omni modulatione [b] concordet, ut nihil diverſum de eo cui canitur, ſentiatur.

Item ℣. 4. *Laudate eum in chordis, & organo.*

Id eſt, in quolibet inſtrumento muſico, quod vel pulſu poteſt ſonare, vel flatu.

℣. 5. *Laudent eum in cymbalis bene ſonantibus.*

Dum unuſquiſque honoratur a proximo, non a ſe ipſo. Cum autem dicitur,

Item ℣. 5. *Laudate eum in cymbalis jubilationis :*

Evidenter oſtenditur, per omnia opera muſica, non corporeos ſonos, ſed affectus animi deſignatos; Siquidem nulla ratio ſinat, ut jubilatio eſſe poſſit in cymbalis, niſi ipſa cymbala ad motus animi transferantur. Cum enim mens cœptas Dei laudes verbis non poteſt explicare, admiratio ejus ſimilis fit jubilationi, quæ in eo miratur ſono, qui nullis ſyllabarum comprehenditur articulis. Nihil ergo extra ipſos ſanctos, quibus laus Dei indicitur, cogitetur, nec vile aliquid ſpiritalibus officiis ſentiatur. Et quia ſapere ſecundum carnem mors eſt.

℣. 6. *Omnis ſpiritus laudet Dominum.* Alleluja.

[a] Lugdun. & Lovan. hic & verſu ſequenti, *Laudant*. Duac. & Colon. *Laudent*. quod propius accedit ad *Laudate eum*, quod in Auguſtino, & omnibus codicibus ſacri Pſalmorum textus habetur, in omni verſu atque in omnibus S. Hieronymi editionibus. Vox enim forte textui inſerta eſt a Proſpero differente in Pſalmum.

[b] Forte *concordat* : aut præcedens & mutandum in *ut*.

FINIS.

AD-

ADMONITIO
IN SANCTI PROSPERI

Librum Sententiarum ex Augustino delibatam.

EA erat sancti Prosperi in Augustinum, singulaſque doctrinæ ab ipso variis in libris traditæ partes propensio, is zelus; ut cum hunc solum pene auctorem doctoremque a puero sibi sequendum proposuisset, omnia ejus dicta sibi quanta potuit diligentia comparaverit, & eo studio, quo major inveniri nequeat, animi penetralibus imbuerit. Sed ne tot tantarumque rerum sibi subreperet oblivio, immo ut cælestes sanctissimi Antistitis regulas pro speculo sibi essent, regendisque singulis vitæ passibus inservirent; quæ fusius scripta legerat, sedulisque curis fuerat meditatus, ea in summam quamdam, brevesque quasi sententias, memoriæ juvandæ renovandæque gratia collegit. Quo in opere non suis tantum profectibus, sed & aliorum omnium utilitati mirum in modum consuluisse invenitur. Ex his enim qui Augustini Opera legerint, doctrinam ejus sub uno veluti conspectu exhiberi sibi gratulantur: qui vero in iis adhuc rudes & inexperti, eorum prolixitate deterrerentur, brevi ista tam sublimis tamque solidæ doctrinæ quasi tabella, ad sedulam ipsorum lectionem accenduntur. In hoc autem libro ea maxime quæ morum ædificationem promovent collegisse videtur, quamquam non pauca, præsertim sub finem libri, etiam de præcipuis magisque arcanis religionis fideique nostræ mysteriis non preterierit.

Quia vero sunt hæc in plerisque ita brevia, ut aliquid pleniori eorum intellectui apud nonnullos homines defuturum videri posset; ideo notata exhibentur in margine loca ipsa in quibus eadem stilo diffusiori scripta habentur, & unde breves istæ sententiæ sunt excerptæ. Quæ nos in Appendicis secunda parte exhibenda duximus; ne Lector aliorum librorum vel indigus, vel forte consulendorum piger, hic lectorum fructu omni modo privaretur.

De hoc opere notarunt eruditissimi operum sancti Augustini Editores Monachi Sangermanenses Benedictini, in Appendicis tomi 10. *parte tertia p.* 323. *Sententias in editis codicibus trecentas & nonaginta contineri. Priores triginta septem, aliasque inter subsequentes perpaucas decerptas esse ex ipsius Prosperi Commentariis in Psalmos: ceteras autem ex operibus Augustini, cujus sancti Doctoris, cum verba nonnumquam mutata esse deprehendamus (subjiciunt illi provide,) eam ob causſam optimum factu judicamus, si moneamus ut inspiciantur ea loca, e quibus mens Augustini magis est expressa quam dictio. Id vero præstamus, e regione hujus generis sententiarum adscripto verbo,* VIDE.

Col-

Colbertinus Codex notatus 323. (quod unum istius libri exemplar manu scriptum reperire nobis licuit, nec ipsum admodum vetus ,) sententias septuaginta sex, non plures repræsentat, scilicet octodecim primas , & omissa decima nona, vigesimam, vigesimam-primam , & alias ex subsequentium serie selectas , cum hacce ad illas prævia annotatione : Prosper iste Equitaneus fuit, Tolonensis civis , qui relictis rebus sæcularibus, ad divina se omnino negotia transtulit , & quasdam ex beati Augustini sententiis carpens , istum librum composuit &c. *Plures ex hoc libro sententiæ inter Arausicani secundi Concilii canones relatæ sunt ; & permultæ sub nomine Prosperi citantur a Floro seu Beda Vulgato in Paulum . Quibusdam etiam ex his sententiis usus est ille , qui Zephyrini , Callisti I. & aliorum Romanorum Pontificum decretales epistolas confinxit . Hactenus Doctissimi viri , quibus tot nominibus obstricta studiosorum multitudo.*

*Iidem viri doctissimi cum hunc sententiarum Prosperi librum rursus excudi in fine tomi decimi Operum sancti Augustini curarent , observarunt in quibusdam libris sententias numerari octoginta octo , in aliis vero nonaginta supra trecentas , cujus varietatis cum originem non notarint , nos re examinata , hinc ortam animadvertimus , quod in editionibus Augustiniana prioribus bis notati reperiantur numeri duo , in aliis * 336. & 337. in aliis vero * 340. & 341.*

* *In Lugd. Lovan. & Duac.*
* *In Colonienſi & hac recentioribus.*

Nos autem quibus , præter Codicem illum Colbertinum , fas fuit alios duos , tam per viros ad præstandum studiosis omnibus beneficium paratissimos , quam per nos ipsos consulere , videlicet Remigianum unum , id est , qui est Archimonasterii sancti Remigii Remensis ordinis S. Benedicti , alterum Jolienſem , qui scilicet alias fuerat viri clarissimi Claudii Joli Præcentoris & Canonici Ecclesiæ Parisiensis , nunc ex ejus legato factus est venerabilis Capituli ejusdem Ecclesiæ ; horum ope numerum sententiarum ad 392. crescere posse judicavimus , adnotatis tamen priorum editionum numeris , ne quid Lectoribus ex hac mutatione incommodi crearetur.

Cum denique , ex dicendis infra in Admonitione Epigrammatis S. Prosperi præfigenda , conjici possit , hæc carmina ab ipso circa tempus Concilii Chalcedonensis anno 451. habiti , fuisse composita ; in hisque easdem quæ hic sunt ut plurimum sententias , strictæ orationis limitibus inclusas observare non sit arduum : hinc istum quoque sententiarum librum huic , ut verisimile nobis videtur , prævium , circa idem tempus concinnatum arbitramur.

TI-

TITULUS SENTENTIARUM S. PROSPERI.

I. Quæ ſit vera innocentia.
II. De hominibus diligendis.
III. De vera æternitate.
IV. De patientia Dei.
V. De ultione Dei.
VI. De vera Dei laudatione.
VII. De virtute charitatis.
VIII. De doctrina apoſtolica.
IX. De quærendo Deo.
X. De faſtidio ſpirituali.
XI. De bonorum & malorum finibus.
XII. De tranquillitate ultionis Dei.
XIII. De bono intellectu.
XIV. De requie adhuc in carne viventis.
XV. De vovendo Deo.
XVI. De juſtitia & gratia.
XVII. De ſupernæ patriæ civibus.
XVIII. De carnis cupiditate vincenda.
XIX. De anguſta vitæ via.
XX. De præmio Chriſtianæ religionis.
XXI. De occultis non judicandis.
XXII. De adjutorio Dei.
XXIII. De paſſionibus ſanctorum.
XXIV. De ſcientia boni.
XXV. De amore legis.
XXVI. De ſcrutandis mandatis Dei.
XXVII. De proficiendo.
XXVIII. De duplici opere Dei.
XXIX. De obſervantia pacis.
XXX. De cuſtodia Dei.
XXXI. De adjutorio Dei.
XXXII. De odiis mundi in Chriſtianos.
XXXIII. De patientia fidelium.
XXXIV. De obſequiis debitis.
XXXV. De toleranda varietate mundana.
XXXVI. De ædificatione domus Dei.
XXXVII. De æternis gaudiis.
XXXVIII. De lege charitatis.
XXXIX. De juſſionibus Dei.
XL. De intemporali ſcientia Dei.
XLI. De providentia Dei.
XLII. De impunitate peccantium.
XLIII. De legis littera.
XLIV. De lege & gratia.
XLV. De promiſſione Dei.
XLVI. De fidelium culpis, & infidelium bonis.
XLVII. De malæ voluntatis effectu.
XLVIII. De ſuperbia.
XLIX. De impare uſu fortunæ.
L. De morte ſanctorum.
LI. De puritate quam non perdit invitus.
LII. De fortitudine tolerantiæ.
LIII. De libera ſervitute, & dominio ſervili.
LIV. De oblatione votorum.
LV. De eſſentia deitatis.
LVI. Quales nos diligat Deus.
LVII. De intemporali opere Dei.
LVIII. De principali omnium rerum cauſſa.
LIX. De ſuperbia diaboli, & Chriſti humilitate.
LX. De ſpiritalibus augmentis.
LXI. De ineffabili excellentia Deitatis.
LXII. De vera beatitudine.
LXIII. Quid ſit eſſe cum Deo.
LXIV. De incarnatione Verbi Dei.
LXV. Quo odio odiendi ſint mali.
LXVI. De labore fingentium mendacia.
LXVII. De divinis ſcripturis.
LXVIII. De oratione Domini.
LXIX. De Sacramentorum perceptione.
LXX. De laudando Deum.
LXXI. De acceleranda converſione.
LXXII. De humilitate orandi.
LXXIII. De admiratione creaturarum.
LXXIV. De anima inordinata.
LXXV. De pœna peccati.
LXXVI. De ratione pſallendi.
LXXVII. De timore.
LXXVIII. De recta ſollicitudine.
LXXIX. De virginitate.
LXXX. De modo habendi.
LXXXI. De cogitationibus.
LXXXII. De cantico novo.
LXXXIII. De vera humilitate.
LXXXIV. De deſperantibus.
LXXXV. De divitiis.
LXXXVI. De vera bonitate.
LXXXVII. De mali impunitate.
LXXXVIII. De bono humilitatis.
LXXXIX. De ſepultura.
XC. De gaudio recto.
XCI. Quid hominem Deo jungat.
XCII. De bono prælio.
XCIII. De ſpe fidelium.
XCIV. De temporibus.
XCV. De charitatis augmento.
XCVI. De defectu malorum.
XCVII. Unde adhæreatur Deo.
XCVIII. De juſtitia.
XCIX. De tolerantia.
C. Quid ſit clamor ad Deum.
CI. De confitendo peccato.
CII. De perfectione.
CIII. De laboribus præſentis vitæ.
CIV. Quod imago Dei homo ſit, nunc obnoxia vanitati.
CV. De eruditione divina.
CVI. Quod tota infidelium vita peccatum ſit.
CVII. De fundamento ſpiritali.
CVIII. Quod recordatio vel oblivio non cadant in Deum.
CIX. Qui Dei miracula videant.
CX. De miſericordia & veritate jungendis.
CXI. De tentatione & imitatione Chriſti.
CXII. De cupiditate & charitate.
CXIII. De gaudio Chriſtiani.
CXIV. De ſabbato.
CXV. Quod bonum cum gaudio ſit faciendum.
CXVI. Quod non homines, ſed hominum ſit fugienda perverſitas.
CXVII. Quod ſint vitanda peccata, non timore pœnæ, ſed amore juſtitiæ.
CXVIII. De humili confeſſione, & ſuperba jactantia.
CXIX. Quod iniqui malitia proſit bonis.
CXX. De fidelium perſeverantia.
CXXI. De propria facultate hominis.
CXXII. De contrariis moribus.
CXXIII. Qualiter accedatur ad Deum, vel recedatur a Deo.
CXXIV. De vera libertate.
CXXV. De tolerantia.
CXXVI. Unde ſit bonum noſtrum.
CXXVII. De incarnatione Verbi.
CXXVIII. De fide intellectus.
CXXIX. De ſuperbia.
CXXX. De perfectione deſideriorum.
CXXXI. De duobus donis gratiæ.
CXXXII. De laboris fine.
CXXXIII. De iniquitatis læſione.
CXXXIV. De miraculis viſibilibus & inviſibilibus.
CXXXV. De fugientibus diabolum.
CXXXVI. De pravis cupiditatibus.
CXXXVII. De adulatione.
CXXXVIII. De male conſcio animo.
CXXXIX. Quod prior ſit natura, quam vitium.
CXL. De Angelis & hominibus malis.
CXLI. De conditione creaturæ.
CXLII. De bono & malo amore.
CXLIII. De bono creaturæ.
CXLIV. De vitio naturæ.

CXLV. *Quod non ſit in Deo aut pigra vacatio, aut laborioſa induſtria.*
CXLVI. *Quod Deus tantum eſt Creator.*
CXLVII. *De prima & ſecunda corporis morte.*
CXLVIII. *De morte piorum.*
CXLIX. *De Martyribus non baptizatis.*
CL. *Quod non ſecundum hominem, ſed ſecundum Deum vivendum ſit.*
CLI. *De diverſitate humanæ affectionis.*
CLII. *De arbitrii libertate vera.*
CLIII. *Quod cor ad Deum ſit habendum.*
CLIV. *De vita beata.*
CLV. *Quod nemo fiat bonus, niſi ex malo.*
CLVI. *De civibus terrenæ civitatis, ac cæleſtis.*
CLVII. *De ira Dei.*
CLVIII. *De perſequentibus Eccleſiam.*
CLIX. *De fine boni & mali.*
CLX. *De natura.*
CLXI. *De animi æquitate.*
CLXII. *De præcepto charitatis.*
CLXIII. *De concordia & obedientia.*
CLXIV. *De conditione ſervitutis.*
CLXV. *De prælatis.*
CLXVI. *De regimine populi.*
CLXVII. *De vita animæ.*
CLXVIII. *De juſtitia hominum.*
CLXIX. *De plena pace.*
CLXX. *De prima & ſecunda morte.*
CLXXI. *De cauſſis incognitis operum Dei.*
CLXXII. *De falſa fiducia.*
CLXXIII. *Quod nihil proſit homini, ſi invitus bene faciat.*
CLXXIV. *De obedientia.*
CLXXV. *De vera dilectione.*
CLXXVI. *De non corrumpendis.*
CLXXVII. *Quod Deus omnes creaturas bonas fecerit*
CLXXVIII. *Quod juſtitia iniquis odioſa ſit.*
CLXXIX. *De ægritudine animi.*
CLXXX. *De homine benigno.*
CLXXXI. *De veritate odioſa.*
CLXXXII. *De tolerantia.*
CLXXXIII. *De egeſtate humanæ intelligentiæ.*
CLXXXIV. *De vera æternitate Dei.*
CLXXXV. *De non deſperandis peccatoribus.*
CLXXXVI. *Qualiter pax a Deo quæratur.*
CLXXXVII. *Ne juſte flagellatus doleat.*
CLXXXVIII. *Ut peccator ſibi diſpliceat.*
CLXXXIX. *De quærendis præſidiis in pace.*
CXC. *De altari Dei duplici.*
CXCI. *De fine legis.*
CXCII. *De malæ conſcientiæ pœna.*
CXCIII. *De vera peccatorum remiſſione.*
CXCIV. *De ruminante verbum Dei.*
CXCV. *De imperio animæ.*
CXCVI. *De miſericordia Dei.*
CXCVII. *De diſcretione bonorum & malorum.*
CXCVIII. *De terreno amore.*
CXCIX. *De hæreditate æterna.*
CC. *De felicitate.*
CCI. *De remediis pœnitentiæ.*
CCII. *De bonis occultis ſanctorum.*
CCIII. *De inimicis bonorum.*
CCIV. *De vigore fidei Chriſtianæ.*
CCV. *De purgandis electis.*
CCVI. *De bonis quæ nemo amittit invitus.*
CCVII. *De fine fidelium.*
CCVIII. *De triſtitia.*
CCIX. *De peccatis præteritis.*
CCX. *De veritate.*
CCXI. *De impunitate peccatorum.*
CCXII. *De præventu miſericordiæ Dei.*
CCXIII. *De effectu ſupplicationis.*
CCXIV. *De profectu bonorum per tentationes.*
CCXV. *De prophetiis implendis.*
CCXVI. *De idolis.*
CCXVII. *De corporibus humanis.*
CCXVIII. *De ſiti bona.*
CCXIX. *De meditatione fidelium in otio & actione*
CCXX. *De ſimulationis malo.*
CCXXI. *Pœna animæ juſtitiam deſerentis.*
CCXXII. *De duabus civitatibus.*
CCXXIII. *Quod præceptum Dei leve ſit amanti.*
CCXXIV. *De charitate.*
CCXXV. *De operibus bonis.*
CCXXVI. *De lapſu Adam, & converſione fidelium.*
CCXXVII. *De temporalibus deliciis & pœnis.*
CCXXVIII. *De Trinitate.*
CCXXIX. *Nullam mali eſſe naturam.*
CCXXX. *Quid ſublatum ſit diabolo.*
CCXXXI. *De profunditate iniquitatis.*
CCXXXII. *Quod Deus miſericors ſit in tribulationibus*
CCXXXIII. *De divitibus Chriſtianis.*
CCXXXIV. *De fide Abrahæ,*
CCXXXV. *De perſeverantia in bono.*
CCXXXVI. *Quod omnis locus in Deo ſit.*
CCXXXVII. *De duabus vitis.*
CCXXXVIII. *A quo bene ſit homini.*
CCXXXIX. *De obedientia.*
CCXL. *De eruditione bonorum per malos.*
CCXLI. *De confeſſione.*
CCXLII. *Quod non ſit gloriandum de ſcientia*
CCXLIII. *Qualiter regantur corpora.*
CCXLIV. *De timente pœnam, & amante juſtitiam.*
CCXLV. *Quomodo Deus colatur.*
CCXLVI. *De corde recto.*
CCXLVII. *De benevolentia juſti erga impios.*
CCXLVIII. *De ſimulatione pacis cum inimico.*
CCXLIX. *De amore & timore.*
CCL. *Quem non frangat infelicitas.*
CCLI. *Qualiter dives pauper eſt Dei.*
CCLII. *De gradibus pietatis.*
CCLIII. *De petitionibus contrariis Deo.*
CCLIV. *De mendacio.*
CCLV. *Item de mendacio.*
CCLVI. *De primo & ſecundo homine.*
CCLVII. *De legis littera.*
CCLVIII. *De mandato Dei, & timore.*
CCLIX. *Quod lex Dei ſecundum naturam ſit.*
CCLX. *De gloria non habenda, niſi in Deo.*
CCLXI. *Quid per inobedientiam perdidit homo.*
CCLXII. *De laude & præmio fidei.*
CCLXIII. *Cur Sapientia Dei per carnem venerit ad homines.*
CCLXIV. *De bona fama.*
CCLXV. *Quid recte diligatur.*
CCLXVI. *De inſipienti eloquentia.*
CCLXVII. *De indole ingeniorum bonorum.*
CCLXVIII. *De diligendo & non diligendo peccatore.*
CCLXIX. *Quod prima ad Deum via ſit Chriſtus,*
CCLXX. *Quod melior ſit qui fallitur, quam qui mentitur.*
CCLXXI. *De dilectione bonorum æternorum, aut temporalium.*
CCLXXII. *De fame & faſtidio ſpiritali.*
CCLXXIII. *De laboribus piorum.*
CCLXXIV. *De charitate.*
CCLXXV. *De flagellis Dei.*
CCLXXVI. *De paſſionibus fidelium.*
CCLXXVII. *De originali peccato.*
CCLXXVIII. *De providentia Dei operantis.*
CCLXXIX. *De obſervatione ſabbati.*
CCLXXX. *De requie Dei.*
CCLXXXI. *De initio temporum.*
CCLXXXII. *Quod abjectiſſima etiam divina providentia regit.*
CCLXXXIII. *Animam rationalem in ſpiritalia erigi debere.*
CCLXXXIV. *Quod in miraculis nihil fiat contra naturam.*
CCLXXXV. *De incommutabili ratione operum divinorum.*
CCLXXXVI. *Quod naturale ſit nobis velle vivere, non autem male vivere.*
CCLXXXVII. *Qualiter homo præſentia Dei illuminetur*
CCLXXXVIII. *Deo obediendum.*
CCLXXXIX. *De excellentia humanæ naturæ.*
CCXC. *De poteſtate nocendi.*
CCXCI. *Quantum & quale bonum ſit Deus.*
CCXCII. *Quod nulla creatura mala ſit in natura.*
CCXCIII. *De magnis operibus Domini.*
CCXCIV. *De ſuperbia & invidentia.*
CCXCV. *Qualiter plenitudo divinitatis habitet*

in Christo corporaliter.
CCXCVI. *De vitiis expugnandis.*
CCXCVII. *De fortitudine gentilium & Christianorum.*
CCXCVIII. *Quod nullum malum sit, nisi in aliquo bono.*
CCXCIX. *Nullis meritis gratiam præveniri.*
CCC. *De circumcisione & baptismo.*
CCCI. *De primo & secundo homine.*
CCCII. *De judiciis Dei.*
CCCIII. *De nativitate justorum.*
CCCIV. *De naturæ humanæ qualitate.*
CCCV. *De morte peccatorum.*
CCCVI. *De pœna peccati.*
CCCVII. *De bona institutione hominis.*
CCCVIII. *De abolitione peccati.*
CCCIX. *De gratia Dei.*
CCCX. *Neminem, nisi Deo miserante salvari.*
CCCXI. *Nihil excusationis competere peccatori.*
CCCXII. *De his qui Spiritu Dei aguntur.*
CCCXIII. *Quid sit liberari a corpore mortis hujus.*
CCCXIV. *Nihil hominem posse sine Deo.*
CCCXV. *De vera justitia.*
CCCXVI. *Quod Christus solus sine peccato subiit pœnam peccati.*
CCCXVII. *Quod gratia non sit ex natura.*
CCCXVIII. *De misericordia & judicio.*
CCCXIX. *De erigendis lapsis.*
CCCXX. *De contemnenda mundi gloria.*
CCCXXI. *De temporalibus bonis relinquendis.*
CCCXXII. *De coercenda ira.*
CCCXXIII. *De lege & gratia.*
CCCXXIV. *De sabbato.*
CCCXXV. *De his quæ hominum propria sunt.*
CCCXXVI. *De inseparabili opere Patris & Filii.*
CCCXXVII. *Cui prosit baptismi sacramentum.*
CCCXXVIII. *Quomodo Christus sit Veritas.*
CCCXXIX. *De charitate.*
CCCXXX. *Quomodo Christus reliquerit patrem & matrem.*
CCCXXXI. *De comparatione primi Adam & secundi.*
CCCXXXII. *De incarnatione Verbi:*
CCCXXXIII. *De duabus nativitatibus hominum.*
CCCXXXIV. *De diversitate bonorum in Deo.*
CCCXXXV. *De anima & intellectu.*
CCCXXXVI. *De loco orationis.*
CCCXXXVII. *De sensibus corporis, & judicio animi.*
CCCXXXVIII. *De vita Filii Dei.*
CCCXXXIX. *Quare Filius, & non Pater dicitur judicaturus.*
CCCXL. *Quomodo voluntatem Dei & nostram faciamus.*
CCCXLI. *De doctrina Patris per Verbum.*
CCCXLII. *De carne Christi.*
CCCXLIII. *Qui edunt corpus Christi.*
CCCXLIV. *De malorum felicitate.*
CCCXLV. *De mutatione cordis.*
CCCXLVI. *De chrismate.*
CCCXLVII. *De vero lumine.*
CCCXLVIII. *Quod verus Deus & verus homo sit Christus.*
CCCXLIX. *De missione Verbi.*
CCCL. *De fide Patris & Filii.*
CCCLI. *De Deo & homine Jesu Christo.*
CCCLII. *De unitate divinæ Trinitatis.*
CCCLIII. *Quomodo docuit Pater Filium.*
CCCLIV. *De fide & veritate.*
CCCLV. *De bono odore Christi.*
CCCLVI. *De facultate credendi.*
CCCLVII. *De vera dilectione.*
CCCLVIII. *De bipartita mundi significatione.*
CCCLIX. *De vitanda scientiæ gloria.*
CCCLX. *De laude qua se prædicat Deus.*
CCCLXI. *De remittendis peccatis.*
CCCLXII. *De impletione desideriorum justorum.*
CCCLXIII. *De confitendo homine Jesu Christo.*
CCCLXIV. *De æternitate.*
CCCLXV. *De fide.*
CCCLXVI. *Quod propitius sit Deus, non annuendo malorum votis.*
CCCLXVII. *De dilectione Christi ergo diligentes se.*
CCCLXVIII. *De vite & palmitibus vitis.*
CCCLXIX. *De humanæ justitiæ modo.*
CCCLXX. *Quod sola divina substantia vere sit simplex.*
CCCLXXI. *Quomodo fuit, & est, & erit accipiantur in Deo.*
CCCLXXII. *Quod donum Dei sit diligere Deum.*
CCCLXXIII. *De pace Christi.*
CCCLXXIV. *Omne tempus a Deo esse dispositum.*
CCCLXXV. *De unitate Trinitatis.*
CCCLXXVI. *Quod gignendo dedit Pater omnia Filio.*
CCCLXXVII. *De custodia Dei circa nos.*
CCCLXXVIII. *De gratia Dei, qua omne hominis meritum prævenitur.*
CCCLXXIX. *De amore quo Deum amare debemus.*
CCCLXXX. *De indiviso Patris, & Filii opere.*
CCCLXXXI. *Quomodo Filius subjectus erit Patri.*
CCCLXXXII. *Quod omnia bona ex Deo.*
CCCLXXXIII. *Quod præscientia Dei neminem peccare compellat.*
CCCLXXXIV. *De cognoscendis creaturis quæ non videntur.*
CCCLXXXV. *Quo remedio vulnera animæ curentur.*
CCCLXXXVI. *Quod omne vitium est contra naturam.*
CCCLXXXVII. *De pœna peccati:*
CCCLXXXVIII *De varietate remediorum.*
CCCLXXXIX. *De vitio animæ.*
CCCXC. *De lege omnium artium veritate.*
CCCXCI. *Quo incitetur cor ad discendum.*
CCCXCII. *De divitiis &c. non superbiendum.*

SANCTI PROSPERI AQUITANI

SENTENTIARUM EX OPERIBUS Sancti Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi delibatarum.

LIBER UNUS.*

* Scriptus forte circa annum 450. aut 451.

I.

a *Quæ ſit vera innocentia.*

Ex Proſperi expoſitione in Pſal. 100. ℣. 2. Vide Aug. infra app. p. 229.

INnocentia vera eſt, quæ nec ſibi, nec alteri nocet. Quoniam *qui diligit inquitatem, odit animam ſuam*. Et nemo non prius in ſe; quam in alterum peccat.

II.

De hominibus diligendis.

Proſo. in eumdem Pſ. ℣. 5. Vide Aug. ibid. in app. p. 229.

Sic diligendi ſunt homines, ut eorum non diligantur errores: quia aliud eſt amare quod facti ſunt, aliud odiſſe quod faciunt.

III.

De vera æternitate.

b Vera æternitas, & vera b immutabilitas non eſt, niſi in deitate Trinitatis: c cui quod eſt eſſe, c perpetuum eſt: quia natura initio carens, incremento non indigens, ſicut nullum finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creaturæ autem d etiam illæ, quibus Deus æternitatem dedit, vel daturus eſt, non penitus omnis finis alienæ ſunt: quia non ſunt extra commutationem; dum finis illis eſt, & temporalis inſtitutio, & localis motio, & ipſa in augmentum ſui facta mutatio.

Proſp. in Pſal. 101. ℣. 18.

IV.

De patientia Dei.

e Patientia Dei, e qua parcit contemptus, parcit etiam negatus, & magis vult vitam peccatoris, quam mortem; eruditio eſt pœnitudinis, & oblatio correctionis: nec ulla ipſius opera miſericordia vacant; quando homini & indulgentia conſulit, & flagello.

Ejuſdem in Pſ. 102. ℣. 8. Vide Aug. ibid. app. p. 230.

V.

f *De ultione Dei.*

Proſp. ibi. ℣. 9.

Divina bonitas ideo maxime irafcitur g in hoc ſæculo, ne irafcatur in futuro: & miſericorditer adhibet temporalem ſeveritatem, ne æternam juſte inferat ultionem.

VI.

h *De vera Dei laudatione.*

Ibid. ℣. 21.

Vera eſt, confeſſio benedicentis, cum idem ſonus eſt & oris & cordis. Bene autem loqui, & male vivere, nihil aliud eſt, quam ſua ſe voce damnare.

VII.

De virtute charitatis.

Ejuſd. in Pſal. 103. ℣. 3. Vide Aug. inf. app. p. 230.

i Dilectio Dei & proximi propria & ſpecialis virtus eſt piorum atque ſanctorum, cum cæteræ virtutes & bonis & malis poſſint eſſe communes.

VIII.

De doctrina apoſtolica.

Proſp. ibi. ℣. 11.

Doctrina apoſtolica k tam ſalubris tamque vitalis eſt, ut pro capacitate utentium neminem ſui l relinquat exſortem. Quia ſive parvuli, ſive magni, ſive infirmi, ſive fortes habent in ea m unde alantur, & unde ſatientur.

IX.

a Mſ. Jolienſis, *De vera innocentia*.

b Mſſ. Remigiano-Remenſis & Jolienſis, *immortalitas*: ut in expoſitione Pſalmi 101. legitur, & ad oram Editorum omnium notatur.

c Mſ. Remig. *ſemper eſt*. Editi in margine, *perfectum eſt*.

d Mſſ. Remig & Jol addunt hic, *etiam*: ut legitur in expoſitione Pſalmi in margine citati, qua voce tamen hic loci carent Editi noſtri omnes.

e Editio Colonienſis anni 1531. paulo aliter, *Patientia Dei magna eſt, qua &c. eruditio eſt pœnitudinis & oblatio correctionis: nulla enim Chriſti opera a miſericordia vacant: quoniam* &c. Mſ. Jol. omittit *etiam*, poſt *parcit*: & *mavult*. Mſ. Remigienſis, *non parcit negatus . . . Eruditio enim eſt*. Notatum legimus in margine Edit. Lovanienſis & poſteriorum, *Eruditio pœnitudinis eſt oblatio correctionis*, ſicque legi in codice ſcripto, qui eſt Lovanii in Carthuſia.

f Mſ. Jolienſis, *De ultionibus Dei*.

g In Mſſ. Remig. & Jolienſi deſunt hæc, *in hoc ſæculo*; & poſtea, *in futuro*: quæ nec in expoſitione Pſalmi 102. leguntur.

h Edit. Colon. vetus, *De vera confeſſione*; *ſive laudatione*.

i Mſ. Jolienſis, *Charitas Dei*, ut in expoſitione Pſalmi ejuſdem legitur, apud Proſperum.

k Sic Mſ. Jolienſis. Edit. Colon. vetus, *tam ſalubris atque vitalis eſt*. Mſ. concinit Pſalmi expoſitio. Edit. Lugdunenſis, Lovanienſis, Duac. & Colon. recentior, *ſalubris atque vitalis eſt*.

l Mſ. Remigianus, *dimittat*, ut in expoſitione Pſalmi.

m Ita Editio ſenten. in Aug. append. ex Mſ. Colbertino. Editio Colon. vetus, *unde alantur, unde ſatientur*, ut in expoſitione Pſalmi. Editiones Lugd. & & ea recentiores, *unde alantur & unde ſatientur*, omiſſo & loco priore.

IX.

De quærendo Deo.

Ejusd. in Psal. 104. ℣. 4. Deum quærens, gaudium quærit. Sic ergo quærat, ut non in se, sed in Domino gaudeat. Accedendo enim ad Deum, illuminatur ignorantia [a] ipsius, & corroboratur infirmitas, data sibi & intelligentia qua videat, & charitate qua ferveat.

X.

De fastidio spiritali.

Ejusd. in Psal. 106. ℣. 18. Sicut corpori noxium est, corpoream escam non posse percipere: ita animæ periculosum est, spiritales delicias fastidire.

XI.

[b] *De bonorum & malorum finibus.*

[c] Numquam multi sunt, [c] qui ad non esse tendunt. Quid enim tam est obnoxium paucitati, quam quod est debitum perditioni?

Ibid. ℣. 39.

XII.

[d] *De tranquillitate ultionis Dei.*

Ejusd. in Psal. 108. ℣. 5. Non concupiscit Deus pœnam reorum, tamquam saturari desiderans ultione: sed quod justum est, cum tranquillitate decernit, & recta voluntate disponit; ut etiam mali non sint inordinati.

XIII.

De bono intellectu.

Ejusd. in Psal. 110. ℣. 10. Bonum intellectum habet, qui [e] quod faciendum est, recte intelligit & facit. Alioqui talis est sine opere intelligentia, qualis sine timore sapientia: [f] cum scriptum sit, *Initium sapientiæ timor Domini.*

XIV.

De requie adhuc in carne [g] *viventis.*

Ejusd. in Psal. 114. ℣. 8. Habet [h] & in hac vita requiem suam anima, quæ de morte infidelitatis exempta est, & non ab operibus justitiæ, sed ab iniquitatis se abstinet actione: ut vivens Deo, & mortua mundo, in humilitatis & mansuetudinis [i] placida tranquillitate requiescat.

XV.

De vovendo [k] *Deo.*

Quisquis bene cogitat, [l] quæ Deo voveat, & quæ vovendo persolvat, seipsum voveat & reddat. Hoc exigitur, hoc debetur. Imago Cæsaris reddatur Cæsari, imago Dei reddatur Deo. Sed sicut videndum est, [m] quid offeras & cui offeras ita etiam considerandum est, ubi offeras. Quia veri sacrificii extra Catholicam Ecclesiam locus non est.

Ejusd. in Psal. 115. ℣. 18.

Luc. 20. 25.

XVI.

De justitia & gratia.

Duæ sunt retributiones justitiæ, cum aut bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis. Tertia est retributio gratiæ; cum per regenerationem remittuntur mala, & retribuuntur bona. Atque ita manifestatur, quia *universæ viæ Domini misericordia & veritas*. Illam autem retributionem impiorum, qua pro bonis mala [n] retribuuntur, Deus nescit; qui nisi retribueret bona pro malis, non essent quibus [o] retribueret bona pro bonis.

Ejusd. in Psal. 118. ℣. 17. ex *Aug. ser.* 7. *in eumdem Psal.* *Vide app.* p. 231.

Ps. 24. 10.

XVII.

De supernæ patriæ civibus.

Omnis qui ad supernam pertinet civitatem, peregrinus est mundi; & dum temporali utitur vita, in patria vivit aliena, ubi inter multa illecebrosa, & multa fallacia, Deum nosse & amare paucorum est, [p] quibus sit *præceptum Domini lucidum, illuminans oculos*, ut nec in Dei, nec in proximi [q] charitate fallantur.

Vide ibid. ℣. 19.

Psal. 18. 9.

XVIII.

De carnis cupiditate vincenda.

Nemo est cujus animam corruptibile corpus, & inhabitatio terrena non aggravet. [r] Sed adnitendum est, ut carnis cupiditates spiritus vigore superentur; & interior homo qui semper sibi sen-

Ibid. ℣. 25. *Sap.* 9. 15.

a Hoc pronomen, *ipsius*, additur ex Mss. Colb. & edit. append. Aug. Mss. Remig. & Editiones eo carebant, cum tamen correspondeat, *sibi*, paulo post in omnibus codicibus. Mss. Jol. pro *Accedendo ad Deum*, habet, *Accedendo ad Dominum, & illuminatur.*

b In editione Colon. veteri, *Quam obnoxium sit ad non esse tendere*. Idemque & Lugdunensis ac Mss. Remig. *Nonnumquam*. Melius alii, *Numquam*, ut in Psal. expos.

c Mss. Jolienses, *qui pereunt*, pro, *qui ad non esse tendunt*.

d In Colon. vet. *Quod Deus pœnam reorum non concupiscat*.

e Mss. Jol. *Quod faciendum recte intelligit, facit*. Mss. Remig. *recte faciendum intelligit* &c. ut alii codices.

f Mss. Jolienses, *cum initium sit sapientiæ timor Domini*. Mss. Remig. *cum initio sit sapientia*.

g Edit. Colon. vet. *viventium*.

h Mss. Jol. *jam in hac vita*... Expositio Psalmi *etiam in hac vita*. Idem Mss. Jol. omittit *se* ante *abstinet*, ut exposit. Psal.

i Editi omnes, *placita*. Mss. Jol. & Corb. ex quo edit. append. Aug. *placida*. In exposit. Psalmi, *quieta tranquillitate*.

k Mss. Jol. omittit, *Deo*.

l Mss. Colb. & edit. Aug. *quid voveat, & quæ vota persolvat*. Mss. Jol. *quid Deo voveat, & quæ vota persolvat, hoc exigitur hoc debetur, ut seipsum voveat & reddat. Imago*, etc.

m Ita Mss. Remig. qui pro *offeras*, habet *afferas*; forte ex errore. Mss. Colb. et edit. August. post Colon. vet. Aliæ, *quid & cui offeras*.

n Sic Mss. Colb. et edit. August. app. In expos. Psal. *Nulli malum pro bono retribuit*. Tamen editi omnes, *restituuntur*, et Mss. Remig. Jol. vero Mss. *restituunt*.

o Mss. Remig. *retribuerentur*.

p Mss. Jolienses, *quibus sit*.

q Mss. Colb. et edit. app. August. *fallantur dilectione*. Sic et expos. Psalmi. Cum cæteri omnes habeant, *charitate fallantur*.

r Edit. Colon. vet. *nitendum est* .... *semper de divino*. Mss. Jol. *expetat adjuvari*. Reliqui omnes, *expetet adjuvari*.

sentit resisti, semper se divino auxilio expectet adjuvari.

XIX.

De angusta vitæ [a] *via.*

a

Ibid. ℣. 35 *Matt.* 7. 13 *Angusta est via quæ ducit ad vitam*: & tamen per ipsam, nisi dilatato corde non curritur. Quia iter virtutum, quo gradiuntur pauperes Christi, amplum est [b] fidelium spei, etiam si arctum sit infidelium vanitati.

b

XX.

De præmio [c] *Christianæ religionis.*

c

Ibid. ℣. 36. *Vide Aug. ibid. iaf. app. p.* 231 Hoc affectu & desiderio colendus est Deus, ut sui cultus ipse sit merces. Nam qui Deum ideo colit, ut aliud magis quam ipsum promereatur, non Deum colit, sed illud quod assequi concupiscit.

XXI.

De occultis non judicandis.

Prosp. ibi. ℣. 39. & *legitur in Epist. Zephyrini Papæ.* De occultis cordis alieni temere judicare peccatum est; & eum, [d] cujus non videntur opera nisi bona, iniquum est ex suspicione reprehendere. Cum eorum quæ homini sunt incognita, solus Deus judex sit justus, qui & inspector est verus.

d

XXII.

De adjutorio Dei.

Prosper ibid. ℣. 59. & *est can. non.* 9. *conc. Arausic.* 2. Divini est muneris, cum & recta cogitamus, & pedes nostros a falsitate [e] & injustitia continemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur.

e

XXIII.

De passionibus sanctorum. [f]

f

Prosper. ibid. ℣. 62. Justo judicio Dei datur plerumque peccatoribus potestas, qua sanctos ipsius persequantur: [g] ut qui Spiritu Dei juvantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores.

g

XXIV.

De scientia boni. [h]

h

Ibid. ℣. 71. & 77. Non est vera scientia boni, nisi ad hoc comprehendatur, ut agatur. [i] Non enim utiliter meditatur legem Dei, qui laborat ut memoria teneat, quod actione non implet.

i

XXV.

De amore legis. [k]

k

Ibid. ℣. 113. Qui legem Dei diligit, probat se [l] in hominibus iniquis id quod contra legem est odisse, non homines.

l

XXVI.

De scrutandis mandatis Dei. [m]

m

Ibidem ℣. 115. Mandata Dei scrutari, nisi quieta mens, non potest. Ut ergo religiosum exerceatur studium, abigenda sunt jurgia malignorum.

XXVII.

De proficiendo. [n]

n

Ibidem ℣. 125. Nemo tam eruditus, nemo tam doctus est, qui superna illustratione non egeat. [o] Non enim ita ulla divinorum bonorum augmenta sufficiunt, ut non semper superfit, quod mens rationalis, & intelligendum desideret, & gerendum.

o

XXVIII.

De duplici opere Dei. [p]

p

Ibidem ℣. 151. Si omnes homines simul consideremus, quorum alii misericordia salvi fiunt, alii veritate damnantur; universæ viæ Domini, id est, misericordia & veritas, suo fine distinctæ sunt. Si autem solos sanctos intueamur, non discernuntur hæ viæ [q] Domini. Individua enim ibi est, & a misericordia veritas, & a veritate misericordia: quia beatitudo sanctorum & de munere gratiæ est, & de retributione justitiæ.

q

XXIX.

De observantia pacis. [r]

r

Ejusdem Prosperi in Psal. 119 ℣. 7. Christianæ perfectionis est, pacificum esse etiam cum pacis inimicis, spe correctionis, non consensu malignitatis: ut si nec exemplum, [s] nec cohortationem dilectionis sequantur; causas tamen non habeant, quibus odisse nos debeant.

s

XXX.

De custodia Dei. [t]

t

Ejusdem in Ps. 120. ℣. 7. Custodit nos Dominus ab omni malo, non ut nihil patiamur adversi, sed ut ipsis adversitatibus anima non lædatur. Cum enim tentatio adest, fit quidam in id quod nos impugnat introitus: [u] & cum bono fine, id est, sine vulnere

u

a Mſ. Jolienſis, *De angusta via*: omissa voce, *vitæ.*
b Edit. Colon. vet. *fideli spei.*
c Mſ. Jol. non habet vocem hanc, *Christianæ.*
d Edit Colon vet. *cujus opera non videntur, nisi bona . . . solus Deus judex sit, quia justus est, & inspector verus.* Mſ. Remig. *Cum eorum quæ hominis sunt incognita solus Deus judex sit justus, qui inspector est veri.*
e Mſ. Remig. *a falsitate injustitiæ.*
f Edit. Colon. vet. addit, *a malis.*
g Mſ. Colb. et edit. app Auguſt. *ut illi qui.*
h Edit. Col. vet. addit, *& actione.*
i Editio Col. vet. *Inutiliter autem.*
k Editio Colon. vet. addit, *in hominibus.*
l Mſſ. Remig. et Jol. *in omnibus iniquis.*
m Editio Col. vet. addit, *sine jurgiis.*
n Editio Colon. vet. addit hic, *semper.*
o Mſ. Remig. *Non enim illa ita* Col. vet. *ulla ita.*
p Editio Colon. vet. addit; *misericordiæ & veritatis.*
q Mſ. Jol. non habet vocem hanc, *Domini.*
r Editio Colon. vet. addit, *cum malis.*
s Edit. Colon. vet. *nec cohortationum discretionem sequantur.* Mſ. Jolienſis, *nec exemplo, nec cohortatione dilectionis.*
t Editio Colon. vet. addit, *in tentatione.*
u Colon. vet. editio, *Et sicut bono fine, id est sine vulnere, animæ tentatio consummatur.* Mſ. Jol. *Et cum bono.*

nere animæ, tentatio consummatur; ad æternam requiem, de profundo temporalis laboris exitur.

XXXI.

[a] *De adjutorio Dei.*

[b] Ad cælestis Jerusalem consortium non ascendunt, nisi qui toto corde profitentur, non proprii operis, sed divini esse muneris, quod ascendunt. *Ejusdem in Ps.* 121. ℣. 4. 1. *Tim.* 3. 12

XXXII.

[c] *De odiis mundi in Christianos.*

Omnes qui in Christo pie volunt vivere, necesse est ut ab impiis & dissimilibus patiantur opprobria; & despiciantur tamquam stulti & insani, qui [d] præsentia bona perdant, & invisibilia sibi ac futura [e] promittant. Sed hæc despectio & irrisio [f] in impios retorquebitur, cum & abundantia eorum in egestatem, & superbia transierit in confusionem. *Ejusdem in Ps.* 122. ℣. 3.

XXXIII.

[g] *De patientia fidelium.*

Tota fidelium salus, tota patientiæ fortitudo, ad eum, qui in sanctis suis est mirabilis, referenda est: quia nisi in illis Dominus esset, furori impiorum fragilitas humana succumberet. *Ejusdem in Ps.* 123. ℣. 5.

XXXIV.

De obsequiis debitis.

Ita & a plebibus principes, & a servis domini sunt ferendi, ut sub exercitatione tolerantiæ sustineantur temporalia, & sperentur æterna. Auget enim [h] merita virtutis, quod propositum non violat religionis. *Ejusdem in Ps.* 124. ℣. 3.

XXXV.

[i] *De toleranda varietate mundana.*

Recti corde de præceptis Dei & constitutionibus non queruntur: quia justum est omnia æquanimiter accipi, quæ judicaturus [k] voluit tolerari. *Ibid.* ℣. 4.

XXXVI.

De ædificatione domus Dei.

Omnis sancti ædificii status, sicut Deo operante proficit, ita Deo custodiente consistit. Quoniam tunc utilis præpositorum custodia est, cum Spiritus Dei populo suo præsidet, & non solum greges, sed etiam ipsos dignatur custodire pastores. *Ejusdem in Ps.* 126. 1 ℣. 1.

XXXVII.

De æternis gaudiis.

Æternæ civitatis æterna sunt gaudia, [m] & stantium dierum [n] perpes infinitas nec variabitur, nec labetur; quia incommutabili pace potientur, quorum omnium erit bonum, quod fuerit etiam singulorum. *Ejusdem in Ps.* 127. ℣. 5.

XXXVIII.

De lege charitatis.

Lex Christi [o] perfectio charitatis est, qua Deus proximusque diligitur, & per quam dicitur Conditori legis, [p] *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.* Bene enim expectat promissionem Dei, qui mandata ejus exequitur: nec frustra sperat parcendum peccatis suis, qui ignoscit alienis. *Ejusdem in Ps.* 129. ℣. 4. *Matt.* 6. 12

XXXIX.

De jussionibus Dei.

Nihil Deus jubet quod sibi prosit, sed illi cui jubet. Ideo verus est Dominus, qui servo non indiget, & quo servus indiget. *Ex Aug. epist.* 138. *ad Marcellinum n.* 6.

XL.

[q] *De intemporali scientia Dei.*

Id quod in tempore novum est, non est novum [r] apud Deum, qui condidit tempora, & sine tempore habet [s] omnia, quæ suis quibusque temporibus, pro eorum varietate, distribuit. *Ibid. n.* 7.

XLI.

De providentia Dei.

Mutabilium dispositionem [t] immutabilis ratio continet, ubi sine tempore simul sunt, quæ in temporibus non simul fiunt, quia tempora non simul currunt. *Ibid. n.* 8.

XLII.

De impunitate peccantium.

Nihil infelicius est felicitate peccantium, [u] qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas velut hostis interior roboratur. *Ibid. n.* 14.

XLIII.

a Edit. Col. vet. De *munere Dei in ascensu Jerusalem.*

b Mſ. Remig. *Ad cælestis Israelitarum Jerusalem consortium non ascendunt, nisi qui confitemur* etc.

c Colon. vet. edit. De *odio.*

d Edit. Colon. vet. *in præsentia.*

e Mſ. Jolienſis, *perquirant.*

f Mſ. Jol. *in ipsos.* Mſ. Remig. *in ipsis* forte pro *in ipsos.*

g Colon. vet. edit. De *patientia, in quo confisiat.*

h Mſ. Colb. et edit. August. *meritum.*

i Edit. Colon. vet. *Non conqueri de constitutionibus Dei.*

k Colon. vet. edit. *voluerit.*

l Colb. cod. Mſ. *cooperante:* ac inf. loco, *custodia est, ordo est.*

m Mſ. Jolienſis & *instantium dierum.* Mſ. Remig. & *instantia dierum.* Postea,

n Colon. vet. edit. *perpetuitas infinita . . . . quorum erit omnium bonum, etiam quæ fiunt singulorum.*

o Editio Colon. vet. *perfectio est charitatis.*

p Mſ. Jolienſis addit hic *Deo:* et post aliquot verba, *qui mandatum ejus.*

q Emendamus ex Mſ. Jolienſi: in quo melius exhibetur sententiæ subjectæ sensus, quam in cæteris, ubi, *De temporali scientia* legitur.

r Mſ. Jolienſis, *apud eum qui.*

s Edit. Colon. addit, *omnium.*

t Mſ. Jolienſis, *immutabilis dispositio.*

u Mſ. Remigianus, *quia.*

XLIII.

De legis littera. [a]

Ex libr. de spiritu & littera, c. 5. & 14.

Legis littera, quæ docet non esse peccandum, si Spiritus vivificans desit, occidit. [b] Sciri enim peccatum facit potius quam caveri: & ideo magis augeri quam minui; quia malæ concupiscentiæ etiam prævaricatio legis accedit.

XLIV.

De lege & gratia.

Ibid. c. 19. Lex data est, ut gratia quæreretur: gratia data est, ut lex impleretur. Neque enim suo vitio non implebatur, sed vitio prudentiæ carnis: quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.

XLV.

De promissione Dei.

Ibid. c. 24. Hoc promittit Deus, quod ipse facit. Non enim ipse promittit, & alius facit: quod jam non est promittere, sed prædicere. Ideo *non ex operibus, sed ex vocante*: ne ipsorum sit, non Dei; & *Rom. 9. 12. & 4. 4.* merces non imputetur secundum gratiam, sed secundum debitum; atque ita gratia jam non sit gratia.

XLVI.

De fidelium culpis, & infidelium bonis.

Ibid. c. 27. Sicut non impediunt ab æterna vita justum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur; sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cujuslibet pessimi hominis invenitur.

XLVII.

[c] *De malæ voluntatis effectu.*

Ibid. c. 31. Cum voluntas mala potestatem accipit, [d] ut efficiat quod cupit; ex judicio Dei venit, apud quem non est iniquitas. Punit enim etiam isto modo: nec ideo injuste, quia occulte. Cæterum iniquus puniri se ignorat, nisi cum [e] manifesto supplicio senserit nolens, quantum mali sit quod perpetravit volens.

XLVIII.

De superbia. [f]

Ex Aug. lib. de nat. & gratia, c. 27. Omnia vitia in malefactis tantummodo valent: sola superbia etiam in recte factis cavenda est.

XLIX.

[g] *De impari usu fortunæ.*

Ex lib. 1. de Civitate Dei, c. 8. Interest plurimum qualis sit usus, vel earum rerum quæ prosperæ, vel earum quæ dicuntur adversæ. Nam bonus temporalibus, nec bonis extollitur, nec malis frangitur: malus autem ideo [h] hujusmodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur.

L.

De morte sanctorum. [i]

Ibid. c. 11. Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit. Non enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multum curandum est necessario morituris, quid accidat ut moriantur, sed moriendo quo ire cogantur.

LI.

De puritate [k] *quam non perdit invitus.*

Ibid. c. 18. Ita non amittitur corporis sanctitas, manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso; sicut amittitur sanctitas corporis, violata animi puritate, etiam corpore intacto.

LII.

De fortitudine tolerantiæ.

Ibid. c. 22. Major animus merito dicendus est, qui vitam ærumnosam magis eligit ferre, quam fugere; & humanum judicium, [l] maximeque vulgare, quod plerumque caligine erroris involuitur, præ conscientiæ luce ac puritate contemnere.

LIII.

[m] *De libera servitute, & dominio servili.*

Ex lib. 4. de civit. Dei, c. 5. Justis quidquid malorum [n] ab iniquis dominis irrogatur, non pœna est criminis, sed virtutis examen. Nam bonus etiam si serviat, liber est: malus autem, etsi regnet, servus est; nec unius hominis, sed, quod est gravius, tot dominorum, quot vitiorum.

LIV.

De oblatione votorum.

Ex lib. 17. de civ. Dei c. 4. & est Canon. 11. Concilii secundi Arausicani. Nemo quidquam Domino recte voveret, nisi ab ipso acciperet quod voveret.

LV.

De essentia Deitatis.

Omnis substantia quæ Deus non est, crea-

a Edit. Colon. addit, *sine vita*.

b Ms. Jolienſis. *Sciri*, ut in loco Augustini in margine citato. Codices alii nostri *Scire*, cui non bene respondet *caveri*.

c Col vet. edit. *De mala voluntate & potestate*.

d Edit. Colon. vet. *efficiendi quod cupit, ex judicio ejus venit . . . . quanti mali sit quod perpetravit volens.*

e Ms. Remig. *manifesta supplicia senserit nolens, tunc agnoscit quantum* etc.

f Edit. Colon. vet. addit, *in bonis*.

g Colon. vet. *De pari usu*. Ms. Jol. *De usu prosperi & adversi*.

h Ms. Jolienſis, *hujus mundi*.

i Edit. Colon. vet. addit *bona*. Ms. Jol. *Quod non possit male mori, qui bene vixerit*.

k Edit. Colon. *De puritate animi, oppresso corpore*.

l Colon. vet. edit. *maxime quod est vulgare*.

m Edit. Colon. *De libera servitute in Domino servili*. forte pro, *& dominio servili*: cæteri codices, *De humilitate justorum*, non tam bene.

n Edit. Colon. *aliquis dominus irrogat . . . . Nam etiam bonus si serviat*, etc. Ms. Jol. *malus etiamsi*. Ms. Jol. initio, *Justis quidquid mali*.

Est canon. 12. conc. Arausicani 2. creatura est, & quæ creatura non est, Deus est: Nulla ergo differentia est in deitate Trinitatis: quoniam quod Deo minus est, Deus non est.

LVI.

Quales nos diligat Deus.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

LVII.

a *De intemporali opere Dei.*

Ordo temporum in æterna Dei sapientia sine tempore est, nec aliqua sunt apud illum nova, qui fecit quæ futura sunt.

LVIII.

De principali omnium rerum caussa.

Ex lib. 3. de Trin. cap. 4. Voluntas Dei est prima & summa caussa omnium corporalium spiritaliumque motionum. Nihil enim fit visibiliter & sensibiliter, quod non de invisibili atque intelligibili summi Imperatoris aula, aut jubeatur, aut permittatur, secundum ineffabilem justitiam præmiorum, atque pœnarum, gratiarum & retributionum, in ista totius creaturæ amplissima quadam immensaque republica.

LIX.

b *De superbia diaboli, & Christi humilitate.*

Ex lib. 4. de Trin. cap. 10. Diabolus superbus hominem superbientem perduxit ad mortem, Christus humilis hominem obedientem reduxit ad vitam. Quia sicut ille elatus cecidit, & dejecit consentientem; sic iste humiliatus surrexit, & erexit credentem.

LX.

De spiritalibus augmentis.

Ex lib. 6. de Trin. cap. 8. In rebus spiritalibus cum minor majori adhæret, sicut Creatori creatura, illa fit major quam erat, non ille: & hoc est majus esse, quod est melius esse: quia adhærens creatura Creatori, non mole auctior, sed virtute fit major.

LXI.

De ineffabili excellentia Deitatis.

Ex lib. 8. de Trin. cap. 2. Excedit supereminentia Deitatis non solum visitati eloquii nostri, sed etiam intelligentiæ facultatem. Verius enim cogitatur Deus, quam dicitur, & verius est, quam cogitatur. Non c parva autem notitiæ pars est, si ante quam scire possimus quid sit Deus possumus scire quid non sit. c

LXII.

De vera beatitudine.

Ex lib. 13. de Trin. cap. 5. Omnes beati habent quod volunt, quamvis non omnes qui habent quod volunt, continuo sint beati. Continuo autem sunt miseri, qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non recte volunt. Propior ergo beatitudini voluntas recta, etiam d non adepta quod cupit, quam prava, etiam si quod cupit obtinuit. d

LXIII.

e *Quid sit esse cum Deo.* e

Ex lib. 14. de Trin. cap. 12. Magna hominis miseria est, cum illo non esse, sine quo non potest esse. In quo est enim, sine dubio sine illo non est: & tamen si ejus non meminit, eumque non intelligit, neque diligit, cum eo non est.

LXIV.

De incarnatione Verbi Dei.

V. Aug. in Ps. 118. ser. 16. n. 6. & ser. 19. n. 6. inf. app. p. 232. Divinitas Verbi æqualis Patri, facta est particeps mortalitatis nostræ, non de suo, sed de nostro: ut & nos efficeremur participes divinitatis ejus, non de nostro, sed de ipsius.

LXV.

f *Quo odio odiendi sint mali.* f

Prosp. in Ps. 138. v. 22. Conf. lib. 14. de Civ. Dei infra app. p. 232 Perfectum odium est, quod nec justitia, nec scientia caret: id est, ut nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Recte ergo in malis odimus malitiam, & diligimus creaturam: ut nec propter vitium natura damnetur, nec propter naturam vitium diligatur.

LXVI.

De labore g *fingentium mendacia.* g

V. Aug. in Ps. 139. n. 13. inf. app. p. 232. Difficilia & laboriosa sunt figmenta mendacii. Qui autem verum vult dicere, non laborat: quietiores enim sunt boni, quam mali; & absolutoria sunt verba h veridicorum, quam commenta fallacium. h

LXVII.

i *De divinis scripturis.* i

Aug. in Ps. 140. n. 1 Bonæ sunt in scripturis sanctis mysteriorum profunditates, quæ ob hoc te-

a Codices omnes alii, præter Ms. Jolienſem, *De temporali:* cujus lectio magis congruere ſententiæ viſa eſt, ubi *ſine tempore* dicitur eſſe *in Deo ordo temporum.*

b Hoc loco Ms. cod. Colbertinus ſententiam illam addit: *De finibus malorum & bonorum. Scire volens in qua rerum ſis parte locandus, Diſcute quid timeas, quidve, ſit quod amas.* Sumpta eſt ex libro Epigrammatum Proſperi. c. 59.

c Ms. Jolienſis. *Non parva . . . . ſi ante quam poſſimus ſcire*, etc. Nec diſtat Auguſtini liber. *Non enim parvæ notitiæ pars eſt . . . . ſi ante quam ſcire poſſimus quid ſit Deus, poſſumus jam ſcire quid non ſit.*

d Edit. Colon. vet. *non adepto.* Ms. Jolienſis *quæ cupit . . . quod concupivit.*

e Colon. vet. edit. *Quorum ſit eſſe cum Deo.*

f Edit. Colon. vet. *De hominibus malis odiendis.*

g Ms. Jol. *fallentium.*

h Mſſ. Colb. & Jol. cum edit. app. Auguſt. & omnes editi in ora libri, *veridicorum*: etſi hi in textu poſuerint, *veracium.*

i Ms. Jolienſis, *De quæſtionibus Scripturarum.*

guntur, ne vilescant; ob hoc quæruntur, ut exerceant; ob hoc [a] autem aperiuntur, ut pascant.

LXVIII.

[b] *De oratione Domini.*

V. ibid. n. 4. & in Ps. 85. n. 1. inf. app. p. 233

Orans cum sudore sanguineo Dominus Jesus Christus, significabat de toto corpore [c] suo, quod est Ecclesia, emanaturas Martyrum passiones.

LXIX.

[d] *De sacramentorum perceptione.*

Aug. in Ps. 142. n. 16.

Sacramentum pietatis in judicium sibi sumit indignus. Bene enim esse non potest male accipienti quod bonum est.

LXX.

De laudando [e] *Deum.*

Prosp. in Ps. 144. ℣. 5. ex Aug. in eundem Psal. n. 8.

Qui laudat Deum in miraculis beneficiorum, laudet etiam in terroribus ultionum. [f] Nam & blanditur & minatur. Si non blandiretur, nulla esset exhortatio: si non minaretur, nulla esset correctio.

LXXI.

De acceleranda conversione. [g]

Vide Aug. ibid. n. 11. infra app. p. 233.

Remedia [h] conversionis ad Deum, nullis sunt cunctationibus differenda; ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti indulgentiam promisit, dissimulanti diem crastinum non spopondit.

LXXII.

De humilitate orandi. [i]

Vide ibid. n. 12. infra app. p. 234

Rectus est, & bene invocat Deum, qui in omnibus malis quæ patitur, se accusat, non Deum; & in bonis quæ facit, non se laudat, sed Deum. Sicut enim repellit Deus peccata sua defendentem, sic recipit confitentem.

LXXIII.

De admiratione creaturarum. [k]

V. Aug. in Ps. 145. n. 5. infra app. p. 234.

Mirabilis est fabrica mundi, sed mirabilior fabricator. Et male occupatur creatis, qui [l] a Creatore discedit: [m] qui si hæserit superiori, inferiora calcabit; ne quod dilexerit contra naturam, convertatur in pœnam.

LXXIV.

De anima inordinata.

Aug. ibid. n. 5.

Anima rationalis superioribus inferiora præponens, non potest regere quod regebat: quia regi [n] noluit a quo regebatur.

LXXV.

De pœna peccati. [o]

Ibid. n. 17.

Corpus carnis nostræ ornamentum nobis fuit: peccavimus, & compedes inde accepimus, ut vinculis mortalitatis omnis humanarum actionum cursus præpeditetur.

LXXVI.

De ratione [p] *psallendi.*

Vide Aug. in Ps. 146. n. 2. infra app. p. 235

Recte in Dei laudem psallit, cujus opera cum voce concordant. Nam finito carmine, vox tacet: vita autem in bonis actibus [q] permanens, numquam reticet ejus gloriam, quem in se gaudet operari.

LXXVII.

De timore. [r]

Vide ibid. n. 20 infra app. p. 235

Omnia quæ timentur, rationabiliter declinantur: Deus sic timendus est, ut ab ipso ad ipsum [s] confugiatur. [t]

LXXVIII.

De recta sollicitudine. [u]

Ex Aug. in Ps. 147. n. 3

Sicut præpostera securitas in periculum impellit: ita ordinata sollicitudo securitatem parit.

LXXIX.

De virginitate. [x]

Ibid. n. 10.

Virginitas carnis, corpus intactum: virginitas animæ, fides incorrupta.

LXXX.

[y] *De modo habendi.*

Prosp. in Ps. 144. ℣. 5. hausit ex Aug. serm. in Ps. 147. n. 12.

Multa nos in facultatibus nostris superflua habere [z] probabimur, si necessaria sola retineamus. Nam vana quærentibus nihil sufficit, & alienorum quodam modo retentor est, qui profutura pauperibus inutiliter habet.

LXXXI.

De cogitationibus. [aa]

Ex Aug. in Ps. 148. n. 2

Quomodo aures nostræ ad voces nostras, [bb] sic aures Dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri, ut [cc] in mala in

a In Mss. Remig. & Jol. deest, *autem:* nec habetur in loco Augustini.

b Colon. vet. edit. *De oratione Christi in sanguine.*

c Ms. Jol. addit pronomen, *suo:* cui *ejus* respondet in loco posteriori Augustini.

d Colon. vet. edit. *De sacramentis ad malos.*

e Ms. Jol. *Deo* legit, ubi ceteri *Deum*. Colon. vet. edit. *De laude Dei in beneficiis & minis.*

f Ms. Jol. *nunc blanditur, & nunc minatur*. Ms. Remig. *Non enim blanditur & minatur* ubi desideratur *non*, & *non minatur*, ut in locis Prosperi, & Augustini habetur.

g Colon. vet. edit. addit, *in remedio.*

h Ms. Remig *correctionis.*

i Edit. Colon. vet. addit, *in bonis ac malis.*

k Colon. vet. edit. addit. *& calcatione.*

l Mss. Remig. & Jol. *ab auctore:* idemque margini inscribitur in editis omnibus, dempto Colon. vet.

m Colon. vet. edit. *cui si inhæserit.*

n Edit. Colon. vet. & Lugdun. *voluit*; errore manifesto ex loci sensu, & Augustini libro.

o Colon. vet edit. addit, *in compedibus.*

p Emendamus ex Ms. Jol. cum in editis fere omnibus haberetur *psallentium*. Col. vet. edit. *De psallentibus cum opere & voce.*

p Ms. Jol. *permanentis.*

r Colon. vet. edit. addit, *recto.*

s Ms. Remig. *confugiamus;*

t Colbertinus codex addit, *utile prudenti est, mundana adversa cavere.* Initium est Prosperiani epigrammatis 73.

u Edit. Colon. vet. addit, *& securitate:*

x Colon. vet. edit. addit. *corporis & animæ.*

y Edit. Colon. vet. *Contra superflua.*

z Mss. Remig. & Jol. *probabimus.*

aa Col. vet. edit. addit, *ad Deum:*

bb Ms. Jol. *ita cogitationes nostræ ad aures Dei.*

cc Ms. Jolienſis, *mala opera exerceant*, Ms. Remig. *mala opera exerant.*

opera exeant cogitationes bonæ: quoniam hoc actione promitur, quod corde concipitur.

LXXXII.

De cantico novo.

V. eumd. in Ps. 149. n. 1. infra app. p. 236. Sicut veteris hominis vetus canticum ad temporalia, sic novi hominis novum canticum pertinet ad æterna; & ita unusquisque cantat, ut vivit. Novum autem canticum, carmen est fidei quæ per dilectionem operatur.

LXXXIII.

De vera humilitate.

Vera fidelium humilitas est, in nullo superbire, in nullo murmurare; nec ingratum esse, nec querulum, sed in omnibus Dei judiciis gratias Deo agere, Deumque laudare, cujus omnia opera aut justa sunt, aut benigna.

LXXXIV.

De desperantibus.

a Nimis miser est, qui non sperat[a] in Deo, & de se sibi secunda promittit: cum ex eo ipso quod non quærat Dei auxilium, ab omni ipse veræ salutis exciderit.

V. Aug. in Psal. 33. Enarrat. 2. n. 13. infra app. p. 236.

LXXXV.

De divitiis.

V. ibid. n. 15. infra app. p. 236. In magna egestate sunt, qui de iniquitate sunt divites, justitiæ opes, & sapientiæ thesauros b non habent: qui autem Domino serviunt, ea bona acquirunt, quæ perire non possunt.

b

LXXXVI.

De vera bonitate.

V. ibid. n. 19. infra app. p. 237. Non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est; & parum est nemini nocere, nisi studeas multis prodesse.

LXXXVII.

De mali impunitate.

c *V. ibid. n. 21. infra app. p. 237.* Peccator c qui peccat, non ideo a Domino non videtur, quia male agentis pœna differtur: gravius autem in eum d decernitur, cui etiam ipsa correctio denegatur.

d

LXXXVIII.

De bono humilitatis.

V. ibid. n. 23. infra app. p. 237. Non acceditur ad altitudinem Dei, nisi per humilitatem: & cui propinquat subditus, longe ab eo recedit elatus.

LXXXIX.

De sepultura.

V. ibid. n. 25. infra app. p. 237 Sicut peccatoribus divitibus nihil prosunt exequiæ sumptuosæ, ita nihil nocent aut viles, aut nullæ sanctorum pauperum sepulturæ.

XC.

De gaudio e recto. e

Non potest umquam fraudari delectationibus suis, cui Christus est gaudium. Æterna enim exultatio est, quæ bono lætatur æterno.

XCI.

f *Quid hominem Deo jungat.* f

V. Aug. in Psal. 14. n. 6. infra app. p. 237. Deo, qui ubique est, non locis, sed actionibus, aut longinqui, g aut proximi sumus: quia sicut separat dissimilitudo, ita nos illi conjungit imitatio. g

XCII.

De bono prælio.

V. Aug. in Psal. 35. n. 6. infra app. p. 238 Humanæ ægritudinis est, in carne mortali delectationem habere peccandi. Sed discipulus amatorque virtutum, non pacem huic concupiscentiæ tribuere, sed bellum debet indicere.

XCIII.

De spe fidelium.

Non te terreat, Christiane, quod credita differuntur: licet in abscondito sit promissio, in spe tamen perseveret oratio. Exercere operibus, cresce virtutibus. Dum fidei constantia probatur, gloria retributionis augetur.

XCIV.

De temporibus h *malorum.* h

Omne tempus malorum pusillum est. Quid enim tam exiguum, i quam quod in hoc tendit, ut non sit? i

XCV.

k *De charitatis augmento.* k

Crescit semper l charitatis facultas, dum usu major, & largitate fit ditior. l

XCVI.

De defectu malorum.

Malorum impietatem perire necesse est, aut proprio judicio, aut sententia Dei. Nulla enim iniquitas permanet, cui finem aut correctio, aut damnatio facit.

XCVII.

Unde adhæreatur Deo.

Adhærens Deo & semper m ejus faciens voluntatem, numquam a suo habitatore deseritur: & si quædam dura atque adversa patiatur, non relinquitur, sed probatur. m

a Mss. Remig. & Jol. *in Deum*: & infra, *quærit*,
b Mss. Remig. & Jol. *non habentes*. Editi omnes, *non habent*.
c Mss. Remig. & Jol. *cum peccat*.
d Colon. vet. edit. *desævitur*.
e Ms. Jol. *utili*.
f Ms. Jol. *Quid sit Deo esse vicinum*.
g Ms. Jol. *aut propinqui, aut longinqui sumus*, & paulo post Colon. vet. edit. *sicut nos separat*.
h Colon. vet. edit. addit hanc vocem, *malorum*.
i Editio Colon. ver. *tam exiguum est*. Ceteri codices omittunt verbum substantivum *est*.
k Ms. Jol. *De charitate*.
l Editio Colon. ver. *facultatis charitas*.
m Ms. Jol. *Dei faciens*.

XCVIII.

De justitia.

Tota justitiæ ratio est, ut declinentur mala, & fiant bona: cujus observantiæ inter quaslibet adversitates forma servanda est: quia hoc solum numquam amittitur, quod [a] operi pietatis impenditur.

XCIX.

De tolerantia.

V. August. serm 3. in Ps 36. n. 17. infra app.p.238. Tolerentur præsentia mala, donec veniat beatitudo promissa. Sustineantur a fidelibus infideles, & [b] exortorum inter frumenta zizaniorum avulsio differatur. Quatumlibet sæviant impii, melior est etiam in hoc tempore causa justorum, qui quanto acrius impetuntur, tanto glorioſius coronantur.

C.

Quid sit clamor ad Deum.

V. Aug. in Ps. 37. n. 14. infra app.p.238. Clamor ad Deum est intentio cordis, & flagrantia dilectionis: quia semper petitur, quod semper optatur. Hoc autem Deo absconditum non est; quoniam ad ipsum redit, quod ab ipso processit.

CI.

De confitendo peccato.

V. ibid. n. 24. infra app.p.239. Bona est [c] peccati confessio, si curatio consequatur. Nam quid prodest detegere plagam, & non adhibere medicinam?

CII.

[d] *De perfectione.*

In hac vita, quæ tota tentatio est, etiam in sublimissimis sanctis, non apprehenditur illa perfectio, cui non superfit ascensio.

CIII.

[e] *De laboribus præsentis vitæ.*

V. Aug. in Ps. 38. n. 8. & 9. inf. app.p.239. Dum præsentis vitæ cursus agitur: etiam si valde proficiat [f] cujus exterior homo corrumpitur, & interior renovatur; necesse est tamen, ut dum conditioni subjacet mortis, labores toleret vetustatis.

CIV.

Quod imago Dei homo sit, [g] *nunc obnoxia vanitati.*

V. ibid. n. 11. infra app.p.239. Imago quidem Dei est homo; & qui per justitiæ ambulat vias, & ad similitudinem sui tendit auctoris: & tamen dum in hac vita degit, conturbationes vanitatis incurrit.

CV.

De eruditione divina. [h]

Aug. ibid. n. 18. Prima divini muneris gratia est, ut erudiat nos ad nostræ humilitatis confessionem, & agnoscere faciat, quod si quid boni agimus, per illum possumus, sine quo nihil possumus.

CVI.

Quod tota infidelium vita peccatum sit. [i]

Omnis infidelium vita peccatum est, & nihil est bonum sine summo bono. Ubi enim deest agnitio æternæ & incommutabilis veritatis, falsa virtus est, etiam in optimis moribus.

CVII.

[k] *De fundamento spiritali.*

Sicut fundamentum corporeæ fabricæ in imo est, ita fundamentum fabricæ spiritalis in summo est. Terrena ædificatio a terra incipit, cælestis extructio a superno crescit exordio.

CVIII.

[l] *Quod recordatio vel oblivio non cadant in Deum.*

Exenar. in Ps. 87. n. 5. Tunc dicitur Deus meminisse, quando facit; tunc oblivisci, quando non facit. Nam neque oblivio cadit in Deum, quia nullo modo mutatur; neque recordatio, quia nihil oblivisci-tur.

CIX.

[m] *Qui Dei miracula videant.*

V. ibid. n. 10. infra app.p.239. Hi vident mirabilia Dei, quibus prosunt. Nam quod non intelligitur, vel unde non proficitur, non videtur.

CX.

De misericordia & veritate [n] *jungendis.*

Ex ser. 1. in Ps. 88. n. 25. Non auferat veritas misericordiam, nec misericordia impediat veritatem. Si enim pro misericordia judicaveris contra veritatem, aut quasi rigida veritate oblitus fueris misericordiam, non ambulabis in via Domini, in qua misericordia & veritas obviaverunt sibi.

CXI.

a Mſ. Remig. *quod opere.*

b Mſ. Remig. *& inter hortorum frumenta zizaniorum.* Editiones omnes sic distinguebant, *avulsio differatur, quantumlibet sæviant impii. Melior est etiam* &c. August. app. editio distinctionem nostram, quæ commodior visa est, prima instituit.

c Edit. Colon. & posteriores, *peccatori.*

d Mſ. Remig. *suam plagam.*

e Colon. vet. edit. *De profectionis,* (forte pro *perfectionis*) *ascensu.*

f Colon. vet. edit. addit titulo, *in vetustate.* Mſ. Jol. totum sic habet, *De profectu vitæ præsentis.*

g Editio Colon. vet. *cujus exercitio homo corrumpitur exterior.* Sub finem Mſ. Remig. habet, *laborem*, non *labores.*

h Posteriorem hanc tituli partem prætermittit editio Colon. vet. Mſ. Jol. *De homine ad imaginem Dei facto*

i Editio Colon. vet. addit hic, *etiam optimis moribus.*

k Mſ. Jol. *De cæleſti & terrena ædificatione.*

l Colon. vet. edit. addit, *& quomodo.* Mſ. Jol. aliter totum exhibet. *Qualiter accipi debeat, quod oblivisci-tur Deus.*

m Mſ. Jol. *Qualiter videri possint mirabilia Dei.*

n Edit. Colon. vet. *obviantibus sibi.* Mſ. Jol. *Qualiter intelligi debeat misericordia & veritas.*

CXI.

a *De tentatione & imitatione Chriſti.* [a]

b Tentatio Chriſti, eruditio [b] Chri-
Videſer. 1. in Pſ. 90. n. 1. infra app. p. 240 ſtiani eſt. Imitatores enim magiſtri debent eſſe diſcipuli, non in faciendis miraculis, quæ nemo exigit; ſed in cuſtodienda humilitate atque patientia,
c [c] ad quæ nos Dominus ſuo invitavit exemplo.

CXII.

De cupiditate & charitate.

Ibid. ℣. 8. Quomodo radix omnium malorum eſt cupiditas, ſic radix omnium bonorum eſt charitas.

CXIII.

d [d] *De gaudio Chriſtiani.*

e Chriſtiano [e] recte gaudendi cauſſa non præſens ſæculum, ſed futurum eſt: & ita eſt utendum temporalibus, ne obſint æternis; ut in via, qua peregrini ambulant, f [f] hoc placeat quod ducit ad patriam.

CXIV.

De ſabbato.

Vid. Enar. in Pſ. 91. n. 2. infra app. p. 240. Male celebrat ſabbatum, qui ab operibus bonis vacat. Otium autem ab iniquitate debet eſſe perpetuum: quia bona conſcientia non inquietum, ſed tranquillum facit. g [g]

CXV.

h [h] *Quod bonum cum gaudio ſit faciendum.*

Aug. ibid. n. 5. Cum bonum operaris, hilaris operare. Nam ſi quid boni triſtis feceris, fit de te, magis, quam facis.

CXVI.

i [i] *Quod non homines, ſed hominum ſit fugienda perverſitas.*

Si in mores malorum non tranſeant boni, etiam inter cohabitantes magna diviſio eſt. Non ergo homines, qui meliorum exemplo corrigi queunt, ſed hominum eſt fugienda iniquitas.

CXVII.

k [k] *Quod ſint vitanda peccata non timore pœnæ, ſed amore juſtitiæ.*

Ex Enar. in Pſ. 93. n. 1. Eam Deus innocentiam probat, qua homo non [l] metu pœnæ fit innocens,
l ſed amore juſtitiæ. Nam qui timore non peccat, quamvis non noceat cui vult nocere, ſibi tamen plurimum nocet; & abſtinens ab iniquo opere, ſola tamen reus eſt voluntate.

CXVIII.

m [m] *De humili confeſſione, & ſuperba jactantia.*

Melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quam in bonis ſuperba gloriatio. *Ibid. n. 15.*

CXIX.

n [n] *Quod iniqui malitia proſit bonis.*

De malitia mali flagellatur bonus; & de ſervo emendatur filius. *Ibid. n. 25.*

CXX.

De fidelium perſeverantia.

Sicut ſtellas cæli non extinguit nox; ſic mentes fidelium, adhærentes firmamento ſanctæ ſcripturæ, non obſcurat o [o] mundana iniquitas. *Ibid. n. 29. & legitur in epiſtola Zephirini papæ.*

CXXI.

p [p] *De propria facultate hominis.*

Ad peccandum homo abundat propria facultate: ad agendum autem bonum non ſibi ſufficit, niſi ab illo juſtificetur, qui ſolus juſtus eſt. *Ex enar. in Pſ. 98. n. 7.*

CXXII.

q [q] *De contrariis moribus.*

Magnus bonorum labor eſt, mores tolerare contrarios: quibus qui non offenditur, parum proficit. Tantum enim torquet juſtum r [r] iniquitas aliena, quantum recedit a ſua. *Ibid. n. 12.*

CXXIII.

ſ [ſ] *Qualiter accedatur ad Deum, vel recedatur a Deo.*

Non locorum intervallis acceditur ad Deum, vel receditur ab eo: ſed ſimilitudo facit proximum, diſſimilitudo longinquum. Et nimia miſeria eſt, ab eo bono longe eſſe, quod ubique eſt. *Ex enar. in Pſ. 99. n. 5.*

CXXIV.

De vera libertate.

Libera ſemper eſt ſervitus apud Deum, cui non neceſſitas ſervit, ſed charitas. *Ibid. n. 7.*

CXXV.

t [t] *De tolerantia.*

Qui ideo neminem vult hominem pati, *Ibid. n. 9.*

a Colon. vet. edit. addit, *non in miraculis.*

b Mſ. Remig. *Chriſtianis eſt*: & ſub finem, *ad quam nos.*

c Mſ. Jol. *& patientia, ad quam nos Deus ſuo exemplo invitat.*

d Mſ. Jol. *Quæ ſit cauſſa recte gaudendi.*

e Edit. Colon. & poſteriores, *recta gaudendi cauſſa.*

f Colon. vet. edit. *hoc placet:* non malo ſenſu.

g Editio Colon. vet. *tranquillum facit animum.*

h Colon. vet. edit. *Quod bonum cum gaudio ſit faciendum.* Alii, *Bonum cum gaudio eſt faciendum.*

i Mſ. Jol. *De conſortio.* Colon. edit. *De cohabitatione bonorum & malorum.*

k Colon. vet. edit. non habet *pœnæ*, nec *juſtitiæ.* Mſ. Jolienſis, *Quæ ſit vera innocentia.* Huic ſententiæ ſimilia leges apud Auguſt. lib. de ſpir. & lit. cap. 8. & 14. lib. de nat. & grat. cap. 57. & lib. 2. contra 2. Epiſt. Pelag. c. 9. & lib. 3. cap. 4.

l Colon. recentior editio & poſteriores, *motu pœnæ*, Mſ. Remig. poſt pauca, *ſit innocens.*

m Ita Mſ. Jol. & quidem aptius quam alii codices, *De Phariſæo & publicano*, etſi ſententia hæc ex hiſtoria utriuſque occaſionem ſumpſiſſe videatur.

n Mſ. Jol. *De correctione diſciplinæ.*

o Mſ. Jol. titulum ſubſtituimus antiquo, *De mundana iniquitate*, quem habent alii codices.

p Mſ. Jol. *Qualiter poſſit agi quod bonum eſt.*

q Mſ. Jol. *Qualiter boni juſtinere debeant malos.* Colon. vet. addit titulo vocem, *bonis.*

r Edit. Colon. vet. *alieni peccati iniquitas.*

ſ Mſ. Jol. *Quid ſit adhærere Deo.*

t Colon. vet. edit. *De tolerantia hominum.* Mſ. Jol. *De tolerando nemine.*

pati, quia multum, ut arbitratur, proficit; per hoc ipsum quod alios non tolerat, ostendit quod potius non proficit.

CXXVI.

a *Unde sit bonum nostrum.*

Ibid. n.15. Totum bonum quod habemus, ab artifice nostro habemus. Sed si hoc in nobis est quod ipsi fecimus, inde damnabimur; si autem hoc quod Deus fecit, inde coronabimur.

CXXVII.

b *De Incarnatione Verbi.*

Ex Ep.137 c.n.10. Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, tempus præordinavit, quo susciperet carnem; c non tempori cessit, quo verteretur in carnem. Homo quippe Deo accessit, non Deus a se recessit.

CXXVIII.

d *De fide & intellectu.*

e Intellectui fides viam aperit, infi-
Ibid. c.4. n.15. delitas claudit.

CXXIX.

f *De superbia.*

g Quo primum vitio g superatus est homo, hoc ultimum vincit. Cum enim h omnia peccata superaverit, manet
Ex enar. in Ps.7.n.4. periculum; ne bene sibi mens conscia, in se potius, quam in Domino glorietur.

CXXX.

i *De perfectione desideriorum.*

Ibid.n.9. Finis curarum k perfectio est desideriorum; & in id quisque tendit ac nititur, ut ad illud perveniat quo delectatur. l Sapientis ergo est, hoc appetere, quod bonum facit; non id amare, quod decipit.

CXXXI.

De duobus m *donis gratiæ.*

Ibid.n.10. Sicut duo sunt officia medicinæ, unum quo sanatur infirmitas, aliud quo custoditur sanitas; ita duo sunt dona gratiæ, unum quod aufert carnis cupiditatem, aliud quod facit animi perseverare virtutem.

CXXXII.

n *De laboris fine.*

Non poterit hominis labor finiri, ni- *Ibid.n.16.*
si hoc diligat, quod ei non possit auferri.

CXXXIII.

o *De iniquitatis læsione.*

Impossibile est, ut iniquitas prius læ- *Ibid.n.17.*
dat hominem justum in quem tendit, quam cor injustum unde procedit.

CXXXIV.

De miraculis p *visibilibus & invisibilibus.*

Visibile miraculum ad illuminationem *Ex enar. in Ps.9.n.2.*
vocat; invisibile autem, eum qui vocatus venit, illuminat. Omnia ergo narrat mirabilia Dei, qui credens visibilibus, ad intelligenda invisibilia transitum facit.

CXXXV.

De fugientibus diabolum. q

Melior causa est eorum, qui diabo- *Ibid.n.4.*
lum persequentem fugiunt, quam qui præeuntem sequuntur: quia utilius est eum hostem habere, r quam principem.

CXXXVI.

s *De pravis cupiditatibus.*

Omnes pravæ cupiditates sunt portæ *Ibid.n.14.*
inferi, per quas itur in mortem: cujus dominatum subit, qui adeptum se ad perfruendum lætatur, t quod perdite concupivit.

CXXXVII.

u *De adulatione.*

Adulantium linguæ alligant animas *Ibid.n.21.*
in peccatis: delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam x auditur laudator.

CXXXVIII.

y *De male conscio animo.*

Animus male sibi conscius dum vi- *Ibid.n.23.*
detur sibi nullam pœnam pati, credit quia non judicet Deus: cum abuti patientia Dei, & non intelligere parcentis benignitatem, jam sit magna damnatio.

CXXXIX.

a Codices omnes hactenus, *De artifice summo*: sed clarior visa est lectio Mss. Jol. quam substituimus.

b Sic Mss. Jol. Antea, *De Verbo Dei*; generaliori significatione.

c Mss. Remig. *non tempore accessit*, & infra, *quo videretur in carne.*

d Mss. Jol. *De intellectu capiendo.*

e Mss. Jol *Intellectum fides aperit.* Mss. Remig. *Intellectui auditum fides aperit.*

f Ita Mss. Jol. Quod aptius visum titulo veteri. *De homine victo.*

g Colon. vet. edit. *superatur*, & post multa, *nihil conscia*, pro *bene conscia.*

h Mss. Jolienses, *omnia vitia superaverit.*

i Mss. Jol. *De perceptione desideriorum.* Colon. vet. edit. *De perfectione.* Nec male fortasse, si finis sententiæ respiciatur.

k Mss. Jol. *est perceptio desideriorum*, Idemque postea,

quod beatum facit.

l Mss. Remig. & Colon. vet. editio, *Sapiens.*

m Mss. Jol. interserit hæc, *officiis medicinæ, seu*, &c.

n Mss. Jol. *Quid præcipue diligendum sit.*

o Mss. Jol. *Quod iniquitas prius sibi, quam aliis nocet.*

p Colon. vet. edit. addit, *visibilibus & invisibilibus.* Mss. Jol. *De miracula visibili & invisibili.*

q Colon. vet. edit. addit, *& participantibus.* Titulus in Mss. Jol. *De persecutione diaboli.*

r Edit. Colon. vet. *quam participem.*

s Mss. Jol. *Quæ sint portæ inferni.*

t Edit. Colon. vet. *quod periturum.*

u Mss. Jol. *De vitio adulationis.*

x Sic Mss. Jol. & edit. Colon. vet. Antehac editi, *laudatur auditor.*

y Mss. Jol. *De perversi animi malignitate.*

CXXXIX.

a [a] *Quod prior sit natura, quam vitium.*

Ex lib. 12. de civ. Dei cap. 17. In creatura, quæ arbitrio suo peccat, prior est natura quam vitium: quod ita contra naturam est, [b] ut non possit nisi nocere naturæ. Non itaque esset vitium recedere a Deo, nisi naturæ, cujus hoc vitium est, potius competeret esse cum Deo.

b

CXL.

De angelis & hominibus [c] malis.

c *Ex eod. lib. cap. 18.* Nullum Deus vel angelorum, vel hominum crearet, quem malum futurum esse præsciisset, nisi pariter nosset quibus eos bonorum usibus [d] commodaret: atque ita ordinem sæculorum, quasi pulcherrimum carmen, etiam ex quibusdam antithetis [e] honestaret.

d

e

CXLI.

f [f] *De conditione creaturæ.*

Ex eod. lib. cap. 21. Tria quædam nobis maxime scienda de conditione creaturæ oportuit intimari: quis eam fecerit, per quid fecerit, *Gen. 1. 3.* quare fecerit. *Dixit Deus*, inquit, *Fiat lux, & facta est lux: & vidit Deus lucem quod bona esset.* [g] Si ergo quærimus, quis fecerit: Deus est. Si, per quid fecerit: Dixit, & facta est. Si, quare fecerit: quia bona est. Nec auctor excellentior est Deo, nec ars efficacior Dei verbo: nec causa melior, quam ut bonum crearetur a bono.

g

CXLII.

De bono & malo amore.

Ex eod. lib. cap. 28. Est amor, quo amatur & quod amandum non est: & istum amorem odit in se qui illum diligit, [h] quo amatur quod amandum est. Possunt enim ambo esse [i] in uno homine, & hoc bonum est homini, ut illo proficiente quo bene vivimus, iste deficiat quo male vivimus; donec ad perfectum sanetur, & in bonum [k] commutetur omne quod vivimus.

h

i

k

CXLIII.

[l] De bono creaturæ. l

Ex lib. 12. de civ. Dei cap. 1. Creaturæ rationalis vel intellectualis bonum, quo beata sit, non est nisi Deus: quod ei non ex se ipsa est, quia ex nihilo creata est; sed ex illo, à quo creata est. Hoc enim adepto fit beata, quo amisso misera.

CXLIV.

[m] De vitio naturæ. m

Ex eod. lib. cap. 3. Vitium esse nec in summo potest bono, nec nisi in aliquo bono. Sola ergo bona [n] alicubi esse possunt, sola autem mala nusquam. Quoniam naturæ etiam illæ, quæ ex malæ voluntatis initio vitiatæ sunt, in quantum vitiosæ sunt, malæ sunt: in quantum autem naturæ sunt, bonæ sunt.

n

CXLV.

o *Quod non sit in Deo aut pigra vacatio, aut laboriosa industria.* o

Vide ibid. cap. 17. Non est fas credere aliter affici Deum cum vacat, aliter cum operatur: quia nec affici dicendus est, tamquam in ejus natura fiat aliquid, quod ante non fuerit. Patitur quippe qui afficitur, & mutabile est omne quod patitur. Non ergo in Deo aut pigra vacatio, aut laboriosa cogitetur industria: quia novit & quiescens agere, & agens quiescere: & quod in operibus [p] ejus prius quidem est, aut posterius, non ad facientem, sed ad facta referendum est. Æterna enim est & incommutabilis voluntas ejus, nec consilio alternante variatur: in qua simul est, quidquid in rebus creandis vel ordinandis, aut præcessit, aut sequitur.

b

p

CXLVI.

q *Quod Deus tantum est creator.* q

Ex eod. lib. cap. 24. Nullius, quamvis minimæ naturæ, nisi Deum creatorem credi aut dici licet [r] ab aliquo. Quia etiam si Angeli

r

jussi

a Mſ. Jol. *De creatura, quæ arbitrio suo peccat.*

b Mſ. Remig. *ut nisi noceret naturæ, non utique esset vitium.* Colon. vet. edit. post ista; *nisi nocere naturæ: quod ita non esset vitium a Deo recedere, nisi naturæ cujuslibet vitium esset, cui potius competeret esse cum Deo.*

c Colon. vet. edit. addit hanc vocem, *malis*. Mſ. Jol. aliter habet, *De præscientia Dei.*

d Ita Mſſ. Colb. Remig. & Jol. cum edit. Aug. tam in libro de civit. Dei, quam in append. At editi Prosperi, *commendaret*. Mſ. Jol habet, *nisi sciisset* pro, *nisi nosset*. Colon. vet. edit. *atque in ordinem sæculorum, quasi pulcherrimum carmen, etiam ex quibusdam pulcherrimis antithetis honestaret:*

e Mſ. Remig. *demonstravet.*

f Mſ. Jol. *De conditione lucis.*

g In Edit. Colon. vet. non leguntur sequentia, *Si ergo quærimus . . . . quia bona est.* Nec habentur in libro August. de civit. Dei.

h Colon. vet. edit. *quo amat.* Mſ. Jol. *qui illud diligit quod amandum est.*

i Lugd. & posteriores editiones, *in unum hominem.* Mſ. Colb. Remig. & Jol. Edit. August. app. & Colon. vet. *in uno homine*, ut in lib. de civ. Dei.

k Mſ. Remig. *consumetur.*

l Mſ. Jol. *Quod non sit verum bonum, nisi Deus.*

m Mſ. Jol. *De vero & summo bono, & de aliquo bono.*

n Edit. Colon. vet. *alicui . . . . Et illæ quæ ex malæ voluntatis vitio vitiatæ sunt . . . . in quantum autem veræ sunt bonæ sunt.* In libro quoque de civit. Dei habetur, *ex malæ voluntatis vitio*, observaturque in margine inferiori Mſſ. plures & probæ notæ habere *initio*: quod codices nostri omnes, dempto Colon. vet. exhibent.

o Antehac editi generaliori sensu, *Quid credi debeat.* Mſ. Jol exhibuit quod substituimus.

p Mſ. Remig. addit prononien, *ejus*. idemque, *prius est atque posterius . . . . ad factum*, pro, *ad facta*. Mſ. Jol. *in operibus ejus prius dicitur atque posterius.*

q Mſ. Jol. *Quod omnis creatura a Deo sit condita.*

r Mſ. Remig. & Jol. non habent, *ab aliquo*. Sed post pauca *adhibent*, pro *adhibeant*. Idem Jolienſis initio scribit *minimæ creaturæ*, pro quo alii, *minimæ naturæ*. Colon. vet. edit. *Quod si Angeli . . . . tamen non sunt creatores animalium, sicut nec agricolæ* &c.

jussi vel permissi adhibent operationem suam rebus, quæ gignuntur in mundo; tam non sunt creatores animalium, quam nec agricolæ frugum atque arborum.

CXLVII.

a [a] *De prima, & secunda corporis morte.*

Ex lib. 13. de civ Dei cap. 2. De prima corporis morte dici potest, quod bonis bona sit, malis mala. Secunda vero sine dubio, sicut nullorum bonorum est, ita nulli bona.

m

CXLVIII.

De morte piorum.

Ibid. c. 5. Mors etiam piorum, pœna peccati est. Sed ideo bona ipsis dicitur, quia illa bene utuntur, quibus finis est ad mala temporalia, & transitus ad vitam æternam. Sicut enim injustitia male utitur non tantum malis, verum etiam bonis; ita b etiam justitia bene utitur, non tantum o bonis, verum etiam malis.

CXLIX.

De Martyribus non baptizatis.

Ibid. c. 7. Qui c etiam non percepto regenerationis lavacro pro Christi confessione moriuntur, tantum eis valet ad abolenda peccata, quantum si abluerentur fonte baptismatis.

CL.

d [d] *Quod non secundum hominem, sed secundum Deum vivendum sit.*

Vid. lib. 14. de civ Dei c. 4. infra app. p. 241. Cum homo secundum se vivit, non secundum Deum, similis est diabolo: quia nec angelo secundum angelum, sed secundum Deum vivendum fuit, ut staret in veritate, & veritatem de illius, non c [e] de suo mendacium loqueretur. Unde non frustra dicitur, omne peccatum esse mendacium: quia non peccatur, nisi ea voluntate, quæ est contraria veritati, id est, Deo.

p

CLI.

f [f] *De diversitate humanæ affectionis.*

Ex lib. 14. de civ. Dei cap. 6. Diversitas humanæ affectionis, ex diversitate est voluntatis: quæ si prava est, perversis erit [g] moribus inquieta; g si autem recta, non solum non culpabilis affectio hominis, sed etiam laudabilis erit.

CLII.

h [h] *De arbitrii libertate vera.* h

Ibid. c. 11. Arbitrium voluntatis tunc est vere liberum, cum vitiis peccatisque non servit. Tale datum est a Deo, quod amissum, nisi a quo potuit dari, [i] non potest reddi. Unde Veritas dicit, *Si vos Filius liberaverit,* [k] *tunc vere liberi eritis.* i k

CLIII.

l [l] *Quod cor ad Deum sit habendum.* l

Ibid. c. 13. Bonum est sursum habere cor, non tamen ad seipsum, quod est superbiæ; b sed ad Deum, quod est obedientiæ. Plus autem appetendo minus est, qui dum se sibi sufficere confidit, ab eo qui vere ei sufficit deficit.

CLIV.

De vita beata.

Ibid. c. 25. Beata vita si non amatur, non habetur. Porro si amatur, [m] & habetur; cæteris omnibus rebus necesse est ut excellentius diligatur: quoniam [n] propter hanc amandum est, quidquid aliud est amandum. Quia vero beatus esse non potest, nisi qui eam, [o] ut dignum est, amat: consequens est, ut eam æternam velit; quæ tunc vere beata erit, quando terminum non habebit. m n o

CLV.

p [p] *Quod nemo fiat bonus, nisi ex malo.* p

Ex lib. 15. de civ. Dei cap. 1. Non omnes quidem mali in hoc proficiunt, ut sint boni: nemo tamen est, nisi ex malo, bonus.

CLVI.

q [q] *De civibus terrenæ civitatis ac cælestis.* q

Ibid. c. 2. Cives terrenæ civitatis parit peccato vitiata natura, qui sunt vasa iræ. Cives vero cælestis patriæ parit a peccato naturam liberans gratia, qui sunt vasa misericordiæ.

CLVII.

a Hactenus editi, *De prima conditione mortis*. Mss. Jol. *De prima corporis morte*. Sensu pleniori, addita a nobis voce, *& secunda*. Per primam autem corporis mortem intelligit Augustinus, ex quo Prosper sententiam hausit, eam *quæ animam sejungit a corpore*: per secundam vero *illam sine fine pœnalem*, quæ, ut alibi ait, *invitam* animam *tenet in corpore*.

b Mss. Jol. *ita justitia bene, non tantum bonis sed etiam malis*. Quo propius accedere videtur ad locum libri de civit. Dei.

c Mss. Remig. & Corb. & ex illo edit. Aug. *nondum*. In libro de civ. Dei, *etiam non*: ut omnes alii nostri codices.

d Hunc titulum hausimus ex Ms. Jolienſi, qui subjectæ sententiæ magis convenire visus est, quam qui in antehac editis, *Quod omne peccatum sit mendacium*.

e Ita emendamus ex Ms. Jolienſi, Colon. vet. edit. & libro ipso in margine citato, cum Editi alii habeant, *de suo mendacio*. etiam Append. Aug. & Mss. colb. & Remig.

f Mss. Jol. *De affectione hominis*. Alias editi, *De diversa voluntate affectionum*. Titulum clariorem ex primis sententiæ verbis expressimus.

g Ms. Joljensis, *moribus*. Sat bene, cum Augustlibro illo dicat, *perversos habebit hoc motus*. Alii omnes, *moribus*.

h Mss. Jol. *De reparatione liberi arbitrii*.

i Ms. Jol, *non potuit reddi*.

k Particula *tunc* abest a Mss. Remig. & Jol. & Vulgata nostra, cum tamen habeatur in Græco textu Evangelii Joan. 8. 36.

l Ms. Jol. *Qualiter sursum cor habere debeamus*.

m Ms. Remig. *non habetur*. Colon. vet. edit. *non ideo habetur*. Melius in textu, ut in cap. lib. de Civ. Dei legitur.

n Ms. Remig. ut apud Aug. de Civ. Dei. *propter hanc*. Alii codices nostri, *propter hoc*.

o Ms. Jol. ut in libro de civ. Dei, *ut digna est*.

p Sic Ms. Jol. Alii omnes, *Quod solus Deus bonus sit*. aut *solus Deus bonus*.

q Sic Ms. Jol. complendo ceterorum titulum, *De civibus terrenis*.

CLVII.

a [a] *De ira Dei.*

Ibid. c. 25. Ira Dei non perturbatio est ejus, sed judicium quo irrogatur pœna peccato. Cogitatio vero ipsius, & recogitatio, mutandarum rerum est incommutabilis ratio. *1. Reg. 15. 29.* Neque enim sicut hominem, ita Deum cujusquam facti sui pœnitet, cujus de omnibus omnino rebus tam fixa sententia, quam b certa est prescientia.

CLVIII.

c [c] *De persequentibus Ecclesiam.*

Ex lib. 18. de civit. Dei c. 1. Inimici Ecclesiæ quolibet errore cæcentur, vel malitia depraventur; si accipiant potestatem corporaliter affligendi, exercent ejus patientiam; si tantummodo male sentiendo adversantur, exercent ejus sapientiam; & ut etiam inimici diligantur, exercent ejus benevolentiam: quia Deus his qui eum diligunt, omnia cooperatur in bonum.

CLIX.

De fine boni & mali.

Ex lib. 16. de civit. Dei c. 11. Finis boni est, non quo consumatur ut non sit, sed quo perficiatur ut plenum sit. Et finis mali est, non quo esse desinat, sed quo usque nocendo perducat. Unde unum est summum bonum, aliud autem summum malum: illud propter quod appetenda sunt bona cætera, ipsum autem propter se ipsum; hoc, propter quod declinanda sunt mala cætera, ipsum autem d [d] propter se ipsum.

CLX.

e [e] *De natura.*

Ibid. c. 13. Est natura in qua nullum malum est, vel etiam nullum malum esse potest. Esse autem natura in qua nullum bonum sit, non potest.

CLXI.

De animi æquitate.

Ibidem. Melior est animi æquitas, quam corporit sanitas; & convenientius f [f] injustus dolet in supplicio, quam lætatus est in delicto.

CLXII.

De præcepto charitatis.

Ibid. c. 14. In præcepto charitatis tria invenit homo quæ diligat; Deum, & se, proximum. Et quia ille in sui dilectione non errat, qui Deum diligit; consequens est ut proximo ad diligendum Deum consulat, quem jubetur diligere sicut se ipsum.

CLXIII.

g [g] *De concordia & obedientia.*

Ibidem. Pax domestica, est ordinata cohabitantium imperandi obediendique concordia. Imperant enim qui consulunt; sicut vir uxori, parentes filiis, domini servis. Obediunt autem quibus consulitur; sicut mulieres maritis, filii parentibus, servi dominis. h [h] Sed in domo justi viventis ex fide, & ab illa adhuc civitate peregrinantis, etiam qui imperant, serviunt eis quibus videntur imperare. Quia non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi; nec principandi superbia, sed providendi beneficentia.

CLXIV.

De i [i] *conditione servitutis.*

Ibid c. 15. Nomen, & conditionem servitutis culpa genuit, non natura; & prima hujus subjectionis causa peccatum est; quia sicut scriptum est, *Omnis qui facit peccatum, servus est peccati.* Unde melior ejus status est, qui famulatur homini, quam qui suæ servit cupiditati.

CLXV.

k [k] *De prælatis.*

Ibid. c. 16. Veri patres-familias subditis suis, tamquam filiis, ad colendum & promerendum Deum consulunt, desiderantes venire ad cælestem domum, ubi imperandi necessarium non sit officium: quo donec veniatur, magis debent patres l [l] quod dominantur, quam servi tolerare quod serviunt.

CLXVI.

m [m] *De regimine populi.*

Ibid. c. 19. Locus superior, sine quo regi populus non potest, etiam si ita sit tenendus, atque administrandus, ut decet; tamen indecenter appetitur. Unde otium sanctum n [n] quærat dilectio veritatis, negotium justum suscipiat necessitas dilectionis.

a Mss. Jol. *Qualiter accipi debeat ira Dei.*

b Mss. Remig. *recta præscientia.* Edit. Colon. vet. Lugd & Lovan. *præsentia.* Melius cum Mss. Colb. Remig. & Jol. Duac. & Colon. conformiter Augustino, *præscientia.*

c Mss. Jol. *De inimicis Ecclesiæ.*

d Antehac editi plures, *propter summum.* nullo recto sensu. Corrigimus ex Mss. Remig. & Jol. & Editione Colon. vet. juxta textum Augustini loco in margine citato, *propter se ipsum.*

e Mss. Jol. *De natura boni.*

f Editi nostri omnes habebant *justus.* Emendatur ex Mss. Remig. & libro de civ. Dei: emendatum jam erat ex Mss. Colb. in edit. append. tom. 10. Aug.

g Mss. Jol. *De pace domestica.* Colon. titulo vulgari, *De Concordia & obedientia*, addit, *imperantium & subditorum.*

h Edit. Colon. vet. *Sed in Domino justi viventes ex fide . . . . peregrinantes . . . . sed providendi beneficio.*

i Mss. Jol. addit, *nomine &.*

k Mss. Jol. *De veris patribus familias.*

l Colon. vet. edit. *qui dominantur . . . . qui serviunt.*

m Mss. Jol. *Qualiter honor accipi debeat.*

n Mss. Jol. *quærat.* Alii omnes *quærit.* In lib. de civ. Dei utrumque, *quærit & suscipit*, in indicativo legitur. Colon. vet. editio, *Unde otium sanctum quærat, quærat directiones veritatis* &c.

CLXVII.

De vita animæ.

Ibid. c. 25. Sicut non eſt a carne, ſed ſupra carnem, quod eam facit vivere; ſic non eſt ab anima, ſed ſupra animam, quod eam facit beate vivere: quia ut vita carnis anima eſt, ita beata vita hominis Deus eſt.

CLXVIII.

a [a] *De juſtitia hominum.*

Ibid. c. 27. Juſtitia noſtra quamvis vera ſit, propter verum boni finem, ad quem refertur; tamen tanta eſt in hac vita, ut b potius [b] remiſſione peccatorum conſtet, quam perfectione virtutum.

CLXIX.

c [c] *De plena pace.*

Ibidem. Quamdiu vitiis repugnatur, plena pax non eſt: quia & illa quæ reſiſtunt, periculoſo debellantur prælio; & illa quæ victa ſunt, nondum ſecuro triumphantur otio, ſed adhuc ſollicito premuntur imperio.

CLXX.

De prima & ſecunda morte.

Ex lib. 21. de civ. Dei cap. 3. Prima mors animam nolentem [d] pellit e corpore, ſecunda animam nolentem tenet in corpore. Ab utraque morte communiter id habetur, ut quod non vult anima, de ſuo corpore patiatur.

d

CLXXI.

e [e] *De cauſſis incognitis operum Dei.*

f *Ex eod. lib. cap. 5.* In incognitis cauſſis operum divinorum nonnihil novimus, cum ſcimus non ſine ratione Omnipotentem facere, unde infirmus humanus animus rationem non poteſt reddere.

CLXXII.

g [g] *De falſa fiducia.*

V. Enchir. c. 110. inf. app. p. 241. Fruſtra ſibi homo poſt hoc corpus promittit, quod in hoc corpore comparare neglexit.

CLXXIII. *alias* CLXXII.

Quod nihil proſit homini ſi invitus benefaciat.

h i Nemo [h] invitus [i] bene facit, etiam ſi bonum eſt quod facit: quia nihil prodeſt ſpiritus timoris, ubi non eſt ſpiritus charitatis. *Ex lib. 1. Confeſ. c. 12.*

CLXXIV. *alias* CLXXIII.

[k] *De obedientia.* K

Ex lib. 3. Confeſ. c. 8. Sicut in poteſtatibus ſocietatis humanæ major poteſtas minori ad obediendum præponitur; ita Deus omnibus.

CLXXV. *alias* CLXXIV.

[l] *De vera dilectione.* l

Ex lib. 4. Confeſ. c. 9. Beatus qui diligit Deum, & amicum in Deo, & inimicum propter Deum. Solus enim nullum carum amittit, cui omnes in illo cari ſunt, [m] qui numquam a non dimittente amittitur. m

CLXXVI. *alias* CLXXV.

[n] *De non corrumpendis.* n

Ex lib. 7. Confeſ. c. 12. Manifeſtum eſt, quoniam bona ſunt quæ corrumpuntur; quæ neque, ſi ſumma [o] bona eſſent, corrumpi poſſent: quia ſi ſumma bona eſſent, incorruptibilia eſſent; ſi autem nulla bona eſſent, quod in eis corrumperetur non eſſet. o

CLXXVII. *alias* CLXXVI.

[p] *Quod Deus omnes creaturas bonas fecerit.* p

Ibidem. Cum Deus incommutabiliter bonus, omnes creaturas fecerit bonas, nec ulla omnino niſi ab ipſo ſit creata natura; nulla eſt ſubſtantia mali: quia quod auctorem Deum non habet, non eſt. [q] Itaque vitium corruptionis nihil eſt aliud, quam inordinatæ vel deſiderium vel actio voluntatis. q

CLXXVIII. *alias* CLXXVII.

[r] *Quod juſtitia iniquis odioſa ſit.* r

Ibid. c. 16. Sicut palato non ſano pœna eſt cibus, qui ſano ſuavis eſt; & oculis ægris odioſa lux, qua incolumis gaudet obtutus: ita diſplicet iniquis juſtitia Dei, cui ſi ſubjicerentur, [ſ] non conturbarentur. ſ

CLXXIX. *alias* CLXXVIII.

De ægritudine animi.

Ex lib. 8. Confeſ. c. 9. Ægritudo animi rationalis eſt, cum bonis inferioribus delectatus, ſuperiora ex parte appetit, & ex parte non appetit.

a Colon. vet. edit. *De venia unde conſtat beata vita.* Alii. *De venia.* Mſ. Jol. *De juſtitia hominum.*

b Colon. vet. edit. *non tamen tanta eſt in hac vita, ut potius per remiſſionem peccatorum conſtet, quam per fidem virtutum.*

c Mſ. Jol. *De colluctatione vitiorum.*

d Colon. vet. edit. *tollit.* Mſ. Remig. *pellet.*

e Mſ. Jol. *De occultis operibus Dei.* Alii, *De cauſſis incognitis.* addidimus, *operum Dei*, ex prioribus verbis ſententiæ ipſius.

f Sic Mſſ. Remig. & Jol. Editi omittunt præpoſitionem, *in.*

g Ita Mſ. Jol. Alii codices, *Ee negligentiis.*

h In Mſ. Jol. hæc verba, *Nemo invitus* &c. novam ſententiam conſtituunt, cui præfigitur titulus, *Quod nihil proſit homini, ſi invitus bene faciat.* In aliis codicibus hæc cum antecedentibus in ſententiam unam coaluerant.

i Colon. vet. editio, *bonum facit.*

k Aptior viſus eſt titulus Mſ. Jol. quam qui præferebatur in aliis codicibus, *De humana ſocietate.* Et hoc plenius ſenſum ſententiæ Proſperi repræſentat, quam, *De diligendo Deo*, quod alii codices præferebant.

l Edit. vet. Colon. *qui numquam ante dimittit te, niſi dimittatur.*

m Mſ. Jol. *Quod ſolus Deus corrumpi & immutari non poſſit.*

n Mſ. Remig. *bona eſſent, neque ſi bona non eſſent, corrumpi poſſent, quæ ſi ſumma bona eſſent incorruptibilia eſſent.* Colon. vet. edit. *Neque ſi bona non eſſent corrumpi poſſent: quia & ſi ſumma bona eſſent, incorruptibilia eſſent.*

o Sic Mſ. Jolienſis. Alii omnes, *De incommutabili Deo.*

p Mſ. Jol. *nulla eſt ſubſtantia quæ auctorem Deum non habet.*

q Mſ. Jol. *Itaque*, alii omnes *ita* Colon. vet. editio omiſſo, *ita, quia quod auctorem Deum non habet, non eſt aliud quam deſiderium aut actio inordinatæ voluntatis.*

r Mſ. Jol. *De ſpiritali ſapore.*

ſ Mſſ. Remig. & Jol. *non minuerentur.* Idem in margine notarunt editiones omnes.

petit. Ideoque in duas dividitur voluntates: [a] cumque una est, tota non est: & hoc adest uni, quod deest alteri.

CLXXX. *alias* CLXXIX.

De homine [b] *benigno.*

Ex lib. 9. Confes. c. 9. nu. 21. & legitur in epist. 1. Cælestini I. papæ.

Homini benigno parum esse debet inimicitias aliorum non excitare vel augere male loquendo; nisi eas etiam extinguere bene loquendo [c] studuerit.

CLXXXI. *alias* CLXXX.

[d] *De veritate odiosa.*

Ex lib. 10. Conf. c. 23.

Beata vita est gaudium de veritate, quod Deus est: sed multis veritas odiosa est, quam audire nolunt docentem; & nolentes falli, volunt mendacia sua veritatem videri. Quibus juste retribuitur, ut ipsi veritatem non lateant, ipsos autem lateat veritas.

CLXXXII. *alias* CLXXXI.

[e] *De tolerantia.*

Ibid. c. 28.

Nemo quod tolerat amat, etiam si tolerare amat: quia aliud est fortis patientia, aliud secura felicitas; nec ejusdem est temporis labor pugnæ, & beatitudo victoriæ.

CLXXXIII. *alias* CLXXXII.

[f] *De egestate humanæ intelligentiæ.*

Ex lib. 12. Conf. c. 1.

Ideo plerumque in sermone copiosa est egestas humanæ intelligentiæ, quia plus loquitur inquisitio, quam inventio; & longior est petitio, quam impetratio.

CLXXXIV. *alias* CLXXXIII.

[g] *De vera æternitate Dei.*

Ibid. c. 11.

Vera æternitas Dei est, qui solus habet immortalitatem: quoniam ex nulla specie motuve mutatur, nec temporalis est voluntatis. Non enim immortalis est voluntas, quæ alia, & alia est.

CLXXXV. *alias* CLXXXIV.

De non desperandis peccatoribus.

Ex enar. in Ps. 39. n. 8.

Non est desperandum de malis, sed pro ipsis, ut boni fiant, studiosius est supplicandum: quia numerus sanctorum de numero semper est auctus impiorum.

CLXXXVI. *alias* CLXXXV.

[h] *Qualiter pax a Deo quæratur.*

Ibid. n. 16.

Quærens a Deo pacem, [i] sit sibi ipse pacatus; ne aliud in professione oris, aliud sit in cordis arcano. Nihil enim prodest hoc esse in corde quod verum est, si hoc dicitur voce quod falsum est; quia veritas & credenda est, & loquenda.

CLXXXVII. *alias* CLXXXVI.

[k] *Ne juste flagellatus doleat.*

Ex enar. in Ps. 40. n. 5.

Non conqueratur homo, quando in his quæ juste habet, patitur aliquas adversitates: per amaritudinem enim inferiorum docetur amare [l] meliora; ne viator tendens ad patriam, stabulum pro domo diligat.

CLXXXVIII. *alias* CLXXXVII.

[m] *Ut peccator sibi displiceat.*

Ex enar. in Ps. 41. n. 12.

Bene currit ad remissionem peccatorum, qui displicet sibi. Apud judicem enim justum & misericordem, qui se accusat, excusat.

CLXXXIX. *alias* CLXXXVIII.

De quærendis præsidiis [n] *in pace.*

V. ibid. n. 16. infra app. p. 242.

In tranquillitate pacis comprehendenda est doctrina sapientiæ, quæ inter tribulationum turbines difficulter agnoscitur. Nec facile inveniuntur in adversitate præsidia, quæ non fuerint in pace quæsita.

CXC. *alias* CLXXXIX.

De altari Dei [o] *duplici.*

Ex enar. in Ps. 42. n. 5.

Ad altare Dei invisibile, quo non accedit injustus, ille pervenit, qui ad hoc præsens justificatus accedit. Inveniet enim illic vitam suam, qui hic discreverit causam suam.

CXCI. *alias* CXC.

[p] *De fine legis.*

V. enar. in Ps. 45. nu. 1. infra app. p. 242.

Finis legis Christus est, in quo lex justitiæ non consumitur, sed impletur. Omnis enim perfectio in ipso est: ultra quem non est, quo se spes fidei & charitatis extendat.

CXCII. *alias* CXCI.

De malæ conscientiæ [q] *pœna.*

V. ibid. n. 2. infra app. p. 242.

Nullæ pœnæ graviores sunt, quam malæ conscientiæ: in qua [r] cum Deus non habetur, consolatio non invenitur: & ideo invocandus est liberator, ut quem tribulatio exercuit ad confessionem, confessio perducat ad veniam.

a Ms. Jol. *Cumque una non est tota, non est.* Hic locus ex Augustini capite fit clarior, sic habente: *Et ideo sunt duæ voluntates, quia una earum tota non est, & hoc adest alteri, quod deest alteri.*

b Alias editi *religioso.* Ms. Jol. melius, *benigno.*

c Mss. Remig. & Jol. *studuerit.* Alii codices *studeat.* Prioribus favet locus libri confessionum in margine citatus.

d Ms. Jol. *De beata vita.*

e Sic Ms. Jol. Alii omnes, *De forti patientia.*

f Ita Ms. Jol. Alii codices. *De copiosa egestate*, Colon. edit. vet. addit, *in oratione.* In cap. citato in Augustino summatur. *Difficilis inquisitio veri.*

g In Ms. Jol. plenior est sensus, quam in aliis, ubi *De æternitate.*

h Ms. Jol. *De vera pace.*

i Ms. Remigianus, *sis tibi.* Ita quoque in Augustini libro citato.

k Ms. Jol. *De vera patientia.* Alii, *Ne juste*, forte *justus* melius legeretur *flagellatus, doleat.*

l Ms. Remig. *meliorem.*

m Ms. Jol. *De vera pœnitentia.*

n Hæc duo, *in pace*, adduntur in Edit. Colon. vet. Ms. Jol. *De providentia pacis.*

o Colon. vet. edit. supplet vocem hanc, *duplici.* Ms. Jol. *Qualiter accedi debeat ad altare.*

p Ms. Jol. *De vero & perfecto fine.* Alii omnes, *De Lege.* Plenior sensus evadet, si legatur, *De fine legis*, ex primis verbis sententiæ.

q Vocem hanc *pœna* sumimus ex Ms. Jol. Alii habebant tantum, *De mala conscientia.* Ms. Jol. *De conscientiæ pœna.*

r Ms. Remig. *in qua Deus non habetur, consolatio &c.*

CXCIII. *alias* CXCII.

a [a] *De vera peccatorum remissione.*

b [b] Quod gravius peccatum ægri, quam medici interfectio? Sed cum in baptismo hoc dimittitur, quid non dimittitur?

Ibid. n. 4.

CXCIV. *alias* CXCIII.

[c] *De ruminante verbum Dei.*

z Auditor [d] verbi similis debet esse animalibus, quæ ob hoc quia ruminant, munda [e] esse dicuntur: ut non sit piger de his cogitare, quæ in alvo cordis accepit: & cum audit, sit similis edenti; cum vero audita in memoriam revocat, sit similis ruminanti.

Ex enar. in Ps. 46. n. 1.

d

e

CXCV. *alias* CXCIV.

f [f] *De imperio animæ.*

Rationalis anima domina est corporis sui; quæ inferiori non bene imperabit, nisi superiori se Deo tota charitatis subjectione [g] servierit.

V. ibid. n. 10. infra app. p. 243.

f

g

CXCVI. *alias* CXCV.

h [h] *De misericordia Dei.*

Sicut terra de cælo expectat pluviam, & lucem: sic homo ex Deo debet expectare misericordiam, & veritatem.

Ibid. n. 15.

h

CXCVII. *alias* CXCVI.

i [i] *De discretione bonorum & malorum.*

Gaudendum est bonis Ecclesiæ filiis, quod in discretione eorum non fallitur divina justitia. Sed non temere dividant congregatos: quia ipsorum est velle colligere, Domini separare.

Ex enar. in Ps. 47. n. 11.

i

CXCVIII. *alias* CXCVII.

k [k] *De terreno amore.*

Dominus est rerum quas habet, qui nulla cupiditate [l] irretitur. Nam qui terrenorum amore obstringitur, non possidet, sed possidetur.

Ex enar. in Ps. 48. ser. 1. n. 2.

k

l

CXCIX. *alias* CXCVIII.

[m] *De hæreditate* [m] *æterna.*

Hereditas, in qua coheredes Christi sumus, non minuitur multitudine filiorum, nec sit angustior numerositate coheredum: sed tanta est multis, quanta paucis; tanta singulis, quanta omnibus.

Ex enar. in Ps. 49. n. 2.

m

CC. *alias* CXCIX.

n [n] *De felicitate.*

Numquam debet secura esse felicitas; quia periculosiora sunt animo secunda, quam corpori adversa: prius enim corrumpunt prospera, ut inveniant adversa [o] quod frangant.

Ex enar. in Ps. 50. n. 4.

n

o

CCI. *alias* CC.

De remediis pœnitentiæ.

Prima salus est, declinare [p] peccatum: secunda est, non desperare de venia. Nam ipse se in æternum perimit, qui apud misericordem judicem ad pœnitentiæ remedia non recurrit.

V. Ibid. n. 5. infra app. p. 243.

p

CCII. *alias* CCI.

[q] *De bonis occultis sanctorum.*

Boni latent, quia bonum ipsorum in occulto est: [r] nec visibile enim est, nec corporale quod diligunt; & tam merita eorum sunt [s] in abscondito constituta, quam præmia.

V. enar. in Psal. 53. n. 3. infra app. p. 243.

q

r

s

CCIII. *alias* CCII.

[t] *De inimicis bonorum.*

Nullus bonorum inimicum habet, nisi malum: [u] qui ideo esse permittitur, ut aut corrigatur, aut per ipsum bonus exerceatur. Orandum est ergo pro inimicis, ut aut obtineatur eorum conversio, aut in nobis divinæ bonitatis inveniatur imitatio.

Ex enar. in Ps. 54. n. 4. & legitur in epist. 1. Cælestin. ad papæ.

t

u

CCIV. *alias* CCIII.

x [x] *De vigore fidei Christianæ.*

Vigor fidei Christianæ tribus temporibus [y] initiatur, vespere, mane, & meridie. Vespere enim Dominus in cruce, mane in resurrectione, meridie in ascensione. Unum ad patientiam occisi, aliud ad vitam resuscitati, tertium ad gloriam pertinet majestatis in Patris dextera considentis.

Ibid. n. 18.

x

y

CCV. *alias* CCIV.

z [z] *De purgandis electis.*

Ad hoc [aa] exagitantur homines tribulationibus, ut vasa electionis evacuentur nequitia, & impleantur gratia.

Ex enar. in Ps. 55. n. 13.

z

aa

CCVI. *alias* CCV.

bb [bb] *De bonis, quæ nemo amittit invitus.*

Potest homo invitus amittere temporalia bona; numquam vero, nisi volens, [cc] perdit æterna.

V. ibid. n. 19.

bb

cc

CCVII.

a Ita Mſ. Jol. & quidem melius & clarius, quam quod ceteri omnes *De ægro*. Colon. vet. solus habet, *De ægro interficiente medicum*.

b Sic legitur in Mſſ. Corb. & Jol. & August. to. 4. & in tom. 10. append. In Prosperianis codicibus, *Quid gravius peccato ægri, quam*.

c Mſ. Jol. *Qualiter verbum debeat audiri*.

d Mſ. Jol. *Verbi Dei . . . . animalium*. Mſ. Remig. scribit etiam, *animalium*, & postea, *quæ ab hoc*.

e Mſ. Jol. *munda dicuntur . . . . quæ alvo cordis*, Colon. vet. edit. *& non pigeat cogitare de his*.

f Mſ. Jol. *De imperio animæ*. Alii, *De anima rationali*.

g Mſ. Jol. *Subdiderit*.

h Mſ. Jol. *De misericordia & veritate*. Forte plenius legeretur, *Unde homini misericordia & veritas*.

i Ita Mſ. Jol. Alii. *De bonis Ecclesiæ filiis*.

k Mſ. Jol. *Qualiter possidenda sit terrena substantia*.

l Mſ. Remig. *illuditur*.

m Mſ. Jol. *æterna*. Alii, *Christi*.

n Mſ. Jol. *De prosperitate & adversitate terrena*.

o Colon vet. edit. *quæ frangant*.

p Mſ. Remig. *decliuare a peccato*.

q Mſ. Jol. *De occulta vita sanctorum*.

r Edit. Colon. vet. *nec visibile est nec corporale est*.

s Mſ. Remig. *in abdito*.

t Mſ. Remig. *Qualiter amandi sunt inimici*.

u Mſ. Jol. *quod ideo*.

x Mſ. Jol. *De resurrectione*.

y Mſ. Jol. *incitatur*.

z Mſ. Jol. *De probatione justorum*.

aa Edit. vet. Colon. *excoquuntur homines tribulationibus*.

bb Mſ. Jol. *De libero arbitrio*.

cc Mſ. Remig. *perdet*.

CCVII. *alias* CCVI.

a *De fine fidelium.*

Finis fidelium Christus est: ad quem cum pervenerit currentis intentio, non habet quod possit amplius invenire, sed habet in quo debeat permanere.

V. enar. in Ps. 56. n. 2. infra app. p. 244.

CCVIII. *alias* CCVII.

De tristitia.

Melior est tristitia iniqua patientis, quam lætitia iniqua facientis.

Ex enar. in exmd. Ps. 56. n. 14.

CCIX. *alias* CCVIII.

b *De peccatis præteritis.*

Revocandus est animus c a recordandis cum quadam delectatione præteritis, ne subrepente concupiscentia, redeamus corde in Ægyptum.

b *In Ps. 57. n. 10.* c

CCX. *alias* CCIX.

d *De veritate.*

Bonum est a veritate vinci. e Ad correptionem superet veritas f volentem: nam & invitum ipsa superabit.

d *Ibid. n. 20.* e f

CCXI. *alias* CCX.

g *De impunitate peccatorum.*

Peccata sive parva, sive magna, impunita esse non possunt: quia aut homine pœnitente, aut h Deo vindicante plectuntur. Cessat autem vindicta divina, si conversio præcurrat humana. Amat enim Deus confitentibus parcere; & eos, qui semetipsos judicant, non judicare.

g *V. enar. in Psal. 58. Serm. 1. n. 13. infra app. p. 244.* h

CCXII. *alias* CCXI.

i *De præventu misericordiæ Dei.*

Nullus miser de quantacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia prævenitur.

i *V. Serm. 2. in eumd. Psal. n. 11. infra app. pag. 244. Est. Arausc. Conc. Can. 14.*

CCXIII. *alias* CCXII.

k *De effectu supplicationis.*

Fideliter supplicans Deo pro necessitatibus l hujus vitæ, & misericorditer auditur, & misericorditer non auditur. Quid enim infirmo sit utile, magis novit medicus quam ægrotus. Si autem id postulat, quod Deus m & præcipit & promittit, fiet omnino quod poscit; quia n accipit charitas, quod parat veritas.

k *V. enar. in Ps. 59. n. 7. infra app. p. 245.* l m n

CCXIV. *alias* CCXIII.

De provectu o *bonorum per tentationes.* o

Provectus fidelium sine tentatione non provenit; nec sibi quisquam innotescit, nisi probationis examine: nec coronabitur, p nisi qui vicerit; nec vincet, nisi qui certaverit. q Quis autem certat, nisi inimicum habens, & tentationi resistens?

Ex enar. in Ps. 59. n. 2. 30. p q

CCXV. *alias* CCXIV.

r *De prophetiis implendis.* r

Stultus est, qui non credit denuntiationibus Prophetarum in paucis quæ restant; cum videat tam multa completa, quæ tunc non erant, quando s prædicebantur implenda.

Ex enar. in Ps. 62. n. 1. s

CCXVI. *alias* CCXV.

t *De idolis.* t

Sic sunt qui colunt idola, quomodo qui in somnis vident vana. Si autem evigilet anima ipsorum, intelligit a quo facta sit, & u non colit quod ipsa fecit.

Ibid. n. 4. u

CCXVII. *alias* CCXVI.

x *De corporibus humanis.* x

Omnia corporis nostri, quæ y discerpta, vel putrefacta, vel etiam concremata, in quasdam dissolvuntur favillas, Deo perire non possunt. In illa enim elementa mundi eunt, unde sumpta sunt illa manu, quæ tenet omnia.

V. ibid. n. 6. infra app. p. 245. y

CCXVIII. *alias* CCXVII.

z *De siti bona.* z

Qui Deo sitiunt, tota sua debent sitire substantia, id est, & anima & carne: quia & animæ Deus dat panem suum, id est, verbum veritatis, aa & carni necessaria Deus præbet: quia utraque bb ipse pascit, qui utraque fecit.

Ibid. n. 7. aa bb

CCXIX. *alias* CCXVIII.

cc *De meditatione fidelium in otio & actione.* cc

Qui otiosus & quietus non cogitat Deum; quomodo inter actus multos, & laboriosa negotia de illo poterit cogitare? Meditetur ergo quæ Dei sunt fide-

V. ibid. n. 15. infra app. p. 245.

a Mſ. Remig. *De fine perfectorum.*
b Mſ. Jol. *Quæ cautela sint recogitanda peccata.*
c Col. vet. edit. *ad recordandum* (forte *a recordando*) *cum quadam delectatione de præteritis.*
d Mſ. Jol. *Amandum ut a veritate vincamur.*
e Mſ. Remig. *ad correctionem superet te.*
f Edit. vet. Colon. *nolentem.* Mſ. Jol. *superet veritas nolentem: nam & volentem & invitum ipsa superabit.*
g Mſ. Jol. *Non posse impunita esse peccata.*
h Col. vet. editio addit hic, *in judicio.* Mſ. Jol. *Deo vindicante*: alii, *judicante*: priori favet locus August. citatus.
i Sic Mſ. Jol. cum alii habeant. *De misero.*
k Ita Mſ. Jolienſis. Alii omnes, *De remediis tribulationum.*
l Mſ. Remig. & Jol. *istius vitæ.*
m Mſ. Remig. *præcepit & promisit.*
n Mſ. Jol. *accipiet charitas.*
o Mſ. Jol. *De provectu fidelium per tentationes.* Alii tantum, *De provectu bonorum.*
p Mſ. Jol. *sine probationis examine:* & paulo post. Mſ. Jol. *nisi vicerit . . . . nisi certaverit.*
q Editio vet. Colon. *Nec certabit, nisi inimicum habens.*
r Mſ. Jol. *De prænuntiationibus Prophetarum.*
s Mſ. Remigianus, *prædicabantur.*
t Mſ. Remig. *De cultu idolorum.*
u Mſſ. Remig. & Jol. *non colet.* & antea Jol. Mſ. *Si vigilet anima.*
x Mſ. Jol. *De resurrectionis veritate.*
y Colon. vet. edit. *discreta:* & sub finem sententiæ, *quæ donat omnia.*
z Mſ. Jol. *Qualiter sitiendum sit Deo.*
aa Mſ. Jol. *& carnis necessaria.*
bb Plures ex editis & Mſ. Colon. *ipse facit.* Emendamus ex Mſ. Remig. & Jol. & Edit. Colon. vet. Augustino dicente loco citato, *qui fecit ambas res, ipse pascit ambas res.*
cc Hæc verba *in otio & actione* non inutiliter addit Colon. vet. editio. Mſ. Jol. *Quo studio meditandum sit de Deo.*

a fidelis, [a] cum vacat: & bene operandi substantiam quærat, ne in actione deficiat.

CCXX. *alias* CCXIX.

b [b] *De simulationis malo.*

Ex enar. in Ps. 63. n. 11. Simulata innocentia, non est innocentia: simulata æquitas, non est æquitas: sed duplicatur peccatum, in quo est & iniquitas, & simulatio.

CCXXI. *alias* CCXX.

c [c] *Pœna animæ justitiam deserentis.*

Ibidem. Anima recedens a luce justitiæ, d quanto magis quærit [d] quod inveniat contra justitiam, tanto plus repellitur a lumine veritatis, & in tenebrosa demergitur.

CCXXII. *alias* CCXXI.

De duabus civitatibus.

Ex enar. in Ps. 64. n. 2. Duas in toto mundo civitates faciunt duo amores: Jerusalem facit amor Dei; Babyloniam, amor sæculi. Interroget ergo se quisque quid amet, & inveniet unde sit civis.

CCXXIII. *alias* CCXXII.

e [e] *Quod præceptum Dei leve sit amanti.*

Ex enar. in Ps. 67. n. 18. Matt. 11. 30. Rom. 5. 5. Omne præceptum Dei leve est amanti: nec ob aliud intelligitur dictum, *Onus meum leve est*, nisi quia dat Spiritum-sanctum, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, ut diligendo liberaliter faciamus, f [f] quod qui timendo facit, serviliter facit: nec est amicus recti, quando mallet, si fieri posset, id quod rectum est non juberi.

CCXXIV. *alias* CCXXIII.

De charitate.

Ibid. n. 24. Rom. 13. 10. Plenitudo legis charitas est: quia per charitatem lex impletur, non per timorem. In tantum enim fiunt mandata justitiæ, in quantum adjuvat spiritus gratiæ.

CCXXV. *alias* CCXXIV.

De operibus bonis.

V. ibid. n. 41. & lib. de gratia Christi c. 26. infra app. p. 246. Non sunt bona opera, nisi quæ per fidem & dilectionem fiunt: quia alterum sine altero nullius virtutis fructum parit.

CCXXVI. *alias* CCXXV.

Ex enar. in Ps. 68. ser. 1. n. 2. & est Arausic. Conc. can. 15. g [g] *De lapsu Adam, & conversione fidelium.*

Ab eo quod formavit Deus mutatus est Adam, sed in pejus per iniquitatem suam: ab eo quod operata est iniquitas, mutantur fideles, sed in melius, per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit prævaricatoris primi, hæc mutatio dexteræ est Excelsi. *Ps. 76. 11.*

CCXXVII. *alias* CCXXVI.

De temporalibus deliciis & pœnis.

Aug. in eod. Serm. n. 3. In præsenti vita & deliciæ temporales dulces sunt, & tribulationes temporales amaræ sunt: sed quis non bibat tribulationis poculum, metuens ignem gehennarum? & quis non contemnat dulcedinem sæculi, inhians bonis æternæ vitæ.

CCXXVIII. *alias* CCXXVII.

h [h] *De Trinitate.*

Ibid. n. 5. In Trinitate divina tanta est substantiæ i [i] unitas, ut æqualitatem teneat, pluralitatem non recipiat.

CCXXIX. *alias* CCXXVIII.

k [k] *Nullam mali esse naturam.*

Ibidem. Joan. 1. 3. Omnia per Verbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cum l [l] itaque universæ naturæ per Verbum Dei factæ sunt, iniquitas per ipsum facta non est, quia iniquitas nulla substantia est: & peccatum non natura est, sed vitium naturæ, id appetentis quod non est ordinis sui.

CCXXX. *alias* CCXXIX.

m [m] *Quid sublatum sit diabolo.*

Ibid. n. 9. Sublatum est diabolo iniquitate sua victo, non quod habebat proprium, sed quod rapuerat alienum. Auferendo enim Christus quæ de magna ejus domo perierant, n [n] non furtum fecit, sed furtum recepit.

CCXXXI. *alias* CCXXX.

De profunditate iniquitatis.

Ex enar. in eumd. Ps. 68. ser. 2. n. 1. Tunc hominem concludit o [o] profunditas iniquitatis, quando non solum immersus peccatis jacet; sed etiam volens ea defendere, perdit aditum confessionis.

CCXXXII.

a Mss. Jol. *dum vacat.*

b Mss. Jol. *De simulationis malo*, Alii, *De simulata innocentia.*

c Ita habet. Mss. Jol. Alii generalius, *De lumine.*

d Mss. Jol. *quid inveniat:* & post pauca, Mss. Remig. *& in tenebris.*

e Sic Mss. Jol. Alii, *De præcepto Dei.*

f Edit. Colon. vet. *quia quod quis timendo facit, serviliter facit: nec est animus rectus, quando mallet* &c.

g Mss. Jol. *De mutatione Adam.* Melius forte. *De mutationibus oppositis.* Ad plenam sententiæ subjectæ intelligentiam addimus, *& conversione fidelium*, auctoritate textus nostri.

h Mss. Jol. *de unitate Trinitatis.*

i Mss. Remig. *substantia & unitas.*

k Mss. Jol. *Nullam mali esse naturam.* Colon. vet. edit. *Quod mala sint creata.* Non bene, ut videtur, nisi legas cum negante particula.

l Mss. Remig. *Cum utique.* Mss. Jol. post pauca a prima manu *factæ sint*: & infra Colon. vet. edit. *id appetens.*

m Ita Mss. Jol. Alii, *De iniquitate diaboli.*

n Colon. vet. edit. *victo.* Melius *victo.* Alludit enim ad locum, Matth. 12. 29. *Nemo in domum fortis intrat, & vasa ejus diripit, nisi prius alligaveris fortem.* Idem postea, *non quod non habuit proprium, sed quod rapuerat alienum. Auferendo enim Christus de magna domo ejus quæ perierant; non furtum fecit.* Aliorum lectioni favet quod ait Augustinus loco citato in margine, *respondet tibi*, [Dominus] *vasa ista de magna domo mea perierant; non furtum feci, sed furtum recepi.*

o Colon. vet. edit. *profunditatis iniquitas*: & eadem circa finem, *perdit confessionem*, & *aditum confessionis.* Hæc, *confessionem*, & in nullo alio codice habentur.

CCXXXII. *alias* CCXXXI.

a [a] *Quod Deus misericors sit in tribulationibus.*

Ibidem. Cum Deus permittit, aut facit, ut aliqua tribulatione vexemur, etiam tunc misericors est; quia excitans fidem, & differens opem, non auxilium negat, sed b desiderium movet.

b

CCXXXIII. *alias* CCXXXII.

c [c] *De divitibus Christianis.*

Ibid. n. 14. Divites Christiani, si veri Christiani sunt, prorsus pauperes sunt; & in comparatione cœlestium bonorum quæ sperant, omne aurum suum arenam deputant: quia ibi quisque habet divitias suas, ubi delectationem.

CCXXXIV. *alias* CCXXXIII.

De fide Abrahæ.

V. ibid. n. 21. *infra app. p.* 246. Fides Abrahæ, semen est Abrahæ. Proinde qui pertinent ad credulitatis similitudinem, ipsi pertinent ad hæredum promissionem.

CCXXXV. *alias* CCXXXIV.

d [d] *De perseverantia in bono.*

Ex enar. in Ps. 69. n. 8. Nemo fidelium, quamvis multum profecerit, dicat, Sufficit mihi. Qui enim dixerit, remansit, & hæsit in via ante finem, qui non e perseverabit usque in finem.

e

CCXXXVI. *alias* CCXXXV.

f [f] *Quod omnis locus in Deo sit.*

g Nullus g in Deo locus est, nec est quo fugiatur ab ipso, nisi ad ipsum. *Ex enar. in Ps. 70. ser.* 1. *n.* 5. Qui vult evadere offensum, confugiat ad placatum.

CCXXXVII. *alias* CCXXXVI.

h [h] *De duabus vitis.*

In eundem Ps. serm. 2. *n.* 3. Duæ vitæ sunt, una est corporis, altera animæ. Sicut vita corporis anima; sic vita animæ Deus: & quomodo si anima deserat, moritur corpus; sic anima moritur, i si deserat Deus.

i

CCXXXVIII. *alias* CCXXXVII.

k [k] *A quo bene sit homini.*

Ibid. n. 6. A quo habet homo ut sit, l apud illum habet ut ei bene sit.

l

CCXXXIX. *alias* CCXXXVIII.

De obedientia.

Ibid. n. 7. Perfecte Deus evidenterque monstravit, quantum sit bonum obedientia, cum hominem in paradiso positum m ab ea re prohibuit, quæ non erat mala. Sola n ibi obedientia potuit tenere palmam, sola inobedientia o incidit in pœnam.

m

n

o

CCXL. *alias* CCXXXIX.

p [p] *De eruditione bonorum per malos.*

p

Ex enar. in Ps. 73. n. 8. Interdum Deus per malos erudit bonos, & per temporalem potentiam damnandorum, exercet disciplinam liberandorum.

CCXLI. *alias* CCXL.

De confessione.

Ex enar. in Ps. 74. n. 3. Apud misericordiam Dei plurimum valet confessio pœnitentis, quem facit peccator confitendo propitium, quem negando non facit nescium.

CCXLII. *alias* CCXLI.

q [q] *Quod non sit gloriandum de scientia.*

q

V. enar. in Ps. 75. n. 17. *infra app. p.* 247. Humilium virtus est, de scientia non gloriari: quia communis est omnibus, sicut r usus lucis, ita participatio veritatis.

r

CCXLIII. *alias* CCXLII.

Qualiter regantur corpora.

s Non caret regia potestate, qui corpori suo noverit rationabiliter imperare. Vere dominator est terræ, qui carnem suam regit legibus disciplinæ. *V. ibid. n.* 18. *infra app. p.* 247.

s

CCXLIV. *alias* CCXLIII.

t [t] *De timente pœnam & amante justitiam.*

t

Ex enar. in Ps. 77. n. 11 Quantum ad opera attinet quæ forinsecus aguntur, & qui timet pœnam & qui amat justitiam, non facit contra mandatum; & ideo pares quidem sunt manu, sed dispares corde; similes actione, dissimiles voluntate.

CCXLV. *alias* CCXLIV.

u [u] *Quid colatur.*

u

Ibid. n. 20. Hoc ab homine colitur, quod diligit. Unde quia Deus omnibus rebus major

&

a Ita Mſ. Jol. In aliis, *De auxilio Dei*.

b Mſ. Jol. *desideria movet*.

c Mſ. Jol. recte addidit vocem istam, *divitibus*.

d Mſ. Jol. *De profectu fidelium*.

e Mſ. Jol. & Colon. vet. edit. *perseveraverit*.

f Ita Mſ. Jol. Alii omnes generatim, *De Deo*.

g Suspicamur legendum, *Omnis in Deo locus est*, aut *Nullus sine Deo locus est*: tum ex titulo Mſ. Jol. tum ex ipso Augustini textu: *Ego si mihi alium locum elegero, salvus esse non potero. Elige certe homo, si inveneris, munitiorem. Non est ergo quo fugiatur ab illo, nisi ad illum. Si vis evadere iratum, fuge ad placatum.*

h Mſ. Jol. *Quod duæ vitæ sint*.

i Mſ. Colon. vet. edit. *si deserat Christus*.

k Sic Mſ. Jol. Alii, *De homine*.

l Mſ. Jol. *ab illo habet*. In Augustino, *apud illum*, ut in aliis codicibus.

m Mſſ. Remig. & Jol. *ab arbore prohibuit*.

n Mſ. Remig. *sola sibi obedientia*.

o Mſ. Remig. & Colon. vet. edit. cum recentioribus nonnullis, *incidit in pœnam*. Mſſ. Jol. & Colb. cum edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. & Append. Aug. *incidit pœnam*. Aug. in Psal. *invenit pœnam*.

p Ita Mſ. Jol. Alii, *Quomodo eruditur boni*.

q Mſ. Jol. addit, *Quod non sit gloriandum*.

r Mſſ. Remig. & Jol. auctoritate addimus vocem, *usus*.

s Mſ. Jol. *Non curet regiam potestatem*. Nec male, si insp iciantur verba hæc Augustini, loco citato, *Noli aviditate imperandi tenere tibi ante oculos provincias latissimas, qua tua regna diffundas, terram quam portas rege*, unde idem Mſ. pro titulo præfigit huic sententiæ, *Qualiter non curemus regiam potestatem*, & in textu, *novit* pro *noverit*.

t Alii codices, *de pœna & justitia*. Reliqua supplet Mſ. Jol.

u Mſ. Jol. *Hoc colit homo quod diligit*. Forte melius in aliis legeris, *Quomodo Deus diligatur*; non, *Quid diligatur*.

& melior invenitur, plus omnibus diligendus est, ut colatur.

CCXLVI. *alias* CCXLV.

[a] *De corde recto.*

Ibid. n. 21. Rectum cor cum Deo est, quando propter Deum quæritur Deus.

CCXLVII. *alias* CCXLVI.

[b] *De benevolentia justi erga impios.*

Ex enar. in Ps. 78. n. 14 De benevolentia est, non de malitia, cum lætatur justus in impios processisse vindictam: quia non peccatoris exitium placet, quem voluit corrigi; sed justitia Dei, qua scit multos posse converti.

CCXLVIII. *alias* CCXLVII.

[c] *De simulatione pacis cum inimico.*

Ibidem. Non vincit in bono malum, qui in superficie bonus est, & in alto malus, opere parcens, corde sæviens, manu mitis, voluntate crudelis.

CCXLIX. *alias* CCXLVIII.

[d] *De amore & timore.*

Ex enar. in Ps. 79. n. 13 Ad omne opus bonum amor ducit, & timor Dei: ad omne peccatum amor ducit, & timor mundi. Ut ergo apprehendatur bonum, & declinetur malum; discernendum est, quid & diligi debeat, & timeri.

CCL. *alias* CCXLIX.

[e] *Quem non frangat infelicitas.*

Ex enar. in Ps. 85. n. 3. Nulla infelicitas frangit, quem felicitas nulla corrumpit.

CCLI. *alias* CCL.

[f] *Qualiter dives pauper est Dei.*

Ex enar. in Ps. 85. n. 3. Dives qui talis est, ut contemmnat in se quidquid [g] illud est unde inflari superbia solet, pauper est Dei.

CCLII. *alias* CCLI.

[h] *De gradibus pietatis.*

Ibid. n. 6. Ascensionum ad Deum gradus sunt, pietatis affectus. Iter tuum voluntas tua est; amando accedis, [i] negligendo recedis: constitutus in terra Deo jungeris, [k] si quæ Deo cara sunt diligis.

CCLIII. *alias* CCLII.

De petitionibus contrariis Deo.

[l] Deus cum aliquid [l] male poscitur, dando irascitur, non dando miseretur. *V. ibid. n. 8. & 9. inf. app. p. 247.*

CCLIV. *alias* CCLIII.

De mendacio.

Incredibile est, non mentiri hominem ne capiatur, qui mentitur ut capiat. *Ex libro contra mendacium c. 4.*

CCLV. *alias* CCLIV.

Item de mendacio.

Quamvis omnis qui mentitur, velit celare quod verum est, non tamen omnes qui vult celare verum, mentitur. Plerumque enim [m] vera non fallendo occulimus, sed tacendo. Neque enim mentitus est Dominus, ubi ait, [n] *Multa habeo vobis dicere, sed non potestis illa portare modo.* *Item c. 10.* m *Joan. 16. 12.* n

CCLVI. *alias* CCLV.

[o] *De primo & secundo homine.* o

In primo homine patuit, [p] quid hominis arbitrium valeret ad mortem: in secundo autem, quid Dei adjutorium valeret ad vitam. Primus enim homo, non nisi homo: secundus vero homo, Deus & homo. Peccatum ergo factum est, relicto Deo, justitia non fit sine Deo. *Ex Aug. epist. ad Darda. num c. 9. n. 30.* p

CCLVII. *alias* CCLVI.

[q] *De legis littera.*

Legis littera quæ docet non esse peccandum, si Spiritus vivificator desit, occidit. [r] Scire enim peccatum potius facit quam cavere; & ideo magis augeri, quam minui: quia malæ concupiscentiæ etiam prævaricatio legis accedit. q *Ex lib. de spiritu & littera c. 5.* r

CCLVIII. *alias* CCLVII.

De mandato Dei & timore.

Mandatum Dei si timore fit pœnæ, non amore justitiæ, serviliter fit, non liberaliter; & ideo nec fit. Non enim bonus fructus est, qui non [f] de charitatis radice procedit. *Ibid. c. 14.* f

CCLIX. *alias* CCLVIII.

[t] *Quod lex Dei secundum naturam sit.* t

Lex Dei secundum naturam est, & cum *V. ibid. c. 27. infra app. p. 248.*

a Addimus vocem hanc, *recto*. Mſ. Jol. *De quærendo Deo*.

b Hæc addenda credidimus ad pleniorem sensum. Mſ. Jol. *De benevolentia justi, & vindicta impiorum*. Melius utroque forte, *Quomodo lætetur justus de vindicta impiorum*. In fine sententiæ Mſ. Jol. *multos converti* absque voce hac *posse*.

c Mſ. Jol. *De vincendo in bono malum*. Alii, *De simulatione*, scilicet, *dilectionis inimici*, aut, *pacis cum inimico*.

d Colon. vet. edit. De *opere amoris & timoris*.

e Sic Mſ. Jol. Ceteri, De *felicitate*.

f Ita Mſ. Jol. Alii, De *divite paupere*.

g Mſ. Remig. *quidquid est*. Ita Aug. in Ps. citatum.

h Mſ. Jol. De *gradibus ascensionum ad Deum*. Colon. vet. edit. De *ascensu ad Deum*.

i Mſ. Jol. *contemnendo recedis*.

k Idem sub finem, *si quæ Deo*: alii, *quia quæ Deo*.

l Mſ. Jol. *Quando aliquid mali, poscitur Deus*. Et in textu sententiæ, *aliquid mali*, ubi alii codices habent, *aliquid male*.

m Mſ. Jol. & Edit. Colon. vet. *vera*; ut apud Aug. Alii codices, *verum*. Colon. vet. edit. *occultamus*.

n Ita post August. in hoc libro Mſſ. Remig. & Jol. Alii codices nostri, *cum ait*.

o Ita Mſ. Jol. Alii vero, De *libero arbitrio*.

p Colon. vet. edit. *quod*, hic & paulo post.

q Sic Mſ. Jol. Alii, De *lege & peccato*.

r Mſ. Jol. *Sciri enim . . . . quam caveri*: ut in libro August. unde sumpta est sententia.

f Colon. vet. edit. *de charitate procedit*. Mſ. Remig. *de charitate radice procedit*.

t Sic Mſ. Jol. Alii libri, De *lege*. Colon. vet. De *lege in natura*.

a cum homines quæ legis sunt [a] faciunt, naturaliter faciunt, superato vitio, quod nec præsidium legis abstulerat. Cum itaque per gratiam lex Dei in cordibus [b] scribitur, quæ legis sunt naturaliter fiunt c non quia per naturam [c] præventa sit gratia, sed quia per gratiam reparata natura.

Rom. 2. 14.

b

c

CCLX. *alias* CCLIX.

d e [d] *De gloria non habenda nisi in Deo.*

Nemo [e] ex eo quod videtur habere, glorietur, tamquam non acceperit; aut ideo se putet accepisse, quia littera extrinseçus vel ut legeretur apparuit, vel ut audiretur insonuit. Nam *si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Porro autem si non gratis mortuus est; f *Ascendens in altum* [f] *captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Inde habet, quicumque habet. Quisquis autem inde habere se negat, aut non habet, aut id quod habet auferetur ab eo.

d

e

Ex eod. lib. c. 29. & est canon. 16. concil. 2. Arausi. 1. Cor. 4. 7. Gal. 2. 21. Ps. 67. 19.

f

CCLXI. *alias* CCLX.

g h [g] *Quid per inobedientiam perdidit homo.*

Homo factus erat immortalis; [h] Deus esse voluit: non perdidit quod homo erat, sed perdidit quod immortalis erat; & [i] de inobedientiæ superbia contracta est pœna naturæ.

g

h

i

CCLXII. *alias* CCLXI.

k *De laude* [k] *& præmio fidei.*

Laus fidei est, non visa credere: præmium erit, creditorum adeptione gaudere.

k

CCLXIII. *alias* CCLXII.

l [l] *Cur Sapientia Dei per carnem ad homines venerit.*

Sicut lac non transit nisi per carnem, ut parvulum pascat qui panem edere non potest: sic nisi Sapientia Dei, quæ panis est Angelorum, ad homines dignaretur venire per carnem, nemo ad Verbi contemplandam divinitatem posset accedere. Quia ergo lux a tenebris non poterat comprehendi, ipsa lux mortalitatem subiit tenebrarum, & per similitudinem carnis peccati, participationem dedit luminis veri.

l

Vide Ser. 1. in Ps. 33. n. 6. infra app. p. 248

CCLXIV. *alias* CCLXIII.

m *De bona fama.*

Odor bonus fama bona est, [n] quam quisquis bonæ vitæ operibus habuerit, dum Christi vestigia sequitur, pedes quodammodo ejus pretiosi unguenti odore perfundit.

m

Ex lib. 3. de doctrina Christ. c. 12.

n

CCLXV. *alias* CCLXIV.

o *Quid recte diligatur.*

Non est in carendo difficultas, nisi cum est in habendo cupiditas: & ideo id solum recte diligitur, quod numquam bene amittitur.

o

Ibid. c. 18.

CCLXVI. *alias* CCLXV.

p *De insipienti eloquentia.*

Qui affluit [q] insipienti eloquentia, tanto magis cavendus est, quanto magis ab eo, in his quæ audire inutile est, delectatur auditor, & eum quem ornate dicere audit, etiam vere dicere existimat.

p

Ex lib. 4. de doctrina Christ. c. 5.

q

CCLXVII. *alias* CCLXVI.

r *De indole bonorum ingeniorum.*

Bonorum ingeniorum clara est indoles, in verbis differentium verum amare, non verba. Quid enim prodest clavis aurea, si aperire quod volumus non potest? aut quid obest lignea, [r] si hoc potest? quando nihil quærimus, nisi patere quod clausum est.

r

Ibid. c. 11.

s

CCLXVIII. *alias* CCLXVII.

t [s] *De diligendo & non diligendo peccatore.*

Omnis peccator, in quantum peccator est, non est diligendus; & omnis homo, inquantum homo est, diligendus est propter Deum, Deus vero propter seipsum: a quo habent omnes qui eum diligunt, & quod sunt, & quod eum diligunt.

t

Ex lib. 1. de doctrina Christ. c. 27.

CCLXIX. *alias* CCLXVIII.

u [t] *Quod prima ad Deum via sit Christus.*

Dominus ait, *Ego sum via, veritas,* [u] *&*

u

Ibid. c. 34.

a Mss. Remig. & Jol. aliter habent locum istum: scilicet post, *naturaliter faciunt: superato vitio quod naturæ præsidium legis abstulerat.* Augustini verba sunt, loco citato in margine. *Proinde naturaliter homines quæ legis sunt faciunt: qui enim hoc non faciunt, vitio suo non faciunt. Quo vitio lex Dei est deleta de cordibus: ac per hoc vitio sanato, cum illic scribitur, fiunt quæ legis sunt naturaliter.*

b Ms. Jol. *inscribitur.*

c Apud August. *negata sit gratia.*

d Ms. Jol. *Quod non gloriemur de habitis, tamquam non acceptis.*

e Ms. Jol. *in eo quod.*

f Mss. Remig. *captivavit*, & infra, *Nam aut non vere habet.*

g Sic Ms. Jol. Alii, *De homine & superbia*: alii, *De hominis superbia.* Colon. vet. edit. *De superbia inobedientiæ.*

h Ms. Remig. *Sed quia mortalis*, [forte *immortalis*] *esse voluit.*

i Ms. Jol. *& inobedientia superbiæ.*

k Ms. Jol. supplet, *& præmio.*

l Ms. Jol. addit vocem, *Dei*, ad titulum, *De Sapientia*, aliorum codicum. Colon. vet. edit. *De sapientia in contemplando.* Forte plenius diceretur, *Quare sapientia Dei ad homines venerit per carnem.* Aut, *Cur Sapientia Dei incarnata sit.*

m Ms. Jol. *De odore bonæ famæ.*

n Sic Mss. Remig. & Jol. conformiter textui Augustini loco citato in margine. Alii codices, *quam quisque . . . . haurit: dum Christi* &c.

o Ita Ms. Jol. Alii codices, *De cupiditate.*

p Alii, præter Ms. Jol. *De eloquentia insipientis.*

q Ms. Remig. *insipientiæ eloquentia.*

r Ms. Jol. *De indole ingeniorum.* Alii, *De ingenio*: addimus priori, *bonorum*, ex textu sententiæ.

s Ms. Remig. *si aperire potest.*

t Sic Ms. Jol. Reliqui, *De homine peccatore.*

u Ms. Jol. *Ego sum via, veritas, & vita.* Alii, *De incommutabili bono*, Titulum a nobis substitutum ex libro Augustini citato, ut pleniorem hausimus.

& vita. Hoc est, per me venitur, ad me pervenitur, in me manetur. Cum enim ad ipsum pervenitur, etiam ad Patrem pervenitur: quia per æqualem ille, cui æqualis est, cognoscitur; vinciente atque [a] adglutinante nos Spiritu-sancto, ut in summo atque incommutabili bono sine fine maneamus.

CCLXX. *alias* CCLXIX.

[b] *Quod melior sit qui fallitur, quam qui mentitur.*

Ibid. c. 36. Multos invenimus qui fallere velint, qui autem falli, neminem. Cum vero hoc alius sciens faciat, alius nescius patiatur; satis apparet, in una eademque re, illum qui fallitur, eo qui mentitur esse meliorem; quando quidem pati melius est iniquitatem, quam facere.

CCLXXI. *alias* CCLXX.

[c] *De dilectione bonorum æternorum, aut temporalium.*

Ibid. c. 38. Inter temporalia atque æterna hoc interest, quod temporale [d] aliquid plus diligitur ante quam habeatur, vilescit autem cum advenerit; non enim satiat animam, nisi incorruptiblis gaudii vera & certa æternitas: æternum vero ardentius diligitur adeptum, quam desideratum. Nemo enim plus de illo æstimat quam [e] se habet, ut fiat vilius, quia speratum est amplius: sed tanta est ibi excellentia, ut multo plus [f] adeptura sit charitas, quam vel fides credidit, vel spes desideravit.

CCLXXII. *alias* CCLXXI.

[g] *De fame & [g] fastidio spiritali.*

Ex lib. 2. de doct. Christ. c. 6. [h] Qui in scripturis sanctis non inveniunt veritatem quam quærunt, fame laborant: qui autem non quærunt quod in promptu habent, fastidii languore marcescunt; & par utrorumque periculum est, dum sapientiæ cibum & illis obcæcatio, & his inedia subtrahit.

CCLXXIII. *alias* CCLXXII.

De laboribus [i] piorum.

Ex Aug. ser. 279. de Paulo apost. n. 4. *Non sunt condignæ passiones hujus temporis, [k] ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Sæviat & fremat mundus, increpet linguis, coruscet armis: quidquid fecerit, [l] quantum illud erit ad id quod accepturi sumus? Appendo quod patior contra id quod spero: hoc quidem sentio, illud spero: & tamen incomparabiliter majus est quod speratur, quam quod [m] infertur. Quidquid est quod contra Christi nomen sævit, si potest [n] vinci, tolerabile est; si non potest, proficit præmio citius consequendo, [o] & finis temporalis mali transit in perceptionem æterni boni.

CCLXXIV. *alias* CCLXXIII.

De charitate.

Cum in duobus præceptis charitatis tota lex pendeat & Prophetæ; quanto [p] magis est Evangelium, quo lex non solvitur, sed adimpletur, & de quo Dominus dicit, *Mandatum novum do vobis,* *Joan. 13. 34.* [q] *ut vos invicem diligatis?* Charitas enim innovat homines: & sicut malignitas veteres, ita dilectio novos facit.

CCLXXV. *alias* CCLXXIV.

[r] *De flagellis Dei.*

Quando corripit Deus genus humanum, & flagellis piæ castigationis exagitat, exercet ante judicium disciplinam, & plerumque [s] diligit quem flagellat, nolens invenire quem damnet. Flagellat autem simul & justos & injustos, quia *Prov. 3. 12* nemo est qui possit gloriari castum se *Prov. 20. 9* habere cor, aut mundum se esse a peccato. Ita [t] de gratia misericordiæ ejus veniunt etiam coronæ justorum.

CCLXXVI. *alias* CCLXXV.

[u] *De passionibus fidelium.*

Labor piorum exercitatio est, non damnatio. Nec enim conturbari debemus, cum aliquis sanctus gravia & indi-

a Ita Mſ. Jol. & liber Auguſt. citatus in margine. Ceteri, *glutinante*.

b Sic Mſ. Jol Alii; De *mendacio & fallacia*.

c Mſ. Jol. *Quid diſtet inter temporalia & æterna*. Colon. vet. edit. De *diligendis æternis bonis & temporalibus*.

d Mſ. Jol. addit, *aliquid*, quod legitur in Auguſtino: alii non addunt. Idem poſtea, *habeatur . . . . animam*, pro eo quod in ceteris, *habetur*, *& animum*.

e Mſ. Jol. *ſe habet*, ut in Auguſt. loco citato in margine. Codices alii, *de ſe habet*.

f Mſſ. Remig. & Jol. *adepta ſit*. Jol. vero poſtea, *credit . . . deſiderat*.

g Alias editi habebant, *& inedia*. Melius *faſtidio*; quod diſtinguitur contra famem in textu ſententiæ. Mſ. Jol. *De quærentibus & non quærentibus veritatem in Scripturis*. Colon. vet. edit. De *fame & inedia ſpiritali in Scripturis*.

h Mſ. Remig. *charitatem quam quærunt*.

i Antea editi, *peccatorum*. In margine notarunt, *piorum* Duac. Colon. & his poſteriores. Melius poſtremum hoc legi ſuadet textus ſententiæ. Mſ. Jol. pro titulo habet priora verba, *Non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis* &c.

k Mſſ. Remig. & Jol. *ad futuram* ut in Auguſtino: alii, *ſuperventuram*.

l Sic Mſ. Jol. Colon. vet. edit. *quantulum erit ad illud*: ceteri, *quantillum erit ad illud quod*. Aug. *quid faciet ad id quod accepturi ſumus*. Quibus proprius accedere viſa eſt lectio Mſ. Jol.

m Colon. vet. edit. *quod aufertur*.

n Mſ. Jol. *vivi*. Quod verbum eſt in Auguſtino: etſi quidam codices etiam ibi habeant, *vinci*.

o Colon. vet. edit. *& fidelis, fine temporalis mali, tranſit*.

p Edit. Duac. & ſeq. in margine ſcriptum habent, *majus eſt*, & poſt pauca. Mſ. Jol. *ſed impletur*.

q Colon. vet. edit. *ut diligatis invicem*.

r Hactenus editi; De *flagello* Mſ. Jol. De *flagellis Dei*, priori Colon. vet. addidit etiam vocem *Dei*.

ſ Mſ. Remig. *eligit*. Mſ. Jol *non eligit*. Idemque in ora libri ſcriptum legere eſt in Lugd. & omnibus poſterius excuſis, etiam in append. tom. 10. Auguſt.

t Mſſ. Remig. & Jol. *de gratia ejus*: omiſſa voce hac, *miſericordiæ*.

u Mſ. Jol. De *labore piorum*.

digna perpetitur, si obliti non sumus, quæ pertulerit Justus justorum, Sanctusque sanctorum; cujus passio omnes superat passiones: quia cum auctore universitatis nulla cujusquam est comparatio creaturæ.

CCLXXVII. *alias* CCLXXVI.

[a] *De originali peccato.*

Ex lib. 1. operis imperf. n. 3. Miseria generis humani, cujus nullum hominum ab exortu usque ad obitum videmus alienum, non pertineret ad [b] justum Omnipotentis judicium, si non esset originale peccatum.

CCLXXVIII. *alias* CCLXXVII.

[c] *De providentia Dei operantis.*

Ex lib. 4. de Gen. ad lit. cap. 12 Creatoris [d] omnitenentis omnipotentia, causa est subsistendi omni creaturæ: quæ virtus, si ab eis quæ condidit regendis aliquando cessaret, simul omnium rerum species & natura concideret. Proinde quod Dominus ait, *Pater meus usque nunc operatur*, continuationem quamdam operis ejus, [e] qua simul omnia continet atque administrat, ostendit. In quo opere etiam sapientia ejus perseverat, de qua dicitur, *Pertingit a fine usque in finem fortiter, & disponit omnia suaviter.* [f] Idem etiam Apostolus sentit, cum Athenienſibus [g] Deum prædicans ait, *In quo vivimus, & movemur, & sumus.* Qui si opus suum rebus creatis subtraheret; nec vivere, nec moveri, nec esse possemus. Et ideo sic Deus intelligendus est requievisse ab omnibus operibus suis, [h] ut jam nullam naturam conderet, non ut conditas continere, & gubernare cessaret.

CCLXXIX. *alias* CCLXXVIII.

[i] *De observatione sabbati.*

Ibid. c. 13. Observatione sabbati, quæ vacatione unius diei figurabatur, ablata, perpetuum sabbatum observat, qui spe futuræ quietis sanctis est operibus intentus; nec [k] in ipsis bonis actibus suis quasi de propriis, [l] & de his quæ non acceperit, gloriatur; illum in se operari cognoscens, qui simul operatur & quietus est.

CCLXXX. *alias* CCLXXIX.

De requie Dei.

Requies Dei recte intelligentibus ea est, [m] qua nullius indiget bono. Et ideo [n] certa etiam requies nobis in illo est, quia [o] nos beatificamur bono quod ipse est, non ipse bono quod nos sumus. Nam & nos aliquid bonum ab ipso sumus, qui fecit omnia bona valde, in quibus fecit & nos. Porro alia res bona præter ipsum nulla est, quam ipse non fecit: ac per hoc [p] nullo bono alieno eget, qui bono quod fecit non eget. *Ibid. c. 16.*

CCLXXXI. *alias* CCLXXX.

[q] *De initio temporum.*

[r] Factæ creaturæ motibus cœperunt currere tempora. Unde ante creaturam fruſtra tempora requiruntur, quasi possint inveniri ante tempora tempora. Motus enim si nullus esset vel spiritalis vel corporalis creaturæ, quo per præsens præteritis futura succederent, [s] tempus nullum omnino esset. Moveri autem creatura non utique posset, si non esset. Potius ergo tempus a creatura, quam creatura cœpit a tempore. Utrumque autem ex Deo. *Ex ipso enim, & in ipso sunt omnia.* *Ex lib. 5. de Gen. ad lit. cap. 5.* *Rom. 11. 36*

CCLXXXII. *alias* CCLXXXI.

[t] *Quod abjectissima etiam divina providentia regit.*

Cum Salvator dicit, unum passerem non cadere in terram sine voluntate Dei, & quod fœnum agri, [u] post paululum mittendum in clibanum, ipse tamen formet, ac vestiat: [x] nonne confirmat, non [y] totam istam mundi partem rebus mortalibus & corruptibilibus deputatam; verum etiam vilissimas ejus abjectissimasque particulas divina providentia regi; ne fortuitis perturbari motibus *Ibid. c. 21. & 22.* *Matt. 10. 29.* *Matt. 6. 30.*

Vu 2 ea,

a Mſ. Jol. *De miseria generis humani.*

b Mſ. Remig. *ad justum Dei omnipotentis.*

c Mſ. Remig. *De omnipotentia Creatoris.*

d Pro hac voce, *omnitenentis*, *hanc omnipotentis*, in margine notant Edit. Duac. & Colon. cum recentioribus, at utramque usurpaverat Augusſ. loco illo. *Creatoris namque potentia & omnipotentis atque omnitenentis virtus.*

e Mſ. Jol. *quo simul . . . . usque ad finem.*

f Mſ. Remig. & Jol. *Idque etiam.* Augusſ. *Et illud.*

g Mſ. Jol. addit, *Deum*, quæ vox habetur etiam in libro Augusſ.

h Mſ. Jol. *nullam naturam conderet.* Sic in Augustini opere legitur, *novam naturam ulterius nullam conderet.* Alii codices nostri, *ut jam nullam novam conderet creaturam.*

i Ita Mſ. Jol. Alii libri, *De vero sabbato.*

k Mſ. Jol. addit præpoſit. *in*, cum Augustini libro.

l Mſ. Remig. *& eis quæ.*

m Emendamus ex Mſ. Jol. qui concinit loco Augustini citato. Alii codices nostri, *qua.*

n Mſ. Jol. addit *etiam*, item Mſ. Remig. qui ita habet, *& ideo certa etiam bonis illo est quia nos beatificamur.* Colon. vet. *in Deo est*, ubi alii, *in illo est.*

o Mſſ. Remig. & Jol. cum Augusſ. addunt, *nos.* Idem Jol. & Aug. poſtea, *non ipse bono*, quo loco alii codices nostri, *non ipse eo.*

p Mſ. Jol. *nullo alieno.*

q Mſ. Jol. *De cursu temporum.*

r Colon. vet. edit. *Facta creatura, motibus.* Mſ. Jol. omittit *Factæ*, & incipit, *Creaturæ motibus.* Idemque iterum habet *tempora.* ut & Augusſ. Ceteris semel habentibus.

s Mſ. Jol. *tempus ullum omnino non esset.*

t Alias editi, *omnia Dei arbitrio regi.* Mſ. Jol. *Quod abjectissima etiam divina providentia regit.*

u Sic Mſ. Jol. sicut legitur in libro Augustini, Ceteri, *quod post paululum mittendum est.*

x Colon. vet. edit. *sic confirmat.*

y Mſſ. Remig. & Jol. suppleni vocem, *totam*, qua carebant editiones Prosperianæ, quæ tamen legitur in loco Augustini citato.

ea, quorum cauſſas comprehendere non poſſumus, æſtimemus?

CCLXXXIII. *alias* CCLXXXII.

a [a] *Animam rationalem in ſpiritalia erigi debere.*

Ex lib. 6. de Gen. ad lit. c. 12. Anima rationalis in ea debet erigi, quæ [b] in ſpiritalium natura maxime excellunt: ut quæ ſurſum ſunt [c] ſapiat, non quæ ſuper terram.

CCLXXXIV. *alias* CCLXXXIII.

d [d] *Quod in miraculis nihil fiat contra naturam.*

Ibid. c. 13. Naturarum conditor Deus nihil in miraculis contra naturam facit, nec quod novum eſt [e] conſuetudini, repugnans eſt rationi. Nobis ergo videntur [f] contra naturam inſolita, quibus aliter naturæ curſus innotuit; non autem Deo, cui [g] hoc eſt natura quod fecerit.

CCLXXXV. *alias* CCLXXXIV.

De incommutabili ratione operum Dei.

Ex lib. 7. de Geneſi ad lit. c. 12 & 20. [h] Omne corpus in omne corpus poſſe mutari credibile eſt: quodlibet autem corpus in animam rationalem poſſe converti, credere abſurdum eſt. Quoniam Deus ſic eſt omnipotens, ut numquam ſuæ rationis inſtituta convellat.

CCLXXXVI. *alias omittebatur.*

i [i] *Quod naturale ſit nobis velle vivere, non autem male vivere.*

Ex lib. 7. de Gen. ad litt. in c. 27. Naturale nobis eſt velle vivere, male autem vivere, jam non eſt naturæ, ſed perverſæ voluntatis, quam juſte pœna conſequitur.

CCLXXXVII. *alias* CCLXXXV.

k [k] *Qualiter homo præſentia Dei illuminetur.*

Ex lib. 8. de Gen. ad lit. c. 12. Sicut aer ex præſente lumine non factus eſt lucidus, ſed fit; quia ſi factus eſſet, non autem fieret, etiam abſente lumine, lucidus permaneret: ſic homo, Deo præſente illuminatur, abſente autem [l] continuo tenebratur: a quo non locorum intervallis, ſed voluntatis averſione diſceditur.

CCLXXXVIII. *alias* CCLXXXVI.

m [m] *Deo obediendum.*

Ibid. c. 13. Magna eſt utilitas hominis, jubenti Deo, etiam incognita juſſionis ratione, ſervire. Jubendo enim Deus utile facit, quidquid jubere voluerit: de quo metuendum non eſt, ne non profutura præcipiat: nec fieri poteſt, ut voluntas propria non grandi ruinæ pondere ſuper hominem cadat, ſi eam voluntati ſuperioris extollendo præponat.

CCLXXXIX. *alias* CCLXXXVII.

De excellentia humanæ naturæ.

Ibid. c. 14. Quam excellens bonum ſit natura humana, hoc maxime apparet, quod datum ipſi ſit ut poſſit ſummi & incommutabilis boni adhærere naturæ. Quod ſi noluerit, bono ſe privat, & hoc ei malum eſt: unde per juſtitiam Dei etiam cruciatus conſequitur. Quid enim tam iniquum, quam ut bene ſit deſertori boni? Aliquando autem amiſſi ſuperioris boni non ſentitur malum, dum habetur quod amatum eſt inferius bonum. Sed divina juſtitia eſt, ut qui voluntate [n] amiſit quod amare debuit, amittat cum dolore quod amavit, & naturarum Creator ubique laudetur. Adhuc enim bonum eſt, quod dolet amiſſum bonum. Nam niſi aliquod bonum remanſiſſet in natura, nullius amiſſi boni dolor eſſet [o] in pœna.

CCXC. *alias* CCLXXXVIII.

[p] *De poteſtate nocendi.*

Ex lib. 11. de Gen. ad lit. c. 4. 3. Nocendi cupiditas poteſt eſſe a ſuo cuique animo prava: *Non eſt* autem *poteſtas niſi a Deo*, [q] & hoc abdita, altaque ejus juſtitia; *quoniam non eſt iniquitas apud Deum.*

CCXCI. *alias* CCLXXXIX.

[r] *Quantum & quale bonum ſit Deus.*

Ibid. c. 5. Quantum & quale bonum ſit Deus, etiam ex hoc evidenter oſtenditur, quod nulli ab eo recedenti bene eſt: quia & qui gaudent in mortiferis voluptatibus,

a Sic Mſſ. Jol. qui tamen habet, *in ſpiritalibus*. Alii codices, *De anima rationali*.

b In libro Auguſt. *in ſpiritalibus natura maxime excellunt*.

c Editi noſtri omnes, *ſapiant*. Mſſ. Remig. & Jol. poſt Auguſtinum, *ſapiat*. Colon. vet. edit. *in ea debet regi (f. erigi) quæ ſpiritalium naturam maxime excellunt, & qua ſurſum ſunt ſapiunt*.

d Sic Mſ. Jol. Alii, *De miraculis naturalibus*.

e Mſ. Jol. cum Colon. vet. edit. *conſuetudini*. Alii, *conſuetudine*.

f Mſ. Jol. *contraria videntur inſolita*.

g Mſſ. Remig. & Jol. *hoc eſt in natura quod ipſe fecit*. Colon. vet. edit. *cum hoc eſt natura quod ipſe fecerit*.

h Mſſ. Jol. *Omne corpus in aliud, in animam vero numquam mutari poſſe*. Colon. vet. *De incommutabili mutatione animæ in corpus*.

i In Mſſ. Remig. & Jol. poſt ſententiam 285, alias 284. præcedente, titulus eſt. *Quod naturale ſit nobis velle vivere*. Cui ſubjicitur ſententia hæc: *Naturale nobis eſt velle vivere, male autem vivere jam non eſt naturæ ſed perverſæ voluntatis, quam juſte pœna conſequitur*, quæ decerpitur ex libro ſeptimo de Geneſi ad litteram cap. 27. Aberat vero ab omnibus editionibus.

k Ita Mſ. Jol. Alii, *De merito*, ut Colon. vet. aut, *De merito voluntatis*, ut reliqui.

l Vox hæc *continuo* additur hic a Mſ. Remig. & habetur in Auguſtini loco, hic citato in margine.

m Mſ. Jol. *De utilitate ſerviendi Deo*. Colon. vet. edit. *De utilitate hominis obedientis Deo in incognitis*.

n Mſ. Jol. *dimiſit . . . laudatur*.

o Mſ. Remig. Lugdun. & poſteriores editiones, *in pœnam*. Mſ. Colb. & Jol. Edit. vet. Col. & Append. tom. 10. Aug. *in pœna*: immo & locus ipſe libri citati in margine.

p Mſ. Jol. *De cupiditate & poteſtate nocendi*.

q Sic poſt Auguſtinum. Mſ. Jol. Mſ. Remig. cum Colon. vet. edit. *& hæc abdita altaque* (Colon. *ejus*) *juſtitia*. Alii codices, *& hæc abdita altaque ejus judicia*.

r Mſ. Jol. & Colon. vet. edit. addunt, *Quantum &* aliis libris.

bus, sine doloris timore esse non possunt; & qui omnino malum desertionis suæ majore superbiæ stupore non sentiunt, aliis qui hæc discernere noverunt, [a] quanta miseria premantur, apparet: ut si nolint recipere medicinam talia devitandi, valeant ad exemplum, [b] quo possunt talia devitari.

CCXCII. *alias* CCXC.

[c] *Quod nulla creatura mala sit in natura.*

Ibid. c. 7. Sicut vera ratio docet meliorem esse creaturam, quam prorsus nihil delectat illicitum: ita eadem ratio docet, etiam illam bonam esse, quæ in potestate habet illicitam delectationem ita cohibere, ut non solum de ceteris licitis, rectèque factis, verum etiam de ipsius pravæ delectationis [d] cohibitione lætetur.

CCXCIII. *alias* CCXCI.

[e] *De magnis operibus Domini.*

Ibid. c. 11. *Magna opera Domini exquisita in omnes voluntates ejus.* Prævidet bonos futuros, & creat: prævidet futuros malos, & creat: seipsum ad fruendum præbens bonis, multa munerum suorum largiens etiam malis; [f] misericorditer ignoscens, juste ulciscens; itemque misericorditer ulciscens, juste ignoscens; nihil metuens de cujusquam malitia; nihil indigens de operibus bonorum, & bonis consulens etiam de pœnis malorum.

CCXCIV. *alias* CCXCII.

De superbia [g] *& invidentia.*

Ibid. c. 14. Cum superbia sit amor excellentiæ propriæ, invidentia vero sit odium felicitatis alienæ; quid unde nascatur in promptu est. Amando enim quisque excellentiam suam; vel paribus invidet, quod ei coæquentur, vel inferioribus, ne sibi coæquentur, vel superioribus, quod eis non coæquetur. Superbiendo igitur quisque invidus, non invidendo superbus est.

CCXCV. *alias* CCXCIII.

[h] *Qualiter plenitudo divinitatis habitet in Christo corporaliter.*

Ex lib. 12 de Gen. ad lit. c. 7. Plenitudo divinitatis in Christo dicta est corporaliter habitare, non quia divinitas corpus est, sed quia sacramenta veteris Testamenti appellantur [i] umbræ futuri, propter umbrarum comparationem corporaliter dicta est in Christo plenitudo divinitatis habitare, quod in illo impleantur omnia quæ [k] in illis umbris figurata sunt, ac sic quodammodo umbrarum præcedentium ipse sit corpus, hoc est figurarum & significationum illarum [l] ipse sit veritas.

CCXCVI. *alias* CCXIV.

[m] *De vitiis expugnandis.*

Ex libro 1. operis imperfecti contra Julianum n. 70. Actio in hac vita pia est, Deum colere, [n] & ejus gratia contra vitia interna pugnare, eisque usque ad illicita instigantibus [o] cogentibusve non cedere; & ubi ceditur, indulgentiam, atque ut non cedatur, adjutorium Dei, affectu religiosæ pietatis exposcere. In paradiso autem, si nemo peccasset, non esset actio pietatis expugnare vitia: quia felicitatis esset permansio vitia non habere.

CCXCVII. *alias* CCXCV.

De fortitudine gentilium & Christianorum.

Ibid. n. 83. & est can. 18. Arausic. concilii. Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem autem Christianorum Dei charitas facit; quæ diffusa est in cordibus nostris, non per voluntatis arbitrium, quod est a nobis, sed per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.

CCXCVIII. *alias* CCXCVI.

[p] *Quod nullum malum sit, nisi in aliquo bono.*

Ibid. n. 114 Non potest esse ullum malum, nisi in aliquo bono: quia non potest esse nisi in aliqua natura: omnis autem natura, [q] in quantum natura est, bonum est.

CCXCIX.

a Colon. vet. edit. *quanta sit miseria.*

b Ita conformiter Augustino editio Append. tom. 10. ejusdem. Mss. Remig. & Jol. *quo possint caveri.* Editi alii omnes, post vocem hanc *medicinam*, *talia devitandi valeant ad exemplum quæ possunt habere.*

c Ms. Jol. *Quod creatura alia bona, alia melior.*

d Mss. Remig. & Jol. post August. *cohibitione*, cum superius dictum sit, *cohibere.* Alii omnes, *coercitione.*

e Ms. Jol. *Quod opera Domini exquisita sint in omnes voluntates ejus.*

f Ms. Remig. *etiam misericorditer*, & infra, *etiam de bonis malorum.* Colon. vet. edit. *seipsum ad fruendum præbet bonis, multa bonorum suorum largiens . . . consulens autem bonis.*

g Ms. Jol. & Colon. vet. addunt, *& invidientia* aut *invidia.*

h Ita ex Ms. Jol. sic habente, *Qualiter divinitas habitet in Christo corporaliter*, & aliorum librorum titulo, *De plenitudine divinitatis in Christo.*

i Ms. Remig. *umbra futuri.*

k Ms. Jol. & Colon. vet. edit. *in illis umbris*, Alii libri nostri carent præpositione *in*, quæ tamen habetur in August.

l Edit. Colon. recentior, cum ea posterioribus, *ipsa sit veritas.*

m Ms. Jol. *De pietate actionis in hac vita.*

n Ms. Remig. omittit hic præpositionem, *in*, quæ legitur in aliis codicibus Prosperi, & in append. tom. 10. Aug. non vero in libro in margine citato.

o Colon. vet. edit. *cogitationibus.*

p Ita Ms. Jol. In aliis, *vitium nisi in aliquo bono esse non potest.*

q Ita ex Augustini libro Mss. Remig. & Jol. Alii omnes, *in quantum natura, bona est.*

CCXCIX. *alias* CCXCVII.

a *Nullis meritis gratiam præveniri.*

*Ibi.n.*133. *eſque ca-non.* 18. *Arauſ.* 2. *Concilii.* Debetur merces bonis operibus, ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit ut fiant.

CCC. *alias* CCXCVIII.

De circumciſione & baptiſmo.

Ex lib. 2. *aperis imperfecti n.* 73. Circumciſio carnis lege præcepta eſt; quia non poſſet melius ſignificari, per Chriſtum regenerationis auctorem tolli originale peccatum. Cum præputio quippe omnis homo naſcitur, quemadmodum cum originali peccato. Et octavo die lex circumcidi carnem præcepit; quia Chriſtus die Dominico reſurrexit, qui poſt ſeptimum ſabbati octavus eſt. Et circumciſus præputiatum gignit, trajiciens in illum, quo ipſe jam caruit; ſicut baptizatus in filium quem generat carne, reatum tamen trajicit originis, b a quo ipſe jam liber eſt.

CCCI. *alias* CCXCIX.

c *De primo & ſecundo homine.*

*Ibi.n.*163. Primus homo Adam ſic olim defunctus eſt, ut tamen poſt illum ſecundus homo ſit Chriſtus, cum tot hominum millia inter illum & hunc orta ſint: & ideo manifeſtum eſt, ad illum pertinere omnem, qui ex illa ſucceſſione d propaginis naſcitur; ſicut ad iſtum pertinet omnis, qui e in illo gratiæ largitate renaſcitur. Unde fit ut totum genus humanum quodam modo ſint homines duo, primus & ſecundus.

CCCII. *alias* CCC.

De judiciis Dei.

Ex lib. 3. *operis imperfecti n.* 24. Nullo modo judiciis hominum comparanda ſunt judicia Dei: quem non dubitandum eſt eſſe juſtum, etiam quando facit quod hominibus videtur injuſtum.

CCCIII. *alias* CCCI.

f *De nativitate juſtorum.*

*Ibid.n.*51. Juſtus ex Deo, g non ex hominibus naſcitur: quoniam renaſcendo, non naſcendo fit juſtus. Unde etiam h regenerati filii Dei vocantur. h

CCCIV. *alias* CCCII.

De naturæ humanæ qualitate.

*Ibi.n.*206. Natura humana etſi mala eſt, quia vitiata eſt; non tamen malum eſt, quia natura eſt. Nulla enim natura, in quantum natura eſt, malum eſt: ſed prorſus bonum, ſine quo bono ullum eſſe non poteſt i malum: quia niſi in aliqua natura ullum eſſe non poteſt vitium; quamvis ſine vitio poſſit eſſe vel numquam vitiata, vel ſanata natura. i

CCCV. *alias* CCCIII.

De morte peccatorum.

Ex lib. 4. *oper. imperfecti n.* 32. Juſtum Dei judicium eſt, ut peccato ſuo quiſque pereat, cum peccatum Deus non faciat: ſicut mortem non fecit, & tamen quem mortem dignum k cenſet, occidit. l Unde legitur, *Deus mortem non fecit*: & legitur, *Mors & vita a Deo eſt*. Quæ duo inter ſe non eſſe contraria profecto videt, quiſquis ab operibus divinis judicia divina diſcernit: quia aliud eſt creando non inſtituiſſe mortalem, aliud judicando plectere peccatorem. k l

CCCVI. *alias* CCCIV.

De pœna peccati.

*Ibid.n.*67. Deus quidem mundum fecit, & corpora prorſus omnia. Sed ut corpus corruptibile aggravet animam, & caro concupiſcat adverſus ſpiritum, non eſt præcedens natura hominis inſtituti, ſed conſequens m pœna damnati. *Sap.*9.15. m

CCCVII. *alias* CCCV.

n *De bona inſtitutione hominis.* n

*Ibi.n.*115. Quantislibet vitiis turpetur quæcumque natura, inſtitutio ejus ſemper eſt bona. Nam ſicut inſtitutio corporis bona eſt, etiam quando naſcitur o morbidus, & inſtitutio animi bona eſt, etiam quando naſcitur fatuus; ſic inſtitutio ipſius hominis bona eſt, quando naſcitur p peccati originalis obnoxius. o p

a Mſ. Jol. *De mercede & gloria bonorum operum.*

b Apud Auguſt. *quo abſolutus eſt ipſe.*

c Sic Mſ. Jol. Alii, *De Adam primo & ſecundo.*

d Mſſ. Remig. & Jol. *propaginis*. In Aug. *qui ex illo ſucceſſione propaginis:* & ſi alias *ex illa*, legeretur. Editi Proſperiani, *ex illa ſucceſſione propagatus.*

e Mſ. Remig. *gratia largiente.*

f Mſ. Jol. *De regeneratione.*

g Mſ. Jol. *non ex homine.* Sic quoque in libro Aug. citato in margine.

h Ita mutamus auctoritate Mſſ. Remig. & Jol. pro *renati*, quod habetur in Editis noſtris: quamquam & hi, a Lovanienſi, margini inſcripſerint, *Alias regenerati.*

i Hæc verba, *malum: quia niſi in aliqua natura ullum eſſe non poteſt vitium*, ſupplemus ex Mſ Remig. & textu Auguſtini, licet exciderint a ceteris codicibus noſtris. Mſ. Jol. habet tantum, *nullum poteſt eſſe vitium.*

k Ita Mſ. Jol. poſt Auguſt. librum. Alii codices noſtri, *ſenſit.*

l Hæc verba, *Deus mortem non fecit, & legitur*, addimus auctoritate Mſſ. Remig. & Jol. qui plenius locum Auguſtini citatum exhibent.

m Ita Mſ. Jol. juxta textum Auguſtini, & app. to. 10. ejuſd. Alii codices noſtri cum in textu ponant, *pœna peccati*, in margine indicant vocem, *damnati.*

n Sic Mſ. Jol. ceteri codices. *De opere in quacumque natura.*

o Duac. & Col. & recentiores habent *morbidum*. Cum tamen & Auguſtini locus tam in Opere imperf. quam in ſententiis, & alii codices noſtri habeant *morbidus*. Sic etiam ſcribi debere putavimus, cum ſane ſubintelligi facile cenſeatur *homo*, qui talis naſcatur: immo poſt aliquot lineas expreſſe habeatur: ubi Mſ. Jol. omittit, vocem, *ipſius* ante hanc, *hominis.*

p Auguſt. habet, *contagioni peccati originalis.*

CCCVIII. *alias* CCCVI.

a [a] *De abolitione peccati.*

Ibi. n. 132. Sicut quidam parentes aggravant originale peccatum, ita quidam relevant: sed nullus tollit, nisi ille, de quo dictum est, *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*; cui nullum bonum hominis impossibile, nullum malum est insanabile.

CCCIX. *alias* CCCVII.

b [b] *De gratia Dei.*

Ex epist. Aug. 186. ad Paulinum c. 6. n. 16. V. inf. app. p. 194 Non ad merita hominum, sed ad Dei misericordiam pertinet, cum ex illa massa primi hominis, cui merito mors debetur, quisque liberatur. Non est enim iniquitas apud Deum: quia neque remittendo, neque exigendo quod debetur, injustus est; & ibi gratuita est indulgentia, ubi justa posset esse vindicta.

CCCX. *alias* CCCVIII.

Neminem, nisi Deo miserante, salvari.

Ibid. c. 11. n. 37. est. que Arausc. concilii 2. can. 19. Natura humana, etiamsi in illa integritate, in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine Dei gratia salutem c non possit custodire quam accepit; quomodo sine Dei gratia poterit recuperare quam perdidit?

CCCXI. *alias* CCCIX.

d [d] *Nihil excusationis competere peccatori.*

Ex ep. 194 ad Sixtum c. 9. n 27. Vide inf. app. p. 198 Inexcusabilis est omnis peccator vel reatu originis, vel additamento etiam propriæ voluntatis: sive qui novit, sive qui ignorat, sive qui judicat, sive qui non judicat. Quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est; in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo c in utrisque non est excusatio, sed justa damnatio.

CCCXII. *alias* CCCX.

De his qui Spiritu Dei aguntur.

f *Ex lib. de gestis Pelag. c. 3.* [f] Plus est procul dubio agi, quam regi. Qui enim regitur, aliquid agit; & ideo regitur, ut recte agat: qui autem agitur, agere ipse aliquid vix intelligitur. Et tamen tantum præstat voluntatibus nostris gratia Salvatoris, ut non dubitet Apostolus dicere, *Quotquot Spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt.* Nec aliquid in nobis libera voluntas melius agere potest, quam ut illi se commendet, qui mala agere non potest.

a Mſ. Jol. *Quod parentes aggravant & relevant originale peccatum.*

b Mſ. Jol. *De misericordia Dei.*

c Mſ. Remig. *non posſit*: ut in August. Epiſt. Alii, *non posset.*

d Mſ. Jol. *Quod inexcusabilis est omnis peccator.*

e Mſ. Remig. *in utrumque.*

f Mſ. Jol. *Quod plus sit agi, quam regi.*

g Sic Mſ. Jol. ceteri, *De resurrectione.*

h Mſ. Jol. *De bonis quæ facit Deus in homine.*

CCCXIII. *alias* CCCXI.

g [g] *Quid sit liberari a corpore mortis hujus.*

Ex lib. 1. contra duas epist. Pelag. c. 11 Liberari a corpore mortis hujus, omni sanato languore concupiscentiæ carnis, est non ad pœnam corpus recipere, sed ad gloriam.

CCCXIV. *alias* CCCXII.

h [h] *Nihil hominem posse sine Deo.*

Ex lib. 2. contra 2. ep. Pelag. c. 8. & est canon. 20. Arausc. 2. conc. Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo, quæ non Deus facit ut faciat homo.

CCCXV. *alias* CCCXIII.

De vera justitia.

Ex lib. 3. cont. duas ep. Pelag. cap. 7. Justitia secundum quam justus ex fide vivit, quoniam per spiritum gratiæ homini ex Deo est, vera justitia est: quæ licet non immerito in aliquibus justis pro hujus vitæ capacitate perfecta dicatur; parva tamen est ad illam magnam, quam capit æqualitas Angelorum: i quam qui nondum habebat, & propter illam quæ jam inerat, perfectum; & propter istam, quæ adhuc deerat, imperfectum se esse dicebat. Sed plane minor ista justitia k facit meritum, major illa facit præmium. Unde qui istam non sequitur, illam non assequitur.

i

k

CCCXVI. *alias* CCCXIV.

l [l] *Quod Christus solus sine peccato subiit pœnam peccati.*

Ex lib. 4. contra duas epist. Pelag. c. 4. & est canon. 2. secundi concil. Arausc. De uno solo mediatore Dei & hominum homine Christo Jesu fides catholica novit, quod pro nobis mortem, id est, peccati pœnam sine peccato subire dignatus est. Sicut enim solus ideo factus est hominis filius, ut nos per illum Dei filii fieremus: ita solus suscepit sine malis meritis pœnam, sicut nos per illum sine m bonis meritis gratiam. Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Commendans ergo dilectionem suam in eos, quibus daturus erat indebitam vitam, pati pro eis voluit indebitam mortem.

m

CCCXVII. *alias* CCCXV.

n [n] *Quod gratia non sit ex natura.*

Ex lib. de gratia & libero arb. c. 13. & est canon. 21. concil. Arausc. 2. Gal. 2. 21. Sicut eis qui volentes in lege justificari, a gratia exciderunt, verissime dicit Apostolus, *Si ex lege justitia est, ergo Christus gratis mortuus est*: sic eis qui gratiam, quam commendat & percipit fides

i Colon. vet. editio, *quam Paulus qui nondum habebat.*

k Mſ. Remig. *fecit meritum . . . . fit præmium.*

l Ita Mſ. Jol. Ceteri, *De mortalitate Christi secundum carnem.*

m Hæc vox *bonis* aberat a Lovan. Duac. & Colon. recent. Restituitur auctoritate Mſ. Remig. & Jol. ac edit. Colon. vet. & Lugd. conformiter textui Augustini.

n Sic Mſ. Jol. Alii, *De natura & gratia.*

fides Christi, putant esse naturam, verissime dicitur, Si per naturam justitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Jam hic enim erat lex, & non justificabat: jam hic erat & natura, & non justificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est: ut & lex per illum impleretur, qui dixit, *Non veni solvere legem, sed implere*; & natura per Adam perdita, per illum repararetur, qui dixit, venisse se quærere & salvare quod perierat. *Matt.* 5. 17. *Luc.* 19. 3.

CCCXVIII. *alias* CCCXVI.

[a] *De misericordia & judicio.*

[a] Posse habere fidem, sicut posse habere charitatem, naturæ est hominum: habere autem fidem, [b] quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium. Sed cum voluntas credendi aliis [c] præparetur, aliis non præparetur a Domino, discernendum est quid veniat de misericordia ejus, quid de judicio. *Universæ* enim *viæ Domini misericordia & veritas. Investigabiles* [d] autem *sunt viæ ipsius.* [e] Investigabiles igitur sunt, misericordia, qua gratis liberat, & veritas qua juste judicat. *Ex lib. 1. de prædest. sanctorum c. 5.* *Ex cap. 6.* *Ps.* 24. 10. *Rom.* 11. 33.

CCCXIX. *alias* CCCXVII.

[f] *De erigendis lapsis.*

Nemo erigit [g] quemquam ad id in quo ipse est, nisi aliquantum ad id in quo est ille descendat. *Ex ep. 11. ad Nebridium n. 4.*

CCCXX. *alias* CCCXVIII.

De contemnenda mundi gloria.

Quas vires nocendi habeat humanæ gloriæ amor, non sentit, nisi qui ei bellum indixerit. Quia [h] si cuiquam facile est laudem non cupere, dum negatur; difficile est ea non delectari, cum offertur. *Ex ep. 22. ad Aurel. n. 8.*

CCCXXI. *alias* CCCXIX.

[i] *De temporalibus bonis relinquendis.*

Omnes mundi opes contemnit, qui non solum quantum potuit, sed etiam quantum voluit habere contemnit. In quo cavendum est ne surrepat elatio. Utilius enim terrena opulentia humiliter tenetur, quam superbe relinquitur. *Ex ep. 31. ad Paulinum n. 5.*

a Mss. Jol. *De fide.*

b Mss. Remig. & Jol. & Colon. vet. *sicut habere charitatem.* Idem Remig. codex, *gratia est fidelium.*

c Mss. Jol. *præparatur . . . . præparatur.*

d Mss. Remig. *investigabiles enim.*

e Mss. Remig. & Colon. vet. *Investigabilis*: eadem Colon. edit. *quæ gratis liberat, & veritas quæ.*

f Sic Mss. Jol. Alii, *De auxiliando.*

g Mss. Jol. post Augustini epistolam citatam hic in margine, *quemquam.* Prosperi codices alii *quidquam.*

h Edit. vet. Colon. cum August. epist. citata. *Si quiquam.* Alii codices nostri, *etsi cuiquam.*

i Mss. Jol. *De contemptu mundi.*

k Mss. Jol. *ostendit peccatum*: & statim Mss. Remig. *non tulit.*

CCCXXII. *alias* CCCXX.

De cohibenda ira.

Nulli irascenti ira sua videtur injusta. Unde ab omni indignatione cito redeundum est ad mansuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in ejus odium transit, cui non celeriter ignoscitur. *V. epist. 32. ad Prosperum n. 2. infra app. p. 249*

CCCXXIII. *alias* CCCXXI.

De lege & gratia.

Qui dedit legem, ipse dedit & gratiam: sed legem per servum misit, cum gratia ipse descendit: ut quia lex [k] ostendit peccata, non tollit; volentes legem suis viribus exequi, nec valentes, cogantur ad gratiam, quæ & impossibilitatis morbum, & inobedientiæ aufert reatum. *Ex Tract. 3. in Joan. Evang. n. 2.*

CCCXXIV. *alias* CCCXXII.

De sabbato.

Verum sabbatum Christianus observat, abstinens [l] se ab opere servili, id est, a peccato: quoniam *qui facit peccatum, servus est peccati.* *Ibid. n. 19.* *Joan. 8. 34.*

CCCXXV. *alias* CCCXXIII.

[m] *De his quæ hominum propria sunt.*

Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. Si quid autem habet homo veritatis atque justitiæ, ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo; ut ex eo quasi quibusdam guttis irrorati, non deficiamus in via. *Ex Tract. 5. in Joan. n. 1. estque 22. canon. concilii Arausic. secundi.*

CCCXXVI. *alias* CCCXXIV.

[n] *De inseparabili opere Patris & Filii.*

Quod Pater cum Christo facit, Christus facit: & quod Christus cum Patre facit, Pater facit: [o] nec seorsum aliquid agit inseparabilis charitas, majestas, potestas: sicut ipse Dominus dicit, *Ego & Pater unum sumus.* *Ibidem.* *Joan.* 10. 30.

CCCXXVII. *alias* CCCXXV.

[p] *Cui profit baptismi sacramentum.*

Regenerationis gratiam ita etiam hi non minuunt, qui ejus dona non servant, sicut lucis nitorem loca immunda non polluunt. Qui ergo gaudes baptismi perceptione, vive in novi hominis sanctitate; [q] & tenens fidem quæ per dilectionem operatur, [r] habe bonum quod nondum habes, ut prosit tibi bonum quod habes. *V. ibid. n. 25. infra app. p. 249 & Tract. 6. n. 16. Galat. 5. 5*

CCCXXVIII.

l Colon. vet. editio juxta locum August. addit, *se*, quo carent alii codices nostri.

m Mss. Jol. *A nobis peccatum, a Deo habere justitiam.*

n Mss. Jol. *De operatione Patris & Filii.*

o Editio Colon. vet. hic inserit, *nec seorsum facit*, omittitque postea, *majestas, potestas*, quæ sunt aliorum librorum & Augustini.

p Mss. Jol. *De regenerationis gratia.*

q Mss. Remig. *Ne fidem quæ per dilectionem operatur male vivendo amittas, habe.* Mss. Jol. post, *sanctitate*, omissa particula *&*, *tenens &c.*

r Duac. & Colon. cum recentioribus in margine indicant, *ave.*

CCCXXVIII. *alias* CCCXXVI.

a [a] *Quomodo Christus sit veritas.*

b Sic est veritas Christus, ut [b] totum verum accipiatur in Christo: verum Verbum Dei, Deus æqualis Patri; vera anima, vera caro, verus homo, verus Deus vera nativitas, vera passio, vera mors, vera resurrectio. Si aliquid horum dixeris falsum, intrat putredo, de veneno serpentis nascuntur vermes mendaciorum, & nihil integrum remanebit: quia ubi fuerit c [c] falsi alicujus corruptio, ibi veritatis integritas non erit.

Ex Tract. 1. in Joan. n. 5.

CCCXXIX. *alias* CCCXXVII.

De charitate.

d [d] Quanta est charitas? quæ si desit, frustra habentur cætera; si adsit, e [e] habentur omnia.

Ex Tract. 9. in Joan. n. 8.

CCCXXX. *alias* CCCXXVIII.

Quomodo Christus reliquerit patrem & matrem.

Reliquit Christus Patrem: quia *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est* f [f] *esse æqualis Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens.* g [g] Hoc est enim, Reliquit Patrem; non quia deseruit, & recessit a Patre; sed quia non in ea forma apparuit hominibus, in qua æqualis est Patri. Reliquit autem matrem, relinquendo synagogam Judæorum, de qua secundum carnem natus est; & inhærendo Ecclesiæ, quam ex omnibus gentibus congregavit.

Ibid. n. 10. Philip. 2. 6

CCCXXXI. *alias* CCCXXIX.

h [h] *De comparatione primi Adam & secundi.*

i [i] Dormit Adam, ut fiat Eva: moritur Christus, ut fiat Ecclesia. k [k] Dormienti Adæ, fit Eva de latere: mortuo Christo, lancea l [l] percutitur latus; ut profluant sacramenta, m [m] quibus formetur Ecclesia. Unde merito Apostolus ipsum Adam dicit formam futuri. Quia *sicut omnes in Adam moriuntur, ita & in Christo omnes* n [n] *vivificabuntur.*

Ibidem.

Rom 5. 14. 1. Cor. 15. 22.

CCCXXXII. *alias* CCCXXX.

o [o] *De Incarnatione Verbi.*

S. Prosperi.

Deus homo factus est: quid futurus est homo, propter quem Deus factus est homo?

CCCXXXIII. *alias* CCCXXXI.

De duabus nativitatibus hominum.

Ex Tract. 11. in Joan. n. 6.

Una est nativitas de terra, alia de cælo; una est de carne, alia de Spiritu; una est de æternitate, alia de mortalitate; una est de masculo & femina, alia de Deo & Ecclesia. Sed ipsæ duæ singulares sunt. Quomodo enim uterus non potest repeti, sic nec baptismus iterari.

CCCXXXIV. *alias* CCCXXXII.

De diversitate bonorum p [p] *in Deo.*

Ex Tract. 13. in Joan. n. 5.

q [q] Si visibilia attendas, nec panis est Deus, nec aqua est Deus, nec lux ista est Deus, nec vestis est Deus, nec domus r [r] est Deus: omnia enim hæc visibilia sunt, & singula sunt. Quod enim est panis, non hoc est aqua; & quod est vestis, non hoc est domus; & quod sunt ista, non hoc est Deus: visibilia enim sunt. Deus autem totum tibi est, quod recte desideras: & omnium bonorum varietas uno fonte s [s] profunditur. Quoniam cum sua tribuit, se ipsum sub diversis munerum suorum nominibus impertit.

CCCXXXV. *alias* CCCXXXIII.

t [t] *De anima & intellectu.*

V. Tract. 15. in Joan. n. 19. inf. app. p. 250

Anima carnalia appetens feminæ comparatur non habenti rectorem virum, qui est intellectus, cujus eam oportet sapientia gubernari: non quasi aliud sit quam anima; sed quia obtutus quidam u [u] occultus sit animæ. Sicut enim exteriores oculi x [x] quiddam sunt carnis; ita mens quiddam est y [y] animæ, quod in ea secundum participationem divinæ rationis excellit. Et tunc omnibus z [z] motibus suis bene præsidet, cum superna luce radiatur, ut sit in ea *lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

Joan. 1. 9.

CCCXXXVI. *alias* CCCXXXIV.

aa [aa] *De loco orationis.*

bb [bb] Qui supplicaturus Deo locum aptum & sanctum requiris, interiora tua munda,

a Ita Ms. Jol. ceteri, De *veritate*.
b Mss. Remig. *totum vere*.
c Ms. Remig. *falsi hujus*.
d Colon. vet. edit. *Tanta est charitas*.
e Hic Augustinus dicit, *recte habentur omnia*. Quæ vox, *recte* in Mss. Augustini omittitur.
f Ita Ms. Jol. cum Augustino hic loci. Reliqui nostri codices, *esse se æqualem*.
g Mss. Remig. & Jol. *Hoc est enim, relinquere*. Idem Jol. *aut recessit*.
h Ms. Jol. *Sicut de Adam Eva, ita de latere Christi fit Ecclesia*.
i Ms. Jol. *Dormivit Adam*.
k Ita Mss. Remig. & Jol. cum loco Augusti. in Joan. Evang. Alii omnes etiam append. tom. 10. *Dormiente Adam*.
l Ms. Jol. ut in loco Aug. citato, *percutitur*. Ceteri, *perforatur*.
m Ms. Jol. *quibus fiat Ecclesia*.
n Ms. Remig. *vivificantur*.
o Ms. Jol. *Quid fiet homo, pro quo Deus factus est homo*.
p Ms. Jol. *Quod Deus sit invisibilis*. Quod parum accedit ad sensum sententiæ, cui, *in Deo* addimus majoris perspicuitatis gratia.
q Edit. Colon. vet. *in visibilia adtendas*.
r Editi omnes, *domus ista*. Mss. Remig. & Jol. non habent pronomen, *ista*, nec locus Augusti. in Joan. Evang.
s Ms. Remig. *profluit*. Edit. Colon. vet. *perfunditur*.
t Ms. Jol. *De anima carnalia appetente*.
u Mss. Remig. & Jol. *oculusque sit animæ*.
x Ms. Remig. *quidam sunt carni*.
y Ms. Jol. *animæ, quod in ea*. Reliqui, *animi, quod in eo*.
z Edit. Colon. vet. *motibus ejus*.
aa Ms. Jol. *Quod in nobis sit orandum*.
bb Colon. vet. edit. *Quid supplicaturus . . . . requiris*.

da,

da, & omni inde mala cupiditate depulsa, præpara tibi in cordis tui pace secretum. Volens in templo orare, in te ora: & ita age semper, ut Dei templum sis. Ibi enim Deus exaudit, ubi habitat.

CCCXXXVII. *alias* CCCXXXV.

a [a] *De sensibus corporis, & judicio animi.*

V. Tract. 18 in Joan. n. 9. & 10. infra app. p. 250. Sensus corporis corporalia nuntiant cordi. [b] Et non omnium facultas eadem: quia non inde videtur, unde auditur, nec unde sapor, inde & odor capitur, nec hi ministri, sine tactu ad lævia & aspera, calida & frigida, humida & sicca, discernenda sufficiunt. Incorporea vero animus suo tantum sensu dijudicat, & omnes varietates uno motu attingit: & quidquid [c] discretionis inter bona & mala, justa & injusta rationabiliter invenit, [d] unius est intentionis effectus: ut ibi imago Dei appareat, ubi unum idemque est, [e] quo mens potest quantum potest.

b

c

d

e

CCCXXXVIII. *alias* CCCXXXVI.

f [f] *De vita Filii Dei.*

g [g] Dei Filius dicitur vitam habere in semetipso, sicut habet Pater, non participando adeptus, sed nascendo. Vitam enim genuit Pater vita: nec differt in aliquo essentia gignentis & geniti; cum sic ex Patre sit Filius, [h] ut consempiternæ æqualitatis, non una quidem persona, sed una sit deitas.

V. Tract. 19 in Joan. n. 12. & 13. infra app. p. 251.

h

CCCXXXIX. *alias* CCCXXXVII.

i [i] *Quare Filius, & non Pater dicitur judicaturus.*

Ibid. n. 16. Quamvis numquam recedat a Filio Pater; ad judicandos tamen vivos & mortuos, non ipse dicitur, sed Filius adfuturus: quia ibi nec Patris, nec Filii deitas, sed illa forma videbitur Filii, quam sibi per sacramentum incarnationis univit. Ipsa ergo erit judex, quæ sub judice stetit: ipsa judicabit, quæ judicata est; ut videant impii ejus gloriam, in cujus mansuetudinem [k] sævierunt. Talis ergo apparebit judex, qualis videri possit, & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est. Pater autem non apparebit; quia forma servi non est indutus: sed Filio, [l] qui etiam homo factus est, dedit judicii potestatem.

k

l

CCCXL. *alias* CCCXXXVIII. *ante* CCCXXXVI.

m *Quomodo voluntatem Dei & nostram faciamus.*

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, ut divinæ serviant voluntati: quamvis volentes agant quod agunt, illius tamen voluntas est, a quo & præparatur, & jubetur quod volunt.

Ibid. n. 19. & canon. 23. Arausic. concil. 2.

m

CCCXLI. *alias* CCCXXXIX. *ante* CCCXXXVII.

n [n] *De doctrina Patris per Verbum.*

Ex Tract. 26. in Joan. n. 8. Si illum docet Pater, qui audit verbum ejus: quære [o] quid sit Christus, & inuenies Verbum ejus, *In principio erat Verbum*; non autem, In principio Deus fecit Verbum: sicut, *In principio Deus fecit cælum & terram*. Verbum enim Dei Deus est, non creatura: nec factum inter omnia, sed per quod facta sunt omnia. Ut ergo ad talis verbi doctrinam homo in carne constitutus possit accedere; *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis.*

n

o

Joan. 1. 14.

CCCXLII. *alias* CCCXL. *ante* CCCXXXVIII.

p [p] *De carne Christi.*

Ibid. n. 1 Caro Christi fidelium vita est, si corpus ipsius esse non negligant. Fiant ergo corpus Christi, si volunt vivere de spiritu Christi; de quo non vivit, nisi corpus Christi.

p

CCCXLIII. *alias* CCCXLI. *ante* CCCXXXIX.

q *Qui edunt corpus Christi.*

V. ibid. n. 18. infra app. p. 252. Escam vitæ accipit, [r] & æternitatis poculum bibit, qui in Christo manet, & cujus Christus habitator est. Nam qui discordat a Christo, [s] nec carnem ejus manducat, nec sanguinem bibit: etiam si tantæ rei sacramentum ad judicium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.

q

r

s

CCCXLIV.

a Ita Ms. Jol. ceteri, *De homine interiore.*

b Mss. Remig. & Jol. *& non omnibus una facultas est.* Editi, *& non omnium facultas eadem.*

c Ms. Remig. *discretionum.*

d Sic Ms. Jol. Alii, *unus est intentionis affectus.* Ms. vero Remig. *unius est intentionis ei effectus.*

e Ita Mss. Remig. & Jol. ceteri, *quod mens potest.*

f Ms. Jol. *Quomodo Filius dicitur habere vitam in semetipso.*

g Sic Ms. Jol. & Edit. Colon. vet. Alii vero, *Dei Filius Deus habere vitam in semetipso, sicut Pater habet, non participando adeptus est, sed nascendo.*

h Colon. vet. edit. *ut consempiterna, non una quidem persona, sed una sit deitas.*

i Sic Ms. Jol. ceteri, *De judicio.*

k Ms. Jol. *in cujus mansuetudinem Jævierunt.* Remig. *in cujus mansuetudine Jævierunt.* Alii in textu *fremuerunt*: in margine, *sævierunt.*

l Ms. Remig. *quia etiam homo factus est, ei dedit.*

m Ita Ms. Jol. Alii, *De voluntate Dei*, ut Colon. vet. vel, *de voluntate Dei & hominis*, ut reliqui.

n Ms. Jol. *De Verbo Dei.*

o Ms. Remig. *Verbum ejus, quod est Christus, inveniet Verbum ejus*, ceteris omissis.

p Sic Ms. Jol. Alii, *De corpore Christi.*

q Ms. Jol. *Qui accipiant & qui non accipiant corpus Christi.*

r Colon. vet. edit. *& poculum vitæ accipit.*

s Ms. Jol. *Nec carnem Christi manducat.*

CCCXLIV. *alias* CCCXLII. *ante* CCCXL.

a *De malorum felicitate.*

V. Tract. 28. in Joan. n. 7. infra app. p. 252.

Vellet mundana sapientia, ut numquam permitteret Deus eos qui mali sunt esse felices, b quod utique non sinet; sed ideo mali cum habent quod volunt, felices putantur, quia quid sit felicitas c ignorant.

CCCXLV. *alias* CCCXLIII. *ante* CCCXLI.

De mutatione cordis.

Ex Tract. 32. in Joan n. 21.

Aliud est migrare corpore, aliud corde. Migrat d corpore, qui motu corporis mutat locum; migrat corde, qui motu cordis mutat affectum. Si aliud amas, aliud amabas; non ibi es, ubi eras.

CCCXLVI. *alias* CCCXLIV. *ante* CCCXLII.

e *De chrismate.*

V. Tract. 33. in Joan. n. 3. infra app. p. 252.

Christi nomen a Chrismate est, id est, ab unctione. Quia ideo omnis Christianus sanctificatur, ut intelligat, se non solum sacerdotalis & regiæ dignitatis esse consortem, sed etiam contra diabolum fieri luctatorem.

CCCXLVII. *alias* CCCXLV. *ante* CCCXLIII.

f *De lumine.*

Ex Tract. 35. in Joan. n. 1.

Sequamur Christum lumen verum, ne ambulemus in tenebris. Tenebræ autem metuendæ sunt morum, non oculorum, & si oculorum, non exteriorum, sed g interiorum, unde discernitur non album & nigrum, sed justum & injustum.

CCCXLVIII. *alias* CCCXLVI. *ante* CCCXLIV.

h *Quod verus Deus & verus homo sit Christus.*

Ex Tract. 38. in Joan. n. 2.

Catholica fides Dominum Jesum Christum & verum Deum & verum hominem credit, & prædicat. Utrumque enim scriptum est, & utrumque verum est. Qui Deum tantummodo asserit Christum, i medicinam negat, qua sanatus est. Qui hominem tantummodo asserit Christum, potentiam negat, qua creatus est. Utrumque ergo anima fidelis ac recta suscipe: & Deus Christus est, & homo Christus est. Qualis Deus Christus? Æqualis Patri, unum cum Patre. Qualis homo Christus? Virginis filius, trahens de homine mortalitatem, non trahens iniquitatem.

S. Prosperi.

CCCXLIX. *alias* CCCXLVII. *ante* CCCXLV.

De missione k *Verbi.*

l Missus est Dominus Christus a Patre, non recessit a Patre. Missio ejus incarnatio fuit, & invisibili deitati hoc fuit in hunc mundum venire, quod apparere. Quod si cito caperetur, non opus erat ut crederetur, m quia videretur. Credendo ergo capitur, quod nisi credatur, numquam intelligitur.

Ibid. n. 7.

CCCL. *alias* CCCXLVIII. *ante* CCCXLVI.

n *De fide Patris & Filii.*

Ibid. n. 9. Joan. 10. 30.

Ut recte credatur Pater & Filius, ipse Filius audiendus est, dicens, *Ego & Pater unum sumus*. Duobus enim verbis duæ simul hæreses detruncantur. Nam per id quod ait, *unum*, Arium perculit: per illud quod ait, *sumus*, Sabellium stravit: quia nec, *sumus*, de uno, nec, *unum* o diceret de diverso.

CCCLI. *alias* CCCXLIX. *ante* CCCXLVII.

p *De Deo & homine Jesu Christo.*

Ex Tract. 37. in Joan. n. 10.

q Utrumque oportet noverimus in Christo, & unde æqualis est Patri, & unde illo major est Pater. Illud Verbum est, illud caro; illud Deus est, illud homo. Sed unus est Christus Deus & homo.

CCCLII. *alias* CCCL. *ante* CCCXLVIII.

r *De unitate divinæ Trinitatis.*

Ex Tract. 39. in Joan. n. 5.

Multorum hominum multæ sine dubio animæ, & multa sunt corda: sed s si per fidem & dilectionem adhæreant Deo, fiunt omnes una anima, & cor unum. Si ergo *charitas Dei* quæ *diffusa est in cordibus nostris, per Spiritum-sanctum, qui datus est nobis*, tantam unitatem multarum animarum, & multorum cordium facit: quanto magis certius-

Rom. 5. 5.

a Mſ. Jol. *De falsa felicitate malorum.*

b Mſ. Remig. *quod utique Deus non sinet.* Alii omissa voce *Deus*, *non sinet.* Mſ. Jol. *non finit*: nec male, cum dicat Augustinus, *numquam hoc permittit Deus.*

c Melius legeretur, *ignoratur* post Augustinum: quod in margine indicant editi Duac. Colon. & posteriores, si Mſſ. Prosperi suffragarentur.

d Mſ. Jol. *Aliud esse migrare corpore, aliud corde.*

e Mſ. Jol. *Quod Christi nomen a chrismate sit.*

f Mſ. Jol. *De tenebris interioribus.* Alii, *De lumine*, quibus adjecimus, *vero.*

g Hæc duo verba, *sed interiorum*, supplemus auctoritate Mſ. Remigiano-Remensis etiam solius, quia in Augustini loco citato hic in margine leguntur, & sensui sententiæ sunt necessaria.

h Sic Mſ. Jol. Alii vero, *De incarnatione verbi.*

i Colon. vet. edit. *& potentiam negat qua creatus est, & medicinam negat qua creatus est . . . . est Deus Christus: est & homo Christus. Æqualis Deo Christus, æqualis Patri, unum cum Patre, æqualis homo Christus Virginis filius, trahens de homine mortalitatem, non autem iniquitatem.*

k Mſ. Jol. *Filii.*

l Mſſ. Remig. & Colon. vet. edit. *Missus Dominus a Patre.* Eadem Colon. edit. *& invisibili deitate hæc* (f. *hoc*) *fuit in hunc mundum venire, quod appareret.*

m Hæc verba, *quia videretur*, addimus ex Mſſ. Remig. & Jol. & ex ipso textu Aug. in Joan. Evang. In aliis codicibus Prosperianis non habentur. Mſ. Jol. *Credendo ergo capitur, quod nisi capitur* [forte *creditur*] *numquam intelligitur.*

n Ita Mſ. Jol. ceteri, *De Patre & Filio.*

o Mſ. Jol. *diceretur.* Mſ. Remig. *dicere de diverso potest.*

p Mſ. Jol. *Unde æqualis sit Filius Patri, & unde minor.*

q Edit. Colon. vet. *Utrumque noverimus esse in Christo, & unum quo . . . . & unum quo illo major est Pater.*

r Mſ. Jol. *Quomodo multi sint cor unum, & anima una, & de unitate Trinitatis.* Colon. vet. edit. *De unitate dilectionis.*

s Ita legimus in Mſſ. Remig. & Jol. In editis, *sed ubi per dilectionem fidemque adhæreant Deo.* Colon. vet. edit. pergit, *una anima & unum cor fiunt*, & post aliquot lineas, *ut indifferens Trinitas unus Deus, & unum lumen & unum principium.*

tiusque in Patre & Filio & Spiritu-sancto æterna & incommutabilis unitas manet, ubi indifferens Trinitas unus Deus est, unum lumen, unumque principium?

CCCLIII. *alias* CCCLI. *ante* CCCXLIX.

a [a] *Quomodo docuit Pater Filium.*

Ex Tract. 40. in Joan. n. 5. Non sic docuit Pater Filium, quasi indoctum genuerit, & scientiam contulerit nescienti: b sed intemporalis doctrina est intemporalis essentia; & hoc est a Patre doceri, quod est a Patre generari: quia simplici veritatis naturæ esse & nosse, non est aliud atque aliud, c sed idipsum.

b

c

CCCLIV. *alias* CCCLII. *ante* CCCL.

De fide & veritate.

Ibid. n. 9. Fides semper prævenit visionem. Credimus enim, ut cognoscamus; non cognoscimus, ut credamus. Fides ergo est, quod non vides credere: veritas, quod credidisti videre.

CCCLV. *alias* CCCLIII. *ante* CCCLI.

De bono odore Christi.

V. Tract. 50. in Joan. n. 8. infra app. p. 252. Bonus Christi odor est prædicatio veritatis, d quo odore vitam capit, qui Evangelio bonis e moribus servit & congruit; mortem autem incurrit, cujus ab his quæ bene loquitur, vita dissentit. Quæ conditio etiam auditores obstringit, cum recta prædicatio ab aliis per incredulitatem auditur in mortem, ab aliis per fidem suscipitur in salutem.

d

e

CCCLVI. *alias* CCCLIV. *ante* CCCLII.

f [f] *De facultate credendi.*

Ex Tract. 53. in Joan. n. 10. Fides Christi est, credere in eum qui justificat impium, credere in Mediatorem, sine quo nullus reconciliatur Deo, credere in Salvatorem, qui venit quærere & salvare quod perierat, credere *Joan. 15. 5.* in eum qui dixit, *Sine me nihil potestis facere*. Sed hanc fidem non apprehendit, qui ignorans Dei justitiam, qua justificatur impius, suam vult constituere, g qua convincatur superbus. Talia enim sentientes sua elatione obdurantur, & excæcantur: quia negando Dei gratiam, non adjuvantur.

g

CCCLVII. *alias* CCCLV. *ante* CCCLIII.

h [h] *De vera dilectione.*

h *V. Tract. 87. in Joan. n. 1. & 2. infra app. p. 253. 1. Tim. 1. 5* Charitatem habens, *quæ est de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta*, diligit Deum & proximum sicut seipsum. Amator enim Dei, amator est sui: & non diligens Deum, non diligit proximum; quia non diligit seipsum. Pro hac autem dilectione patienter etiam mundi odia sunt toleranda: necesse est enim ut nos oderit, quos videt odisse i quod diligit.

i

CCCLVIII. *alias* CCCLVI. *ante* CCCLIV.

k [k] *De bipartita mundi significatione.*

k *V. ibid. n. 4. infra app. p. 253.* Duo hominum genera sub uno mundi nomine nuncupantur. Sicut enim dicitur mundus in impiis, ita dicitur mundus in sanctis. Unde cum totus a semetipso & in odio & in amore discordet; nos eum & odisse jubemur, & amare, cum dicitur nobis, *Nolite diligere mundum*: & cum dicitur, *Diligite inimicos vestros*; ut quorum execramur iniquitatem, optemus salutem.

1. Joan. 2. 15. Matt 5. 44

CCCLIX. *alias* CCCLVII. *ante* CCCLV.

l [l] *De vitanda scientiæ gloria.*

l *Ex Tract. 57. in Joan. n. 2.* Ad vitandam tentationem vanæ gloriæ, melior est [m] discentis conditio, quam docentis. Tutius enim auditur veritas, quam prædicatur. Quoniam cum doctrina recipitur, humilitas custoditur; cum autem disputatio placet, vix est ut differentem non pulset quantulacumque jactantia.

m

CCCLX. *alias* CCCLVIII. *ante* CCCLVI.

n [n] *De laude qua se prædicat Deus.*

n *Ex Tract. 58. in Joan. n. 3.* Periculosum est homini sibi placere, cui cavendum est superbire. Deus autem quantumcumque se laudet, non se extollit excelsus, nec vult se sua videri majestate majorem. Sed cum homini loquitur potentiam suam, non hoc agit, ut ipse glorioſior, sed ut ille melior fiat & doctior. Nobis enim prodest auctorem nostrum agnoscere; & ei qui est super omnia, subjacere: [o] ne de quo

o

non

a Sic Mſ. Jol. Alii, De *doctrina Patris ad Filium*.

b Antea editi, *sed temporalis doctrina est intemporalis essentia*. Colon. *intemporalis doctrinæ*, &c. Mutavimus ut in textu *intemporalis doctrina*, sic exhibente Mſ. Remig. Jol. quoque scriptum præferente, *intemporalis doctrinæ est intemporalis essentia*. Ubi alludi omnino videtur ad hæc Augustini loco citato in margine. *Incorporaliter Pater locutus est Filio, quia incorporaliter Pater genuit Filium*.

c Alii codices, *sed ipsum*. Mſ. Remig. *sed id ipsum*, juxta id Augusſ. *Jed hoc ipsum*.

d Mſ. Jol. *quem odorem in vitam capit*.

e Mſſ. Jol. & Remig. *bonis moribus*, pro eo quod alii habebant, *bonis operibus*: prius tamen in margine indigitantes.

f Mſ. Jol. De *fide Christi*.

g Edit. Colon. vet. *qua convincitur*. Ab eodem absunt hæc *Talia &c.* ad finem sententiæ, quæ in Augusſ. & ceteris codicibus habentur.

h Mſ. Jol. *De charitate*.

i Mſ. Remig. *quos diligit*.

k Mſ. Jol. De *duobus generibus hominum*.

l Mſ. Jol. *De conditione discentis, & docentis*.

m Editio Colon. vet. *discentis, quam docentis status*.

n Mſ. Jol. *Quod non extollat se Deus laudando se*.

o Mſ. Jol. *ut de quo non possumus cognoscere quod est, possimus* &c. Mſ. Remig. *ne de quo . . . . quod est*. Editi plerique, *ne de quo . . . . possumus sentire quod non est*. Duac. & Colon. cum recentioribus, *ne de quo . . . . possimus sentire quod non est*.

non possumus comprehendere quid est, possimus sentire quod non est.

CCCLXI. *alias* CCCLIX. *ante* CCCLVII.

[a] *De remittendis peccatis.*

Ibid. n. 5. Christiana observantia ad perfectæ pietatis [b] profectum per mutuam maxime pervenit indulgentiam peccatorum, dante nobis Domino suæ bonitatis exemplum. Nam si ille, in quo nullum omnino fuit peccatum, interpellat pro peccatis nostris; quanto magis nos invicem pro propriis orare debemus? Amplectenda quippe est homini, qui [c] non omni potest carere peccato, tam benigna conditio; ut dimittendo delicta aliena, diluat sua.

CCCLXII. *alias* CCCLX. *ante* CCCLVIII.

De impletione desideriorum justorum.

Ex Tract. 65. in Joan. n. 1. 1. Cor. 15. 28. Justorum desideriorum [e] satietati tunc nihil deerit, quando Deus omnia in illis omnibus erit. Ad quam beatitudinem hi perveniunt, qui huic sæculo ante separationem [f] animæ a carne moriuntur, nec in eis inveniuntur [g] cupiditatibus, quas sola superat dilectio Dei: [h] ut & id patiatur iniquitas, quod elegit; & eo bono fruatur justitia, quod amavit.

CCCLXIII. *alias* CCCLXI. *alias* CCCLIX.

De confitendo homine Jesu Christo.

Ex Tract. 66. in Joan. n. 2. Qui sic confitetur Christum Deum, ut eumdem hominem neget verum, habentem scilicet unitam sibi nostræ carnis animæque naturam; non est pro illo mortuus Christus; quia secundum hominem mortuus est Christus. Non re-

1. Tim. 2. 5 conciliatur per Mediatorem Deo. *Unus enim Deus,* [i] *& unus Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus.* Non ju-

Rom. 5. 19. stificatur per ipsum: quia *sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam unius hominis justi constituentur multi.* Non resurget [k] in resurrectionem vitæ:

1. Cor. 15. 21. 22. quia *per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes* [l] *vivificabuntur.* [m] Nec ullus se beati Petri defendat exemplo, qui se multis lacrymis & accusavit, & lavit: ut principem suum Ecclesia non negationis, sed pœnitentiæ imitatione sequeretur. *Matt. 26 75.*

CCCLXIV. *alias* CCCLXII. *ante* CCCLX.

De æternitate.

Ex Tract. 67. in Joan. n. 2. In quibusdam æternis potest aliqua esse distantia, ipsa autem æternitas absque diversitate mensuræ est. Multæ quippe mansiones, in una vita varias meritorum significant dignitates. Sed [n] ut Deus omnia in omnibus erit, fiet etiam in dispari claritate [o] par gaudium, ut quod habent singuli, commune sit omnibus. Quoniam per connexionem dilectionis a gloria capitis nulla erit aliena pars corporis.

CCCLXV. *alias* CCCLXIII. *ante* CCCLXI.

De fide.

Ex Tract. 68. in Joan. n. 3. Fides eorum qui Deum visuri sunt, quod non videt credit: nam si videt, non est fides. Credenti [p] colligitur meritum, videnti redditur præmium.

CCCLXVI. *alias* CCCLXIV. *ante* CCCLXII.

[q] *Quod propitius sit Deus, non annuendo malorum votis.*

Ex Tract. 73. in Joan. n. 1. Male usurus eo quod [r] vult accipere, Deo potius miserante non accipit. Proinde si hoc ab eo petitur, unde homo exauditus lædatur; magis metuendum est, ne quod [s] possit Deus non dare propitius, det iratus.

CCCLXVII. *alias* CCCLXV. *ante* CCCLXIII.

[t] *De duplici dilectione Christi erga diligentes se.*

Ex Tract. 75. in Joan. n. 5. *Qui diligit me,* inquit Dominus, *diligetur a Patre meo; & ego diligam eum, & manifestabo ei me ipsum.* [u] Quid est, *diligam?* tamquam tunc dilecturus sit, & nunc non diligat? Absit. Quomodo enim nos Pater sine Filio, aut Filius sine

a Ms. Jol. *De profectu pietatis per indulgentiam peccatorum.*

b Ms. Remig. *provectum.*

c Ms. Jol. *non omnino.*

d Ita Mss. Jol. Alii, *De æternitate sanctorum.*

e Ms. Remig. & Jol. *Jatietati*, ubi alii omnes *societati.* Minus bene, cum respiciat verba hæc Augustini, *perducturus eos ad illum finem, qui sufficiat eis, ubi satietur in bonis desiderium eorum.* Post aliquot verba Duac. & Colon. recent. *omnis in illis omnibus.* Melius Mss. Remig. & Jol. Colon. vet. Lugd. & Lovan. *omnia.*

f Ms. Jol. *anima a carne.* Alii omittunt præpositionem. *a*

g Ms. Remig. *cupiditates.* Ms. Jol. *invenientur cupiditatibus.*

h Edit. Colon. vet. *& ut id eo bono fruatur.*

i Sic Mss. Remig. & Jol. post Aug. loco citato. Editi Lovan. & posteriores *& unus est.* Colon. vet. *Unus est enim Deus, & unus.*

k Sic cum August. Mss. Remig. & Jol. Editi, *in resurrectione.*

l Mss. Remig. *vivificantur.*

m Editio Colon. vet. *Nullus se.*

n Mss. Jol. & Remig. *ubi*, alii *ut.*

o Emendamus ex editione Duac. sensu exigente, & Augustino scribente in loco quem intuetur S. Prosper, *propter unum denarium nullus separatur a regno.* Alii codices habent *per gaudium.* Cui non convenit immediate antecedens, *in dispari claritate.*

p Scripsimus, *colligitur*, loco vocis *pollicetur*, quæ in antea editis legebatur; auctoritate Mss. Remig. & Jol. & quia id quoque in margine indicarunt omnes editiones a Lugdunensi veteri ad ultimas, & in loco Augustini habetur.

q Ita Ms. Jol. Alii, *De petitione contraria.*

r Ms. Remig. *acceperit.*

s Colon. vet. edit. *possit dare ut propitius.*

t Alias editi, *De dilectione*, quædam addenda duximus majoris perspicuitatis gratia. Ms. Jol. pro titulo habet, *Qui diligit diligetur a Patre meo*, &c.

u Ms. Remig. hic inserit verba ista, *Quid est diligam, & manifestabo me ipsum.*

a sine Patre diligeret? [a] Quomodo, cum inseparabiliter operentur, separabiliter diligunt? Sed ad hoc *diligam eum*, ad quod sequitur, *& manifestabo ei me ipsum. Diligam, & manifestabo*, id est, ad hoc diligam, ut manifestem. Nunc enim ad b c hoc [b] dilexit, ut credamus, & [c] mandatum fidei teneamus: tunc ad hoc diliget, ut videamus, & ipsam visionem mercedem fidei capiamus. Quia & nos d nunc diligimus credendo [d] quod videbimus; tunc autem diligemus videndo quod credidimus.

CCCLXVIII. *alias* CCCLXVI. *ante* CCCLXIV.

e [e] *De vite & palmitibus vitis.*

Ex Tract. 81. in Joan. n. 1. Estque can. 24. concil. Arausic. 2. Ita sunt in vite palmites, ut viti nihil conferant, sed inde accipiant unde vivant. Sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest utrumque, non Christo. Nam præciso palmite, potest de viva radice alius pullulare: qui autem præcisus est, sine radice non potest vivere.

CCCLXIX. *alias* CCCLXVII. *ante* CCCLXV.

f [f] *De humanæ justitiæ modo.*

Ex Tract. 95. in Joan. n. 2. Eccle. 7. 17 Divinitus dictum est, *Noli esse justus multum*. [g] Quo notata non est justitia sapientis, sed superbia præsumentis. Qui g ergo fit nimis justus, ipso nimio fit in- h justus. Quis est autem qui se [h] nimis facit justum, nisi qui dicit se non habere peccatum?

CCCLXX. *alias* CCCLXVIII. *ante* CCCLXVI.

i [i] *Quod sola divina substantia vere sit simplex.*

Ex Tract. 99. in Joan. n. 4. Nullius, etiam incorporeæ creaturæ, vere simplex est substantia, cui non hoc est esse, quod nosse; potest enim esse, k l nec nosse: at illa divina [l] non potest, quia idipsum est quod habet. Ac per hoc non sic habet scientiam, ut aliud illi sit scientia qua scit, aliud essentia qua est, sed utrumque unum: quamvis non utrumque dicendum sit, quod verissime simplex & unum est. Habet enim Pater vitam in semetipso; nec aliud est ipse quam vita, quæ in illo est: & dedit Filio habere vitam in semetipso; hoc est, genuit Filium, qui & ipse [m] vi- m ta esset. Sic itaque debemus accipere, quod de Spiritu-sancto dictum est, *Non* *Joan. 16. 13* *enim loquetur a semetipso, sed quæcumque audierit, loquetur*; ut intelligamus, non eum esse a semetipso. Pater quippe solus de alio non est. Nam & Filius de Patre natus est, & Spiritus-sanctus de Patre [n] procedit: Pater autem nec na- n tus est de alio, nec procedit. Nec ideo sane aliqua disparilitas in summa illa Trinitate cogitationi occurrat humanæ: quia & Filius ei de quo natus est, & Spiritus-sancti de quo procedit, æqualis est.

CCCLXXI. *alias* CCCLXIX. *ante* CCCLXVII.

o [o] *Quomodo fuit, & erit, & est accipiantur in Deo.*

Quamvis natura incomutabilis non ac- *Ibid. n. 5.* cipiat fuit & erit, sed tantum, est: ipsa enim veraciter est, quia aliter quam est, esse non potest: tamen propter mutabilitatem temporum, in quibus versatur nostra mortalitas & nostra mutabilitas, non mendaciter dicimus, [p] & fuit, p & erit, & est: fuit in præteritis sæculis, est in præsentibus, erit in futuris. Fuit quippe, [q] quia numquam defuit; q erit, quia numquam deerit; est, quia semper est. Neque enim velut qui jam non sit, cum præteritis occidit; aut cum præsentibus, tamquam non maneat, labitur; aut cum futuris, tamquam non fuerit, orietur. Proinde cum secundum volumina temporum locutio humana variatur; qui per nulla deesse potuit, aut potest, aut poterit tempora, vera de illo dicuntur cujuslibet temporis verba. Semper itaque audit Spi- *Joan. 5. 26.* ritus-sanctus, quia semper scit: & scire,

a Sic Mss. Jol. conformiter textui Augustini loco citato hic. Colon. vet. edit. *Quomodo inseparabiliter operantur, separabiliter diliguntur*, forte pro *diligunt*? Alii codices. *Cum inseparabiliter operentur, quomodo separabiliter diligunt?*

b Mss. Remig. *ad hoc diligit*. Alii omnes post Aug. *dilexit*.

c Mss. Remig. *mandata fidei*. Jol. Mss. *mandatum fidei*, ut in August. Ceteri, *mandatum ejus*: qui tamen *mandatum fidei* in ora libri indigitant.

d Mss. Jol. *quod non videmus*. Alii ut in textu & Aug.

e Hactenus, *De palmitibus vitis*. Mss. Jol. *Quomodo sint in vite palmites*.

f Mss. Jol. *De eo quod scriptum est, Noli esse justus multus*.

g Sic Mss. Remig. & edit. append. August. juxta eumdem in Joan. Evang. Mss. Jol. *Quod non est justitia*. Ceteri codices, *Quoniam non est*.

h Vocem hanc *nimis* addimus ex Mss. Remig. & Jol. Augustino dicente, *Multum enim se facit justum, qui dicit se non habere peccatum*.

i Ita Mss. Jol. Reliqui, *De simplicitate*.

k Mss. Remig. & Jol. *& non nosse*.

l Sola editio Colon. vet. addit hic, *substantia*, quæ in aliis omnibus ex præcedentibus subintelligitur.

m Alii codices, *vita est*. Mss. Remig. post August. in Joan. Evang. *vita esset*.

n Mss. Remig. hic addit *& Filio*: & infra, *eis de quibus procedit*. Quæ cum nec in aliis codicibus, nec in ipso Aug. Tractatu legantur, videntur additamenta scribæ amanuensis. Maxime cum eodem quidem Tractatu, sed post multa interposita, expresse instituat S. Doctor probare, quod Spiritus-sanctus etiam a Filio procedit.

o Sic Mss. Jol. Alii libri, *De intemporalitate deitatis*.

p Mss. Remig. *ut fuit, & erit, & est*. Mss. Jol. *& fuit, & erit, & est*, ut disponuntur verba in Tract. Aug. Alii *& fuit, & est, & erit*. Ita post August. locum citatum hic Mss. Jol. Mss. vero Remig. *in præteritis*. Alii autem, *in præterito*.

q Colon. vet. edit. *numquam desinit*. Mss. Jol. *numquam non fuit*.

re, & audire, hoc illi est, quod semper esse. Semper vero illi est esse, de Patre procedere. * Nemo autem potest dicere quod non sit vita Spiritus-sanctus, cum vita Pater, vita sit Filius. Ac per hoc sicut Pater cum habeat vitam in semetipso, dedit & Filio habere vitam in semetipso : [a] sic ei dedit vitam procedere de illo, sicut procedit & de ipso.

* *Ibid. n. 9.*

a

CCCLXXII. *alias* CCCLXX. *ante* CCCLXVIII.

[b] *Quod donum Dei sit diligere Deum.*

b

Ex Tract. 102. in Joan. n. 5. Est & can. 25. Arausic. concil. 2.

Prorsus donum Dei est, diligere Deum. Ipse ut diligeretur dedit, qui non dilectus dilexit. Displicentes amati sumus, ut fieret in nobis unde placeremus, [c] Diffundit enim charitatem in cordibus nostris Spiritus Patris & Filii, quem cum Patre amamus & Filio.

c

CCCLXXIII. *alias* CCCLXXI. *ante* CCCLXIX.

De pace Christi.

Ex Tract. 104. in Joan. n. 1.

Pax Christi finem temporis non habet, & ipsa est omnis piæ intentionis actionisque perfectio. Propter hanc sacramentis ejus imbuimur: propter hanc mirabilibus ejus operibus & sermonibus erudimur: propter hanc [d] Spiritum ejus pignus accepimus: propter hanc in eum credimus & speramus, & amore ipsius, quantum donat, accendimur : propter hanc denique omnem tribulationem fortiter toleramus, ut in ea feliciter sine tribulatione regnemus. Vera enim pax unitatem facit : quoniam [e] *qui adhæret Domino, unus spiritus est.*

d

1. Cor. 6. 17.

e

CCCLXXIV. *alias* CCCLXXII. *ante* CCCLXX.

[f] *Omne tempus a Deo esse dispositum.*

f

Ibid. n. 2.

Omne tempus ab illo est dispositum, qui tempori subditus non est. Quoniam quæ futura erant per singula tempora, in Dei sapientia habent [g] efficientes causas, in qua nulla sunt tempora. Non ergo credatur hora passionis Domini fato urgente venisse, sed Deo potius ordinante. Non enim [h] siderea necessitas Christo intulit crucem ; nec sidera coegerunt mori siderum conditorem : qui [i] intemporalis cum Patre, sic tempus quo carne moreretur, quemadmodum & quo de matre nasceretur, elegit.

g

h

i

CCCLXXV. *alias* CCCLXXIII. *ante* CCCLXXI.

[k] *De unitate Trinitatis.*

k

Ex Tract. 105. in Joan. n. 3.

In eo quod dicitur, *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum*, ordo verborum est : [l] Ut te, & quem misisti Jesum Christum, cognoscant solum verum Deum. Consequenter enim intelligitur & Spiritus-sanctus. Quia Spiritus est Patris & Filii, tamquam charitas substantialis & consubstantialis amborum. Quoniam non duo dii, Pater & Filius ; nec tres dii, Pater & Filius & Spiritus-sanctus ; sed ipsa Trinitas unus solus verus Deus. Nec idem tamen Pater, qui Filius ; nec idem Filius, qui Pater ; nec idem Spiritus-sanctus, qui Pater aut Filius : quoniam tres sunt, Pater, & Filius, & Spiritus-sanctus : sed ipsa Trinitas unus est Deus.

l

CCCLXXVI. *alias* CCCLXXIV. *ante* CCCLXXII.

[m] *Quod gignendo dedit Pater omnia Filio.*

m

Ex Tract. 106. in Joan. n. 7.

Quidquid Deus Pater Deo Filio dedit, gignendo dedit. Ita enim dedit Filio Pater, sine quibus Filius esse non posset, sicut ei dedit ut esset. Nam quomodo Verbo verba daret aliqua, in quo ineffabiliter dixit omnia?

CCCLXXVII. *alias* CCCLXXV. *ante* CCCLXXIII.

[n] *De custodia Dei circa nos.*

n

Custodiam circa nos Dei, non tam carnaliter debemus accipere, velut vicissim nos servent Pater & Filius, amborum in nobis [o] servandis alternante custodia, quasi alius, alio discedente succedat. Simul enim custodiunt Pater & Filius & Spiritus-sanctus, qui est unus ve-

o

a Ita Mss. Remig. & Jol. juxta Augustini locum citatum. Codices alii Prosperiani, *sic Spiritui-sancto dedit.*

b Ita Ms. Jol. Alii. *De dilectione qua diligimus Deum.*

c Ms. Remig. cum Aug. Tract. in Joan. & Conc. Arausic. can. habet, *Diffundit* : ceteri codices nostri, *Diffudit.*

d Ms. Remig. *Spiritum ejus pignus accipimus.* Ms. Jol. *Spiritum ejus pignus accepimus*, ut in Tractatu August. in Joan. citato. Alii libri nostri, *Spiritus-sancti pignus accepimus.*

e Ita habet Ms. Remig. ut in utroque Apostoli textu. Alii codices nostri, *qui adhæret Deo.*

f Ita Ms. Jol. Alii generalius, *De temporibus.*

g Pro voce, *efficaces*, restituimus, *efficientes*, quam habent Mss. Remig. & Jol. ac locus August. in Joan. Evang. immo & in margine notarunt omnes editiones post antiquam Lugdun. quæ in textu ferebant, *efficaces.*

h Colon. vet. edit. *Non enim causa necessitatis.*

i Quod Augustinus in Joan. Evang. exprimit his verbis, *cum Patre, de quo sine tempore natus est.* Ms. Remig *qui intemporalis cum Patre est, tempus quo in carne moreretur, & quod* (forte *quo*) *de matre nasceretur elegit.*

k Ms. Jol. *De ordine horum verborum : Ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Jesum Christum.*

l Colon. vet. edit. *Ut cognoscant te soluni verum Deum, & quem misisti Jesum Christum cognoscant solum verum Deum* : & in fine sententiæ, *sed ipsa Trinitas in his unus Deus.* Reliqui ut in textu & apud Augustinum.

m Ita Ms. Jol. Ceteri, *Quid dedit Pater Filio.*

n Sic Ms. Jol. Colon. vet. edit. *De custodia, qua Deus servat suos.* Alii, *De custodia Dei, qua suos servat.*

o Mss. Remig. & Jol. *servandis*, ut Aug. *custodiendis* : alii, *servandi.*

verus [a] & beatus Deus. Sed Scriptura nos non levat, nisi descendat ad nos. Sicut Verbum caro factum descendit, [b] ut levaret; non cecidit, ut jaceret. Si descendentem cognovimus, cum levante surgamus: & intelligamus, cum ita loquitur, personas [c] eum distinguere, [d] non separare naturas.

CCCLXXVIII. *alias* CCCLXXVI.

ante CCCLXXIV.

De gratia Dei, qua omne hominis meritum prævenitur.

Si naturam cogitemus in qua creati sumus; [e] cum omnes Veritas creaverit, quis non est ex veritate? Sed non omnes sunt, quibus, ut audiant veritatem, & credant, ex ipsa Veritate præstatur, [f] nullis proculdubio præcedentibus meritis, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset, Omnis qui audit vocem meam, ex veritate est: ideo dictus ex veritate [g] putaretur, quia obtemperat veritati. Non autem hoc ait: sed, *Omnis* inquit, *qui est ex veritate*, [h] *audit vocem meam.* Ac per hoc, non ideo est ex veritate, quia ejus audit vocem: sed ideo audit, quia ex veritate est, id est, quia hoc illi donum ex veritate collatum est. Quod quid est aliud, quam, donante Christo credit in Christum?

Ex Tract. 115. in Joan. n. 4. c — *Joan. 18. 37.* h

CCCLXXIX. *alias* CCCLXXVII.

ante CCCLXXV.

De amore quo Deum amare debemus.

Quisquis se ipsum, non Deum amat, non se amat: & quisquis Deum, non se ipsum amat, ipse se amat. Qui enim non potest vivere de se, moritur utique amando se: [i] non ergo se amat, qui ne vivat se amat. Cum vero [k] ille diligitur, de quo vivitur; non se diligendo magis diligit, qui propterea se non diligit, ut eum diligat de quo vivit.

Ex Tract. 123 in Joan. n. 4. i k

CCCLXXX. *alias* CCCLXXVIII.

ante CCCLXXVI.

De indiviso Patris & Filii opere.

Quidquid illud est quod oportet Patrem agere ad Filium, non fit nisi per eumdem Filium: ad ipsum scilicet, quia filius hominis est, & factus est inter omnia; per ipsum autem, quia Filius Dei est, & per illum fiunt a Patre omnia.

V. lib. 1. de Trinit. c. 7. infra app. p. 254 l — *& lib. 7. contra ser. Arian. c. 11. n. 9. infr. app. p. 256.*

CCCLXXXI. *alias* CCCLXXIX.

ante CCCLXXVII.

Quomodo Filius subjectus erit Patri.

Non est mirum dicere Apostolum, etiam in futuro sæculo Patri Filium subjectum futurum, ubi ait, *Tunc & ipse subjectus erit ei, qui illi subjecit omnia.* Quando quidem in Filio forma humana mansura est, qua semper major est Pater. Quamvis non defuerint, qui illam tunc Filii subjectionem ipsius humanæ formæ in divinam substantiam commutationem intelligendam putarunt, tamquam hoc cuique rei subjiciatur, quod in eam vertitur & mutatur. Sed intelligi potest, ideo magis dixisse Apostolum, etiam tunc Patri Filium subjectum futurum, ne quis in eo putaret spiritum & corpus humanum conversione aliqua consumendum: *ut sit Deus omnia*, non tantum [n] in illius forma hominis, sed *in omnibus*, quando capitis gloria universum corpus implebit.

m — *V. ibid. c. 8. infra app. p. 255.* — *& lib. contr. ser. Arian. c. 37. infra app. p. 255.* — *& lib. 2. contra Maximinum Arian. c. 18. n. 4. infra app. p. 256* — *1. Cor. 15. 27.* — *Ibid. v. 28.* n

CCCLXXXII. *alias* CCCLXXX.

ante CCCLXXVIII.

Quod omnia bona ex Deo.

Quantacumque bona, quamvis magna, quamvis minima, nisi ex Deo esse non possunt. Quid enim majus in creaturis, quam vita intelligens? aut quid minus potest esse, quam corpus? Quæ quantumlibet deficiant, & in id tendant ut non sint; tamen aliquid [p] formæ illis remanet, ut quoquo modo sint. Quidquid autem formæ [q] cujuspiam rei deficienti remanet, ex illa forma est quæ nescit deficere, motusque ipsos rerum deficientium vel proficientium excedere numerorum suorum leges [r] non finit. Quidquid igitur laudabile advertitur in rerum natura, sive exigua, sive ampla [s] laude dignum judicetur; ad excellentissimam & ineffabilem laudem referendum est [t] Conditoris.

o — *Ex lib. 2. de libero arbitr. c. 17* — p q r s t

CCCLXXXIII.

a Mss. Remig. & Jol. post Aug. in Joan. Evang. addunt, *& beatus*, quod alii omiserant.

b Mss. Remig. & Jol. *ut levaret*, ut apud August. alii, *ut relevaret*. Colon. vet. editio, *ut nos relevaret.*

c Ms. Jol. cum Aug. Tract. in Joan. *eum*, Alii, *eam.*

d Ms. Jol. *non separare naturam.*

e Ms. Jol. *De eo quod Dominus ait, Qui est ex veritate audit vocem meam.*

f Colon. vet. edit. *Nullus proculdubio præcedentibus meritis salvatur.* Ms. Remig. *Ne ullis proculdubio præcedentibus meritis, gratia non sit gratia.*

g In Ms. Remig. pro, *putaretur*, scribitur, *est.*

h Ms. Remig. *audiet.*

i Ms. Remig. hic addit, *non ergo se amat, qui ne vivat se amat*, quæ leguntur in Augustini oper. in Joan. Evang. hoc loco, absunt vero ab aliis codicibus nostris.

k Ms. Remig. *illo diligitur.*

l Ms. Jol. *Quod ad Filium per Filium agat Pater.*

m Sic Ms. Jol. qui addit etiam, *quod ait Apostolus.* Alii, *De subjectione Filii.*

n Ms. Jol. *in illa forma hominis.*

o Ita Ms. Jol. Alii vero, *Nihil in quibuscumque creaturis a Creatore inordinatum relinqui.*

p Codices nostri communiter, *formæ illius.* Ms. Remig. & Editio append. tom. 10. Aug. *formæ illis*, juxta id quod legitur in libro citato in margine.

q Ita Ms. Jol. Alii, *cujuspiam rei deficientis.* Apud Aug. hic, *cuipiam rei deficienti.*

r Ms. Remig. *non sinet.*

s Ita Ms. Jol. post August. loco hic notato. Alii, *quod laude dignum.* Præpositione non nihil perturbabatur sensus loci.

t Ms. Remig. *Creatoris.*

CCCLXXXIII. *alias* CCCLXXXI.
ante CCCLXXIX.

a [a] *Quod præscientia Dei neminem peccare compellat.*

Ex lib. 3 de libero arbitrio cap. 4. Neminem Deus ad peccandum cogit: prævidet tamen eos, qui propria voluntate peccabunt. Cur ergo non vindicet justus, quæ fieri non cogit præscius? Sicut enim nemo memoria sua cogit facta esse, quæ præterierunt: sic Deus præscientia sua non cogit facienda, quæ futura sunt. Et sicut homo quædam quæ fecit meminit, nec tamen omnia quæ
b meminit [b] facit: ita Deus omnia quorum ipse auctor est, præscit, nec tamen omnium quæ præscit, ipse auctor est. Quorum autem non est malus auctor, justus est ultor.

CCCLXXXIV. *alias* CCCLXXXII.
ante CCCLXXX.

De cognoscendis creaturis quæ non videntur.

Ibid. cap. 5 Humana anima naturaliter divinis ex quibus pendet connexa rationibus, cum
c dicit, [c] Melius fieret hoc quam illud: si verum dicit, & videt quod dicit, in illis supernis rationibus videt. Credat ergo Deum feciſſe, quod recto intellec-
d tu ab eo faciendum fuisse [d] cognovit; etiam si hoc in rebus factis non videt. Quia etiam si cælum oculis videre non posset, & tamen ratione vera tale aliquid faciendum fuisse colligeret; credere debuit
e [e] factum fuisse, quamvis id oculis non viderit. Non enim cogitatione cerneret faciendum fuisse, [f] nisi in
f his rationibus, quibus facta sunt omnia. Quod autem ibi non est, tam nemo potest vera cogitatione videre, [g] quam non est.
g

CCCLXXXV. *alias* CCCLXXXIII.
ante CCCLXXXI.

h [h] *Quo remedio vulnera humana curentur.*

Ibid. c. 10. Quid tam dignum misericordia, quam miser; & quid tam indignum misericor-
k i dia, quam [i] superbus miser? [k] Ex quo

S. Prosperi.

a Mſ. Jol. *Quod Deus neminem cogat ad peccandum, licet prævideat peccaturum.*

b Apud Augustinum hic, *fecit*. Omnes nostri codices, *facit*.

c Ita Mſſ. Remig. & Jol. cum edit. append. to. 10. Auguſt. In aliis nostris codicibus, *Melius fieri hoc:* prioribus concinit locus Auguſt. in libro ipso de lib arbitrio.

d Ita Mſ. Remig. & Jol. & liber Aug. de lib. arb. Alii codices nostri, *cognoscit*.

e Ita Mſſ. Remig. & Jol. juxta textum libri de lib. arbitr. Ceteri codices Prosperiani, *factum fuisse*.

f Sic Mſſ. Remig. & Jol. conformiter libro Augustini citato. Alii autem, *nisi his rationibus in quibus*.

g Mſ. Jolienſis, *quam nosse*. Apud Auguſt. lib. de libero arb. *quam non est verum*.

h Mſ. Jolienſis, *Qui digni, & qui indigni misericordia.*

i Mſ. Remigianus, *quam superbi miseri.*

k Mſ. Remig. *Ex eo factum est . . . . pro quo facta sunt omnia.*

l Mſ. Remig. *Nec enim posset:* Jolienſis, *Non enim posset . . . nisi panis* &c.

m Editiones Duac. Colon. & posteriores, *non forinfactum est*, ut illud Dei Verbum, per quod facta sunt omnia, & quo fruitur omnis angelica beatitudo, usque ad miseriam nostram porrigeret clementiam suam, & Verbum caro fieret, & habitaret in nobis. [l] Sic enim posset panem l
Angelorum homo manducare nondum Angelis adæquatus, si panis ipse Angelorum hominibus dignaretur æquari. Nec sic descendit ad nos, ut illos desereret: sed simul integer illis, integer nobis; illos intrinsecus pascens, per id quod Deus est; [m] nos forinsecus admonens, per m
id quod nos sumus, [n] idoneos facit per fi- n
dem, quos per speciem pascat æqualiter.

CCCLXXXVI. *alias* CCCLXXXIV.
ante CCCLXXXII.

Quod omne vitium est contra naturam. o

Ibidem. Dubium non est, contra naturam esse omne vitium, etiam ejus rei cujus est vitium. Quapropter quoniam in quacumque re non vituperatur nisi vitium, ideo autem vitium est, quia [p] contra natu- p
ram ejus rei est cujus est vitium, nullius rei recte vituperatur vitium, nisi cujus natura laudatur. Non enim in vitio displicet, nisi quod corrumpit quod in natura placet.

CCCLXXXVII. *alias* CCCLXXXV.
ante CCCLXXXIII.

q *De pœna peccati.* q

r [r] Omni peccanti animæ duo sunt pœ- r
nalia, ignorantia, & difficultas. Ex igno- *Ibid. c. 18.*
rantia, [f] depravat error, ex difficultate f
cruciatus affligit. Sed approbare falsa pro veris, ut erret invitus, & resistente repugnatione [t] carnalis vinculi, non posse t
ab illicitis operibus temperare; non est natura instituti hominis, sed pœna damnati.

CCCLXXXVIII. *alias* CCCLXXXVI.
ante CCCLXXXIV.

u [u] *De varietate remediorum.* u

Ex lib. de vera religione. c. 17. Ut ars medicinæ, cum eadem maneat, neque ullo modo ipsa mutetur, mutat tamen præcepta languentibus; quia mu-

secus admonens.

n Mſ. Jolienſis post Auguſt. librum hoc loco omittit particulam, &, quæ habetur in reliquis nostris codicibus.

o Ita Mſ. Jolienſis. Non bene alii, *Nullum naturæ vitium ab auctore esse:*

p Mſſ. Remig. & Jolienſis, *contra naturam est*: omittuntque hæc, *ejus rei cujus est vitium*, quorum tria postrema verba in omnibus editis Prosperianis duobus uncis inclusa designantur, quasi huic loco additicia. Leguntur tamen in textu ipso Auguſtini, loco unde hæc sententia est delibata.

q Mſ. Jol. *De ignorantia & difficultate peccantium.*

r Colon. vel. edit. *Omne peccatum animæ est. Duo sunt pœnalia.*

f Apud Auguſt. *dehonestat*, quod margini inscriptum gerunt Prosperianæ editiones omnes, a Lugdunensi, nec tamen habetur etiam in Mſſ. nostris.

t Mſ. Remig. *carceralis . . . non possit.* Colon. vet. editio, *& resistendo repugnationi carnalis vinculi.* Mſ. Jol. *impugnatione carnalis vinculi.*

u Mſ. Jolienſis, *De diversitate præceptorum.* Mſ. Jolienſis, *varietate.*

tabilis est nostra valetudo: ita divina providentia, cum sit ipsa omnino incommutabilis, mutabili tamen creaturæ varie subvenit; & pro diversitate morborum [a] aliis alia jubet, aut vetat: ut a vitio, unde mors incipit, & ab ipsa morte, ad naturam suam & essentiam, ea quæ deficiunt, id est, ad nihilum tendunt, reducat & firmet.

CCCLXXXIX. *alias* CCCLXXXVII.
ante CCCLXXXV.

[b] *De primo vitio animæ.*

Ibid. c. 20. Primum animæ rationalis vitium est, voluntas ea faciendi quæ vetat summa & intima veritas. Ita homo de paradiso in hoc sæculum expulsus est, id est, ab æternis ad temporalia, a copiosis ad egena, a firmitate ad infirma. Non ergo a bono substantiali ad malum substantiale, quia nulla substantia malum est; sed a bono æterno, ad bonum temporale; a bono spiritali, ad bonum carnale; a bono intelligibili, ad bonum sensibile; a bono summo, ad bonum infimum. Est igitur quoddam bonum, quod si diligit anima rationalis, peccat; quia infra illam ordinatum est. Quare ipsum peccatum malum est, non ea substantia, quæ peccando diligitur.

CCCXC. *alias* CCCLXXXVIII.
ante CCCLXXXVI.

[c] *De lege omnium artium veritate.*

Ibid. c. 30 & 31. Lex omnium artium cum sit omnino incommutabilis, mens vero humana, cui talem legem videre concessum est, mutabilitatem pati possit erroris, satis apparet, supra mentem nostram esse legem, quæ veritas dicitur. Nec jam illud ambigendum est, incommutabilem naturam, quæ supra animam rationalem sit, Deum esse; & ibi esse primam vitam, & primam essentiam, ubi est prima sapientia. Nam hæc est illa incommutabilis veritas, quæ lex omnium artium recte dicitur, & ars omnipotentis artificis. [d] Itaque cum se anima sentiat nec corporum speciem motumque judicare secundum se ipsam: simul oportet [e] agnoscat, præstare suam naturam ei naturæ, de qua judicat; præstare autem sibi eam naturam, secundum quam judicat, & de qua judicare nullo modo potest.

CCCXCI. *alias* CCCLXXXIX.
ante CCCLXXXVII.

[f] *Quo incitetur cor ad discendum.*

Ad discendum necessario dupliciter ducimur, auctoritate atque ratione. Tempore auctoritas, re autem ratio prior est. Aliud est enim quod in agendo anteponitur, aliud quod pluris in appetendo æstimatur. Quia ergo & principium sapientiæ timor Domini est, & per humilitatem ad sublimia gradus est; incedat humana ignorantia per fidem, ut mereatur fides videre quod credit.

Ex lib. 2 de Ordine c. 9.

Prov. 1. 7.

CCCXCII. *alias* CCCXC.
ante CCCLXXXVIII.

[g] *De divitiis &c. non superbiendum.*

[h] Divitiis flores, & majorum nobilitate te jactas, & exultas de patria, & pulcritudine corporis, & honoribus qui tibi ab hominibus deferuntur: respice te ipsum, quia mortalis es, & quia terra es, & in terram ibis. Circumpisce eos qui ante te similibus splendoribus fulsere. Ubi sunt quos ambiebant civium potentatus? Ubi insuperabiles Imperatores? ubi qui conventus disponebant, & festa? ubi equorum splendidi [i] invectores? exercituum duces, satrapæ, tyranni? [k] non omnia pulvis? non omnia favillæ? non in paucis ossibus eorum vitæ memoria est? Respice sepulcra, & vide quis servus, quis Dominus, quis pauper, quis dives. Discerne, si potes, vinctum a rege, fortem a debili, pulcrum a deformi. [l] Memor itaque naturæ, non extollaris aliquando. Memor autem eris si te ipsum respexeris.

a In Augustino, *alias alia jubet*: pauci ex nostris, *alii alia*.

b Sic Mſ. Jol. Alii, De *prima hominis prævaricatione*.

c Alias editi. De *magistra*, &c. Mſ. Jol. De *lege omnium artium quæ est veritas*.

d Mſ. Jolienſis, *A qua cum se*.

e Mſ. Jolienſis poſt. Auguſt. librum de vera relig. *agnoscat*: alii *cognoscat*.

f Mſ. Jolienſis, De *auctoritate & ratione discendi*.

g Hæc poſtrema ſententia abeſt a Mſſ. Remigiano & Jolienſi.

h Editio vetus Colon. *Divitiis*, *floribus*, *& majorum* &c.

i Editi omnes poſt Colon. vet. in margine ſcriptum ferunt, *alias nutritores*.

k Editio vetus Colonienſis, *Nunc omnia pulvis: nunc omnia favillæ: nunc in paucis verſibus eorum vitæ memoria eſt*.

l Editio Colonienſis vetus, *Memor ſis itaque; ne extollaris aliquando*.

AD-

ADMONITIO
SANCTI PROSPERI
EX SENTENTIIS S. AUGUSTINI.
EPIGRAMMATUM LIBRUM.

EPigrammata ſex ſupra centum, quorum ſingulis argumentum ex ſelectis inter Auguſtini ſententias præponitur, vel ex eo ſolo „ Proſperi eſſe judicarentur. Sed in tota illorum ſerie ita gratiæ divi- „ næ dogmatibus aut explicandis aut defendendis intentus eſt Noſter, „ adeoque priſtinis conceptibus retractandis aſſuefactus, ut ex omnibus „ operæ lineis ſe ſe proderet inter millenos internoſcendum, etſi omnes „ uſquequaque MSS. codices, omneſque Editiones, & ætates talem non „ præferrent. Hoc totidem verbis de iſto opere judicium pronuntiat Joſephus Antelmius, de quo tam ſæpe mentio, Diſſert. 9. quæ eſt de Poetice ſancti Proſperi, inter Diſſertationes Criticas in opera SS. PP. Leonis & Proſperi.

Quo autem conſilio, quove cum fructu id tentaverit, facile judicabit Lector æquus & prudens: cum intelliget id unum intendiſſe virum in omnibus ſuæ aliorumque ædificationi intentum, ut ſcilicet præcipuæ ſententiarum ſuperiori Libro editarum partes, non tantum venæ poeticæ exercendæ utiliter aſſumerentur, verum etiam ut ex tali ſcribendi genere eadem & tenacius animo inhærerent, & ſuavius memoriæ commendarentur, ab his maxime quibus cordi eſt Carminum elegantia; quorum acumen & virtus hominum mentes tangit fortius, corda quoque efficacius afficit, nativæ ſuavitati utilitatem veram & duraturam adjungens, qua re nihil ad informandos mores utilius, juxta illud poetæ:

Omne tulit punctum qui miſcuit utile dulci.

Vel potius, cum in uſum ſpiritalis ſapientiæ edocendæ poeſis aſſumitur, id ſibi eo nomine merito uſurpat quod Sap. 8. ℣. 8. *dicitur de ipſa ſapientia,* Sobrietatem & prudentiam docet, & juſtitiam & virtutem, quibus utilius nihil eſt in vita hominibus. *Et infra,* Non habet amaritudinem converſatio illius (*ſapientiæ*) ſed lætitiam & gaudium. *Et adhuc inferius,* Immortalitas eſt in cognatione ſapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona. *Quæ omnia ſoli illi ſapientiæ, quæ in ſanctorum operibus elucet, vere conveniunt.*

Hanc ſibi tali in opere mentem fuiſſe ſatis indicat ſanctiſſimus vates noſter in Præfatione cunctis Epigrammatis ſequentibus prævia, cum ait primo:

Dum ſacris mentem placet exercere loquelis,

Cæleſtique animum paſcere pane juvat.

Quidquid autem recti fuerit, quidquid laude dignum ibi reperiatur, totum illud ad ſupernum fontem unde effluxerat refluere vult omnino & ſatagit iterum in ſequentibus, cum ſumma grati animi ſignificatione canens:

Nec noſtræ hoc opis eſt, ſed ab illo ſumitur hic ros,
Qui ſiccam rupem findere juſſit aquas.

Cum autem alicubi, id eſt, Epigrammatis 65. & 66. videatur ſanctus Proſper Eutychianos impugnare, quibus non placuit corpus Chriſti corpori noſtro fateri conſubſtantiale, dum ſic ſcribit:

Hinc Verbum carni inſertum, mortemque receptans,
Nec ſe confundit corpore, nec geminat.
Sic naturam hominis virtute augente ſuperna,
Eſſet ut in vero lumine lumen homo.
Qui vires mortis cum vitæ abſorbuit hauſtu;
Factum eſt æternum quod fuit occiduum.

Et preſſius Epigrammate 66. ſequenti.

Quiſquis conſilio æterno contraria ſentis,
Et Verbum in noſtra carne manere negas;
Divinæ pietatis opus diſſolvere quæris,
Speque ſua mundum diſpoliare cupis.
Nam quis ventura quemquam ſalvabit ab ira,
Quiſve hominis primi crimine liber erit;
Si deitas Verbi noſtræ non eſt inſita carni,
Aut Chriſtus falſi corporis umbra fuit?
Quis genitus puer eſt intactæ Virginis alvo?
Quæ natura annis crevit & aucta cibis?
In qua prole patrem mundi ſe credidit Abram?
Quæve ejus ſtirps eſt omnia ſanctificans?
Quod regale genus ſimul eſt & pontificale?
Quiſve idem David filius & Dominus,
Peccati ſervis, & mortis compede vinctis
Unum eſt dignatus ferre Redemptor opem?
Qui noſtri generis carnem cum morte receptans,
Noſtra hoſti, ut nobis vinceret, oppoſuit.
Et carne exſuta dominantem perculit hoſtem,
Ut caperet palmam præda vetuſta novam.

Ex his omnibus non ære conjicias, hoc opus non longe ante tempus Concilii Chalcedonenſis, quod anno 451. congregatum conſtat, fuiſſe exaratum. Cum aliunde certum fiat S. Proſperum hujuſce concilii temporibus ſupervixiſſe.

TITULI EPIGRAMMATUM S. PROSPERI.

Præfatio.
I. Quæ sit vera innocentia.
II. De hominibus diligendis.
III. De vera æternitate.
IV. De patientia Dei.
V. De ultione Dei.
VI. De vera Dei laudatione.
VII. De virtute charitatis.
VIII. De doctrina apostolica.
IX. De quærendo Deo.
X. De fastidio spiritali.
XI. De bonorum & malorum finibus.
XII. De tranquillitate ultionis Dei.
XIII. De bono intellectu.
XIV. De requie adhuc in carne viventis.
XV. De vovenda Deo.
XVI. De justitia & gratia.
XVII. De superna patriæ civibus.
XVIII. De carnis cupiditate vincenda.
XIX. De angusta vitæ via.
XX. De præmio Christianæ religionis.
XXI. De occultis non judicandis.
XXII. De adjutorio Dei.
XXIII. De passionibus sanctorum.
XXIV. De scientia boni.
XXV. De amore legis.
XXVI. De scrutandis mandatis Dei.
XXVII. De proficiendo.
XXVIII. De duplici opere Dei.
XXIX. De observantia pacis.
XXX. De custodia Dei.
XXXI. De adjutorio Dei.
XXXII. De odiis mundi in Christianos.
XXXIII. De patientia fidelium.
XXXIV. De obsequiis debitis.
XXXV. De toleranda varietate mundana.
XXXVI. De ædificatione domus Dei.
XXXVII. De æternis gaudiis.
XXXVIII. De lege charitatis.
XXXIX. De jussionibus Dei.
XL. De intemporali scientia Dei.
XLI. De providentia Dei.
XLII. De impunitate peccantium.
XLIII. De legis littera.
XLIV. De lege & gratia.
XLV. De promissione Dei.
XLVI. De fidelium culpis, & infidelium bonis.
XLVII. De malæ voluntatis effectu.
XLVIII. De superbia.
XLIX. De impari usu fortunæ.
L. De morte sanctorum.
LI. De puritate quam non perdit invitus.
LII. De fortitudine tolerantiæ.
LIII. De humilitate justorum.
LIV. De oblatione votorum.
LV. De essentia deitatis.
LVI. Quales nos diligat Deus.
LVII. De intemporali opere Dei.
LVIII. De principali rerum omnium caussa.
LIX. De finibus bonorum & malorum.
LX. De gaudio Christiani.
LXI. De ineffabili excellentia deitatis.
LXII. De superbia diaboli, & Christi humilitate.
LXIII. De vera beatitudine.
LXIV. Quid sit esse cum Deo.
LXV. De Incarnatione Verbi Dei.
LXVI. De eodem.
LXVII. Quo odio odiendi sint mali.
LXVIII. De labore fingentium mendacia.
LXIX. De eodem.
LXX. De divinis scripturis.
LXXI. De oratione Domini.
LXXII. De sacramentorum perceptione.
LXXIII. De laudando Deum.
LXXIV. De acceleranda conversione.
LXXV. De timore.
LXXVI. De virginitate.
LXXVII. De modo habendi.
LXXVIII. De divitiis.
LXXIX. De vera bonitate.
LXXX. De mali impunitate.
LXXXI. De gaudio recto.
LXXXII. Quid hominem Deo jungat.
LXXXIII. Quod tota infidelium vita peccatum sit.
LXXXIV. De sabbato.
LXXXV. De vera libertate.
LXXXVI. De superbia.
LXXXVII. De diligendo Deum.
LXXXVIII. De adulationis vitio.
LXXXIX. De Martyribus non baptizatis.
XC. De venia.
XCI. De caussis incognitis.
XCII. De non desperandis peccatoribus.
XCIII. De quærendis præsidiis.
XCIV. De bonis quæ nemo amittit invitus.
XCV. De remediis tribulationum.
XCVI. De bello intestino.
XCVII. Nullam mali esse naturam.
XCVIII. De petitionibus contrariis Deo.
XCIX. De judiciis Dei.
C. De cohibenda ira.
CI. De fine sanctorum.
CII. De desideriis carnis castigandis.
CIII. De altitudine fidei, spei, & charitatis.
CIV. De confitendo uno Deo.
CV. De eodem.
CVI. De quærendo perseveranter Deo.

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI EX SENTENTIIS SANCTI AUGUSTINI EPIGRAMMATUM LIBER UNUS.

PRÆFATIO.

DUm ſacris mentem placet exercere loquelis,
Cæleſtique [a] animum paſcere pane juvat:
Quoſdam, ceu prato, libuit decerpere flores,
Diſtinctiſque ipſos texere verſiculis,
Ut proprias canerent epigrammata ſingula cauſſas.
Et pars quæque ſuo congrueret titulo.
Nec [b] noſtræ hoc opis eſt, ſed ab illo ſumitur hic ros,
Qui ſiccam rupem fundere juſſit aquas.
Ut quod in affectum cordis, pietate magiſtra,
Venerit, hoc promat carmine læta fides.

I.

[c] QUÆ SIT VERA INNOCENTIA.

Innocentia vera eſt, quæ nec ſibi, nec alteri nocet. Quoniam qui diligit iniquitatem, odit animam ſuam. Et nemo non prius in ſe, quam in alterum peccat.

PErfecte bonus eſt, & vere dicitur inſons,
Nec ſibi, nec cuiquam quod noceat faciens.
Nam [d] quicumque alium molitur lædere, primum
Ipſum ſe jaculo percutiet proprio.
Et cum forte animum non ſit [e] ſubitura facultas,
[f] Non dubium in cordis viſcere vulnus habet.
Nec fugit infecti ſceleris mens prava reatum,
Cui nimis hoc ſolum, quod voluit, nocuit.

III.

DE HOMINIBUS DILIGENDIS.

Sic diligendi ſunt homines, ut eorum non diligantur errores: quia aliud eſt amare quod facti ſunt, & aliud eſt odiſſe quod faciunt.

Naturæ quiſquis propriæ non ſpernis honorem,

In

a Mſſ. Colbertini tres, & Colon. editio recentior, *animam*.

b Editi omnes, *Nec noſtrum hoc opus eſt*. Mſſ. Regius unus, Colbertini tres, Theodoricenſis unus, & Jol. *Nec noſtræ hoc opis eſt*. Idemque in margine indicarunt editi Lovan. & poſteriores. Quæ vox uſurpatur etiam a Virgilio in eumdem ſenſum, pro auxilio, aut virtute. 4. Æneid. *Non opis eſt noſtræ*: & alibi. *Vi propria nituntur, opis haud indiga noſtræ.*

c Mſſ. quatuor, *De vera innocentia*.

d Ms. Theod. ſolus, *quodcumque*.

e Hanc vocem *ſubituræ*. ſubſtituere editiones recentiores, pro ea quæ in antiquioribus legebatur non paris menſuræ. Ven. & Lovan. vetus. *ſecuta facultas* habebant. Lovan. Duac. & Colon. *ſecutura facultas*. Nec a poſterioribus diſſentiunt Mſſ. codices.

f Mſ. Theodor. *Non dubium vulnus, viſcere cordis habet*.

In quocumque hominum, quæ tua noſcis, ama.
Sic tamen, ut pravos vitet concordia mores,
Nullaque ſint pacis fœdera cum vitiis.
Namque quod artificis ſummi fecit manus, unum eſt:
Quæque [a] auctore bono condita ſunt, bona ſunt. a
Divinum in nullo figmentum deſpiciatur,
Sola malis ſtudiis addita non placeant.

III.

DE VERA ÆTERNITATE.

Vera æternitas, & vera immortalitas non eſt, niſi in deitate Trinitatis: cui quod eſt eſſe, perfectum eſt: quia natura initio carens, & incremento non indigens, ſicut nullum finem, ita nullam recipit mutabilitatem. Creaturæ autem, etiam illæ quibus Deus æternitatem dedit, vel daturus eſt, non penitus omnis finis alienæ ſunt: quia non ſunt extra commutationem; dum illis finis eſt, & temporalis inſtitutio, & localis motio, & ipſa in augmentum ſui facta mutatio.

Æternus vere eſt ſolus Deus omnicreator, b
Vita in ſe vivens permanet eſſe quod eſt.
Hoc Pater, hoc Verbum Patris [c] hoc eſt Spiritus almus. c
Quorum natura eſt una, eademque ſimul
Non cœptum, aut auctum, [d] non hic mutabile quidquam eſt, d
Quod ſubeat leges temporis, aut numeri.
Virtus præteritis prior, ulteriorque futuris;
Nil recipit varium, nil habet occiduum.
Nam rerum, quas ut voluit ſapientia fecit,
[e] Multis vita quidem eſt præſtita perpetua. e
Sed quodcumque poteſt ſeſe amplius aut minus eſſe;
Quodam fine, [f] ipſi quod fuerat, moritur. f
Sic nihil æternum, quod commutabile factum eſt.
[g] Et quod cuncta ſuper, ſemper idem Deus eſt. g

IV.

DE PATIENTIA DEI.

Patientia Dei [h] vera eſt, qua parcit contemptus, [i] parcitque negatus: & [k] mavult vitam peccatoris, quam mortem: eruditio eſt pœnitudinis, & oblatio correctionis. Nec ulla ipſius opera [l] miſericordia vacant, quando homini & indulgentia conſulit, & flagello. h i k l

Multa diu ſummi differt patientia Regis,
Suſpendens æqui pondera judicii.
Et dum plectendis parcit clementia factis
Dat ſpatium, [m] quo ſe crimine purget homo, m

De-

a Mſ. Iol. *auctore Deo.*
b Mſ. Theod. & Iol. *Æternus vere ſolus Deus*, abſque *eſt*. Mſ. unus ex Colb. initio pentametri, *In ſeſe vivens.*
c Mſſ. Colb. tres & Theod. *hoc &*. Tum in fine pentametri. Mſ. quinque, & Venet. editio. *Una eademque ſimul*, ubi editi alii habent, *Una eademque trium.*
d Mſſ. ſeptem, *non hic*. & editio Ven. Aliæ omnes, *non huic.*
e Editio Veneta. *Vita quidem multis præſtita perpetua eſt.*
f Mſ. Colb. unus, *ipſis quæ fuerat*. Mſ. Iol. *ipſo quo fuerat.*
g Ita Mſſ. ſeptem. Edit. Ven. *Cunctaque quod ſuperat*. Aliæ omnes. *Quod cunctis ſupereſt.*
h Mſſ. Colb. unus & Cambronenſis, *magna eſt*. Mſ. alter Colb. & Iol. *Patientia Dei, qua . . . . eruditio eſt* &c. ut in libro ſententiarum.
i Mſ. Colb. unus, *parcit etiam negatus*. Alter cum Iol. *parcit negatus.*
k Mſſ. Colb. duo, & Theod. *mavult.*
l Mſ. Iol. & editio Ven. *a miſericordia*. Alii codices carent præpoſitione.
m Mſſ. Colb. duo. Cambron. & Iol. *ut pereant crimina, non homines*. In quibus deſunt duo verſus qui in aliis ſequuntur.

Denique committunt homines mala crimina ſemper,
Dat ſpatium, ut pereant crimina, non homines.
Verbere nonnumquam caſtigans [a] corde paterno:
Ne cito conſumant ſæva flagella reos.
Sic pietate Dei terrarum non vacat orbis.
Et nihil eſt, quod nos non trahat ad veniam:
Cum Rex ſalvandis ipſa quoque conſulit ira.
[b] Ut curat medicus vulnera vulneribus.

V.

[c] DE ULTIONE DEI.

Divina bonitas ideo maxime iraſcitur in hoc ſæculo, ne iraſcatur in futuro: & miſericorditer adhibet temporalem ſeveritatem, ne æternam juſte inferat ultionem.

[d] Cum Deus exſerta peccantes verberat ira;
Ut norint homines, quid mereantur, agit.
Nam dum mortalis peraguntur tempora carnis,
Auxilium miſeris ipſa flagella ferunt.
Et vindicta brevis ſic noxia crimina finit:
Ne ſine fine habeat debita pœna reos.

VI.

[e] DE VERA DEI LAUDATIONE.

Vera eſt confeſſio benedicentis, cum idem ſonus eſt & oris, & cordis. Bene autem loqui, & male vivere, nihil eſt aliud quam ſua ſe voce damnare.

Laus vera in Dominum depromitur ore precantis,
Si quæ voce fluunt, intima cordis habent.
Non prodeſt cuiquam ſolis bona dicere verbis,
Ni pia mens habeat, quod bene lingua ſonat.
Nam fari recte, miſerum eſt, & vivere prave.
Damnat nota malum regula juſtitiæ.

VII.

[f] DE VIRTUTE CHARITATIS.

[g] *Dilectio Dei & proximi propria & ſpecialis virtus eſt piorum, atque ſanctorum; cum ceteræ virtutes & bonis & malis poſſint eſſe communes.*

Plurima ſanctorum bona ſunt communia multis,
Et quiddam recti conſtat ineſſe malis.
Sed pia pars ſummæ tendens virtutis ad arcem,
Omne operum meritum [h] vincit amore Dei.
Quo pariter quemcumque hominum ſic [i] diligit, ut ſe:
Hoc optans aliis, quod cupit ipſe ſibi.
Unde iſtis geminis virtutum qui caret alis,
Cælorum ad regnum, non habet, unde volet.

VIII.

a Mſſ. tres cum edit. Ven. *corda paterno.*
b Mſſ. tres & editio Ven *Et curat.* Lugd. *Ut curet.*
c Mſ. Jol. *De ultionibus Dei.*
d Mſ. Cambron. *Dum Deus.*
e Mſ. Camb. *De vera confeſſione.*
f Mſſ. Camb. & Theod. *De dilectione Dei & proximi.* Mſ. Theod. *& de virtute charitatis Dei.*
g Ita Mſſ. ſex, & Ven. edit. Alii codices excuſi, *charitas.*
h Mſſ. ſex cum edit. Ven. *tranſit.* Reliquæ, *vincit* cum Colb. uno.
i Editio Ven. *diligat.*

VIII.

DE DOCTRINA APOSTOLICA.

Doctrina apostolica tam salubris [a] *tamque vitalis est, ut pro capacitate utentium neminem sui relinquat* [b] *exsortem. Quia* [c] *sive sint parvuli, sive magni, sive infirmi, sive fortes, habent in ea & unde alantur, & unde satientur.*

Exsueret Deus ut tetra caligine mundum,
Doctrinæ accendit lumen apostolicæ:
Quæ nullis animis, nullis non congruit annis,
Lacte rigans [d] parvos, pane cibans validos.
Non tempus, [e] non sexus huic, non causa resistit,
Omnes curat, alit, justificat, vegetat.
Sumite quæ magnæ appositit [f] Sapientia mensæ,
Et variis pasci discite deliciis.
Quarum pars totum est epulum, & quo quisque juvatur,
Inde capit vitam, quam parit una fides.

IX.

DE QUÆRENDO DEO.

Deum quærens, gaudium quærit. Sic ergo quærat, ut non in se, sed in Domino gaudeat. Accedendo enim [g] *ad Deum, illuminatur ignorantia & corroboratur infirmitas, data sibi & intelligentia qua videat, & charitate* [h] *qua serviat.*

Scire Deum cupiens, gaudere & vivere quærit,
Si verum & summum norit [i] amare Deum.
Cui tribuat quidquid recte sapit, optat, agitque,
Et sine quo carnis gloria pulvis erit.
Non ergo in quoquam sua munera deserit auctor,
Perque suum Dominus se manifestat opus.
Inque illis habitat dives penetralibus hospes,
Quæ gaudent hoc [k] se comta, quod ipse dedit.

X.

DE FASTIDIO SPIRITALI.

Sicut corpori noxium est, corpoream escam non posse percipere: ita animæ periculosum est, spiritales delicias fastidire.

Ut perdunt propriam mortalia corpora vitam,
Si nequeunt esca sumere corporeas:
Sic animæ, nisi deliciis rationis alantur,
Dum Verbi æterni pane carent, pereunt.
Nam quid erit quod dira procul fastidia pellat,
Cum se ipso refugit mens saturare Deo?

a Mss. quinque & Ven. edit. *atque vitalis*. Colb. unus *quam vitalis est*.
b Ms. Colb, unus, *expertem*.
c Ms. Colb. unus, *sive sint magni, sive parvi*.
d Mss. quatuor, & Ven. edit. *parvos*. Editi ceteri, *pueros*. Lugd. *parvulos*, pro *parvos*.
e In margine Duac. & Colon. *alias non sensus*.
f Conjunctionem & hic addunt. Mss. Colb. unus, & Jol.
g Mss. Colb. duo cum edit. Ven. *ad Dominum*.
h In libro sententiarum legimus, *qua ferveat*.
i Ms. Colb. unus, *amare bonum*.
k Editi omnes in versu habent, *hoc se cuncta*. Lov. Duac. & Colon. in margine indicant, *comta*: quam vocem Mss. septem auctoritate substituimus: qua significari credimus, ea penetralia seu corda a Deo inhabitari, quæ gaudent, se hoc dono compta, id est, ornata, quod Deus ipse dederit, non quod a se ipsis habere se putaverint.

XI.

[a] DE BONORUM ET MALORUM FINIBUS.

Numquam multi sunt, qui [b] ad non esse tendunt. Quid enim tam obnoxium paucitati, quam quod est debitum perditioni?

Esse Deo verum, & proprium est : cui quisquis adhæret,
Æterni in regni lumine semper erit.
Nam qui justitiam spernunt, non esse laborant,
Inque nihil tendunt, [c] & nihil esse queunt.
Non ergo illorum poterit pars multa videri,
Quorum in sanctorum nullus erit numero.
Sed vere magni, & multi sine fine manebunt,
In Christo quorum gloria perpes erit.

XII.

DE TRANQUILLITATE [d] ULTIONIS DEI.

Non concupiscit Deus pœnam reorum, tamquam saturari desiderans ultione. Sed quod justum est cum tranquillitate decernit, & recta voluntate disponit : ut etiam mali non sint inordinati.

Nulla Deum oblectat miserorum pœna reorum,
Nec scelerum vindex ira movet placidum.
Omnipotentis enim recta & tranquilla voluntas,
Quidquid decerni convenit, hoc statuit.
Ut nullis pateat Regis censura querelis,
Cum juste accipiet debitus ordo [e] malos.

XIII.

DE BONO INTELLECTU.

Bonum intellectum habet, qui [f] quod faciendum recte intelligit, facit. Alioquin talis est sine opere intelligentia, qualis est sine timore sapientia ; [g] cum sit scriptum, Initium sapientiæ timor Domini.

Scriptorum Domini plene videt omne profundum,
[h] Implet qui factis cognita verba piis.
Nam nimis [i] a sensu doctrinæ devius errat,
Si, quæ curavit scire, fugit facere.

XIV.

DE REQUIE ADHUC IN CARNE [k] VIVENTIS.

Habet [l] jam in hac vita requiem suam anima, quæ de morte infidelitatis exempta est, & non ab operibus justitiæ, sed ab iniquitatis se abstinet actione : ut vivens Deo, & mundo mortua, in humilitatis & mansuetudinis [m] placida tranquillitate requiescat.

Est

a Ita Mss. Colb. unus & Jol. Ms. Remig. *De bonis & malis hominibus*. Alii, *De finibus malorum & bonorum*.
b Ms. Regius, *qui non ad esse*.
c Mss. quinque, *nec nihil esse queunt*. Alii, *& nihil*.
d Mss. tres, *ultionum Dei*.
e Mss. septem, cum edit. Ven. *malos*. Alii, *reos*.
f Mss. Regius *quod est faciendum recte intelligit & facit*. Ven. edit. *quod recte faciendum intelligit. facit*.
g Ita Mss. quatuor & edit. Ven. Ceteri, *cum initium sit sapientiæ timor Domini*.
h Mss. quatuor, *Qui factis implet*.
i Alias editi *ascensu doctrinæ*. Emendatur ex Mss. quinque.
k Mss. quatuor, *viventium*.
l Mss. quatuor & edit. Ven. *etiam*. Ex his Ms. Camb. post aliquot verba, *quæ non ab operibus*.
m Ms. Theodoricensis solus, *placita*.

Est & in hac vita multis requies data sanctis,
Quorum animas mundus non tenet occiduus:
Quos desideriis nullis peritura fatigant,
Et quibus omne bonum est Christus, & omnis honor.
Utuntur terra ut cælo, fugientia temnunt.
Quod credunt, quod amant, quod cupiunt, Deus est.

XV.

DE VOVENDO DEO.

Quisquis bene cogitat quid Deo voveat, & quæ vota persolvat ; [b] *seipsum voveat, & reddat. Hoc exigitur, hoc debetur : imago* [c] *Cæsaris reddatur Cæsari, imago Dei reddatur Deo. Sed sicut videndum est,* [d] *quid, & cui offeras ; ita etiam* [e] *considerandum est, ubi offeras. Quia veri sacrificii extra catholicam Ecclesiam locus non est.*

Quid voveat Domino quisquis bene corde volutat,
Ipsum se totum præparet, & voveat,
Major enim [f] offerri nequit hostia mentis in ara,
Nec Christi ex templo suavior exit odor,
Quam cum [g] homo castorum profert libamina morum,
Et de virtutum munere sacra litat.
Sic tamen, ut norit qui reddit vota Tonanti,
Unum divinis cultibus esse locum,
In toto mundo quem vera Ecclesia præbet,
Et sine quo nullum justitiæ est meritum.

XVI.

DE JUSTITIA ET GRATIA.

Duæ sunt retributiones justitiæ, cum aut bona pro bonis, aut mala redduntur pro malis. Tertia est retributio gratiæ, cum per regenerationem remittuntur mala, & retribuuntur bona. Atque ita manifestatur, quia universæ viæ Domini [h] misericordia & veritas. *Illam autem impiorum retributionem, qua pro bonis mala* [i] *restituunt; Deus nescit :* [k] *qui nisi retribueret bona pro malis,* [l] *non essent quibus retribueret bona pro bonis.*

Justitiæ merces gemina est, vel cum bona rectis,
Vel pravis digne cum mala restituit.
Salvatrix autem cunctorum gratia Christi,
Non pensans meritum, diluit omne malum:
Credentesque omnes renovans baptismate sacro,
Dat bona, quæ propter det meliora bonis.

XVII.

DE SUPERNÆ PATRIÆ CIVIBUS.

Omnis qui ad supernam pertinet civitatem, peregrinus est [m] *mundi: & dum tem-*

S. Prosperi.

a Ms. Jol. *De vovendo*. Ms. Camb. De *bene vovendo*.
b Ms. Regius, *voveat se ipsum totum*.
c Mss. Regius & Theod. & edit. Ven. *ut & imago Cæsaris . . . . & imago Dei*.
d Mss. quatuor, *quid offeras, & cui offeras*.
e Ms. Colb. unus, *videndum est*, ut in sententiis.
f Mss. quatuor, & edit. Ven. *nequit offerri*.
g Vox hæc, *homo*, abest a Ms. Jol.
h Ms. Colb. unus, & edit. Ven. *sunt misericordia*.
i Mss. duo, *restituuntur*. Ms. Reg. *qua bonis mala restituuntur*.
k Mss. tres, *Quia nisi*. Edit. Ven. *Quia nisi Deus*,
l Ms. Reg. *non esset cui retribuerentur*.
m Mss. tres & edit. Ven. *mundo*.

porali utitur vita, in patria vivit aliena, ubi inter multa illecebrosa, & multa fallacia Deum nosse & amare paucorum est ; [a] *quibus fit* præceptum Domini lucidum illuminans oculos, [b] *ut nec in Dei, nec in proximi charitate fallantur.*

Cæleſtem ad patriam Chriſto redimente vocatus.
Vitam [c] labentis temporis hoſpes agit.
Dumque ad promiſſam requiem [d] non per ſua tendit,
Mundanæ patitur multa pericla viæ.
Quæ nunc obſeſſa adverſis, [e] nunc plena ſecundis
Aut frangit [f] trepidos, obligat aut dubios.
Inter quos laqueos currentem [g] ad gaudia vera.
Non capiet mundus, cui via Chriſtus erit.

XVIII.

DE CARNIS CUPIDITATE VINCENDA.

Nemo eſt, cujus [h] *animam corruptibile corpus, & inhabitatio terrena non aggravet. Sed adnitendum eſt, ut cupiditates carnis, ſpiritus vigore ſuperentur : & interior homo, qui ſemper ſibi ſentit reſiſti, ſemper ſe divino* [i] *expectet auxilio adjuvari.*

Nulla anima eſt, quæ non mortali carne gravetur,
[k] Nec de corporea conditione gemat.
Sed confirmare invalidam, & frenare rebellem,
Legitimum & proprium eſt mentis opus dominæ.
Quæ [l] jus naturæ, ut moderamine temperet æquo,
Et ſubdat ſceptris noxia quæque ſuis:
A Domino auxilium, & vires petat : ut valeat ſe
Vincere, [m] nec ſenſus incitet ipſa ſuos.
Nam [n] nullos famulæ poterit compeſcere motus,
Ni fuerit Chriſti ſemper amore potens.

XIX.

[o] DE ANGUSTA VITÆ VIA.

Anguſta eſt via, quæ ducit ad vitam. [p] *Et tamen per ipſam, niſi dilatato corde, non curritur : quia iter virtutum, quo gradiuntur pauperes Chriſti, amplum eſt fidelium ſpei, etiam ſi artum ſit infidelium vanitati.*

Arta via eſt, veræ quæ ducit ad atria vitæ,
Nec recipit carnis gaudia mentis iter.
Amplis incedit ſpatiis [q] terrena voluptas,
Anguſto virtus limite celſa petit.
Et tamen hi calles, quos mundi vana paveſcunt,
Quædam magnificis æquora ſunt animis.

Dif-

a Ita Mſ. ſex ; & edit. Ven. Alii, *quibus, præceptum Domini ſit lucidum.*
b Mſ. Regius, *ut nec in Dei dilectione, nec in proximi charitate fallantur.* Editio Ven. *ut nec in Dei charitate, nec in proximi dilectione fallantur.*
c Edit. Lovan. & recentiores in margine notant, *præſentis.*
d Mſſ. tres *per non ſuam.*
e Mſſ. tres Colb. & Colon. edit. *non plena.*
f Mſ. Jol. *tepidos.*
g Sic Mſſ. quinque. Editi omnes, *ad gaudia vitæ.*
h Mſſ. quinque, & Venet. edit. *animam.* Alii, *animum.*
i Mſſ. Jol. & Camb. *expetat.*
k Sic Mſſ. ſeptem, & edit. Ven. Alii, *nec quæ.*
l Mſs. quinque, *jus naturæ.* Quo forte deſignantur naturales inclinationes, & ex corruptæ naturæ infirmitate prodeuntes. Alii codices, *vis naturæ.*
m Mſ. Colb. unus, *ne ſenſus.*
n Sic Mſs. quatuor. Alii, *nullus.*
o Mſ. Jol. *De anguſta via.* Mſ. Theod. *De anguſta & arta via.*
p Mſ. Camb. addit hic vocem, *æternam.*
q Mſ. Regius, *terrenæ voluptas.*

Difficiliſque nimis per dura, [a] per ardua greſſus, a
Commendat fidei quod tolerare juvat.

XX.

DE PRÆMIO CHRISTIANÆ RELIGIONIS.

Hoc affectu & hoc deſiderio colendus eſt Deus, ut ſui cultus ipſe ſit merces. Nam qui Deum ideo colit, ut aliud magis quam ipſum promereatur, non Deum colit, ſed id quod aſſequi concupiſcit.

Hac deſiderii Deus eſt pietate colendus,
Juſtitiæ ut merces tota ſit ipſe Deus.
Nam ſperans alio ſe munere poſſe beari,
Non [b] quod poſcit amat, ſed quod habere cupit. b

XXI.

DE OCCULTIS NON JUDICANDIS.

De occultis cordis alieni temere judicare peccatum eſt; & eum, cujus non videntur opera niſi bona, ex ſuſpicione reprehendere, iniquum eſt. Cum [c] eorum quæ homini ſunt incognita, ſolus Deus judex ſit juſtus, qui & inſpector eſt verus. c

Culpare in quoquam, quæ non ſunt nota, malignum eſt,
Præſertim, [d] ſi quæ cognita ſunt bona ſunt. d
Non pateant faciles ſævis rumoribus aures
Quæ neſcire juvat, credere non libeat.
Linquantur ſecreta Deo: qui ſi quid opertum eſt,
Inſpicit, & nullis indiget [e] indiciis. e

XXII.

DE ADJUTORIO DEI.

Divini eſt muneris, [f] cum & recta cogitamus, & pedes noſtros a falſitate & injuſtitia continemus. Quoties enim bona agimus, [g] Deus in nobis atque nobiſcum, ut operemur, operatur. f g

Non dubie noſtri Deus eſt & rector, & auctor,
Cum toto affectu, quæ bona ſunt, gerimus.
Ex operum ſpecie clarebunt intima cordis,
[h] Quiſve hominis mentem ſpiritus intus alit. h
Sanctus enim ſanctos facit, & de lumine lumen
Exoritur: nullus fit bonus abſque [i] bono. i

XXIII.

DE PASSIONIBUS SANCTORUM.

Juſto judicio Dei datur plerumque peccatoribus [k] optata poteſtas, qua ſanctos ipſius perſequantur: ut qui Spiritu Dei [l] juvantur & aguntur, fiant per laborum exercitia clariores. k l

a Edit. Lugd. & poſteriores in ora libri, *per aſpera.*
b Mſ. Camb. *Non quem poſcit amat.*
c Editio Ven. *eorum operum.*
d Ita diſponitur verſus in Mſ. ſex & edit. Ven. In aliis, *Præſertim quæ ſunt cognita, ſi bona ſunt.*
e Mſs. rres, *indicibus.*
f Mſ. Theod. *cum recte cogitamus.*
g Mſ. Reg. *Deus nobiſcum eſt*, Edit. Ven. *in nobis eſt*: tum uterque, *atque nobiſcum operatur, ut operemur cum illo.*
h Mſ. Camb. *agat.* Editi alias, *Quive . . . . alit.* Mſs. quinque, *Quidve . . . . alat.*
i Editi communiter, *abſque Deo.* Mſ. noſtri omnes, & Ven. editio, *abſque bono*, ſcilicet ſpiritu.
k Abeſt vox hæc, *optata*, a Mſs. tribus & Ven. edit. ac ſententiarum libro.
l Mſ. Camb. *vivunt.*

Quod plerumque mali in ſanctos ſævire ſinuntur,
Quodque bonis pravi ſæpe nocere queunt:
Abſque Dei nutu non fit, qui corda ſuorum,
His etiam bellis glorificanda probat.
Creſcunt virtutum palmæ, creſcuntque coronæ,
[a] Mutantur mundi prælia pace Dei.

XXIV.

[b] DE SCIENTIA BONI.

Non eſt vera ſcientia boni, niſi ad hoc comprehendatur, ut agatur. [c] *Non enim utiliter meditatur legem Dei, qui laborat ut memoria teneat, quod actione non implet.*

Scit legem, docteque tenet juſſa Omnipotentis,
Qui quod novit agens, diligit id quod agit.
Non ſatis eſt Domini præceptum volvere lingua:
Is meminit legis, qui memor eſt operis.

XXV.

DE AMORE LEGIS.

Qui legem Dei diligit, probat ſe [d] *in omnibus iniquis id quod contra legem eſt odiſſe, non homines.*

Legem ſpernentes odit cum legis amator,
Non homines odit, [e] ſed reprobat quod agunt.

XXVI.

[f] DE SCRUTANDIS MANDATIS DEI.

[g] *Mandata Dei ſcrutari, niſi quieta mens non poteſt. Ut ergo religioſum exerceatur ſtudium,* [h] *abigenda ſunt jurgia malignorum.*

Scrutari legem poſſunt utcumque quieti.
Si mundi a ſtrepitu libera corda vacent.
Ut mens ergo piis ſtudiis intenta juvetur,
[i] Prælia divinus carnea vincat amor.
Nam templum Domini per ſacra ſilentia creſcit,
Et tacite [k] ſtruitur non ruitura domus.

XXVII.

DE PROFICIENDO.

[l] *Nemo tam eruditus, nemo tam doctus eſt, qui ſuperna illuſtratione non egeat.* [m] *Non enim ita ulla divinorum bonorum augmenta ſufficiunt, ut non ſemper ſuperſit aliquid, quod mens rationalis & intelligendum deſideret & gerendum.*

Do-

a Mſs. tres, *Temnuntur*. Mſ. unus, *Vincuntur*. Utrumque margini inſcripſerant editiones Lovan. & illa poſteriores.
b Mſ. Theod. *De ſcientia Dei.*
c Mſs. Quinque & Ven. edit. *Inutiliter enim.*
d Mſs. quinque *in hominibus*, ut in libro ſententiarum.
e Edit. Ven. omiſso *ſed reprobat id quod agunt.*
f Mſ. Camb. *De obſervandis.*
g Mſ. Regius, *Mandata Dei, niſi ſit quieta, mens ſcrutari*, &c.
h Mſs. tres, & Ven. edit. *abjicienda ſunt*. Colb. unus, *abigenda eſt injuria.*
i Mſs. tres, *Jurgia.*
k Mſs. tres, *inſtruitur.*
l Mſ. Reg. & edit. Ven. *Nemo eſt tam doctus, & nemo eſt.*
m Mſ. Jol. *ita ulli.*
n Mſ. Regius, *& agendum.*

Doctrinæ Domini penetralia, tempore in isto,
Ad plenum nulli pervia sunt homini.
Semper enim sanctis supereſt, quo crescere possint:
Et perfectorum gloria, principium est.
Virtutem virtus pariat, de lumine lumen
Prodeat, atque a omnis palma gradum faciat.
Nam cur non cupide mens quærat, quæ Deus offert:
Cui, danda ut recte posceret, ipse dedit?

XXVIII.

DE DUPLICI OPERE DEI.

Si omnes homines simul considerемus, quorum alii misericordia salvi fiunt, alii veritate damnantur; universæ viæ Domini, id est, misericordia & veritas, suo fine distinctæ sunt. Si autem solos sanctos intueamur, non discernuntur hæ viæ b *Domini. Individua enim ibi est & a misericordia veritas, & a veritate misericordia: quia beatitudo sanctorum & de munere gratiæ est, & de retributione justitiæ.*

Omnibus in rebus geminum est opus Omnipotentis.
Totum aut justitia est quod gerit, aut pietas.
Quæ simul in terras descendunt lucis ab arce:
Ne cuiquam parti desit utrumque bonum.
Et quoniam cuncti auxilio miserantis egemus,
Præcedit semper gratia justitiam,
Damnantem elatos, salvantem justificatos,
Quos Deus & donis auxerit & meritis.

XXIX.

DE OBSERVANTIA PACIS.

Christianæ perfectionis est, pacificum esse, etiam cum pacis inimicis, spe correctionis, non consensu malignitatis: ut si nec exemplum, nec cohortationem dilectionis sequantur, causas tamen non habeant, quibus odisse nos debeant. c

Moribus in sanctis pulcra est concordia pacis,
Cum multis unum convenit, atque placet.
d Nec tamen hoc cohibenda modo sunt fœdera amoris,
Ut solis pax hæc sit tribuenda bonis.
Injustis etiam præstetur justa voluntas,
Nec quemquam spernant vota benigna hominem.
Non ut amicitiæ vitiis socientur iniquis;
Adsit sed pravis ut medicina animis.
Quæ si pace sua non sedat turbida corda,
Nobis non possit nostra perire quies.

XXX.

a Mſ. Colb unus, *hominis palma*.

b Vox hæc *Domini* non legitur in Mſ. Colb. tribus, Jol. & editione Ven. Post aliquot verba, editio Ven. cum Colb. uno, *semper est de munere gratiæ & de retributione*.

c Mſ. Jol. *Propter quas*.

d Ita Mſ. Cambronensis: qui solus nobis visus est sententiæ præfixæ Epigrammati, & contextu ipsius convenire. Mſ. Regius. *Sed tamen hoc cohibenda modo sunt fœdera amoris*. Mſs. Colb. duo, *Sed tamen hæc toleranda modo*. Mſ. Jol. *Sed tamen*, deinde pergit cum edit. Lugd. & posterioribus, in quibus est, *Sed tantum, hoc toleranda modo* &c.

XXX.

[a] DE CUSTODIA DEI.

Cuſtodit nos Dominus ab omni malo, [b] *non ut nihil patiamur adverſi, ſed ut ipſis* [c] *adverſitatibus anima non lædatur. Cum enim tentatio adeſt, fit quidam in id quod nos impugnat introitus; & cum bono fine, id eſt, ſine vulnere animæ, tentatio* [d] *conſummatur,* [e] *ad æternam requiem de profundo temporalis laboris exitur.*

Sæpe quidem Dominus ſic cuncta adverſa repellit,
Ut nullo attingi vulnere poſſit homo.
Sed mirabilior tunc eſt manus Omnipotentis,
Illata afflictum cum mala non ſuperant.
Laudetur [f] cuſtos, virtutem dans toleranti,
Intima corrumpat ne furor exterior.
Nam non certanti nulla eſt ſperanda corona,
Palmam, qua capitur gloria, finis habet.

XXXI.

DE ADJUTORIO DEI.

Ad cæleſtis Jeruſalem conſortium non aſcendunt, niſi qui toto corde [g] *profitentur, non eſſe proprii operis, ſed divini muneris quod aſcendunt.*

[h] Cæleſtem ad patriam tendens, cognoſce vocantem,
Cujus proveheris, ſi bene curris, ope.
Nam ſi te virtute tua ad cæleſtia [i] credis
Scandere, de ſuperis pulſus ad ima cades.

XXXII.

DE ODIIS MUNDI IN CHRISTIANOS.

Omnes qui in Chriſto volunt pie vivere, neceſſe eſt ut ab impiis & diſſimilibus patiantur opprobria: & deſpiciantur tamquam ſtulti & inſani, qui præſentia bona [k] *perdant, & inviſibilia ſibi ac futura promittant. Sed hæc deſpectio & hæc irriſio in ipſos retorquebitur,* [l] *cum & abundantia eorum in egeſtatem, & ſuperbia tranſierit in confuſionem.*

Impia pars mundi parti eſt infeſta piorum,
Nec tolerare poteſt diſſimiles animos.
Ridens nolentes opibus præſentibus uti,
Speranteſque ſibi credita poſſe dari.
[m] Sed ſpernenda hæc ſunt populis opprobria ſanctis,
Quæ ſtulte jaciunt corda aliena Deo.
Nam ſpes noſtra ex hoc viſu fit certior omni,
Quod ſpondens [n] quidquid credimus, hoc Deus eſt.

XXXIII.

a Mſ. Theod. *De cuſtodia animi.*
b Mſ. Cambr. *non ita ut.*
c Edit. Duac. & Colon. *adverſantibus.* Mſ. Theod. *in ipſis adverſitatibus.*
d Mſ. Jol. *conſumitur.*
e Mſ. Theod. & edit. Ven. *ſic.* Mſ. Reg. & *ſic.*
f Mſ. Reg. *cuſtos virtutum, dans toleranti,* &c.
g Mſ. Cambr. *confitentur.*
h Mſ. Colb. unus, *Æternam.*
i Mſ. Colb. unus *credas.* Et in fine verſus ſequentis Mſ. Camb. *ruis*, aut *cadis.*
k Mſ. Theod. *perdunt, ſed inviſibilia ſibi adfutura promittunt.*
l Mſ. Reg. & edit. Ven. *cum & abundantia eorum in egeſtatem venerit, & ſuperbia eorum tranſierit in confuſionem.* Mſs. quoque alii quatuor habent, *perdunt . . . . promittunt.*
m Mſſ. Jol. *Sed ſunt hæc populis ſpernenda opprobria ſanctis.*
n Mſs. tres, *quidquid credimus eſt; Deus eſt.* Mſ. Colb. unus, *quidquid credimus eſt Dominus.*

XXXIII.

[a] DE PATIENTIA FIDELIUM.

Tota fidelium ſalus, tota patientiæ fortitudo ad eum, qui in ſanctis ſuis eſt mirabilis, referenda eſt : quia niſi in illis [b] Deus eſſet, furori impiorum fragilitas humana ſuccumberet.

Cum conſtans anima adverſis non frangitur ullis,
  Et fidei virtus intemerata manet:
Norit ineſſe ſibi Dominum patientia fortis,
  Inque ejus donum, quod ſteterit referat.
Nam quod non cecidit, propriis ſi viribus aptat;
  [c] Hoc ipſo, quo ſe ſtare putat, cecidit.

XXXIV.

DE OBSEQUIIS DEBITIS.

Ita & a plebibus principes, & a ſervis domini ſunt ferendi, ut ſub exercitatione tolerantiæ ſuſtineantur temporalia, & ſperentur æterna. Auget enim merita [d] virtutis, quod propoſitum non violat religionis.

Reddendum eſt quidquid mundi bene poſtulat ordo,
  Propoſitumque piæ non violat fidei.
Mitibus & ſanctis nulla eſt ſpernenda poteſtas:
  Æquum ſervire eſt regibus, & dominis.
Ut Chriſti famulis ad verum proſit honorem,
  Dilexiſſe bonos, & toleraſſe malos.

XXXV.

DE TOLERANDA VARIETATE MUNDANA.

Recti corde de præceptis Dei, & conſtitutionibus [e] mundi non queruntur : quia juſtum de æquanimiter omnia accipi, quæ judicaturus voluit [f] tolerare.

Dum mutabilium decurrunt tempora rerum,
  Dumque ſuis mundus motibus atteritur;
Rectorum eſt adverſa pati, & tolerare modeſte,
  Nec querula in quoquam voce movere Deum.
Cujus judicio nulli parcetur iniquo,
  Et perpes juſtos gloria ſuſcipiet.

XXXVI.

DE ÆDIFICATIONE DOMUS DEI.

Omnis ſancti ædificii ſtatus, ſicut Deo [g] cooperante proficit, ita Deo cuſtodiente conſiſtit. Quoniam utilis [h] præpoſitorum cuſtodia eſt, cum Spiritus Dei populo ſuo præſidet, & non ſolum greges, ſed etiam ipſos dignatur cuſtodire paſtores.

Cum lapides vivi pacis compage ligantur,
  Inque pares numeros [i] convenit una domus:

a Mſ. Theodoric. *De cauſſa fidelium, & fortitudine patientiæ.*
b Mſſ. tres. *Dominus eſſet:* ut in libro ſententiarum.
c Mſ. Theodor. *Hoc ipſo quod* &c.
d Mſſ. tres, *merita virtutis*. Mſ. Colb. unus, *donum virtutis*. Alii, *meritum virtutis*.
e Mſſ. duo & Ven. edit. addunt, *mundi*. Mſ. Camb. *ejus*.
f Mſſ. tres & Ven. *voluit tolerare*. Alii, *tolerari*.
g Mſſ. duo, *Deo operante*. Ita in lib. Sententiarum.
h Mſſ. quatuor, & edit. Ven. *ordo præpoſitorum*.
i Mſ. Colb. unus, *omnia conveniunt*.

Claret opus Domini, qui totam conſtruit aulam,
[a] Effectumque piis dat ſtudiis hominum.
Quorum perpetui decoris ſtructura manebit,
[b] Si perfecte auctor protegat, atque regat.

XXXVII.

DE ÆTERNIS GAUDIIS.

Æternæ civitatis æterna ſunt gaudia, & ſtantium dierum perpes infinitas, nec variabitur, nec labetur: quia incommutabili pace potientur, [c] quorum omnium erit bonum, quod fuerit etiam ſingulorum.

Semper erunt [d], quod ſunt, æternæ gaudia vitæ:
Gaudendi quoniam cauſſa erit ipſe Deus.
Nec varios pariet motus diverſa voluntas.
Unum erit in cunctis lumen, & unus amor,
Inque bonis ſummis poſita experientia felix,
Nec volet augeri, nec metuet minui.

XXXVIII.

DE LEGE CARITATIS.

Lex Chriſti perfectio charitatis eſt, qua Deus proximuſque diligitur: & per quam dicitur Conditori legis, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. *Bene enim expectat promiſſionem Dei, qui mandatum ejus exequitur: nec fruſtra ſperat [e] parcendum peccatis ſuis, qui ignoſcit alienis.*

Verus amor Chriſti vera eſt cuſtodia legis,
Et mandata Dei complet amans homines.
Quorum ignoſcentes culpis ſua crimina ſolvunt,
Quodque aliis tribuunt, hoc ſibi proſpiciunt.
Det peccatori veniam peccator, & æqua
Conciliet Dominum conditione ſibi.
Cujus judicium de noſtro examine pendet,
Quod ſerimus metimus, quod damus accipimus.

XXXIX.

DE JUSSIONIBUS DEI.

Nihil Deus jubet quod ſibi proſit, ſed illi cui jubet. Ideo [f] verus eſt Dominus, qui ſervo non indiget, & quo ſervus indiget.

Non ideo quidquam mandat Deus, ut ſibi proſit,
Nec ſervi officio verus eget Dominus.
Cujus præceptis augetur qui famulatur,
Fitque minor quiſquis negligit imperium.
Nam Deus omnipotens, ſimul omnitenenſque poteſtas,
Nil perdit proprium, [g] nil capit occiduum.

Num-

a Mſſ. quatuor, *Effectuſque*.
b Mſſ. Theod. *Si perfectum*. Mſ. Jol. *Si perfecta*.
c Mſ. Jol. *quorum hominum*.
d Mſſ. tres Colb. *quod erunt* a prima manu: a ſecunda, *quod ſunt*.
e Mſſ. duo, *eſſe parcendum*.
f Mſ. Colb. unus, *verus eſt Deus*. Mſſ. duo, *ſed quo ſervus*.
g Mſſ. Colb. unus & Camb. *nil capit occiduum*. Mſ. Regius, *Nil recipit varium, nil capit occiduum*. Mſ. Colb. alter, & Camb. *Ipſe ſibi ſummum perpetuumque bonum*,

Numquam non habuit quod habet, dans quidquid haberi
[a] Proderit, & ſumens non niſi quod dederit.

XL.

[b] DE INTEMPORALI SCIENTIA DEI.

Id quod in tempore novum eſt, non eſt novum [c] *apud Deum qui condidit tempora, & ſine tempore habet omnia, quæ ſuis quibuſque temporibus, pro eorum* [d] *varia ætate diſtribuat.*

Inſolitum ſi quid labentia tempora promunt,
Hoc mirum mundus dicit, habetque novum.
Sed rerum auctori nullus non cognitus ordo eſt,
Cernenti quidquid ſæcula cuncta ferunt.
Quæ non incerto volvunt magna agmina motu,
Sed ſub judicio ſtantque fluuntque Dei.
Ut nihil exiſtat naturæ in partibus ullis,
Quod non ille ſuo temperet arbitrio.

XLI.

DE PROVIDENTIA DEI.

Mutabilium [e] *diſpoſitionem immutabilis ratio Dei continet, ubi ſine tempore* [f] *ſimul ſunt, quæ in temporibus non ſimul fiunt: quia tempora non ſimul currunt.*

Lex æterna Dei ſtabili regit omnia nutu,
Nec mutat vario tempore conſilium.
Utque locis præſens ſimul eſt Deus omnibus unus,
Sic [g] ævi metas ſecum habet, & numeros.
Nec ſerum aut properum ſibi ſentit in ordine rerum,
Cui cuncta aſſiſtunt acta, & agenda ſimul.

XLII.

[h] DE IMPUNITATE PECCANTIUM.

Nihil eſt infelicius felicitate peccantium, qua pœnalis nutritur impunitas, & mala voluntas, velut hoſtis interior, roboratur.

Qui ſe peccatis gaudet feliciter uti,
Infelix nimis eſt proſperitate ſua.
Dumque capit miſeros effectus prava voluntas,
A vera ſemper luce fit exterior.
Sumens peſtifera de conſuetudine robur,
Et ſua complectens vincula mortis amor.
Deficiant potius vana oblectamina mundi,
Subdanturque pio colla domanda jugo,
Idque putres fibras deſcendat cura medentis:
Ut [i] blandum morbum, pellat amica ſalus.

a Mſ. Colb. unus, *Proſit, & accipiens*, &c.
b Ita Mſ. Jol. Alii, *De temporali ſcientia*: quibuſdam addentibus. *Dei*. Mſ. Camb. *De futurorum Dei præſcientia*.
c Mſſ. quatuor, & Ven. editio, *apud eum*.
d Mſſ. duo & edit. Ven. juxta quod in ſententiarum libro habetur, *varietate*.
e Mſ. Regius & edit. Ven. *Mutabilium rerum diſpoſitiones*: Ven. *diſpoſitionem*: & poſt pauca Mſſ. tres & Ven. editio *immutabilis ratio continet*, omiſſa voce, *Dei*.
f Mſſ. duo, *omnia ſimul ſunt*. Ven. edit. *ubi omnia ſine tempore ſimul ſunt*.
g Sic Mſſ. ſeptem. Editi vero *rerum metas*.
h Mſ. Theod. *De felicitate peccantium*.
i Mſſ. tres. *Ut cauſſas morbi*. Ex quibus Colb. unus in margine ſcriptum habet quod in edito.

XLIII.

DE LEGIS LITTERA.

Legis littera [a] *quæ dicit non esse peccandum ; si Spiritus* [b] *vivificans desit, occidit.* [c] *Sciri enim peccatum facit, potius quam caveri : & ideo* [d] *magis augeri quam minui ; quia malæ concupiscentiæ etiam prævaricatio legis accidit.*

Index peccati lex est plectenda vetando,
Quæ, nisi oor mundet Spiritus, interimit.
Nullus enim est insons sola formidine pœnæ,
Qui sanctum & justum non amat imperium,
Hunc tamen [e] affectum non lex, sed gratia confert:
Quodque jubet legis littera, velle facit.

XLIV.

Lex data est, ut gratia [f] *quæreretur, & gratia data est, ut lex impleretur. Neque enim suo vitio non implebatur, sed vitio prudentiæ carnis,* [g] *quod vitium per legem demonstrandum, per gratiam sanandum fuit.*

Non servit jussis legis prudentia carnis,
Peccati stimulos nec superare potest.
Sed quia mens anceps patitur mala corporis ægri,
Quærere divinum cogimur auxilium.
Lex igitur facit ut poscatur gratia Christi,
Ardua qua legis jussa queant fieri,
Nec jam non valeant carnales vincere sensus,
Quos justæ legis conditor ipse juvat.

XLV.

[i] *Hoc promittit Deus, quod ipse facit. Non enim ipse promittit, & alius facit ; quod jam non est promittere, sed prædicere. Ideo* non ex operibus, sed ex vocante ; *ne ipsorum sit, non Dei ; & merces non imputetur secundum gratiam, sed secundum debitum, atque ita gratia jam non sit gratia.*

Quæ Deus omnipotens promittit, perficit ipse,
Nec proprium externis viribus implet opus.
Hinc secura fides sperat quod credit, amatque
Auctorem, qui quod spondet [k], & efficiet.
Nam si quæ Dominus promittit, non operatur,
Sed solum humanum prævidet arbitrium:
Non hæc dona ejus, sed sunt prædicta vocanda,
Ceu quisquam ex proprio sit bonus, absque Deo.

Quod

a Mss. quatuor, *quæ docet.*
b Ms. Theod. *vivificare.*
c Edit. Ven. *Scire . . . . quam cavere.* Mss. duo, *Sciri . . . . quam caveri.* Alii, *Scire . . . . quam caveri.*
d Ms. Reg. & edit. Ven. *magis facit augeri.*
e Ita Mss. quinque cum editione Ven. Alii, *effectum.*
f Edit. Ven. addit hic vocem hanc, *Christi.*
g Ms. Jol. *quia vitium.* Ms. Regius, *neque enim erat suo vitio quod non implebatur . . . . & per gratiam.* Ms. Theod. *sed ex vitio prudentiæ carnis.*
h Ms. Colb unus, *Ne jam :* Alii codices, *Nec jam.* Mss. quinque, *carnalem vincere sensum.* sola Ven. editio. *non valeat carnales vincere sensus.*
i Mss. sex & Ven. edit. *Hoc quod promittit Deus, ipse facit.* Eadem Ven. editio, *Non enim ipse promittit & aliud facit . . . . Ideo homines non fiunt boni ex operibus suis, sed ex* Deo *vocante, ne ipsorum sit bonitas, sed Dei.* Ms. Regius, *quod jam non esset promittere. Ideo homines non fiunt boni ex suis operibus, sed ex vocante* Deo, *ut nec bonitas ipsorum sit,* Dei (f. *sed Dei*) *: & merces non imputetur secundum debitum, sed secundum gratiam.* Reliqua desunt in hoc codice. Ms. Colb. unus quoque habet, *ne bonitas ipsorum sit.* Mss. Jol. & Camb. *ex vocante fit.* Ms. Theod. *non ex operibus justificantur homines, sed ex . . . . ne ipsorum sit justificatio & non Dei.* Alii editi ut in textu, & in libro sentent. supra, immo & apud Augustinum. lib. de spirit. & litter. cap. 19.
k Sic Mss. omnes, & Ven. editio. Reliqui, *id efficiet.*

Quod quia non recipit pietas, veroque repugnat;
Gratia nos reparet, gratia juſtificet.
Quæ ſic in cunctis implet ſua dona vocatis,
Ut quorum dux eſt, fiat & ipſa comes.

XLVI.

DE FIDELIUM CULPIS ET INFIDELIUM BONIS.

Sicut non impediunt ab æterna vita juſtum quædam peccata venialia, ſine quibus hæc vita non ducitur; ſic ad ſalutem æternam nihil proſunt impio aliqua bona opera, ſine quibus difficillime vita cujuslibet peſſimi hominis invenitur.

Ut quædam tenues maculæ in ſplendore piorum,
Major virtutum quas vacuat numerus,
Æternæ donis nequeunt obſiſtere vitæ,
Nec merita obſcurat grandia culpa levis:
Sic aliquid plerumque boni pars impia geſtat,
Magni mole mali quod facile obruitur.
Nec prodeſt quiddam recti ſapuiſſe malignis,
Si verum [a] & ſummum non coluere Deum. a
Una fides igitur, ſpes una eſt, atque amor unus,
Quo fiat juſtus, ſitque beatus homo.
Nam bona, quæ pravis naturæ ex dote ſuperſunt,
Augent peccati pondera, non minuunt.

XLVII.

DE MALE VOLUNTATIS EFFECTU.

Cum mala voluntas poteſtatem accipit efficiendi quod cupit, [b] *ex judicio Dei venit, apud quem non eſt iniquitas. Punit enim etiam iſto modo,* [c] *nec ideo injuſte quia occulte. Ceterum iniquus puniri ſe ignorat, niſi cum manifeſto ſupplicio ſenſerit nolens, quantum mali ſit, quod perpetravit volens.* b c

Cum datur injuſto peccandi optata poteſtas,
Ut mala mens prave quod cupit efficiat:
[d] Ira Dei magna eſt, qua multos ſic quoque punit, d
Ut quibus exultant criminibus pereant.
Creſcit enim occulte cum longo pœna reatu,
Auſibus illicitis ſi nihil obſtiterit.
Et magis, erranti ne parcant flagra, timendum eſt:
Quam ne non fiat, quod voluiſſe nocet.

XLVIII.

Omnia vitia in male factis tantummodo valent; ſola ſuperbia etiam in [e] *recte factis cavenda eſt.* e

Omne genus vitii proprio tantum valet actu,
Et peccata ſuam quæque gerunt ſpeciem.
Sola eſt innumeris armata ſuperbia telis.
Cui poſſunt vires, & bene geſta dare.

XLIX.

a Mſ. Jol. & edit. Ven. *& ſanctum.* Mſs. quinque, *ſancte*

b Mſ. Reg. *ex juſto judicio Dei venit.*

c Mſs. duo, *nec ideo facit injuſte.* Venet. edit. *nec ideo injuſte eſt.*

d Mſs. tres, *Ira eſt magna Dei, qua* &c.

e Mſs. duo, *in rectis factis.* Mſ. Colb. unus, *in cunctis factis*: idemque in margine, *in rectis factis.*

XLIX.

[a] DE IMPARI USU FORTUNÆ.

Intereſt plurimum, qualis ſit uſus, vel earum rerum quæ proſperæ [b] *dicuntur, vel earum quæ dicuntur adverſæ. Nam bonus temporalibus nec bonis extollitur, nec malis frangitur;* [c] *malus autem ideo hujuſmodi infelicitate punitur, quia felicitate corrumpitur.*

In rebus mundi non idem eſt omnibus uſus,
Nec cuncti paribus cuncta [d] ferunt animis.
[e] Namque bonos non blanda inflant, non aſpera frangunt;
Sed fidei invictæ gaudia vera juvant.
Terræ autem, & fœni breviter florentis amator,
Seu caret optatis, ſeu fruitur, miſer eſt,

L.

[f] DE MORTE SANCTORUM.

Mala mors putanda non eſt, quam bona vita præceſſerit. Non enim facit malam mortem, niſi quod ſequitur mortem. [g] *Non itaque multum curandum eſt neceſſario morituris, quid accidat ut moriantur, ſed moriendo quo ire cogantur.*

Cuncta bonis proſunt, quos & mors ipſa beatos
Efficit, ut ſumant præmia principium.
Ille igitur finis malus eſt, quem pœna ſequetur,
Et qui perpetui porta doloris erit.
Non quo [h] abſumentur lacrymæ, cunctique labores:
Ut veteris pereant omnia ſigna mali.

LI.

DE PURITATE QUAM [i] NON PERDIT INVITUS.

Ita non amittitur corporis ſanctitas, manente animi ſanctitate, [k] *etiam corpore oppreſſo: ſicut amittitur ſanctitas corporis, violata animi puritate, etiam corpore intacto.*

Mens illæſa [l] nihil violato corpore perdit:
Invitam carnis vulnera non maculant.
Nec crimen facti recipit non mixta voluntas:
Velle magis facinus, quam tolerare nocet.
Sic autem ad cordis penetralia cuncta recurrunt,
Ut plerumque animus ſit ſine carne reus.
[m] Dum, quod ab intacto ſemotum eſt corpore, ſolus
Concipit, & tectis motibus intus agit.

LII.

a Mſ. Jol. *De uſu proſperi & adverſi*. Mſ. Theod. *contrariorum*.

b Mſs. Colb. duo & Theod. omittunt hic; *dicuntur*: unus addit, *rerum* ſecundo.

c Mſ. Camb. addit *homo*: & infra, *malus autem jam hujuſmodi . . . . quam felicitate corrumpitur*. Edit. Ven. ſola, *hujus mundi infelicitate*.

d Mſs. duo Colb *gerunt animis*.

e Mſ. Colb. unus, *Nam non blanda bonos inflant*.

f In Mſ. Jol. *Quod non poſſit male mori, qui bene vixerit*.

g Mſs. quatuor, *Non igitur*. &c. deinde Mſ. Camb. *hominibus neceſſario morituris*.

h Alias editi cum Mſs. paucis, *aſſumuntur*, aut *aſſumentur*. Melius Mſs. Colb. tres *abſumentur*, aut Jol. *abſumuntur*. Mſ. Camb. utrumque exhibet.

i Mſs. tres, *quam animus*. Mſ. Colb. unus, *quam anima non perdit invita*.

k Edit. Ven. *in corpore oppreſſo*: & infra, *in corpore intacto*. Mſ. Jol. vero habet, *animæ ſanctitate . . . . animæ puritate*.

l Mſs. quatuor, *violato in corpore*.

m Mſs. ſeptem *Cum quod*. In eodem verſu Mſs. quinque, *ſubmotum eſt*.

LII.

DE [a] FORTITUDINE TOLERANTIÆ.

Major animus merito dicendus est, qui vitam ærumnosam magis [b] *eligit ferre, quam fugere; & humanum judicium, maximeque vulgare, quod plerumque caligine erroris involvitur, præ conscientiæ luce ac* [c] *puritate, contemnere.*

Qui valet adversis oneratam ducere vitam,
Et tolerare magis vult mala, quam fugere:
Majoris multo est animi, quam ferre pavescens
[d] Indocti injustum judicium populi.
Mens etenim recta, & puri sibi conscia cordis,
Hoc plus splendescit, quo magis adteritur.

LIII.

DE HUMILITATE [e] JUSTORUM.

Justis quidquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non pœna est criminis, sed virtutis examen. Nam bonus [f] *etiam si serviat, liber est. Malus autem etiam si regnet, servus est; nec unius* [g] *domini; sed quod est gravius, tot dominorum, quot vitiorum.*

Oppressis quoties justis dominantur iniqui,
Non est puniti supplicium meriti.
Sed virtus fidei sub tali examine crescit,
Nec servile gravat libera corda jugum.
Solus peccator servit male: qui licet amplo
Utatur regno, sat miser est famulus;
Cum mens [h] carnalis, nimium dominante tyranno,
Tot servit sceptris, dedita quot vitiis.

LIV.

DE OBLATIONE VOTORUM.

Nemo quidquam [i] *Domino recte voveret, nisi ab ipso acciperet, quod voveret.*

Optima vota Deo, quorum est dator ipse, voventur.
Hoc sursum dignum est ire, quod inde venit.

LV.

DE [k] ESSENTIA DEITATIS.

Omnis substantia quæ Deus non est, creatura est: [l] *& quæ creatura non est, Deus est. Nulla igitur differentia est in deitate Trinitatis; quoniam quod Deo minus est, Deus non est.*

Natura omnipotens una est, quæ cuncta creavit,

Et

a Mſ. Camb. *De altitudine.*
b Ita Mſs. tres cum edit. Ven. & ſent. ſupra 52. Mſs. duo, *diligit ferre.* Editi alii, *poteſt ferre.*
c Mſ. Reg. & Ven. *ac animi puritate.*
d Mſſ. quinque, *Injuſtum indocti.*
e Mſ. Colb. unus, *ſanctorum.* Mſ. Camb. *De utilitate juſtorum.* Mſ. Theod. *De malignitate ſervorum.* Mſ. vero Jol. ante ſent. 53. *De libera ſervitute, & dominio ſervili.*
f Mſ. Reg. *bonus homo.*
g Mſſ. tres, *hominis.* Mſ. Reg. *nec eſt ſervus unius domini*: deinde, *eſt ſervus tot dominorum.*
h Mſ. Theod. *carnali.*
i Edit. Ven. *Deo.* Mſſ. tres & editi, præter Ven. *acceperit.*
k Mſ. Theod. *ſubſtantia.*
l Mſ. Regius, *& quæ eſt creatura, non eſt Deus.*

Et proprie quod ſunt, omnibus eſſe dedit.
[a] Quodque Deo minus eſt, non eſt Deus. A Patre natum
Verbum, & qui amborum Spiritus eſt, Deus eſt.
Una eademque trium quoniam eſt eſſentia, quæ ſe
Numquam vel major, vel minor eſſe poteſt.

LVI.

QUALES NOS [b] DILIGAT DEUS.

Tales nos amat Deus, quales [c] *futuri ſumus ipſius dono; non quales ſumus noſtro merito.*

Tales a Domino, quales formamur, amamur;
Non quales noſtris exſtitimus meritis.
Sanctificet, doceat, plantet, riget, excolat, ornet:
Et ſibi perpetuo quod placeat, faciat.
Nam nihil eſt hominis, quod digne poſſit amari;
Perficiat proprium ni bonus auctor opus.

LVII.

DE INTEMPORALI OPERE DEI.

Ordo temporum in æterna Dei ſapientia, ſine tempore eſt, [d] *nec aliqua ſunt apud illum nova, qui fecit* [e] *quæ futura ſunt.*

Artifice in ſummo ſine tempore temporis ordo eſt,
Inque Deo rerum non variat ſeries.
Æterno auctori ſimul adſunt omnia ſemper,
Cum quo in factorum eſt ordine, quidquid erit.

LVIII.

DE PRINCIPALI RERUM OMNIUM CAUSSA.

Voluntas Dei eſt prima & ſumma cauſſa omnium corporalium, ſpiritaliumque motionum. Nihil enim fit viſibiliter ac ſenſibiliter, quod non de inviſibili, atque intelligibili ſummi Imperatoris aula aut jubeatur, aut permittatur, ſecundum ineffabilem juſtitiam præmiorum atque pœnarum, gratiarum & retributionum, in iſta totius creaturæ ampliſſima quadam immenſaque republica.

Principium mundi Deus eſt, quo cuncta moventur,
Et quæ permittit, vel jubet auctor, [f] agunt.
Hinc mutabilium rerum immutabilis ordo,
Æterni ſervit legibus artificis.
Inque ſuos fines procedit quæque voluntas,
Nec variis meritis arbiter æquus abeſt:
[g] Corda regens, vires tribuens, peccata remittens,
Mitis ſubjectis, implacidus tumidis.
Ut nec pœna malum quemquam, nec gloria juſtum
Suſcipiat, niſi cum laude & honore Dei.

LIX.

a Editio Ven. cum Mſſ. Theod. & duobus Colb. & Regio. *Nam quidquid minus eſt.* Mſ. Jol. *Hac quidquid minus ſic.*
b Mſ. Cambron. *Deus amet.*
c Editio Ven. *facti ſumus dono ejus, non quales facti ſumus.* Concinit Mſ. Regius.
d Editio Ven. *Nec apud eum aliqua opera fiunt nova.*
e Mſ. Theod. *quæ ventura ſunt.*
f Jta Mſſ. omnes noſtri. Editi, *agit.* Mſ. Colb. unus. *Quæque jubet ſummus, vel ſinit auctor agunt.*
g Mſſ. unus Colb. loco duorum verſuum qui ſequuntur.
Atque humilis humiles curans, pellenſque ſuperbos.
Augens ſubjectos, deſpiciens tumidos.
In altero Colb. poſterior ex his dumtaxat verſus legitur.

LIX.

DE FINIBUS BONORUM ET MALORUM.

Eam Deus innocentiam probat, qua homo non metu pœnæ fit innocens, sed amore justitiæ. Nam qui timore non peccat, quamvis non noceat cui vult nocere, sibi tamen plurimum nocet, & abstinens ab iniquo opere, sola tamen reus est voluntate.

Scire volens, in qua rerum sis parte locandus,
Discute quid timeas, quidve sit id quod amas.
Nam cuncti hoc gemino nascuntur fomite motus,
Respondentque suis germina principiis.
[a] Et quod quisque bonum sibi tempore duxit in isto, a
Hoc summi Regis judicio capiet.

LX.

DE GAUDIO CHRISTIANI.

Christiano recta gaudendi caussa non præsens sæculum, sed futurum est. Et ita est utendum temporalibus, ne obsint æternis: ut in via, qua peregrini ambulant, hoc placeat quod ducit ad patriam.

Angelicos cives, [b] & Christi in membra renatos, b
Non trahat ad veterem carnis origo hominem.
Multa quidem in nostros mundus bona procreat usus,
Et pleno tellus servit opima sinu.
Sed terræ hospitibus, cæli super astra vocatis,
Virtutis palma est spernere [c] blanda soli; c
Et sic præsentis spatium percurrere vitæ,
Ipsa peregrinis ne via sit laqueus.
Nam declinantes pro summis ferre laborem,
Terrenorum avidos infima suscipient.

LXI. *alias* LX.

DE INEFFABILI EXCELLENTIA [d] DEITATIS.

Excedit supereminentia deitatis non solum [e] usitati eloquii nostri, sed etiam intelligentiæ facultatem. Verius enim cogitatur Deus, quam dicitur, & verius est, quam cogitatur. [f] *Non parva autem notitiæ pars est, si ante quam scire possimus quid sit Deus, possumus scire quid non sit.* c f

Nulla quidem mens est mortali in corpore vivens,
Quæ plena videat cognitione Deum.
Sed miris operum signis ostenditur auctor,
Rectoremque suum condita [g] quæque canunt. g
Unde licet fandi vires, animique vigorem
Vincat, & excedat gloria lausque Dei:
Nos tamen officio cordis gaudemus, & oris,
Et tanto oblectat succubuisse bono.

S. Prosperi.

a Mss. Jol. *Nam quod*. Eodem versu Mss. Reg. *sibi duxit tempore in isto*.
b Mss. Camb. *ad Christi membra renatos*.
c Mss. Regius, *blanda solis*. In sequenti vero dystichio Mss. Theod. *& nunc præsentis . . . . Ipsa peregrinis nec via*.

d Mss. Camberon. *Dei*.
e Mss. Camb. & Ven. edit. *usitatam*.
f Alias editi. *Non parvæ*. Mss. quatuor *Non parva*. ut in sent. supra 61.
g Mss. Camb. *cuncta canunt*.

Hinc fidei virtus, hinc flamma oriatur amoris,
Quod latet, exercet; quod superat, [a] reparat.

LXII. *alias* LXI.

DE SUPERBIA DIABOLI, ET CHRISTI HUMILITATE.

Diabolus superbus hominem superbientem [b] *seduxit ad mortem: Christus humilis hominem obedientem reduxit ad vitam. Quia sicut ille elatus cecidit, & dejecit consentientem: sic iste humiliatus surrexit, & erexit credentem.*

Lætifer [c] immodico naturæ elatus honore
Angelus, inde hominem subruit, unde ruit.
Sed Christus miserans deceptum fraude maligni,
In se illi ad vitam posse redire dedit:
Si caveat pactis hostis servire superbi,
Sectari & studeat formam humilis Domini.
Qui Patris in deitate manens Deus omnicreator,
Verus de sacra Virgine natus homo est.
Sic nostrum assumens Matris de corpore corpus,
Esset ut assumptæ carnis origo Deus:
In quo per lavacrum, [d] fidei virtute renata,
Cæleste [e] accipiet gens nova principium.
Nil hominis primi retinens, sed plena secundi,
Splendore [f] in capitis glorificanda sui.

LXIII. *alias* LXII.

DE VERA BEATITUDINE.

[g] *Omnes beati habent quod volunt, quamvis non omnes qui habent quod volunt, continuo sint beati. Continuo autem sunt miseri, qui vel non habent quod volunt, vel id habent quod non recte volunt. Propior ergo est beatitudini voluntas recta,* [h] *etiam non adepta quæ cupit; quam prava, etiam si* [i] *quod concupivit obtinuit.*

Non semper vere est felix impleta voluntas:
Cum sæpe [k] injustis sint mala vota animis.
Recta igitur cupiens, etiam si non sit adeptus;
Persistendo tamen velle bonum, bonus est.
At pravus, quod fert animo, si non habet actu,
Tam miser est, quam si quod cupit obtineat.

LXIV. *alias* LXIII.

[l] QUID SIT ESSE CUM DEO.

Magna hominis miseria est cum illo non esse, sine quo non potest esse. In quo enim est, sine dubio sine illo non est: [m] *& tamen si ejus non meminit, eumque non intelligit, neque diligit, cum illo non est.*

Majestate Dei concluditur omne quod usquam est:

Qua

a Mss. Colb. unus. edit. Ven. & Lugdun. *reparet.*
b Mss. Jol. & Camb. *deduxit.* In sent. 59. *perduxit.*
c Mss. tres, *immodice.*
d Ms. Colb. unus, *supera virtute renata.*
e Mss. duo, *accepit.*
f Mss. quinque, *& capitis*: alii codices, *in capitis.*
g Mss. Camb. & Jol. & Colb. duo. *Omnes qui habent quod volunt non continuo sunt beati. Continuo autem sunt miseri qui vel non habent quod volunt* &c.
h Ms. Reg. *etiam si non est adepta.*
i Mss. quatuor, *quod cupit obtineat.*
k Mss. quatuor, *injusti sint mala vota animi.*
l Mss. Camberon. Theod. Colb. duo, & Jol. *Quorum sit.*
m Editio Ven. *Nam si ejus.*

Qua ſine nil rerum ſtare, vel eſſe poteſt.
Huic homo ſi recte famulatur, proximus hæret:
Si reſilit, miſero degit in exilio.
Omnia ſic Dominus diſcriminat ordine juſto,
Quo ſint ſumma bonis, ima parata malis.

LXV. *alias* LXIV.

DE INCARNATIONE VERBI DEI.

Divinitas Verbi æqualis Patri, facta eſt particeps mortalitatis noſtræ [a] *non de ſuo, ſed de noſtro: ut & nos efficeremur participes divinitatis ejus, non de noſtro, ſed de ipſius.*

Omnipotens Genitor, Natuſque, & Spiritus almus,
Una in perſonis par tribus eſt deitas;
Quæ genus humanum, poſtratum fraude maligni,
Ad vitam hac fecit poſſe redire via:
Naturæ ut noſtræ Chriſtus cauſſæque Redemptor,
Mortalis fieret, non minuens quod erat;
Perque habitum ſervi, vacuaret jura tyranni,
Et lethum letho vinceret [b] innocuo.
Hinc Verbum carni inſertum, carnemque receptans,
Nec ſe confundit corpore, nec geminat.
Sic naturam hominis virtute augente ſuperna,
Eſſet ut in vero lumine lumen homo.
Qui vires mortis [c] cum vitæ abſorbuit hauſtu;
Factum eſt æternum, quod fuit occiduum.

LXVI.

DE EODEM. [d]

Catholica fides Dominum Jeſum Chriſtum & verum Deum, & verum hominem credit & prædicat. Utrumque enim ſcriptum eſt, & utrumque verum eſt. Qui Deum tantummodo aſſerit Chriſtum, medicinam negat, qua ſanatus eſt. Qui hominem tantum aſſerit Chriſtum, potentiam negat, qua creatus eſt, utrumque ergo anima fidelis ac recta ſuſcipe. Et Deus Chriſtus eſt, & homo Chriſtus eſt. Qualis Deus Chriſtus? Æqualis Patri, unum cum Patre. Qualis homo Chriſtus? Virginis filius, habens de homine mortalitatem, non habens iniquitatem.

Quiſquis conſilio æterno contraria ſentis,
Et Verbum in noſtra carne manere negas;
Divinæ pietatis opus diſſolvere quæris,
Speque ſua mundum diſpoliare cupis.
Nam quis ventura quemquam ſalvabit ab ira?
Quiſve hominis primi crimine liber erit?
Si deitas Verbi non noſtræ eſt inſita carni,

S. Proſperi. Bbb 2 [a] Aut

a Mſ. Regius *non de ſuo vitio, ſed de noſtro .... ſed de ipſius dono*. Mſ. Colb. unus, *de dono noſtro*: & initio, *Divinitas vera*, ubi alii *Divinitas Verbi*, quamquam alia manu ſcriptum habeat, *Verbi*. Mſſ. Theod. & Jol. *ſed de ſuo*, pro, *de ipſius*.

b In ora edit. librorum a Lugdun. & deinceps, *immerito*.

c Sic Mſſ. quatuor, quorum duo *obſorbuit*, pro *abſorbuit*, ſcriptum habent. Mſ. Camb. *quia vitæ abſorbuit hauſtu*. Editi omnes, *per vitæ abſorbuit hauſtum*.

d Hic in omnibus codicibus qui nobis occurrerunt deeſt titulus novus, aut ſententia. In aliquibus indigitatur diſtinctio aliqua a præcedentibus, In Camberonenſi Mſ. titulus; *De eodem*. Titulum ſententiamque poſuimus, quæ in libro ſententiarum S. Proſperi magis congruere viſa eſt nobis. Idemque præſtitum de Epigram. 59. & 60.

[a] Aut Christus falsi corporis umbra fuit?
[b] Quis genitus puer est intactæ Virginis alvo?
Quæ natura annis crevit, & aucta cibis?
In qua prole patrem mundi se credidit Abram?
Quæve ejus stirps est omnia sanctificans?
[c] Quod regale genus simul est & pontificale?
[d] Quisve idem David filius & Dominus,
Peccati servis, & mortis compede vinctis,
Unam est dignatus ferre Redemptor opem?
Qui nostri generis carnem cum morte receptans:
Nostra hosti, ut nobis vinceret, opposuit.
Et carne exsuta, dominantem perculit hostem:
Ut caperet palmam præda vetusta novam.

LXVII. *alias* LXV.

[e] QUO ODIO ODIENDI SUNT MALI.

Perfectum odium est, quod nec justitia, nec scientia caret: id est, ut nec propter vitia homines oderis, nec vitia propter homines diligas. Recte ergo in malis odimus malitiam, & diligimus creaturam : ut nec propter vitium natura damnetur, nec propter naturam vitium diligatur.

Recta volens animus sapiens, & amator honesti,
Quosdam odio dignos judicat esse suo.
Nec tamen hos toto depellit fœdere, gnarus
Naturam [f] errantum dividere a vitiis.
Sic generi indulgens proprio, ut peccata recidi
Optet, & ut damnet crimina, non homines.

LXVIII. *alias* LXVI.

[g] DE LABORE FINGENTIUM MENDACIA.

Difficilia & laboriosa sunt figmenta mendacii. Qui autem verum vult dicere non laborat. Quietiores enim sunt boni, quam mali : & absolutoria sunt verba veridicorum, quam commenta fallacium.

Fallaces curis semper torquentur amaris,
Et mala mens numquam gaudia pacis habet,
[h] Lubrica dum trepido mendacia plasmate fingit,
Consumens totum [i] tempus in arte mali.
At simplex animus, commenti & liber iniqui,
Nil amat injustum, nil gerit implacidum.
Sectator veri potietur luce serena,
Est quoniam mendax, noxque, dolorque sibi.

LXIX.

a Mss. Jol. *Et Christus.*
b Ita Mss. quatuor cum edit. Ven. Alii cum editis reliquis, *Qui genitus.*
c Mss. quatuor, *Quis regale genus.*
d Ms. Camb. *Quisque idem*, Ms. Jol. *Quisque idem David est filius & Dominus.* Primam in *David* produxerant Prudentius & Sedulius, corripuit Fortunatus.
e Mss. Theodor. & Jol. & Colb. duo, *Quo odio mali homines sint habendi.*
f Ita Mss. quinque cum edito Ven. Alii, *errantem.*
g Mss. quinque, *De labore fallentium.*
h Ms. Regius, *Ludicra.*
i Ms. Colb unus, *cordis in arte malum.*

LXIX. *alias pars altera* LXVI.

DE EODEM.

Ad patriam vitæ [a] noctis de valle vocati,
  Virtutum gradibus ſcandite lucis iter.
Arduus atque arctus fert ad cæleſtia callis:
  Devexa ad mortem ducit, & ampla via:
Qua fallax [b] tumidi incedit ſapientia mundi:
  Commentiſque ſuis ludificata ruit,
Et mala corporei ſequitur dum gaudia ſenſus,
  Exulat a vero lumine cæca procul:
Nec falſarum habitu virtutum ornata juvatur.
  Perdit mens veri neſcia, quidquid agit.
Noverit ergo Deum ſapiens, totiſque medullis
  Diligat, inque ipſo ſe quoque amator amet.
Sit bonus, & juſtus, [c] ſit verax, atque benignus,
  Sit forma & ſpeculum, lux & imago Dei.
In Chriſto factus novus, & jam carne vetuſta
  Exutus, vilem mente relinquat humum.
[d] Ut ſacri templi quacumque in parte locetur,
  Magnum erit, in capitis corpore quidquid erit.

LXX. *alias* LXVII.

[e] DE DIVINIS SCRIPTURIS.

Bonæ ſunt in ſcripturis ſanctis myſteriorum [f] Dei profunditates, quæ ob hoc teguntur ne vilefcant; ob hoc quæruntur, ut exerceant; ob hoc aperiuntur, ut paſcant.

Quamvis in ſacris libris, quos noſce laboras,
  Plurima ſint, Lector, clauſa, & opaca tibi:
Invigilare tamen ſtudio ne deſine ſancto.
  Exercent animum dona morata tuum.
Gratior eſt fructus, quem ſpes productior edit:
  Ultro objectorum vilius eſt pretium.
Oblectant adoperta etiam myſteria mentem:
  Qui dedit ut quæras, [g] addet ut invenias.

LXXI. *alias* LXVIII.

DE ORATIONE DOMINI.

Orans cum ſudore ſanguineo [h] Dominus Jeſus Chriſtus, ſignificabat de toto corpore ſuo, quod eſt Eccleſia, emanaturas Martyrum paſſiones.

Ferre parans Chriſtus pœnam, mortemque propinquam,
  Invictamque ſuis ingenerare fidem:
Cum prece ſanguineas fundebat corpore guttas,

Et

a Edit. Ven. & Mſſ. quinque, *de noctis valle.*
b Mſ. Colb. unus, *tumide incedit.*
c Mſ. Colb. unus, *ſit verus.*
d Mſ. Camberon. *Et ſacri templi.*
e Mſſ. Colb. duo & Camb. *De utilitate divinarum ſcripturarum.* Mſ. Theod. *De profunditate divinarum ſcripturarum.* Mſ. Jol. *De humilitate divinarum ſcripturarum.*
f Abeſt vox hæc *Dei* a Mſſ. duobus, & libro ſententiarum ſent. 67.
g Mſ. Colb. unus addit, *ut invenias.*
h Mſſ. tres & Ven. edit. *Dominus noſter.*

Et pretium mundi ſudor erat Domini.
Nec crucis aſperitas poterat terrere volentem,
Quæ regnaturæ gloria carnis erat.
Sed cruor ille pares ſanctis ſpondebat honores,
Orturis toto corpore martyribus.
Nam, cum ſacra ſeges terrarum impleverit orbem,
Omnis ab hoc uno ſemine meſſis erit.

LXXII. *alias* LXIX.

DE SACRAMENTORUM PERCEPTIONE.

Sacramentum [a] *pietatis in judicium ſibi ſumit indignus. Bene enim eſſe non poteſt male accipienti quod bonum eſt.*

Magnum præſidium eſt ſacro libamine paſci,
Si cor participis crimina nulla premunt.
Nam geminat ſibimet peccati pondera, quiſquis
Quæ bona ſunt ſumit, quæ mala non refugit.

LXXIII. *alias* LXX.

DE LAUDANDO DEUM.

Qui laudat Deum in miraculis beneficiorum, laudet etiam in terroribus ultionum. Nam & blanditur, [b] *& minatur. Si non blandiretur, nulla eſſet exhortatio: ſi non minaretur, nulla eſſet correctio.*

Qui laudat Dominum de mundi conditione,
Et rerum [c] in ſpecie prædicat artificem;
Laudet & æternam mortem, flammaſque minantem,
Et juſti Regis judicium metuat.
Spes de promiſſis nihil ambigat: omne dabit Rex,
Quod parat, & meritis gratia major erit;
[d] Si properent fontes peccati abrumpere nodos,
Ante diem mortis, dum locus eſt veniæ.

LXXIV. *alias* LXXI.

DE ACCELERANDA CONVERSIONE.

Remedia converſionis ad Deum nullis ſunt cunctationibus differenda: ne tempus correctionis pereat tarditate. Qui enim pœnitenti indulgentiam promiſit, diſſimulanti diem craſtinum non ſpopondit.

Converti [e] ad mores rectos, & vivere ſancte
In Chriſto meditans, quod cupit acceleret.
Cedant virtuti vanarum obſtacula rerum,
Ne perdat voti tempora lenta fides.
Quid juvat in longum cauſſas producere morbi?
Cur dubium expectat cras hodierna ſalus?

Sci-

a Mſſ. quatuor, & Ven. *ſummæ pietatis*. Mſ. Colb. unus deinde poſt pauca, *indignus homo*.

b Mſ. Camb. & Theod. *Etenim*: Mſs. Colb. unus. *Non enim blanditur, & non minatur*. Mſ. Jol. *Nunc blanditur, & nunc minatur*. Edit. Ven. *Nunc enim in ſe blanditur & nunc minatur*. Mſ. Regius, *Nunc enim blanditur, & nunc minatur*.

c Editi, præter Ven. *in ſpeciem*. Melius, *in ſpecie*, ex Ven. & Mſs. quinque.

d Mſ. Theodor. *Sed properent*.

e Mſ. Camb. *ad mores ſanctos, & vivere recte*. Item Colb. unus.

Scimus correctis veniam non esse negandam,
Sed nulli nostrum est ultima nota dies.

LXXV. *alias* LXXII.

DE TIMORE. [a]

Omnia quæ timentur, rationabiliter declinantur : [b] *Deus sic timendus est, ut ab ipso ad ipsum confugiatur.*

Utile prudenti est mundana adversa cavere,
Et quod [c] vitandum prospiciat, fugere.
Sed cum peccati merito manus Omnipotentis,
Omnia concludens arctat ubique reum:
Unum [d] profugium tutum est Deus ipse timenti,
A quo discedens, ne pereat, redeat.
Converti namque ad Dominum certissima vita est,
Et pacem offensi quærere, sola salus.
Qui terret, parcit; qui percutit, ipse medetur.
Vivere vis, illi subdere, quem metuis.

LXXVI. *alias* LXXIII.

DE VIRGINITATE. [e]

Virginitas carnis, [f] *corpus intactum : virginitas animæ, fides incorrupta.*

Carnis virginitas intacto corpore habetur:
Virginitas animæ est intemerata fides:
Qua sine corporei nil prodest cura pudoris:
Sed mentis pietas auget utrumque bonum.

LXXVII. *alias* LXXIV.

DE MODO HABENDI.

Multa nos in facultatibus nostris habere superflua [g] *probabimur, si necessaria sola retineamus. Nam vana quærentibus nihil sufficit : & alienorum quodam modo retentor est, qui profutura pauperibus inutiliter habet.*

Magnum peccatum est amor immoderatus habendi,
Et plus quam vitæ sufficiat, cupiens.
Nam quod nos vestit, quod pascit, cura salutis,
Si vanis sit mens libera, non onerat.
Si qua igitur superant, quorum non indiget usus,
Debilibus prosint, atque juvent inopes.
Quisquis enim cupide [h] non expendenda recondit;
Quæ nulli tribuit, pauperibus rapuit. [i]

LXXVIII.

a Mss. Camb. addit, *Dei*, Mss. Colb. duo, & Theod. addunt, *recto*.
b Ms. Camb. *Sic autem Deus*.
c Editi; *vitandum est*; Melius Mss. plures omittunt *est*.
d Mss. tres, *perfugium*.
e Ms. Camberon addit, *animæ & corporis*.
f Mss. Camb. & Regius, *est corpus . . . est fides*.
g Edit. Ven. Mss. Colb. unus & Theod. ut in senten. 80. supra *probabimur*. Edit. Lugd. & Lovan. *probamur*. Duac. & Colon. *probamus*. Mss. Jol. & Camb. *probabimus*.
h Ita Mss. quatuor : quibus accedere videtur edit. Ven. ubi *expandenda*, pro *expendenda* legimus. Alii editi, *expedienda*. Ms. Reg. *expetenda*.
i Mss. duo Colb. *Quæ nullis tribuit*.

LXXVIII. *alias* LXXV.

[a] DE DIVITIIS.

[b] *In magna egestate sunt qui de iniquitate sunt divites: justitiæ opes, & sapientiæ thesauros non habent. Qui autem* [c] *Domino serviunt, ea bona adquirunt, quæ perire non possunt.*

Terrenis opibus cum dives gaudet iniquus,
Veris se miserum nescit egere bonis.
Nam quid erit, quod non momento temporis uno
Perdere mundana conditione queat?
[d] Cui licet, adversis cessantibus, omnia parcant;
Lege tamen mortis sit faciendus inops.
At bona justorum nullis obnoxia damnis,
Hostes, furta, ignes, & mare non metuunt:
Indemnis servat proprium sapientia censum,
[e] Nec perdunt meritum paxque fidesque suum.
Omnis virtutum semper substantia salva est,
Invitis Christi munera nemo rapit.

LXXIX. *alias* LXXVI.

DE VERA BONITATE.

Non sufficit abstinere a malo, nisi fiat quod bonum est. Et [f] *parum est nemini nocere, nisi studeas multis prodesse.*

Dignus laude quidem est, vitam sine crimine ducens,
Et quæcumque sibi [g] sunt nocitura, cavens.
Sed non hoc pietas contenta est limite claudi,
Nec [h] justo, vetitis abstinuisse, sat est.
Major cura boni est, fratrum relevare labores,
[i] Et ferre optatum tristibus auxilium:
Pascere jejunos, nudos vestire, ligatos
Solvere, discordes conciliare sibi,
Et quæcumque homines miseri solatia quærunt,
[k] Hæc, ut possibile est, promere corde pio.
[l] Ut recti vere cupidus, vereque benignus,
Quæ mala sunt fugiat, quæ bona sunt faciat.

LXXX.

a Mss. Theodor. *De egestate divitum*. Mss. Colb. duo & Camb. *De differentia divitiarum*: item Jolienſis, qui tamen ex lapsu scribæ, pro *divitiarum*, habet *divinorum*.

b In hac sententia, ubi mira inter codices occurrit varietas, Editio Lugdun. & posteriores, ut in textu, juxta sententiam supra 85. Mss. Theodor. & Colb. unus, *In magna egestate sunt divites justitiæ opes & sapientiæ thesauros non habentes*. Mss. Colb. alter, Jol. & Camberon. *divites justitiæ inopes, & sapientiæ thesauros non habentes*. Easdem voces habet editio Ven. sed diverso modo dispositas.

c Ms. Colb. unus & Theod. *Deo serviunt*. Ms. Camb. *ea bona requirunt*. Ms. Colb. unus, *quæ sibi perire non possunt*.

d Mss. Regius & Theodoric. & editio. Ven. *Cum licet*.

e Versus hic, qui in ceteris omnibus antepenultimus legitur, ultimus est in Ms. Camberonensi.

f Ms. Camb. *faciat*. Idem ac Ms. Reg. postea, *studeat*. Editio Ven. *studeatur*. Reliqua ut supra in textu.

g Mss. quatuor *sibi scit nocitura*: edit. Ven. *sint nocitura*.

h Ita Mss. Colb. unus & Camberon. Alii, *justis*.

i Mss. Colb. *Et fieri*. Ms. Ms. Theodoric. *& ferri*.

k Mss. quinque, *Hæc*. Alii codices, *Hoc ut possibile est*.

l Ms. Camberonensis, *Et recti*.

LXXX. *alias* LXXVII.

[a] DE MALI IMPUNITATE.

Peccator cum peccat, [b] *non ideo a Domino non videtur, quia male agentis pœna differtur : gravius autem in eum decernitur, cui etiam ipsa correctio denegatur.*

Gaudet transgressor peccato impune potitus,
Si non infertur debita pœna reo.
Ceu nulla offendant hominum commissa Tonantem,
Aut aliqua Excelsi notitiam lateant.
Sed vetitorum avidis gravior tunc ira timenda est,
Cum sese removent verbera justitiæ.
Nam quid erit morbi, quod non dominabitur illi,
[c] Cui supera auxilium jam medicina negat?

LXXXI. *alias* LXXVIII.

DE GAUDIO [d] RECTO.

Non potest umquam fraudari delectationibus suis, cui Christus est gaudium. Æterna [e] *enim exultatio est, quæ bono lætatur æterno.*

Felices vere faciunt, semperque beatos,
De vero & summo gaudia nata bono.
Nam mundi ex opibus brevis ac peritura voluptas,
Edita perpetuæ semina mortis habet.
Non placeat vanis animum [f] submittere rebus,
Pestiferisque avidam mentem [g] onerare cibis.
Cor mundum, & sapiens fructu virtutis alatur,
Et Christi in nostro pectore regnet amor:
Quo semel impletus, numquam vacuabitur illo.
Æterna æterni flumina fontis erunt.

LXXXII. *alias* LXXIX.

QUID HOMINEM DEO JUNGAT.

Deo, qui ubique est, non locis, sed actionibus aut longinqui, aut proximi sumus: quia sicut separat dissimilitudo, ita nos illi [h] *conjungit imitatio.*

[i] Ambitum mundi totum Deus implet, & ambit,
Nec præsens ulli desinit esse loco.
A quo longinquus multum est, nimiumque remotus,
Quisquis sinceræ luce caret fidei:
Cujus si radiis, depulsa nocte nitescat,
Divino impletus lumine lumen erit.
Non igitur terrarum orbis, non æquora ponti
Invia circuitu sunt obeunda vago,
Ut possit rerum dominator & auctor adiri:

a Mss. Colb. duo & Theodor. *De impunitate peccantis.* Ms. Jol. De *mala impunitate.* Ms. Camberon. De *impunitate peccandi.*
b Editio Ven. sola, *ideo a Domino non videtur :* & post aliquot lineas, Mss. Colb. duo, *correptio denegatur.* c Ms. Theodoric. *Cui vera.*
d Ms. Jol. a prima mana, *utili* : ab altera, *recto.* Ms. Camb. addit, *in Christo habito.*
e Mss. tres, *autem.*
f Mss. quinque, *subnectere.*
g Ms. Regius, *onerare curis.*
h Mss. quatuor & edit. Ven. *jungit imitatio.*
i Mss. septem, *Omnem habitum mundi totus Deus.*

[a] [a] Quem templo in cordis mens pia ſemper habet.
[b] A quo ut diſſimilis [b] tetra in deſerta recedit,
Sic vitæ merito proximus eſt ſimilis.

LXXXIII. *alias* LXXX.

[c] ### QUOD [c] TOTA INFIDELIUM VITA PECCATUM SIT.

Omnis infidelium vita peccatum eſt : & nihil eſt bonum ſine ſummo bono. Ubi [d] *enim deeſt agnitio æternæ & incommutabilis veritatis,* [d] *falſa virtus eſt, etiam in optimis moribus.*

Quamvis multa homini poſt vulnera prima ſuperſint,
Quæ vitam hanc faciant laudis habere decus:
[e] [e] Si tamen ingenio claro, & probitatis amori
Fons deſit fidei, ſubdita corda rigans;
Cunctarum frugum marceſcit inutile germen,
Nec fruitur vero lumine falſus honor.
Ignoratus enim Deus, & non credita virtus,
Quæ vera ad ſummum provehit arte bonum,
Non ſinit eniti regna ad cæleſtia mentem,
[f] [f] Obſtructam vanis, occiduiſque gravem.
Perque omnes calles errat ſapientia mundi,
Et tenebris addit, quæ ſine luce gerit.

LXXXIV. *alias* LXXXI.

[g] ### [g] DE SABBATO.

Male celebrat ſabbatum, qui ab operibus bonis vacat. Otium autem ab iniquitate debet eſſe perpetuum. Quia bona conſcientia non inquietum, [h] *ſed tranquillum facit.* [h]

Non recto ſervat legalia ſabbata cultu,
Qui pietatis opus credit in his vetitum.
Nulla dies actus hominum non damnat iniquos:
[i] [i] Omnia conveniunt tempora juſtitiæ.
Nec corrumpuntur virtutibus otia ſancta:
Tantum a peccatis libera corda vacent.

LXXXV. *alias* LXXXII.

DE VERA LIBERTATE.

Libera ſemper eſt ſervitus apud Deum; cui non neceſſitas ſervit, ſed charitas.

Libertas nulla eſt melior, majorve poteſtas,
Quam ſervire Deo, cui bene ſervit amor.
Abſque jugo poſita eſt ditionis amica voluntas:
Quæ viget affectu, non gemit imperio.

LXXXVI.

a Mſ. Jol. *Quem in templo*. Mſs. Colb. tres omittunt præpoſitionem, *in*.
b Mſ. Camb. *terræ in deſerta*.
c Mſ. Camberon. *omnis*. Eodem modo habetur etiam in Ven.
d Mſs. duo. & edit. Ven. *falſa etiam virtus eſt in optimis moribus*. Mſ. alter Colb. *falſa etiam ibi virtus eſt*.
e Mſ. Jol. ſolus aliter habet : ſcilicet.
Si non ingenio claro, & probitatis amori,
Fons adſit fidei, &c.
f Mſs. quinque, *Obſtrictam vanis*.
g Mſs. quatuor, *De obſervantia ſabbati*.
h Mſs. tres, & Ven. editio addunt, *animum*.
i Mſ. Iol. *Omnia juſtitiæ tempora conveniunt*.

LXXXVI. *alias* LXXXIII.

DE SUPERBIA. [a]

Quo primum vitio superatus est homo, [b] *hoc ultimum vincit. Cum enim omnia peccata superaverit, manet periculum, ne mens bene sibi conscia, in se potius quam in Domino glorietur.*

Qua primum in mortem est homo pulsus fraude maligni,
Hanc illi extremam bella [c] peracta movent.
Sublimes ut cum palmas, claraſque coronas
Sumpserit, atque hostem subdiderit pedibus:
Virtuti propriæ velit assignare triumphum,
Non Domino, cujus munus opusque fuit.
In quo uno semper superat, qui non superatur;
Quo dignante manum subdere, nemo cadit.

LXXXVII. *alias* LXXXIV.

DE DILIGENDO DEUM. [d]

Non poterit hominis labor finiri, nisi hoc diligat, quod ei non possit auferri.

Ancipitis vitæ qui vis superare labores,
Dilige quod semper verus amator habet.
Instant terrenis infesta pericula rebus,
Fervent pro damnis prælia, proque lucris.
Et nihil est inter carnalia vota quietum,
Nec pax sollicitis, nec modus est cupidis.
In solo est mens tuta Deo, quem linquere nolens,
Numquam erit æterno non opulenta bono.

LXXXVIII. *alias* LXXXV.

DE ADULATIONIS VITIO.

Adulantium [e] *linguæ alligant animas in peccatis. Delectat enim ea facere, in quibus non solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudator auditur.*

Lingua assentatrix vitium peccantis acervat,
Et delectatum crimine, laude ligat.
Nulla sit ut lapso reparandæ cura salutis,
Blanditur fonti dum malesuasus honor.
Libera sit potius vox [f] correctoris amici,
Serpere nec fibris cæca venena sinat.
[g] Nec credens medici verbis fallacibus æger,
Noxia laudatæ vulnera pestis amet.

a Mss. quatuor subjiciunt, *quam boni ultimam vincunt.*

b Ms. Jol. *hoc ad ultimum*. Ms. Theodor. *hoc ultimum vincitur*: Mss. Colb. duo, *ad ultimum vincunt*.

c culta in omnibus codicibus nostris, præter Ms. Regium, qui habet *parata*, pro *peracta*: suspicamur tamen posse aliter legi, nimirum.

Hæc illi extremum bella parata movet,

d Titulus hic ex Camb. Ms. habetur. Sententiam ex libro sententiarum alias. 135. quæ aptior visa est addidimus. In hujus capite erat summatum, *De laboris fine.*

e Ms. Regius, *lingua alligat.*

f Ms. Theodoric. *correptoris.*

g Ms. Colb. unus. *Ne credas . . . . . Noxia laudantem.*

LXXXIX. *alias* LXXXVI.

DE MARTYRIBUS NON BAPTIZATIS.

[a] *Qui etiam non percepto regenerationis lavacro, pro Christi confessione moriuntur; tantum eis valet* [b] *ad abolenda peccata, quantum si abluerentur fonte baptismatis.*

Si mundo moritur divino fonte renascens,
Fitque nonus vita, qui sepelitur aqua:
[c] Fraudati non sunt sacro baptismate Christi,
Fons quibus ipsa sui sanguinis unda fuit.
Et quidquid sacri fert mystica forma lavacri,
Id totum implevit gloria martyrii.

XC. *alias* LXXXVII.

[d] DE VENIA, QUA ETIAM JUSTI INDIGENT.

Justitia nostra, quamvis vera sit, propter verum boni finem ad quem refertur, tamen tanta est in hac vita, [e] *ut potius remissione peccatorum constet, quam perfectione virtutum.*

Magna quidem in multis est excellentia sanctis,
Quorum [f] animos superi gratia roris alit.
Sed dum mens quædam patitur mala corporis ægri,
Et pugnam [g] interius exteriora movent;
Numquam ita perfecto capitur victoria bello,
Vera ut securus pace fruatur homo.
Inter discordes motus contagia serpunt,
Ipsaque virtutum gaudia vulnus habent.
[h] Ut faciat cunctis longa experientia notum,
Non esse hoc plenam tempore justitiam:
Ni Dominus miserando lavet delicta suorum;
Et dans virtutum munera, det veniam.

XCI. *alias* LXXXVIII.

[i] DE CAUSSIS INCOGNITIS OPERUM DEI.

Incognitis caussis operum divinorum, non nihil novimus, cum scimus, non sine ratione Omnipotentem facere, unde infirmus humanus animus rationem non potest reddere.

Divinorum operum secretas noscere caussas
Humanis non est possibile ingeniis.
Nec nullo tamen intuitu speculatur operta,
Qui, multa ut lateant, scit placuisse Deo.

In

a Mss. quatuor, & edit. Ven. *Qui nondum.* Ms. unus, *Qui non.*

b Ms. Regius & edit. Ven. addunt hic, *effusio sanguinis.*

c Editio Ven. *Non sunt fraudati.*

d Hæc verba, *qua etiam justi indigent*, adduntur ex Mss. quatuor. Aberant a reliquis codicibus. Ms. Theodoric. *De justitia nostra.*

e Edit. Ven. *tanta est in hac vita fragilitas, ut* &c. Ms. Reg. *tamen est tanta in hac vita humana fragilitas, ut potius in remissione.*

f Mss. tres, *animas.*

g Mss. quinque, *internis.*

h Sic disponitur versus in Mss. sex & edit. Ven. In aliis vero,

Ut faciat notum longa experientia cunctis.

i Mss. tres. *De incognoscibilibus.* Titulus erat in aliis aut nullus, aut hic, *De caussis incognitis*, addidimus, *operum Dei*, ex prioribus verbis sententiæ, hic & in libro sentent. sent. 171.

In quo mens imbuta fide ſimul omnia diſcit,
Perque operum ſpeciem [a] ſuſpicit artificem,
Fingentem rebus formas, loca, tempora, motus,
Menſuris, numeris, ponderibuſque ſuis.
Scrutari [b] ne cura procax obſtruſa laboret,
Cui cuncta in Chriſto noſſe, & habere datur.

XCII. *alias* LXXXIX.

DE NON DESPERANDIS [c] PECCATORIBUS.

Non eſt deſperandum de malis, ſed pro ipſis, ut boni fiant; ſtudioſius ſupplicandum. Quia numerus ſanctorum de numero ſemper eſt auctus [d] impiorum.

Ut morbo [e] oppreſſis præſtanda eſt cura medendi,
Donec in ægroto corpore vita manet;
Sic pravis, multa & vitiorum mole gravatis,
Sanctarum pietas eſt adhibenda precum.
Ut dum poſſibile eſt mutari corda malorum,
Horreſcat noctis devia lucis amor:
Converſiſque novam mentem det gratia Chriſti,
Qua fiunt homines juſtificante boni.

XCIII. *alias* XC.

DE QUÆRENDIS PRÆSIDIIS IN PACE.

[f] *In tranquillitate pacis comprehendenda eſt doctrina ſapientiæ, quæ inter tribulationum turbines difficulter agnoſcitur. Nec facile inveniuntur in adverſitate præſidia, quæ non fuerint in pace quæſita.*

Dum non perturbant animum diſcrimina mundi,
Dumque diem pacis prælia nulla [g] premunt;
Exercere fidem divinis convenit armis,
Conſilioque omnes anticipare minas.
Tranquillam & curis vacuam ſapientia mentem
[h] Imbuet, & placidi pectoris hoſpes erit.
Nam quod non fuerit conceptum corde quieto,
Adquiri in ſævo turbine non poterit.

XCIV. *alias* XCI.

[i] DE BONIS QUÆ NEMO AMITTIT INVITUS.

Poteſt homo invitus amittere temporalia bona: numquam vero, niſi volens, perdit æterna.

Omne bonum mundo concretum, & tempore partum
Quacumque amitti conditione poteſt.
Et quamvis damnis vigilanter cura reſiſtat,

Sæpe

a Alias editi, *ſuſcipit artificem*. Mſſ. quatuor *ſuſpicit*, id eſt, conſpicit & cognoſcit. *Inviſibilia enim Dei a creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur*. Rom. 1. 20.

b Mſſ. quatuor habent, *ne cura procax*. Alii, *nec cura*.

c Mſ. Theodor. *malis*. Mſ. Jol. *Quod non deſperandum de peccatoribus*.

d Mſ. Theodoric. *peccatorum*.

e Mſſ. quinque, *obſeſſis*.

f Mſſ. tres, *De tranquillitate*. Quartus addit vocem, *pacis*. Alter, *De proviaentia pacis*. Reliqui, *De quærendis præſidiis*, cui additum a nobis *in pace* ex titulo ſent. ſupra. 189.

g Sic Mſſ. ſeptem cum edit. Ven. Ceteri *movent*.

h Mſ. Jol. *imbuat*.

i Mſſ. quinque, *De bono quod nemo invitus perdit*, aut *amittit*: unus, *accipit*.

Sæpe tamen propriis diſpoliatur homo.
At bona, quæ vere bona ſunt, nec fine tenentur,
Semper habet, quiſquis ſemper habere cupit.
Nec vim ferre poteſt [a] Chriſto ſubnixa voluntas,
In quo perſiſtens omnia vincit amor.

XCV. *alias* XCII.

DE REMEDIIS TRIBULATIONUM.

Fideliter ſupplicans Deo pro neceſſitatibus hujus vitæ, & miſericorditer auditur; & miſericorditer non auditur. Quid enim infirmo [b] ſit utile, magis novit medicus, quam ægrotus. Si autem id poſtulat quod Deus præcipit [c] & promittit, fiet omnino quod poſcit. Quia accipit charitas, [d] quod parat veritas.

Inter mundanæ mala conflictantia vitæ,
Sæpe [e] quibus Domini corripitur populus,
Qui tempeſtatum varia ſub clade laborant,
Noſcant [f] ſe juſti ferre flagella Dei:
[g] Atque ipſum toto gemitu planctuque precentur,
Ut, quia ſcit, miſeris auxilietur ope.
Non etenim proprio arbitrio curabitur æger.
Nec vero leges ipſe dabit medico.
Morbida rimetur penetralia dextra ſalutis,
Et depreſſa gravi viſcera peſte [h] levet.
Abſque dolore quidem nequeunt [i] mala ſueta repelli:
[k] Sed quod læſerunt dulcia, amara novant.
Pæniteat morum, & vitiis virtute fugatis,
Regnum peccati reſpuat aula Dei.
Ad veniam tendunt juſti [l] pia verbera Regis.
Ira brevis rectis gaudia longa dabit.

CXVI. *alias* XCIII.

[m] DE BELLO INTESTINO.

Actio in hac vita pia eſt, Deum colere, & in ejus gratia contra vitia interna pugnare, eiſque uſque ad illicita inſtigantibus cogentibuſve non cedere: & ubi ceditur indulgentiam, atque ut non cedatur adjutorium Dei, affectu religioſæ pietatis expoſcere. In paradiſo autem, ſi nemo peccaſſet, non eſſet actio pietatis expugnare vitia: quia felicitatis eſſet permanſio vitia non habere.

Numquam bella bonis, numquam diſcrimina deſunt,
Et cum quo certet, mens pia ſemper habet.
Quæ carnem oblectant, ſancto ſunt noxia cordi,
Contra animi legem prælia corpus habet.
Pulſant exterius diverſis motibus hoſtes,
Intus civile eſt, & ſociale malum.
Ut poſſit mundi illecebris, vitiiſque reſiſti,

Vis

a Mſ. Camberon. *Ut quamvis . . . . diſpolietur.* Mſ. Theodoric. habet etiam, *diſpolietur.*
b Mſ. Regius, *Chriſto ſubmiſſa.*
c Mſſ. ſex. & edit. Ven. non habent hic, *& promittit.* Habetur in libro ſententiarum ſent. 213.
d Mſſ. Regius, *quod parat Dei veritas.*
e Ita Mſſ. quinque. Alii libri, *quidem*, ſenſumque finiunt comate in fine hujus verſus.
f Mſ. Jol. *ſe juſte.*
g Mſ. Colb. unus, *Adque ipſum.*
h Mſ. Regius & editio Ven. *lavet.*
i Mſ. Jol. *male ſueta repelli.*
k Mſ. Reg. *ſed quæ læſerunt dulcia.* Mſſ. quatuor, *amara novant.* Mſ. Jol. *amara novent.* Editi omnes, *amara movent.* Non tam bene.
l Mſ. Camberon. *per verbera.*
m Titulum addimus ex Mſſ. Theod. Jol. & 2. Colb. In Camb. *De eodem.* Sententiam ex Proſperianis quæ maxime convenire credita eſt.

Vis est corporei mortificanda hominis.
Sed quæ mens recto famulam sub jure tenebit.
Edomitæ ut regnet carnis in officiis;
Excelso nisi quæ servit bene subdita Regi,
Unde est facta volens, fiat [a] & inde valens?

XCVII. *alias* XCIV.

NULLAM MALI ESSE NATURAM.

Omnia per Verbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Cum itaque universæ naturæ per Verbum Dei factæ sint, iniquitas per ipsum facta non est. Quia iniquitas nulla substantia est, & peccatum non natura est, sed vitium naturæ, id appetentis quod non est ordinis sui.

Per verbum omnipotens Deus omnia condidit unus,
A quo natura est nulla creata mali.
Et quod non fecit dives sapientia Verbi,
Non habet in rerum conditione locum.
Nulla igitur vitiis substantia, nullaque vita est,
Quæ vegetet corpus, [b] materiamque suam.
Sed cum libertas discedit ab ordine recto,
Nec servant proprium quæ bona sunt, modulum;
[c] In culpa & vitio est vagus in contraria motus,
Fitque malum veram deseruisse viam.
In quam si toto properet quis corde reverti,
Nullus neglecti limitis error erit:
Totaque [d] deleti peccati pœna peribit,
Condita in integrum restituente Deo.

XCVIII. *alias* XCV.

DE PETITIONIBUS CONTRARIIS [e] DEO.

Deus cum aliquid male poscitur, dando irascitur, non dando miseretur.

Cum Deus [f] effectum precibus non præstat iniquis,
Multum concedit, quod nocitura negat.
Errantes voto non vult delinquere facto,
Iratus sineret, quod prohibet placidus.
Discat felici supplex gaudere [g] repulsa:
Incipiatque animo pellere, quod voluit.
Parcentemque Deum noscat sibi, cum ruiturus
Non exaudiri, ne rueret, meruit.

XCIX. *alias* XCVI.

DE JUDICIIS DEI. [h]

Nullo modo judiciis hominum comparanda sunt judicia Dei: quem non dubitandum est esse justum, etiam quando facit quod hominibus videtur injustum.

Judicium humanum, quod falli sæpe necesse est,

Non

a Mss. duo, cum edit. Ven. & Lugd. *ut inde.*
b Mss. tres, *materiamve suam.*
c Ms. Jol. *In culpæ vitio est.* Ms. Colb. unus, *In culpa est vitio vagus.*
d Mss. septem, *deleti.* Editi omnes, *debenti.*
e Mss. tres carent hac voce, *Deo.*
f Mss. tres, *effectus.*
g Mss. tres, *repulsu.*
h Mss. tres addunt, *non comparandis judiciis hominum.*

Non ſemper recipit regula juſtitiæ.
At Domini in cunctis æqua eſt, veraxque poteſtas,
Adſpectum cujus nulla remota latent.
Talis laudetur judex, timeatur, ametur,
Qui vere juſtus permanet, atque bonus:
[a] Adverſos revocans, converſis cuncta remittens.
Atque malis veniam dando bonos faciens.
Non ergo audacter mens veri neſcia culpet,
Quod placuit ſummi judicis arbitrio.
Sed ſubdat ſeſe juſto ignorantia Regi,
Qui numquam, quæ ſunt [b] non bona, velle poteſt.

C. *alias* XCVII.

DE COHIBENDA [c] IRA.

Nulli iraſcenti ira ſua videtur injuſta: unde ab omni indignatione cito redeundum eſt ad manſuetudinis lenitatem. Nam pertinax motus facile in ejus odium tranſit, cui non celeriter [d] *ignoſcitur.*

Nemo ſuæ mentis motus non æſtimat æquos,
Quodque volunt [e] homines, ſe bene velle putant.
Unde animus celeri pace eſt revocandus ab ira:
Ne robur ſævis tempora dent odiis.
Offenſas ſibimet parcentia corda remittant,
Nam nemo eſt, qui non indigeat venia:
Quam noſtri memores, mundi inter vana viciſſim,
Omnibus in cauſſis, & damus, & petimus.

CI. *alias* XCVIII.

DE FIDE SANCTORUM.

Cultor juſtitiæ, divinæ & pacis amator,
Quem vocat ad ſummum vita beata bonum:
Scandere conſtanter dextros adnitere calles,
Deſpiciens lævæ noxia plana viæ.
Tutius eſt duros mundi tolerare labores,
Infeſtique hoſtis prælia ſæva pati:
Quam [f] victum officiis animum ſubmittere blandis,
Captaque ſervili ſubdere colla jugo.
Tempore [g] in occiduo non longi eſt uſus honoris,
Et celeri lapſu gaudia falſa fluunt.
Finem igitur proprii ſapiens ſpeculabitur ævi,
[h] Et via qua currit, quo ferat adſpiciet.
Nam mundo [i] innexis pars eſt cum principe mundi:
At ſervis Chriſti gloria Chriſtus erit.

CII.

a Mſ. Camberon. *Averſos revocans*: Et initio pentametri ſequentia, *Deque malis veniam.*
b Mſ. Theodoric. *ni bona velle poteſt.*
c Mſ. tres, *iracundia*. Mſ. Jol. tantum, *De ira.*
d Mſſ. tres, *ignoſcit.*
e Mſ. Colb. unus, *omnes, hoc bene velle putant.*
f Mſſ. duo, *vinctum*. Alii *vinctum*. Mſ. Camb. *Quam victum vanis animum ſubmittere rebus.*
g Mſ. Colb. unus, *nam occiduo*: & poſtea, *non longe eſt*, in quo ultimo Camb. convenit.
h Mſſ. tres, *quam currit.*
i Mſ. Camb. *innixis*. Et in alio verſu. Mſ. Colb. *Ut ſervis.*

CII. *alias* XCIX.

DE DESIDERIIS CARNIS CASTIGANDIS.

Corporeos inter ſenſus, moribundaque membra,
Multa animus patitur carnis ab hoſpitio:
Quæ vitæ, de qua vivit, contraria quærens,
Legem vult mentis ſolvere lege ſua.
Sed prudens præſul famulam frænare rebellem
Æterni Regis [a] diſcat ab imperiò, a
Et verum accipiens ſupero de lumine lumen,
Noctem peccati cordis ab æde fuget.
[b] Nam quia cuncta Deus bona condidit, ipſaque noſtri b
Exilii regio eſt pulcra decore ſuo:
Auditus, viſus, [c] guſtus, contactus, odorque, c
Præberi gaudent undique, quod placeat.
Fitque nocens homini præſentis temporis uſus,
Si captum blandis inferiora ligant.
Mens igitur ſapiens ſuperas [d] enitere ad arces, d
Et ſummis fieri ſueſce beata bonis,
Delicias jam nunc promiſſi concipe regni,
[e] Virtute atque fide, quod cupis eſſe, tene. e
Neve ad ſpem dubiam fruſtra te currere credas;
Naturæ in Chriſto proſpice [f] liba tuæ. f
A quo ſuſceptum ſi te non ambigis eſſe,
Totus homo in capitis corpore ſemper eris.
Tantum ut juſſa velis [g] nutu obſervare docentis, g
Qui [h] quod ait verbo, prævenit auxilio. h

CIII. *alias* C.

DE ALTITUDINE FIDEI, SPEI, ET CHARITATIS.

In Deitate gradus, [i] menſura, & tempora non ſunt: i
Et quod idem eſt, [k] majus non habet, atque minus. k
Corporeæ longe moles formæque [l] recedant, l
Virtus ſumma caret finibus, & ſpatiis:
[m] Quod Pater, hoc ſimul eſt Verbum Patris, hoc utriuſque m
Spiritus. Hic Deus eſt unus, & una fides.
[n] Per quam verorum ſpes non incerta bonorum n
Sublimem [o] ignito ſcandit amore viam. o
Et prægustata ſuperi dulcedine roris.
Doctrinis paſci gaudet apoſtolicis.
[p] Tu qui ergo indignas non vis incurrere curas; p

a Mſſ. ſex, *diſcit*. Et ſecundo poſt verſu, *fugat*.
b Mſſ. tres cum Ven. edit. *Nam quia*. In aliis, *Nam quæ*.
c Mſſ. tres & Ven. editio, *contactus*, *guſtus*, *odorque*.
d Sic Mſſ. omnes cum Ven. edit. Aliæ, *adnitere*.
e Mſ. Reg. & Camb. *virtute & fidei*.
f Mſſ. duo, *membra tuæ*.
g Mſ. Reg. *nutu ſervare*. Mſ. Colb. unus, *nutu complere*. Mſ. alter Colb. *nutu admoveare*. Alter, *& moveare*. Mſ. Jol. *ac moveare*.
h Mſſ. quatuor, *quod agit verbo*. Unus ex his, *provehit auxilio*.
i Mſſ. tres, *menſuræ*.
k Mſ. Theodor. *magis*.
l Mſſ. Camb. *recedunt*.
m Ita legitur in Mſs. & edit. Ven. at in aliis: *Quod Pater, hoc Verbum Patris eſt, ſimul hoc utriuſque*.
n Mſs. duo, *Per quem*.
o Mſ. Camb. *noto*: edit. Ven. *ignoto*.
p Edit. Ven. *Indignas quiſquis non vis incurrere cauſſas*. Mſs. Camb. & Colb. tres, *Quiſque ergo*. Mſ. Jol. *Quisquis ergo*.

Innecti vanis occiduisque cave.
Mortalis vitæ brevitas non multa requirit,
Paucorum exigui temporis usus eget.
[a] Esse volens gaudere optans, scire abdita quærens,
[b] Ut te non teneant [b] infima, summa pete.
Delectare Deo rege, in cælestibus esto,
Et quæ spe sequeris, credita amore tene.
Nulla in te maneant hominis vestigia primi,
Nec formam veteris gestet imago novi.
Exulta agnoscens te Verbi in carne renatum,
[c] Cujus si pars es, pars tua Christus erit.
Qui, ne damnandi legeres mala gaudia mundi,
Promissum ad regnum se tibi fecit iter.

CIV. *alias* CI.

DE CONFITENDO UNO DEO.

Quod Pater cum Christo facit, Christus facit : & quod Christus cum Patre facit, Pater facit : nec seorsum aliquid agit inseparabilis charitas, majestas, potestas. Sicut ipse Dominus dicit, Ego & Pater unum sumus.

Cum Pater in Verbo sit semper, & in Patre Verbum,
[d] Sitque unus Verbi Spiritus, atque Patris;
Sic de personis tribus est tibi non dubitandum,
Unum, ut docta fides, confiteare Deum.
Corde Patris genitum creat, & regit omnia Verbum,
Nec tamen est aliquid, quod sine Patre gerat.
[e] Unus enim amborum motus, ratio una volendi est,
Par virtus, idem spiritus, unus amor.

CV. *alias* CII.

DE EODEM.

Dei Filius Deus vitam habere in semetipso, sicut habet Pater, non participando adeptus est, sed nascendo. Vitam enim genuit Pater vita : nec differt in aliquo essentia gignentis & geniti, cum sic ex Patre sit Filius, ut consempiternæ æqualitatis, non una quidem persona, sed una sit Deitas.

[f] Sic Deus est magnus, de se valet, & manet in se,
Cui summum & proprium est, semper id esse quod est.
Splendet enim [g] verum vero de lumine lumen:
Ut Genitum agnoscens noverit Ingenitum.
Una trium Deitas, una est essentia [h] cunctis.
[i] Idem est & Verbi Spiritus, atque Patris.
Nullum opus abjunctum, nulla est non æqua potestas,
In cunctis unum, [k] non tria, principium.

CVI.

a Mſ Theodoric. *Posse volens.*
b Mſs. quatuor, & editio Ven. *ultima.* Alii, *infima.*
c Mſ. Colb. unus. *Pars si cujus eris.*
d Mſs. sex & Ven. *sitque unus.* Alii codices, *sitque idem.*
e Edit. Lovan. & posteriores cum aliquot Mſſ. *Unus en amborum.*
f Mſs. Reg. & Colb. unus, & edit. Ven. *Sic magnus Deus est.* Mſ. Colb. alter. *Se magnus Deus est.* Mſ. Jol. *Hic magnus Deus est.*
g Mſ. Regius, *summum* (forte *summo*) *de lumine de lumen.*
h Mſ. Camberon. *cunctis* : ideſt, *tribus personis.* Alii, *ab uno.*
i Mſs. quatuor. *Idem est cum Verbo Spiritus atque Patris,* Mſ. unus *Idem cum Verbo.*
k Mſ. Jol. *non tria.* Alii omnes, *sunt tria.*

CVI. *alias* CIII.

DE QUÆRENDO PERSEVERANTER DEO.

Nemo fidelium, quamvis multum profecerit, dicat, Sufficit mihi. Qui enim dixerit, remansit, & hæsit in via ante finem, qui non perseverabit usque in finem.

Cum pia mens in laude Dei superata [a] laboras, a
Gaude, quod tantum te bene vincit opus.
Teque aliquid superi cognosce hausisse vigoris,
Si tibi non satis est, [b] quod cupis atque sapis. b
Quære bonum [c] sine fine bonum, & persiste reperto: c
Quærere non habeant talia vota modum.
Nam qui se nullo jam munere credit egere,
Crescere non cupiens, perdit adepta tepens.

a Ita Mss. duo. Alii, *labores*.
b Ita Mss. quatuor. Alii codices *quod cupis*.
c Sic Mss. quinque: ceteri, *sine fine, bono & persiste reperto*.

ADMONITIO
IN CHRONICUM SANCTI PROSPERI.

NE aliqua sancti Prosperi Aquitani operum portio huic desit Editioni, quam, in quantum potuit fieri, & emendatissimam & ampliſſimam prodire cupimus exhibendum supereſt, ex veris & indubitatis Auctoris nostri laboribus, Chronicum, seu Chronica, (nam ita varie opus illud citant veteres,) ejusdem nomine insignita: quem librum pro genuino Prosperi partu omnes hactenus (si perpaucos excipias) habuerunt.

Paucorum illorum ex viris Doctis, quibus hoc opus alii quam Aquitano nostro assignare placuit, momenta solide diluuntur a nupero SS. Patrum Leonis & Prosperi operum Critico ac vindice eruditissimo Antelmio, de quo non semel a nobis facta est mentio. Ac primum quidem Antiquorum auctoritates adductæ Prosperum Chronici auctorem asserunt. Illi autem sunt magni nominis viri, testesque omni, ut ajunt, exceptione majores: quos ementitam inscriptionem decepisse suspicio esse non potest. *Dissertatione 8. de Chronico sive Chronicis S. Prosperi pag. 371.*

Primus ordine temporis occurrit, eo attentius auscultandus, quod vel ex nomine Aquitani nostri popularem & conterraneum, ex studio & professione Chronographum, seu temporum calculatorem, ex ævo coætaneum se prodit; & ex gestis tandem ac necessitudinibus, cum S. Prospero consuetudine ac familiaritate probabilissime conjunctum. Is est Victorius, vel Victorinus, qui ex Leonis Pontificis jussione, cui erat a consiliis & epistolis Prosper, procurante Hilaro R. E. tum Diacono, postea Pontifice, Cyclum Paschalem indagatione cautissima concinnavit. Iste autem in præfatione ad Hilarum ita loquitur. Recensitis fidelibus hi- Testes & judices pro S. Prospero Aquitano quales & quanti. 1. Victorius Aquitanus.

ſtoriis veterum, beati ſcilicet Euſebii Cæſarienſis . . . Chronicis, prologoque, ac proinde his quæ a ſanctæ memoriæ Hieronymo iiſdem Chronicis ſunt adjecta presbytero, per quem in latinum quoque probantur translata ſermonem; hiſque etiam QUÆ A SANCTO ET VENERABILI VIRO PROSPERO, uſque ad conſulatum Valentiniani Auguſti VIII. & Anthemii, conſtat fuiſſe ſuppleta, reperi a mundi principio ad diluvium.... A cujus (*Nini*) tempore geſtarum rerum publici ſcriptores eſſe cœperunt. Quapropter vir venerabilis prædictus Euſebius Chronicorum ab hinc exorſus eſt hiſtoriam, volens induſtriæ ſuæ fidem mundanorum quoque Annalium coætaneo relatu perpendi, & profeſſæ veritatis etiam Gentilium litteras teſtes ſciſcitari, contentus præterita ſæcula ſacris voluminibus explicari, ætates tantum ſummatim retro generationum ex Prologi textu patefaciens, & operis plenitudine ſub annorum recapitulatione pariter comprehendens. Cujus tenorem VIR VENERABILIS PROSPER ſecutus, iiſdem Chronicis, hæc eadem egregia brevitate compoſuit, ut eorum initium a mundi inchoaretur exordio. *Hæc Victorius Aquitanus, qui hoc in arduo opere non alios ſecutus eſſe declarat duces, quam Euſebium, Hieronymum, ac Proſperum, quem Sanctum ac Venerabilem, tum Venerabilem Virum appellat: qua, vel ſimili nuncupatione deſignatur Aquitanus noſter apud antiquos: ne quis alium a populari ſuo indigitare voluiſſe Victorium ſuſpicetur.*

2. Gennadius Maſſilienſis.

Victorio Aquitano Gennadium Maſſilienſem ſubjicimus, cujus aſſertioni quemadmodum auctoritatem confert ætate ſuperior ille, ita & iſtius teſtimonium alter, poſt annos circiter quadraginta, virorum illuſtrium Catalogum curioſe recenſens robur conciliat: dum expreſſe Chronicorum auctorem Proſperum Aquitanum & Maſſilienſium adverſarium determinat. Quod ne & ei fortuito elapſum eſſe dubitaretur, illud ipſum in duobus inſignibus locis retractat. Namque non ſatis habens dum de Proſpero loquitur cap. 84. eidem pro primo ingenii partu Chronicorum opus his verbis adſcripſiſſe: Compoſuiſſe multa dicitur, ex quibus ego CHRONICA nomine illius prætitulata legi, continentia a primi hominis conditione, juxta divinarum ſcripturarum fidem, uſque ad obitum Valentiniani Auguſti, & captivitatem urbis Romæ a Genſerico Vandalorum rege factam: *quaſi, inquam, hæc tradere non ſatis illi fuiſſet, & poſterorum dubitationes auguratus, eas antevertere ſategiſſet, poſt duo capita, de Victorio jam laudato ſermonem habens, hæc ad illius mentem profert*: Compoſuit Paſchalem curſum indagatione cautiſſima, poſt quatuor priores qui compoſuerant; id eſt Hippolytum, Euſebium, Hieronymum, ET PROSPERUM. *Sed nec ſic iſta prætermittenda ſunt. Dum enim audimus Gennadium aſſerentem* Proſperi Chronica legiſſe continentia a primi hominis conditione, juxta divinarum ſcri-

ptu-

pturarum fidem, & *ea* uſque ad Valentiniani obitum *perduxiſſe, in memoriam revocandum, fidem jam feciſſe Victorium, quod Proſper Euſebii, pariter* a mundi principio *hiſtoriam ſuam, ſeu Chronologicos calculos auſpicantis &c. tenorem ſecutus*, iiſdem Chronicis hæc eadem egregia brevitate compoſuit, ut eorum initium a mundi inchoaretur exordio . . . . & *inſuper* ad Valentiniani Aug. *conſulatum hæc continuavit. Quibus quidem ita mire invicem coeuntibus, nunc id nobis certum exploratumque eſt, Gennadio alia non fuiſſe ſuppeditata Chronica, quam ea quibus uſus eſt ipſe Victorius, eaque tandem verum, non mentitum auctorem prætuliſſe: quandoquidem illius operis, penes utrumque diligentiſſimum ſcriptorem par invenitur & una delineatio.*

Calculatori & Hiſtorico ſuccedat ſcriptor utroque ſtudio commendandus, Caſſiodorus Senator: qui etſi ſolus per ſe tantam forte, quantam alii ſibi non prærogaret auctoritatem; iis tamen ducibus ac fidejuſſoribus præ aliis poſterioribus audiri debet: quod ipſe Proſperi ſubpar, Gennadii lucubrationum peritus, & Chronici alterius concinnator, iſtius lucubrationes ſæpe ſæpius non tractare, reſumereque non potuerit; ut etiam ex hac neceſſitate ejus partus internoſcendi major illi potiorque facultas debuerit accedere. Is autem cap. 17. lib. de Inſt. divin. litter. habet. Sanctus quoque Proſper CHRONICA ab Adam ad Genſerici tempora & Romæ deprædationem perduxit. 3. Caſſiodorus.

Atque in iſtorum trium teſtimoniis ſiſtere proponentibus, conſpectui noſtro quartus ſe exhibet; & ille tam nobilis ac reverendus, ut ejus aſſertionem, nec citra illius injuriam, nec citra jurium Proſperi noſtrorumque imminutionem, præteriri poſſe videatur. Et hic quidem alter eſt inſignis calculator & hiſtoricus, Iſidorus videlicet Hiſpalenſis, in Bætica poſt Leandrum germanum ſexto exeunte ſæculo, Epiſcopus; cujus hanc lib. 6. Origin. c. 17. aſſertionem legimus: Paſchalem Cyclum Hippolytus Epiſcopus temporibus Alexandri Imperatoris primus conſcripſit. Poſt quem probatiſſimi auctores Euſebius Cæſarienſis, Theophilus Alexandrinus, PROSPER quoque natione Aquitanus, atque Victorius; amplificatis ejuſdem feſtivitatis rationibus, multiplices circulos ediderunt. *Hæc accuratus ſcriptor, qui ſua ævique ſui fide, eam quæ præcedenti ſæculo his Chronicis habebatur ultro adhibuit ac confirmavit: quin de aliis poſterioribus in medium proferendis amplius ſolliciti ſimus. Nam & huic etiam præcedentes omiſimus Victorem Tunnonenſem in Africa Epiſcopum, qui a Conſulatu XVIII. Theodoſii Junioris Hiſtoriam perſequi teſtatur, ubi Proſper reliquit (quod utique poſtremum ejus exemplar auctius non habuerit.) Quem & Victorem Joannes Abbas Biclarienſis continuans a Juſtino juniore, ubi deſiderat alter, qui præierant Euſebium, Hieronymum, nec non & PROSPERUM virum religioſum, atque victorem Tunnonenſem initio operæ laudare non omittit. Quæ non perſequimur.* 4. Iſidorus Hiſpalenſis. 5. Victor Tunnonenſis, nec non Joannes Biclarienſis.

Ex

S. Prosper Aquitanus Chronici verus & indubitatus auctor.

Ex istis namque luce meridiana clarius est, Prosperum Aquitanum scilicet, Chronica litterarum monimentis tradidisse, quibus & coætanei scriptores versatissimi, in Ecclesiæ caussa usi sunt, aliique sagaces deinceps viri citra suppositi tituli metum, eadem suis genuinis lineamentis repræsentarunt ac commendarunt.

S. Prosperi quod supereſt, Chronicum, illud ipsum esse, quod ex veterum fide digessit Aquitanus. *Vide pag. 377. & sequentibus.*

Cum ex dictis satis constet Chronica Prosperum scripsisse, & ea nullo suppositionis vitio notata, pura, genuinaque coætaneis subparibusque auctoribus innotuisse: facile agnoscetur pro indubitato Chronicum quod Prosperi nomine circumfertur, & infra a nobis exhibetur, illud ipsum esse quod Aquitanus digessit, non vero aliud ab hoc omnino diversum: immo Chronici istius scriptorem Prosperum a Collatoris & Massilienſium adversario nullatenus esse diversum. Quod quidem ex Eruditorum pene omnium consensu satis arguitur: & insuper inconcussum remanebit, cum discussæ legentur apud supra citatum auctorem Dissertationis 8. in opera SS. Leonis & Prosperi difficultates paucæ illæ & leves, ex duobus aut tribus calculi erroribus, qui aut pro erroribus haberi non debeant, aut facile a Prospero ipso admitti potuerint, aut nec forte aliunde quam a scribis amanuensibus irrepserint: quibus tamen moti quidam, in opinionem diversam abire voluerunt. Quæ si nos hic referre tentemus, longiores fient Admonitionis nostræ fines, quam par foret.

S. Prosper abbreviator Eusebii, & quandoque censor.

Dum porro supra asserimus Prosperum Chronicum suum a mundi exordio duxisse, non ita illud accipiendum est, quasi novum opus ad novæ Chronologiæ exactioris calculos apparare sibi proposuisset. Quin potius in eodem concinnando Chronico nonnisi Epitomatorem Eusebii prodere se voluit, ut de eo jam egregie fidem fecisse Victorius reperitur, cujus superius allata sunt verba ista: Eusebii tenorem Vir Venerabilis Prosper secutus, iisdem Chronicis, hæc eadem, egregia brevitate, composuit, ut initium eorum a mundi inchoaretur exordio. *Quæ rem expresse testantur, convincuntque Aquitanum* hæc eadem *Eusebii Chronica*, egregia brevitate *perstrinxisse. Sed idipsum opera ipsa Prosperiana demonstrant. Nam, ut Sirmundus Hist. Prædest. c. 5. opportune monet:* Chronicum hoc, Chronici Eusebiani, quousque cum Hieronymi supplemento porrigitur, mera est Epitome: unde & Epitomen Chronicorum interdum vocant; aut excerpta ex Chronicis: quia inde Prosper omnia decerpsit, nisi quod Consulum fastos, quibus illi carebant, a Christi usque Baptismo, *seu, ut vocat ipse, ab ejus manifestatione*, suis Prosper locis inseruit, ac cetera quoque deinceps ad operis finem de suo contexuit. *Attamen etsi ille Abbreviatoris dumtaxat partes susceperit, & in suorum priori parte Chronicorum Eusebium atque Hieronymum contrahere voluerit; non ita tamen eorum vestigia pressit, ut eos quandoque non abjecerit, phrasesque ac periodorum membra de suo non concinnarit; immo & calculos alios non suppose-*

rit.

rit. Unde & ſemper locuples ad Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ integritatem cenſeri debet acceſſio, quod monimentum iſtud tamdiu inter tenebras denſiores ſervatum, ſine ullo decremento ad nos tandem illæſum pervenerit. De alia autem Chronici parte, quam idem Proſper proſecutus eſt, ubi ab Euſebio ductam continuationem Hieronymus abſolvit, non eſt cur moneamus eam variis additamentis ab ipſo Proſpero illuſtratam, quod editi codices alii aliis auctiores ſatis repræſentant, ad fidem utique MSS. exarati, quorum quæ poſterius reperta ſunt exemplaria, Hiſtoriam perducunt ad annum 455. hoc eſt uſque ad Vandalicam urbis depræ-

Exemplaria Chronici alia aliis auctiora.

dationem, cum alia eidem, ante annos undecim, ſub conſulatu Theodoſii Aug. XVIII. & Albini terminum poſuiſſent.

Chronicum S. Proſperi decem annis auctius ediderat primo Doctiſſimus Ducheſnius tom. 1. Hiſtor. Franc. Hoc idem deinde integrum edidit R. P. Labbæus. S. J. tomo primo Bibliothecæ novæ Manuſcriptorum. Hujus editionem ut ampliorem ceteris nos hic ſecuti ſumus: non omiſſis tamen aliarum editionum differentiis, ubi opus viſum eſt.

Noviſſima hujus Editio a P. Labbæo data hic denuo exhibetur.

Denique obſervatum legimus a viro rerum Eccleſiaſticarum peritiſſimo, S. Proſperum ter Chronicum ſuum ad incudem, ut aiunt, revocaſſe, terque, ſi ſic loqui fas ſit, illud in lucem edidiſſe: ſcilicet anno 433. iterum anno 445. demum anno 455. Et illud ex eo conjicitur, quod in pluribus libris legitur quoddam totius Chronologiæ compendium ad annum 433. Scaligeriana tamen editione id exhibente ad annum 445. quo finem ponit toti Chronico, cum omnibus aliis qui Ducheſnii editionem anteceſſerunt. Immo Victor Tunnunenſis, qui ſupplevit illud Proſperi Chronicum, illud anno 444. deſiiſſe obſervat. At vero in his MSS. quorum ope uſi ſunt tum Ducheſnius, tum Labbeus, Opus protenditur uſque ad Romanum excidium per Genſericum, Conſulibus Valentiniano VIII. & Anthemio, ad annum ſcilicet 455. Revera enim Victorius biennio poſt Gennadium ſcribens, Caſſiodorus quoque huc uſque extendi illud affirmarunt. Immo & Marius Abricenſis ſive Lauſannenſis Epiſcopus, cum Proſperi opus ſupplere aggrederetur, idem & ipſe teſtatus eſt. Unde conjicias anno demum 455. aſſignandos Chronici Proſperiani limites.

S. Proſper ter Chronico manum admovit.

SAN-

SANCTI PROSPERI AQUITANI.

CHRONICUM INTEGRUM*

* In annum Christi 455. desinens.

IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM.

PRIMA PARS.

AB ORTU RERUM AD MORTEM VALENTIS.

Cum adnotatione Consulum a morte Christi.

ADam cum esset annorum [b] ccxxx. genuit Seth.

Seth cum esset annorum ccv. genuit Enos.

Enos cum esset annorum cxc. genuit Cainan.

Cainan vero cum esset annorum clxv. genuit [c] Malaleel.

Malaleel habens annos lxv. genuit Jared.

Jared autem cum esset annorum [d] clxii. genuit Enoch.

At Enoch cum esset annorum [e] clx. genuit Mathusalem.

Mathusalem vero cum esset annorum ccxcvii. genuit Lamech.

Lamech quoque cum esset annorum [f] ccxcii. genuit Noe.

Erat autem annorum D. cum genuit tres filios Sem, Cham, & Japheth.

Post annos vero centum, quando genuit Sem, factum est Diluvium, cum esset annorum Dc.

Ad probandam fidem temporum, hæ generationes ab initio retexuntur, quibus annorum adscriptus est numerus. Nam Cain fratricidæ posteritas non fuit digna cum Dei populo computari. Sed cum latius serpente peccato, maxima pars bonorum connubiis se alienigenarum mulierum miscuisset, crimen illicitæ societatis Diluvio meruit expiari, solo Noe justo, cum uxore & tribus filiis, ac totidem nuribus, ad reparationem humani generis reservato.

Fuerunt igitur ab Adam usque ad Diluvium generationes decem, anni [g] MM. ccxlii.

Post Diluvium succedunt hæ generationes.

Sem filius Noe cum esset annorum [h] centum, genuit Arphaxad, anno post Diluvium secundo.

Arphaxad autem cum esset annorum [i] cxxxv. genuit Cainan.

Et Cainan, cum esset annorum cxxx. genuit Salem.

Deinde Salem, cum esset annorum cxxx.

a Apud Labbeum tom. 1. Biblioth. novæ MSS. *Viri clarissimi Tironis Prosperi*, &c. Hoc nomine designatur etiam in Ms. Colb. uno, & aliquot aliis.

b Semel monuisse sufficiet, quod observavit Arnaldus Pontacus Vasatensis olim Episcopus in notis ad Eusebii Chronicon, & observatum antea in aliquot Mss. Colbertinis, Eusebium in ratione supputandi annos ab orbe, secutum precipue editionem Bibliorum juxta LXX. Interpretes, ut ipse docet circa annum 547. Quod facit etiam ipse Josephus, licet Judæus. Unde videmus antiquos Patres tam Græcos, quam Latinos, & ipsam Ecclesiam catholicam tam in Conciliis œcumenicis, quam in Martyrologiis, secutos calculum Eusebii, relicta Hebraica illa supputatione. Quo observato cessabit scrupulus omnis qui oriri posset legendo Adamum anno 230. genuisse Seth, cum textus Hebræus Vulgatque versio id contigisse narrent anno ipsius 130. idemque esto judicium de numeris generationum subsequentium.

c In Chronico Labbei legitur hic *Jared*, pro *Malaleel*, omittiturque sequens generatio, quam restituimus auctoritate Ms. Colb. & editionis Chronici Eusebiani a Pontaco procuratæ & illustratæ: cum non omittatur in textu Hebræo, nec in versione Latina.

d Huic 162. annorum numero favet, præter Hebræum & Vulgatam, Ms. Colb. unus, & editio Chronici Eusebiani a Pontaco data. In Chronico Labbei erant 212.

e Ms. Colb. & Chron. Pontaci, cum Hebræo & Vulg. 65.

f Ita Ms. Colbert. Chronic. Pontaci, cum Vulg. & Hebræo textu. Labbeus. 188.

g Secundum Hebræorum numerum M.DC.LVI. *Chron. Eusebii.*

h Ms. Colbertinus unus, *centum duorum annorum*. Ms. Colb. alter, *annorum centum*.

i Deinceps Ms. Colb. unus convenit cum Vulg. & Hebræo. Chronicon vero Eusebii Pontac. cum superioribus præter pauca: scilicet, *Seruch. cum esse annorum* 79. pro 130. *Nachor cum esset annorum* 89. pro 79. Ms. autem Colb. alius in omnibus consentit cum his quæ habentur in textu.

cxxx. genuit Heber.

Heber quoque, cum esset annorum cxxxiv. genuit Phalec.

Hoc tempore, ad perturbandam superbæ turris exstructionem, divisæ sunt linguæ, & per orbem terræ facta est gentium dispersio.

Phalec autem, cum esset annorum cxxx. genuit Ragau.

Ragau quoque cum esset annorum cxxxii. genuit Seruch.

Seruch vero, cum esset annorum cxxx. genuit Nachor.

Porro Nachor, cum esset annorum lxxix. genuit Thare.

Thare autem annorum lxx. genuit Abraham, qui cum esset annorum lxxv. divino monetur alloquio, ut exeat de terra sua, & de domo patris sui, ut transeat in terram Chanaan. Quo tempore promissio ad Abraham facta est, quod futurus esset gentium pater.

Et inveniuntur ab anno lxxv. Abraham, in quo est repromissionis exordium, usque ad Moysen & egressum Hebrææ gentis ex Ægypto anni ccccxxx.

Fiunt itaque a Diluvio usque ad primum annum promissionis, [a] mclxvi. ab Adam vero anni mmm. cccxcviii.

Abram nonagenarius ex ancilla Agar genuerat Ismael, a quo Ismaelitæ, qui postea Agareni, ad postremum Saraceni dicti.

In hoc tempore Abraham fide justificatus, qua credidit in semine suo omnes gentes benedicendas, mandatum circumcisionis accepit: quæ usque ad Nativitatem D. N. Jesu Christi, promissionis corporeum fuit signum, quod in spiritale sacramentum veræ cordis circumcisionis transivit.

Abraham anno ætatis suæ centesimo, repromissionis autem vicecimo quinto, genuit Isaac ex libera.

Isaac autem, cum esset annorum lx. genuit geminos, quorum prior Esau, qui & Edom, a quo Idumæi,

Hoc tempore apud Argos regnabat Inachus, cujus filia Io, quam Ægyptii Isidem vocitatam divino honore coluerunt.

Sequens Jacob, qui postea Israel, a quo Israelitæ, qui nunc Judæi.

Erat autem annus repromissionis [b] xxcvi.

A primo vero anno Jacob, usque ad principatum Joseph in Ægypto, fiunt anni cxxi.

Cujus temporis anno xv. qui est promissionis c. moritur Abraham ann. clxxv.

In hæc tempora Niobe, ut Græci perhibent, mixtus est Jupiter, exque illo concubitu natus est Apis, quem Serapin vocant.

Igitur Abraham, Isaac, & Jacob antiquiores Serapide.

Hoc tempore Messana, quæ & Mamertina, condita est.

Jacob autem agens annum lxxviii. descendit in Mesopotamiam, & servivit apud Laban annis vii.

Jacob cum esset annorum xcii. genuerat Joseph, qui cum esset annorum xvii. venditus est a fratribus, anno patris sui Jacob cix.

Isaac vero moritur anno ætatis suæ cxxc. relinquens filium Jacob habentem annos cxx.

Hoc tempore Memphis ab Api in Ægypto condita.

Joseph dux AEgypti annis xxc. quorum cum ageretur annus vigesimus sextus, Jacob obiit, anno ætatis suæ cxlvii. prophetans de Christo & vocatione gentium.

Anno principatus Joseph ix. qui erat famis annus secundus, ingressus est Jacob in AEgyptum cum filiis suis.

Ipse autem Joseph moritur anno ætatis suæ cx. Hebræorum in AEgypto servitutis [c] clxiv.

Hujus servitutis anno xx. Atlas Astrologus insignis habebatur frater Promethei.

Hujus servitutis anno lxv. qui est repromissionis annus cccl. Aram genuit Moscn, cum esset annorum lxx.

Hoc tempore Epidaurus condita, & templum Apollinis Delphici ab Erisichthone conditum.

S. Prosperi.

a Ex enumeratis supra patriarcharum annis, quo singulis nati sunt liberi, exurgit summa annorum 1145. a Diluvio ad factam Abrahæ promissionem: ad summum 1147. ex notis ad Chron. Eusebii, ab Adam vero conflatur numerus 3412.

b Mss. Colb. duo cum editione Pontaci ponunt annos 90.

c Supplendum videtur, *anni fuerunt*. Pro 164. Eusebius, tam in edit. Pont. quam in Mss. quinque Colbertinis, notat tantum 144. sic. CX. *anno Joseph moritur. Post cujus interitum Hebræi Ægyptiis servierunt annis CXLIV. Fuerunt autem omnes anni quos Hebræi in Ægypto fuerunt CCXV. qui ab eo tempore computantur, quo Jacob cum filiis suis descendit in Ægyptum*: Ergo anno 71. post ingressum illorum mortuus est Joseph. De quo Pontacus in notis. *Sunt qui respuant tot annos, dum incredibile judicant tam diuturno spatio populum illum servisse, & tam dura servitute pressum ita potuisse propagari, ut sexcenta armatorum millia, absque mulieribus & pueris, ex Ægypto eduxerit. Nihilominus quoniam Augustinus lib. 2. qq. in Exod. q. 47. ubi multa hac de re agitasset, tandem concludit, Proinde illa nimirum computatio, quam secutus est Eusebius in historia sua Chronica, perspicua veritate subnixa est; non est quod rejecta tanti viri auctoritate, ab Eusebii opinione deflectamus.*

Anno servitutis Hebræorum lxxvii. primus in Thessalia regnavit Hæmon.

Anno vero xxc. Phorbas Rhodum obtinuit.

Anno vero xxcii. Hercules Antæum luctæ certamine superat.

Anno xxcvii. primus Trochilus quadrigam junxisse perhibetur.

Anno xc. Xanthus Triopus Lesbon condidit.

Anno c. Cecrops regnavit in Attica: sub quo [a] in Arce oliva nata est, & ex Minervæ nomine, quæ Græce Athena dicitur, Attici Athenæ vocati.

Anno cxiii. Curetes & Corybantes Cnosson condiderant, qui modulatam & inter se convenientem in armis saltationem reperiunt.

Moyses octogesimum agens ætatis suæ annum, impletis ab initio promissionis ccccxxx. dux itineris ab AEgypto Hebræorum gentis efficitur, legem eis in eremo tradens per annos xl.

Hoc tempore Corinthus conditur, quæ prius Ephyre dicta est.

Cujus temporis anno quinto, primus apud Hebræos Pontifex constitutus frater Moysis Aaron.

Hoc tempore Apollinis Delphici templum ab Erisichthone fabricatum.

Hucusque quinque libri Moysis continent gesta annorum [b] MMM. cc. secundum lxx. Interpretes.

Mortuo Moyse dux constituitur Josue, qui principatum tenuit annis xxvii. & terram Palestinorum Judæis sorte distribuit.

Hoc tempore apud Hebræos Pontificatum suscepit Eleazar.

Post mortem Josue Hebræos alienigenæ octo annis subjectos habent, qui junguntur temporibus Gothoniel, secundum Judæorum traditionem.

Hac ætate apud Hebræos Pontifex erat Phinees.

Supputantur itaque omnes anni Gothoniel xl. Fuit autem ipse ex tribu Juda.

Post Gothoniel Hebræi alienigenis subjecti fuere annis xviii. qui copulantur temporibus Aod, secundum Judæorum traditionem.

Supputantur itaque omnes anni Aod Judicis ex tribu Ephrem octoginta.

In fine hujus ætatis Amphion Thebis regnabat.

Debbora cum Barach annis xl. ex quibus sunt [c] anni xxx. quibus post obitum Aod Hebræos alienigenæ habuere subjectos. Fuit autem Debbora ex tribu Ephrem, Barach vero ex tribu Nephtalim.

Hujus ætatis anno xvii. Ilium ab Ilo conditum.

Gedeon ex tribu Manasse annis xl. in quibus sunt anni vii. quibus Hebræos alienigenæ habuere subjectos, juxta Hebræorum traditionem.

Hoc tempore Tyrus condita. Argonautæ his temporibus fuere. Cyzicus hoc tempore condita. Orpheus Thrax clarus habebatur.

Abimelech filius Gedeonis annis tribus.

Hæc & Herculis tempora.

Tholam annis [d] xxvi. *vel* xxii. *ex alio codice*.

Huic ætati adscribitur bellum Lapitharum & Centaurorum. Priamus post Laomedontem regnat. Medea Colchis, mors Androgei, & Minotauri fabula hoc tempus habuerunt.

Jair ex tribu Manasse annis xxii.

Hac ætate regnabant Agamemno Mycenis, Menelaus Lacedemone.

Horum annorum sexto Carthaginem Tyrii condiderunt.

Hæc ætas habuit Atreum Argis regnantem, eadem Phædram & Hyppolitum.

[e] Iephte annis vi. [f] Esbon [g] annis vii.

Hoc tempus fuit raptus Helenæ. Bellum Trojanum.

[h] Labdon xviii. alias viii. Cujus principatus anno tertio Troja capta.

Ejus-

a Illustrissimus Pontacus in notis: *Conjiciebam* (ait) *legendum, seu primum in Atta, seu, primum in Acte, pro in arce: cum constet ex Plinio, Herodoto, Hygino, & aliis primum ortam olivam in Attide, seu in regione Attica; & cum sequentia loquantur de Athenis: tamen cum nullius codicis præsidio juvarer, reliqui integrum. Utraque enim lectio solvari potest. Arx enim illa erat in Acte.*

b Chronicon Eusebii edit. Pont. cum quinque ejusdem Mss. Colbertinis 3730.

c In Mss. quinque Colb. Eusebiani Chron. & edit. Pont. *anni* 20.

d Apud Eusebium, *annis* 22. *vel* 23. secundum Hebræos. Hæc autem postrema *vel* 23. &c. non habentur in Mss. Colb. quatuor, sed in uno alio & edit. Pont.

e In Chron. Eusebii, *Post Jair Hebræos in ditionem suam redigunt Ammanitæ annis XVIII.* edit. Pont. *VIII. qui cum temporibus posteriorum copulantur secundum Hebræorum traditiones.*

f In cod. Chron. Eusebii additur, *Jephte in libro judicum ab ætate Mosi usque ad semetipsum ait supputari annos* 300.

g In aliis codicibus *Esebon*: in aliis, *Abesan*.

h Chron. Euseb. tam in Mss. Colb. quatuor quam in edit. Pont. *Post Esebon in libro Judæorum* (*f. Judicum*, alii *Hebræorum*,) *fertur judex Aelon vel Ahialon rexisse populum annis X. qui non habetur apud LXX. Interpretes*: quem tamen ibi haberi contendit Pontacus, in notis p. 308.

Ejusdemque Labdon anno octavo, Latinis regnat AEneas annis tribus.

a [a] Samson annis xx.

Cujus anno tertio Ascanius, AEneæ filius Albam condidit.

Ascanius regnat Latinis annis xxxvii. seu xxxviii.

Post quem Sylvius AEneæ posthumus filius annis xxvii. *alias* xxix. A quo Albanorum reges Sylvii appellati.

b Heli Sacerdos annis xl. [b]

Mortuo Heli Sacerdote, arca Testamenti ab alienigenis possidetur.

Samuel & Saul annis xl.

Primus rex Hebræorum Saul ex tribu Benjamin, cujus regni anno nono, Latinis regnat AEneas Sylvius annis xxxi.

Post quem regnat Latinus Sylvius annis quinquaginta.

Ab initio principatus Moysis, usque ad ortum regni David anni ccccxxxix.

David ex tribu Juda primus regnavit annis xl. Quo tempore Abiathar Pontifex clarus habebatur: prophetabant autem Gad, Nathan, & Asaph.

Salomon filius David, annis xl. qui templum Jerosolymis ædificare cœpit, consummavitque annis octo. Quo tempore Sadoc Hebræorum Sacerdos clarus habebatur.

Anno regni Salomonis xl. Latinis regnare incipit Sextus Albanus Sylvius, annis xxxviii.

Roboam annis xvii.

Post mortem Salomonis regnum Hebræorum seditione divisum est, vocabanturque qui in Samaria erant, Israel, quibus primus regnavit Jeroboam.

Roboam filius Salomonis regnavit in Jerusalem, duabus tribubus sibi subjectis, que vocabantur Juda, ab rege Judæorum ex stirpe Judæ.

Hoc tempore apud Latinos AEgyptus Sylvius septimus regnat annis xxiii.

Septimo autem regni Jerobeæ, Susachin rex AEgypti contra Judæos dimicans templum expoliat.

Abia annis tribus. Hæbræorum Pontifex Abimelech illustris habebatur: prophetabant autem Achias, Sameas, Jemoded, Azarias, qui & Addo, & Anani.

Asa justus annis xli.

Josaphat justus annis xxv. Prophetabant apud Hebræos Abdias, [c] Jenozias, & Micheas. c

Hujus regni anno xii. apud Latinos Capys Sylvius regnat annis septem. Deinde ix. [d] Compartus Sylvius annis quinque. d

Joram annis octo: quo tempore prophetabant Helias & Heliseus.

[e] Osias anno uno. Jonadab filius Rechab clarus habebatur. e

[f] Gotholia mater annis septem. f

Hoc tempore in Græcia Homerus poeta clarus fuit.

Joas annis xl. His temporibus apud Hebræos Joiada insignis Pontifex erat, qui solus post Moysen vixit annis cxxx. Hoc tempore Azarias propheta occiditur: Zacharias quoque propheta a rege Joas interficitur.

Latinis xii. Aremulus Sylvius annis xix. Post quem Aventinus Sylvius regnavit annis xxxvii. a quo mons Aventinus. Post quem xiv. Procas Sylvius, annis xxvi. Post quem xv. Amulius Sylvius annis xliii.

Amasias annis xxix,

Azarias, qui & Osias, annis lii.

Hujus regni sextus agebatur annus, cum reges Assyriorum defecerunt, imperio in Medos translato.

Apud Hebræos autem prophetabant Osee, Amos, Isaias, Jonas, cum esset annus Osiæ vicesimus primus.

Quadragesimo vero & nono ejusdem anno constituitur Olympias prima. Eliis agentibus quinquennale certamen, quatuor mediis annis vacantibus. Et hoc certaminis tempus Olympiadem vocaverunt auctore Iphito.

Joathan annis xvi. Prophetabant Osee, Amos, Isaias & Johel, qui & Jobeth.

Achaz annis xvi.

Hujus regni anno quinto Romulus, Roma condita, regnare orsus est.

Ejusdem autem regni Achaz anno xi. decem tribus gentis Hebrææ, quæ voca-

a Apud Eusebii Chron. *Post Labdon Hebræos in ditionem redigunt alienigenæ annos* 40. *qui copulantur temporibus judicum posteriorum, secundum Judæorum traditionem.*

b Observant codices Mss. & edit. Chron. Eusebii quod, *In libro Hebræorum* 40. *anni inveniuntur, in LXX. autem interpretatione* 20.

c Apud Euseb. Chron. *Jehu, Ozias.*

d In Eusch. Chron. *Carpentus-Sylvius.*

e Eusebii Chronicon. cum vulg. & Hebr. *Ochozias. Sic quoque LXX. tam Romæ quam Antuerpiæ editi, & Eusebius lib.* 10. *de Præparat. cap.* 3. *& Theophil. Antiochen. lib.* 3. Pontacus pag. 332.

f In Vulg. *Athalia* vocatur 4. Reg. 11. Sequitur S. Prosper Eusebii lectionem, quem [ait Pontacus] *novum non est in plurimis a nostris Bibliis tam Hebraicis quam vulgatis, immo etiam aliquando a Græcis discedere: quod & diserte docet lib.* 10. *de Præpar. cap.* 3. *ubi enumerans omnes reges post Ochoziam, recenset Gotholiam. Gotholia an.* 7. *Theophil. lib.* 3. *post Ochoziam, nominat Gothoniel, nulla facta mentione Athaliæ.* In Chron. Eus. *Oded.*

bantur Iſrael, & erant in parte Samariæ, victæ a Sennacherim, qui & [a] Salmanazar, rege Chaldæorum, translatæque ſunt in montes Medorum, cum regnatum eſſet in Samaria annis ccl. Sennacherim autem ad cuſtodiendam regionem Judææ accolas miſit Aſſyrios, qui æmulatores Judæorum legis facti, Samaritæ nuncupati ſunt, quod latina lingua exprimitur, Cuſtodes.

Ezechias annis xxix. ſub quo apud Hebræos prophetabant Iſaias & Oſee.

Romulus primos milites ſumpſit ex populo, & nobiles centum ſenes, quos ob ætatem Senatores, ob curam Patres appellavit.

Eodem tempore Siracuſæ & Catana in Sicilia conditæ.

Manaſſes annis lv.

Cujus regni initio apud Romanos regnabat Numa Pompilius, annis xli. cum poſt Romulum regnaſſet ſenatus annum unum.

Ammon [b] annis xii.

Hujus regni initio Tullus Hoſtilius Romæ ſeptimum-decimum imperii ſui gerebat annum, regnavitque annis xxxii.

Joſias [c] annis xxxii. quo regnante Hebræorum Pontifex maximus Chelcias inſignis habebatur: & prophetabant eadem tempeſtate, Jeremias, & Sophonias, & Olda mulier.

Apud Romanos autem regnabat Ancus, qui Oſtiam condidit civitatem, regnavitque annis xxiii. Poſt quem regnat Tarquinius Priſcus annis xxxvii.

Joſias rex Judæorum, cum Nechaone AEgyptiorum rege congreſſus occiditur.

Thales Mileſius primus phyſicus Philoſophus agnoſcitur.

Anno xxi. regni Tarquinii Priſci, Maſſilia condita.

Joachaz menſibus tribus.

Joachim, qui Eliachim, annis undecim. Anno iii. Joachim Nabuchodonozor rex Babyloniæ Judæam capit, & in ditionem ſuam redactis plurimis Judæorum, cum jam partem vaſorum templi invaſiſſet, & Joachim tributarium feciſſet, victor ad patriam rediit.

Joatham ſeu Joachim, qui & Jechonias, menſes tres.

In Babylone Azarias, Daniel, Miſael clari habebantur.

Hunc [d] rex Babylonius captum ſecum pertrahit ſecundo veniens ad Judæam.

Sedecias annis xi.

Nabuchodonoſor rex Chaldæorum, Jeroſolymis captis, templum incendit, quod ab initio ædificationis ſuæ permanſerat annos [e] cccxlii. *alias* cclii.

Captivitatis Judæorum anni lxx. qui ſupputantur uſque in ſecundum annum Darii.

Apud Romanos poſt Tarquinium Priſcum, regnat Servius annis xxxiv. Cui ſucceſſit Tarquinius Superbus, qui regnavit annis xxxv. Hujus regni anno xxv. prophetabant apud Hebræos Aggeus, & Zacharias, & Malachias, Pontifice Jeſu filio Joſedech.

Hoc tempore Pytagoras Philoſophus clarus habebatur.

A David, uſque ad lxx. annos captivitatis Judæorum, ſupputantur anni dlv.

A ſeptuageſimo anno captivitatis Judæorum, ſupputantur Darii regis Perſarum anni xxxiii.

Cujus regni anno decimo apud Romanos regii dominatus finis eſt factus: quæ poteſtas apud eos manſit annis ccxl. Hinc apud Romanos a Bruto Conſules eſſe cœperunt, dein Tribuni-plebis ac Dictatores, & rurſum Conſules rempublicam obtinuerunt, per annos ccccxliv. ſeu ccccxliv. uſque ad Julium Cæſarem.

Xerxes regnat annis xx. filius Darii, quo tempore Sophocles & Euripides clari habebantur. Herodotum quoque Hiſtoriarum ſcriptorem eadem ætas habuit.

Poſt Xerxem Artabanus regnavit menſibus ſeptem.

Ar-

a Pontacus p. 346. in notis monet hæc verba *qui & Salmanaſar* abeſſe a Codicibus non paucis, ſaltem in textu: Codices Colbertini variant: in uno ſolus Sennacherib, in altero Salmanaſar ſolus nominatur, in aliis tribus uterque. Cum autem utroque retento, *Sennacherib & Salmanaſar*, videantur confundi duæ perſonæ, cum hic illius pater fuiſſe legatur Tobiæ i. & 4. Regum 17. decem tribus legantur translatæ a Salmanaſar, tribu Juda incolumi: Sennacherib vero aſcendiſſe ſuper omnes civitates Juda munitas & eas cepiſſe, & obſidione Jeroſolymam cinxiſſe *Iſaiæ* 36. *Ezech.* 14. & 4. *Reg.* 18. inter quæ ingens haud dubio intervallum. Reſpondet ab Euſebio nullam fieri mentionem obſidionis Jeroſolymitanæ, ſed tantum dici Salmanaſar, dictum etiam Sennacherib, abegiſſe Iſrael in exilium. Unde ſatius fore contendit dicere cum S. Thoma in Iſaiæ 20. Salmanaſar habuiſſe ſex nomina, & eumdem dictum fuiſſe Sennacherib. Nam etiam ante jam pridem obſervarat Hieronymus in c. 36 nonnullos exiſtimaſſe Salmanaſar multis nominibus appellatum: quod neque alienum a lingua ſancta, ubi frequenter eadem nomina patri & filio ſunt communia.

b Euſebii Chron. *Ammon ſecundum LXX. ſenum interpretationem* 12. *annis ſecundum Hebræos annis* 2.

c Huic 32. annorum numero favent Mſſ. quatuor Colb. Vulg. 31. numerat editio Pontaci cum Mſ. Colb. unico 22.

d Scilicet Jechoniam. ex Mſſ. Colb. Chron. Euſebiani, & edit. Pontaci: ubi hæc, *In Babylone Daniel &c.* poſt narratam captivitatem Judæorum collocantur.

e In Chron. Euſeb. Mſſ. Colb. quatuor & edit. Pontaci 442. in unico Mſ. 342.

Artaxerxes annis xl.

Hoc regnante Esdras Sacerdos apud Hebræos insignis habebatur, cujus ætate Pontifex maximus fuit Eliachim, alias Eliasib, filius Joachin, filii Jesu, filii Josedech.

Empedocles & Parmenides, Zeno, & Heraclitus Philosophi claruerunt. Tunc etiam Poricides Historicus, Cratinus Comicus, Aristarchus Tragicus extiterunt.

Vicesimo regni Artaxerxis, Nehemias Hebræus minister regis, concedente domino suo, de Babylone venit in Judæam, & xxxii. anno muros urbemque restituit. Si quis autem lxx. hebdomadas a Daniele scriptas ab hoc tempore numerat, quæ faciunt annos cccxc. reperiet eas in regno Neronis expletas, sub quo obsideri Jerusalem cœpta, secundo postea Vespasiani anno capitur.

His temporibus Hippocrates Medicus, & Socrates Philosophus illustres fuerunt.

Xerxes menses duos. Plato nascitur.

Socdianus menses vii. in his supputatur annus unus.

Darius cognomento Nothus annis xix. alias xviii.

Dionysius in Sicilia tyrannidem exercet.

Romani per legatos jura ab Atheniensibus petierunt, ex quibus xii. Tabulæ conscriptæ.

Artaxerxes Mnemon, Darii & Parysatidis filius, annis xl.

Hujus regni anno xv. Galli Senones Romam, excepto Capitolio, occupaverunt.

Aristoteles xviii. ætatis suæ anno Platonis auditor est.

Artaxerxes, qui & Ochus, annis xxvi.

Cujus regni initio Camillus Gallos, qui Romanis bellum intulerant, superavit.

Eodem tempore Alexander Philippi filius nascitur.

Demosthenem quoque Oratorem eadem ætas clarum habuit.

Arses Ochi filius annis quatuor.

Hoc tempore descriptione facta Romæ, inventa sunt civium clx. millia.

Apud Judæos Jaddus Pontifex maximus clarus habebatur.

Darius Arsami filius annis sex.

Quo tempore apud Romanos Consul Manlius Torquatus filium suum, quod contra imperium in hostes pugnaverat, virgis cæsum securi percussit.

Hac tempestate Alexander Philippi filius regnare orsus, sexto imperii sui anno regnum Persarum subvertit, & in AEgypto urbem Alexandriam condidit.

Appius Claudius cæcus apud Romanos clarus habetur, qui Claudiam aquam duxit, & viam Appiam stravit.

Romani Samnitas subjugant.

ALEXANDER, post finem regni Persarum, regnavit annis septem, qui xxxii. ætatis suæ anno apud Babylonem moritur.

Regnum Alexandrinorum nascitur, quo potitus est Ptolemæus Lagi filius annis xl. Hic regni sui anno quarto, Jerosolymis & Judæa in ditionem suam redactis, plurimos captivorum in AEgyptum transtulit. Tunc Judæorum Pontifex Onias Jaddi filius clarus habebatur.

Machabæorum autem Hebræa Historia hinc Græcorum supputat regnum. Verum [a] hi libri ab Hebræis inter divinas scripturas non recipiuntur.

Romani Marsos, & Hernicos, & Pelignos superant.

His annis Seleucus Antiochiam, Laodiciam, Apamiam, Edessam, Berœam, Pellam urbes condidit, in quibus Judæis, quos transtulerat, jus civium dedit. Seleucus Babylonem obtinuit.

xxv. anno regni Ptolemæi, Judæorum Pontifex maximus Simon Oniæ filius insignis erat.

Romæ vero censu agitato, inventa sunt civium millia cclxx.

Pontificatum apud Judæos suscepit Eleazar frater Simonis, cujus filius Onias, ob ætatem pueritiæ, non potuerat patri succedere.

Eo

a Ad similia Eusebii verba Pontacus in notis pag. 446. *Cum in Ecclesia ante Concilium Carthaginense 3. omnes libri tam veteris, quam novi testamenti Canonici, non uno & eodem tempore & eadem fide recepti sint apud omnes Ecclesias . . . . Hinc tempore Eusebii non constabat apud omnes, maxime apud Græcos, de libris duobus Machabæorum. Nec sunt propterea rejiciendi ex Catalogo, non magis quam liber Esther, quem perinde Eusebius non recipit inter divinas scripturas; quem sequuntur Athanasius in Synopsi, Gregorius Nazianz. de genui. script. Amphilochius, merito apud Eusebium lib. 4. Hist. cap. 26. & alii Græci; nec etiam magis, quam Apocalypsis aut Epistola Pauli ad Hebræos, quarum posteriorem sicut Latinorum consuetudo non recipiebat inter canonicas scripturas, sic nec Græcorum Ecclesiæ Apocalypsim, ut ait Hieron. epist. ad Dardanum. Sed postquam Ecclesia in Concilio illo 3. Carthaginensi (cui Augustinus interfuit) cap. 47. constituit indicem seu canonem librorum sacrorum seu canonicorum, deinceps duo libri Machabæorum, sicut etiam ceteri, pro divinis & canonicis sunt apud omnes habiti. Unde August. lib. 8. de civitate cap. 36. Libros Machabæorum non Judæi sed Ecclesia pro canonicis habet* &c. Quibus addi poterit auctoritas Concilii Tridentini sessione 4. in decreto de Canonicis scripturis.

Eo tempore a Romanis Beneventum & Ariminus conditæ.

Ptolomæus, qui & Philadelphus, annis XXXVIII. Hic Judæos, qui in AEgypto erant, liberos esse permisit, & vasa Eleazaro Pontifici Jerosolymorum votiva transmittens, divinas scripturas in Græcum sermonem ex Hebræa lingua per lxx. Interpretes transferri curavit, quas in Alexandrina Bibliotheca habuit, quam sibi ex omni genere litterarum comparaverat.

Argenteus nummus primum in Urbe figuratus, regni hujus anno XIII. Hujus regni autem XXIV. Romani Carthaginenses navali certamine superant, & centum Lybiæ urbes capiunt.

Judæorum Pontificatum post Eleazarum avunculus ejus Manasses accepit: post quem Onias Pontifex Simonis justi filius clarus habebatur, qui consueta Ptolomæo tributa non reddens, ad iram eum commovit. Verum Josephus vir inter suos nobilis, legatus a Judæis ad Ptolomæum missus, cum familiaritatem Regis ob plurima in eum meruisset obsequia, dux Judææ & finitimarum regionum constituitur.

Parthis ab Imperio Macedonum recedentibus, primo regnavit Arsaces, unde Arsacidæ dicti.

Ptolemæus Evergetes annis XXVI.

Hujus temporis Judæorum Pontifex Simon Oniæ filius clarus habebatur: sub quo Jesus filius Sirach Sapientiæ librum composuit, quem Panareton vocant.

Ennius Poeta Tarenti nascitur.

Rhodo terræ motu concussa, Colossus ruit.

A Romanis XL. fere millia Gallorum cæsa.

Ptolomæus Philopator annis XVII. Judæi victi & XL. millia armatorum ex numero eorum cæsa.

Romani vero Capuam & Siciliam subjugant.

Antiochus rex Syriæ, victo Philopatore, per Ptolemæum, Judæam sibi sumit.

Ptolemæus Epiphanes annis XXIV. Hic Scopa principe militiæ destinato, Judæam capit, & plurimas Syriæ civitates. Secundus liber Macchabæorum hujus temporis gesta continet.

Hac tempestate, cum ab Antiocho per legatos Hannibalem Romani reposcerent, cui se victus a Scipione sociaverat, idem Hannibal ad Prusiam regem Bithyniæ transfugit: & cum etiam ab eo per Flaminium reposceretur, tradendusque esset, venenum bibit, & apud Libyssam Bithyniæ sepultus est.

Cæcilius Poeta Comicus.

Ptolomæus Philometor annis XXV. seu XXXV. Hujus anno quarto Hyrcanus Josephi ducis Judææ filius, cum ad Ptolomæum perrexisset, honorifice ab eo susceptus est. Verum fratres ejus seditione contra eum mota, magnarum calamitatum Judææ genti caussa extiterunt.

Aristobolus, natione Judæus, Peripateticus Philosophus claruit: qui ad Philometorem Ptolemæum explanationum in Moysen commentarios scripsit.

Eodem tempore Antiochus Epiphanes, cum de regione Ptolomæorum, quam subito invaserat, territus senatus Romani imperio recessisset, Judæam venit, ibique Jesu & Jasoni fratri Oniæ Pontificatum tradidit. Quo deinde expulso, Oniam cognomento Menelaum successorem ei dedit. Itaque ob sacerdotii dignitatem orta seditione inter Principes, ingentium miseriarum semina pullulaverunt.

Samaritæ & Judæi Alexandriæ, Ptolomæo judicante, contendunt de honoribus ex utraque parte templo suo deferendis, & superant Judæi.

Vicesimo autem ejusdem regni anno, Judæ Machabæo, post Alcimi inimici ejus interitum, sacerdotium & principatus, omnium Judæorum favore decernitur. Qui dignitate susceptа, legatos Romam misit, & obtinuit decreto Senatus, ut Judæi amici & auxiliatores Romanorum haberentur. Idem Iudas duces Antiochi, qui legem Judæorum multa profanitate impugnaverat, de Iudæa expulit, & templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias religiones post triennium civibus suis reddidit.

Ennius poeta moritur, sepeliturque in monimento Scipionum, via Appia.

Iudas Machabæus triennio Pontificatu gesto dimicans adversus Demetrii duces occiditur.

Terentius Carthaginensis Comædiarum scriptor moritur.

Pacuvius Tragicus clarus habetur, Ennii poetæ ex filia nepos, vixitque Romæ quoad picturam exercuit, ac fabulas venditavit: deinde Tarentum transgressus, prope nonagenarius diem obiit.

Romæ descriptione facta, inventa

sunt

a ſunt civium [a] cccxxxii. millia : quo tempore Carthago in ditionem Romanam per Scipionem redigitur.

Ptolemæus Evergetes annis xxix.

Jonathas Pontifex Judæorum a Triphone occiditur, & in ſacerdotium Simon Jonathæ frater adſumitur: cui interfecto ſuccedit filius ejus Joannes, qui contra Hyrcanos bellum gerens, Hyrcani nomen accepit, & a Romanis decreto Senatus inter amicos relatus eſt. Idem Samariam obſidione captam ſolo æquavit, quam poſtea Herodes inſtaurans, Sebaſten in honorem Auguſti vocari voluit.

b Attalus moriens [b] populum Romanum reliquit hæredem.

Ptolomæus Phyſcon, qui & Soter, annis xxvii. *alias* xvii.

Hujus regni anno octavo Cicero Arpini naſcitur, matre Helvia, patre Equeſtris ordinis, ex regio Volſcorum genere.

Triennio poſt, Cn. Pompejus Magnus oritur.

Septimo decimo autem hujus regni anno, C. Marius v. Conſul juxta Rhodanum Cimbros ſuperat, quorum ducentis millibus cæſis, lxxx. capit, & de his cum Catulo triumphat.

Jugurtha contra Romanos dimicans capitur. In Sicilia rurſus bellum ſervile conſurgit. Thraces a Romanis victi.

Ariſtobulus filius Jonathæ (Joannis) rex pariter & Pontifex, primus apud Judæos diadematis ſumpſit inſigne. Poſt quem regnavit Jannæus, cognomento Alexander, qui Pontificatum quoque adminiſtrans crudeliſſime civibus præfuit.

Ptolomæus, qui & Alexander, annis viii.

Syriæ regnabat Philippus, quem dux Romanus Gabinius cepit, cum jam ante eum Antiochus in Parthos fugiens Pompejo ſe deinceps tradidiſſet. Ita Syria in Romanam ditionem tranſivit.

J. Pomponius Bononienſis Attellanarum ſcriptor clarus habebatur.

T. Lucretius poeta hoc tempore extitit, qui amatorio poculo in furorem verſus, propria manu ſe interficit.

Plotius Gallus primus Romæ Latinam rhetoricam docuit.

Ptolomæus Cleopatræ filius annis viii.

Saluſtius Hiſtoriarum ſcriptor in Sabinis Amiterni naſcitur.

Deſcriptione Romæ facta, inventa ſunt hominum [c] cccclxiii. millia. c

P. Terentius Varro, vico Atace in Provincia Narbonenſi naſcitur, qui xxxv. annum agens Græcas litteras didicit.

Ptolomæus Dionyſius annis xxx.

Ab hujus regni anno ſexto Alexandra, quæ & Selina, uxor Alexandri, Jeroſolymis per novem regnavit annos: ex cujus ætate Judæos rerum confuſio & variæ clades oppreſſere. Ac mox per Cn. Pompejum Jeroſolymis captis, temploque uſque ad ſanctorum ſancta reſerato, Judæi vectigales Romanorum facti : Hyrcano apud eos Pontifice conſtituto, & Antipatro Herodis Aſcalonitæ filio procuratore Paleſtinæ facto.

M. Porcius Cato Stoicus Philoſophus agnoſcitur.

Quæ de Catilina Salluſtius ſcribit hoc geſta ſunt tempore.

Decimo autem Ptolemæi regnantis anno, Virgilius Maro in pago, qui Andes dicitur, juxta Mantuam naſcitur, Pompejo & Craſſo Conſulibus.

Et poſt ſeptem annos Horatius Flaccus poeta ſatyricus & lyricus Libertino patre Venuſii naſcitur.

Craſſus Conſul cum filio apud Carras capitur.

Pompejus Imperator appellatus, Luſitaniam, & quaſdam inſulas in Oceano capit.

Cleopatra annis xxii. ex quibus duo tantum ſupputandi: quia Romanis continua naſcuntur imperia: quorum deinceps tempora numeranda ſunt a C. Julio Cæſare, qui primus apud Romanos ſingulare obtinuit imperium, a quo Romanorum principes appellati Cæſares.

Cæſar Rhenum tranſiens, Germanos vaſtat, Gallos ſubigit.

Principium belli civilis inter Cæſarem & Pompejum.

Ex hoc loco continua Romanorum adnotantur imperia, & regnat apud eos primus omnium C. Julius Cæſar.

C. JULIUS CÆSAR primus annos iv. [d] menſes ſex. d

Pompejus victus & fugiens, a ſpadonibus Alexandrini regis occiditur.

Decretum Senatus & Athenienſium ad Judæos mittitur, qui per legatos amicitiam poſtularant.

Cleo-

a In hoc calculo variant Mſſ. Euſebii. In uno habes 222000. in alio & in edit. Pontaci 322000. in aliis duobus 334000. In alio 335000. in editione Pont.

b Codices Euſebii addunt hic, *regni ſui*.

c Mſſ. Colb. tres 464000. unus, 414000.

d In Chronici Euſebiani Mſſ. & edit. Pont. *menſes ſeptem*.

Cleopatra regio comitatu Urbem ingressa.

Antonius decernit Quintilem mensem Julium debere dici, quia in eo natus fuisset Julius.

Cassius Judæa capta, templum spoliat.

Idibus Martiis C. Iulius Cæsar in curia occiditur.

CAESAR AUGUSTUS, qui & Octavianus, annis LVI. [a] a quo reges Romanorum Augusti appellati.

Ovidius Naso in Pelignis nascitur.

Cicero in Formiano suo ab Herennio & Popilio occiditur.

Antonius adversus Augustum bellum movet.

E Taberna meritoria trans Tiberim oleum terra erupit, fluxitque toto die sine intermissione, significans Christi gratiam ex gentibus.

Antiochus superatus ab Augusto, in amicitiam ejus, interveniente Senatu, redit.

Herodes Antipatri Ascalonitæ & matris Cypridis Arabicæ filius a Romanis Judæorum accipit principatum. Cujus tempore Christi nativitate vicina, regnum & sacerdotium Judeæ, quod prius per successiones minorum tenebatur, destructum est, completa prophetia, quæ Gen. 49. 10 per Moysen ita loquitur: *Non deficiet* b *Princeps ex Juda*, [b] *neque Rex de femoribus ejus, donec veniat* c *semen, cui repositum est, & ipse erit expectatio gentium*. In hoc etiam loco Christus, quem Daniel scribit, accepit finem. Nam usque ad Herodem christi, id est, sacerdotes erant reges Judæorum, qui imperare cœperunt a LXV. Olympiade, & ab instauratione templi sub Dario, usque ad Hyrcanum, & ad CLXXXVI. Olympiadem, annis CCCCLXXXIV. in medio Dan. 9. 10. transactis, quos Daniel quoque significavit dicens: *Et scies & intelliges, ab initio sermonis respondendi & ædificandi Jerusalem, usque ad Christi principatum hebdomades septem, & hebdomades* LXII. Quæ hebdomades LXIX. in quibus christi, idest, sacerdotes per unctionem consecrati, regnaverunt, faciunt annos CCCCLXXXIII. usque ad, Hyrcanum. Quo extremo omnium a Parthis capto, Herodes Antipatri filius nihil ad se pertinentem Judæam ab Augusto & Senatu accepit, filiique ejus post eum regnaverunt, usque ad novissimam Jerosolymorum captivitatem, nequaquam ex successione sacerdotalis generis Pontificibus constitutis, neque perpetuitate vitæ, secundum legem Moysis, servientibus Deo. Ignobiles vero quidam, & alio tempore alii, & nonnulli unius anni, sive modico amplius, a romanis Imperatoribus sacerdotium emebant. Quæ omnia etiam propheta Daniel vaticinatur ita dicens: *Et post hebdomadas septem & sexaginta duas, interibit chrisma, & judicium non erit in eo, & templum & sanctum corrumpet populus duce veniente; & cædentur in cataclysmo belli*. Et in consequentibus: *Super templum*, inquit, *abominatio desolationum, & usque ad consummationem temporis consummmatio dabitur super desolationem*. *Ibidem* 26.

Sallustius diem obiit quadriennio ante bellum Actiacum.

Vinium Maximum Quæstorem designatum agnovit dominus suus, & abduxit.

Lunæ secundum Romanos cursus invenitur.

Cleopatra & Antonius semet interficiunt, & Aegyptus fit Romana provincia.

Cæsar Augustus appellatur, a quo Sextilis mensis Augusti nomen accepit.

Augustus cum monarchia offerretur, recusavit.

Augustus Calabriam (Cantabriam) & Gallos (Gallæcos) vectigales facit.

Tiberius ab Augusto missus occupavit Armeniam.

Cantabri res novas molientes opprimuntur.

Augustus Cajum Agrippam adoptat in filium.

Tiberius Vindelicos [d] & confines Rætiarum Romanas provincias facit. d

XVII. anno imperii Augusti censu Romæ agitato, inventa sunt civium Romanorum [e] XLI. centena & septuaginta quatuor millia. e

XXIV. Augusti imperii anno Tiberius de captis Pannoniis triumphavit.

Ejusdem imperii anno XXV. Virgilius Brundusii moritur, & Neapoli secundo a civitate milliario sepelitur

Herodes Samariam, olim jam in cineribus sedentem, a fundamentis suscitans, in honorem Augusti, Augustam, id est, Sebasten, appellavit, & in Paneade, id quod Panion vocatur exstruxit. Idem

Cæsa-

a In Eusebii Chronico adduntur menses sex.

b Codices Chronici Eusebiani, *neque dux*, ut in Vulgata nostra & Hebræo.

c In Eusebio omittitur hæc vox, *semen*.

d Libri Chronic. Eusebii, *& eos qui Thraciarum confines erant*.

e In duobus Mss. Colb. numerantur 1544000.

Cæsaream in nomine Cæsaris condidit, quæ prius Turris Stratonis vocabatur. Idem Hyrcanum, qui olim Sacerdos Judæorum fuerat, de captivitate Parthica regressum, & filium ejus, qui sacerdotio patris successerat, interficit : sororemque ejus uxorem suam, cum duobus filiis propriis jam adolescentulis, & matrem uxoris occisæ socrum suam crudelissime necat. Virum etiam sororis suæ Salomæ interfecit: & cum eam alii tradidisset uxorem, etiam ipsum perimit : Scribas quoque & interpretes divinæ legis simili scelere occidit.

Augustus Juliam filiam suam in adulterio deprehensam damnat exilio: Tiberium & Agrippam in filios adoptavit.

Judas Galilæus ad rebellandum Judæos cohortatur.

XLIV. imperii Augusti anno, Quirinus ex consilio Senatus ad Judeam missus, census hominum possessionesque describit.

Eodem anno JESUS-CHRISTUS Filius Dei in Bethleem Judæ nascitur.

Colliguntur autem omnes anni ab Abraham exordio, usque ad nativitatem Christi ex Maria, [a] duo millia XVIII. seu XV.

Herodes cum Christi nativitatem Magorum indicio cognovisset, universos in Bethleem parvulos jussit interfici: ipse autem, biennio post morbo intercutis aquæ, & scatentibus toto corpore vermibus, misere, sed digne moritur.

In Herodis locum Archelaus ab Augusto constituitur (& Tetrarchæ fiunt fratres ejus Herodes, Antipater, Lysias, & Philippus) annis IX

Tiberius Cæsar Dalmatas Sarmatasque redigit in Romanam potestatem.

Athenienses res novas contra Romanos molientes opprimuntur.

Augustus cum Tiberio filio suo LIII. imperii sui anno censum Romæ agitans, invenit hominum nonagies & ter centena & [b] LXX. millia.

Messala Corvinus Orator ante biennium quam moreretur, ita memoriam perdidit, ut vix pauca verba conjungeret.

Archelaus in Viennam urbem Galliæ relegatur, anno regni sui IX. Post quem Herodes Tetrarches fuit annis XXIV.

Tiberius Drusum consortem regni facit.

TIBERIUS III. annis XXIII. cujus imperii anno V. tredecim urbes terræ motu corruerunt.

Ejusdem imperii anno XIV. Pilatus Procurator Judææ mittitur.

Herodes Tiberiadem & Liviadem condidit.

Tiberius multos reges ad se per blanditias evocatos, numquam remisit, regnaque eorum in provincias vertit.

Joannes filius Zachariæ in deserto juxta Jordanem fluvium prædicans Judæis, Christum Filium Dei in medio eorum adesse testatur.

Ipse quoque Dominus JESUS-CHRISTUS hinc in populos salutarem adnuntiat, signis atque virtutibus vera comprobans esse quæ diceret.

Drusus Cæsar veneno periit.

[c] Josephus circa hæc tempora die Pentecostes sacerdotes Judæorum primum commotiones locorum Templi, & quosdam sonitus sensisse testatur: deinde ex adyto erupisse vocem dicentium, Transmigremus ex his sedibus.

Scribit idem Josephus, quod eodem anno Pilatus secreto noctis imagines Cæsaris in templo statuerit.

Computantur itaque in annum XV. Tiberii Cæsaris, ab instauratione Templi, quæ facta est sub altero anno Darii regis Persarum, anni DXLVIII. a Salomone autem & prima ædificatione Templi, anni computati sunt MLX. a Moyse & egressu Israelis ex AEgypto, anni [d] MDXVI. (alias XXXVIII.) ab anno repromissionis primo, anni MDLXXII. ab anno quo natus est Abraham, anni [e] MMXLVII. a Diluvio autem, usque ad primum annum Abrahæ, anni nongenti XLII. Eusebius vir disertissimus adnumeravit. Ab Adam vero usque ad Diluvium, anni duo millia CCXLII. Sunt ergo omnes anni ab Adam, usque in annum XV. Tiberii Cæsaris, anni MMMMMCCCLX. aut CCXXVIII. Anni vero secundum Geneseos scripturam & Africani Historici supputationem amplius inveniuntur CXXIX.

[f] Quidam putant Dominum nostrum Jesum Christum XV. anno regni Tiberii

S. Prosperi...

a Mss. tres Colb. 2014. Melioris notæ duo ex eadem Bibliotheca habent, 2015. & editio Chronici Eusebiani a Pontaco procurata.

b Ms. Colb. unicus, & 60. *millia*. Hæc descriptio in aliis codicibus assignatur anno 55. Augusti, in aliis anno 54.

c Articulus hic cum sequenti in Chronico Eusebii rejicitur in annum 18. Tiberii, post Passionem Christi.

d In Eusebii Chronico 1539.

e Apud Eusebium. 2044.

f Aliam hujus loci lectionem in quibusdam codicibus haberi docet Ph. Labbeus in Auctuario tom. 1. Bibliothecæ novæ Mss. pag. 22. scilicet. *Quidam ferunt anno* XVIII. *Tiberii Jesum Christum passum. Et argumentum huic*

Cæsaris, id est, duobus Geminis Consulibus crucifixum, quo anno, secundum indubitabilem Lucæ Evangelistæ auctoritatem, baptizatum eum esse manifestum est, & Evangelium regni cælorum prædicare cœpisse. Secundum vero Joannis Evangelium, festivitati Paschæ Judæorum ter Dominum interfuisse cognoscimus: ut appareat tertium fuisse illud Pascha, quod verus Agnus suo sanguine consecravit.

Proinde Consules quidem a Manifestatione Domini, id est, a RUFINO GEMINO & RUBELLIO GEMINO Consulibus inchoamus: sed tertios ab iis Consules Dominicæ Passioni adscribimus, sequentes quod auctoritas tradidit & ratio.

INCIPIT ADNOTATIO CONSULUM, [a] CUM HISTORIA.

RUFINO GEMINO, ET RUBELLIO GEMINO COSS.

VINICIO ET LONGINO.

SULPICIO ET SULLA.

Ecclesiæ Jerosolymorum primus Episcopus ordinatus est Jacobus, qui habitus est frater Domini.

PRISCO ET VITELLIO.

GALLO ET NONIANO.

GALLIENO ET PLAUTIANO.

Pilatus sacrum thesaurum, quem Corban Judæi vocant, in aquæductum Jerosolymorum expendens, secundæ seditionis præbuit semina. Ab hoc tempore innumeræ calamitates Judæorum gentem oppresserunt.

PROCULO ET NIGRINO.

JULIANO ET ASPRENATE.

PUBLICOLA ET NERVA.

Pilato de Christianorum dogmate ad Tiberium referente, Tiberius retulit ad Senatum, ut inter cætera sacra reciperetur. Verum cum ex consulto Patrum, Christianos eliminari Urbe placuisset, Tiberius per edictum accusatoribus comminatus est mortem.

CÆSARE ET JULIANO.

Tiberius in Campania moritur.

CAJUS CAESAR CALIGULA IV. regnavit annis tribus, mensibus decem.

CÆSARE II. ET SATURNINO.

SATURNINO II. ET VENUSTO.

TIBERIO ET GALLO.

Hoc tempore Pontius Pilatus in multas incidens calamitates, propria se manu interfecit.

Caligula cum se in Deos retulisset, Petronio Præfecto Syriæ præcepit, ut Jerosolymis statuam suam, sub nomine Jovis Optimi Maximi poneret: sed etiam per totum orbem Romani imperii, in Judæorum Synagogis statuæ, & imagines, & aræ C. Cæsaris consecrabantur.

CRISPINO ET TAURO.

Plurimi nobilium a Cajo interfecti.

Cajus a protectoribus suis in palatio occiditur.

CLAUDIUS V. regnavit annis XIII. mensibus VIII. diebus XXVIII. Ipse est Claudius patruus Drusi, qui apud Moguntiacum monimentum habet.

VINICIO ET CORNELIO.

ASIATICO ET SILANO.

PETRUS Apostolus, cum primum Antiochenam Ecclesiam fundasset, Romam proficiscitur, ubi Evangelium prædicans XXV. annis ejusdem urbis Episcopus perseverat.

TIBERIO II. ET VITELLIO.

Marcus Evangelista interpres Petri AEgypto & Alexandriæ Christum annuntiat.

Initium Cycli primi.

VITELLIO II. ET PUBLICOLA.

Primus Antiochiæ ordinatus Episcopus Evodius.

VERINO ET GALLO.

VETERE ET NERVILIANO.

Censu Romæ acto, inventa sunt civium LXVIII. centena & [b] LXIV. seu XLIV. millia.

Paschalis Cycli ratio ab his Consulibus incœpit, per annos XXCIV. & ad eamdem legem revertens.

CLAUDIO ET ORPHITO.

Sub Procuratore Judææ Cumano in diebus Azymorum, tanta est Jerosolymis orta seditio, ut in portarum exitu populo corruente, [c] XXXIV. millia Judæorum perierint.

Prophetia Agabi, qui in Actis Apostolorum famem in toto orbe futuram dixerat, sub Claudio expletur.

Thracia huc usque regnata, in provinciam redigitur.

SILANO ET SILIO.

TIBERIO III. ET ANTONINO SILANO ET OTHONE.

Paulus Apostolus apud Felicem Procuratorem Judææ in defensionem sui perorat.

SILANO II. ET ANTONINO.

MARCELLINO ET AVIOLA.

Sub

huic rei ex Evangelio assumunt Joannis, in quo post 15. annum Tiberii Cæsaris triennio Dominum prædicasse intelligitur. Sed quia usitatior traditio habet Dominum nostrum XV. anno Tiberii Cæsaris duobus GEMINIS *Consulibus crucifixum, nos sine præjudicio alterius opinionis, successiones sequentium consulum a suis consulatibus ordiemur: manente adnotationis temporum quæ cujusque imperium habuit.*

a Auctuarium to. 1. Biblioth. novæ Mss. addit, *a Passione D. N. J. C.*

b In Chronico Eusebii sunt post *68. centena*, & *44. millia.*

c Apud Eusebium numerantur tantum 30000.

Sub Felice Procuratore Judeæ extiterunt multi, qui populum ſua perſuaſione deciperent. Inter quos & AEgyptius quidam pſeudopropheta fuit, qui plurimos ſibi adſocians, in ipſo magnarum rerum conatu per exercitum Felicis opprimitur, ſecundum quod in Actibus Apoſtolorum Paulo dicitur: *Nonne tu es Ægyptius, qui ante hos dies concitaſti & eduxiſti in deſertum quatuor millia virorum?*

NERONE ET VETERE.
NERONE II. ET PISONE.

Claudius moritur in Palatio, anno ætatis ſuæ LXIV.

NERO VI. regnat annis XIII. menſibus VII. & diebus XXVIII. aut XXX. Hujus avunculus fuit C. Caligula.

NERONE III. ET MESSALA
NERONE IV. ET CORNELIO.

Feſtus ſuccedit Felici; apud quem, præſente Agrippa rege, Paulus apoſtolus religionis ſuæ rationem redditurus, vinctus Romam mittitur.

Nero tantæ luxuriæ fuit, ut frigidis & calidis lavaret unguentis, retibuque aureis piſcaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur.

PIO ET TURPILIANO.
MARBINO ET GALLO.
CRASSO ET BASSO.
SILVANO ET PAULINO.

Nero Agrippinam matrem ſuam, & ſororem patris interfecit.

Jacobus frater Domini, quem omnes juſtum appellabant, a Judæis lapidibus opprimitur: in cujus thronum Simeon ſecundus aſſumitur.

Nero omnes cithara contendens ſuperat.

CELSINO ET APULEJO.

Ante menſam Neronis fulmen cecidit.

Poſt Marcum Evangeliſtam, primus Alexandrinæ Eccleſiæ ordinatur Epiſcopus Anianus.

CAPITONE ET RUFO.
SILIO ITALICO, ET TURPILIANO.
SILVANO ET OTHONE.
VESPASIANO ET TITO.
VESPASIANO II. ET TITO II.
VESPASIANO III. ET NERVA.

Nero in Olympiaco agone coronatur, cerycas, cythariſtas, tragædos, aurigas, vario certamine ſuperans.

Nero, ut ſimilitudinem Trojæ ardentis videret, plurimam partem Romanæ urbis incendit.

Muſonius & Plutarchus Philoſophi inſignes habentur.

PRIMA PERSECUTIO. [a] Primus Nero, ſuper omnia ſcelera ſua, etiam perſecutionem in Chriſtianos facit, in qua Petrus & Paulus apoſtoli glorioſe Romæ occubuerunt.

Poſt Petrum primus Romanam Eccleſiam tenuit LINUS [b] annis XII. ſive XIII.

Veſpaſianus Magiſter militiæ ad debellandos Judæos a Nerone mittitur.

VESPASIANO IV. ET TITO III.

Veſpaſianus duobus prœliis ſuperatos Judæos, ad muros compellit.

Antiochiæ ſecundus Epiſcopus ordinatur Ignatius.

Nero cum a Senatu quæreretur ad pœnam, de Palatio fugiens, ad quartum Urbis milliarium ſemet interfecit,

VESPASIANUS VII. regnavit annis IX. menſibus IX. & diebus XXII. ſeu XXIX.

VESPASIANO V. ET TITO IV.

Poſt Neronem, Galba in Iberia, Vitellius in Germania, Otho Romæ Imperium arripuerunt. Sed Galba ſeptimo menſe Romæ capite truncatur: Otho apud [c] Bebriacum propria manu occubuit: Vitellius a Veſpaſiani ducibus occiſus, in Tiberim projicitur.

Veſpaſianus apud Judæam ab exercitu Imperator appellatur: bellum Tito filio commendans, Romam per Alexandriam proficiſcitur.

VESPASIANO VI. ET TITO V.

Titus Judæa capta, & Jeroſolymis ſubverſis, ſexcentena millia virorum interficit. Joſephus ſcribit, undecies centena millia fame & gladio periiſſe, & alia centum millia captivorum publice venumdata. Ut autem tanta multitudo Jeroſolymis reperiretur, cauſſam Azymorum feſtum fuiſſe: ob quod ex omni gente Judæi ad templum confluentes, urbe quaſi carcere ſunt recluſi. Oportuit enim

a *Duo animadverſione digna* hic notat Illuſt. Pontacus, in notis pag. 575. *Primum quod auctor hanc perſecutionem in Chriſtianos nominet primam, vel dicat Neronem primum illam excitaſſe. Nam intelligit non ſolum de prima univerſali, ſeu Gentium (quæ enim narratur Act. 18. fuit particularis in Judæa & Samaria, & a Judæis) ſed etiam de prima cruenta. Unde eleganter Tertullianus in Scorpiaco cap. 14. orientem fidem Nero primus Romæ cruentavit. Si quidem non ſolum auctore Suetonio, ſed etiam ipſo Luca* Act. 15. & 18. *Claudius Chriſtianos antea cum Judæis Urbe expulerat. Alterum, eum forſan loqui de perſecutione hoc anno facta, non tam ut ejus initium ſeu motum prodat, & indicet, quam ut ejus occaſione exprimat martyrium Petri & Pauli. Nam certum eſt ex Tacito lib. 15. perſecutionem Neronis cœptam anno 10. Imperii ejus, occaſione incendii Urbis Romæ, & ut tormentis & ſupplitiis Chriſtianorum aboleret rumorem illius incendii, & exſtingueret odium, quod propterea omnes in eum conceperant.*

b Euſebiani chronici Mſſ. tres *annis*, 12. Alii duo cum edit. Pont. *annis* 11.

c Mſſ. Colb. duo, *Vetriacum*. Alii tres, *Metriacum*.

enim in his diebus eos interfici, in quibus Salvatorem crucifixerant.

Colligitur itaque omne tempus in secundum annum Vespasiani, & novissimam Jerosolymorum eversionem. A quinto decimo anno Tiberii Cæsaris, & ab exordio Evangelicæ prædicationis, annii xlii. A captivitate autem, quam ab Antiocho perpessi sunt, anni [a] ccxxix. Porro a Darii secundo anno, sub quo rursum templum ædificatum est, anni [b] dlxxx. aut xc. A prima autem ædificatione templi sub Salomone, usque ad novissimam ejus ruinam, quæ sub Vespasiano facta est, anni [c] mciii.

VESPASIANO VII. ET TITO VI.
COMMODO ET RUFO.

Achaja, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samos, Cilicia, Comagene, quæ ante liberæ sub regibus & amicis erant, in provincias redactæ.

VESPASIANO VIII. ET TITO VII.
VESPASIANO IX. ET TITO VIII.
SILVANO ET VERO.
DOMITIANO ET MESSALINO.
DOMITIANO II. ET RUFO II.

Vespasianus circa Sabinos in villa propria moritur, anno ætatis [d] lxix.

TITUS VIII. regnavit [e] annis tribus, mensibus duobus.

Titus Vespasiani filius in utraque lingua disertissimus fuit, & tantæ bonitatis, ut cum quadam die recordatus fuisset in cœna, se nihil in illa die cuiquam præstitisse, dixerit, Amici, hodie diem perdidi.

DOMITIANO III. ET SABINO.
DOMITIANO IV. ET RUFO III.

Titus Amphiteatrum Romæ ædificavit, & in dedicatione ejus quinque millia ferarum occidit.

DOMITIANO V. ET DOLABELLA.

Romanæ Ecclesiæ II. constituitur Episcopus [f] CLETUS annis xii.

Titus morbo periit in ea villa in qua pater, anno ætatis xlii.

DOMITIANUS IX. frater Titi junior regnavit annis xv. mensibus v.

DOMITIANO VI. ET RUFO IV.

Domitiani uxor Augusta appellata.

Domitianus eunuchos fieri prohibet: Mathematicos Philosophos Romana urbe pellit.

FLAVIO ET TRAJANO.

Domitianus plurimos Senatorum in exilium mittit, de Dacis & Germanis triumphavit.

DOMITIANO VII. ET NERVA.

Duo menses aliter appellati: September, Germanicus: & October, Domitianus.

Primus Domitianus Dominum se & Deum appellari jussit.

Secundus Alexandriæ ordinatur Episcopus Abilius.

TRAJANO II. ET GLABRIONE.

Quintilianus rhetor Calaguritanus Romæ clarus habetur.

DOMITIANO VIII. ET SATURNINO.
SILVANO ET PRISCO.

Domitianus prohibuit [g] vites in urbibus seri.

ASPRENATE ET CLEMENTE.

Apollonius Thyaneus, & Eufrates Philosophi insignes habentur.

Multa opera Romæ facta: in quibus Capitolium, Forum transitorium, Divorum porticus, Isium, Serapium, Stadium, Horrea [h] piperata, Vespasiani templum, [i] Minerva Chalchedonica, Odium, Forum Trajani, Thermæ Trajanæ & Titianæ, Senatus, Ludus matutinus, Mica aurea, Meta sudans, & Pantheon.

Domitianus tantæ superbiæ fuit, ut aureas & argenteas statuas sibi in Capitolio poni jusserit.

DOMITIANO IX. ET CLEMENTE.

Multi nobilium necati, plures in exilium acti.

FULVIO ET VETERE.
NERVA II. ET RUFO.
SABINO ET ANTONINO.
NERVA III. ET TRAJANO III.

Romæ III. Ecclesiæ præfuit Episcopus CLEMENS annis IX.

SENECIONE ET PALMA.
TRAJANO IV. ET FRONTONE.

SECUNDA PERSECUTIO. Secundus post Neronem Domitianus Christianos persequitur: & sub eo Apostolus Joannes in Pathmum insulam relegatus, Apocalypsin vidit, quam Irenæus interpretatur.

Do-

a In Chronico Eusebii edit. Pont. 239. & Mss. quinque Colb. 239 quorum unus supra pro 42. habet 43.

b In Eusebii Chronico edit. Pont. 591. Idem in Ms. Colb. uno. Quatuor alii habent 590.

c Mss Colb. tres 1102.

d In Ms. Colb. unico, 64.

e Codices chronici Eusebiani assignant Tito annos duos menses duos. Pont. menses octo.

f Hunc Pontificem Romanum *Anacletum* vocant Mss. quatuor Colbertini. *Cletum* unicus omnium antiquissimus. De quo vide notam Pontaci pag. 584. & 585. Lege etiam alios qui contra unicum sub utroque nomine designari probant. Vales. not. ad Euseb. p. 49. col. 1. Coteler. not. ad const. Apost. p. 300. Nat. Alexand. to. 1. p. 515. & alios.

g Suetonius rationem reddit hujus edicti per Italiam & provincias, *Eo quod nimio vinearum studio negligi arva existimaret*: unde conjicit Pontacus in notis. p. 594. pro *in Urbibus*, legendum forsan, *in orbe*: *nisi intelligas dictum pro, in arvis vicinis urbibus. Vineta enim nonnisi urbibus & locis habitatis plerumque adjacent. Philostratus in vita Apollonii reddit aliam rationem, quod rixæ, pugnæ, cædes ex ebrietate orirentur.*

h In Chron. Eusebii *piperataria*.

i In Eusebii Chron. *Chalcidica*. Edit. Pont. *Templum Minervæ Chalcidicæ*

Domitianus eos qui de genere David erant interfici præcepit, ut nullus Judæorum regni reliquus foret.

TRAJANO V. ET ORPHITO.

Scribit Brutius, plurimos Christianorum sub Domitiano fecisse martyrium, inter quos & Flaviam Domitillam Flavii Clementis Consulis ex sorore neptem in insulam Pontiam relegatam, quia se Christianam esse testata sit.

SENECIONE II. ET SURA.

Domitianus occisus in palatio, anno ætatis suæ xxxv.

NERVA X. regnavit annum unum & menses quatuor.

TRAJANO VI. ET MAXIMO.

Justus a Tiberiade Judæorum scriptor agnoscitur.

Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur tertius Cerdo.

Ajunt apostolum Joannem hoc tempore exilio solutum, Ephesum recessisse: cum Senatus decrevisset, ut omnia quæ Domitianus statuerat, in irritum deducerentur.

Nerva morbo periit in hortis Sallustianis, anno ætatis suæ lxxiii. *alias* xxcii. cum jam Trajanum adoptasset in filium.

a TRAJANUS XI. regnavit [a] annis xviii. & mensibus septem. Trajanus Agrippinæ in Galliis Imperator factus, natus Italicæ in Hispania.

SENECIONE III. ET SURA II.

Terræ motu Asiæ quatuor, & duæ Græciæ urbes subversæ.

Trajanus de Dacis & Scythis triumphavit.

URBANO ET MARCELLO.
CANDIDO ET QUADRATO.
COMMODO ET CEREALE.

Decreto Senatus, Nerva in Deos relatus.

Romanæ Ecclesiæ IV. Episcopus præest EVARISTUS annis ix.

Joannem Apostolum usque ad Trajani tempora Irenæus Episcopus permansisse scribit. Post quem Papias Hierapolitanus Episcopus, Polycarpus Smyrnæus, & Ignatius Antiochenus.

SENECIONE IV. ET SURA III.
GALLO ET BRADUA.
AFRICANO ET CRISPINO.
CRISPINO II. ET BOLENO.
PISONE ET RUSTICO.

Alexandrinæ Ecclesiæ IV. Episcopus ordinatur nomine Primus.

TRAJANO VII. ET AFRICANO.

TERTIA PERSECUTIO. Trajano adversus Christianos persecutionem movente, Simon filius Cleophæ, qui in Jerosolymis Episcopatum tenebat, crucifigitur: cui succedit Justus.

Ignatius quoque Antiochenæ Ecclesiæ Episcopus Romam perductus, bestiis traditur. Post quem tertius constituitur Episcopus Eron.

CELSO ET CRISPINO.
ASTA ET PISONE.

Plinius secundus, cum quandam provinciam regeret, & in magistratu suo plurimos Christianorum interfecisset; multitudine eorum perterritus, quæsivit de Trajano, quid facto opus esset: nuntians ei, præter obstinationem non sacrificandi, & antelucanos cœtus, ad canendum cuidam Christo ut Deo, nihil apud eos reperiri. Præterea [b] ad b
conserendam disciplinam, vetari ab his homicidia, furta, adulteria, latrocinia, & his similia. Ad quæ commotus Trajanus rescripsit, hoc genus quidem hominum inquirendos non esse, oblatos vero puniri oportere.

MESSALA ET PEDONE.

Quintus Romanæ Ecclesiæ præest ALEXANDER annis x.

ÆMILIANO ET VETERE.
NIGRINO ET APRONIANO.

Plinius secundus Novocomensis insignis Orator, dum invisit apud Vesuvium, periit: & tres Galatiæ civitates terræ motu excisæ.

Post Justum IV. Jerosolymitanæ Ecclesiæ Episcopatum suscipit Zachæus: post quem quintus Tobias, cui succedit sextus Benjamin, ac deinde septimus Joannes, octavus Matthias, in cujus locum nonus constituitur Philippus.

CLARO ET ALEXANDRO.
ADRIANO ET SALINATORE.
ADRIANO II. ET RUSTICO.
SERVILIANO ET FULVIO.

Hoc tempore Judæi qui in Lybia erant, & qui in Ægypto, quique apud Cyrenem & Thebaidem, adversus cohabitatores suos magnas seditiones movent.

Judæis [c] Alexandriæ rebellantibus, c
Trajanus Imperator Lysiæ Quieto præcepit, ut eos e provincia exterminaret: adversus quos Quietus aciem instruens, infinita eorum millia interfecit, & ob hoc Procurator Judææ ab Imperatore decernitur.

Salaminam urbem Cypri subvertere Judæi.

Trajanus in Selinunte, sive, ut alii ferunt,

a Apud Eusebium annis 19. mensibus 7. in quibusdam codicibus 6.

b Mss. quinque Colb. Chron. Eusebii *ad confœderandum.*

c Apud Eusebium, tam in Mss. Colb. quinque, quam in edit. Pont. *Mesopotamiæ*, aut *Mesopotamiam.*

runt, apud Seleuciam Iſauriæ civitatem
a moritur, anno ætatis [a] lxiv. Oſſa ejus in urnam auream conlata, & in foro ſub columna poſita, ſoluſque omnium intra Urbem ſepultus eſt.

ADRIANUS XII. regnavit annis xxi. Hic Italicæ in Hiſpania natus, conſobrinæ Trajani filius fuit.

VERO ET AUCURINO.
AVIOLA ET PANSA.

Senatus Trajanum in Deos refert, & Adrianus reliqua tributorum urbibus relaxat, chartis publice incenſis, plurimoſque ipſis tributis liberos facit.

Adrianus Judæos capit, ſecundo adverſus Romanos rebellantes.

PATERNO ET TORQUATO.
GLABRIONE ET APRONIANO

Bellum geſtum contra Sarmatas.

Romanæ Eccleſiæ VI. Epiſcopatum
b ſuſcipit XISTUS [b] annis ix.

Alexandriæ V. Epiſcopus ordinatur Juſtus.

ASIATICO ET QUINTILLIO.

Cephiſſus fluvius Eleuſinam inundavit: quem Adrianus ponte conjungens, Athenis hyemem exegit.

VERO ET AMBIGUO.
GALLICANO ET TITIANO.

Jeroſolymis poſt Philippum conſtituitur X. Epiſcopus Seneca: poſt quem XI. Juſtus: cui ſuccedit XII. Levi: poſt quem XIII. Ephres: XIV. Joſeph: XV. Judas. Hi omnes uſque ad everſionem, quam per Adrianum Jeruſalem paſſa eſt, ex Circumciſione Epiſcopi præfuerant.

Terræ motu Nicomedia ruit, & Nicææ urbis plurima: ad quarum inſtaurationem Adrianus de publico eſt largitus impenſas.

TORQUATO ET LIBONE.
CELSO ET MARCELLINO.
CATULINO ET APRO.
PONTIANO ET RUFINO.

Finis Cycli primi, & ſequentis exordium.

Quadratus diſcipulus Apoſtolorum, & Ariſtides noſter Philoſophus, libros pro Chriſtiana religione compoſitos edidere.

Serenus Granius vir apprime nobilis, litteras ad Imperatorem miſit, iniquum eſſe dicens clamoribus vulgi innocentium hominum ſanguinem concedi, & ſine ullo crimine, nominis tantum & ſectæ reos fieri. Quibus commotus Adrianus, Minucio Fundano Proconſuli Aſiæ ſcribit, Sine objectu criminum Chriſtianos non condemnandos. Cujus epiſtolæ uſque ad noſtram memoriam durat exemplum.

AUCURINO ET SERGIANO.
TIBERIO ET SILANO.

Romæ VII. Epiſcopus ordinatur Teleſphorus annis xi.

Antiochenæ Eccleſiæ IV. præficitur Cornelius.

SERGIANO II. ET VERO.
POMPEIANO ET ATILIANO.

Alexandrinæ Eccleſiæ VI. præeſt Eumenes.

POMPEIANO II. ET COMMODO.
LÆLIO ET ALBINO.

Judæi in arma verſi, Paleſtinam depopulati ſunt, tenente provinciam Tænio Rufo: cui ad opprimendos rebelles Adrianus miſit exercitum.

CAMERINO ET NIGRO.

Baſilides hæreſiarches in Alexandria commoratur, a quo Gnoſtici. Hoc autem Baſilides diſtabat a Simonis dogmate, quod ccclxv. cælos eſſe credebat, quo numero dierum annus includitur. Unde etiam quaſi ſanctum nomen commendabat, quod eſt ABRAXAS, quia hujus nominis litteræ, ſecundum ſupputationem Græcam, eumdem numerum complent. Gnoſtici autem a præſumtione excellentioris ſcientiæ nominati ſunt, quos quidam Borboritas vocant, quaſi cænoſos, propter nimiam turpitudinem, quam in ſuis myſteriis exercere dicuntur. Tradunt autem fabuloſiſſimis dogmata plena figmentis. Animarum ſubſtantiam dicunt Dei eſſe naturam: Deum quoque bonum & Deum malum in ſua perhibentur habere doctrina.

Barcochebas dux Judæorum, nolentes ſibi adverſus Romanum militem ferre ſubſidium omnimodis cruciatibus necat. Bellum Judaicum, quod in Paleſtina gerebatur, finem rebus Judeorum poſuit penitus oppreſſis. Ex quo tempore etiam introeundi eis Jeroſolymam licentia ablata eſt; primum Dei nutu, ſicut Prophetæ vaticinati ſunt, deinde Romanorum interdictionibus.

ANTONINO ET PRÆSENTE.

Jeroſolymis primus ex gentibus conſtituitur Epiſcopus Marcus, ceſſantibus his qui fuerant ex Judæis.

ANTONINO II. ET PRÆSENTE II.
SEVERO ET SILVANO.

Ælia ab Ælio Adriano condita eſt, & in fronte ejus portæ, qua Bethleem egredimur, ſus ſculptus in marmore, ſignificans Romanæ poteſtati ſubjacere Judæos.

Adria-

a In Chron. Euſebii edit. Pont. & Mſſ. duobus Colb. 63. Mſſ. tres, 73.
b In Euſebii Chron. *annis* 10.

Adrianus apud Bajas moritur major lx. annorum.

ANTONINUS TITUS cognomento Pius XIII. cum filiis Aurelio & Lucio regnavit annis [a] XXII. & mensibus III.

RUFINO ET TORQUATO.

Romæ VIII. Episcopus ordinatur HYGINUS annis IV.

TORQUATO II. ET HERODE
AVIOLA ET MAXIMO.

Antoninus pater patriæ appellatur.

[b] Valentinus hæresiarches, & Cerdo magister Marcionis Romam venerunt. Valentinus de natura rerum multa fabulosa confinxit, adserens XXX. Æonas, id est sæcula, exstitisse, quorum sit principium Profundum & Silentium, quod Profundum etiam Patrem appellat. Cerdonianus vero duo principia sibi adversantia dogmatizat, dominumque legis ac Prophetarum non esse Patrem Christi, nec bonum esse Deum, sed justum; patrem vero Christi bonum. Ex quibus, duorum velut ex conjugio, processisse perhibet intellectum & veritatem, & protulisse æonas octo. De intellectu & voluntate processisse Verbum, & protulisse æonas decem. Porro de Verbo & vita processisse hominem, & Ecclesiam protulisse æonas duodecim. Itaque VIII. & X. & XII. fieri tricies æonas, habentes principium de Profundo & de Silentio. Christum autem a Patre missum, id est a Profundo, spiritale vel cæleste corpus secum attulisse: nihil assumpsisse de Virgine Maria; sed per illam, tamquam per rivum aut fistulam, sine ulla de eadem sumpta carne transisse. Negat etiam resurrectionem carnis, solum per Christum spiritum vel animam salutem accipere affirmans. [c] Christumque ipsum neque natum ex femina, neque habuisse carnem, nec vero mortuum, vel quidquam passum, sed simulasse passionem. Quidam eos in duobus principiis suis ita duos perhibent deos dicere, ut unus eorum sit bonus, alter autem malus. Resurrectionem mortuorum negant, spernentes novum Testamentum.

Marcion quoque, a quo Marcionitæ appellati, Cerdonis dogma sectatus est, hoc adjiciens, ut non duo tantum, sed tria assereret esse principia, unum scilicet bonum, alterum justum, tertium pravum. Quamvis tertii principii auctorem quidam Sirenum quemdam, potius quam Marcionem fuisse existiment.

ANTONINO III. ET AURELIO.
GRATO ET SELEUCO.

Romæ IX. Episcopus ordinatur PIUS [d] annis XV.

Hoc tempore Justinus Philosophus librum pro nostra religione conscriptum Antonino Imperatori tradidit.

Antiochiæ V. Episcopus constituitur Heros.

ANTONINO IV. ET AURELIO II.
LARGO ET MESSALINO.
TORQUATO III. ET JULIANO.

Alexandriæ VII. Episcopatum suscipit Marcus.

ORPHITO ET PRISCO.
GLABRIONE ET VETERE.
GORDIANO ET MAXIMO.
GLABRIONE II. ET ROMULO.
PRÆSENTE ET RUFINO.
COMMODO ET LATERANO.
VERO ET SABINO.
SILVANO ET AUGURINO.
BARBARO ET REGULO.

Alexandrinæ Ecclesiæ VIII. præfuit Celadion.

TERTULLO ET SACERDOTE.

Crescens Cynicus in nostri dogmatis Philosophum Justinum, a quo ob nimiam gulam prævaricator Philosophiæ arguebatur, persecutionem suscitavit, in qua ille gloriose pro Christo sanguinem fudit.

QUINTILLO ET PRISCO.
VERO II. ET BRADUA.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum X. suscipit ANICETUS annis X. sub quo Polycarpus Romam veniens multos ab hæretico errore correxit.

ANTONINO III. ET AURELIO III.
P. C. ANTONINI III. ET AURELII III.

Jerosolymæ Episcopatum post Marcum XVII. suscepit Cassianus. XVIII. Publius. Maximus. XIX. deinde XX. Julianus: sic XXI. [e] Grajanus: XXII. Symmachus: tum XXIII. Cajus: XXIV. Ju-

a In edit. Pont. 23. *mens.* 3. In Mss. Colb. uno *annis* 23. Alii ut in textu nostro.

b In aliis codicibus, quos se præ manibus habuisse testatus est Ph. Labbeus, sic exprimitur hic articulus. *Valentinus hæresiarches' & Cerdo magister Marcionis Romam venerunt. Valentinus rerum naturæ duo dixit esse principia, profundum, & silentium. A quibus 30. orta sunt sæcula. Profundum autem Patrem esse Christi, qui spiritale vel cæleste corpus habuerit, nihilque de natura matris Virginis assumpserit, sed per ipsum, tamquam rivus, sine carnis humanæ veritate transierit. Resurrectionem quoque carnis negant, spiritui tantum vel animæ promittunt salutem. Cerdo quoque duorum principiorum, id est, unius boni, & alterius mali adsertor fuit: & Patrem Christi Deum esse legis ac prophetarum negavit. Christum ipsum neque natum ex femina, neque habuisse carnem, nec vere passum, nec vere mortuum dixit. Resurrectionem etiam carnis refutans, & Testamentum vetus spernendum esse decernens.*

c Vox, *bonum*, additur ex Augustino lib. de Hæres. hær. 22.

d Mss. unus ex Colb. *annis* 10. Mss. tres *annis* 12. Quintus Ms. antiquior & edit. Pont. *annis* 15.

e In Eusebii Chronico, *Gaianus*.

Julianus : atque inde XXV. Capito.

Antoninus Pius apud Lorium in villa sua, XII. ab Urbe milliario moritur, anno vitæ suæ LXXII. [a] alias LXXVII.

M. ANTONINUS, qui & VERUS, & L. AURELIUS COMMODUS XIV. regnavit annis XIX. & mense uno.

DUOBUS AUGUSTIS.

Hi primitus æquo jure imperium simul administraverunt, cum usque ad hoc tempus singuli Augusti fuerint.

RUSTICO ET AQUILO.
LÆLIANO ET PASTORE.
MACRINO ET CELSO.
ORPHITO ET PUDENTE.
PUDENTE II. ET POLLIONE.

Alexandriæ IX. præfuit Agrippinus.

QUARTA PERSECUTIO. Persecutione orta in Asia, Polycarpus & [b] Pœonius fecere martyrium: quorum scriptæ quoque feruntur passiones.

In Gallia quoque plurimi ob nomen Dei interfecti: quorum usque in præsentem diem condita libris certamina perseverant.

VERO IV. ET QUADRATO.
APRONIANO ET PAULO.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum XI. suscipit SOTER [c] annis VIII.

APRONIANO ET PAULO.

Antiochiæ VI. Episcopus ordinatur Theophilus, cujus plurima ingenii opera extant.

PRISCO ET APPOLLINARE.
CETHEGO ET CLARO.

Lucius Imperator anno regni sui IX. sive, ut quidam putant, [d] X. inter Concordiam & Altinum apoplexia extinctus est.

Antonino Imperatori Melito Asianus Episcopus Apologeticum pro Christianis tradidit.

Apollinaris Asianus Hierapolitanus Episcopus insignis habetur.

Eodem tempore Dionysius Episcopus Corinthiorum clarus fuit, & Pinytus Cretensis vir eloquentissimus.

Hac tempestate pseudoprophetia, quæ Cataphrygas nominatur, accepit exordium, Montano auctore, [e] Prisca Maximillaque insanis vatibus. Nomen errori provincia Phrygia dedit: quia inventores ejus illic primitus extiterunt, ibique vixerunt, & nunc etiam in eisdem partibus populos habent. Adventum Spiritus-sancti a Domino promissum, in se potius, quam in Apostolos fuisse asserunt: secundas nuptias pro fornicationibus habent; & ideo dicunt eas permisisse apostolum Paulum, quia ex parte sciebat & ex parte prophetabat; nondum enim venerat quod perfectum est. Hoc autem perfectum in Montanum, & in ejus prophetissas veniisse delirant. Sacrificia perhibentur habere funesta. Nam de infantis anniculi sanguine, quem de toto ejus corpore minutis punctionum vulneribus extorquent, quasi Eucharistiam suam conficere perhibentur, miscentes eum farinæ, panemque inde facientes. Qui puer, si mortuus fuerit, pro martyre habetur; si autem vixerit, pro maximo sacerdote.

SEVERO ET HERENNIANO.

[f] Tatianus Hæreticus, a quo appellati Encratitæ, quorum dogma est non admittere ad communionem suam nisi continentes, & eos qui sæculo ita renuntiaverint, ut propria nulla possideant.

[g] Bardesanes quoque alterius auctor erroris, eodem tempore innotuit, in Valentini hæresim ex parte prolapsus.

ORPHITO ET MAXIMO.

SEVERO ET POMPEJANO.

In regione Quadorum exercitu Antonini Imperatoris siti oppresso, [h] pluvia divinitus missa est: cum e contrario Germanos & Sarmatas fulmina persequerentur, & plurimos eorum interfi-

ce-

a Editio Pontac. cum Mss. quatuor Colb. habent 77. Ms. alius, item Colb. 72.

b Apud Eusebium *Pionius*, aut *Pyonius*.

c Ms. Colb. unus ætatis non contemnendæ, *annis* 14. cum alii, & edit. habeant, *annis* 8.

d Codices Eusebiani Chronici habent 11.

e In libris Eusebiani Chronici, *Priscilla*.

f Auctior legitur articulus iste in codicibus aliis a Ph. Labbeo visis: *Tatianus hæreticus agnoscitur, a quo appellati Encratitæ. Nuptias damnant, pareque eas fornicationi, & omni turpitudini esse definiunt: nec recipiunt in consortium marem vel feminam conjugio utentem. Prolationes quasdam sæculorum de fabulis Valentini sequuntur. Saluti primi hominis contradicunt.*

g Articulo sequenti ibidem diffusiori sermone legitur. *Bardesanes alterius hæreseos princeps innotescit, qui Bardesanes cum aliquandiu in fide fuisset insignis, postea in Valentini transivit errores, quamvis non omnia ejus secutus sit.*

h Pluta de hac pluvia divinitus missa orationibus Christianorum, apud Orosium lib. 7. cap. 15. Eusebium lib. 5. cap. 5. qui illa transcripsit pene ad verbum ex Tertulliano in Apolog. cap. 5. & ad Scapulam. Nicephorum lib. 4. cap. 12. Justinum in Apolog. Diaconum lib. 10. Dion. qui artibus magicis tribuit hanc pluviam, Capitolinum, qui precibus Antonini erga Deum extortam ait. Xiphilinus tradit *legionem* (Christianorum) *ideo vocatam fuisse* Κεραυνοβόλον *id est, fulminatricem*. Anno 14. Antonini contigisse patet ex litteris ipsius Imperatoris ad Senatum, de tanta victoria precibus Christianorum obtenta, quæ ex Bibliotheca Vaticana reperiuntur apud Onuphrium in Fastis pag. 350. in quibus inscribitur, Antoninum fuisse Tribunitiæ potestatis 28. tum ex nummis & veteribus inscriptionibus, ex quibus dignoscitur fuisse 15. Tribunitiam potestatem eo anno quo ipse Antoninus suscepit imperium. *Hæc Pontacus, in notis pag.* 324. & 325.

cerent. Extant litteræ Marci Aurelii graviſſimi Imperatoris, quibus illam Germanicam ſitim, Chriſtianorum militum precationi imbre conceſſo, diſcuſſam conteſtatur.

GALLO ET FLACCO.
PISONE ET JULIANO.
POLLIONE ET APRO.
COMMODO ET QUINTILLO.

Antoninus Commodum filium ſuum conſortem regni facit,

ORPHITO ET RUFO.

Antoninus cum filio de hoſtibus triumphavit, quos per triennium apud [a] Carnuntum habens ſtativa caſtra vaſtaverat. a

COMMODO II. ET VERO II.

Alexandriæ X. ordinatur Epiſcopus Julianus.

Antoninus in Pannonia morbo periit.

COMMODUS XV. regnavit annos XIII.

PRÆSENTE ET BURRO.

Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus inſignis habetur.

Commodus Septembrem menſem nomine ſuo appellavit.

MAMERTINO ET RUFO.

Thermæ Commodianæ Romæ factæ.

COMMODO IV. ET VICTORINO.

Jeroſolymis XXVI. ordinatur Epiſcopus [b] Mormius: poſtquem XXVII. Antoninus, XXVIII. Valens, XXIX. Dachianus, XXX. Narciſſus, XXXI. Dius, XXXII. Germanio, XXXIII. Gordius, XXXIV. alius Narciſſus. b

MARULO ET HELIANO.
MATERNO ET BRADUA.
COMMODO V. ET GLABRIONE.
CRISBINO ET HELIANO.
FULCIANO ET SILANO.

Alexandriæ XI. conſtituitur Epiſcopus Demetrianus annis XLIII.

Commodus Coloſſi capite ſublato, ſuæ imaginis caput juſſit imponi.

Serapion Antiochiæ Epiſcopus VIII. ordinatur.

DUOBUS SILANIS.
COMMODO VI. ET SEPTIMIANO.
APRONIANO ET BRADUA.

Commodus multos nobilium interficit.

COMMODO VII. ET PERTINACE.

Commodus ſtrangulatur in domo Veſtiliani.

HELVIUS PERTINAX XVI. regnavit menſes ſex: qui cum major ſeptuagenario præfecturam Urbis ageret, ex Senatus conſulto imperare juſſus eſt.

Romæ Epiſcopatum ſuſcepit XIII. VICTOR annis XII. cujus [c] non mediocria de religione extant volumina. c

Pertinax obſecrante Senatu, ut uxorem ſuam Auguſtam, & filium ſuum Cæſarem faceret, contradixit: ſufficere teſtatus, quod ipſe regnaret invitus.

Pertinax occiditur in Palatio, ſcelere Juliani juriſperiti, quem poſtea Severus ad Pontem Milvium interfecit.

SEVERUS XVII. regnavit annis XVIII. Qui ortus provinciæ Tripolitanæ oppido Lepti, ſolus ex Africa uſque in præſentem diem ex Romanis imperatoribus fuit, & in honorem Pertinacis Pertinacem ſe cognominari juſſit.

FALCONE ET CLARO.
SEVERO ET ALBINO.
TERTULLO ET CLEMENTE.
DEXTRO ET PRISCO.

Clemens Alexandrinæ Eccleſiæ Preſbyter, & Pantenus Stoicus Philoſophus in diſputatione dogmatis noſtri diſertiſſimi habentur.

LATERANO ET RUFINO.

Narciſſus Jeroſolymorum Epiſcopus, & Theophilus Cæſarienſis, Polycarpus quoque & Bachilus Aſianæ provinciæ Epiſcopus, hæc tempora illuſtraverunt.

SATURNINO ET GALLO.
ANULINO ET FRONTONE.
SEVERO II. ET VICTORINO.
FABIANO ET MUCIANO.
SEVERO III. ET ANTONINO.

Hoc tempore bellum Judaicum & [d] Sarmaticum: & Severus de nominibus gentium ſubactarum, Parthicus, Arabicus, Adiabenicus appellatus eſt. d

Quæſtione orta in Aſia inter Epiſcopos, an ſecundum legem Moyſis decima quarta menſis primi Paſcha obſervandum eſſet, Victor Romanæ urbis Epiſcopus, & Narciſſus Jeroſolymorum, Polycrates quoque & Irenæus, & Bachilus, plurimique Eccleſiarum paſtores, quid eis probabile viſum fuerit litteris ediderunt, quorum memoria ad nos uſque perdurat.

GETA ET PLAUTIANO.
CHILONE ET LIBONE.

Romæ XIV. Epiſcopus fuit ZEPHIRINUS annis [e] XIV. e

a Mſ. unicus, *Carnutum*. Carnuntum urbs eſt in Pannonia ex Plinio. lib. 4. cap. 12. & lib. 37. cap. 3. & Anton. in itinerar. Sunt viri docti qui putant idem eſſe quod hodie *Petronilla* dicitur in Auſtria, ubi viſuntur moles & ſitus caſtrorum. *Pontac.*

b In Euſebii Chron. *Maximus* XXXIX. *Dulchianus*.

c Abeſt negans particula a codicibus Euſebianis.

d Libri Chronici Euſebiani, dempto Manuſcripto Colb. uno, *Samariticum*, vel *Samaritanum*. De quo Pontacus in notis pag. 631. *Germanior communis lectio* (qua *Samariticum* dicitur) *& eam ſequuntur, præter alia exemplaria, Contractus, Vincentius, Antoninus. Quod enim Severus bellum Sarmatis indixerit, nullus, quod ſciam, ſcripſit. Eruditiſſimus vir ait, ſe numquam invenisse bellum Judaicum a Severo geſtum. At poterat illud hic advertere.*

e Editio Pont. 17. Mſſ. tres Colbetti 18.

QUINTA PERSECUTIO. Perſecutione Chriſtianis facta, Leonides Origenis pater glorioſa martyrii morte translatus eſt.

Alexander quoque ob confeſſionem Dominici nominis clarus extitit.

Qua tempeſtate Perpetua & Felicitas pro Chriſto paſſæ ſunt, Nonis Martii, apud Carthaginem Africæ in caſtris beſtiis deputatæ.

ANTONINO II. ET GETA.
ALBINO ET ÆLIANO.
APRO ET MAXIMO.

Clemens multa conſcribit.

ANTONINO III. ET GETA III.

Clodio Albino, qui ſe in Gallia Cæſarem fecerat, interfecto Lugduni, Severus ad Britannos transfretavit, ut receptas provincias ab incurſione barbarica faceret tutiores, foſſam & aggerem per CXXXII. millia paſſuum a mari ad mare deduxit, & non multo poſt intra Britanniam Eboraci moritur.

POMPEJANO ET AVITO.
FAUSTINO ET RUFINO.

ANTONINUS cognomento CARACALLA Severi filius XVIII. regnavit annis ſex.

GENTIANO ET BASSO.
DUOBUS ASPRIS.

Antiochiæ IX. Epiſcopus conſtituitur Aſclepiades: Jeroſolimis vero XXXV. Alexander, adhuc vivente Narciſſo: & cum eo pariter Eccleſiam regit.

ANTONINO IV. ET BALBINO.
MESSALA ET SABINO.

Finis Cycli ſecundi, & initium tertii.

LÆTO ET CEREALE.
SABINO II. ET VENUSTO.

Antoninus interficitur inter Edeſſam & Charras, anno ætatis ſuæ XLIII.

MACRINUS XIX. regnat anno uno.

PRÆSENTE ET EXTRICATO.

Antiochiæ X. Epiſcopus ordinatur Philetus.

M. AURELIUS ANTONINUS XX. regnavit [a] annis tribus.

ANTONINO ET ADVENTO.

Romæ Epiſcopatum ſuſcepit XV. CALLISTUS [b] annis ſex.

Macrinus occiditur in Archelaide.

Antoninus Romæ Thermas nominis ſui ædificavit.

ANTONINO II. ET SACERDOTE.
ANTONINO III. ET COMAZONTE.
GRATO ET SELEUCO.

Antoninus Romæ tumultu militari occiditur.

ALEXANDER Mammææ filius XXI. regnavit annos XIII. ſumpto nomine ab Imperatore Alexandro.

Alexander Xerxem regem Perſarum glorioſe vincit.

MAXIMO ET ÆLIANO.
JULIANO ET CRISPINO.

Romæ XVI. Epiſcopus creatur URBANUS annis IX.

[c] His temporibus Sabellius fuiſſe perhibetur. Cujus error eſt, ut in Trinitate divina, quem nominat Patrem, eumdem Filium, eumdem aſſerat Spiritum-ſanctum. Unde impietatis iſtius impoſtores merito etiam Patropaſſiani vocantur: qui hoc ſentientes, paſſionem Domini noſtri Jeſu Chriſti, quam pro humani generis ſalute pertulit, Patri convincantur aſſerere.

Ulpianus Juriſconſultus inſignis habetur.

FUSCO ET DEXTRO.

Thermæ Alexandrinæ Romæ ædificatæ.

ALEXANDRO II. ET MARCELLO.
ANIANO ET MAXIMO.
ALBINO ET MAXIMO.

[d] Geminus Presbyter Antiochenus, & Hippolytus, & Beryllus Epiſcopus Arabiæ Boſtrenus clari ſcriptores habentur.

Antiochiæ XI. Epiſcopus fit Zebennus.

MODESTO ET PROBO.

Alexandrinæ Eccleſiæ XII. præeſt Epiſcopus Heraclas.

Hoc tempore Origenes Alexandriæ clarus videbatur. [e] Hic qui per multam eloquii facultatem, perverſa quædam eſt conatus aſtruere, condens libros, quorum eſt titulus περὶ ἀρχῶν, in quibus, præter multa ſacræ doctrinæ adverſa, etiam de commutatione hoc totius rationalis creaturæ aſſerit, quod non ſolum impiorum animæ, ſed & ipſe quoque diabolus, longa purificatione revocandus ſit in ſuæ originis dignitatem, ſuccedentibus ſibi ſemper revolutionibus de bonis ad mala, & de malis ad bona. Quia hæc alternatio non poſſit non eſſe perpetua, & viciſſim ut de miſeris beati, & de beatis miſeri.

ALEXANDRO III. ET DIONE.
GRATO ET SELEUCO.
POMPEJANO ET FELICIANO.
LUPO ET MAXIMO.

Romæ XVII. Epiſcopatum ſuſcepit PON-

a In codicibus Euſebianis notantur, *anni quatuor*.
b Edit. Pontaci. *annis* 5. Mſ. tres, *annis quatuor*: unus 15. alius 5.
c Hæc adduntur in noſtra Editione ex Auctuario quod Ph. Labbe Chronico Euſebiano & Hieronymiano ſubjunxit.
d Quidam Mſſ *Germinus*: alii, *Gemianus*.
e Hæc quæ ſequuntur articulo addita habentur ex Auctuario Ph. Labbe tom. 1. Biblioth. novæ

PONTIANUS annis [a] quinque.

Alexander apud Mogontiacum tumultu militari occiditur.

MAXIMO ET PATERNO.

MAXIMINUS XXII. regnat annis tribus.

MAXIMO II. ET URBANO.
SEVERO ET QUINTIANO.
MAXIMINO ET AFRICANO.

SEXTA PERSECUTIO. Maximinus adversus Ecclesiarum Sacerdotes persecutionem movet.

Maximinus Aquileiæ a Pupieno occiditur.

GORDIANUS XXIII. regnavit annis sex.

PERPETUO ET CORNELIANO.

Romæ XVIII. fit Episcopus ANTERUS : post cujus unum mensem XIX. constituitur FABIANUS annis XIII.

PIO ET PROCULO.
GORDIANO ET AVIOLA.
SABINO ET VENUSTO.
GORDIANO II ET POMPEJANO.
ATTICO ET PRÆTEXTATO.

Gordianus cum Parthorum natione superata victor revertitur ad patriam, fraude Philippi Præfecti Prætorio haud longe a Romano solo interfectus est.

PHILLIPPUS XXIV. regnavit annis septem.

ARIANO ET PAPPO.

Philippus Philippum filium suum consortem regni facit: primus omnium ex Romanis Imperatoribus Christianus fuit.

PEREGRINO ET ÆMILIANO.
PRÆSENTE ET ALBINO.
PHILIPPO II. ET PHILIPPO.

Regnantibus Philippis millesimus Romanæ urbis annus expletur.

Philippus urbem sui nominis in Achaja condidit.

PHILIPPO III. ET PHILIPPO II.
ÆMILIANO ET AQUILINO.

Alexandriæ XIII. ordinatur Episcopus Dionysius.

Philippus senior Veronæ, Romæ junior occiditur.

DECIUS XXIV. regnat anno uno, & mensibus tribus.

DECIO ET GRATO.
DECIO II. ET RUSTICO.

SEPTIMA PERSECUTIO. Decius cum Philippos patrem & filium interfeciſſet, ob odium eorum persecutionem in Christianos movet.

Antonius monachus nascitur.

Alexandro Jerosolymorum Episcopo ob martyrium interfecto apud Cæsaream Palestinæ, & Antiochiæ Babyla eadem gloria occiso, [b] Mazabamus & Fabius Episcopi constituuntur.

Decius cum filio [c] in Abritto, quæ est civitas Mysiæ, occiditur.

GALLUS & VOLUSIANUS Galli filius XXVI. regnavit [d] annis tribus & mensibus quatuor.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum post Fabiani glorioſam mortem XX. suscipit CORNELIUS annis duobus, qui post biennium eodem martyrio coronatur.

GALLO ET VOLUSIANO.
VOLUSIANO II. ET MAXIMO.

Novatus Presbyter Cypriani Romam veniens, Novatianum & ceteros confessores sibi sociat, eo quod Cornelius pœnitentes apostatas recepisset. Ab hoc hæresis Novatianorum sumpsit exordium, qui se propter munditiam quam sibi superbissime arrogant, Catharos appellari volunt: secundas nuptias [e] non admittunt, reconciliationem pœnitentibus negant.

Antiochiæ [f] XIV. constituitur Episcopus Demetrianus.

Romanæ Ecclesiæ Episcopatum tenet XXI. LUCIUS mensibus [g] octo. Post quem XXII. STEPHANUS annis tribus. Extant ad utrumque Cypriani Epistolæ.

Gallus & Volusianus adversus Æmilianum res novas in Mœsia molientem Roma profecti, [h] Interamnæ occisi sunt.

Æmilianus tertio mense occupatæ tyrannidis extinctus est.

VALERIANUS & GALLIENUS XXVI. regnaverunt annis XV.

VALERIANO ET GALLIENO.

Cyprianus primum Rhetor, deinde Presbyter, ad extremum Carthaginensis Episcopus martyrio coronatur.

MAXIMO ET GLABRIONE.

Romæ XXIII. constituitur Episcopus XISTUS annis [i] septem.

OCTAVA PERSECUTIO. Valerianus in Christianos persecutionem movet.

VALERIANO III. ET GALLIENO II.

a In Mſ. Colb. uno, *novem*.

b Mſ. Colb. unus *Arabanes*, Quatuor alii & edit. Pont. *Mazabanus*.

c Mſ. Colb. unus, *in Abrutio*. Mſſ. Colb. tres, *a Bruto*.

d Apud Eusebii Chronicon ubique, *annis duobus*.

e Hæc verba, *non admittunt: reconciliationem pœnitentibus negant*, ex codicibus in Auctuario tom. 1. Biblioth. Labbei expressis, substituimus pro verbis fere similibus, quibus antea legebatur, *denegantes, ad pœnitentiam non admittentes*.

f Numeratur 13. in editione Pontaci & Mſ. Colb. unico. In aliis dicitur 14.

g In Mſ. Colb. unico, *septem*.

h Apud Eusebium, *In Foro fluminii, vel ut alii putant Interamnæ*.

i In edit. Pontaci, & Mſ. Colb. *annis octo*. Mſ. unus omittit Sixtum. Mſſ. tres alii Sixto Dionysium præire volunt, priori annos 11. posteriori 9. assignantes.

Valerianus a rege Perſarum Sapore capitur, ibique ſervitute miſera conſenescit.

TUSCO ET BASSO.

Valeriano in Perſas ducto, Gallienus noſtris pacem reddidit.

Antiochiæ XV. ordinatur Epiſcopus Paulus Samoſatenus.

ÆMILIANO ET BASSO.

SÆCULARE ET DONATO.

GALLIENO IV. ET GENTIANO.

Gallieno in omnem laſciviam diſſoluto, Germani Ravennam uſque venerunt. Alamanni vaſtatis Galliis in Italiam tranſiere. Græcia, Macedonia, Pontus & Aſia per Gothos depopulatæ ſunt. Quadi & Sarmatæ Pannonias occupaverunt. Germanis Hiſpanias obtinentibus. Tarraco expugnata eſt. Parthi Meſopotamiam tenentes Syriam incurſaverunt.

GALLIENO V. ET VICTORINO.

ALBINO ET MAXIMO.

Alexandriæ XIV. Epiſcopus ordinatur Maximus.

Romæ XXIV. præficitur Epiſcopus DIONYSIUS [a] annis XI.

GALLIENO VI. ET SATURNINO.

VALERIANO ET LUCILLO.

Jeroſolymorum Epiſcopatum tenet XXXVII. Hymenæus.

GALLIENO VII. ET SABINILLO.

Paulus Samoſatenus a cunctorum prædicatione deſciſcit, Artemonis hæreſim ſuſcitans, quæ aſſerit Chriſtum non ſemper fuiſſe, ſed initium ejus ex quo de Maria natus eſt prædicat, nec eum aliquid amplius quam hominem putat. [b] Hujus erroris etiam Photinus aſſertor fuit, qui vehementiore ſtudio, ut ſectatores impietatis hujus Photiniani potius, quam Pauliani dicerentur obtinuit. Hos baptizari in Eccleſia catholica Synodus Nicæna conſtituit. Unde credendum eſt eos regulam baptiſmi non habere.

Antiochiæ in locum Pauli XVI. ordinatur Epiſcopus Domnus.

PATERNO ET ARCHESILAO.

PATERNO II. ET MARIO.

CLAUDIUS XXVIII. regnat anno uno, menſibus novem.

CLAUDIO ET PATERNO.

Claudius Gothos Illyricum & Macedoniam vaſtantes ſuperat: ob quæ illi in Curia clypeus aureus, & in Capitolio ſtatua aurea collocatur.

ANTIOCHIANO ET ORPHITO.

Claudius Sirmii moritur, cujus frater, Quintillus.

[c] Claudius a Senatu Auguſtus appellatus, ſeptimo decimo die imperii ſui Aquilejæ occiditur. c

AURELIANUS XXIX. regnat annos quinque, menſes ſex.

VALERIANO ET BASSO.

Antiochiæ XVII. ordinatur Epiſcopus [d] Timæus. d

Aurelianus, Tetrico apud Catalaunos prodente exercitum ſuum, Gallias recepit.

QUIETO ET VOLDUMIANO.

Zenobia [e] apud Immas haud longe ab Antiochia vincitur, quæ occiſo Odoacro marito Orientis tenebat imperium. In qua pugna ſtrenuiſſime adverſus eam dimicavit Pompejanus dux cognomento Francus. e

TACITO ET PLACIDIANO.

Euſebius Laodicenus Epiſcopus inſignis habetur.

Aurelianum Romæ triumphantem Tetricus & Zenobia præceſſerunt. Ex quibus Tetricus Corrector poſtea Lucaniæ fuit, & Zenobia in Urbe ſummo honore conſenuit, a qua hodieque Romæ Zenobia familia nuncupatur.

AURELIANO ET CAPITOLINO.

Romæ XXV. Epiſcopatum ſuſcepit FELIX annis quinque.

AURELIANO II. ET MARCELLO.

Aurelianus cum adverſus nos perſecutionem moviſſet, fulmen juxta eum comiteſque ejus ruit: ac non multo poſt inter Conſtantinopolim & Heracleam in [f] Cœnophrurio viæ veteris occiditur. f

TACITUS XXX. regnat menſibus ſex: quo apud Pontum occiſo FLORIANUS XXXI. obtinuit imperium, regnavitque diebus XXCVIII.

Floriano apud Tarſum interfecto, PROBUS XXXII. regnat annis ſex, menſibus octo, alias quatuor.

PROBO ET PAULINO.

Anatolius Laodicenus Epiſcopus, Philoſophorum diſciplinis eruditus, plurimo ſermone celebratur.

Inſana Manichæorum hæreſis exorta,

a In edit. Pont. annis 12. Mſſ. Colb. *annis. 9.*

b In Auctuario tomi 1. Biblioth. Mſſ. Labbei ex Mſſ. *Hæc hæreſis prius Artemonis fuit, ſed efficaciore verſutia Paulus Samoſatenus in ea obtinuit principatum, accedente poſtea prævaricatore Photino, factum eſt ut diſcipuli eorum Photiniani quam Pauliani celebrius nuncupentur. Hos baptizari.* &c. ut ſupr.

c Aliter in Chronico Euſebii tam in edito, quam in Mſſ. Colb. poſt iſta, *Syrmii moritur. Quintilius Claudii frater a Senatu* &c. nec repetitur vox hæc, *Claudius.*

d Mſſ. tres *Timotheus*: alius, *Timotheus vel Timæus*: alius *Timæus*, cum edit. Pontaci.

e Mſſ. Colb. quatuor *Timas*. Deinde pro *Odoacro*, omnes Euſebii codices *Odenato*, vel *Denato*.

f Interpres Cedreni Xilander, *in loco qui dicitur, Novumcaſtrum, ipſorum lingua*. Pontacus in notis pag. 658.

ta, [a] Persa quodam, qui Manes vocabatur, auctore. Quorum impietates & sacrilegia ac turpitudines explicare in hoc opere nimis longum est. Sufficit enim sciri, quod duo adversa sibi & coæterna principia, & duas boni scilicet & mali asserunt esse naturas. De Christo nihil secundum veritatem sentiunt, Cujus nativitatem ex Maria secundum carnem, & passionem & resurrectionem, simulationes dicunt fuisse, nec ita, ut prædicantur effecta. Vetus Testamentum & Prophetas refutant, Scripturarumque illarum non Deum bonum, sed malæ naturæ principem auctorem opinantur. De novo Testamento ea accipiunt quæ putant apocryphis consonare. Resurrectionem carnis negant, nuptias damnant, adulterinos concubitus pro licitis habent, baptismum regenerationis nihil conferre existimant. Sacra eorum tam nefanda quam mores.

PROBO II. ET PATERNO II.
PROBO III. ET PATERNO III.
MESSALA ET GRATO.

Antiochiæ XVIII. constituitur Episcopus Cyrillus.

Romæ XXVI. ordinatur Episcopus EUTICHIANUS mensibus octo: post quem CAJUS XXVII. creatur annis XV.

PROBO IV. ET TIBERIANO.
PROBO V. ET VICTORINO.

Alexandriæ XV. Episcopus præfuit Theonas.

Probus tumultu militari apud Sirmium in Turri, quæ ferrata vocabatur, occiditur.

CARUS cum filiis CARINO & NUMERIANO XXXII. regnavit annis duobus.

CARO EN CARINO.
CARO II. ET NUMERIANO.

Carus Narbonensis, cum omni Parthorum regione vastata, Cochen & Ctesiphontem nobilissimas hostium cepisset urbes, super Tigrim castra ponens, fulmine ictus interiit. Numerianus autem cum ob oculorum dolorem lecticula veheretur, insidiis Apri soceri sui occisus est. Porro Carinus prælio apud Margum victus occubuit.

DIOCLETIANUS XXXIV. regnavit annis XX.

DIOCLETIANO ET ARISTOBULO.
MAXIMO ET AQUILINO.

Diocletianus in consortium regni HERCULIUM MAXIMIANUM assumit. Qui rusticorum multitudine oppressa, quæ seditioni suæ [b] Bacaudarum nomen indiderat, pacem Galliis reddidit. b

Carausius sumpta purpura Britannias occupavit.

DIOCLETIANO II. ET MAXIMIANO.
MAXIMIANO II. ET JANUARIO.

Constantius & Galerius Maximianus assumuntur in regnum. Quos Diocletianus ut etiam affinitate conjungeret, Constantio privignam Herculii Theodoram uxorem dedit, Galerio autem filiam suam Valeriam tradidit: utque hæc conjugia firmaret, ambos repudiare uxores suas, quas prius habebant, coegit.

BASSO ET QUINTIANO.
DIOCLETIANO III. ET MAXIMIANO III.
TIBERIANO ET DIONE.
HANNIBALIANO ET ASCLEPIODOTO.
DIOCLETIANO IV. ET MAXIMIANO III.

Primus Diocletianus adorari se ut Deum jussit, & gemmas vestibus calceamentisque inseri: cum ante eum Imperatores in modum judicum [c] sollicitarentur, & chlamyde tantum purpurea a privato habitu discernerentur. c

CONSTANTIO ET MAXIMO.
TUSCO ET ANULINO.

Romæ XXVIII. Episcopatum suscepit [d] MARCELLINUS annis IX. d

DIOCLETIANO V. ET CONSTANTIO II.

Jerosolymis XXXVII. Zabdas Episcopus ordinatur.

MAXIMIANO IV. ET MAXIMINIANO II.

FAU-

a In Auctuario Labbei Biblioth. novæ tom. 1. *Manichæus Manes quidam auctor dementissimi dogmatis fuit: apud quos duo principia prædicantur, boni scilicet & mali: quorum naturæ adversæ sibi & coæternæ semper exstiterunt: de quorum compugnantia prodigiosas fabulas & mendacia vana commenti sunt, promittentes discipulis suis purgationem per sacrilega sacramenta, in quibus nihil est, nisi execrabilis turpido confœderationis obscœnæ. Testamentum vetus non recipiunt, corrumpentes per omnia Evangelicam veritatem.*

b Mss. tres Colb. *Bagaudarum.*

c Apud Eusebium in Chronico, tam edito, quam in Mss. quinque Colb. *salutarentur.*

d In uno ex Colb. codicibus, *Marcellianus. Alia tamen lectio magis est recepta*, ut observat Pontacus in notis in Eusebii Chronicum p. 668. ubi statim hæc subdit. *Mirum autem est Eusebium præterire Marcellum, cum de unico Marcellino loquatur, sed forsan deceptus fuit similitudine nominis. Tamen ex Augustino Epist. 165. (nunc 53.) Optato lib. 2. Martyrologiis, & omnibus historicis constat duos & diversos fuisse Marcellinum & Marcellum. Non tamen celabo in Lodonensi Ms. ita haberi ad annum 12. Diocletiani: Romanæ Ecclesiæ XXVIII. Episcopatum suscepit Marcellianus annis VII. Marcellus annis III. cum in aliis sit tantum expressum nomen Marcellini seu Marcelliani, & illi tribuantur anni 9. Hunc Marcellinum ad insulas Ecclesiastici imperii vocatum si velis anno 9. Diocletiani, allegare poteris, O. Vi Mar. sin anno 10. Fa. & impressos, si anno 11. Pi. sin. demum anno. 12. Pux. Peta. Lo. (Mss. sunt quos præ oculis habuerat) quibus adhæreo. Sic enim facilius comperientur annis 15. Caii seu Gaii superioris Pontificis & anni 9. qui inter hunc, & Eusebium ejus successorem interponendi sunt. Adde quod minus recedes a summis viris Baronio & Onuphrio, qui sedis illius initium a decimo tertio Diocletiani numerant.*

FAUSTO ET GALLO.

Veturius Magiſter militiæ Chriſtianos perſequitur.

Finis Cycli tertii, quartique principium.

DIOCLETIANO VI. ET MAXIMIANO V.

CONSTANTIO III. ET MAXIMINIANO III.

Thermæ Diocletianæ Romæ, & Carthagine Maximianæ ædificatæ.

Jeroſolymis XXXVIII. Epiſcopus præfuit Hermon.

Antiochiæ XIX. conſtituitur Epiſcopus Tyrannus.

Alexandrinæ Eccleſiæ XVI. poſt Theonam ordinatur Epiſcopus Petrus, qui poſtea perſecutionis anno nono glorioſe martyrium perpetravit.

TITIANO ET NEPOTIANO.

CONSTANTIO IV. ET MAXIMIANO IV.

Diocletianus & Maximianus Auguſti ingenti pompa Romæ triumpharunt, antecedentibus currum eorum Narſei conjuge, ſororibus, liberis, & omni præda, qua Parthos ſpoliaverant.

DIOCLETIANO VII. ET MAXIMINIANO VI.

NONA PERSECUTIO. Decimo nono anno Diocletiani, menſe Martii, in diebus Paſchæ Eccleſiæ ſubverſæ ſunt.

DIOCLETIANO VIII. ET MAXIMIANO VII.

Secundo anno perſecutionis Diocletianus Nicomediæ, Maximianus Mediolani purpuram depoſuerunt.

GALERIUS XXXV. biennio ſolus imperium tenuit, [a] mox cum alio annis ſex.

CONSTANTIO V. ET MAXIMIANO V.

Romæ XXIX. Epiſcopus conſtituitur EUSEBIUS: poſt cujus ſeptimum menſem xxx. Eccleſiam tenet MELCHIADES [b] annis tribus.

CONSTANTIO VI. ET MAXIMIANO VI.

His conſulibus Timotheus Romæ pro Chriſto paſſus eſt X. Kal. Julias. Maximinus & Severus a Galerio Maximiano Cæſares facti.

Conſtantius XVI. imperii ſui anno diem obiit in Britannia Eboraci. Poſt quem filius ejus CONSTANTINUS [c] ex concubina Helena procreatus, regnum invadit. Cujus regni initio quartus jam perſecutionis annus agebatur.

CONSTANTINUS XXXVI. regnavit annis xxx. menſibus decem.

DIOCLETIANO IX. ET CONSTANTINO.

Maxentius Herculii Maximiani filius, a Prætorianis militibus Romæ Auguſtus appellatur.

Severus Cæſar a Galerio Maximiano contra Maxentium miſſus Ravennam, ſecundo imperii ſui anno interficitur.

DIOCLETIANO X. ET MAXIMIANO VII.

LICINIUS a Galerio Carnuti Imperator factus.

Herculius Maximianus a filia Fauſta detectus, quod dolum Conſtantino pararet viro ejus, Maſſiliæ fugiens occiditur.

POST CONSULATUM X. ET VIII.

Quirinus Epiſcopus Sciſcianus cum ſociis glorioſe pro Chriſto interficitur.

ITEM ANN. II. POST X. ET VIII. COSS.

Galerius Maximianus moritur [d] XXI. imperii ſui anno, quod partim Cæſar, partim Auguſtus exegit.

Romæ XXXI. ordinatur Epiſcopus SILVESTER annis XXII.

MAXIMIANO VIII. ET LICINIO.

Maximinus perſecutione in Chriſtianos facta, cum jam a Licinio puniendus eſſet, apud Tarſum moritur, anno imperii ſui ſexto.

CONSTANTINO II. ET LICINIO II.

CONSTANTINO III. ET LICINIO III.

Alexandriæ XVII. ordinatur Epiſcopus Achillas.

Maxentius juxta Pontem Milvium a Conſtantino ſuperatus occiditur.

VOLUSIANO ET ANIANO.

Jeroſolymæ XXXIX. conſtituitur Epiſcopus Macharius.

CONSTANTINO IV. ET LICINIO IV.

Pax noſtris a Conſtantino reddita.

Diocletianus haud procul a Salonis in villa ſua Spalato moritur.

SABINO ET RUFINO.

Criſcus & Conſtantinus filii Conſtantini

a Hæc deſunt in codicibus Chron, Euſebiani, præter Mſ. unum Colb. qui poſt hæc, *Galerius ſolus biennio Auguſtus imperium tenuit*, addit, *mox eum annis* XVI. Vide notam Pontaci. pag. 673.

b Mſ. Colb. unus, *annis quatuor*. Alius cum edit. Pont. *annis ſex*. Tres alii, *annis tribus*.

c Hac voce non indicatur Helenam Conſtantis Chlori minime fuiſſe uxorem. Sed alias ſic vocabatur uxor ſive indotata, ſive aliis inſignibus carens quæ matribus familias competebant. Licet ergo non ejus eſſet ſortis Helena, quæ juxta leges viro e ſtirpe Imperatoria Veſpaſiani oriundo, & Claudio II. Imperatori conſanguineo jungeretur: patet tamen ex numiſmatibus antiquis, ipſam ex legitimo matrimonii vinculo Conſtantio Chloro adhæſiſſe: quidquid in contrarium protulerint quidam filii Conſtantini gloriæ æmuli, aut etiam quidam e ſanctis Patribus fama a maledicis diſperſa decepti, in contrarium ſenſiſſe videantur.

d Mſ. Colb. unus 20. ponit. Idemque infra Silveſtri Pontificatui annos aſſignat 21, cum alii 22. numerent.

tini, & Licinius adoleſcens Licinii Auguſti filius ex ſorore Conſtantini, Cæſares appellantur. Quorum Criſpum Lactantius erudivit vir omnium ſuo tempore eloquentiſſimus, ſed adeo in hac vita pauper, ut plerumque etiam neceſſariis indiguerit.

GALLICANO ET BASSO.

LICINIO V. ET CRISPO.

CONSTANTINO V. ET LICINIO CÆS.

Licinius Chriſtianos de palatio ſuo pellit.

CONSTANTINO VI. ET CONSTANTINO CÆS.

Baſileus Amaſiæ Ponti Epiſcopus ſub Licinio martyrio coronatur.

Alexandriæ XVIII. ordinatur Epiſcopus Alexander.

CRISPO II. ET CONSTANTIO II.

[a] Arius Presbyter, ab Alexandro Epiſcopo de Alexandrina Eccleſia ejectus, multos ſuæ impietati ſociat, prædicans Patrem & Filium & Spiritum-ſanctum non eſſe unius ejuſdemque naturæ, aut, ut expreſſius dicitur, eſſentiæ; utpote creaturam: Spiritum vero ſanctum creaturam creaturæ; id eſt ab ipſo Filio creatum. Ad quam perfidiam coarguendam Synodus trecentorum decem & octo Epiſcoporum in Nicæam urbem Bithyniæ congregata, omnes hæreticorum machinas Homouſii oppoſitione dejecit.

PROBIANO ET JULIANO.

SEVERO ET RUFINO.

Conſtantius Conſtantini filius Cæſar factus.

CRISPO III. ET CONSTANTINO III.

Licinius Theſſalonicæ occiditur.

PAULINO ET JULIANO.

Criſpus filius Conſtantini; & Licinius junior Conſtantiæ Conſtantini ſororis & Licinii ſuperioris filius interfecti.

CONSTANTINO VII. ET CONSTANTIO.

Vicennalia Conſtantini Nicomediæ acta, & ſequenti anno Romæ edita.

CONSTANTINO II. ET MAXIMO.

HUCUSQUE Hiſtoriam perduxit Euſebius, Pamphyli Martyris contubernalis. Poſt hæc Hieronymi Presbyteri ſuccedit auctoritas.

Drepanam Bithyniæ civitatem in honorem Luciani Martyris ibi conditi Conſtantinus inſtaurans, ex vocabulo matris ſuæ Helenopolim nuncupavit.

JANUARIO ET JUSTO.

[b] Donatus agnoſcitur, a quo per Africam Donatiſtæ, qui primum propter ordinatum contra voluntatem ſuam Cæcilianum Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopum ſchiſma fecerunt, objicientes ei crimina non probata, & maxime, quod a Traditoribus divinarum Scripturarum fuerat ordinatus. Sed poſt cauſſam convictam atque finitam, pertinaci diſcordia in hæreſim tranſierunt: definientes propter Cæciliani crimina, ſeu vera, ſeu, quod magis apparuit, falſa, Eccleſiam Chriſti in toto orbe terrarum contagione communionis extinctam, in ſola Donati parte ſupereſſe. Audent etiam rebaptizare catholicos: cum Eccleſiæ catholicæ placuerit, nec in ipſis hæreticis baptiſma commune reſcindere.

Antiochiæ poſt Tyrannum XX. ordinatur Epiſcopus Vitalis: poſt quem XXI. [c] Philogonus: cui ſucceſſit XXII. Paulinus: poſt quem XXIII. fuit Euſtathius. Quo in exilium ob fidem truſo, uſque in præſentem diem Eccleſiam Ariani obtinuerunt.

CONSTANTINO VIII. ET CONSTANTINO CÆS. IV.

CONSTANTIO III. ET SYMMACHO.

Alexandriæ XIX. ordinatur Epiſcopus Athanaſius.

BASSO ET ABLABIO.

Hieronymus naſcitur.

PACATIANO ET HILARIANO.

Romæ XXXII. ordinatur Epiſcopus MARCUS menſibus octo.

Poſt quem XXXIII. ordinatus eſt JULIUS annis XVI. menſibus quatuor.

Edicto Conſtantini Gentilium templa ſubverſa ſunt.

Romani Gothos in Sarmatarum regione vicerunt.

Conſtans filius Conſtantini provehitur ad regnum.

DALMATIO ET XENOPHILO.

OPTATO ET PAULINO.

CONSTANTIO ET ALBINO.

Conſtantinus cum liberis ſuis honorifice ad Antonium Monachum litteras mittit.

NEPOTIANO ET FACUNDO.

Tri-

a In Auctuario tomi I. Biblioth. Mſſ. Ph. Labbei. *Arius Patrem & Filium & Spiritum-Sanctum negans unius eſſe naturæ, vel ut expreſſius dicamus, eſſentiæ, ita ut Filius Patre minor, Spiritus autem ſanctus Filio etiam habeatur inferior.* Cetera ut ſupra.

b Auctuarium tomi I. Biblioth. Mſſ. novæ Labbei. *Donatus agnoſcitur, a quo per Africam Donatiſtæ ſunt. Qui propter Cæcilianum Carthaginis Epiſcopum, quia ipſis renitentibus ordinatus eſt, in ſchiſma diviſi ſunt, principe & auctore Donato, objicientes Cæciliano quædam crimina, quorum nullum probarunt. Unde pervicacia ſua etiam hæretici facti ſunt, baptizatos in catholica rebaptizantes, & in Trinitate deitatis unam quidem ſubſtantiam confitentes, ſed Filium non æqualem Patri, & Spiritum-ſanctum minorem Filio ſentientes. In quam impietatem illos alius Donatus, qui ab illo tertius fuit impuliſſe dicitur.*

c Quidam Codices Chron. Euſebiani, *Philogonius.*

Tricennalibus Constantini Dalmatius Cæsar appellatur.

Nazarii Rhetoris filia Eunomia Christiana Virgo in eloquentia patri coæquatur.

a [a] Eustachius Constantinopolitanus Presbyter innotescit, cujus industria Jerosolymis b [b] Martyrium constructum est.

c [c] Constantinus extremo vitæ suæ tempore ab Eusebio Nicomediensi Episcopo baptizatus, in Arianum dogma declinavit.

FELICIANO ET TITIANO.

Constantinus cum bellum pararet in Persas, in Ancyrone villa publica juxta Nicomediam moritur, anno ætatis suæ LXVI. post quem tres liberi ejus ex Cæsaribus Augusti appellantur.

CONSTANTINUS, CONSTANTIUS, & CONSTANS, XXXVII. regnavit annis XXIV. mensibus quinque diebus duodecim.

URSO ET POLEMIO.

Dalmatius Cæsar, quem patruus Constantinus consortem regni cum filiis reliquerat, factione Constantii patruelis occiditur.

Jacobus Nisibenus agnoscitur, ad cujus preces sæpe urbs discrimine liberata est, cum oppugnaretur a Sapore rege Persarum.

CONSTANTIO II. ET CONSTANTE.

Ex hoc tempore impietas Ariana [d] d Constantii Imperatoris fulta præsidio, exiliis, carceribus, & variis afflictionum modis, primum Athanasium, deinde omnes non suæ partis Episcopos persecuta est.

ACYNDINO ET PROCULO.

Constantinus bellum fratri inferens juxta Aquileiam, [e] Alsæ occiditur, anno imperii sui XXIII. e

MARCELLINO ET PROBINO.

Audæus in Syria agnoscitur, a quo hæresis Audæana, [f] & Audæani, quos f & Antropomorphitas vocant: quia Deum humanæ imagini credunt esse conformem. In quibus etiam illud arguitur, quod Pascha Christianum Judaica perhibentur observantia celebrare.

CONSTANTIO III. ET CONSTANTE II.

Hermogenes Magister militiæ Constantinopolim [g] tractus a populo ob Episcopum Paulum, quem regis imperio & Arianorum factione pellebat. g

[h] Macedonius artis plumariæ in locum Pauli ab Arianis Episcopus subrogatur, a quo hæresis Macedoniana, cujus dogma est, Patrem quidem & Filium unius divinitatis ejusdemque substantiæ confiteri, sed Spiritum-sanctum dicens creaturam. h

Paulus crudelitate Præfecti Philippi, nam fautor Macedonii partium erat, & Arianorum insidiis strangulatur.

PLA-

a In Mss. antiquissimo Colb. Biblioth. & editione Pont. vocatur *Eustathius*.

b Templum intellige. Quare autem hoc templum in honorem gloriosissimi sepulcri Salvatoris constructum, ex quinque, quæ ipse Constantinus ædificari jussit Jerosolymis, nuncupatum fuerit *Martyrium*, explicat Cyrillus Jerosolymitanus Catech. 14. quasi *testimonium & monimentum* resurrectionis Christi. Hoc ipsum vocatur, *Basilica Constantiniana*. Actione 4. Conc. Nic. 2. *Pontacus pag.* 704. *notarum in Chron. Eusebii*.

c Prima pars istius articuli, quod *Constantinus extremo vitæ suæ tempore fuerit baptizatus*, confirmatur testimonio Socratis libro primo cap. 39. Sozomeni libro secundo cap. 34. Theodoreti libro primo cap. 31. Freculfi libro tertio cap. 20. Mariani, & Eusebii lib. 4. de vita Constantini cap. 24. 61. & 62. & post eum Ambrosii in orat. de obitu Theodosii. Quod pertinet ad alteram partem, videlicet *Constantinum declinasse in Arianum dogma*, solus Lucifer ex veteribus lib. 1. de reg. apost. idem sentire videtur, hinc forsan suspicionis ansam captans, quod Episcopos catholicos, ut Athanasium, & alios in exilium amandarit circa ultimos vitæ annos. Sed hoc factum non provenit ex fide corrupta, sed quia ipse artibus & fallaciis Eusebianorum deceptus (qui licet simularent se catholicos, Arianis tamen occulte favebant;) existimabat, ex eo effecturum ut hoc pacto Athanasius liber esset ab eorum crudelitate, qui illi per insidias imminebant: sicut loquitur Athanasius epist. ad solitariam vitam agentes; ubi non solum illum de suo exilio excusat, sed etiam tuetur ab hac labe hæreseos. Idem facit Epiphan. hæresi 69. Hilarius lib. 1. ad Constantium, & Theodoretus lib. 2. hist. cap. 5. His adde quod sacra antiquitas venerata est Constantinum ut Orthodoxum, & memoriam ejus recolit Ecclesia Græca 21. Maii. Hæc pauca ex pluribus, quæ disserit Illustr. Pontacus in notis p. 704. & 705. Quibus aliqua subjungit ad fulciendam lectionem codicis unius, qui integram sententiam refert ad Constantium. Denique licet fateatur non videri, quomodo possit dici Hieronymus hæc intellexisse de Constantio, cum talia ab omnibus libris referantur ad annum 31. Constantini, nullo modo autem ad tempore Constantii: suspicatur dici posse Arianos jam ab initio Chronici in lucem editi, hæc quæ dicebantur de Constantio, transposuisse in ultimum annum Constantini. Ex quibus omnibus colligit acri & maturo judicio Baronium tom. 3. Annal. pag. 210. excludisse hunc paragraphum, tamquam adulterimum, & *ab alio appositum, atque totius Ecclesiæ consensione & usu continuato improbatum & rejectum*. Quem nihilominus ob codicum tam Mss. quam excusorum auctoritatem non mutavit.

d Unicus ex Mss. Colb. habet *Constantini*. Alii omnes cum edit. Pont. *Constantii*.

e Emendamus pro *Asiæ* ex Mss. quinque Colb. & edit. Pont. Chron. Euseb. Nam constat ex Aurelio in Epitome Constantinum fuisse projectum in fluvium, cui nomen Alsa, non longe ab Aquileia, & Rufinus lib. 1. cap. 15. *Constantino non longe ab Aquileia apud Alsam fluvium a militibus interfecto*: & eo sensu Eusebius vocat Aquileiam Alsæ, hoc est, quæ adjacet Alsæ fluvio, ut testatur Plinius lib. 3. cap. 18. *Pontacus pag.* 708. *in notis Chron. Euseb.*

f In Auctuario to. 1. Biblioth. nov. Mss. Ph. Labbe. *Audæani ab Audæo quodam cognominati* &c. ut supra.

g Quorum verborum is sensus est: non quod Constantinopolim perductus sit, sed quod cum in eum populus insiluisset, captum & interfectum fune traxerit. Sic enim Socrates lib. 1. cap. 13. *Pont. in notis* p. 709.

h Auctuarium Labbei. *Macedonianis Macedonius fuit auctor erroris, quos Græci Pneumatomachos vocant: eo quod Spiritui-sancto Deo confitendo repugnent. Nam de Patre & Filio recte sentiunt, quod unius sunt ejusdemque substantiæ: sed hoc de Spiritu-sancto nolunt credere, creaturam eum esse dicentes. Quidam hos semi-Arianos vocant, quod in hac quæstione ex parte cum illis sint, ex parte nobiscum.*

PLACIDO ET ROMULO.

Maximinus Treverorum Episcopus clarus habebatur, a quo Athanasius Alexandrinus Episcopus cum a Constantio quæreretur ad pœnam, honorifice susceptus est.

LEONTIO ET SALUSTIO.

Sapor Persarum rex Christianos persequitur.

CONSTANTIO IV. ET CONSTANTE III.

Athanasius ad Constantis litteras Alexandriam regreditur.

AMANTIO ET ALBINO.

POST CONS. AMANTII ET ALBINI.

RUFINO ET EUSEBIO.

Quadragesimus Maximus post Macarium Jerosolymorum Episcopus moritur: post quem Ariani Ecclesiam invadunt.

PHILIPPO ET SALIA.

Romanæ Ecclesiæ XXXIV. Episcopus ordinatur LIBERIUS, quo in exilium nono Episcopatus sui anno ob fidem truso, omnes Clerici juraverunt, quod nullum alium susciperent. Verum cum Felix ab Arianis fuisset in Sacerdotio substitutus, plurimi perjuraverunt, & post annum reverso in Urbem Liberio, cum Felice ejecti sunt.

LIMENIO ET CATULINO.

Magnentio apud Augustodunum arripiente imperium, Constans haud longe ab Hispania, in castro cui Helena nomen est, interficitur: ob quam rem turbata republica, Vetranio Mursæ, Nepotianus Romæ Imperatores facti.

SERGIO ET NIGRIANO.

Nepotiani caput pilo per Urbem circumlatum.

Vetranioni apud Naissum a Constantio regium insigne detractum, & Magnentius Mursæ magna Reipublicæ clade superatus est.

POST CONS. SERGII ET NIGRIANI.

Gallus, qui & Constantius, Constantii patruelis Cæsar factus.

CONSTANTIO V. ET CONSTANTIO CÆS.

CONSTANTIO VI. ET CONSTANTIO CÆS. II.

CONSTANTIO VII. ET CONSTANTIO CÆS. III.

Magnentius Lugduni in palatio propria manu seipsum interficit, & Decentius frater ejus, quem ad tenendas Gallias Cæsarem miserat, apud Senonas laqueo vitam finiit.

S. Prosperi.

Gallus Cæsar sollicitatus a Constantio patruele, cui in suspicionem ob regiam indolem venerat, in istria occiditur. a

Paulinus & Rhodunus Galliarum Episcopi in exilium ob fidem trusi.

Eusebius quoque Vercellensis Episcopus, & Lucifer Calaritanæ Ecclesiæ, & Mediolanensis Ecclesiæ Dionysius Episcopus, Pancratiusque Romanus Presbyter, & Hilarius Diaconus, distantibus inter se, ab Arianis & Constantio damnantur exiliis.

ARBETIANO ET LOLLIANO.

Julianus frater Galli Mediolani Cæsar appellatur.

CONSTANTIO VIII. ET JULIANO CÆS.

Antonius Monachus [b] centesimo anno ætatis suæ in eremo moritur, solitus multis ad se venientibus de Paulo quodam Thebæo miræ beatitudinis viro plurima memorare. b

Hilarius Pictavensis Episcopus factione Saturnini Arelatensis Episcopi, reliquorumque qui cum illo erant Arianorum, in Phrygiam [c] pulsus, libros de nostra religione composuit. c

Reliquiæ Timothei Apostoli Constantinopolim invectæ.

Sarmata, Amathas, & Macarius discipuli Antonii insignes habentur.

Liberius Episcopus Romanus in exilium mittitur.

CONSTANTIO IX. ET JULIANO CÆS. II.

Ossa Andreæ Apostoli & Evangelistæ Lucæ Constantinopolim inlata.

Paulinus Treverorum Episcopus in Phrygia exulans moritur.

DATIANO ET CEREALE.

Synodus apud Ariminum & Seleuciam Isauriæ facta, in qua antiqua Patrum fides decem primo legatorum, dehinc omnium proditione damnata est.

EUSEBIO ET HYPATIO.

Gratianus, qui postea Imperator factus est, nascitur.

Hilarius Episcopus, cum apud Constantinopolim librum pro se Constantio porrexisset, ad Gallias rediit.

Omnes pene Ecclesiæ toto orbe sub nomine pacis & regis, Arianorum consortio polluuntur.

Gallia per Hilarium Ariminensis perfidiæ dolos damnat.

a editio Pont. & Mss. Colb. duo, *ob egregiam indolem*. Cum vero dicitur supra *sollicitatus a Constantio*, significatur Constantium variis artibus Gallum ad se pellexisse, ac demum interfici curasse, ut testantur Ammianus, Zozimus, Victor, Socrates, & alii. *Pontacus* pag. 723.

b In Chronico Hieronymi, *Centesimo quinto*.

c Chronicon Hieronymi, addit, *ante triennium*.

CONSTANTIO X. ET JULIANO III.

Constantius Mopsocrenis inter Ciliciam Cappadociamque moritur.

a JULIANUS XXXVIII. regnat [a] annis duobus & mensibus octo.

Juliano ad idolorum cultum converso, blanda persecutio fuit, illiciens magis quam impellens ad sacrificandum, in qua multi ex nostris voluntate propria corruerunt.

TAURO ET FLORENTIO.

Georgio per seditionem populi incenso, qui in loco Athanasii ab Arianis fuerat ordinatus, Athanasius rediit.

Eusebius & Lucifer Episcopi de exilio revertuntur, e quibus Lucifer, adscitis aliis duobus confessoribus, Paulinum Eusthatii Episcopi Presbyterum, qui se numquam hæreticorum communione polluerat, in parte Catholica Antiochiæ Episcopum facit.

Prohæresius sophista Athenienſis, lege data, ne Christiani liberalium disciplinarum doctores essent, cum sibi specialiter Julianus concederet, ut Christianos doceret, scholam sponte deseruit.

MAMERTINO ET NEVITTA.

Æmilianus ob ararum subversionem Dorostori a Vicario incenditur.

JULIANO III. ET SALUSTIO.

Ecclesiæ Antiochiæ clausæ: & gravissimæ imminentis persecutionis procella Dei voluntate sopita est. Nam Julianus in Persas profectus, nostrum diis suis post victoriam sanguinem voverat, ubi a quodam simulato perfuga ad deserta perductus, cum fame & siti magnam partem exercitus perdidisset, occisus est.

JOVIANUS XXXIX. regnat menses VI. alias VIII.

JOVIANO ET VARRONIANO.

Synodus a Meletio & suis Antiochiæ facta, in qua Homousio Anomæoque rejecto, medium inter hæc Homoiousion b Macedonianum dogma vindicaverunt. b

Jovianus cruditate, sive odore prunarum [c] moritur. c

Post quem VALENTINIANUS Tribunus scutariorum apud Nicæam Augustus appellatus, fratrem Valentem Constantinopoli in communionem regni assumit.

VALENTINIANUS & VALENS XL. regnaverunt annis [d] XIV. mensibus quinque. d

VALENTINIANO ET VALENTE. GRATIANO ET DAGALAIPHO.

[e] Apollinaris Laodicenus Episcopus multimoda religionis nostræ scripta componit: qui postmodum a fide catholica deviavit, condens hæresim, quæ ipsius nomine nuncupatur: & cujus hic error est, ut asserat JESUM solam carnem sine anima suscepisse, vel animam vitalem tantum, non etiam rationalem, quoniam ipsum Verbum vim mentis impleverat: ipsam autem carnem non de Maria assumptam, sed Verbi aliquid in carnem fuisse conversum. e

Procopius, qui apud Constantinopolim tyrannidem invaserat, apud Phrygiam Salutarem extinctus est, multis partium ejus cæsis atque proscriptis.

Romanæ Ecclesiæ XXXV. ordinatur Episcopus DAMASUS annis XVIII.

Hoc tempore fuit secundum schisma, Ursicino Antipapa, quod eo per collectam Romæ synodum ejecto, duravit mensibus sex, anno Domini CCCLXIX. *Hæc en libri margine.*

Valens ab Eudoxio Arianorum Episcopo baptizatus nostros persequitur.

LUPICINO ET JOVINO.

GRATIANUS Valentiniani filius Ambianis imperator factus.

Hi-

a Huic codices Chronici Hieronymiani *annum unum* imperii assignant cum mensibus *Octo*, quidam *septem*.

b De hac Meletii synodo, & mente S. Hieronymi hic in Chronico, legi possunt viri eruditi qui de hac difficultate scripserunt: & interim consuli nota Illustrissimi Vasatensis Episcopi ad hanc partem Chronici S. Hieronymi pag. 734. & sequentibus: in qua plura scribit de textus istius restitutione, & nonnulla addit de Meletii Synodo, quam alii damnarunt, alii vero probatam habuerunt. postremoque inter numerat S. Basilium & plerosque patrum, apud quos asseritur Meletium semper veram doctrinam amplexatum fuisse. Athanasius quoque disput. 1. contra Arianos vocat *Magnum*, & Nicephorus *Confessorem*. Ter enim ob fidem missum in exilium tradit Greg. Nis. Orat. in funere Meletii; & Theodoretus lib. 2. cap. 31. *Divinum & magnum* appellat Meletium. Quin adhuc hodie a Græcis inter sanctos colitur, & ejus festum tertio Idus Februarii celebratur. Cum autem non tam de re ipsa, quam de mente ac sententia Hieronymi agatur, hæc patet ex Mss. hujus Chronici, & aliis ejus libris; in quibus Meletium numerat inter hostes Christi. Quibus non obstantibus, concludit supradictus illustrator Chronici Hieronymiani, quod potest tamen Meletius variis modis defendi aut excusari, ut id quod in hac Synodo egit minime hæretico sensu egisse credendus sit: ut pote qui fuit vir sanctissimus, quique post hæc in exilium tertio a Valente fidei causa sit pulsus, teste Sozomeno lib. 6. cap. 7.

c Codices Chronici Hieron. addunt, *quos nimias adoleri jusserat*.

d Colb. Ms. antiquioris notæ habet 34. ut hic alii cum edit. Pontaci 13. totidemque menses qui supra notantur.

e Auctuarium to. 1. Biblioth. novæ Mss. Lab. *Apollinaris perversitas hoc primum deviavit errore, ut Dominum Jesum Christum diceret humanam carnem sine anima suscepisse; quia vitam & regimen corpori Deitas ipsa præbuerit. Ex hoc refutatus, confessus est illi carni animam non defuisse; sed mentis officia Verbi virtute completa. Ad ultimum, ipsam Christi carnem partem quamdam Verbi dixit fuisse, quæ naturam Divinam habuerit, non maternam.*

Hilarius Episcopus Pictavis moritur.

VALENTINIANO II. ET VALENTE II.

VALENTINIANO N. P. ET VICTORE.

VALENTINIANO III. ET VALENTE III.

Athanaricus rex Gothorum in Christianos persecutione commota, plurimos interficit, & de propriis sedibus in Romanum solum expulit,

Eusebius Vercellensis Episcopus moritur.

Constantinopoli Apostolorum Martyrium dicatur.

Lucifer Calaritanus Episcopus moritur, qui cum Gregorio Episcopo Hispaniarum, & Philone Lybiæ, numquam se Arianæ miscuit pravitati. [a] Sed dum vigorem justitiæ erga correctionem eorum qui cesserant, non relaxat, ipse a suorum communicatione descivit.

GRATIANO ET PROBO.

MODESTO ET ALINTHEO.

Didymus Alexandrinus multa de nostro dogmate per notarios commentatur, qui post quintum nativitatis suæ annum luminibus orbatus, elementorum quoque ignarus fuit.

VALENTINIANO IV. ET VALENTE IV.

Eunomius discipulus Aetii Constantinopoli agnoscitur, a quo hæresis Eunomiana, quæ Filium Patri non consubstantialem dicit esse, sed similem. Cujus error est dissimilem asserere Patri Filium, & Filio Spiritum-sanctum.

GRATIANO III. ET EQUITIO.

POST CONS. GRATIANI ET EQUITII.

Quia superiore anno Sarmatæ Pannonias vastaverunt, iidem consules permansere.

Post Auxentii seram mortem, Mediolani Ambrosio Episcopo constituto, omnis ad fidem rectam Italia convertitur.

Aquileienses Clerici quasi chorus beatorum habentur.

Valentinianus subita sanguinis eruptione, quæ Græce apoplexia vocatur, Brigitione moritur.

Post quem GRATIANUS assumpto in imperium VALENTINIANO fratre cum patruo Valente regnat.

Valens legem dedit, ut Monachi militarent, nolentes fustibus necarentur.

VALENTE V. ET VALENTINIANO.

Photinus in Galatia moritur, a quo Photinianum dogma inductum, Paulo Samosateno & Artemone, de quibus supra dictum est, conceptum auctoribus.

GRATIANO IV. ET MEROBAUDE.

Alamannorum multa millia [b] apud Argentariam oppidum Galliarum ab exercitu Gratiani cæsa.

Gens Hunnorum Gothos vastat, qui a Romanis sine armorum depositione susceptis rebellant.

VALENTE VI. ET VALENTINIANO II.

Superatis Romanis, Gothi funduntur in Thracia.

Valens de Antiochia exire compulsus, sera pœnitentia nostros de exilio revocat.

Lacrymabile bellum in Thracia: in quo deferente Equitum præsidio, Romanæ legiones usque ad internecionem a Gothis cæsæ sunt. Ipse autem Valens cum sagitta saucius fugeret, & ob dolorem nimium sæpe equo laberetur, ad cujusdam villæ casam deportatus est. Quo persequentibus barbaris, incensa cum eodem domo, sepultura quoque caruit.

a Illustrissimus Vasatensis Chronici illustrator hunc Hieronymi locum explicans dicit, *Significat eos abstinuisse a communione non solum Arianorum, sed eorum, sive Episcoporum, sive aliorum catholicorum, qui cum Arianis quantumlibet pœnitentibus communicabant: non autem quod hi soli ex omnibus Episcopis immunes fuerint ab Ariana hæresi. Nam in Occidente, præter Auxentium, Mediolan. Episc. pauci admodum fuerunt sectatores illius impietatis.* Unde Basilius in epist. 70. quam ad Italiæ & Galliæ Episcopos dirigit, *Hoc enim, inquit, hæreseos malum cuncta depascitur, & periculum est, ne vastatis Ecclesiis nostris, ad sanam incolatus vestri partem serpat.* Immo in Oriente quoque major pars erat catholicorum, teste Basilio epist. 72. *State in fide, ipsum orbem inspicite, & videte quam modica sit ea portio quæ hoc morbo laborat, reliqua vero universa Ecclesia, quæ ab orbis finibus, usque ad fines Evangelium recepit, sanam hanc & rectam doctrinam sectetur, a cujus communione ne excidatis petimus.*

b Mss. Colb. 5. *circiter* 30000. Locum vero certaminis eruditissimus Andr. Schottus putat esse oppidum in finibus Lemovicensium, quod *Argenton* vulgo. Sed probabilius putat Pontacus esse urbem sitam supra Rhenum, vulgo *Strasbourg*: quæ ab Eusebio circa Olympiadem 284. vocatur *Argentoratum*, dum de simili Alemannorum cæde fit mentio, ut & apud Mar. hoc loco. Nam raro aut vix usquam constabit, Alemannos tempore priorum Imperatorum Lemovicos usque irrupisse.

SANCTI PROSPERI AQUITANI CHRONICUM.

PARS SECUNDA.

A MORTE VALENTIS IMPERATORIS

Usque ad obitum Valentiniani tertii, & Romam a Vandalis captam.

HUCUSQUE Hieronymus Presbyter ordinem præcedentium digessit annorum. Nos quæ consecuta sunt adjicere curavimus.

Igitur Valente a Gothis in Thracia concremato, GRATIANUS cum fratre VALENTINIANO XLI. regnavit annis VI.

AUSONIO ET OLYBRIO COSS. [a]

Gratianus post mortem patrui, Theodosium Theodosii filium in consortium assumit imperii, & ei regnum tradit Orientis.

[b] Theodosius summa felicitate multis atque ingentibus præliis Gothos superat, & e Thracia expellit.

Longobardi ab extremis Germaniæ finibus, Oceanique protinus littore, Scandiaque insula, magna multitudine egressi, & novarum sedium avidi, Iborea & Aione ducibus Vandalos primum vicerunt.

Sempronius vir apprime eruditus agnoscitur.

Ea tempestate Priscillianus Episcopus [c] de Gallecia, ex Manichæorum & Gnosticorum dogmate, hæresim nominis sui condidit. c

GRATIANO V. ET THEODOSIO COSS.

[d] Pro catholica fide multa sublimiter Ambrosius scribit. d

[e] Theodosius cum Thessalonicæ ægrotaret, [f] ab Ascholio ejusdem civitatis Episcopo baptisma suscepit. e f

Procurante Gratiano, eo quod Theodosius ægrotaret, pax firmatur cum Gothis.

Synodus Patrum [g] clxxx. apud Constantinopolim celebrata est contra Macedonium, Spiritum-sanctum Deum esse negantem. g

[a] SIA-

a Mss. Colb. *Musonio*. Restituerat *Ausonio* Pontacus ex Mss. Cuspiniano in Cassiod. pag. 513. & Vasæo in Chron. Hispan. pag. 527. Nec hallucinari existimat Josephum Scaligerum & Onuphrium Panvinum, cum indicant hunc Ausonium esse Ausonium Burdigalensem poetam insignem: quod demonstratur ex ipso Ausonio cum de suo consulatu scribens inter Epigrammata, significat eum incidisse in annum 3. Olympiadis 289.

b Sequentia usque ad articulum qui incipit ab his verbis *Ea tempestate*, absunt ab editione Labbei & Mss. Colb. ac edita leguntur apud Pontacum charactere Italico, quo vulgato Prosperi Chronico addita notari voluit. Habentur etiam in editione Lugd. Biblioth. Patrum 1677.

c Emendamus pro *de Galatia*, quod Labbeus & Biblioth. Patrum Lugdun. 1677. aut *de Galliis*, quod Augustanus Ms. auctoritate, & rationibus Illust. Pontaci in notis ad Chron. Prosperi. p. 762. Cum constet Priscillianum non Galatam fuisse, ex illa scilicet Galatia regione Asiæ ad Pontum Euxinum, tam ex Hieronymo Epist. 66. Isidoro in Etymologiis lib. 8. cap. 6. & Augustino de Hæresibus. Quod fuerit Episcopus Hispaniæ, patet ex Sulpitio Severo, & ex ipso Hieron. libro de script. Eccles. qui testantur ipsum fuisse Episcopum *Abilæ*, hodie *Avila*: & Joan. Marianus lib. 4. cap. 20. de rebus Hispaniæ vocat *Priscillianum Præsulem Abulensem*. Unde patet corrupte legi apud Sulpicium *in oppido Labilensi*, pro *Abilensi*. Idem alias corrupte dicebatur, *Priscianus*: quod correctum jam, & ex Mss. Colb. duobus corrigi debuisse agnoscitur.

d Ms. unus Colb. & Augustanus, *Ambrosius Episcopus pro catholica fide multa sublimiter scripsit*. Pont. omittit vocem, *Episcopus*.

e Hic articulus cum duobus sequentibus absunt ab editione Labbei & Mss. Augustano & Colb. & apud Pontacum pro additis habentur.

f Alias, *a Basilio*. Quæ lectio (ex Ponraco in notis 763.) non poterat constare cum iis quæ leguntur in epistola Synodali Concilii Constantinopolitani, & apud Sozomenum lib. 7. cap. 4. Socratem lib. 5. cap. 6. Nicephor. lib. 12. cap. 16. & Cedrenum, dum tradunt, Theodosium ab Ascholio Episcopo Thessalonicensi baptizatum. Hinc idem existimavit optionem sibi datam esse ab ipsis libris (cum nihil testentur de mente Prosperi) amplectendi potius veritatem, quam nimis religiose immorandi in retinenda editorum lectione sine teste & ratione: quia etiam verisimile sit esse errorem solius librarii.

g In editione Pontaci & alibi numerantur dumtaxat 150. cujus notam vide de anno hujusce Synodi, quæ unicuique pio debet esse commendata; sicuti est Gregorio magno instar Evangelii.

a [a] SIAGRIO ET EUCHERIO COSS.

Martinus Episcopus Turonorum Galliæ civitatis multis clarus habetur.

b [b] Gregorius Nazianzenus vir sua ætate eloquentissimus, & Hieronymi præceptor obiit.

c [c] ANTONIO ET SYAGRIO COSS.

Athanaricus Rex Gothorum apud Constantinopolim xv. quo fuerat susceptus die d occiditur.

MEROBAUDE II. ET SATURNINO COSS.

Arcadius Theodosii Imperatoris filius Augustus appellatur.

Petronius Bononiensis Episcopus, vir e studiis & sanctitate clarus moritur. e

RICIMERE ET CLEARCHO COSS.

Honorius Theodosii filius nascitur.

f Romanæ Ecclesiæ post Damasum [f] SIRICIUS XXXVI. præfuit annis xv.

In Britannia per seditionem militum Maximus imperator est factus, quo mox g ad Gallias [g] transfretante, Gratianus h Parisiis [h] Merobaudis magistri militum proditione superatus, & fugiens, Lugduni captus atque occisus est.

Maximus Victorem filium suum Cæsarem consortem regni facit.

VALENTINIANUS cum Theodosio XLII. Romanorum regnavit i [i] annis VII.

ARCADIO ET BAUTONE COSS.

Hoc tempore Hieronymus Presbyter toto jam mundo clarus habitat in Bethleem, egregio ingenio & studio [k] universæ Ecclesiæ serviens. k

Priscillianus in Synodo Burdegalensi se damnandum intelligens, ad Imperatorem Maximum provocavit, auditusque Treviris ab Evodio præfecto prætorio, [l] a Maximo gladio addictus est, l cum Eucrocia Delphidii Rhetoris conjuge, & Latroniano, aliisque erroris consortibus.

HONORIO [m] N. P. ET EVODIO COSS. m

Burdegalæ quædam Priscilliani discipula nomine Urbica, ob impietatis pertinaciam per seditionem vulgi lapidibus extincta est.

VALENTINIANO III. ET EUTROPIO COSS.

THEODOSIO II. ET GYNEGIO COSS.

Maximus tyrannus a Valentiniano & Theodosio Imperatoribus in tertio ab Aquileia lapide spoliatus indumentis regiis, sistitur & capite damnatur: cujus filius Victor eodem anno [n] ab Arbogaste comite est interfectus in Galliis. n

TIMASIO ET PROMOTO COSS.

Ithacius & Ursacius Episcopi, ob necem Priscilliani, cujus accusatores fuerant, Ecclesiæ communione privantur.

[o] Longobardi, eorum ducibus defunctis, primum sibi regem creaverunt Algelmundum Aionis filium, qui regnavit annis XXXIII. o

VALENTINIANO IV. ET NEOTERIO COSS.

[a] Si-

---

a Pont. *Evagrio & Eucherio*, alii *Eleuthio*.

b Hæc addita notantur in Chron. edit. Pontaci, & absunt a libro Labbei. Quamvis sententia sit veritati consentanea: quia ipse Hieronymus ad Pammachium, ad Ruffinum, & ad Domnionem epist. 51. vocat Gregorium Nazianz. *suum catechistam*, & adversus Jovinianum, *suum præceptorem*, ut etiam lib. de script. Eccles. quo ex loco ista verba videntur desumpta. Tamen situs nullo modo convenit cum ipso Hieronymo, dum lib. de script. Eccles. scribit illum decessisse sub Theodosio principe ante hoc ferme triennium. Ac cum ipse ibidem testetur se absoluisse hujusmodi librum de script. Eccles. anno 14. Theodosii, sequitur Gregorium Nazianz. vita functum anno 11. Theodosii: unde apposite Sigebertus in Chron. ejus obitum ad illum annum 11. refert. *Pontac.*

c Mss. Colb. unus, *Antonino & Siagrio*: alii, *& Evagrio*. V. Pont. p. 765.

d In ora editionis Lugdun. habes, *lege occidit vel obiit*, teste Marcellino, Ammiano l. 17. Zozimo lib. 4. Themistio orat. 6. Orosio lib. 7. c. 34. Cassiodoro, & aliis. Marcellinus & Sigebertus ad annum superiorem referunt. *V. Pontac. p. 765.*

e Hæc etiam absunt a Mss. pluribus & edit. Labbei. Quod Petronius fuerit Episcopus Bononiensis circa hæc tempora nemo potest dubitare (ait Pontacus p. 765.) cum idem testentur Gennadius cap. 41. Ado &c. Sed quod obierit hoc Consulatu nullo modo potest sustineri: cum viveret adhuc Eusebius Bononiensis, cui suffectus est Felix, & huic tandem Petronius. Itaque magis credendum est Gennadio, dum scribit eum vita functum, Theodosio & Valentiniano juniore Augustis, quem Ado sequitur. Unde concludit vir in Historia Ecclesiastica peritissimus, hunc locum non esse Prosperi.

f Male in quibusdam codicibus vocatur *Ursinus*, in Colb. uno *Sericus*, notaturque præfuisse annis 14. in August. & Colb. uno, in alio annis 16.

g Alias legebatur *transferente Jo.*

h Codex Augustanus, *Merobaudæ Magistro militum*. Quæ lectio probatur Pontaco. Quia testis est Pacatus Merobaudem occisum a Maximo, ut familiarem & intimum Gratiani, & hunc illo invito a militibus proditum.

i Pontacus ex Ms. Ulriciano (quem & Augustanum vocamus, quia erat Monasterii Augustani SS. Afræ & Udalrici teste Henrico Canisio) ponit annos 8. V. *notam ejus* p. 767.

k Alias, *studio universali*. Deest in Labbeo. Legitur in Mss. Colb. & August. *universæ*, in Colb. altero *universali*.

l Hic additur *a Maximo*, in Ms. Colb. uno & edit. Lud. abest ab edit. Labbei & Colb. alio: quam lectionem tuetur Pontacus in notis pag. 767. ex Hieron. lib. de script. Eccles. scribente, *Priscillianum Treviris a Maximo tyranno cæsum*, & Sulpitio lib. 2. dum refert *Evodium nocentem pronuntiasse Priscillianum, & gestis delatis ad Imperatorem, ipsum censuisse Priscillianum, sociosque ejus capite damnari oportere*: & Isidoro in Chron. *Priscillianus a Maximo tyranno gladio cæditur*.

m Ms Colb. unus, *Honorio Nepote*. Alius, *Imperatore*, & Augustanus codex. Tamen Pontacus in notis p. 768. observat quod illæ ambæ litteræ *N. P.* non significant, *Nepotem*, sed *nobilissimum puerum* Unde in Fastis ista leguntur. *Fl. Honorius Theodosii Augusti fil. nobiliss. puer.* Nam cum consulatus ei fuit delatus agebat duos annos, ut docet Claudianus.

Inter incunabula Consul
Proveheris, signans posito nomine fastos.

n Hæc verba, *eodem anno*, addunt Mss. Colb. duo & August. codex.

o Hic articulus adjectus notatur apud Pontacum: nec habetur in edit. Labbei & Mss. Colb. sumptum indicat Pontacus ex Diacono lib. 1. de Longobardis cap. 10.

a [a] Signum in cælo, quasi columba pendens ardensque per dies xxx. appasuit.

b [b] Theodosius venerabile Joannis Baptistæ caput ex vico Coslai Constantinopolim deportans, septimo ab urbe lapide, in Basilica, quam magno sumptu in ejus honorem erexerat, recondit.

TATIANO ET SYMMACHO COSS.

c [c] Eugenius favore Arbogastis confisus, imperium sibimet usurpavit.

ARCADIO II. ET RUFINO COSS.

Valentinianus ad vitæ fastidium nimia Arbogastis magistri militum austeritate ductus, d [d] laqueo apud Viennam periit.

Arbogastes magister exercitus, mortuo Valentiniano, cujus e [e] exitu gravabatur, Eugenium in Galliis imperare facit.

THEODOSIUS XLIII. Romanorum, cum jam per XIV. regnaret annos, regnat cum Arcadio & Honorio filiis annis III.

THEODOSIO III. ET ABUNDANTIO COSS.

f [f] Honorium pater suus Theodosius in eodem loco, ubi quoque fratrem ejus Arcadium Cæsarem fecerat, principem constituit, XVII. ab urbe milliario, cum hora tertia tenebræ factæ sunt.

ARCADIO III. ET HONORIO II. COSS.

Joannes monachus Anachoreta clarus habetur: qui ornatus prophetiæ gratia, Theodosium consulentem de eventu belli quod adversus Eugenium movebat, victorem futurum prædixit.

OLYBRIO ET PROBINO COSS.

Theodosius Eugenium Tyrannum vincit, & perimit.

Augustinus beati Ambrosii discipulus multa facundia doctrinaque excellens, g Hyppone-regio in Africa Episcopus ordinatur. g

Hoc tempore Claudianus poeta insignis habetur.

Theodosius Imperator Mediolani moritur.

ARCADIUS XLIV. Romanorum, cum jam regnasset annis XII. regnat cum fratre HONORIO annos XIII.

ARCADIO IV. ET HONORIO III. COSS.

h [h] Terræmotus per dies plurimos fuit, cælumque ardere visum est. h

Orosius Hispanus Presbyter, vir eloquens, & Historiarum i [i] cognitor claret. i

CÆSARIO ET ATTICO COSS.

k [k] Flacilla nata est Arcadio filia. l [l] k l

Evagrius incredibilis abstinentiæ monachus, & in sacris litteris eruditus, apud Ægyptios habetur insignis.

m [m] Concilium Carthaginis, ubi Hipponensis Concilii statuta firmantur & inferuntur. m

HONORIO IV. ET EUTYCHIANO COSS.

ANASTASIUS XXXVII. Romanæ Ecclesiæ Episcopatum tenet annos III. dies XXI.

n [n] MANLIO THEODORE V. C. COS. n

Cum hoc consulatum inierat Eutropius

a Desunt hæc, & quæ articulo sequenti habentur in edit. Labbei & Mss. Pontaco videntur: excerpta totidem verbis ex Marcellino comite. At legendum *Columna pendens*, non *Columba pendens* ex On. Can. Marcellino, Sigeberto, & aliis.

b Et ista ex additis designantur. Meminerunt tamen hujus translationis Sozomenus lib. 7. cap. 21. Cassiodorus lib. 9. Hist. Tripart. cap. 43. & Sigebertus qui eam designat circa annum Christi. 392. & cum auctore circa annum 6. Theodosii, ut Cedrenus. Verum in annum sequentem remittenda, si credimus Marcellino, Theodosium non ante annum insequentem Constantinopolim reversum. *Hæc Pontacus pag.* 768.

c Articulus adjectus, de quo Pontacus censet quod videatur penitus eradendus: cum eadem dicantur sequenti anno, & verius; quia Fasti & alii scriptores referunt Eugenii imperium post mortem Valentiniani.

d An mors Valentiniani fuerit spontanea, sicut vult auctor cum Cassiodoro & Sozomeno, lib. 7. cap. 22. an ab alio illata jussu Arbogastis, ut sentiunt Marcellinus, Orosius lib. 7. cap. 35. Socrat. lib. 5. cap. 25. jam eo tempore dubium erat, sicut testatur Ruffinus lib. 2. cap. 31. *Pontac.* Ms. Colb. unus pro *austeritatem* scribit *audacitatem*. Quod huic anno res assignanda probat Pontac. p. 769.

e Sic legitur apud Labbeum & in Mss. Colb. & August. Alibi, *cujus exercitu*.

f His carent Mss. Colb. & alii plures. Habet editio Labbei. Quæ omnia Episc. Vasat. p. 769. mutuatum suspicatur Librarium ex Marcellino, ubi ad verbum reperiuntur, nisi quod legitur 7. *ab urbe milliario* pro 17. cui conveniunt Socr. l. 5. c. 25. Cassiod. in hist. Trip. l. 9. c. 46. Nam in Chron. rejicit in superiorem consulatum.

g Vide notam Pontaci col. 770. ubi absterſam maculam codicum quorumdam qui præferebant, *Hippone regione Africæ* probat; monetque duas fuisse in Africa urbes quæ Hipponis nomen obtinuerunt, quarum una *Regia* alia *Diarrytus*, propter aquarum irrigua dicebatur, cum inauditum esset Hipponem esse regionis nomen.

h Absunt ista a codice Labbei & quibusdam Mss. sed sunt ad verbum apud Marcellinum: & meminit Ambrosius, orat. de funere Theodosii. *Pontac.*

i Absunt hæc a Mss. pluribus & editis quibusdam, sed non a rei veritate (ait Pontacus col. 770.) Placebat doctissimo viro Nicolao Fabro legi *conditor* non *cognitor*. Sed deest fides ullius codicis, & adversatur Gennadius in catalogo, ubi habetur *cognitor*.

k Non habentur hæc in edit. Lab. nec in Mss. videnturque descripta ex Marcellino, cui assentitur Cedrenus, apud quem alias dicitur, *Flaccia*, alias *Flavilla*. Baronius to. 4. p. 515. confirmat vulgatam scriptionem. *Pontac.*

l Ista quoque desiderantur in edit. Lab. & Mss. multis. Leguntur apud Gennadium in Catalogo. Sozom. l. 4. c. 23. Cassiod. l. 9. hist. Tripart. cap. 1. *Pont.*

m Hic articulus additur ex Ms. Colb. uno & edit. Lugd. ad Ms. Augustanum exacta.

n Quod hic collocandus Consulatus iste, & quod male legebatur alias *Manlio* aut *Manilio* & *Theodoro* fuse dissertum legere licet in nota Pontac. colum. 771. qui inter ceteros testes citat Augustinum lib. 18. de civit. Dei cap. ult. & eumdem lib. 1. retract. cap. 2. Claudianus quoque illi in consulatu panegyricum elegantissimum habuit, ubi profitetur cum solum consulem illo anno dicens, *Culmen utrumque tenes*.

pius Eunuchus, qui mox honore & vita exutus est.

STILICONE ET AURELIANO COSS.

Gothi Italiam Alarico & Rhadagaiso ducibus ingressi.

a VINCENTIO ET [a] FRAVITO COSS.

b Joannes Constantinopolitanus [b], & Theophilus Alexandrinus illustres Episcopi habentur. Sed utrumque obscuravit discordia, quæ eo usque processit, ut Joannes a Theophilo oppressus, Pontum exilio pergere cogeretur; cum tamen communionem ejus maxima pars Episcoporum, Romani Pontificis exemplum secuta, servaverit.

ARCADIO V. ET HONORIO V. COSS.

c [c] Pollentiæ adversus Gothos vehementer utriusque partis clade pugnatum est.

d INNOCENTIUS XXXVIII. Romanæ Ecclesiæ præest Episcopus [d] annis XV. mensibus II. diebus XXI.

THEODOSIO AUGUSTO ET RUMORIDO COSS.

e [e] Carthaginense Concilium habitum de Donatistis.

Eudoxiæ Arcadii uxoris statua super porphyriticam columnam posita est.

HONORIO VI. ET ARISTENETO COSS.

f [f] Eudoxia uxor Arcadii diem clausit.

STILICONE II. ET ANTHEMIO COSS.

Radagaisus in Thuscia multis Gothorum millibus cæsis, ducente exercitum Stilicone, superatus & captus est.

ARCADIO VI. ET PROBO COSS.

Vandali & Alani Gallias, trajecto g Rheno, [g] pridie Kal. Januarias ingressi.

HONORIO VII. ET THEODOSIO II. COSS.

Constantinus [h] ex infima militia, ob h
solam speciem nominis, in Britannia tyrannus exoritur, & ad Gallias transit.

BASSO ET PHILIPPO COSS.

Arcadius Imperaror Constantinopoli moritur.

HONORIUS cum THEODOSIO fratris filio XLV. Romanorum regnavit annis XVI.

HONORIO VIII. ET THEODOSIO III. COSS.

Vandali Hispanias occupaverunt.

Attalus Romæ Imperator factus, qui mox privatus regno, Gothis [i] cohæsit. i

FLAVIO VARRONE V. C. CONSULE. [k] k

l [l] Roma Orbis quondam victrix, a Gothis Alarico duce capta, & ob hoc solus fuit Orientalium partium Consul, quod in & sequenti anno observatum est.

THEODOSII AUGUSTI IV. CONSULATU.

Constantinus [m] per Honorii duces m
stonstantium & Ulphilam, apud Arelatense oppidum victus & captus est, cujus filium Constantem in Hispania regnare orsum Gerontius Comes, in Maximum quemdam tyrannidem transferens, interemerat.

HONORIO IX. ET THEODOSIO V. COSS.

Maximo in Hispania regno ablato, vita est concessa, eo quod modestia humilitasque hominis affectati imperii invidiam non merebatur.

Gothi rege Athaulpho Gallias ingressi.

Eodem tempore Heros vir sanctus, & beati Martini discipulus, cum Arela-

a In aliis codicibus, *Flavitta*, in aliis, *Flavito*, seu *Fabritio*.

b Intelligit Joannem Chrysostomum, qui sub consulatu Honorii & Eutychiani ordinatus fuerat Episcopus Constantinopolitanus ab ipso Theophilo Alexandrino, teste Socrate lib. 6. cap. 2. *Pontac.*

c Sic post Pontaci correctionem Labbeus & Ms. Colb. cum August. & aliis. In Colb. uno, *Adversus Gothos utriusque polentiæ partis clade pugnatum est.* Quem sequitur editio Lugd. Bibl. Patrum in qua *potentiæ* substituitur verbo *Pollentiæ*. Eadem narrat Cassiodorus paulo diverse. *Pollentia* urbs est sita in Alpibus Cotiis Ptolemæo, inter Liguriæ urbes. Claudianus de Consulatu 6. Honorii, & Clarius lib. 4. de bello Getico hæc describit, & testatur Alaricum victum, ac cum paucis fuisse: contra Cassiadorus & Jornandes lib. de rebus Getic. aiunt Stiliconem victum atque fugatum. Sed videtur potius victoria Cadmea secundum auctorem. *Pontacus col.* 772.

d Chronicon Labbei cum Mss. Colb. & Aug. *annos* 14. Aliqui codices, *diebus* 22. Videri potest Baronius in Annalibus. *Pontacus.*

e Prior articulus hujus consulatus additur ex Ms. Colb. & Baronio. Posterior ex Chronici editione Arn. Pontaci, Ms. Augustano & Lugdun. editione. Deest uterque apud Labbeum.

f Hæc absunt ab edit. Labbei & Mss. Colb. & pluribus aliis. Marcellinus quidem & Socrates collocant ejus obitum sub iisdem consulibus, quibus auctor. Sed quomodo illud possit conciliari cum Nicephoro lib. 13. c. 38. & aliis qui tradunt Eudoxiam supervixisse Joanni Chrysostomo, qui plus, qui minus, Lectoris eruditi judicio relinquitur. *Pontac. col.* 773.

g Mss. Colb. unus & Au ustanus. 3. *Kalendas.*

h Hæc verba, *ex infima militia ob solam speciem nominis*, non habent editio Labbei, nec Mss. Colb. duo, & alii quos citat Pontacus. col. 773. nec immerito, si credimus Sigeberto in Chronico dicente hunc Constantinum tyrannum (alii vocant Constantium) fuisse fratrem Aldroeni regis Britanniæ minoris. Verum Orosius ipsissima verba profert: nec non eadem repetuntur a Diacono & Beda in hist. Anglic. *Pontacus.*

i Sic Mss. Colb. & edit. Labbei. In vulgatis, *Gothis cessit.* Priorem lectionem tuetur Pontacus col. 774. ex Zozimo, Procopio, & Orosio lib. 7. cap. 42. Quamquam posteriorem defendi fatetur, si dicatur quod ejus potestati Gothi successerint.

k In quibusdam codicibus vitiose additur *Tertullus*. Quia eo anno Cal. Januarii nulli fuerunt consules ordinarii; sed creati sunt, Varro quidem in Oriente ab Honorio circa Cal. Februarias, alter vero Romæ ab Attalo circa Cal. Julias, & hic a Fastis erasus fuit, cum a tyranno Consul creatus esset. Propterea Orosius eum vocat *umbratilem Consulem*, eratque Ethnicus. *Pontac.*

l Hæc omittuntur in edit. Labbei & Mss. Colb. & aliis pluribus.

m Desunt hæc, *per Honorii duces Constantium & Ulphilam*. Editio Labbei *Ulphilam*, pro Ulphulam.

latensi oppido Episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis insons, [a] & nulli insimulationi obnoxius, pulsus est, inque ejus locum Patroclus ordinatus, amicus & familiaris Constantii magistri militum, cujus per ipsum gratia quærebatur. Quæ res inter Episcopos regionis illius magnarum discordiarum caussa fuit.

*al Lucio. *LUCIANO VIRO CLARISSIMO CONSULE.

Hujus collega in consulatu fuit Heraclianus, qui novarum in Africa rerum reus, & honorem amisit & vitam.

Burgundiones partem Galliæ propinquantem Rheno obtinuerunt.

b [b] Jovinus & Sebastianus fratres in Galliis regno arrepto interempti.

Hac tempestate Pelagius Brito dogma nominis sui contra gratiam Christi, Cælestio & Juliano adjutoribus, exeruit, multosque in suum traxit errorem prædicans unumquemque ad justitiam voluntate propria regi, tantumque accipere gratiæ, quantum meruit: quia Adæ peccatum ipsum solum læserit, nec posteros ejus obstrinxerit; unde & volentibus possibile sit omni carere peccato: omnesque parvulos tam insontes nasci, quam primus homo ante prævaricationem fuit, nec ideo baptizandos, ut peccato exuantur, sed ut sacramento adoptionis honorentur.

c [c] CONSTANTIO V. C. CONSULE.

Attalus Gothorum consilio & præsidio tyrannidem resumit in Galliis.

HONORIO X. ET THEODOSIO VI. COSS.

Attalus a Gothis ad Hispanias migrantibus neglectus, & præsidio carens, capitur, & Constantio patricio vivus offertur.

Athaulphus a quodam suorum vulneratus interiit, regnumque ejus VVallia, peremptis qui idem cupere intelligebantur, invasit.

a In quibusdam libris, *nullis insimulationibus noxius.*

b Sic legendum pro *Jovius* probat Pontacus. col. 776. Favent Mss. duo Colb. cum aliis ab ipso citatis; ubi & *arrepto* melius legi vult quam *accepto*. Ms. unus Colb. *abrepto*.

c Sic Mss. Colb. duo, & alii codices ex quibus restituerat Pontacus, pro *Constantino vero Consule*, col. 777.

d In editione Labbei & Ms. Colb. uno, *annis tribus*. In altero Ms. Colb. Pontaco, & aliis ut supra.

e Mss. Colb. unus, *industria*. Idemque, *a Papa Innocentio*, cum aliis a Pontaco citatis. Alii libri habebant, *Pelagius jam . . . prædamnatus ei Afrorum vigore* &c.

f In editione Labbei, *Romam cum triumpho*.

g Sic editio Labbei & Mss. Colb. quorum unus addit, *& amplius*. Alii codices 217. aliqui 224. quod magis sequendum monet Pontacus col. 677. cum auctor libro adversus Collatorem totidem numeret, nec plures. Verumtamen Marcellinus & Contractus habent vulgatum numerum. *Pontac.*

h Editio Lugd. in margine notat alias lectum, *a Pontifice Zosimo decreta sunt perlata.*

i Apud Labbeum & in Mss. Colb uno & Augustano, *annis quatuor*. Ms. alter, & Pont. ut supra. Id autem Labbeus cum Mss. duobus Colb. & August. codice, aliique in Pontaci notis citati rejiciunt in sequentem consulatum: Priorem lectionem prætulit idem, tum propter auctoritatem Baronii, tum propter litteras Symmachi Præfecti urbis ad Honorium Imperatorem de obitu Zosimi, & ingressu Bonifacii datas eodem anno 4. Calend. Januarii.

k Adjectum *secunda* ex Ms. Colb. uno & aliis codicibus. Nam quod Aquitania in primam & secundam fuerit divisa docent Sextus Rufus & Notitia Provinciarum, dum agit de præsulibus. Aquitaniæ primæ & Aquitaniæ secundæ, & de Provinciis Galliarum 17. inter quas numerat Aquitaniam primam, & Aquitaniam secundam: illa a Garumna flumine ad Ligerim, hæc a Pyrenæis montibus ad Garumnam. *Pontac.*

THEODOSIO VII. ET PALLADIO COSS.

Placidiam Theodosii Imperatoris filiam, quam Romæ Gothi ceperant, quamque Athaulphus conjugem habuerat, VVallia pacem Honorii expetens reddit, ejusque nuptias Constantius promeretur.

ZOSIMUS XXXIX. Romanæ Ecclesiæ Episcopatum suscipit, [d] anno I. mensibus IX. diebus IX. Quo tempore Pelagianis, jam a Pontifice Innocentio prædamnatis, Afrorum vigore, & maxime Augustini Episcopi [e] scientia resistebatur.

HONORIO XI. ET CONSTANTIO II. COSS.

Honorius [f] triumphans Romam ingreditur, præeunte currum ejus Attalo, quem Liparæ vivere exulem jussit.

HONORIO XII. ET THEODOSIO VIII. COSS.

Hoc tempore Constantius servus Christi, ex Vicario Romæ habitans, & pro gratia Dei devotissime Pelagianis resistens, factione eorumdem multa pertulit, quæ illum sanctis Confessoribus sociaverunt.

Concilio apud Carthaginem habito [g] CCXIV. Episcoporum, [h] ad Papam Zosimum Synodi decreta perlata sunt: quibus probatis, per totum mundum hæresis Pelagiana damnata est.

Valentinianus Constantii & Placidiæ filius nascitur, sexto nonas Julias.

Romanæ Ecclesiæ XL. Episcopatum agit BONIFACIUS [i] annis III. mensibus VIII. diebus VI.

MONAXIO ET PLINTA COSS.

Hoc tempore fuit tertium schisma, Eulalio Antipapa per Honorium Cæsarem ejecto, quod duravit annis duobus.

Constantius patricius pacem firmat cum VVallia, data ei ad habitandum [k] secunda Aquitania, & quibusdam civitatibus confinium provinciarium.

THEO-

THEODOSIO IX. ET CONSTANTIO III. COSS.

Conſtantius ab Honorio in conſortium regni aſſumitur.

Hieronymus Presbyter moritur [a] anno ætatis ſuæ XCI. pridie Kal. Octobris.

AGRICOLA ET EUSTATHIO COSS.

Conſtantius Imperator moritur.

HONORIO XIII. ET THEODOSIO X. COSS.

Hoc tempore exercitus ad Hiſpanias contra Vandalos miſſus eſt, cui Caſſinus dux fuit, qui Bonifacium virum bellicis artibus præclarum, inepto & injurioſo imperio, ab expeditionis ſuæ ſocietate avertit. Nam ille periculoſum ſibi atque indignum ratus eum ſequi quem diſcordem ſuperbientemque expertus eſſet, celeriter ſe ad portum urbis, atque inde ad Africam proripuit, idque reipublicæ multotum laborum initium fuit.

MARINIANO ET ASCLEPIODOTO COSS.

Placidia Auguſta a fratre Honorio pulſa, ad Orientem cum Honorio & Valentiniano filiis proficiſcitur. [b]

CÆLESTINUS XLI. Romanæ Eccleſiæ præſidet Epiſcopus annis IX.

[c] Longobardorum XI. regnavit Lamiſſus meretricis filius annis III.

Honorius moritur, & regnum ejus Joannes occupat, connivente, ut putabatur. Caſtino, qui exercitui magiſter militum præfuit.

[d] THEODOSIUS XLVI. Romanum Imperium tenet annis XXX.

CASTINO ET [e] VICTORE COSS.

Theodoſius Valentinianum amitæ ſuæ filium Cæſarem facit, & cum Auguſta matre [f] ſua ad recipiendum occidentale mittit Imperium: quo tempore Joannes, dum Africam, quam Bonifacius obtinebat, bello repoſcit, ad defenſionem *S. Proſperi*.

ſui infirmior factus eſt.

THEODOSIO XII. ET VALENTINIANO [g] COSS.

Placidia Auguſta, & Valentinianus Cæſar mira felicitate Joannem tyrannum opprimunt, & regnum victores recipiunt, data venia Aetio, quod Hunni quos per ipſum Joannes [h] acciverat, ejuſdem ſtudio ad propria reverſi ſunt. [i] Caſtinus autem in exilium actus eſt: quia videbatur Joannem ſine conniventia ipſius regnum non potuiſſe aſſumere.

Valentinianus decreto Theodoſii Auguſtus appellatur.

[k] Arelas nobile oppidium Galliarum a Gothis multa vi oppugnatum eſt, donec imminente Aetio non impuniti diſcederent.

THEODOSIO XII. ET VALENTINIANO [l] II. COSS.

Patroclus Arelatenſis Epiſcopus a Tribuno quodam barbaro multis vulneribus laniatus occiditur: quod facinus ad occultam juſſionem Felicis magiſtri militum referebatur, cujus impulſu [m] creditus eſt etiam Titus diaconus vir ſanctus Romæ pecunias pauperibus diſtribuens interemptus.

HIERIO ET ARDABURE COSS.

Bonifacio, cujus potentia gloriaque [n] intra Africam augebatur, bellum ad arbitrium Felicis, quia ad Italiam venire [o] abnuerat, publico nomine illatum eſt, ducibus Mavortio, & Galbione, & Sinoce: cujus proditione Mavortius & Galbio, cum Bonifacium obſiderent, interempti ſunt: moxque ipſe a Bonifacio dolo [p] detectus, occiſus eſt.

Exinde gentibus, quæ navibus uti neſciebant, dum a concertantibus in auxilium vocantur, mare pervium factum eſt, bellique contra Bonifacium cæpti in Sigiſvultum comitem cura translata eſt.

a De anno mortis & ætate Hieronymi vide notam Arn. Pontaci col. 778. & 779.

b Mſſ. Colb. & Auguſt. *Romanæ Eccleſiæ 41. epiſcopatum ſuſcepit Cæleſtinus annis 9.* Unus addit, *menſ. 10. diebus 17.* ut in Chron. Pontaci.

c Monet Pontacus in notis col. 779. hæc deſiderari in Mſſ. pluribus (non leguntur etiam in duobus Colb.) & quæcumque in hoc Chronico dicuntur de Longobardis, videri tempore poſteriora, & aliunde aſſuta, ut ex Diacono lib. de Longobardis cap. 10. & 11. ubi *Lamiſſum* hic nuncupatum *Lamiſſionem* appellat. *Pontac.*

d Mſ. Colb. unus & Chron. Pont. *Romanorum* XLVI. *Theodoſius regnavit annis* XXX.

e In codicibus nonnullis *Victorino*, ex quibus. Mſ. Colb. unus.

f Abeſt vox hæc, *ſua* a Mſ. Colb. uno & Auguſt. & a Labbei Chronico.

g Quidam, inter quos Lab. addunt, *Cæſare*, ut habent omnes Faſti, Marcellinus & Caſſiod. *Pont.*

h Mſ. Colb. unus, *acceperat.*

i Hic articulus etſi non legatur in multis codicibus, & pro addititio reputetur in Chron. Ponraci, firmatur tamen teſtimonio Diaconi lib. 14. & idem conſtat ex epiſt. 10. in appendice Auguſtini. Ad ſuperiorem tamen conſulatum referri vult idem colum. 780.

k Emendavit Lab. poſt Pont. Chron. pro *Archillas.* Quod etiam legendum notarat ad oram libri ſui Hen. Caniſius. Lectioni noſtræ ſuffragatur Iſidor. in Chron. Goth. *Theodoricus*, inquit (rex Gothorum) *Arelatem nobiliſſimum oppidum Galliæ obſidet, a cujus obſidione imminente virtute Aetii Romanæ militiæ ducis remotus abſcedit.* Accedit Chronicum Pithæanum. Vix uſquam legitur fieri mentio de *Archilla* oppido.

l Edit. Chron. Lab. addit, *Auguſto.* Vide Pont. p. 781.

m Alias, *traditur:* & infra, *interfectus.* Mſ. Colb. unus, *creditur . . . . interemptus.*

n Sic Mſ. Colb. & alii aliquot. In aliis, *in Africa.*

o Mſ. Colb. unus, *annueret*, alius, *adnuebat.* Edit. Lab. ut ſupra. Rectius quidem: cum teſte Diacono lib. 14. cauſſa belli contra Bonifacium eſſet, *quod accerſitus ab Imperatore, accedere diſtulit.* Quod vero Auctor ſcribit, hoc bellum illatum ad arbitrium Felicis, Diaconus & Sigebertus tribuunt Aetio *Pontac.*

p Mſ. Colb. unus *detentus.*

Gens Vandalorum [a] ab Hiſpania ad Africam tranſit.

FELICE ET TAURO COSS.

Neſtorius Conſtantinopolitanus Epiſcopus novum Eccleſiis molitur errorem inducere, prædicans Chriſtum ex Maria hominem tantum, [b] non etiam Deum natum, eique divinitatem collatam eſſe pro merito. Cui impietati præcipua Cyrilli Alexandrini Epiſcopi induſtria, & Papæ Cæleſtini repugnat auctoritas.

Pars Galliarum propinqua Rheno, quam Franci poſſidendam occupaverunt, Aetii comitis armis recepta.

FLORENTIO ET DIONYSIO COSS.

Felice ad patriciam dignitatem provecto, Aetius magiſter militum factum eſt. [c]

Agricola Pelagianus, Severiani Pelagiani Epiſcopi filius, Eccleſias [d] Britanniæ dogmatis ſui inſinuatione corrupit. Sed ad actionem Palladii Diaconi, Papa Cæleſtinus Germanum Antiſiodorenſem Epiſcopum vice ſua mittit, [e] & deturbatis hæreticis, Britannos ad catholicam fidem dirigit.

THEODOSIO XIII. ET VALENTINIANO III. COSS.

Aetius Felicem cum uxore ſua Paduſia, & Grunnitum diaconum, cum eos inſidiari ſibi præſenſiſſet, interemit.

Auguſtinus Epiſcopus per omnia excellentiſſimus moritur V. Kal. Septembris, libris Juliani [f] inter impetum obſidentium Vandalorum, in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens, & glorioſe in confeſſione Chriſtianæ gratiæ perſeverans.

BASSO ET ANTIOCHO COSS.

Congregata apud Epheſum plus ducentorum Synodo Sacerdotum, Neſtorius cum hæreſi nominis ſui, & cum multis Pelagianis, qui [g] cognatum errori ſuo juvabant dogma, damnatur.

Ad Scotos in Chriſtum credentes ordinatur a Papa Cæleſtino Palladius, & primus Epiſcopus mittitur.

AETIO ET VALERIO COSS.

Romanæ Eccleſiæ XLII. præficitur Epiſcopus XISTUS, annis VIII. diebus XIX. [h] totius Urbis pace & conſenſione mirabili.

Bonifacius ab. Africa ad Italiam [i] per Urbem venit, accepta Magiſtri militum dignitate: qui cum ſibi reſiſtentem Aetium prælio ſuperaſſet, paucos poſt dies morbo extinctus eſt.

Aetius vero cum depoſita poteſtate in agro ſuo degeret, ibique eum [k] quidam inimicus ejus repentino incurſu opprimere tentaſſet; profugus ad Urbem, atque illinc ad Dalmaciam, deinde per pannoniam ad Himnos pervenit, quorum amicitia auxilioque uſus, pacem Principum [l] & jus interpolatæ poteſtatis obtinuit.

THEODOSIO XIV. ET MAXIMO COSS.

[m] Maxima urbis regiæ pars Septentrionalis per tres dies continuos incenſa

a Mſ. Colb. unus & alii codices, *ab Hiſpaniis*.

b In aliis codicibus, *& non Deum*.

c Hic mendum irrepſerat in editis, ubi inſinuabatur Aetius magiſter militum factus ex Agricola: cui errori favebant etiam Mſſ. & hos inter Mſ. Colb. At Mſ. Colb. alter teſtatur recte emendatum a Pontaco & Labbeo ut ſupra legitur. Cum nuſquam auditum fuerit Aetium fuiſſe agricolam: & inepte hic a Proſpero hoc additum foret, qui dum ſæpe illius mentionem antea fecerit, priori loco illius genus & conditionem debuerit commemorare. Plura vide in nota Pontaci col. 782.

d Sic legendum, non vero *Braſtaniæ*, aut *Hyberniæ*, conſtat ex Mſ. Colb. uno & aliis pluribus: & maxime ex eo quod conſtet ex Sigeberto in Chronico, Germanum Epiſcopum Antiſſiodorenſem, de quo hic Proſper, & Lupum Epiſcopum Trecaſſinum bis in Britanniam navigaſſe ut hæreſim Pelagianam confutarent. Adde quod ſtatim Proſper ſubjungit, *Britannos:* quin certius eſt, quam ut probari debeat Pelagium ibidem erroris ſui ſemina ſparſiſſe. *Pontac. col.* 783.

e In quibuſdam libris *ut . . . dirigat* Mſ. Colb. unus *redegit*.

f Mſ. Colb. unus, *inter impetus*. De anno quo mors tanti Doctoris contigit V. notam Pontaci col. 783.

g Quidam codices, *cognatum ſibi*.

h Hæc quæ ſequuntur in codicibus quibuſdam a ſuperioribus disjuncta erant interpunctione, & ſequentibus aggregata, tamquam de Bonifacio accipienda eſſent, & non de Xiſto; a Pontaco & Labbeo ex Mſſ. reſtituta: ubi voces *Urbis* & *conſenſione* pro *orbis* & *confeſſione* repoſitæ.

i Antea, *ad Italiam pervenit in urbem*. Aliam lectionem tuetur Pontacus, ſequitur Labbeus, & præferunt Mſſ. Colb. duo & tres alii a Pontaco citati, ac Auguſtanus codex, quem ille ubique Ulricianum vocat.

k Editio Lab. & Mſ. unus Pontaci, *ibique cum quidam inimici ejus repentino cum incurſu opprimere tentaſſent*.

l Ita mutatum a Pontaco & Labbeo, pro *Aetius interpellatæ pacis*, ſecutis Mſſ. plures a priori citatos, quibus favent Mſ. Colb. unus, & alter etiam pro voce *poteſtatis*. Diac. autem lib. 14 referens totam iſtam ſententiam ita ſcribit, *Pacem principum Aetius cum receptu interpolatæ poteſtatis obtinuit, nec multo poſt patriciatus etiam dignitatem adeptus eſt*. Quibus verbis non ſolum confirmat noſtram lectionem, ſed etiam eam explicat. Tradit etiam Sigebertus ad an. Chriſti 435. *Aetium ſeſe contuliſſe ad Rugilam regem Hunnorum, & ejus auxilio regreſſum ad Romanum ſolum*: & anno ſequenti, *Actius in gratiam recipitur*. Hinc intelliges quomodo Aetius priſtino gradui reſtitutus fuerit, ubi teſte Proſpero devicerit Burgundionum regem, & Patricius & Conſul tertio factus ſit, & multa prælia geſſerit, uſque in annum 30. Valentiniani, cujus manu interfectus fuit, ut ait Proſper Pitœi, & alii ſcriptores. *Pontac. col.* 784. 785.

m Hic & ſequens articuli, qui in Mſſ. Pontaci & Colb. duobus non leguntur, nec in edit. Lab. habentur ad eumdem Conſulatum apud Marcellinum & Socratem lib. 7. cap. 39. Intellige per urbem regiam, urbem Conſtantinopolim. Nec dubium quin viveret tum Joannes Caſſianus, cujus exſtant Collationes Patrum, & qui lib. 7. de incarnatione circa finem teſtatur ſe fuiſſe diſcipulum Joannis Chryſoſtomi, quem antea Proſper vocavit Joannem Conſtantinopolitanum. Sed non eſt veriſimile (ait Pontacus) Proſperum ejus mentionem feciſſe tam honorificam, contra quem ſcripſerit tamquam male ſentientem de fide orthodoxa cum Pelagianis: ut notat Marcellinus ſub conſulatu Theodoſii 16. & teſtantur ejus opera. Hæc Pontacus, qui in notis p. 783. ſub-

ſa collapſaque eſt, menſe Auguſto.

Joannes monachus cognomento Caſſianus Maſſiliæ inſignis & facundus ſcriptor habetur.

Colliguntur omnes anni uſque ad Conſulatum Theodoſii XIV. & Maximi.

A XV. Tiberii anno & Paſſione Domini, anni CCCCVI.

Ab inſtauratione Templi ſub Dario, anni DCCCCLIV.

Ab Olympiade prima & Iſaia Propheta, anni M. CCX.

A Salomone & prima ædificatione Templi anni M. CCCCLXVI.

A Moyſe & Cecrope rege Atticæ, anni M. DCCCC. XC.

Ab Abraham & regno Nini & Semiramidis anni MM. CCCC. L.

A Diluvio autem, uſque ad Abraham, anni M. LXXI.

Ab Adam vero, uſque ad Diluvium, anni MM. CC. XLII.

Sunt itaque ab Adam, uſque ad tempus ſupra ſcriptorum conſulum quinquies mille DCC. LXII.

ASPARE ET A REOBINDA COSS.
THEODOSIO XV. ET VALENTINIANO IV. COSS.

Pax facta cum Vandalis, [a] data eis ad inhabitandum per Trigetium Africæ portione, Hippone III. Idus Februarii.

Eodem tempore Gundicarium Burgundionum regem intra Gallias habitantem Aetius [b] bello obtinuit, pacemque ei ſupplicanti dedit, qua non diu potitus eſt. Siquidem illum [c] Hunni cum populo atque ſtirpe ſua deleverunt.

ISIDORO ET SENATORE COSS.

Gothi pacis placita perturbant, & pleraque municipia ſedibus vicina ſuis occupant, Narbonenſi oppido maxime infeſti, quod cum diu obſidione & fame laboraret, per Littorium comitem ab utroque periculo liberatum eſt. Siquidem per ſingulos equites binis triti-

S. Proſperi.

ci modiis advectis, ſtrenuiſſime & hoſtes in fugam vertit, & civitatem annona [d] implevit.

AETIO II. ET SIGISVULTO COSS.

Bellum adverſus Gothos Hunnis auxiliantibus geritur.

In Africa Geiſericus rex Vandalorum intra habitationis ſuæ limites volens catholicum fidem Ariana impietate ſubvertere, quoſdam noſtrorum Epiſcoporum, [e] quorum Poſſidius, & Novatus, ac Severianus clariores erant, eatenus perſecutus eſt, ut eos privatos jure Baſilicarum ſuarum, etiam civitatibus pelleret, cum ipſorum conſtantia nullis ſuperbiſſimi regis terroribus cederet.

Valentinianus Auguſtus ad Theodoſium principem Conſtantinopolim proficiſcitur, [f] filiamque ejus in matrimonium accipit.

Eodem anno pitaricam [g] barbarorum fœderatorum deſertores exercuerunt.

Per idem tempus quatuor Hiſpani viri, Arcadius, Probus, Paſchaſius, & [h] Eutychius dudum apud Geiſericum merito ſapientiæ & fidelis obſequii chariclarique habebantur: quos Rex ut copulatiores ſibi faceret, in Arianam ſectam tranſire præcepit. At illi facinus conſtantiſſime reſpuentes, excitato in rabidiſſimam iram barbaro, primum proſcripti, deinde in exilium acti, tum atrociſſimis cruciati ſuppliciis, ad poſtremum diverſis mortibus interempti, illuſtri martyrio mirabiliter occubuerunt.

Puer autem Paulillus nomine, frater Paſchaſii & Eutychii pro elegantia formæ atque ingenii admodum regi acceptus, cum a profeſſione atque amore catholicæ fidei nullis minis deturbari poſſet, fuſtibus diu cæſus, [i] ad infimam ſervitutem damnatus eſt: [k] ideo, ut apparet, non interfectus, ne de ſuperata ſævitia impii regis etiam illa ætas gloriaretur.

THEODOSIO XVI. ET FAUSTO COSS.

Hoc quoque anno iidem piratæ mul-

ſubjicit collectionem annorum ab orbe condito &c. ex Mſ. Lod. quæ licet mendis non careat, tamen juvat utcumque ad comprobanda quæ ſunt in editio: maxime ſi aliquot annos ex nonnullis detrahas. Quæ cum addita fuerit editioni Chronici a Labbeo cum aliqua numerorum trium diverſitate, nec nos omittendam putavimus.

a Sic caſtigatur locus a Pontaco, quem ſequitur Lab. & favent Mſſ. Colb. & alii: cum antea legeretur *data eis ad habitandum per triennium in loco Africæ Hyppone 3. Id. Febr.* Mſ. unus ex Colb. & codex Auguſt. ſeu Ulric, *data eis ad habitandum Africæ portio*: nec plura. *V. notam Pontaci col.* 786.

b Sic Mſ. Colb. unus. Lab. & Aug. Cod. Alii *bello obtrivit*.

c Iidem in diverſis codicibus, *Hunni* aut *Chunni* vocantur. *Pont.*

d Mſ. Colb. unus *impleverit*. Alius, *adjuverit*. Auguſt. *adjuvit*.

e Hæc addita ex edit. Lab. & Mſ. Lod. a Pontaco recenſito.

f Eadem ſcribit & ſub iiſdem Conſulibus Marcellinus. Sed Socrates lib. 7. cap. 44. Caſſiod. lib. 12. hiſt. Tripart. cap. 13. Diaconus lib. 14. rejiciunt in ſuperiorem conſulatum. Cui potius adhæreas vix judicari poteſt. Hæc autem filia vocabatur *Eudoxia* filia alterius Eudoxiæ. *Pontac. col.* 786.

g In quibuſdam codicibus *barbari pyraticam exercuerunt*. Deſunt hæc apud Lab. Chron.

h Apud Labbeum, *Eutichianus*. Idem addit, *chari*, & poſtea *in Arianam perfidiam*.

i Sic Mſ. Col. unus, Auguſt. codex & Chron. Labbei. In aliis, *ad infamem*.

k Ita Chron. Lab. cum Mſſ. Colb. duobus & Auguſt. Alibi, *nec ideo, ut apparet, interfectus*.

tas insulas, sed præcipue Siciliam vastavere.

Adversum Gothos in Gallia quædam prospere gesta.

THEODOSIO XVII. ET FESTO COSS.

a Littorius [a] qui secunda ab Aetio patricio potestate Hunnis auxiliaribus præerat, dum Aetii gloriam superare appetit, dumque aruspicum responsis & dæmonum significationibus fidit, pugnam cum Gothis imprudenter conseruit, fecitque intelligi, quantum illa, quæ cum eodem periit, manus prodesse potuerit, si potioribus consiliis quam sua temeritate uti maluisset, quando tantam ipse hostibus cladem intulit, ut nisi inconsideranter prælians in captivitatem incidisset, dubitandum foret, cui potius parti victoria ascriberetur.

b Hac tempestate Julianus [b] Eclanensis jactantissimus Pelagiani erroris assertor, quem dudum amissi Episcopatus intemperans cupido agitabat, multimoda arte fallendi correctionis spem præferens, molitus est in communionem Ecclesiæ irrepere. Sed his insidiis Xistus Papa Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum pestiferis conatibus patere permisit: & ita omnes catholicos de rejectione fallacis bestiæ gaudere fecit, quasi tunc primum superbissimam hæresim Apostolicus gladius detruncasset.

Per idem tempus Vitricus reipublicæ nostræ fidelis, & multis documentis bellicis clarus habebatur.

Pax cum Gothis facta, cum eam post ancipitis pugnæ lacrymabile experimentum, humilius quam umquam antea poposciissent.

Aetio rebus quæ in Galliis componebantur intento, Geisericus, de cujus amicitia nihil metuebatur, XIV. Kalendas Novembris Carthaginem dolo pacis invadit, omnesque opes ejus, excruciatis diverso tormentorum genere civibus, in jus suum vertit, nec ab Ecclesiarum despoliatione abstinens, quas & sacris vasis exinanitas, & sacerdotum administratione privatas, non jam divini cultus loca, sed suorum jussit esse habitacula; in universum captivi populi ordinem sævus, sed præcipue nobilitati & religioni infensus, ut non discerneretur hominibus magis, an Deo bellum intulisset. c

Hanc autem captivitatem Carthago subiit anno postquam Roma esse cœperat DLXXXV.

VALENTINIANO AUGUSTO V. ET ANATHOLIO COSS.

Defuncto Xisto Episcopo, xl. amplius diebus Romana Ecclesia sine Antistite fuit, mirabili pace atque patientia d præsentiam Diaconi Leonis expectans, quem tunc inter Aetium & Albinum amicitias e redintegrantem Galliæ detinebant. Quasi ideo f longius esset abductus, ut & electi meritum, & eligentium judicium probaretur. Igitur LEO Diaconus legatione publica accitus, & gaudenti patriæ præsentatus, XLIII. Romanæ Ecclesiæ Episcopus ordinatur.

Geisericus Siciliam graviter affligens, accepto nuntio g de Sebastiani ab Hispania ad Africam transitu, h celeriter Carthaginem rediit, ratus periculosum sibi ac suis fore, si vir bellandi peritus recipiendæ Carthagini incubuisset. Verum ille amicum se magis quam hostem videri volens, diversa omnia apud i barbari animum quam præsumpserat reperit: eaque spes caussa illi maxima & calamitatis & infelicissimæ mortis fuit.

CYRO V. C. CONSULE.

Theo-

a Sic mutatum auctoritate Mss. plurium, pro, *secundæ ab Aetio patritio potestati*. Item pro *quantum illa eorum quæ periit manus*.

b In aliis codicibus *Athelanensis*. Apud Pontacum & Lab. *Eclanensis*. Eclanum urbs est Campaniæ Antonino & aliis: & Gennadius tradit hunc Julianum fuisse Campanum. Qua de re consule Præfationem librorum Operis imperfecti contra Julianum tomo 10. Operum S. Augustini Editionis novissimæ RR. PP. Benedictinorum pag. 865. & sequent.

c Sic consequenter habetur in Chron. Labbei, cum in quibusdam deficiat hæc sententia, in aliis articulus novus constituatur ad his incipiens, *Cathago a Vandalis capta anno postquam Roma esse cœperat* D. XXCIII. *alias* D. XXCV. Pontaco non videntur esse Auctoris. Prior autem numerus optime respondet anno 3. Olymp. 158. quo Eusebius notavit Carthaginem fuisse captam a Romanis: modo non includas in ea Consulatum hunc extremum, quo capitur a Vandalis. *Pontac. col.* 787.

d In aliis codicibus, *adventum*.

e In quibusdam libris, *amicitiæ redintegrandæ detinebant* aut *detinebatur*.

f Alii codices *longus esset adventus*. In Colb. uno *longius esset adductus*, in aliis & Aug. Cod. desunt hæc.

g In quibusdam codicibus, *de Sebastiano.... transeunte*.

h Erat autem Sebastianus (ut ait Victor. de persec. Vandal. lib. 2.) famosi illius Comitis Bonifacii gener, acer ingenio & strenuus in bello: cujus Geisericus sicut consilia necessaria habens, ita & præsentiam formidans, occasionem ejus extinguendi a religione quæsivit. Sed quod ipse Geiserici suasiones de transmutanda fide catholica in perfidiam Arianam egregia elusisset similitudine panis similacei mundissimi, qui si in frusta confractus, & aqua madidatus iterum coquatur, deterior evadit: eumdem alterius generis argumento Gensericus postea occidit. Narrat hæc Victor. Sed quo mortis argumento vel genere extinctus Sebastianus fuerit non tradit. Fuerat autem ille invidia Præfectorum Romani exercitus, quasi perduellis existimatus Romani Imperii; ob eamque caussam factus extorris, ex Hispania in Africam ad Gersericum se contulit: *Spondanus tom.* 1. *Epitomes pag.* 647.

i Hic variant codices: alii habent, *Apud barbaros*, alii *apud barbarum*, alii *apud barbarum animum*. Notandum interim in hoc articulo & aliis *Geisericum* legi & *Genseriçum*, in diversis libris & auctoribus quos enumerat Pontacus. Colon. 787. & 788.

Theodosius Imperator bellum contra
a Vandalos movet, [a] Areobinda, & Anaxilla, atque Germano ducibus cum magna classe directis : qui longis cunctationibus negotium differentes, Siciliæ magis oneri, quam Africæ præsidio fuerunt.

DIOSCORO V. C. ET EUDOXIO COSS.

Hunnis Thraciam & Illyricum sæva depopulatione vastantibus, exercitus qui in Sicilia morabatur, ad defensionem
b orientalium [b] partium revertitur.

Cum Geiserico autem a Valentiniano Augusto pax confirmata, & certis spatiis Africa inter utrumque divisa est.

In Geisericum etiam apud suos de successu rerum superbientem, quidam optimates ipsius conspiraverunt. Sed molitione detecta, multis ab eo suppliciis excruciati atque extincti sunt. Cumque idem audendum etiam ab aliis videretur, multis regis suspicio exitio fuit, ut hac sui cura plus virium perderet, quam si bello superaretur.

MAXIMO II. ET [c] PATERIO COSS.
c

Hoc tempore plurimos Manichæos
d intra Urbem latere [d] diligentia Papæ Leonis innotuit, qui eos de secretis suis erutos, & oculis totius Ecclesiæ publicatos, omnes dogmatis sui turpitudines & damnare fecit & prodere; incensis eorum codicibus, quorum magnæ moles fuerant interceptæ. Quæ cura viro sancto divinitus, ut apparuit, inspirata, non solum Romanæ urbi, sed etiam universo orbi plurimum profuit. Siquidem confessionibus in Urbe captorum, qui doctores eorum, qui episcopi, quive presbyteri, in quibus provinciis vel civitatibus degerent, patefactum est. Multique orientalium partium Sacerdotes industriam Apostolici rectoris imitati sunt.

THEODOSIO XVIII. ET ALBINO COSS.

Hoc anno Pascha Domini IX. Kalendas Maii celebratum est, nec erratum est. Quia in die undecima Kalendarum Majarum dies Passionis fuit. Ob cujus reverentiam natalis urbis Romæ sine circensibus transiit.

Attila rex Hunnorum Bledam fratrem & consortem in regno suum perimit, ejusque populos sibi parere compellit.

VALENTINIANO VI. ET [e] NOMO COSS.
c

AETIO III. ET SYMMACHO.

[f] CALLEPIO ET ARDEBURE.
f

(Eutiches Hæresiarches Constantinopolitis Presbyter, fretus Theodosii Augusti amicitia, conatus est non perfectum hominem in Christo asserere. Contra quem Flavianus ejusdem urbis Episcopus suscipiens . . . . . cum sacerdotibus suis damnatus est, auctore Dioscoro Alexandrinæ urbis Episcopo. Contra quem Papa Urbis Leo misit Episcopum, Presbyterum, & Diaconum. Qui injuriam passi, Flavianum nuntiant in defensione catholica per injurias gravissimas defecisse.

POSTHUMIANO ET ZENONE.

Theodosius Imperator pro defensione Eutichetis Leonem Papam Urbis ad se vocat : qui dum ire vellet, a populo prohibitus; Presbyteros & Diacones direxit.

[g] ASTURIO ET PROTOGENE.
g

Iterum vocati Catholici audiendi.)

Hoc tempore Eutichiana hæresis exorta est, auctore Eutiche quodam Presbytero, qui apud Constantinopolim Monasterio celeberrimo præsidebat, prædicans

a In quibusdam *Alriovinba & Ausilia*, seu *Ansila*, *Ausilia*, & *Anaxilia*.

b In quibusdam codicibus, *provinciarum*.

c Ita edit. Chron. Labbei, Mss. Colb. duo, & Aug. codex. Pontacus, ex Mss. Cassiodoro & Fastis, magis probat legi, *Paterno*.

d Apud Lab. Mss. Colb. duos & August. cod. *diligentia*. Alibi, *diligentiæ*. Et infra in eodem Chron. Labbei, *turpitudinem*.

e Ms. Colb. unus *Nomo*. Sic scribit Spondanus pag. 651. nec legi patitur *Nonio*. Quomodo tamen scribitur in Chron. Labbei, & editione antiqua, licet August. *Nomo* præferat. Lectionemque nostram tuetur idem Pontacus ibidem ex Mss. pluribus, Fastis Siculis, Marcellino, Cassiodoro, post Fastos capitolinos, Sigonium & Actionem 1. Concilii Chalcedonensis. Post hæc autem in edit. antiqua & Ms. Colb. uno desinit Prosperi Chronicon in hæc verba, *Hic finit Prosper post Hieronymum*. Nonnulla etiam subjunguntur in uno ex Mss. Colbertinis (& Lodonensi a Pontaco lecto) usque ad Consulatum Valentiniani VIII. ejusque necem & Urbem captam a Geiserico : inter quæ leguntur ad calcem eadem, quæ itidem sunt ad calcem in Prospero Pitœi, idque iisdem fere verbis sumpto initio ab ea periodo, *Attila in sedibus mortuo, magna inter filios ipsius certamina de obtinendo regno exorta* &c. Unde certissime colligo (subdit illustrissimus Vasatensis) illum codicem non solum esse germanum Prosperi Chronicon, cum ea omnia habeat quæ pridem Gennadius designavit. Orditur enim ab Adamo, & tandem in necem Valentiniani desinit, & Urbis expugnationem factam a Geiserico. Sed etiam illud Pithœi esse alterius auctoris, qui quædam exscripsit ex Chronico Prosperi, & nostrum seu Ulricianum (Augustanum vocavimus) & alia hujusmodi esse quidem Prosperi majori ex parte; sed aucta ab aliis, vel a Mileto seu Melito, qui similiter auxit Chronicon Isidori, vel ab ipso Tirone, cujus præfert nomen, ex quibus duobus excerpsisse se profitetur Marianus : idque in eis locis quæ notavimus desiderari consensu librorum. Hactenus Arnaldus Pontacus, col. 789.

f Sic vocat Chron. Labbei. Ms. Colb. *Alibio*. Aug. cod. *Albio*. Spond. ad annum 447. *Alypio sive Callypio & Ardaburio*. Articulus subjunctus non legitur in Chron. Labbei, sed in Mss. Colb. & Aug.

g Quæ hic duobus his signis ( ) includuntur absunt omnino a codice Labbei : leguntur autem in Ms. Colbertino & Augustano codice, cum eadem lacuna, quam Mss. defectu replere nequivimus. Apud Labbeum vero indicantur tantum tres Consulatus supra editi, absque ulla historia alia, præter exactiorem Eutichianæ hæresis narrationem, quæ sub *Asturio & Protogene* consulibus refertur.

cans Jesum-Christum Dominum nostrum, beatæ Mariæ Virginis filium, nihil maternæ habuisse substantiæ, sed sub specie hominis solam in eo Verbi Dei fuisse naturam. Ob quam impietatem a Flaviano ejusdem urbis Episcopo, quia corrigi noluit, condemnatus est. Sed fidens amicitia regia & Aulicorum favore, ab universali Synodo se popposcit audiri: annuente Imperatore Theodosio, qui ob hujus causæ retractationem omnes Episcopos jussit Ephesum convenire.

In quo Concilio Dioscorus Alexandrinus Episcopus primatum sibi vindicans, absoluto Eutiche, in Flavianum Episcopum Constantinopolitanum damnationis sententiam tulit: reclamante Hilaro Diacono Ecclesiæ Romanæ, qui vice sancti Leonis Papæ, cum Julio Episcopo Puteolano a sede Apostolica fuerat destinatus. [a] Nam cum omnes Episcopi in Concilio constituti, vi & metu Comitum, vel militum, quos Dioscoro Alexandrinæ urbis Episcopo attribuerat Imperator, compellerentur huic hæresi accommodare consensum; memoratus Diaconus inter tot vitæ pericula constitutus, voce contradictionis emissa, cum in ejus propter hoc perniciem sæviretur; relictis illic omnibus suis, latenter abscessit, ut præfato Papæ, vel ceteris Italiæ Sacerdotibus, qualiter ibi catholica fides fuerat violata, sua delatione promeret.

Sanctus vero Flavianus, inter manus eorum, a quibus in exilium ducebatur, glorioso ad Christum fine transivit.

VALENTINIANO VII. ET AVIENO.

Prævalente iterum Papa Leone, diriguntur ad Orientem [b] Presbyteri & Diacones, ad hæresim confutandam. Et eodem anno defecit Theodosius Augustus. [c]

Theodosio Imperatore diem functo, & Chrysaphio præposito, qui amicitia Principis male usus fuerat, interempto; MARCIANUS consensione totius exercitus suscepit regnum, vir gravissimus, & non solum reipublicæ, sed, etiam Ecclesiæ perneccessarius.

Hujus Edictis Apostolicæ sedis auctoritatem secutis, Synodus Ephesina damnatur, & apud Chalcedonem celebrari Concilium Episcopale decernitur: ut correctis venia mederetur, & pertinaces cum hæresi depellerentur.

Placidia defuncta est V. Kalendas Decembris.

MARCIANO AUGUSTO ET FLAVIO ADELPHIO.

[d] Attila post necem fratris, auctus opibus interempti, multa vicinarum sibi gentium millia cogit in bellum, quod Gothis tantum se inferre, tamquam custos Romanæ amicitiæ denuntiabat. Sed cum transito Rheno sævissimos ejus impetus multæ Gallicanæ urbes experirentur; cito & nostris & Gothis placuit, ut furori superborum hostium consociatis exercitibus repugnaretur. Tantaque Aetii Patricii providentia fuit, ut raptim congregatis undique bellatoribus viris, adversæ multitudini non impar occurreret. In quo conflictu, quamvis neutris cedentibus, inæstimabiles strages commorientium factæ sint, Chunnos tamen eo constat victos fuisse, quod amissa prælianti fiducia, qui superfuerant ad propria reverterunt.

[e] HERCULANO ET SPORATIO.

Attila redintegratis viribus quas in Gallia amiserat, Italiam ingredi per Pannonias intendit, nihil Duce nostro Aetio secundum prioris belli opera prospiciente; ita ut ne clusuris quidem Alpium, quibus hostes prohiberi poterant, uteretur: hoc solum spei suis superesse existimans, si ab omni Italia cum Imperatore discederet. Sed cum hoc plenum dedecoris & periculi videretur, continuit verecundia metum, & tot nobilium Provinciarum latissima eversione credita est sævitia & cupiditas hostilis

a Præter hos destinatus fuerat & Renatus Presbyter tituli S. Clementis, qui in via in Delos insula diem extremum obiit. Quibus adjunctus & Dulcitius Leonis Notarius, vir probatæ fidei.

b Hoc anno S. Leo ad Theodosium miserat *coepiscopos Abundium & Asterium, sed & Basilium & Senatorem Presbyteros, per quos quæ nostræ* (ait in Epistola nunc 52.) *formæ sit fidei, manifestaris institutionibus, quas misimus, possitis dignanter agnoscere.* De Diaconis tamen in ea nulla mentio. Hi autem Theodosium jam defunctum advenientes repererunt.

c Hic loci in Ms. Colbertino & Codice Augustano leguntur sequentia quibus res apud Labbeum fusius narratæ paulo aliter referuntur, scilicet.

ADELPHIO V. C. CONSULE.

Theodosius cum magna Pompa a Placidia & Leone & omni Senatu deductus, & in mausoleo ad Apostolum Petrum depositus est.

Nuntiatur defuncto Theodosio regnare Marcianum: & Pulcheria ejus conjux Augusta facta est. A quo damnatur. In Aug. *ejus conjugem Augustam factam. A quo damnatur Eutyches & omnes ejus fautores.* In Ms. Colb. MARCIANUS IMPERATOR XLV. REGNAVIT ANNIS VIII.

In August. codice, *Et levatus est imperator Marcianus XLVII. annis VIII.*

d Ms. Colb. & August. codex brevius, *Pugna facta in Galliis inter Aetium & Attilam regem Hunnorum, cum utriusque populi cæde. Attila fugatus in Gallias superiores.*

e In Ms. Colb. & codices Augustano: *Honorio & Aspere.* In margine August. editi. *Herculano & Asporatio seu Sporatio. Iconica Marciani Imperatoris Romam ingressa 3. Kalendas Aprilis.*

ſtilis expleta: nihilque inter omnia conſilia Principis ac Senatus, Populique Romani ſalubrius viſum eſt, quam ut per legatos pax truculentiſſimi regis expeteretur.

Suſcepit hoc negotium cum viro conſulari Avieno, & viro Præfectorio Trigetio beatiſſimus Papa Leo auxilio Dei fretus, quem ſciret numquam piorum laboribus defuiſſe. Nec aliud ſecutum eſt quam præſumpſerat fides. Nam tota legatione dignanter accepta, ita ſummi Sacerdotis præſentia rex gaviſus eſt, ut & bello abſtineri præciperet, & ultra Danubium promiſſa pace diſcederet.

a OPILIONE V. C. CONSULE. a

Synodus Chalcedonenſis peracta, Eutiche Dioſcoroque damnatis: omnes autem qui ſe ab eis retraxerunt, in communionem recepti, confirmata univerſaliter fide, quæ de Incarnatione Verbi ſecundum Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam per ſanctum Papam Leonem prædicabatur.

Attila in ſedibus ſuis mortuo, magna primum inter filios ipſius certamina de obtinendo regno exorta ſunt: deinde aliquot gentium, quæ Chunnis parebant, defectus ſecuti, cauſſas & occaſiones bellis dederunt, quibus ferociſſimi populi mutuis incurſibus contererentur.

Apud Gothos intra Gallias conſiſtentes, inter filios Theodorici regis, quorum Thoriſmodus maximus natu patri ſucceſſerat, orta diſſentio eſt. Et cum rex ea moliretur, quæ & Romanæ paci, & Gothicæ adverſarentur quieti, a germanis ſuis, quia noxiis diſpoſitionibus irrevocabiliter inſtaret, occiſus eſt.

AETIO ET STUDIO.

b b Inter Valentinianum Auguſtum & Aetium Patricium, poſt promiſſæ invicem fidei ſacramenta, poſt pactum de conjunctione filiorum, diræ inimicitiæ convaluerunt, & unde fuit gratia charitatis augenda, inde exarſit fomes odiorum, incentore (ut creditum eſt) Heraclio ſpadone, qui ita ſibi Imperatoris animum inſincero famulatu adſtrinxerat, ut eum facile in quæ vellet impelleret.

Cum ergo Heraclius ſiniſtra omnia Imperatori de Aetio perſuaderet, hoc unum creditum eſt ſaluti Principis profuturum, ſi inimici molitiones ſuo opere præoccupaſſet. Unde Aetius, dum placita inſtantius repetit, & cauſſam filii commotius agit, Imperatoris manu & circumſtantium gladiis crudeliter confectus eſt: Boethio Præfecto Prætorio ſimul perempto, qui eidem multa amicitia copulabatur. c c

VALENTINIANO VIII. ET ANTHEMIO.

Mortem Aetii mors Valentiniani non longo poſt tempore conſecuta eſt, tam imprudenter non declinata, ut interfector Aetii amicos armigeroſque ejus ſibimet conſociaret. Qui concepti facinoris opportunitatem diſſimulanter aucupantes, egreſſum extra Urbem Principem, & ludo geſtationis intentum, inopinatis ictibus conſoderunt; Heraclio ſimul, ut erat proximus, interempto, & nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti ſceleris accenſo.

d d Ut autem hoc parricidium perpetratum eſt, MAXIMUS, vir gemini conſulatus & Patriciæ dignitatis, ſumpſit Imperium. Qui cum periclitanti reipublicæ per omnia profuturus crederetur, non ſero documento quid animi haberet probavit: ſi quidem interfectores Valentiniani, non ſolum non plecterit, ſed etiam in amicitiam receperit, uxoremque ejus Auguſtam, amiſſionem viri lugere prohibitam, intra pauciſſimos dies in conjugium ſuum tranſire coegerit.

Sed hac incontinentia non diu potitus eſt. Nam poſt alterum menſem, nuntiatio ex Africa Geiſerici regis adventu, e e multiſque nobilibus, ac popula-

a In Mſ. Colbertino, & Auguſtano codice, *Opilione & Vincemalo*, in margine, *Vincomalo Conſ. S.* Leo in Epiſtolis hoc anno datis ſcius *Opilionis* meminit; uterque tamen citatur in Diſſertat. 1. de vita & rebus geſtis S. Leonis magni p. 312. tom. 2. novæ editionis ejuſdem Operum.

b Hæc eadem paucioribus verbis in Mſ. Colbertino & edit. Auguſtani codicis. *Eo anno occiſi ſunt Aetius & Boetius Patricii. Carthagine ordinatur Epiſcopus Deo gratias in Baſilica Fauſti die Dominica VIII. Kalendas Novembris.*

c Aetium propria Imperatoris manu necatum eſſe, Boetium a circumſtantibus, tradit Caſſiodorus in Chron. & poſt illum auctor Miſcellæ lib. 15. Sed Procopius de bel. Vand. lib. 1. Aetium abſentem juſſum eſſe interfici: idemque hæc pluribus narrans, id accidiſſe ait ex falſa ſuggeſtione *Petronii Maximi* Senatoris Romani, ex ſtirpe illius Maximi tyranni, quem Theodoſius ſenior ſuſtulerat: qui injurium paſſus a Valentiniano in ſtupro uxoris ſuæ formoſiſſimæ, æque ac pudiciſſimæ, cogitans de vindicta, primo Aetium fortiſſimum ducem, in quo potiſſimum ſpes Romanorum eſſet, e medio tollendum judicavit, ideoque illum per Imperatoris Eunuchos eidem Auguſto affectati Imperii ſuſpectum reddidit. Quid autem ſublato Aetio Maximus in ipſum Valentinianum molitus ſit dicetur anno ſequenti. *Spondanus tom. 1. Epitomes ad annum Chriſti.* 454. *p.* 674.

d Pro his omnibus, & ſequentibus, in Mſ. Colbertino & editione Lugd. codicis Auguſtani, ſeu Ulticiani: *Valentinianus ipſe occiſus eſt ad duas Lauro XVII. Kalendas Aprilis. Et levatus Petronius Maximus Imperator, qui LXXII. die occiſus, per Urbem tractus. Geiſericus Romam ingreſſus præda facta Carthaginem revertitur. Et poſt aliquot dies levatur in Imperium* AVITUS.

e Ab Eudoxia mortem Valentiniani mariti in Maximum vindicare volente accerſitum narrat Procopius. *de bello Vandal. lib.* 1.

laribus ex Urbe fugientibus, cum ipse quoque, data cunctis abeundi licentia, trepide vellet abscedere; septuagesimo septimo adepti Imperii die a famulis regiis dilaniatus est, & membratim dejectus in Tiberim, sepultura quoque caruit.

Post hunc Maximi exitum, confestim secuta est multis digna lacrymis Romana captivitas, & urbem omni præsidio vacuam Genscricus obtinuit, occurente sibi extra portas sancto Leone Episcopo: cujus supplicatio ita eum Deo agente lenivit, ut cum omnia potestatis ipsius essent, tradita sibi civitate, ab igne tamen & cæde atque suppliciis abstineretur.

Per quatuordecim igitur dies, secura & libera scrutatione, omnibus opibus suis Roma vacuata est, multaque millia captivorum, prout quique, aut ætate, aut arte placuerunt, cum regina & filiabus ejus Carthaginem abducta sunt.

Eodem anno Pascha Dominicum die VIII. Kalendas Maii celebratum est, pertinaci intentione Alexandrini Episcopi, cui omnes Orientales consentiendum putaverunt: quamvis sanctus Papa Leo XV. Kalendas Maii potius observandum protestaretur. [a] Extant ejusdem Papæ Epistolæ ad clementissimum Principem Marcianum datæ, quibus ratio veritatis sollicitatæ evidenter patefacta est; & quibus Ecclesia catholica instrui potest, quod hæc persuasio, studio unitatis & pacis tolerata sit, potius quam probata; numquam deinceps imitanda: ut quæ exitialem attulit offensionem, omnem in perpetuum perdat auctoritatem.

a Hic inseruntur a Bucherio in Paschal. Cyclum Victorii cap. 3. *In quo nec in ratione plenilunii, nec in primi mensis limite fuisset erratum.* Quæ tamen marginalem studiosi annotationem esse non absurde quis putaverit. Neque enim in Sirmondi aut Chiffletii cod. Mss. ex quibus Chronicum illud auctius edidit Duchenius, inveniuntur hæc verba. Vide differ. 1. de vita & Oper. S. Leonis pag. 326. & seq. tom. 2. nov. edit. Oper. S. Leonis Magni. Ubi observabis, tum primum hac occasione Occidentalibus inquirendi diem Paschatis, motusque Solis & Lunæ diligentius supputandi ortam æmulationem apud Latinos: qui diutius passi non sunt legem sibi ab Alexandrinis de indicendo Paschali die imponi. Prosperum quoque Aquitanum, qui tum Romæ apud Leonem Pontificem agebat; suum Cyclum composuisse: cujus testes sunt Gennadis in Catal. vir Illustr. cap. 88. ubi de Victorio Aquit. & Isidorus Origin. lib. 6. cap. 17. nisi jam editus ab illo esset ad annum CCCCXLIV. quo similis occurrerat difficultas. Ut ut sit, dubium non est quin ad illum scribendum a Leone sit excitatus. Cyclus ille jam periit. Certe cum paulo iratior scribat de Paschate hujus anni CCCQLV. quo Chronicum suum claudit; apparet pro sua sententia ipsum decertasse.

AP-

APPENDICULA
AD CHRONICUM S. PROSPERI.
MONITUM.

CUm in codice, quem Auguſtanum vocamus, Pithœus vero ſub Ulriciani titulo citavit in notis ſuis ad Chronicum Euſebii &c. ſubjiciantur quædam, quæ leguntur etiam in MS. Colbertinæ Bibliothecæ 240. & illa limites excedant Proſperiano Chronico a Gennadio aſſignatos in Catalogo cap. 84. de Proſpero, de quibus fuſius dicta in Admonitione conſules, ſi vacat: illa nos hic, charactere tamen inferiori, excudi debere credidimus. In quibus regni Vandalorum, poſt captam ab iis Romam, ſtatus per annos non paucos repræſentatur. Quibus tamen in iiſdem libris præfiguntur tres Conſulatus, qui Valentiniani VIII. ultimum cum morte conſulatum exceperunt.

VARANE ET JOHANNE.
CONSTANTINO ET RUFO.
ARDABURE ET MAXIMIANO.

Poſt conſulatum Theodoſii XVII. & Feſti, Geiſericus Vandalorum rex Carthaginem ingreſſus eſt, die XIV. Kalendarum Novembrium. [a] Qui rexit eamdem Africam civitatem annis XXXVIII. menſibus III. diebus VI.

Poſt hunc regnavit Hunerix, filius ejus annis VII. menſibus X. [b] diebus XIIX. Qui in fine anni VII. regni ſui catholicæ Eccleſiæ perſecutionem fecit, omneſque Eccleſias clauſit, & cunctos Domini catholicos ſacerdotes, cum Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo exilio relegavit. Qui Dei judicio ſcatens vermibus vitam finivit.

Poſt eum regnavit [c] Guntamundus Gentunis ejuſdem Hunerici regis fratris filius annos XI. menſes IX. dies XI. Qui tertio anno regni ſui cœmeterium ſancti martyris Agilei apud Carthaginem catholicis dare præcipit: Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo, ab eodem jam de exilio revocato. Decimo autem anno regni ſui, Eccleſias catholicorum aperuit, & omnes Dei ſacerdotes, petente Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo, de exilio revocavit. Quæ Eccleſiæ fuerunt clauſæ annos XI. menſes VI. dies V. hoc eſt, ab octavo anno Hunerici, id eſt, ex die VII. Idus Februarii, uſque in decimum annum regis Guntamundi, in diem IV. Idus Auguſti. In quo completi ſunt ſupradicti [d] anni X. menſes VI. dies V. Qui memoratus Guntamundus rex poſtmodum vixit annos II. menſes I. d

Poſt quem regnavit Traſamundus Gentunis filius annos XXVI. menſes VIII. dies IV.

Ab exordio ergo imperii Aviti, uſque ad annum XXVII. Traſamundi [e] . . . . XVIII. Axiv. anno autem Imperii & morte Valentis, uſque in annum [f] XXVI. Traſamundi, anni ſunt CXVIII. e f

Poſt quem regnavit Hildrix filius Hunerici annos VIII. dies VIII. Qui in exordio regni ſui Bonifacium Epiſcopum apud Carthaginem in Eccleſia ſancti Agilei ordinari præcepit, & omnibus catholicis libertatem reſtituit.

Quo regnante, aſſumpta tyrannide Geilamer regnum ejus invadit, in quo [g] ſedit annos III. menſes III. Qui tanta homicidia ſceleſtus commiſit, ut nec ſuis parentibus parceret. g

Fiunt ergo ab exordio [h] regis Geiſerici, uſque ad exitum Vandalorum, anni XCIII. menſes X. dies XI. Ab interitu vero Valentis in XIV. anno regni ejus, uſque ad ſupra dictum tempus, anni CLIV. Collecta ergo omnium ſumma annorum ab Adam uſque ad Vandalorum perditionem fiunt anni V. M. DCC. XXXIII. h

a In codice Mſ. Colb. *Qui regnavit in eadem Africa civitate annis 27.*
b In Mſ Colb. *diebus 28.*
c Alias. *Gundabundus Pentonis* ſeu *Penzonis.*
d Forte *anni XI.*
e Hæc lacuna non ſuppletur ex Mſ. Colb. qui paulo antea habet *annum XXVI. pro XXVII.*
f Iterum numerus XXVI. pro XXVII. in Mſ. Colb.
g Mſ. Colb. *fecit.*
h Mſ. Colb. *regis.*

ADMONITIO
IN CONCILIUM ARAUSICANUM II.

De Gratia & libero arbitrio.

OMnibus ſancti Proſperi operibus annecti ſolet Concilium Arauſicanum ſecundum, Canones viginti quinque complexum. Et merito quidem. Nam hujuſce Concilii decreta, illa maxime dogmata ſtatuunt, quæ contra Semipelagianos Auguſtinus primum, ac deinde S. Proſper, Auguſtini doctrinæ ſtrenuus aſſertor & vindex, defenderant. Quin immo ex ipſiſſimis utriuſque Patris verbis concinnata notantur: cum ſint ex diverſis S. Auguſtini libris hauſta, & ſpeciatim ex ſententiis illis excerpta, quas S. Pro-

ſper de operibus S. Auguſtini collegerat. Nec ſolum ex Auguſtino ſed etiam ex Operibus a Proſpero ipſo poſt Auguſtini obitum exaratis : quomodo ex libro contra Collatorem decerpri canones VI. VII. & VIII. Qua Epiſcoporum illorum agendi ratione manifeſtum eſt, probatam fuiſſe a Patribus Arauſicæ convenientibus, tum Auguſtini, tum ſpeciatim S. Proſperi noſtri doctrinam: immo etiam a Felice IV. quo Romæ ſedente, & ad id celebrandum eos admonente, & auctoritate ſua muniente, habitum eſt Concilium. Hæc docent Patres in Præfatione his verbis: Pervenit ad nos eſſe aliquos qui de gratia & libero arbitrio minus caute, & non ſecundum fidei catholicæ ſimplicitatem, ſentire velint. Unde id nobis, ſecundum auctoritatem & admonitionem ſedis Apoſtolicæ, juſtum & rationabile viſum eſt, ut pauca capitula ab Apoſtolica nobis ſede tranſmiſſa de gratia & libero arbitrio, quæ ab antiquis Patribus de ſanctarum ſcripturarum voluminibus in hac cauſſa collata ſunt, ad docendos eos qui aliter quam oportet ſentiebant, ab omnibus obſervanda proferre, & manibus noſtris ſubſcribere deberemus. *Cui Concilio poſtea aſſenſum ſuum approbationemque authenticam conceſſit Bonifacius II. in Epiſtola ad Cæſarium Arelatenſem in hunc finem data.* * *In quibuſdam vero ſuis canonibus, maxime in octavo, ex profeſſo Patres illi rejiciunt diſtinctionem illam quam Caſſianus Collatione decima-tertia confinxerat, duplicis generis prædeſtinatorum, quorum alii meritis quibuſdam gratiæ donum præverterent, alii nullis meritis præcedentibus a Deo gratia donarentur, quamque S. Proſper fuſe refellerat in libro contra Collatorem per multa capita. Diverſas quoque hujuſce auctoris Scripturarum explicatione ſingulis membris applicatas circa finem Canonis XXV. paucis verbis rejicit, ſic ſtatuens:* Hoc etiam ſalubriter profitemur, & credimus, quod in omni opere bono, non nos incipimus, & poſtea per Dei miſericordiam adjuvamur, ſed ipſe nobis nullis præcedentibus bonis meritis & fidem & amorem ſui prius inſpirat, ut & baptiſmi ſacramenta fideliter requiramus, & poſt baptiſmum cum ipſius adjutorio, ea quæ ſibi ſunt placita implere poſſimus. Unde manifeſtiſſime credendum eſt quod & illius latronis, quem Dominus ad paradiſi patriam revocavit, & Cornelii Centurionis, ad quem Angelus Domini miſſus eſt, & Zacchæi, qui ipſum Dominum ſuſcipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, ſed divinæ largitatis donum.

* *Vide ap. pend. 2. parte pag. 227. & ſeq.*

Arauſione convenit hæc Synodus ſecunda quinto nonas Julii anno Chriſti 529. *ut obſervat Jacobus Sirmondus, ſub Felice Papa IV. regnante in Italia Athalarico Amalaſuntæ filio, in Gallia vero liberis Clodovei. Concilio præſedit Cæſarius Arelatenſis: quod approbavit Bonifacius II. Pontifex in ſua ad Cæſarium ipſum epiſtola, quam ex antiquis MSS. Sirmondus in lucem protulit. Hac Synodo contra Semipelagianos, qui in Gallia, maxime in ſecunda Narbonenſi provincia, per hujus hæreſis præcipuos aſſertores eximii ingenii viros Caſſianum & Fauſtum percrebuerant, Chriſti gratiæ neceſſitas, etiam ad fidei omniſque piæ vitæ initium, commendata eſt.*

CON-

[a] CONCILIUM ARAUSICANUM II.

DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

In Dedicatione Basilicæ a Liberio Patricio constructæ celebratum V. Nonas Julias, Decio Juniore V. C. consule, id est, anno Christi 525. Felicis IV. Papæ anno 3.

PRÆFATIO.

CUm ad dedicationem Basilicæ, quam illustrissimus Præfectus & Patricius filius noster Liberius in Arausica civitate fidelissima devotione construxit, Deo propitiante, & ipso invitante conveniissemus, & de rebus quæ ad Ecclesiasticam regulam pertinent, inter nos fuisset spiritalis oborta collatio: pervenit ad nos esse aliquos, qui de gratia & libero arbitrio minus caute, & non secundum fidei catholicæ regulam sentire velint. [b] Unde id nobis secundum auctoritatem & admonitionem sedis Apostolicæ, justum & rationabile visum est, ut pauca capitula, ab Apostolica nobis sede transmissa, quæ ab antiquis Patribus de sanctarum scripturarum voluminibus in hac præcipue causa collata sunt, ad docendos eos, qui aliter quam oportet sentiunt, ab omnibus observanda proferre, & manibus nostris subscribere deberemus. Quibus lectis, qui huc usque non sicut oportebat, de gratia & libero arbitrio credidit, ad ea quæ fidei catholicæ conveniunt, animum suum inclinare non differat.

I.

Quod per peccatum Adæ non solum corpus, sed anima etiam læsa fuerit.

Si quis per offensam prævaricationis Adæ non totum, id est, secundum corpus & animam, in deterius dicit hominem commutatum; sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium: Pelagii errore deceptus adversatur Scripturæ dicenti, *Anima quæ peccaverit, ipsa morietur:* &, *Nescitis quoniam cui exhibetis vos servos ad obediendum, servi estis ejus cui obeditis?* &, *A quo quis superatur, ejus & servus addicitur.*

Vide lib. 2. de nupt. & conc. cap. cap. 34.

Ezech. 18. 20.

Rom. 6. 16.

2. Pet. 2. 19

II.

Quod peccatum Adæ non ipsi solum nocuit, sed ad posteros quoque transiit.

Si quis soli Adæ prævaricationem suam, non & ejus propagini, asserit nocuisse; aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem & peccatum, quod mors est animæ, per unum hominem in omne genus humanum transisse testatur; injustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo dicenti, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors,* [c] *& ita in omnes homines mors pertransiit, in quo omnes peccaverunt.*

Ex l. 4. contra duas epist. Pel. cap. 8.

Rom. 5. 12

c

III.

Quod gratia Dei non ad invocationem detur, sed ipsa faciat ut invocetur.

Si quis invocatione humana gratiam Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere, ut invocetur a nobis; contradicit Isaiæ prophetæ, vel Apostolo idem dicenti, *Inventus sum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant.*

Isaiæ 65. 1 Rom. 10. 20.

a In vetere codice Lugdunensi inscriptio est: *Constitutio Episcoporum in civitate Arausicana, de gratia & libero arbitrio.* In edit. Lovan. Duac. & Colon. *Canones Concil. alterius Arausicani, circa tempora Leonis Papæ primi. De libero arbitrio, vel de diversis conditionibus, & de rebus necessariis per capitula requirendis.* Hoc quidem primo Baronius collocaverat ad annum 463. sed postea in addit. to. 10. voluit in annum 529. transferri. Cæsarium enim Episcopum Arelatensem, qui ei præfuit Concilio, non illis temporibus sedisse docetur variis in locis: quem & pervenisse ad annum Christi 544. constat ex ejus vitæ scriptoribus. Insuper tempus Liberii Patricii Præfecti Galliarum, qui huic Arausicano Concilio subscripsisse reperitur, erratum fuisse, cum assignatum est temporibus Leonis magni admonet Spondanus, *tom. 2. Epitom. p. 20.*

b In editionibus Lov. Duac. & Colon. *Unde & nobis.* Mutatum in Append. to. 10. Aug. ut supra. Sic & infra *de certis Scripturarum voluminibus*, ubi nunc Aug. editio, *de sanctarum.*

c In edit. Lovan. Duac. & Colon. desunt, *& ita, ... mors*, quæ restituta sunt in append. to. 10. Aug.

IV.

Quod Deus ut a peccato purgemur voluntatem noſtram non exſpectet, ſed præparet,

Si quis, ut a peccato purgemur, voluntatem noſtram Deum expectare contendit, non autem ut etiam purgari velimus per ſancti Spiritus inſuſionem & operationem in nobis fieri confitetur; reſiſtit ipſi Spiritui-ſancto, per Salomonem dicenti, *Præparatur voluntas a Domino*: & Apoſtolo ſalubriter prædicanti, *Deus eſt qui operatur* [a] *in vobis & velle & perficere pro bona voluntate.*

Prov. 8. *ſect.* LXX. *Philip.* 2. 13.

a

V.

Quod initium fidei non ex nobis, ſed ex gratia Dei ſit.

Si quis ſicut augmentum, ita etiam initium fidei, ipſumque credulitatis affectum, quo in eum credimus qui juſtificat impium, & ad regenerationem [b] ſacri baptiſmatis pervenimus, non per gratiæ donum, id eſt, per inſpirationem Spiritus-ſancti corrigentem voluntatem noſtram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem, ſed naturaliter nobis ineſſe dicit; apoſtolicis dogmatibus adverſarius approbatur, beato Paulo dicente, *Confidimus quia qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet uſque in diem Domini noſtri Jeſu Chriſti*: & illud, *Vobis datum eſt pro Chriſto, non ſolum ut in eum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini*: &, *Gratia ſalvi facti eſtis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum eſt.* Qui enim fidem, qua in Deum credimus, dicunt eſſe naturalem, omnes eos qui ab Eccleſia Chriſti alieni ſunt, quodam modo fideles eſſe definiunt.

Vide lib. de præd. SS. a cap. 1. uſque ad 9.

b

Philip. 1. 6

Ibid. 29.

Epheſ. 2. 8.

VI.

Quod ſine gratia Dei credentibus & petentibus miſericordia non conferatur, cum gratia ipſa faciat ut credamus & petamus.

Si quis ſine gratia Dei credentibus, volentibus, deſiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, ſtudentibus, petentibus, quærentibus, pulſantibus nobis miſericordiam dicit conferri divinitus; non autem ut credamus, velimus, vel hæc omnia ſicut oportet agere valeamus, per infuſionem & inſpirationem ſancti Spiritus in nobis fieri confitetur; & aut humilitati, aut obedientiæ humanæ ſubjungit gratiæ adjutorium, nec ut obedientes & humiles ſimus ipſius gratiæ donum eſſe conſentit; reſiſtit Apoſtolo dicenti, *Quid habes quod non accepiſti?* & *Gratia Dei ſum id quod ſum.*

Vide Aug. lib. de dono perſever. c. 23. *Proſp. contr. Coll. cap.* 6.

Proſp. contra Coll. cap. 2, 7, 18. *& reſp. ad definit. 6. Caſſiani.*

1. *Cor.* 4. 7. *Ibid.* 15. 20.

VII.

Quod viribus naturæ bonum aliquod quod ad ſalutem pertineat cogitare aut eligere ſine gratia non poſſimus.

Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad ſalutem pertinet vitæ æternæ, cogitare ut expedit, aut eligere, ſive ſalutari, id eſt, evangelicæ prædicationi conſentire poſſe confirmat, abſque illuminatione & inſpiratione Spiritus-ſancti, qui dat omnibus ſuavitatem [c] in conſentiendo & credendo veritati; hæretico fallitur ſpiritu, non intelligens vocem Dei in Evangelio dicentis, *Sine me nihil poteſtis facere*: & illud Apoſtoli, *Non quod idonei ſimus cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.*

Vide Aug. lib. de gratia Chriſti cap. 26.

c

Joan. 15. 5.

2. *Cor.* 3. 5.

VIII.

Quod per liberum arbitrium ad gratiam baptiſmi pervenire nullus poſſit.

Si quis alios miſericordia, alios vero per liberum arbitrium (quod in omnibus qui de prævaricatione primi hominis nati ſunt, conſtat eſſe vitiarum,) ad gratiam baptiſmi poſſe venire contendit; a recta fide probatur alienus. Is enim non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis aſſerit infirmatum: aut certe ita læſum putat, ut tamen quidam valeant, ſine revelatione Dei, myſterium ſalutis æternæ per ſemetipſos conquirere. Quod quam ſit contrarium, ipſe Dominus probat, qui non aliquos, ſed neminem ad ſe poſſe venire teſtatur, niſi quem Pater adtraxerit. Sicut & Petro dicit, *Beatus es Simon Barjona, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui in cœlis eſt*: & Apoſtolus, *Nemo poteſt dicere,* [d] *Dominum Jeſum Chriſtum, niſi in Spiritu-ſancto.*

Joan. 6. 44.

Matt. 16. 17.

d

1. *Cor.* 12. 3

IX.

a In Lovan. Duac. & Colon. *in nobis.*

b Editio Concilii in append. tomi 10. Aug. addit hic, *ſacri*: & infra, *& hoc*, ante *non ex vobis*: quibus carent Proſperiani codices.

c Duac. & Colon. omittunt *in*. Melius Lovan. & app. to. 10. Aug. non omittunt.

d Editio tom. 10. Aug. in append. *Dominus Jeſus*. Proſperiani libri adduat textui ſacro, *Dominum Jeſum*, vocem hanc, *Chriſtum*.

IX.

De adjutorio Dei per quod bona operamur.

Prosper. Sent. 22. Philip. 2. 13.

Divini est muneris, cum & recte cogitamus, & pedes nostros a falsitate & injustitia [a] continemus. Quoties enim bona agimus, Deus in nobis atque nobiscum, ut operemur, operatur.

a

X.

De adjutorio Dei omnibus semper implorando.

Adjutorium Dei etiam renatis [b] ac sanctis semper est implorandum, ut ad finem bonum pervenire, vel in bono possint opere perdurare.

b *Prosper. contra Collat. cap. 24.*

XI.

De oblatione votorum.

Ex lib. 17. de Civit. Dei c. 4.

Nemo quidquam Domino recte voveret, [c] nisi ab illo acciperet quod voveret, sicut legitur, *Quæ de manu tua accepimus, damus tibi.*

c *Prosp. sent. 54. 1. Paral. 29. 14.*

XII.

Quales nos diligat Deus.

Prosp. sent. 56.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito.

XIII.

De reparatione liberi arbitrii.

d *Lib. 14. de Civit. Dei c. 11. & Prosper. sent. 152. Joan. 8. 16.*

Arbitrium [d] voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi, non potest reparari: quod amissum, nisi a quo potuit dari, non potest reddi. Unde ipsa Veritas dicit, *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.*

XIV.

Quod nec liberemur a miseria, misericordia Dei præveniamur.

Prosper. sent. 211. Psal. 78. 8. Psal. 58. 11

Nullus miser de quantacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia prævenitur: sicut dicit Psalmista, *Cito anticipet nos misericordia tua, Domine:* & illud, *Deus meus, misericordia ejus prævenier me,*

XV.

Quod per gratiam Dei in melius mutetur fidelis.

Ab eo quod formavit Deus, [e] mutatus est Adam, sed in pejus per iniquitatem suam: ab eo quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melis per gratiam Dei. Illa ergo mutatio fuit prævaricatoris primi; *hæc*, secundum Psalmistam, *mutatio est dexteræ Excelsi.*

e *Ex serm. in titulum Ps. 68. & Prosper sent. 225. Psal. 76. 11*

XVI.

Quod ex eo quod habemus non sit gloriandum, cum ex Deo sit.

Nemo ex eo, quod videtur habere, glorietur, tamquam non acceperit; aut ideo se putet accepisse, quia littera extrinsecus, vel ut legeretur apparuit, vel ut audiretur insonuit. Nam sicut Apostolus dicit, *Si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est.* Porro autem si non gratis mortuus est, *Adscendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Inde habet, quicumque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut vere non habet, aut id quod habet, auferetur ab eo.

Lib. de spirit. & lit. cap. 28. & Prosp. sent. 260. Gal. 2. 21. Ephes. 4 8. Ps. 67. 19.

Matt. 25. 29.

XVII.

De fortitudine Christiana.

Fortitudinem gentilium mundana cupiditas; fortitudinem autem Christianorum Dei charitas facit, quæ *diffusa est in cordibus nostris*, non per voluntatis arbitrium, sed *per Spiritum-sanctum qui datus est nobis*, [f] nullis meritis gratiam prevenientibus.

August. lib. 1. Oper. imp. num. 83. & Prosper. sent. 297. Rom. 5. 5.

f

XVIII.

Nullis meritis gratiam præveniri.

Debetur merces bonis operibus, si fiant; sed gratia, quæ non debetur, præcedit ut fiant.

August. lib. 1. Oper. imper. nu. 133. Prosper. sent. 299.

XX.

a Sic August. editio, & in Senten. libro. Lovan. Duac. & Colon. hic, *tenemus*.

b Duo Mss. scilicet Lugdunensis & Remensis, *ac sanatis*.

c Emendatur ex tomo 10. Aug. in Append. & libro sentent. Prosperi: nam Lovan. Duac. & Colon. hic *voverit, nisi ab illo acceperit, sicut legitur*: ceteris omissis. Titulum quoque ex libro sententiarum supra edito correximus, *oblatione*, loco vocis *obligatione*, quæ etiam in append. August. irrepsit.

d Nonnulli Mss. *Arbitrium libertatis.*

e Lovan. Duac. & Colon. *mutatur*.

f Hæc verba ad finem canonis 17. leguntur in codicibus Prosperi Lovan. Duac. & Colon. hic: non vero in editione to. 10. Oper. S. Aug. nec in sententia 295. nec in libro Oper. imperf. contra Julianum. Forte huc irrepserunt ex titulo Canonis sequentis.

XIX.

Neminem nisi Deo miserante salvari.

Aug. epist. 186. n. 37. & Prosp. sent. 310. Natura humana, etiam si in illa integritate in qua est condita, permaneret, nullo modo se ipsam, Creatore suo non adjuvante, servaret. Unde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare [a] quam perdidit?

XX.

Nihil boni hominem posse sine Deo.

Ex lib. 2. Aug. contr. 2. ep. Pelag c. 8. Prosp. sent. 314. [b] Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstet, ut faciat homo.

XXI.

De natura & gratia.

Aug. lib. de grat. & liber. arbit cap. 13. & Prosper. sent. 317. Sicut eis qui volentes in lege justificari, a gratia exciderunt, verissime dicit Apostolus, *Si ex lege justitia est, ergo Christus gratis mortuus est:* sic & his qui gratiam quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturam, verissime dicitur, Si ex natura justitia, ergo Christus gratis mortuus est. Jam hic enim erat lex, & non justificabat. Ideo Christus non gratis mortuus est, ut & *Matt. 5. 17* lex per illum impleretur, qui dixit, *Non veni legem solvere, sed adimplere*; & na- *Luc. 19. 10* tura per Adam perdita, per illum repararetur, qui dixit, venisse se quærere & salvare quod perierat.

Gal. 2. 21.

XXII.

De his quæ hominum propria sunt.

Aug. Tract 5. in Joan. & Prosp. sent. 325. Nemo habet de suo, nisi mendacium & peccatum. [c] Si quid autem habet homo veritatis atque justitiæ, ab illo fonte est quem debemus sitire in hac eremo, ut ex eo quasi guttis quibusdam irrorati, non deficiamus in via.

XXIII.

De voluntate Dei & hominis.

Aug. Tract 19. in Joan & Prosper. sent. 340. Suam voluntatem homines faciunt, non Dei, quando id agunt quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt quod volunt, ut divinæ serviant voluntati, quamvis volentes agant quod agunt, illius tamen voluntas est, a quo & præparatur & jubetur quod volunt.

XXIV.

De vite & palmitibus vitis.

Aug. tract. 81. in Joan. & Prosper. sent. 368. Ita sunt in vite palmites, ut viti nihil conferant, sed inde accipiant unde vivant. Sic quippe vitis est in palmitibus, ut vitale alimentum subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest [d] utrumque, non Christo. Nam præciso palmite, potest de viva radice alius pullulare: qui autem præcisus est, non potest sine radice vivere.

XXV.

De dilectionem, qua diligimus Deum.

Aug. tract. 102. in Joan. & Prosper. sent. 372. Prorsus donum Dei est, diligere Deum. Ipse ut diligeretur dedit, qui non dilectus [e] dilexit. Displicentes amati sumus, ut fieret in nobis unde placeremus. Diffundit enim charitatem in cordibus nostris Spiritus Patris & Filii, quem cum Patre amamus & Filio. *Rom. 5. 5.*

Ac sic secundum supra scriptas sanctarum scripturarum sententias, vel antiquorum Patrum definitiones, hoc, Deo propitiante, & prædicare debemus & credere, quod per peccatum primi hominis ita inclinatum & attenuatum fuerit liberum arbitrium, ut nullus postea aut diligere Deum sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum quod bonum est, possit, nisi gratia eum & misericordia divina prævenerit. Unde Abel justo, & Noe, [f] & Abrahæ, & Isaac, & Jacob, omnique antiquorum sanctorum multitudini, illam præclaram fidem, quam in ipsorum laude prædicat *Hebr. 11* apo-

a Editi Prosperiani, *quod perdidit*. Verum, *quam perdidit* habetur apud Augustinum loco in margine citato, & in append. to. 10. nec non in sententia Prosperi.

b Sic legitur canon iste in edit. append. to. 10. Aug. & locis Aug. & Prosperi in margine citatis. In edit. vero Prosperi Lovan. Duac. & Colon. *Multa in homine bona fiunt*.

c Editi Lovan. Duac. & Colon. *Si quis autem habet homo veritatem atque justitiam*. August. append. tom. 10. & loci in ora libri citati habent ut legitur in textu.

d Edit. Lovan. Duac. & Colon. *& non Christo*. In append. to. 10. Aug. & locis in margine notatis, *utrumque, non Christo*.

e In Cod. Prosp. Lov. Duac. & Colon. *diligit* ... & infra, *diffudit*. Append. to. 10. Aug. hic & sent. Prosp. ut in textu.

f Sic editio Concilii in append. tom. 10. Aug. ac Mss. recensiti. Prosperiana vero Lovan. Duac. & Colon. *& Abraham . . . in ipsorum laudem*.

apostolus Paulus, non per bonum naturæ, quod prius in Adam datum fuerat, sed per gratiam Dei credimus fuisse collatam: quam gratiam, etiam post adventum Domini, omnibus qui baptizari desiderant, non in libero arbitrio [a] haberi, sed Christi novimus simul & credimus largitate conferri: secundum illud quod jam supra dictum est, & prædicat Paulus apostolus, *Philip. 1. 29.* *Vobis donatum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini*: & illud, [c] *Ibid. 9.* *Deus qui cœpit in vobis bonum, opus, perficiet usque in diem Domini nostri* [b] *Ephes. 2. 8.* *Jesu Christi*: & illud, *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est*: & quod de seipso ait Apostolus, *1. Cor. 7. 29.* *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*: non dixit, quia eram; sed *ut essem*: & illud, *1. Cor. 4. 7.* *Quid habes quod non accepisti?* *Jacob. 1. 17.* & illud, *Omne datum bonum & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum*: & illud, [c] *Joan. 3. 17.* *Nemo habet quidquam*, boni, [c] *nisi illi datum fuerit de super*. Innumerabilia sunt sanctarum scripturarum testimonia, quæ possint ad probandam gratiam proferri, sed brevitatis studio prætermissa sunt; quia & re vera, cui pauca non sufficiunt, plura non proderunt.

Hoc etiam secundum fidem catholicam credimus, [d] quod accepta per baptismum gratia, omnes baptizati, Christo auxiliante & cooperante, quæ ad salutem pertinent, possint & debeant, si fideliter laborare voluerint, adimplere. Aliquos vero ad malum divina potestate prædestinatos esse, non solum non credimus, sed etiam, si sunt qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus.

Hoc etiam salubriter profitemur & credimus, quod in omni opere bono, non nos incepimus, & postea per Dei misericordiam adjuvamur; sed ipse nobis, nullis præcedentibus bonis meritis, & fidem & amorem sui prius inspirat, ut & baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adjutorio, ea quæ sibi sunt placita implere possimus. Unde manifestissime credendum est, quod & illius latronis, quem Dominus ad Paradisi patriam revocavit, & Cornelii Centurionis, ad quem Angelus Domini missus est, & Zacchæi, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, [e] sed divinæ largitatis donum. *Luc. 23. 43* *Act. 10. 3.* *Luc. 19. 6.* *Vide lib. Prosp. contra Collatorem supra cap. 7. pag. 185. & seq.*

Et quia definitionem antiquorum Patrum, nostramque quæ supra scripta est, non solum religiosis, sed etiam laicis, medicamentum esse & desideramus & cupimus: [f] placuit ut eam etiam illustres ac magnifici viri, qui nobiscum ad præfatam festivitatem convenerunt, propria manu subscriberent.

CÆSARIUS in Christi nomine Episcopus, constitutionem nostram relegi, & subnotans subscripsi, quinto Nonas Julii, Decio juniore viro clarissimo Consule.

JULIANUS [g] AMARTOLUS Episcopus relegi & subscripsi.

CONSTANTIUS in Christi [h] nomine Episcopus consensi & subscripsi.

CYPRIANUS.... Episcopus.... subscripsi.

EUCHERIUS.... Episcopus.... subscripsi.

[i] Item EUCHERIUS.... Episcopus.... subscripsi.

HERACLIUS.... Episcopus.... subscripsi.

PRINCIPIUS.... Episcopus.... subscripsi.

PHILAGRIUS.... Episcopus.... subscripsi.

MAXIMUS.... Episcopus.... subscripsi.

PRÆ-

a Lovan. Duac. & Colon. *habere*. Melius legi *haberi* convincit editio append. Aug. to. 10. & sensus loci.

b Desunt hæc verba, *Jesu Christi* in Lovan. Duac. & Colon. Prosperi editionibus. Habentur in appendice August. tom. 10. In utroque textu Apostoli desunt hæc duo, *Domini nostri*

c In Lovan. Duac. & Colon. Prosp. edit. *nisi illud*. Additium, videtur. *illud*, quo caret editio August. append. conformiter textui sacro.

d Lugdunensis, codex, *post acceptam baptismi gratiam*.

e Codex Lugdunensis, *sed gratiæ largitate donata*. Remensis & Bellovacensis, *sed de divinæ largitatis dono*.

f Edit. Prosp. Lovan. & Duac. *placuit ergo ut etiam* Aug. append. tom. 10. ut in textu.

g Hæc vox. *Amartolus* additur in edit. Append. tom. 10. Aug. abest a Prosperi libris Lovan. Duac. & Colon. excusis. Additur quoque in eadem Aug. edit. *in Christi nomine*, & *consensi*.

h Editio append. to. 10. Aug. supplet, hujus Episcopi nomen, & subscriptionem, cum absit a codicibus Prosperi.

i In codicibus Prosperi legebatur: *Petrus, Marcellinus, Felix, Liberius, viri clarissimi & illustres Præfecti Prætorio Galliarum atque Patritii consentientes subscripserunt*. Emendavimus ex editione Concilii ut habetur in append. tom. 10. Augustini, erasis virgulis, & plurali mutato in singulare. Nam recte observat Spondanus tom. 2. Epitomes ad annum 529. pag. 2. falso referri eidem Concilio interfuisse quatuor Præfectos Prætorio, ut textus depravatus habet. Nam, ut Codex Vaticanus docet, quatuor sunt illa nomina personæ unius: & in ipsius Synodi exordio, non quatuor qui interfuerint ibi Præfecti, sed unus dumtaxat Liberius. Patricius nominatur: ac denique hoc tempore Athalarici regis, non quatuor Præfectos Galliam administrasse, sed unum hunc Liberium patet ex ejusdem regis epistola ad eumdem Liberium data, *apud Cassiod. l. 8. ep. 6.* Qui quidem ille ipse esse Liberius invenitur, cui Theodoricus Athalarici prædecessor fasces antea crediderat. Quippe qui inter alias præclare ab ipso, bello paceque in Italia, Gallia, & alibi gesta, commendatus ex eo habetur, quod Italos Gothis consociarit, tertia agrorum parte illis concessa. *Ibid. l. 2. epist. 15. ad Senat.*

PRÆTEXTATUS.... Episcopus.... subscripsi.

ALETHIUS..... Episcopus..... subscripsi.

LUPERCIANUS.... Episcopus.... subscripsi.

VINDEMIALIS..., Episcopus.... subscripsi.

[a] PETRUS MARCELLINUS FELIX LIBERIUS vir clarissimus & illustris Præfectus Prætorii Galliarum atque Patricius, consentiens subscripsi.

SYAGRIUS vir illustris consentiens subscripsi.

OPILIO vir illustris consentiens subscripsi.

PANTAGATHUS vir illustris consentiens subscripsi.

DEODATUS vir illustris consentiens subscripsi.

CARIATHTO vir illustris consentiens subscripsi.

MARCELLUS vir illustris consentiens subscripsi.

[b] NAMATIUS vir illustris consentiens subscripsi. b

a Ex eadem edit, tom. 10. Aug. oper. mutamus, *subscripsit*, quod legitur in codicibus Prosperianis, in *subscripsi* hic & in sequentibus.

b Hoc nomen, & hæc subscriptio additur ex Augustini to. 10. in append; cum desit editionibus Prosperi Lovan. Duac. & Colon. Cujus auctoritate in subscriptionibus sex quæ precedunt posuimus, *vir illustri*, ubi antea habebatur, *vir clarissimus*.

ADMONITIO.

DE OPUSCULO SEQUENTI.

De hoc opusculo, quod primo editum est a Sirmondo sub nomine Confessionis Prosperi Aquitani, quod habetur etiam in MS. Julienſi inter cetera S. Prosperi opera, hoc censet sæpe laudatus a nobis Josephus Antelmius Presbyter & canonicus Forojulienſis, in eo libro cui titulum fecit, De veris operibus SS. PP. Leonis Magni & Prosperi Aquitani Dissertationes criticæ, *Dissertatione septima, quæ est*, De suppositis S. Prospero scriptis & tractatibus *pag.* 370. *Quod supereſt, præter ista* „ *opera Prospero supposita, alia non animadverti alicujus nominis ac celebritatis, quæ sub ejus nomine circumferantur. Extat quidem* Confessio „ Tyronis Prosperi, *quam primum Jac. Sirmondus publicavit anno* 1619. „ *ex Bibliotheca Vaticana, post Eugenii & Dracontii carmina: at in qua* „ *vix aliquid deprehendere licet Prosperi stilo satis simile, aut ejus famæ valde consentaneum; pro qua illi asserenda multum sollicitudinis impendi debeat. Qua in re Antelmio omnino assentitur celeberrimus doctissimusque auctor Bibliothecæ novæ Scriptorum Ecclesiasticorum, parte secunda Tomi tertii, qui est de Scriptoribus quinti Ecclesiæ sæculi pag.* 451. De Prospero: *ubi illam Confessionem vocat, Opus nullius momenti, & tanto Patre indignum. Alius tamen vir Ecclesiasticorum Monumentorum peritissimus scriptor, de hac opella paulo meliora sentiens, satis eleganter scriptum opus judicat, ut Magno Prospero tribuatur: nec tamen aliquid certi hac in re statuens, cum libelli sequentis auctoritatem non audeat penitus rejicere, nec illum vult etiam pro indubitato Prosperi nostri fœtu admittere. In tam diverso sapientissimorum Criticorum judicio, multo minus licuit nobis quidquam, quasi pro indubitato, decernere, sed cautius fore visum est, si hanc elucubrationem dubiis Prosperi operibus, non tamen certo suppositis, accenseremus.*

CON-

CONFESSIO

QUÆ DICITUR

PROSPERI AQUITANI.

NAto mihi quondam sub lege peccati, & transfusa in me a parentibus [a] ordinaria mortis conditione captivo; ne longo ferocis Domini jure derinerer, inter ipsa me vitæ initia, misericors & miserator Domine liberasti. Ante inveni tyrranicidam, [b] quam experirer tyrannum: & prius adeptus sum redemptionem, quam intelligerem servitutem. Querantur qui volunt de salutis suæ celeritate; ad excusationem violatæ regenerationis, rudem ætatem & imprudentes causentur annos: mihi semper adorabitur velox dignatio, & [c] properata clementia. Nam velut ignaro mihi hoc unum profuisse intelligo, quod licet ego a donis tuis recesserim, in me tamen tua dona manserunt. Renatus itaque in Christo Jesu per Spiritum-sanctum tuum, heres adscriptus, filius nuncupatus, nihil minus quam senior frater accepi. Quin etiam remisso legalis observantiæ onere, initiatus a gratia, non de Jacob, sed de Esau, Israel tuus factus sum. Felix profecto, si acceptam substantiam, non dicam multiplicatam, sed integram, vel otiosa innocentia, si non operante servassem. Sed, heu me miserum! relicta Patris domo, abii in voluntarium desertor exilium; & duce vitiorum omnium multitudine, intima quæque Ægypti per spacioforum itinerum proclivia deceptus intravi. Illic attrita decoris stola, & nobilitatis veste corrupta, inopem me, & paternorum decoctorem bonorum, subdoli comites, infideles amici, sub hasta mortis, & auctione peccati, cupidissimis licitatoribus vendiderunt. Sub quorum longo & gravi confectus imperio, in Babyloniorum etiam jura transivi. Ibi cum per innumeras sævissimarum dominationum vicissitudines, non [d] subjectione corporis, sed animæ sudore servirem, & dignis confusus officiis, pejore quotidie status mei conditione turbarer: subtraxi me, quantum ab istantibus dominis licuit, in occultum spiritus cordisque secretum: & apprehenso cujusdam sanctarum scripturarum volumine, quid mihi adhuc spei supereset inspexi: ac multo perfusus imbre lacrymarum, Quousque, inquam, dominabuntur mihi qui me oderunt? Quamdiu inimicis meis serviam? Istis quidem ipse me dedi, & per lethiferas voluptates pretium meæ perditionis accepi: sed pacisci de me meo jure non potui; habebam enim dominum, & meus non eram. Scio enim me ejus redemptum sanguine, cui cælestia, & terrena, & inferna subjecta sunt. Quid istis mecum est, quorum commercium mors est? Revertar ad eum qui me emit ad vitam. Ac ne me revertendi moretur facultas, quia in medio gentis alienæ sum, & regni sui limites barbarus dispositis [e] servat excubiis; bene est, quod redemptorem meum tenentem omnia, loca non tenent. Præsens cælis, inferis adest, totus in abyssis est, totus in terris: non itinere adeundus, non navigatione quærendus est. Ipsum in Jerusalem reliquimus, ipsum in Ægypto prætermisimus, ipsum inter Babylonios non videmus. Sed quæramus, & apparebit; pulsemus, & aperiet; petamus, & tribuet. Verum, heu me miserum! erubesco quia nudus sum, & nihil habens, quo membrorum meorum inhonesta circumtegam: obscœnæ egestatis dedecore confundor: tum quo ore, quave conscientia, tantæ familiæ oculos, & tanti Patris subibo conspectum? Quasi vero tolerabilius judicium sit accusatis, quam confessis, reis contumacibus, quam supplicibus, exhibitis, quam reversis. Habeat quantaslibet crucis ignominia [f] pœnitentias, levior erit ignis verecundiæ, quam gehennæ.

S. Prosperi. LII AD-

a Mſ. Jolienſis, *ordinaria mortis*.

b Mſ. Jolienſis hæc addit, *quam experiter tyrannum: & prius adeptus ſum redemptionem, quam intelligerem ſervitutem*.

c Sic corrigimus ex Mſ. Jolienſi. Editi, *præparata*.

d Editiones, *in ſubjectione* Mſ. Jol. caret. præpoſitione.

e Mſ. Jolienſis, *ſeruet*.

f Mſ. Jolienſis, *pœnitentis*,

ADMONITIO.

DE POEMATE CONJUGIS AD UXOREM.

CArmen Anacreonticon ad uxorem, quo ipsius auctor uxorem suam hortatur, ut se totam deo dedicet, non quidem inter subdititia falsoque titulo adscripta Prospero, sed nec inter certa & indubitata ejus opera censeri posse jam ab aliis est animadversum. Unde dubiis accenseri debere judicavimus. Est certe vere dubitandi locus, an sit Prosperi. Nam Rosveydus vir eruditionis non vulgaris, Prospero, sub cujus nomine legebatur alias, opus istud abjudicavit, & S. Paulino Nolano, in ejus Operum recensione, adscripsit, cognita utique caussa, ut videtur. Sed refragatur omnino doctus juxta atque accuratus ejusdem Paulini operum novissimus editor & scholiastes tomi 2. Dissert. 6. ubi etsi fateatur hoc Carmen ad stilum Paulini Nolani & sermonem in pluribus poematum locis satis accedere, lectore in judicem assumpto, tamen assere non dubitat poema istud, licet egregium & jucundissimum, aliis tamen Pau-

„ *lini carminibus suavius & liberius fluere. Tum hæc subjungit: At*
„ *quod istud carmen Paulino potest abjudicare, illud nempe est, quod*
„ *universum orbem, in ea generali eversione rerum & perturbatione de-*
„ *scribit, quam expertum est anno 407. Occidentis Imperium. Verum*
„ *Paulino tunc temporis non necesse fuit ut se & uxorem ad Christia-*
„ *nam vitam hortaretur, & designaret quomodo facultatibus suis uteren-*
„ *tur. Arbogastus maximas in Occidente turbas fecit: cum anno 392.*
„ *15. Maii die juniorem Valentinianum strangulari jussit, & diadema*
„ *Eugenio imposuit. At illud Carmen hoc non adumbrat. Hactenus*

Paulini Illustrator, qui quidem apposite observat, quibus temporibus Imperium Romanum tantis infestationibus premebatur & agitabatur, necesse non fuisse Paulino Therasiam sanctissimam conjugem ad similia adhortari, cum illa dudum ut sponsi imitatrix Christianæ perfectionis iter fuisset ingressa, nisi forte & currentem quandoque monere non inutile quis dixerit.

Hinc etiam prohiberi se testatur idem Auctor, ne carmen illud Paulino assignet, quod, inquit, in quatuor MSS. Codicibus Prospero tribuatur, in nullis Paulino, cujus historiæ prorsus non respondet. Quod certe tam grave est, ut Paulini fœtum agnoscere in illo non audeat. Quo postremo quatuor MSS. non a se visorum testimonio Antelmius in Dissertat. IX. in Opera Leonis & Prosperi quintum adjungit quem præ manibus habuit optimæ notæ ante annos DCCC. ut judicabat, exaratum, quem ex Massilienſi civitate, ubi clarior & carior Prosperi memoria, in Aquensem, quo tum degebat, transmissum, & in amplissimi Senatoris

ris Thomaſſini Bibliotheca aſſervatum, ſibi illuc advenienti manere non potuiſſe incognitum, teſtatur: verum ab hujus copioſæ Bibliothecæ poſſeſſore cum multis & præmultis inter plura adjumenta, dicit a ſe ſuſceptum. Porro talis codex nonniſi Proſperi epigrammata contigebat, quibus ſententiæ ab eo excerptæ præponuntur. In hoc poſt epigramma 97. de cohibenda ira *&c. hoc verſu deſinens,* creſcere non cupiens perdit adepta tepens, *immediate ſubjungitur, Metrum Anacreonticon, ab his verbis* Age jam precor mearum, *ad hæc,* Quibus occupare animas fuit voluptas. *Atque hic expliciunt verſus, ſimulque cum pagina & Codex totus cum his verbis,* Finit liber. *Deſiderantur itaque in hoc codice quæ ab aliis exhibentur exametra pentametris intermixta jambis iſtis cohærenti conceptuum ſerie ingenioſe illigata. Quæ conſuetudo non extranea eſt Proſpero, qui carmen de ingratis omnium celeberrimum duplici verſuum ſerie variaſſe agnoſcitur: aliter enim in Prologo, quam in Poemate cecinit.*

Quæ porro Paulini hiſtoriæ prorſus non reſpondere videntur viro docto, rerum temporumque circumſtantiæ, carmine, de quo hic agitur deſcriptæ, Proſperi perſonæ congruentius forſan aptarentur: quippe quem ſub exitum quarti ſæculi, & conſequentis initium Chriſtianæ pietatis ſtudia magis afficere primum potuerunt, ſuam ut conjugem (ſi tamen conjugatus vixit aliquando) ad pares auſus tam ſuavium conſiliorum incitamentis ſtimularit.

Ad id etiam facit Bedæ in fine libri de arte Metrica teſtificatio, qui carmen iſtud Tironi Proſpero diſerte adſcribit. Metrum anacreonticum, inquit, quo uſus eſt Proſper Tyro in principio exhortationis ad conjugem, ita dicens Age jam precor &c.

Sed (ſi præfato critico doctiſſimo creditur) nec omnino carent Proſperianis lineamentis hæc carmina; & caſtiſſimis Proſperi ſenſibus plena ſunt, ejuſque veros affectus ſincere reddunt, & locutiones non raro eaſdem exhibent. Nec tamen ille quantumvis aveat quæcumque poteſt cum aliquo fundamento, Proſpero vindicare opera, quid certi de tali carmine audet ſtatuere, poſt quaſi cohibitum repreſſumque circa illud aliorum judicium, animique etiamnum pendere ſe fatetur: nam etſi hinc paulo comptius & elegantius agnoſcatur quam reliqua poetice ſcripta Proſperi, inde retinet ætatis circumſtantia, qua elucubrari debuit. Cum enim converſionis initio digeſtum eſſe pateat, & minus tunc erat cæleſtibus aſſuefactus atque diſtentus Aquitanus noſter, ita magis juvenilis ejus animus arti & concinnitati ſtudens hanc elegantiam affectare potuit, quam maturior ſanctiorque factus poſtea reſpuerit vel neglexerit. Quibus perpenſis, dum meliora ab aliis otioſius rem totam librantibus opperitur, judicio ſuſpenſus manet & indeterminatus. Poſt hanc eruditorum fluctationem, quid ſecurius nobis & ab omni temeritatis nota magis alienum erit, quam ſi hoc opus nec inter veros, nec inter ſpurios ſuppoſitoſque Proſperi fœtus, ſed inter dubios exhibeamus.

POEMA CONJUGIS AD UXOREM.

Uxorem hortatur ut totam se Deo dedicet.

AGE // jam precor mearum
Comes irremota rerum,
Trepidam brevemque vitam
Domino Deo dicemus.
Celeri vides rotatu
Rapidos dies meare,
Fragiliſque membra mundi
Minui, perire, labi.
Fugit omne quod tenemus;
Neque fluxa habent recurſum:
Cupidas, // vagaſque mentes
Specie trahunt inani.
Ubi nunc imago rerum?
Ubi ſunt opes potentum,
Quibus occupare captas
Animas fuit // voluntas?
Qui centum quondam terram vertebat aratris,
Æſtuat, ut geminos poſſit habere boves.
Vectus // magnificas carpentis ſæpe per urbes,
Rus vacuum feſſis æger adit pedibus.
Ille decem celſis ſulcans maria // ante carinis,
Nunc lembum exiguum ſcandit, & ipſe regit.
Non idem ſtatus eſt agris, non urbibus ullis.
Omniaque in finem præcipitata ruunt.
Ferro, peſte, fame, vinclis, algore, calore,
Mille modis miſeros mors rapit una homines.
Undique bella fremunt, // omnes furor excitat, armis
Incumbunt reges regibus innumeris.
Impia confuſo ſævit diſcordia mundo,
Pax abiit terris, ultima quæque vides.
Et ſi concluſo ſupereſſent tempora ſæclo,
// Aut poſſet longos mundus habere dies:

Nos

℣. 1. Metrum Anacreontium, quali ſcanduntur ſexdecim primi verſus ſequentes, quod & Colobon, id eſt, mutilum, dicitur, recipit anapæſtum, duos iambos, & unam ſyllabam, ut

Age jam precor mearum.

Quamquam docuit Georgius Fabricius de re poetica lib. 1. quod metrum Anacreontium ſeu heptaſyllabum habet loca tria, & ſyllabam unam: pedes habet uſitatos duos, iambum & ſpondeum: loco primo ponitur iambus vel ſpondeus, & hujus reſolutione interdum anapeſtus, reliquis ſolus iambus, ut

Sat eſt quiete duci,
Feſſum fovere corpus.

℣. 11. Mſſ. ſeptem, *cupidaſque vana mentes.*

℣. 16. Editor Operum S. Paulini ſcripſit *voluptas*: ut in Mſ. Jolienſi. Editi noſtri cum Mſſ. aliis *voluntas.*

℣. 19. Mſ. Cambronenſis, *magnificis.*

℣. 20. Sic Mſſ. tres. Alii codices, *maria alta.*

℣. 27. Ita Mſſ. quatuor Edit. Ven. *hominis furor hæſitat armis.* Mſ. Lugdun. & edit. recentiores, *hominis furor excitat.* Mſ. Colb. unus, *excitat arma.*

℣. 32. Mſſ. quinque *Aut poſſet.* Mſ. Theodor. *Et poſſet. armis.* Alii, *Ut poſſet.*

Nos tamen occaſum noſtrum obſervare diceret,
Et finem vitæ quemque videre ſuæ.
Nam mihi quid prodeſt, quod longo flumina curſu
Semper inexhauſtis prona feruntur aquis?
// Multa quod annoſæ vicerunt ſæcula ſilvæ,
Quodque ſuis durant florea rura locis?
Iſta manent, noſtri ſed non manſere parentes:
// Exigui vitam temporis hoſpes ago.
Non ergo ſumus // hic ne quidquam in ſæcula nati,
Quæ pereunte nobis, & quibus occidimus:
Sed vitam æternam vita ut mereamur in iſta,
// Et ſubeat requies longa labore brevi.
Et tamen iſte labor // ſit forte rebellibus aſper,
Ac rigidas leges efferra corda putent:
// Non tamen hæc gravis eſt manſueto ſarcina dorſo,
Nec lædit blandum mitia colla jugum.
// Tota mente Deus, tota vi cordis amari
Præcipitur; vigeat // cura ſecunda hominis.
Quod ſibi quis nolit fieri, non inferat ulli,
Vindictam læſus neſciat exigere.
Contentus modicis, vitet ſublimis haberi;
Sperni non timeat, ſpernere // non libeat.
Parcus, vera loquens, & mente & corpore caſtus,
Inſontem vitam pacis amator agat.
// De proprio cunctis, quos cernit egere, benignus:
Non ſua non cupiat, quæ ſua ſunt tribuat.
Quid, rogo, mandatis durum cenſetur in iſtis?
Aut quid erit, quod non poſſit // obire fides?
Qui credunt ſacros verum ceciniſſe Prophetas,
Et qui non dubitant verba manere Dei.
// Qui Chriſtum paſſum pœnas crucis, ultima mortis;
// In toto excelſi Patris honore vident,
Quique ipſum multa cum majeſtate tremendum
Expectant pingui lampade pervigiles,
His ſordent terrena, patent cæleſtia, nec ſe
Captivos // ſervos temporis hujus agunt.
Non illos fallax cepit ſapientia mundi,
Nec curas ſteriles inſeruere polis.
Imperia & faſces, indocti munera vulgi,
Quaſque orbis ſcelerum ſemina fecit opes,
Calcarunt, ſancta cælum ambitione petentes.

Suf-

℣. 37. Mſ. Colb. unus, *Multaque jugoſa*.
℣. 40. Mſ. Jol. *Exiguam vitam*. Mſ. Colb. *Exigui vitam corporis*.
℣. 41. Mſ. Jolienſis, *hæc*.
℣. 44. Sic Mſſ. quinque. At editi, *Ut ſubeat*. Edit. Ven. in primo verſu omittit. *ut: vita mereamur in iſta*.
℣. 45. Mſſ. cod. Jol. Colb. unus & Vict. duo. *ſit*: & verſu ſeq. *putant*.
℣. 47. Mſſ. quinque, *Non autem gravis eſt*. Vulgata lectio concinnior.
℣. 50. Mſſ. quinque, *vigeat cura ſecundi hominis*. Quo putamus doceri, ut quæratur *primum regnum Dei*. Quod Chriſtus præcepit. *Matth.* 6. 33. Editi, *ſecunda*.
℣. 54. Mſſ. tres, *non ſoleat*.
℣. 57. Mſſ. ſex & editio Paulini, *Det proprium cunctis*. Editio Ven. *Et proprio paſcat loculo quos norit egentes*.
℣. 60. Mſ. Camb. *adire*. Mſſ. alii quinque, *habere*.
℣. 63. Edit. Ven. *Quique Redemptore paſſum crucis ultima morte*.
℣. 64. Mſſ. quatuor, *In toto celſi Patris*.
℣. 68. Mſ. Jol. & Mſ. Corb. a ſecunda manu, *ſervi temporis*.

// Suffragiis Chriſti, & plauſibus Angelicis.
// Nec labor hos durus vincit, nec blanda voluptas,
Quærere nil cupiunt, perdere nil metuunt.
Omnia non Chriſti, qui Chriſti eſt, odit in illo
// Se ſtatuens, in ſe qui gerere optat eum.
// Ille Deus rerum, cæli terræque creator,
Me propter ſacra Virgine natus homo eſt.
Flagris dorſa, alapis maxillas, ora ſalivis,
Præbuit, & figi ſe cruce non renuit.
Non ut tanta Deo quidquam patientia ferret,
Cujus nec creſcunt, nec minuuntur opes:
Sed quod erat // vitiatum in me, ut ſuperaret in illo,
Factus ſum Chriſti corporis, ille mei,
Me geſſit moriens, me victa morte reſurgens,
Et ſecum ad Patrem me ſuper aſtra tulit.
Quidnam igitur tanta // pro ſpe tolerare recuſem?
Aut quid erit, quod me ſeparet a Domino?
Ignem adhibe, rimare manu mea viſcera, tortor:
Effugient pœnas membra ſoluta tuas.
Carcere ſi cæco claudar, nectarque catenis,
Liber in exceſſu mentis adibo Deum.
Si mucrone paret cervicem abſcindere lictor,
Impavidum inveniet: mors cita, pœna brevis.
Non metuo exilium, mundus domus omnibus una eſt,
Sperno famem, Domini // ſit mihi ſermo cibus.
Nec tamen iſta mihi de me fiducia ſurgit,
Tu das, Chriſte, loqui, tuque pati // tribuis.
In nobis nihil audemus, ſed fidimus in te,
Quos pugnare jubes, & ſuperare facis.
Spes igitur mea ſola Deus: quem crederc vita eſt,
Qui patriæ civem me dedit alterius.
Sorte patrum occiduum juſſus tranſcurrere mundum,
Sub Chriſti ſacris advena miles eo:
// Nec dubius me jure brevi terrena tenere,
Sic utar propris, ceu mea non mea ſint.
Non mirabar opes, nullos ſectabor honores,
Pauperiem, Chriſto divite, non metuam.
Qua ſtetero adverſis, hac utar mente ſecundis.

// Nec

℣. 74. *Suffragium* ſecunda correpta etiam alibi occurrit. In epigrammatis ſacris urbis Romæ apud Gruterum pag. 1166. num. 2. in epitaphio Bonifacii Papæ.

Iſta ſanctorum ſunt pia ſuffragia.

Paulinus quoque Carm. 32. ℣. 616.

Infantes caſtis vincito ſuffragiis.

Immo & inter prophanos Ovidius.

Quid niſi ſuffragium nimbos vitantibus eſſem?

Ibid. Mſ. Jolienſis omiſſo &, *plauſibuſque Angelicis.*

℣. 75. Mſſ. Jol. & Germ. *vicit durus.* Mſ. Colb. *ſuperat.*

℣. 78. Mſ. Cambron. *Æſtuat in ſe ſe* &c. Id eſt, odit omnia, *adhuc autem & animam ſuam*, juxta. Luc. 14. 26. Alii omnes *in illo ſe ſtatuens, in ſeſe qui gerere optat eum.*

℣. 79. Sic cum Mſſ. ſex & edit. Ven. editor Paulini. Alii, *Ille Deus cæli, rerum terræque creator.*

℣. 85. Mſ. Camb. cum Paulino, *vitiatum in me.* Alii, *victum in me* præter Mſ. Theod. ubi habetur *victum de me.* Vulgata lectio deficit numero ſyllabarum.

℣. 89. Editio Veneta ſola, *vivens Proſper tolerare recuſem.* Forte ex ingenio ſcribæ aut editoris cujuſpiam, qui hoc opus Proſperi eſſe certo ſibi in animum induxerat.

℣. 98. Sic edit. Paul. ex Mſſ. Germ. Jol. & r. Vict. Alii codices, *ſit mihi.*

℣. 100. Mſſ. tres, *tribues.*

℣. 107. Mſ. Reg. *Nec dubito.* Deinde Mſ. Colb. *Sic utor.*

// Nec mala me vincent, nec bona me capient.
Semper agam grates Christo, dabo semper // honorem:
Laus Domini // semper vivet in ore meo.
Tu modo fida comes, mecum isti accingere pugnæ,
Quam Deus infirmo præbuit auxilium.
// Sollicita elatum cohibe, solare dolentem:
Exemplum vitæ simus uterque piæ.
Custos esto tui custodis, mutua redde,
Erige // labentem, surge levantis ope.
// Ut caro non eadem tantum, sed mens quoque nobis
Una sit, atque duos spiritus unus alat.

℣. 112. Mſ. Regius. *Nec bona me vincent, nec malæ me capient.* Non tam bene, ut videtur.
℣. 113. Ita Mſſ. Reg. Colb. Germ. & Vict. unus. Alii codices, *honores.*
℣. 114. Ita legitur in Edit. Paulini & Mſſ. Colb. Theodoric. & Camb. In reliquis *vigeat semper.*
℣. 117. Mſſ. Theodoric. Germ. & Vict. unus *sollicite.*
℣. 120. Mſ. Theodoric. *labantem.*
℣. 121. Editio Ven. *Ut caro non eadem, sed tantum mens quoque nobis.*

ADMONITIO IN CARMEN

De Providentia Divina.

UT Carmen de Providentia divina genuinis operibus sancti Prosperi Aquitani sine scrupulo non accenseatur, nec tamen statim inter supposita numeretur, suadent diversa eruditorum de eo judicia. Etsi enim primo sub sancti Prosperi Aquitani nomine prodierit in editione Lugdunensi anno 1539. diu est tamen cum ab aliis Operum Sancti Prosperi editoribus cum hac cautione editum est, ut sedulo observaretur, Prosperi non videri carmen hoc, sed cujuspiam haud integre gratiam Christi explicantis. Id enimvero notatum legimus in editionibus antiquis, Lovaniensi anno 1565. studio Joannis Sotelli Collegii minoris Theologorum Lovaniensium alumni procurata: tum in Duacensi anno 1576. curis Joannis Olivarii perfecta: quam Colonensis anni 1630. & aliæ subsequentes de verbo ad verbum sunt imitatæ. In illa autem Duacensi editione doctissimus Editor, in Epistola ad lectorem, cum Catalogum contexit operum a se emendatorum & in lucem emittendorum, ac de singulis judicium suum paucis profert, de hoc quem in manibus habemus „ *sic pronuntiat: Carmen (inquit) de Providentia Dei a D. Pro-* „ *speri Operibus removendum duximus: quia Pelagianæ doctrinæ est,* „ *cui Prosper infestissimus fuit. Docet enim optimum quemque non plus* „ *gratiæ accipere quam pessimum: sanctos patres ex lege naturæ bonos* „ *fuisse: a voluntate nostra præveniri auxilium Dei, & alia multa* „ *errori Pelagii consona, quæ Divo Prospero numquam placuerunt.* „ *Nec novum est (subdit ille) magnorum virorum scriptis opera quæ-*

„ *dam*

„ dam hæreticorum inferi ; cum inter libros Hieronymo adscriptos repe-
„ riamus & epistolam Pelagii ad Demetriadem, & Commentarios bre-
„ ves in omnes Epistolas Pauli, excepta ea quæ est ad Hebræos. Si-
„ militer epistolam Cælestii ad parentem de licentia divinæ legis. Item
„ epistolam de duobus filiis frugi & luxurioso, non illam quæ est ad Dama-
„ sum, sed quæ incipit, Omnium quidem de scripturis, &c. & alia mul-
„ ta, quæ non sunt hoc loco recensenda. Ad quem modum etiam inter Au-
„ gustini opera irrepsit liber quæstionum veteris & novi Testamenti, qui in-
„ ter cetera asserit Melchisedech esse Spiritum-sanctum, Sacerdotemque sum-
„ mum: quam ob rem merito est a Divo Hieronymo in Epistola ab Eva-
„ grium rejectus. Eodem errore (pergit ille) inscribitur liber Gennadii de
„ Ecclesiasticis dogmatibus Augustino: cui, quoniam non satis catholicus
„ est, studiosus quispiam ex epistola prima Cælestini & Concilio Arausica-
„ no secundo aliquot capitula subjecit, nempe 22. 29. & sequentia. Quæ
„ licet ejusdem libri esse videantur, tamen in nonnullis exemplaribus tam
„ impressis, quam scriptis omissa inveniuntur, sicque capiti vigesimo primo
„ libri ejusdem ex professo repugnant, ut aliquantulum consideranti satis sta-
„ tim eluceat, non nisi ad ejus redargutionem esse annexa. Quo consilio (con-
„ cludit ille) & Carmen de Providentia adjunctum videtur Carmini de
„ Ingratis, ne cum esset pernicioſum, suo careret antidoto, si sejunctim le-
„ geretur. Hæc ille.

Utriusque judicio assentitur Bellarminus in libro de Ecclesiasticis scriptoribus: in quo Eminentissimus & eruditissimus auctor hoc ipsum opus semipelagiano potius quam sancto Prospero tribuendum esse judicavit. Auctor quoque novæ Bibliothecæ scriptorum Ecclesiasticorum parte 2. tomi tertii eadem fere quæ supra, in Poematis parente arguens; hæc præcise esse notat quæ Prosper impugnavit, tam in suo contra Ingratos Poemate, quam in aliis suis operibus. Nec si supponatur cum auctore Dissertationis in opera sancti Prosperi, hunc quædam sancti Augustini doctrinæ emollimenta quæsisse, ullatenus vero simile esse contendit, eo usque tantum virum declinaturum fuisse, ut quod alias totis viribus impugnarit, scriptorum priorum velut oblitus, hic imprudenter propugnaret.

Atque ut lectores non lateat quæ potissimum loca eo in opere supra dictis displicuerit: id observatum ab editione Lovaniensi & deinceps, ut duplici virgula in margine appositæ signarentur quæ reprehensionem mererentur; quod & nos pariter observandum duximus. Et licet, ex benigniori quorumdam sententia in hunc librum, hæc & alia istiusmodi per opus de Providentia Dei respersa, ex parte saltem ad catholici sensus normam aptari queant: vix tamen omnia (ex Antelmii judicio) ad Prosperianos conceptus congruenter reducentur. Quia de arbitrii naturali possibilitate, & de virtutum residuo post peccatum semine, aliter interdum mentem suam aperire studuit sanctus Aquitanus noster.

Antelm. Dissert. 9. de ver. Op. SS. PP. Leonis & Prosperi.

Hinc factum est, ut alius a Prospero auctor huic operi a nonnullis quæreretur. Quos inter Henricus Norisius lib. 2. Historiæ Pelagianæ cap. 13.

Hi-

Hilarium Arelatenſem hujus Carminis auctorem eſſe ſuſpicatus eſt; cum illud ſemipelagianum eſſe pateat. Quod ſi tam aperte pateret, quam putat vir doctus, magis hæc illi ſuſpicio ableganda foret: cum Hilarius e contra nullo ex probato teſtimonio ad ſemipelagianorum partes tranſiſſe convincatur, ut demonſtravit alias Antelmius in Lirinenſium ſecretis.

Ad inveſtigandum porro Carminis hujus auctorem quod attinet, nihil ultra ex Gennadio ſcriptorum ſui temporis recenſitore pro Hilario ſuſpicari datur. Quippe qui poſtquam de eodem in Catalogo cap. 69. ait, Abſque perſonarum acceptationibus omnibus caſtigationem ingeſſit *: ut præfert MS. codex Biblioth. Benedictinæ ſancti Germani Pratenſis ante annos mille in membrana exaratus; cum alii tam editi quam MSS. habeant,* Sine perſonarum exceptione & acceptione omnibus caſtigatum opus prædicationis ingeſſit; *quæ ſenſum adeo clarum non reddunt, & minus conſequentibus cohærent: poſt iſta, inquam, relata, non niſi aliqua & parva tantum Hilarium edidiſſe refert Maſſilienſis Presbyter: ex quibus, quæ illi præcipua eſt, ſancti Honorati Arelatenſis vita dumtaxat recenſetur. Quod vero alter Honoratus, Maſſilienſis ſcilicet, in Hilarii vita, præter multa præclara copioſeque relicta ingenii monimenta, compoſuiſſe teſtatur* etiam verſus fontis ardentis; *hoc præconium illis de Providentia verſibus congruenter aptari poſſe cenſet ſupradictus Antelmius: & ſi forſan (ſubdit ille) divinare tam obvium non eſset, cur Gennadius illorum mentionem non feciſset, ſi tam eorum ſenſa quam auctorem ſemipelagianum aperte cognoviſset. Idem tamen doctiſſimus Cenſor monet, hæc carmina in nonnullis caute eſſe legenda, viro tamen pio ac erudito, & Hilario haud impari non eſſe indigna; cum, his paucis demptis, ſentiat ut Proſper Anonimus iſte: in quo ſenſus & verba Proſpero familiaria, elocutioneſque Proſperianis ſimiles obſervat. Quo factum eſt, ut Labbeus libro de ſcriptoribus Eccleſiaſticis, licet a Joan. Heſſels & Joan. Olivario, quos ipſe non improbat, idcirco annexum fuerit, ut jam obſervatum eſt, opuſculo huic Poema de Ingratis, non quod iſtud initio Proſperi exiſtimatum ſit, ſed ut remedium præſens veneno pararetur: ille tamen in hoc propendeat ut credat, ex Proſperianis lineamentis, quæ in hoc opere agnoviſſe ſe exiſtimat, primum deceptos librarios hoc opus indubitanter Aquitano noſtro affinxiſſe; ea pene indiligentia, qua tractatus alios iſtius ſtilo magis repugnantes eidem adſcribere non dubitarunt; etſi illud ipſum ab Hincmaro ut Proſperianum recognitum eſſe legatur: quod quidem ſententiam antiquiorem probat. Huic autem opinioni occaſio naſci potuit quod ſcriptor ille ævo Proſperi floruit, carptimque ſuo in Carmine Vandalorum Getarumque ſeu Gothorum in ſolum noſtrum irruptiones attigerit, quorum ſanctus Proſper & teſtis & narrator fuit in Chronicis.*

Quæ omnia attentius conſiderans ſupradictus Cenſor, nec ullum hac tempeſtate in Galliis, ubi hæc præcipue contigerunt, ſcriptorem alicujus nominis huic elucubrando carmini idoneum animadvertens, facile tribueret

hoc opus Prospero nostro, nisi aliunde dissimulare sibi nequiret quantum differat carmen istud a castigatissimis sensibus sancti Prosperi. Unde quousque ex doctiorum criticorum examine & judicio lux major affulgeat, a judicio hac in re ferendo abstinendum sibi putavit. Cui nos quoque hac in parte subscribimus.

Cum autem per decem annos integros hic descriptis calamitatibus oppressæ ingemuerint Galliæ nostræ; in quas sub anni 406. finem irruperant Barbari; quo tempore Auctor antea scribendis carminibus venam exercere assuetus, publicarum miseriarum partem non modicam ferens, a scribendo retardatus fuerat; tandem anno, ut videtur, 416. iterum se ad opus tamdiu intermissum accinxit. Unde operis ætatem facile agnoscas.

ARGUMENTA CAPITUM CARMINIS DE PROVIDENTIA DIVINA.

CAPUT I. PROLOGUS. *Auctor carminis a scribendis versibus calamitatibus publicis retardatus, querulorum vocibus coactus Dei providentiam tueri suscipit. Hos maxime urebat quod etiam insons ætas, & ipsa sacra hostilem furorem senserant. Auctor ipse sub potestatem hostium, urbe sua conflagrante, redactus. Etiam pacis tempore boni gemunt, mali gaudent. Hinc pulsatur divina providentia.*

CAP. II. *Omnes semper Deum esse, & cunctorum auctorem senserunt, qui omnia ut voluit, sed sapienter disposuit.*

CAP. III. *Deus mundum quem condidit, regit sine fatigatione. Nec de illius judicandum, ut de hominum regimine.*

CAP. IV. *Deo, cui potestas non deest, etiam voluntatem inesse hominem providentia sua curandi.*

CAP. V. *In quo differant a primo parente homines post lapsum. Diaboli invidia adversus hominem primum. Justi aliqui qualibet mundi ætate. Exempla providentiæ Dei erga homines ante Legem. Abel, Cain, Raptus Enoch & Eliæ quid doceat. In Diluvio cur servata domus Noe. Abrahæ fides. Loth servatus. Joseph in Ægyptum venditus. Moyses populum educens ex servitute. Protectio Dei erga filios Israel in deserto.*

CAP. VI. *Exempla providentiæ Dei in Lege. Mens speculum est quod fides tergit. Lex & prophetæ Christum annuntiarunt.*

CAP. VII. *Contra Eutychem, de Incarnatione. Neminem salvatum unquam sine fide Christi Incarnationis. Lex observatu facilis per gratiam Christi, qui quod præcepit, prior ipse fecit.*

CAP. VIII. *Homo, qui divinæ providentiæ ingratus non sibi imputat peccata sua, refellitur: quia cum libero arbitrio creatus, per illud peccat. Quæ homini cavenda in mundo, si virtutem colere curet. Quis rerum temporalium usus. Sancti omnes iisdem tentationibus, quibus nos, subjecti, quomodo eas vicerint.*

CAP. IX. *Contra eos qui peccata sua sideribus imputant. Libertas arbitrii sola caussa peccati. Non homo sideribus subditur, sed aliquando sidera hominibus sanctis subdita fuere. Josue, Elias. Vanæ & noxiæ prædictiones humanorum actuum ex astris ductæ.*

CAP. X. *Contra Epicureos divinam providentiam negantes, eo quod boni hic adversa patiantur, dum mali prospera omnia experiuntur. Quare nec malos hic puniri, nec bonos remunerari oporteat. Deus patiens, quia omnipotens & æternus.*

CAP. XI. *Deus tamen maxima justitiæ suæ documenta sæpe hic edit. Multa in hac vita bonis & malis communiter accidunt, in alia nullatenus ita res erit. Nulla mors bonis mala. Quam injuste judicet mundus de beatitudine.*

CAP. XII. *Afflictio malis pœna est criminis, bonis corona virtutis. Animæ damna magis quam rerum exteriorum lugenda. Conversis prodest afflictionis tolerantia. Vincitur diabolus etiam ab his quos antea vicerat, si spem in Christo ponant, & vincendi virtutem a Christo, qui diabolum vicit, petant.*

DE PROVIDENTIA DIVINA

INCERTI AUCTORIS

*CARMEN.

*Scriptum circa annum Christi 416.

PROLOGUS.

CAPUT I. Auctor carminis a scribendis versibus publicis calamitatibus retardatus. * *forte* etiam.

MAxima pars lapsis abiit jam mensibus anni,
Quo scripta est versu pagina nulla tuo.
Quæ tam longa tibi peperere silentia causſæ?
Quisve dolor mœstum comprimit ingenium?
Quamquam * & jam gravibus non absint carmina curis,
Et proprios habeant tristia corda modos:
Ac si te fracti perstringunt vulnera mundi,
Turbatumque una si rate fert pelagus;
Invictum deceat studiis servare vigorem.
Cur mansura pavent, si ruitura cadunt?
O felix cui tanta Deo tribuente facultas
Contigit, ut tali tempore liber agat!
Quem non concutiat vicina strage ruina,
Intrepidum flammas inter, & inter aquas?
Nos autem tanta sub tempestate malorum,
Invalidi passim cædimur, & cadimus.
Cumque animum patriæ subiit fumantis imago,
Et stetit ante oculos quidquid ubique perit.
Frangimur, immodicis & fletibus ora rigamus:
Dumque pios agimus, vertimur in querulos.
Querulorum vocibus coactus, Dei providentiam tueri suscipit.
Nec parcunt quidam turbatam incessere mentem.
Linguarum & jaculis saucia corda petunt.
Dic (ajunt) caussas, qui rerum hominumque labores
Arbitrio credis stare regique Dei:
Quo scelere admisso, pariter periere tot urbes?
Tot loca, tot populi, quid meruere mali?
Si totus Gallos sese effudisset in agros
Oceanus, vastis plus supereſſet aquis.
Quod sane desunt pecudes, quod semina frugum,
Quodque locus non est vitibus, aut oleis:
Quod fundorum ædes vis abstulit ignis & imbris,
Quarum stare aliquas tristius est vacuas:
Si toleranda mali labes, heu! cæde decenni
Vandalicis gladiis sternimur & Geticis.
Non castella petris, non oppida montibus altis
Imposita, aut urbes amnibus æquoreis,
Barbarici superare dolos atque arma furoris
Evaluere omnes, ultima pertulimus.
Nec querar extinctam nullo discrimine plebem,
Mors quoque primorum cessêt ab invidia.

Majores anni ne forte & nequior ætas,
Offenſo tulerint quæ meruere Deo:
Hos maxime urebat, quod etiam infons ætas, & ſancti homines, & ſacra ipſa hoſtilem furorem ſenſerant.
Quid pueri inſontes? quid commiſere puellæ,
Nulla quibus dederat crimina vita brevis?
Quare templa Dei licuit populatier igni?
Cur violata ſacri vaſa miniſterii?
Non honor innuptas devotæ virginitatis,
Nec texit viduas relligionis amor.
Ipſi deſertis qui vitam ducere in antris
Suerant, laudantes nocte dieque Deum,
Non aliam ſubiere necem, quam quiſque prophanus:
Idem turbo bonos ſuſtulit, atque malos.
Nulla ſacerdotes reverentia nominis almi
Diſcrevit miſeri ſuppliciis populi:
Sic duris cæſi flagris, ſic igne peruſti,
Incluſæ vinclis ſic gemuere manus.
Auctor ipſe ſub poteſtatem hoſtium, urbe ſua conflagrante, redactus.
Tu quoque pulvereus plauſtra inter & arma Getarum
Carpebas duram, non ſine faſce, viam:
Cum ſacer ille ſenex plebem, uſta pulſus ab urbe,
Ceu paſtor laceras duceret exul oves.
Verum hæc ſub belli ſileantur turbine geſta,
Confuſis quoniam non fuit ordo malis.
Forte etenim placidas res mundi, & tempora pacis,
Arbitra dignetur cernere cura Dei.
Si cunctos annos veterum recolamus avorum,
Et quidquid potuit noſtra videre dies;
Etiam pacis tempore boni gemunt, mali prævalent.
Maximus injuſtis locus invenietur in orbe,
Oppreſſis autem pars prope nulla bonis.
Qui fuerit violentus, atrox, verſutus, avarus;
Cujus corde fides ceſſerit, ore pudor,
Hunc omnes mirantur, amant, reverentur, honorant,
Huic ſummi faſces, huic tribuuntur opes.
Quod ſi quis juſtus caſtam, & ſine crimine vitam
Diſſimili ſtudio ducere maluerit.
Hic inhonorus, inops, odium juvenumque ſenumque
In totis mundi partibus exul agit.
Impius exultat maturis integer annis,
Carpere non ceſſant ulcera dira pium.
Falſa valent in judiciis, & vera laborant,
Inſontes ſequitur pœna, ſaluſque reos.
Ignorata piis illudit adultera ſacris,
Blaſphemus templi limina tutus adit.
Hinc pulſatur divina providentia.
Quæ ſi cura Dei celſa ſpectaret ab arce,
Reſque ageret noſtras ſub ditione ſua;
Aut non effugerent ultrices crimina pœnas,
Aut virtus terris ſola reperta foret.
Talia cum facilis vulgi ſpargantur in aures,
Quam multis rudibus lingua maligna nocet?
Nec tantus dolor eſt Scythicis conſumier armis,
Quantus ab infidis cordibus iſta ſeri.
Prome igitur ſanctis cæleſtia tela pharetris;

Et

Et medicis hoſtem confice vulneribus.
Forte aliqui poterunt errorum evadere noctem,
Inque viam, viſa luce, referre pedem,
At ne ſermo moram patiatur ab impare verſu,
Heroi numeris porrige pentametrum.
ISTA quidem melius divinis edita libris
Cognoſcenda forent, ubi legis in æquore aperto,
Promptum eſſet ventis dare libera vela ſecundis.
Sed quoniam rudibus metus eſt intrare profundum,
In tenui primum diſcant procurrere rivo,
Qua jacet extremo tellus circumdata ponto,
Et qua gens hominum diffuſa eſt corpore mundi.
Seu noſtros annos, ſeu tempora priſca revolvas,
Eſſe omnes ſenſere Deum, nec defuit ulli
Auctorem natura docens : & ſi impius error
Amiſit, multis tribuens, quod debuit uni;
Innatum eſt cunctis genitorem agnoſcere verum.
Hic auctore carens, & tempore, permanet idem
Semper, & immenſum non ſæcula nec loca claudunt.
Hic nullis mundi cauſſis extantibus, in ſe
Quidquid vellet habens, cum viſum eſt, omnia ſolus
Condidit ut voluit, formas, numeroſque, modoſque,
Et genera, & vitas ſtatuens & ſemina rebus.
Quidquid ineſt cælo, quidquid terræque mariqúe,
Quidquid quocumque eſt in corpore, ſive animatum,
Sive expers animæ, calida, humida, frigida, ſicca,
Uno extant auctore Deo : qui divite Verbo,
(Quod Deus eſt) rerum naturas, atque elementa
Protulit, & ſummis opifex intentus & imis.
Quod vero adverſis compugnant condita cauſſis,
Atque aliis alia obſiſtunt, contraria diſcors,
Omnia motus alit ; dumque illi occurritur illo,
Vitalem capiunt cuncta exagitata vigorem:
Quæ vel pigra ſitu, vel prono lubrica lapſu,
Aut curſu inſtabili, ſtabili aut torpore perirent.
Mollia ſic duris, ſic raris denſa reſiſtunt,
Et liquidis ſolida, & tardis velocia, claro
Obſcurum objectum, & dulci contendit amarum.
Nec mihi fas dixiſſe aliquid non rite creatum,
Aut ullas auſim mundi reprehendere partes:
Cum ſator ille operum teneat momenta ſuorum,
Et carptim varios in totum temperet uſus.
Denique quidquid obeſt, aut cauſſa, aut tempore verſo
Prodeſt : & gemino ſubſiſtunt cuncta periclo.
Frigora perpeſſus, ſolem cupit : uſtus ab æſtu,
Inter Hyperboreas mavult algere pruinas.
Injuſto pluviam metuit ſub faſce viator,
Quam poſcit votis ſitienti ruſticus agro.
Cæruleos angues timor iſti eſt viſere ; at illi
Intrepida excoctis oneratur menſa chelydris.
Quod ſi forte lupos, lyncaſque, urſoſque creatos

CAPUT II. Omnes ſemper Deum eſſe, & cunctorum auctorem ſenſerunt, qui omnia ut voluit, ſed ſapienter diſpoſuit.

Di-

Diſplicet, ad Scythiæ proceres regeſque Getarum
Reſpice ; queis oſtro contempto, vellere Serum,
Eximius decor eſt tergis horrere ferarum.
Singula ſectari longum eſt : ſed munere Chriſti
Scire datum, quod alit tellus, quod in æquore vivit,
Quidquid in arboribus, quidquid variatur in herbis,
In laudem auctoris, certis ſubſiſtere cauſſis.
CAP. III. Deus mundum quem condidit regit ſine fatigatione. * *al.* hotum.
At quæ ſola nocent, eadem collata mederi.
Est igitur Deus, & bonus eſt, & quidquid ab illo
Effectum eſt, culpa penitus vacat, atque querela.
Omnem autem hanc molem mundi qui condidit, ipſe
Et regit, utque nihil non * ortum ſumpſit ab illo;
Sic nihil eſt quod ſtare queat, factore remoto.
Nam qui pigra Deo dant otia, credo, verentur
Ne curæ intentum vigiles durique labores
Conficiant, & tanta ſimul non explicet unus.
O merſi in tenebras, divinique ignis inanes,
Et plus corporeis oculis quam mente videntes
Qui veſtræ æternum naturæ & conditioni
Audetis conferre Deum : cui ſi quid amatis
In laudem pravi adjicitis, veſtriſque beatum
Creditis eſſe bonis, aut ulla incommoda ferre.
Nec de illius judicandum, ut de hominum regimine.
An quia cum magnas urbes, populoſque tenetis
Sub veſtro imperio, miſerum eſt inſomnibus ægram
Partiri curis in multa negotia mentem;
Cumque graves trepidis incumbant undique cauſſæ,
Non fert urgentes induſtria victa labores:
Et ſi animis ægris depulſa eſt ſollicitudo,
Blanda voluptatem requies creat otia nactis:
De Domino hoc ſentire pium eſt, quem ſemper eumdem
Nil gravat, ex toto nil occupat ? Effluit ætas,
Ac venit, & ſpectant genita & gignentia finem:
Ille manet, ſimul acta tenens & agenda, futuris
Ulterior, tum præteritis prior : omnibus unus
Præſens, & ſolus ſine tempore tempora condens.
Utque ævi ſpatia ac numeros præcedit, & exit,
Sic nullo immenſus cohibetur fine locorum.
Nilque adeo eſt magnum, quod non certus modus arcet:
Et cælum, & terras, & totum denique mundum
Limes habet : meta eſt altis, & meta profundis.
Sed nuſquam non eſſe Dei eſt, qui totus ubique,
Et penetrat mundi membra omnia liber, & ambit.
Hæc igitur vis ſola poteſt moderamina rerum
Dividere, & placidis eadem perſiſtere curis:
Quam non effugiant cita, nec remorantia tardent:
Quæ numquam ignara, numquam longinqua, nec ullis
Translata accedens regionibus, abſit ab ullis:
Nec // de noſcendis egeat // manifeſta doceri.
Hæc teſtis rerum tacita audiat, abdita cernat:

Det

℣. 190. Editio Lugd. *Nec dignoſcendis egeat manifeſta doceri.*

Ibid.. Hic vox, *manifeſta* pro voce *certa* uſurpatur: ut notarunt anteriores editiones.

Det vitas, adimatque datas, pereuntia ſalvet,
Dejecta attollat, premat ardua, proroget annos
Et minuat, mutet corda, & peccata remittat.
SED qui virtutem concedunt omnipotenti,
Forte voluntatem demant : & magna regentem,
Curam hominis renuiſſe putent, in tempora nati
Exigua, & varia ſub tempeſtate relicti.
Quo vos ſponte juvat cadere, oblitoſque parentis,
In pecudum genus, & ſortem tranſire ferarum?
Incomperta latent naturæ exordia noſtræ:
Aut ſpem propoſitam in Chriſto præſentia turbant?
Parcite ſublimes æternæ gentis honores
Degeneri violare metu : potiuſque relictum
Immortale decus, ſuperato apprendite cælo.
Nota via eſt, Chriſto cunctis reſerante magiſtro,
Qui vocat, & ſecum nos deducturus, & in ſe.
Ac ne vaniloqui ſpondere incerta putemur:
Res monet a primis aperire parentibus ortum
Humani generis, cauſſaſque evolvere vitæ
Amiſſæ, & rurſus, Chriſto donante, receptæ.
Diſpoſitis rebus, totum jam conditor orbem
Fecerat, & pulchra vernabat origine mundus.
Jam ſol dimenſis in tempora curſibus ibat,
Lunaque cum ſtellis præbebat lumina nocti:
Jam pecudes tellus, jam piſces pontus alebat,
Et liquidum volucres innabant aera pennis:
Sed quod divina poſſet ratione potiri,
Nondum erat in terris animal : dedit optimus auctor
Hoc homini ſpeciale decus, cumque omnia verbo
Conderet, hunc manibus, quo plus genitoris haberet,
Dignatur formare ſuis : ſubſtantia duplex
Jungitur, inque unam coeunt contraria vitam.
Namque anima ex nullis, ut cetera, gignitur, expers
Interitus, niſi quod Domino cruciabilis uni eſt,
Et rea ferre poteſt pœnam, ſub nomine mortis,
Terrenamque illapſa domum, dat vivere ſecum
Conſortem, & pariter divinum haurire vaporem.
Nec quia diſſimilis rerum natura duarum eſt;
Diſpar conditio eſt : manet exitus unus utrumque:
Seu potior juri ſubdatur poſterioris,
Seu ſe majoris virtuti infirmior æquet.
Eſt etenim ambarum vinci, eſt & vincere poſſe,
Proficere, & minui ; regnare, & perdere regnum.
Non quia plus cuiquam, minus aut in origine cauſſæ
Naſcendi attulerint, aut ulla externa creatos
Vis promat, ignaroſque agat in diſcrimina morum:
Sed quia liber homo, & ſapiens, diſcernere rectis
Prava poteſt, in ſe intus habens diſcrimina rerum,
Juſque voluntatis, quo temperat arbitrium mens.
Si tamen ancipitis cæca inter prælia vitæ,
Non de ſe tumeat ; ſed votis tuta modeſtis,

CAP. IV. Deo, cui poteſtas non deeſt, etiam voluntatem ineſſe hominem providentia ſua curandi.

Status jam creati mundi.

Hominis creatio.

Inde

Inde putet totum posse, unde accepit & esse.
Insita sic nobis patriæ virtutis imago est,
Longo justitiæ quæ multum exercita cultu,
Ceu speculo lumen divinum imitata referret.
Cumque bonis positum transisset in artibus ævum,
Æternam victrix arcem mansura teneret.
Totaque res effecta Dei, jam nulla subiret
Prælia, nec trepide secum decerneret in se,
Nec vellet quod mox nollet, voluisse, timere,
Ignorare, optare, pati jam nescia : nullis
Crescere egens cumulis, nullisque obnoxia damnis.
Et quo promissis adsit fiducia magnis,
Ac spes propositæ sit non incerta coronæ:
Munere præsentis vitæ, documenta futuræ
Sumit homo, & dandis confidere discit adeptis.
Huic cæli volucres, & cuncta animalia terræ
Subjecta : & pisces quos nutrit pontus, & amnes.
Huic Solis Lunæque vices, & sidera noctis
Nosse datum : numerisque dies comprendere & annos.
Scire potestates herbarum, & nomina rebus
Indere, & ingenium varias augere per artes.
Hunc potiorem unum cunctis spirantibus, uni
Subjectum servire Deo : nec corporea vi,
Sed rationis ope, præfortibus imperitare.

CAPUT V. In quo differant a primo parente homines post lapsum.

QUOD si quis non totus homo hæc extendere verbis
Me putat, & nondum sese cognovit in istis:
Audiat a primis distare parentibus actum
Per delicta genus, multa & rubigine morum
Corrupti exiguum semen supereſſe vigoris.
Utque suæ tantum naturæ discat honorem;
In summum sancti generis redeat caput, & se
Æstimet a manibus Domini, afflatuque regente,
Qualis Adam nondum terram damnatus in istam,
Et liber culpæ, paradisi divitis orbem
Cultarum locuples virtutum fruge tenebat.
Cui cum tanta Deus largitus dona fuisset,
Viperei populi princeps invidit, & alta
Dejectus regione poli (quia summa tenere
Non nisi pura potest bonitas ;) majora nocendi
Concepit verso mutatus corde venena.
Qui possessorem tantarum deliciarum,
Mandato excluſum quia noverat arbore ab una,
Perpulit a vetitis pomum decerpere ramis,
Queis inerat recti & pravi experientia major
Tunc ditione hominis : quia nondum acceperat hanc vim,
// Qua posset vitanda suo sine nosse periclo.
His illata dolis, hoc crimine nata subegit
Mors hominem, culpa in cunctos manante minores:
Quæ semel antiqua pulsos virtutis ab arce,
Non uno tantum transfuso errore parentum

Diaboli invidia adversus hominem primum.

Im-

¥. 288. Ita Lugd. editio: aliæ vero, *Quæ posset*.

Implicuit : sed cum populis nascentibus aucta,
Multiplicem lata porrexit strage ruinam.
„ At quamquam immissa regnaret morte peremptos; — Justi aliqui qualibet mundi ætate.
„ Nulla tamen placitos Domino non edidit ætas,
„ Cunctaque diversos habuerunt sæcula justos:
„ Quos licet ob meritum vitæ bona multa manerent;
„ In mortem vitiata tamen natura trahebat,
„ Non prius a primi vinclo absolvenda parentis,
„ Quam majestate incolumi generatus in ipsa,
„ Destrueret lethi causas & semina Christus.
Cujus perpetuam cunctis assistere curam,
Promptum est exemplis ab origine nosse petitis, — Exempla providentiæ Dei erga homines ante Legem. Abel & Cain.
Non latet hanc sanctis onerans altaria sacris
Justus Abel, qui primitiis ovium grege lectis,
Convertit Domini sincera in munera vultum:
Nec fallit specie devota relligionis
Dona Cain reprobanda dicans, cui virus amarum
Invidia in fratrem succenso felle coquebat.
Nec revocare ferum Dominus sermone benigno
Abstinuit : quantumque nefas strueretur ab ipso
Ingessit, formamque dedit qua vincere sese
Posset, & infanæ regnaret fortior iræ.
Sed concepta semel facinus crudele peregit
Impietas, scelere // immergens primordia mundi.
At numquid placitum sibi justum a cæde nefanda
Non potuit servare Deus ? Sed finis acerbi
Occasum, potior vita, & tribuenda corona
Immodico æterni superabant pondere honoris.
Quid, cum viventem de terris transtulit Enoch,
Spernebat terrena Deus ? Namque omnibus illud
Proderat exemplum, quo mortis terror abiret,
Spemque inconcussam caperet substantia carnis.
Sic alio post multa ævo documenta minores — Raptus Enoch & Eliæ quid doceat.
Propositæ in Christo meruerunt sumere vitæ,
Cum raptum ignitis per inane jugalibus // Helim
Scandentem rutilo viderunt æthera curru.
An aberat tum cura Dei, cum effusa per omnes
Gens hominum culpas, penitus pietate relicta,
Dira toris vetitis generaret monstra gigantas?
Illa quidem mundi exitium præfata futurum,
Tempora larga dedit, queis in meliora // reducti
Mortales, scelerum seriem virtute piarent.
Cumque nefas placitum tota persisteret orbe, — In Diluvio cur servata domus Noe.
Nec nisi diluvio deleri crimina possent:
Sola Noe servata domus ; quæ libera cladis,
Conclusis paribus spirantum de genere omni,
Unde forent vacuis reparanda animalia terris,
Illæsa, mundo pereunte, superfuit arca.

℣. 316. Sic alias : & quidem meliori sensu, quam cum legitur in editionibus nostris, *immenso*.

℣. 327. Id est, *Heliam*.

℣. 333. Lugd. & Lovan. *deducti*. præter leges carminis.

Non quia non alios populos Deus edere poſſet:
Sed multis fractus morbis, ut ſemine ab ipſo
Idem homo in Chriſti corpus naſcendo veniret;
Utque Deo juſto meritorum judice, partam
Abrahæ fides. Noſſemus requiem ſanctis in clade malorum.
Nonne etiam in noſtram Domini jam tum miſerentis
Progeniem tendebat amor, cum credulus Abram
Multorum, pariente fide, genitor populorum,
Promiſſum genus innumeris cenſebat in aſtris?
Aut cum in Pentapolim deſcenderet igneus imber,
Nonne prius multo dilata examine venit
Judicis ira Dei? qui promptus parcere, nullas
Invenit cauſſas veniæ: deque omnibus unum
Diſſimilem Sodomis inceſta in plebe repertum
Loth ſervatus. Exemit, parvique dedit dominum oppiduli Loth.
Cum vero Ægyptum Chananæaque regna teneret
Dira fames, totos ſeptem toleranda per annos:
Præſtruitur certe Patriarchis cauſſa movendis,
Et domus externos inter placitura paratur,
Joſeph in Ægyptum venditus. Quæ blande foveat populi incrementa futuri,
Myſtica dum Joſeph prodentem ſomnia fratres
In ſervum vendunt pretio, falluntque parentem:
Dum caſtum dominæ petulantia carcere damnat:
Dum Rex obſcuri narrato ænigmate ſomni,
Exemptum vatem dignatur honore ſecundo:
Dumque piis traducta dolis Hebræa iuventus,
Gaudet adoratum venia cognoſcere fratrem.
Qui cum multa inſons ferret mala, nonne remotum,
Reſque hominum dedignantem potuiſſet inepto
Incuſare Deum queſtu, niſi cuncta profundis
Judice ſub juſto ſciſſet decurrere cauſſis?
Quæ licet infidas ſoleant confundere mentes;
Non poſſunt turbare pias: quia tempore in iſto
Hæc poſita eſt virtus, ut libertate potitos,
Exiguo in ſpatio, juſti patiantur iniquos,
Quos Deus ipſe modo dilata ſuſtinet ira.
Si gens cara Deo, & ſævo ſuſpecta tyranno,
Injuſtum imperium Regis tolerabat acerbi;
Mœſtarum & matrum fœtu potiore necato,
* *forte* Condendas. * Condenſas juſſos lateres præbebat ad urbes,
Ut durus labor, & ſævæ inclementia mortis,
Omnes terribilis populi conſumeret annos.
Sed non iſta Deo patribus illata remoto,
Ipſe decet, curamque ſibi probat eſſe ſuorum.
Moyſes populum educens ex ſervitute. Nam jubet electum Pharaoni edicere Moſen,
Ut ſinat Ægypto Domini diſcedere plebem.
Ni faciat, multis plectenda ſuperbia plagis,
Sentiet excitam quæ regni vis habet iram.
Ille quidem quoties patitur cæleſtia tela,
Cedit, & obſequium ſimulat: ſed clade remota,
Duratur parcente Deo: cauſſas pereundi,

Im-

Impius inde trahens, quo poſſet habere ſalutem.
Donec vi victus laxat fera jura tyrannus,
Ditia barbaricis & Moſes agmina gazis,
Promovet, inſigni ſulco monſtrante columna
Per deſerta viam : quæ formam in tempus utrumque
Temperat, alterna ut tribuat vice commoda caſtris,
Luce tegens, & nocte regens, eadem ignis & umbra,
Diſcutiens flammis tenebras, & nube calores.
Quid loquar & trepidis patribus cum incumberet hoſtis,
Diviſum pelagus, ſolidoque rigore ligatas
Inſtar montis aquas, vacuo ceſſiſſe profundo;
Quaque gradum illæſa tulerant tot millia plebis,
Oppreſſum Ægypti populum coeuntibus undis?
Omnis enim auctori ſervit natura potenti,
Quæque ad opem cedunt, eadem famulantur ad iram.
Sed mihi nec vacuum cunctas percurrere formas
Virtutum, & geſtis oris non æqua facultas.
Nam quis tantarum evolvat miracula rerum?
Mannæ imbrem, & cunctos in cæli pane ſapores,
Siccæ rupis aquam, & dulcorem fontis amari,
Aut inter deſerta actos denos quater annos,
Nec membris nocuiſſe ævo, nec veſtibus uſu?
Legis in exemplum juvat ire, & quærere ab ipſis
Qui curam Domini removent, an tempore ab illo
Cœperit humanas in vitæ fœdera mentes
Informare Deus ; nec per tot ſæcula mundi
Permotus vitiis, tunc jus perſcripſerit æquum.
Ite ipſi in veſtræ penetralia mentis, & intus
Inciſos apices, ac ſcripta volumina cordis
Inſpicite, & genitam vobiſcum agnoſcite legem.
Nam quis erit, modo non pecus agri, aut bellua ponti,
Qui vitiis adeo ſtolide oblectetur apertis,
Ut quod agit, velit ipſe pati ? Mendacia fallax,
Furta rapax, furioſum atrox, homicida cruentum
Damnat, & in mœchum gladios diſtringit adulter.
„ Unus enim pater eſt cunctorum, & ſemine recti
„ Nemo caret, ſimiliſque omnes produxit origo.
„ Unde etenim, nondum deſcripta lege, fuerunt
„ Qui placidum ſanctis agerent in moribus ævum;
„ Nec ſummi patris ignari, nec juris egeni?
„ Ergo omnes una in vita cum lege creati
„ Venimus, & fibris gerimus, quæ condita libris,
„ Nec nova cura fuit noſtri, cum tradita Moſi
„ Littera præſenti damnaret crimina pœna.
„ Sed ſuperadjecta eſt generi cuſtodia ſancto;
„ Qua memor in patriæ fidei perſtaret honore,
„ Et promiſſorum Domini ſuccederet heres.
„ Cum tamen & quoſcumque eadem ſub ſacra liceret
„ Ire, nec externos arcerent limina templi:
Cumque Dei monitu canerent ventura Prophetæ,
Sæpe etiam ad varias gentes ſint multa locuti.

Protectio Dei erga filios Iſrael in deſerto.

Cap. VI. Exempla providentiæ Dei in Lege.

Lex naturalis omnibus innata.

Non in ſola gente Iſraelitica effectus providentiæ Dei.

Sic regina Auſtri cupidis, Salomonis ab ore,
Auribus eloquium Domini venerata trahebat.
Sic Ninive monitis Jonæ ſub tempore cladis
Credidit : & tribus in luctu jejuna diebus,
Promeruit morum excidio conſiſtere regno.
Verum ne longo ſermone moremur in iſtis,
Quæ ſparſim varieque ſuis ſunt edita ſæclis:
Neve quod in parte eſt, in toto quis neget eſſe,
Dum ſolidam Domini diviſa negotia curam
Velant, & nulla accipitur quæ rara videtur.
„ Dicite quem populum, qua mundi in parte remotum,
„ Quoſve homines, cujus generis, vel conditionis
„ Neglexit ſalvare Deus ? Vir, femina, ſervus,
„ Liber, Judæus, Græcus, Scytha, Barbarus, omnes
„ In Chriſto ſumus unum : non perſona potentis,
„ Nec domini, regiſve prior : diſtantia nulla
„ Luminis unius, ſpeculi niſi diſcrepet uſus.

Mens ſpeculum eſt quod fides Chriſti tergit.

Namque velut ſpeculum mens eſt : quæ quo mage terſa eſt,
Expoliente fide, radiiſque intenta ſupernis,
Hoc mage confeſſi reſplendet imagine Chriſti:
Qui cum Patre Deo ſemper Deus ; inque paterna
Majeſtate manens, miſcetur conditioni
Humanæ : & Verbum caro fit, rerumque Creator
Naſcitur, atque annis ſuccedit conditor ævi.

Lex & Prophetæ Chriſtum naſciturum annuntiaverunt.

Hoc etenim lex, hoc veneranda volumina vatum,
Hoc Patriarcharum ſpes non incerta tenebat:
Ultima cum mundi finem prope curreret ætas,
Venturum ad terrena Deum, qui morte perempta,
Solveret inferni leges, longamque ruinam
Humani generis, meliore attolleret ortu.

CAP. VII. Contra Eutychem de Incarnatione.

SED tu qui geminam naturam hominiſque Deique
Conveniſſe vides anguſti in tramitis ora,
Firma tene cautus veſtigia, ne trepidantem
Alterutram in partem, propellat devius error:
Si cernens operum miracula divinorum,
Suſpicias ſine carne Deum ; cumve omnia noſtri
Corporis agnoſcas, hominem ſine Numine credas.
Nulla etenim ſoli vita eſt mihi ; morſque ſubactum
Detinet, & non eſt quo victus vincere poſſim,
Si non vera Dei virtus mihi conſociata eſt,
Aut me non vera Salvator carne recepit.
Cujus majeſtas ſtabilis non hoc violatur,
Quo redimor ; neque ſe minor eſt, dum mutor in illo:
Sed mortale meum ſubit : ut quia morte teneri
Vita nequit, pereat mihi mors, & non ego jam in me
Vivam, ſed Chriſtus, qui ſe mihi miſcuit in ſe.
Victus enim terrenus Adam, transfudit in omnes
Mortem homines, quoniam cuncti naſcuntur ab illo,
Et tranſgreſſoris decurrit cauſſa parentis.
Sed novus e cælis per ſacræ Virginis alvum

Na-

V. 478. Sola editio Lugdunenſis, *ſuſcipias*.

Natus homo eſt, aliudque bonus mortalibus in ſe
Fecit principium, carnemque refuſus in omnem,
Et vita functos, naturam participando,
Edidit, & vivos, vitam mutando, creavit.
Utque illos veterum complexa eſt gratia ſolos,
Qui Chriſtum videre fide ; ſic tempore noſtro
Non renovat quemquam Chriſtus, niſi corde receptus.
En, homo, quanta tibi eſt gratis collata poteſtas.
„ Filius eſſe Dei, ſi vis, potes, omnipotens te
„ Spiritus umbratum Verbi virtute creavit.
„ Nec te corporeo patrum de ſemine natum
„ Jam reputes ; pereant captiva exordia carnis.
Nil veteris conjunge novo, non hic tibi mundus,
Non hæc vita data eſt ; nulla hic tua, nec tuus ipſe es.
Emptus enim es, pretiumque tui reſolvere fas eſt,
* Quo potes, ut ſolvens ſis ditior, & tibi creſcant
Quæ dederis, cedatque tibi pars ipſe Redemptor.
Nec te difficilis nunc obſervantia legis
Sub durum jubet ire jugum ; mens libera ſanctum
Obſequium ratione ferat, quam Spiritus almus
In tabulis cordis deſcribat ſanguine Chriſti:
Qui nobis quidquid ſermonibus inſinuavit,
Condidit exemplo, factis præcepta coæquans.
Rex ille, & rerum dominus ; ſed pauperis egit
In ſpecie, nec veſte nitens, nec honore ſuperbus:
Infirmis fortis, rex ſervis, dives egenis;
Juſtitia injuſtis cedit, ſapientia brutis.
Sacrilegis manibus percuſſus, non parat ictum
Reddere ; nulla refert avidæ convitia linguæ.
Damnatur judex, Verbum tacet, inſpuitur lux,
Ipſe miniſterium ſibi pœnæ eſt ; felque & acetum
Dulcius ille favis haurit ; ſanctus maledictum
Fit Crucis, & moritur Chriſtus, vivente Barrabba.
Impia gens tantum auſa nefas, ſentiſne furorem
Jam mundo damnante tuum ? Sol fugit ab orbe,
Et medio nox facta die eſt ; concuſſaque tellus
Intremuit, mortemque Deo ſubeunte, ſepulcris
Excita ſanctorum ſumpſerunt corpora vitam.
Velum etiam templi diſciſſum eſt, ne quid opertum
In ſacris adytis, jam plebs indigna teneret:
Sanctaque pontifices fugerent offenſa cruentos.
Te vero extinctæ calcantem ſpicula mortis,
Et de carne novum referentem carne trophæum,
Tertia diſcipulis, Jeſu, dedit attonitis lux.
Nec dubiis Dominum licuit cognoſcere ſignis;
Cum documenta fides caperet, viſuque manuque
Rimans clavorum veſtigia, vulnus & haſtæ.
Cumque quater denis firmans promiſſa diebus,
Conſpicuus multis, ſæpe & tractabilis eſſet.
Hactenus in noſtris te, Jeſu, novimus : exhinc

Neminem ſalvatum umquam ſine fide Chriſti Incarnationis.

* *al.* Qua.

Lex obſervatu facilis per gratiam Chriſti, qui quod præcepit prior ipſe fecit.

In

Contra Neſtorium.

In tua noſtra abeunt : // nec jam diverſa, ſed unum
Sunt duo : dum vita in vita eſt, in lumine lumen,
Augmento, non fine hominis : quo glorificato,
Sic homo, ſic Deus es, ut non ſis alter & alter.
Noſque ad te ire jubes ſurſum, tecumque potiri
Luce tua : ſi calle tamen curramus eodem,
Edocti, non poſſe capi niſi de cruce cælum.

CAPUT VIII. Homo qui divinæ providentiæ ingratus non ſibi imputat peccata ſua, reſellitur, quia cum libero arbitrio creatus, & per illud peccat.

„ JAMNE Dei compertus amor, diffuſaque in omnes
„ Cura patet ? notum & cunctis adſtare ſalutem ?
„ Et tamen, heu ! rurſus querulis, homo, garrula verbis
„ Bella moves, jaculiſque tuis tua viſcera figis.
„ Cur non ſum bonus? hoc non vis. Cur ſum malus? hoc vis.
„ Cur volo quæ mala ſunt, & cur quæ ſunt bona nolo?
„ Liber es : ſed cum recta queas diſcernere pravis,
„ Deteriora legis, placitiſque improvidus hæres.
„ Erro, ais, & vellem non poſſe errare. Duobus
„ Subjacet hæc votis ſententia : nam penitus te
Aut eſſe examinum cupis, aut rationis egenum.
Error enim eſt ejus, qui ceſſit limite recti,
Quique poteſt ad iter, Chriſto ducente, reverti.
At quem nulla viæ ſuſcepit linea, nuſquam
Declinat ; nullumque timent non ſtantia caſum.
Numquid cura Deo de bobus ? numquid ad ullas
Fit verbum Domini volucres ? num lege tenentur
Monſtra maris ? quæ cum faciunt juſſa Omnipotentis,
Ignorant ſeſe facere, affectumque volendi
Sumunt, & quod agunt aliis, ſibi cedere credunt.
Sic etiam quæ non ſpirant, ſunt ſemper in illo,
In quo ſunt formata modo : non plana tumeſcunt
Collibus, aut celſi ſternuntur // in æquora montes:
Non veniunt alpes in pontum, aut pontus in agros:
Saxa jacent, amnes decurrunt, ſtantque paludes.
Et tamen his nihil eſt mercedis, quæ ſine ſenſu
Diſpoſitos in ſe præbent viventibus uſus.
Quod ſi horum præſtare tibi natura videtur;
Jam bove mutari velles, vel rupe, vel amne.
Deterior nollem fieri, potior voluiſſem.
„ Numquid qui Domino placuerunt moribus almis,
„ Diſplicuere ſibi ? numquid non ſemine ab uno
„ Venimus, aut alia eſt hominum natura bonorum?
„ Non aliter dives quam pauper naſcitur, unum eſt
„ Principium ſervis & regibus : optimus ille

„ Non

℣. 543. Hæc cum grano ſalis (ut aiunt) accipienda. Cum ibi videatur Auctor in duos errores, Neſtorii & Eutichetis incurrere, dum ait Chriſtum ex Aſcenſionis die ita hominem & Deum eſſe, *ut non ſit alter & alter : nec jam diverſæ ſed unum* ſint in eo ambæ naturæ. Verum ſapienter obſervatum a viro eruditiſſimo : præterquam quod facie ignoſci poſſit poetæ per tranſennam rem difficillimam attingenti, ſi quid minus exacte in terminis locutus reperiatur. Auctor iſte hoc eodem in loco Chriſti glorificationem fatetur factam *augmento, non fine hominis:* præſertim cum non longe antea clare prædicarit *geminam naturam hominiſque Deique* in Chriſto *conveniſſe ;* nec eſſe *quo victus vincere poſſet, ſi non vera Dei virtus ;* humanæ naturæ eſſet *conſociata*. ℣. 473. & 481.

℣. 573. Ita Lugd. at Lovan. Duac. & Colon. & recentiores, *in æquore*.

„ Non plus accepit, quam peſſimus; æqua creantis
„ Menſura eſt, uno qui lumine luminat omnes.
Sed mundum ingreſſi variis rerum ſpeciebus
Suſcipimur, mentemque adeunt quæcumque videntur,
Judicio cenſenda hominis: ſtant undique formæ
Innumeræ, poſſuntque omnes ſpectando probari.
Quædam etiam patulas intrant ſtipata per aures,
Errores veterum ſtudiorum, & vana parentum
Dogmata, cum quodam fuco oſtentantia veri.
Hæc modulata ſono veniunt, hæc // lævia tactu,
Hæc blandis late funduntur odoribus, illa
Conciliant varias in mille ſaporibus eſcas.
Magno ergo hæc homini ſunt diſcernenda periclo:
Ne nimium trepidus nullum procedat in æquor;
Neu vagus effuſis ſine lege feratur habenis.
Eſt etenim ſanctus rerum uſus, quem cohibentes
Intra modum numeri, & momentum ponderis æqui,
Pro cunctis ſoli Domino reddemus honorem.
Omnia quæ fecit bona valde, ut non vitiorum
Incentiva, ſed ut ſuperas caperemus in illis,
Hic decertato virtutis agone, coronas.
An tibi cæleſtes illi, quos protulit orbis,
Fertque viri, non hæc eadem toleraſſe videntur,
Quæ patimur? motus animi, affectuſque rebelles,
Et circumjectis vitia oppugnantia caſtris?
Sed gladio verbi, fideique umbone potenti
Vincebant arcus tenebrarum, & ſpicula mortis:
Cumque opus hoc mundi magnum pulcrumque viderent;
Non mare, non cælum, non ignem, aut ſidera cæli,
Quæ numero ſubjecta ſibi, viſuque tenebant,
Suſpexere deos: unum ratione magiſtra,
Auctorem & Dominum rerum, non facta colentes.
At tu nobilius qui factum te voluiſſes,
Numquid in angelico ſatus ordine non quererereris?
Nam cum ille excelſo dejectus Lucifer axe
Conciderit, rueritque illo pars tertia pulſo
Aſtrorum, quæro in quanam tunc parte fuiſſes?
Clara Dei ſemper bonitatis imago maneres,
An caſtra invidiæ ſequereris & agmina noctis?
SED quo te præceps rapit orbita? Vis bonus eſſe
Abſque labore tuo? Credis hoc cedere poſſe,
Si tibi mutentur natalia ſidera, quorum
Te pravum decurſus agit? Quid vana vetuſti
Perfugia erroris Chaldæis quæris in aſtris?
Quamvis ſollicitis adeas cæleſtia curis,
Et penitus cauſſas rerum ſcruteris apertas;
Non renuis mage noſſe Deum, quam cuique elemento,
Naturam dederit, qua pontum lege moveri
Juſſerit, aut teneris quam vim conſeverit auris,
Sidereoſque ignes in quæ momenta crearit.

Quæ homini cavenda in mundo, ſi virtutem colere curet.

Quis rerum temporalium uſus.

Sancti omnes iiſdem tentationibus, quibus nos ſubjecti, quomodo eas viceriut.

CAPUT IX. Contra eos qui peccata ſua ſideribus imputant.

635 Qui

¥. 594. Editio Colonienſis & recentiores, *lenia*.

Qui cum ſincerus ſit fons æquique bonique,
Immitem juſſis legem præſcripſit iniquis,
Si prius ipſe hominum mores conſtrinxerat aſtris.
Namque adverſa ſibi ſunt hæc, nimiumque repugnant;
Exigere inſontes actus, delictaque pœnis
Afficere, & cunctos eadem ad promiſſa vocare:
Contra autem natis violentum affigere ſidus,
Quod nec velle homini cedat, nec poſſe, ſed omnes
Deſuper ignaros & virtus ducat, & error.
Ergo aut æthereis nullum eſt jus ignibus in nos,
Aut ſi quid noſtri retinent, amittere poſſunt:
Cum mihi progenito ad vitam, mandata ſalutis
Et cordi inſinuet bonus auctor & auribus, ac me
Currentem mercede vocet, terrore morantem.
Solum, inquit, venerare Deum, ſolique memento
Servire : externas & deſpice relligiones.
Hoc operis ſectare boni, hoc fuge cautus iniqui.
Vita beata iſto paritur, mors editur illo.
Coram adſunt aqua ſervatrix, populator & ignis:
Ad quod vis extende manum ; patet æqua facultas.
Quod legis monitus, & vatum ſcripta piorum,
Et Deus ipſe ſuo nequidquam promeret ore,
Arbitrium noſtrum ſi vis externa teneret.
Verum ſi quid obeſt virtuti, animoſque retardat,
Non ſuperi pariunt ignes, nec ab æthere manat:
Sed noſtris oritur de cordibus : ipſaque bellum
Libertas movet, & quatimur civilibus armis:
Otia cum mollis complexa ignava voluptas,
Difficili negat ire via, bravioque potitos
Ardua quæque piget pro ſpe tentare latenti.
Cumque hæc intus agi proſpexit callidus hoſtis;
De ſtudiis veſtris vires capit : utque parentis
Avertat veri cultum, perſuadet ab aſtris
Fata ſeri, fruſtraque homines contendere divis.
Hinc vario vitæ dominos mercantur honore.
Error abi, procul error abi : ſatis agnita priſci
Sunt commenta doli, monitos quibus Omnipotens nos
Elaqueat, cultuſque docet vitare profanos.
Scimus enim quanta ſteterit mercede quibuſdam
Sidus adoratum Rempham, veneratæque cæli
Militia, & cultus Soli Lunæque dicatus.
Nec latet hæc verbis hominis ſubſiſtere juſſa,
Ad vocem ſerviſſe mora, noctiſque repulſæ
Temporibus creviſſe diem : cum lux famulata
Neſciret, niſi quem faceret victoria finem.
Novimus & cælo præſcriptas conditiones
Arbitrio quondam ſancti manſiſſe Prophetæ;
Cum poſitum ad tempus clauſos ſitientibus agris
Non licuit rorare polos : ipſumque vocata
Partibus e ſuperis in ſancta altaria flamma,
Quem dederat ſacris, ignem immiſiſſe profanis.

Libertas arbitrii ſola cauſſa peccati.

Non homo fideribus ſubditur : ſed aliquando ſidera hominibus ſanctis ſubdita fuere. Joſue, Elias.

Cujus vis etiam Chriſti delapſa fuiſſet
Diſcipulis, pœnam hoſpitii exactura negati;
Ni patiens Dominus venia præverteret iram.
Nullum ergo in nos eſt permiſſum jus elementis,
In quæ jus hominis : nec poſſunt condere legem,
Quæ legem accipiunt. Solus Deus omnipotens Rex,
Omnia qui noſtræ diſpenſat tempora vitæ,
Nec ſervire aſtris vult, quos ſuper aſtra locavit.
Nam quoſcumque ſacro renovavit Spiritus amne,
In Chriſto genitos mortali ex ſtirpe reciſos,
Jam ſedes cæleſtis habet, nec terrea nectit
Progenies, templum in Domini corpuſque redactos.
Quod ſi quis curſu aſtrorum effectuque notato,
Contendit naturam hominis vitamque videri;
Quæro quid hac trepidis mortalibus afferat arte?
Hic (inquit) felix, miſer hic erit, hunc rapiet mors
Impubem, hic ſenio tranſcendet Neſtoris annos.
Falſum hoc, aut verum eſt ? Si ſtant prædicta canentis,
Nec miſero ſupereſt ſpes, nec formido beato.
Et quæ ſideribus danda eſt reverentia fixis;
Si quæ ferre queunt, nequeunt decreta movere?
Dent ſeſe ſcelerum potius torrentibus omnes:
Fallant, diripiant, jugulent, fas omne nefaſque
Confundant : perſiſtet enim nihilominus aſtrum;
Cujus ab effectu firmato cardine rerum,
Ut mala non poterunt ſancta probitate repelli,
Sic bona non fugient perverſos debita mores.
At ſi prædictæ ſortis mutabilis ordo eſt,
Et declinari poſſunt ventura ; ſoluta eſt
Omnis ab ancipiti caſu vis pendula fati.
Scrutatis igitur ſtellarum motibus, hoc eſt
Artis opus, totam ſubvertere relligionem;
Dum nullum curare Deum mortalia ſuadet:
Aut dum poſſe docet votis elementa moveri,
Innumeram miſeris plebem inſinuare deorum.

Vanæ & noxiæ prædictiones humanorum actuum ex aſtris ductæ.

CAPUT X. Contra Epicureos divinam providentiam negantes, eo quod boni hic adverſa patiantur, dum mali proſpera omnia experiuntur.

SED quia detectis laqueis jam fraudis opertæ,
Quo captos vanis ſtudiis deduceret error
Compertum : ſupereſt nunc reſpondere querelis,
Quæ mundi rebus divinam abſiſtere curam
Objiciunt, dum ſæpe bonos labor anxius urget,
Et tranquilla fluit cunctorum vita malorum.
Dic age, qui nullis Domini moderantis habenis
Humanas res ire putas, quid ab ordine ceſſat
Naturæ ? quæ bella movent elementa ? quid uſquam
Diſſidet a priſco diviſum fœdere rerum?
Sic interjecta Solis revocatur in ortum
Nocte dies, idem eſt Lunæ aſtrorumque recurſus,
Et relegunt notas ſubeuntia tempora metas.
Non aliter venti ſpirant, ita nubibus imber.
Læta negant, ſervantque genus trudentia flores
Semina quæque ſuum : nec abeſt ab origine rerum

Ordo manens, iisdem subsistunt omnia caussis.
Quæ nisi perpetui solers prudentia Regis
Adstrueret, molemque omnem spirando foveret;
Conciderent subita in nihilum redigenda ruina.
Et cum hæc pervigili cura Omnipotentis agantur,
Quæ certum ad finem devexo limite vergunt:
Quis neget in nostram gentem specialius æquum
Partiri sua jura Deum? cui perpetis ævi
Spem tribuit, propriæ largitus imaginis instar.
Quare nec malos hic puniri, nec bonos remunerari oportet.
At qui nec pœnam injustis, nec præmia sanctis
Restitui ad præsens quereris, vellesne per omnes
Ultricem culpas descendere judicis iram?
Et quo magnanimi clemens patientia Regis
Distaret sæva immitis feritate tyranni?
An quæ pars hominum peccati nescia mundum
Possessura foret? vel sanctæ quis locus esset
Virtuti in terris? cui si præsentia dona
Affluerent, cælo potius sublata maneret.
Sic mundi meta abruptis properata fuisset
Temporibus: neque in sobolem generanda veniret
Posteritas, pariter cum justos atque nocentes
Aut promissus honos, aut pœna auferret ab orbe.
Nunc vero & generis nostri profunda propago
Tenditur, ac duplici // succedit origine pubes,
Nata patrum membris, & Christi fonte renata:
Et pia dum populis Domini patientia parcit;
In lucem multos de tetra nocte reversos,
Ac posita claros peccati labe videmus.
Ille per innumeros vultus, & mille per aras,
Barbatos, læveque deos, juvenesque, senesque,
Ut quondam fecere, colens, jam errore parentum
Abjecto, solum Unigenam submissus adorat.
Hic sophicas artes Græcorum, & vana secutus
Dogmata, jam Christo sapere, & bruteſcere mundo
Gaudet Apostolico doctus cælestia ludo.
Quam multos procul a portu rationis in altum
Dedecorum turbo abstulerat; quos æquore toto
Jactatos, nimiumque vagis erroribus actos,
Nunc reduces juvat excipere, amplexuque paterno
Confotos, nusquam statione abscedere vitæ?
Quos si multa inter morum delicta priorum
// Plexisset propere rigor implacabilis iræ;
Intercepta forent melioris tempora vitæ,
Nec standi vires licuisset sumere lapsis.
Mortem (inquit Dominus) peccantis nolo, nec ullum
De pereunte lucrum est: redeat magis, inque relictum
Mutatus referatur iter, vitaque fruatur.
Et quia virtutum similes vult esse suarum
Quos genuit; Vindictam, inquit, mihi cedite; reddam

Ju-

℣. 760. Duac. & Colon. cum posterioribus editionibus, *successit*.

℣. 778. Editiones antiquæ, *Plectisset*: recent. *plexisset*.

Judicio quæ digna meo ; detur locus iræ.
Sic dum multorum differtur pœna malorum,
Nonnulli plerumque probos revocantur in actus,
Ac fit quisque sibi judex, ultorque severus,
Quod fuerat prius interimens, aliusque resurgens
At qui persistunt errori incumbere longo;
Quamvis in multis vitiis impune senescant,
In sævum finem venient : ibi non erit ulla
Spes veniæ, minimo ad pœnam quadrante vocando.
Nos etenim quoties caussa quacumque movemur,
Vindictam celerem cupimus: quia rara facultas
Non patitur læsis tempus transire nocendi.
At vero æternum nil effugit, omniaque adsunt
Salva Deo : nihil est illi tardumve, citumve:
Nec dilata umquam, nec festinata putemus,
Quæ veniunt : nostris mutantur tempora rebus.
Nam quod ubique agitur, quod gestum est, quodque gerendum est,
Ante oculos Domini puncto subsistit in uno:
Una dies cui semper adest, cras, atque // here nostrum.
SED quamquam examen Deus omnia servet in illud,
Quo quæ nunc occulta latent, relata patebunt:
Multa tamen mundum per sæcula cuncta regentis
Justitiæ documenta dedit : dum maxima bellis
Regna quatit, dum sæpe urbes, populosque potentes
Exhaurit morbis, cremat ignibus, obruit undis:
Dumque inopes ditat, dejectos elevat, auctos
Imminuit, solvit vinctos, subigitque superbos.
Nec vero hoc nisi cum magna ratione putandum est
Accidere, ut quoties iram experiuntur iniqui,
Supplicia insontes, videantur obire nocentum.
Multa quidem semper mundo communia in isto
Indignos dignosque manent : sol omnibus idem est,
Idem imber, pariter subeuntur frigora & æstus.
Utque indiscreta est cunctis aqua, lumen, & aura;
Sic injustorum justos mala ferre necesse est:
Ut dum multa malis insontes compatiuntur,
Sint quorum merito populis parcatur iniquis,
Et qui conversos virtutis imagine ducant.
Sed cum perdendis indemutabilis instat
Finis ; non eadem incumbit sententia sanctis.
Sunt quos diluvium mundi non obruat, & quos
Arsuris liceat Sodomis evadere : norat
Angelus Ægypti vastator limina signo
Scripta crucis, sacro removens a sanguine plagam.
Nec rutilo mulier decepta est vellere, cujus
Sola domus tanta pereunte superfuit urbe.
Fit mare per tumidum sanctis via, fitque per amnem;
Et per inane piis gradus est : cibus alite serva

Deus patiens, quia omnipotens & æternus.

CAPUT XI. Deus tamen maxima justitiæ suæ documenta sæpe hic edit.

Multa in hac vita bonis & malis oommuniter accidunt, in alia nullatenus ita res erit.

¥. 804. Editio Lugdun. habet *here*; aliæ, *heri*, cujus ultima longa versus debitæ quantitati non convenit. *Here* adverbium autem idem sonare quod *heri*, patet ex hoc versu pentametro Martialis : *Et positum est nobis hil here præter aprum*.

Suggeritur, perditque avidus ſua fercula meſſor.
Utque Dei ſervis nihil obſit, vertitur ordo
Naturæ, vinctos labentia vincula ſolvunt;
Carcer ſponte patet, fera non tenet obice valvas;
Deficit humor aquas, ignes calor, ira leones.
Non autem dubium eſt, in magnæ turbine cladis
Involvi teneros annos, // & more parentum,
Criminis expertes, aliena occumbere culpa.
Nam cum homines pontus tegeret, deleta per orbem
Multa puellarum & puerorum millia notum eſt.
Nec tamen injuſte terris exempta videtur
Progenies auctura malos, cui multus in ipſo
Exitio eſt collatus honos, quod crimine patrum
Occidit ante, ſua caderet quam noxia culpa.

Nulla mors bonis mala.

Quod ſi & juſtum aliquem complexa eſt pœna malorum,
Ne dubites placuiſſe Deo : nec enim mala mors eſt
Ulla bonis, quibus vario longoque labore,
Quilibet in requiem patet exitus : aſpera vitam
Dat via, nec campo capitur, ſed fine corona.
Verum nos blandis capti, offenſique ſeveris,
Nec bona judicio ſpectamus, nec mala vero.
Dum non noſtrarum curanda negotia rerum
Suſcipimus, propriiſque juvant aliena relictis.

Quam injuſte judicet mundus de beatitudine.

Nec quemquam vitiis miſerum, aut virtute beatum
Cenſentes, fruſtra externis culpamque, decuſque
Jungimus, & cælo adſcripti terrena fovemus.
Felices dici mos eſt, quos blanda poteſtas
In ſummos apices tumidorum evexit honorum:
Quos magni quæſtus ditarunt, & quibus amplos
Congeſſit reditus totum res fuſa per orbem.
Laudantur veſtes pretioſæ, & pulcra ſupellex,
Magnæ ædes, famuli innumeri, vigileſque clientes,
Et quidquid non eſt noſtrum, quodque ut dare quivit
Una dies, ſic una poteſt auferre : nec illud
Quod ſpeciale bonum eſt hominis, nullamque timet vim,
Amplexi ; miſeros, quibus hæc perdentia deſunt,
Et per mille modos pereuntia, credimus : ac ſi
Juſtitiam durus labor urgeat, & dolor ægri
Corporis, & mortes natorum, & turpis egeſtas.
Non quantas pariat conſtans tolerantia palmas,
Nec quo pugna brevis ſit proceſſura videmus:
Sed calicem crucis ac vitæ libare verentes,
Vipereum obducto potamus melle venenum.
Dulcia ſunt etenim guſtu, ſpecieque decora,
Quæ morbos mortemque animæ generantque, foventque,
Canceris & ritu languentia viſcera carpunt.
Cumque Deus medicam cælo demittere curam
Dignatur, penituſque putres abſcindere fibras;

In-

¥. 840. Editio Lugd. *& in ore parentum*: id eſt, & ſub oculis parentum. Editiones Lovan. Duac. Colon. & alia: *& more parentum*: quod forte ſignificat, & pro peccatis ſuorum parentum: ſeu, pariter ac parentes. Hic ſenſus juvatur verbis ſequentibus.

Aliena occumbere culpa.

Incuſamus opem teneri, & tabeſcere morbo
Malumus, antidoti quam vim tolerare ſeveri.
Non igitur mala ſunt, quæ nos mala ducimus : & cum
Ulceribus diris non parcit dextra medentis;
Amplectenda ſalus, non exacuenda querela eſt.
Jam quos peccantes Deus arguit, hos etiam nunc
Diligit; & patrio vult emendare flagello.
Meque iſtis potius ſociet, quam congreget illis,
Quos jam ſummoto permiſit verbere, curſu
Ire voluntatis, propriaque libidine ferri.
Hi ſunt vero illi, quos inter crimina tutos,
Et ſcelerum dites fructu, impunita ſenectus
Extremæ turpis vitæ produxit // in oras.
Hi juſtum injuſtis odiis preſſere : per iſtos
Bella excita piis, & flagra medentia tardis.

CAPUT XII. Afflictio malis pœna eſt criminis, bonis corona virtutis.

NAMQUE eadem cunctos exercent tela fideles,
Sub duplici cauſſa : dum quo torquentur iniqui,
Hoc ſancti creſcunt ; & quod pœnam attulit illis
Pro culpa, hoc iſtis dat pro virtute coronam.
Denique ſi quidquid mundanis rebus acerbum
Accidit, excutias ; totum jam ſponte videbis
Anticipaſſe Dei famulos. Gemit ille talentis
Argenti atque auri amiſſis, hunc rapta ſupellex,
Perque nurus Geticas diviſa monilia torquent.
Hunc pecus abductum, domus uſtæ, potaque vina
Afficiunt, triſtes nati, obſcœnique miniſtri.
Sed ſapiens Chriſti ſervus, nil perdidit horum,
Quæ ſprevit, cæloque prius translata locavit,
Ac ſi quid mundi ſub tempeſtate laborum
Incidit, intrepide ſubiit : // manifeſtus honoris
Promiſſi, & cupidus victo certamine ſolvi.
At tu, qui ſqualidos agros, deſertaque defles
Atria, & exuſtæ proſcenia diruta villæ;
Nonne magis propriis poſſes lacrymas dare damnis,
Si potius vaſtata tui penetralia cordis
Inſpiceres, multaque obtectum ſorde decorem,
Graſſanteſque hoſtes captivæ mentis in arce?
Quæ niſi per cunctas patuiſſet dedita portas,
Inque ſuam cladem facibus fomenta dediſſet,
Hoc etiam quæ facta manu ſpecioſa fuerunt;
Devoti meritum populi teſtata manerent.
Sed cum deformi jaceant proſtrata ruina;
Objiciunt nobis caſus noſtroſque ſuoſque.
Hos igitur cineres templorum, hæc buſta potentum,
Quæ conjeſta jacent, populati cordis in aula
Plangamus captiva manus : nos ſplendida quondam
Vaſa Dei, nos almæ aræ, & ſacraria Chriſti,
In quibus argentum eloquii, virtutis & aurum,
Et ſceptrum captum eſt crucis, & diadema decoris.

Animæ damna, magis quam rerum exteriorum lugenda

Nec

℣. 899. Sic editiones Lugd. Lovan. Duac. & Colon. Recentiores vero, *in auras.*
℣. 916. Id eſt, *certus*. V. ſupra ℣. 190.

Nec rabidis juſtam moveamus queſtubus iram,
Judicium culpando Dei, quod mentis & oris
Officium multa tranſcendit majus abyſſo.
Quamvis exiguo hoc fugientis tempore vitæ
Injuſti tumeant, & tuta pace ſuorum
Lætentur ſcelerum : nonque illos vinea fallat,
Non ager ; & noceant illæſi, & crimine creſcant:
Nos, quibus in Chriſto ſunt omnia, non capiant res
Occiduæ : quas nec nobiſcum inveximus // orti,
Nec diſceſſuri mundi exportabimus iſto.

Converſis prodeſt afflictionis tolerantia.

Sed ſi quis ſupereſt animi vigor ; excutiamus
Peccati ſervile jugum, ruptiſque catenis,
In libertatem & patriæ redeamus honorem.
Impia non oberunt cum ſævo pacta tyranno,
Captiva conſcripta manu, reſolubile Chriſto eſt
Hoc fœdus, quod jure poteſt ſubvertere juſto;
„ Averſos revocans & ſuſcipiens converſos;
„ Sanguine quos proprio quæſivit prodigus emptor?
„ Si tamen aſſertoris opem feſtina voluntas
„ Præveniat, fletu Dominum motura fideli.
„ Nam ut nemo invitus, ſomnove quietus in alto
„ Fit ſalvus, nec vi petitur qui ſponte receſſit:
„ Sic pulſata patent redeuntibus atria vitæ,
„ Et recipit cæli ſervatos curia cives.
Cujus ſpem veniæ firmato corde foventes,
Implorate Deum, pugnaſque relinquite, fratres,
Verborum, & lites de pravis ſenſibus ortas.
Nec quia procidimus fuſi certamine primo;
Stare, & conflictum vereamur inire ſecundum.
Cuncta licet variis terroribus impleat hoſtis,
Et vigili clauſas obſidat milite portas:

Vincitur diabolus etiam ab his quos antea vicerat, ſi ſpem in Chriſto ponant, & vincendi virtutem a Chriſto qui diabolum vicit, petant.

Cum victo tamen eſt bellum, ſi carne vetuſta
Exuti, in Chriſti renovemur corpus, & omnem
Vincendi nobis vim de victore petamus.
Qui dum noſtra ſuis ſociat, junxit ſua noſtris.
Ut non humanis fidens homo, totus in illum
Se referat ; ſine quo non ſtant, qui ſtare videntur:
Et per quem ſparſi coeunt, ſtratique reſurgunt.
Hæc ſat erit parvo rudibus ſcripſiſſe libello:
Qui cum ſincerum vivo de fonte liquorem
Guſtarint, ipſi profundent flumina ab alvo
Cordis, & irriguas præbebunt fratribus urnas.

v. 944. Ita libri veteres Lugd. Lovan. & Colon. cum poſteriores habeant, *inveximus orbi*,

AD-

ADMONITIO.
IN LIBROS DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM.

DIU est cum quæritur quis fuerit auctor librorum de vocatione omnium gentium. Et primum quidem adscripti sunt sancto Ambrosio ex quorumdam Manuscriptorum codicum fide. Sed non multo post tempore ab hac opinione discessum est: cum animadversum est ab eruditis, non solum his in libris citari Pelagianorum hæresim, quæ post Ambrosium inter cælites assumptum orta est, sed etiam in illis agi de contentione quæ in Ecclesia nata est ex doctrina quam sanctus Augustinus contra Pelagianorum hæresim decertans strenue propugnaverat. Deinde vero Prospero adscripti sunt a quibusdam, qui illos in Manuscriptis nonnullis sub S. Prosperi nomine descriptos legerunt, & quia magna in his affinitas notatur cum quæstionibus, quas sanctus ille Augustini discipulus & vindex in suis operibus attigit. Sed eruditis criticis, nec paucis quidem, visum est, & in hac secunda opinatione erratum esse, nec eos ut veros sancti Patris illius fœtus debere agnosci: his quidem propter stili diversitatem, illis vero propter doctrinæ discrepantiam. Cum vero non supereſſent illi codices Manuscripti, in quibus libri illi alteri cuipiam parenti assignarentur, tum vero ventum est ad conjecturas. Alii enim, inter quos Latius & Vossius, Hilario illi tribuendos crediderunt, cujus Epistola legitur ad sanctum Augustinum data, quemque nonnulli cum Arelatensi hujus nominis Episcopo confuderunt. Alii autem, ut Erasmus, Eucherio tribui posse suspicati sunt, illiusque genium satis referre judicarunt. Denique P. Quesnellio in mentem subiit, opus hoc Leoni magno ominino esse assignandum; cujus doctrinam stilumque in his duobus libris omnino agnovisse se asseruit. Quod suum hac in re judicium satis probabile feciſſe videbatur, ita ut multi postremæ illi opinioni ultro subscriberent: cum Josephus Antelmius Forojulienſis Canonicus in contrarium se opponens, & longa Dissertatione hanc opinionem subruere conatus, alteram qua hi libri Prosperi esse agnoscebantur, iterum statuisse se gloriatus est.

Inter tam diversas una de re opiniones, duæ tantum ejus sunt ponderis quæ in examen revocari mereantur: scilicet quæ sancto Prospero, & quæ sancto Leoni hoc opus assignandum probant: aliæ enim aut manifesto falsæ, aut nullo fundamento niti inveniuntur. Ambrosio enim quomodo tribuetur opus in quo quæstiones agitantur quæ pluribus annis post Ambrosii obitum tractari cæperunt? Nec ea est stili similitudo inter hosce libros & opera sancti Eucherii, ut ex solo hoc fundamento ei auctori tribui queant: Multo minus ab Hilario Arelatensi exaratos credibile, cum ille in materia gratiæ non paria sentiret cum Augustino, sed magis cum his qui in hoc opusculo impugnantur. Nec Syracusani Hilarii esse verisimile, aut Hilarii illius sancti Prosperi socii (si tamen non unus sit idemque.) Si quidem Epistolarum quas ad Augustinum dederunt stilus longe distat a stilo auctoris nostri. Sed nec Prosperi Aurelianensis opus esse agnoscitur: qui tantum abest ut tractatum ejus quo iste agnoscitur esse ingenii scribere potuerit, ut Sidonium Appollinarem convenire coactus sit, cum vitam sancti Aniani decessoris sui scribi optavit, quam ipse pro sui ingenii tenuitate aggredi ausus non fuit. Nec denique ejus Prosperi qui interfuit subscripsitque Concilio Carpentoracensi anni 527. & Vasensi anni 529. Siquidem opus illud de vocatione gentium absque auctoris nomine citatum legitur a Gelasio Papa in suo contra Pelagianos opusculo: obiit vero Gelasius anno 496. unde extra omnem veri similitudinis speciem est citatum ab illo auctorem qui anno 529. erat superstes.

In hoc ergo unum tota vertitur quæstio: an opus hocce Prosperi sit, an Leonis magni, an tandem ignoti huc usque auctoris dici debeat. Hæ autem utrimque rationes diversarum opinationum afferuntur.

Pro Prospero quidem primo exhibentur Manuscripti codices, & plures quidem, in qui-

quibus huic operi præfigitur nomen Proſperi : Hincmarus quoque teſtis adducitur, qui in libro quem ſcripſit de Prædeſtinatione citat illud ſub nomine ſancti Proſperi doctrinam quoque hujuſce operis S. Proſperi doctrinæ conformem, ſtilum etiam valde ſimilem, ſententias eaſdem utrobique legi contendunt. Exempli gratia, dicit Proſper in ſuo carmine de ingratis quod

Sedes Roma Petri, quæ paſtoralis honoris
Facta caput mundo, quidquid non poſſidet armis
Relligione tenet.

Hoc idem & iiſdem pene verbis legitur apud eumdem auctorem librorum de vocatione gentium capite 16. *libri* 2. *Proſper quoque in reſponſione ad objectiones Gallorum aſſerit quod* ex toto mundo totus mundus eligitur : *loquendi modus ſimilis legitur in libro* 1. *de vocatione gentium cap.* 9. *ubi* de toto mundo totus mundus liberatus *agnoſcitur. S. Proſper in carmine de Ingratis, inter diverſa inſcrutabilium judiciorum Dei exempla numerat eas differentias quæ reperiuntur inter homines, etiam in naturalibus donis : librorum de vocatione gentium parens eamdem comparationem adhibet libro* 1. *capite* 14. *Denique S. Proſper, & ſcripti ſubſequentis auctor, exempla infantium ſine Baptiſmo morientium, infidelium quoque in extremo vitæ halitu ad Deum converſorum, & alia plura ad eaſdem res probandas uſurpant.*

Et vero Joſ. Antelmius, qui hanc opinionem inter criticos jam obſoletam tueri ſuſcepit, hujuſcemodi momenta ponderat, exaggeratque ſedulo, aliaque inſuper addit ducta ex ſtili ſimilitudine, verborumque & ſententiarum conſonantia, quæ in diffuſas tabulas diſtribuens, longa & pene faſtidioſa paralella inſtituit. Tum Photii teſtimonium adducit in medium, qui in cod. 54. *Bibliothecæ Actorum Epiſcoporum Occidentalium contra Pelagianos inſurgens, ait* : Cum temporis progreſſu ſectæ hujus homines per hæreſis ſuæ abjurationem Eccleſiæ reſtituti eſſent, iterum malum ab ipſis principium ſumpſit, ut Septimo Epiſcopo renaſcens eadem lues, antequam longius ſerperet fuerit reprimenda, datis ad Leonem Romæ tunc ſedem Apoſtolicam tenentem litteris : qui Leo ferventi zelo contra impietatem illam depugnavit. Poſt non diu rurſum veluti exiſtere atque renaſci e mala radice impudenter cum cœpiſſet, Romæ etiam quidam libere pro hæreſi locuti ſunt, quos vir ſane divinus Proſper libellis adverſus eos in vulgus editis facile diſſipavit extinxitque, Leone etiamnum, quem diximus, Romanam ſedem gubernante. *Quod vero hic ait Photius aliis Proſperi operibus ante Leonis magni pontificatum exaratis convenire nequeunt. De libris ergo his de vocatione gentium loquebatur ibi Photius.*

Qui autem e contra hos libros a Proſperi operibus alienandos tuentur, id primo dicunt : Stilum librorum illorum longe differre a ſtilo operum Proſperi. Hæc fuit cenſura doctiſſimorum inter criticos hujus ſæculi: ſic enim Latius, Eraſmus, Voſſius, Grotius, aliique bene multi præcellentes eximiique ſaporis critici cenſuerunt. Enimvero auctoris librorum de vocatione ſtilus Proſperiano longe caſtigatior concinniorque, elegantior dictio, periodi magis commenſuratæ, antitheſes ſententiarum, verborumque pugnæ frequentiores, ſchematum uſus crebrior, tota denique oratio ex affectato rithmorum occurſu longe modulatior. Hocque in primis attendendum, utpote non niſi ex conſilio ſtudioque natum : non enim tunc ſolum occurrunt, cum in eas velut ſponte currere videbatur oratio, quod & nonnumquam in Proſpero inveneris; ſed aliis etiam in locis, ubi nonniſi data opera uſurparentur.

2. *Scribendi methodus auctori anonymo familiaris a Proſperi ratione plurimum diſſidet. Hic enim palam & publice aſſertorem ſe vindicemque ſancti Auguſtini exhibet, ejus doctrinæ apices omnes ubique acriter ac ſtrenue propugnat, premit ſtudioſe omnia ejus veſtigia ; ubique ſancti Doctoris animum, doctrinam, ſenſuſque omnes ſpirat. Nihil tale in gemino libello. De ſancto Auguſtino ne apex quidem ullus : ita ut vel ipſum videatur non noſſe (quod nemo crediderit ;) vel ejus nomen ex certo conſilio, certaſque ob cauſſas reticuiſſe. Proſper cum ſcribit, Eccleſiæ Romanæ auctoritatem paſſim prædicat ac circumfert, ut pote (ut nonnullis placuit) ejus nomine & ex ejus delegatione in arenam deſcendens ; alter ex proprio ingenio ſtilum exerit, non tam pugnandi, quam ſeſe exercendi ſtudio, magiſque inquirenti ſimilis, quam certa & jam ſancita dogmata propugnanti. Ille palam aggreditur Semipelagianos, atque ut catholicæ doctrinæ adverſarios inſectatur ; hic non tam ex induſtria, quam aliud veluti agens eos exagitat, nec id ea vehementia eoque zelo exequitur, quo ſanctus ille Auguſtini doctrinæ diſcipulus & vindex.*

3. *Cum*

3. *Cum certum ſit ſcriptum opuſculum fuiſſe aliquamdiu ante Gelaſii Papæ tempora, vix tamen unum aliquod temporis ſpatium aſſignare poſſis, quod Proſpero conveniat. Si ſtatim ab initio concertationum, vel paulo poſt eas exortas exaratum velis, jam ipſum auctorem in libri ſui exordio contradicentem habes, qui jam dudum de his quæſtionibus controverſum fuiſſe diſerte aſſerit.* Inter defenſores liberi arbitrii, *inquit*, & prædicatores gratiæ Dei magna & difficilis DUDUM vertitur quæſtio. Lib. 1. de vocat. omn. Gent. cap. 1. *Si vero ultro conceſſeris, quod negari non poteſt, eam controverſiam dudum efferbuiſſe inter Auguſtinianos & Semipelagianos, cum ad ſcribendum auctor ſe applicuit, jam alium a Proſpero fuiſſe neceſſe eſt. Hic enim ſtatim atque Pelagiani veneni reliquiæ per Genuenſium Excerpta, vel Capitula Gallorum, vel Joannis Caſſiani Collationes ſpargi cœpere, ſtilum ocyus arripiut acuitque, & totis viribus illarum vocum novitates inſectatus eſt. Contra vero auctor librorum* De vocatione gentium *innuit hanc primam ſuam eſſe de hac materia lucubrationem, & quidem dudum poſt motas quæſtiones elaboratam*: Magna & difficilis DUDUM vertitur quæſtio . . . . De hac igitur compugnantia opinionum qua menſura & temperantia ſentiendum ſit, quantum Dominus adjuverit, ADNITAR inquirere, exercens atque diſcutiens modulum facultatis meæ in his quæ cordi meo ſobrie, quantum arbitror, inhæſerunt. *En verba poſt longam opinionum iſtarum concertationem ſcribentis, primam in hoc ſcripto operam ponentis primumque conatum, hominiſque magis* inquirentis, *ſeſe* exercentis, *remque proprio ſtudio* diſcutientis, *ac pro modulo facultatis ſuæ, quam confidenter ex Patrum doctrina aſſerentis, propugnantiſque ex delegatione Sedis Apoſtolicæ. Immo timide admodum ac dubitanter ſcribit: quia videlicet quamvis per omnia Auguſtinianæ receptæque in Eccleſia doctrinæ congruentia proponeret, novos tamen loquendi modos inducebat: ſciebat autem ſuſpectas merito eſſe in Eccleſia novitates vocum, etiam ſervata antiquitatis doctrina: unde poſt deſcripta verba, hæc ſubjicit;* Ut ſi in eas regulas proceſſerit ſtilus, quæ nihil offenſionis, nihil habeant pravitatis, non ſolum nobis, ſed & aliis utile ſit, ad aliquem nos limitem perveniſſe, quem non debeamus excedere. *Qui demum, ne ſcriptum Proſpero abjudicent, diſcrimen notatum inde naſci poſſe dixerint, ut dixerunt nonnulli, quod illo tempore exaratum eſt a Proſpero, quo nondum plene hauſerat Auguſtinianæ doctrinæ fluenta, præſertim vero ex iis libris quos poſteriores ſubque vitæ finem ſcripſit; facile ex fixa ſuperius epocha hujus ſcriptionis refelluntur.*

Ante quam vero longius progrediatur oratio, examinandæ rationes quas Joſ. Antelmius allatis mox a nobis momenti opponit. Ait enim primo eamdem eſſe Proſperi doctrinam quæ eſt librorum de Vocatione gentium: & hac in re ſuffragatorem ſe habere Queſnellium, qui contrariam Noriſii ſententiam expreſſe refellit. Hoc quidem verum omnino, ſi ipſam in ſe utriuſque doctrinam ſpectes. At contendimus auctorem anonymum diverſo quandoque loquendi modo mentem ſuam expoſuiſſe, ab eo quo ſemper uſum fuiſſe Proſperum nemo jure dubitabit. Fatemur quoque librorum de Vocatione gentium ſcriptorem non diſſimili aliquando ſenſu gratiæ nomen uſurpaſſe, ab eo quo Proſper uſurpat, pro vera ſcilicet Jeſu Chriſti gratia: ſed contendimus hunc auctorem ſub hoc gratiæ nomine etiam dona naturalia quandoque intellexiſſe: & hoc omnino ſenſu eam omnibus hominibus communem agnoviſſe. Quo ſenſu a Proſpero noſtro ullo in opere ſuo gratiæ vocem uſurpatam nemo probaverit. Rem quidem eamdem docet Proſper cum auctore anonymo, Deo ſcilicet curam fuiſſe omni tempore de hominibus, hos vocaſſe ſive per legis litteram, ſive per naturale rationis lumen, ſive per Evangelii prædicationem: ſed hujuſcemodi a Deo impenſas homini admonitiones gratiæ nomine nullibi invenitur decoraſſe: nec hujuſce rei ullum Antelmius protulit exemplum. Hoc unum enim ille probat, docuiſſe Proſperum naturale lumen omnibus hominibus eſſe commune, ad omnes pertinere Dei providentiam; ſed non hoc agitur: probandum enim omnino illi incumbebat quod talibus generalis providentiæ auxiliis, id eſt naturalis rationis diſciplinæ, legis inſtructionibus, Evangelicæve prædicationi &c. gratiæ nomen S. Proſper fuerit impertitus: nec doctiſſimus Criticus unum Proſperi locum objicit quod in hunc ſenſum uſurpari probentur. Quem enim ille protulit Diſſertationis tertiæ pagina 139. in quo loquitur S. Proſper c. 14. lib. contra Collatorem, de potentia gratiæ Dei, & de modis cognoſcendi Deum per naturalia auxilia, nihil probat: cum hiſce exterioribus adjumentis gratiæ nomen non indiderit Proſper: hoc ſolum illo in loco docens, quod quod-

libet Deus exterius adhibeat homini auxilium, sola semper gratia interius ad Deum trahit. Fatetur tandem vel invitus Censor eruditissimus, diversa aliquatenus via ingressum auctorem operis de Vocatione gentium, ab ea quam tenuerat S. Prosper in aliis suis Operibus in explicandis quæstionibus de Dei gratia; sed vult ille Prosperum hoc in opere se se occultasse, illud anonymum edidisse, sensus suos mentemque aliquatenus dissimulasse, ideo nomen Magistri sui Augustini tacuisse, ut ejus doctrinam securius tueretur: novam denique illum in eodem viam iniisse; & hinc fieri quod nihil hactenus hac de re se scripsisse finxerit: ipsumque Prosperum aliis etiam in operibus suis cautius aliquando esse locutum. Augustini principia temperasse, cumque aliquando se ulterius non scripturum promisisset, necesse fuisse ut diversa differendi methodo uteretur, ne agnosceretur, stilum ipsum denique mutasse & simulasse, & ad hoc adactum omnino ex ea scribendi ratione, quam sibi hocce in libro sequendam proposuerat.

Hæc autem argumenta momentave quid solidi contineant lector æquus dijudicet: hoc unum asserimus, si ex conjecturis hujusmodi liceat tanti ponderis rationes quas supra recensuimus enervare, nullum imposterum a Critico quovis proferri posse argumentum, quod hac via, quacumque polleat vi & efficacia, non possit everti. Unde enim didicit Antelmius Prosperum intendisse hoc opus sub larvati & occulti hominis persona proferre? A quo audivit libris his nullum auctoris nomen inditum? Quod si contigit, quomodo Prosperi esse probabit? Nam quos in medium adducit pro sua causa, tamquam probationum efficacium loco, Manuscriptos codices; quid ultra pro ipso militant, cum constet Prosperi ætate opus istud sine auctoris nomine legi solere, & tale permansisse diu post Prosperum, cum scilicet a Gelasio Papa recensebatur. Cui bono igitur Prosper sensus suos aliquando dissimulasset? Cur idem illa qua solebat animi libertate & constantia, S. Augustini doctrinam tueri hoc in opere cessasset? Numquid credibile ipsum tunc viri illius, erga quem se hactenus tanta reverentia affectum exhibuerat, nomen proferre erubuisse? Etsi enim perversos sensus qui sancti Doctoris verbis affingi poterant sedulo illé diluerit, eoque modo qui calumniis locum non præberet expresserit; illos tamen aperte tuitus est, in Augustini adversarios ubique strenue insurrexit, quos certo certius in errorem lapsos esse arguit. Etsi tandem stilum dissimulare voluisset, non est verisimile quod id tam feliciter præstare potuerit. Nam dubio procul auctoris anonymi stilus stilo Prosperi nitidior, elegantior & sublimior agnoscitur. Nec quisquam in melius stilum proprium mutasse facilé reperietur. Qui enim personam mutat, in deterius vergit, & quisquis a naturali genio recedit, nihil non informe imperfectumque producit. Quam ægre quis tot rithmos invenerit, & tam accurate omnes periodos commensuratas non assuetus ediderit. Nec apparet ullatenus Prosperum ad hoc adactum ut stilum mutaret, ex methodo qua opus hoc compositum habetur.

Denique quæcumque Antelmius iis opponit momentis, quibus probatum est libros de Vocatione gentium non esse Prosperi, meris suppositionibus vel leviori probationis specie carentibus innititur.

Jam vero illud examinandum an efficaciora sint argumenta quibus illi libri Prospero adjudicandi esse dicuntur. Hæc autem ad tria omnino momenta revocantur. 1. Ad Manuscriptorum codicum auctoritatem. 2. Hincmari testimonium. 3. Doctrinæ stilique similitudinem.

Quantum ad primum, de quo solo convenimus cum Auctore Dissertationis, non majoris ponderis censeri debent MSS. illi ut opus istud Prospero adscribatur, quam alii in quibus eidem assertum fuisse legitur opus Juliani Pomerii, de Vita contemplativa. *Nec Hincmari auctoritas præponderat auctoritati Conciliorum Galliæ, in quibus ab annis* 800. *libri* de Vita contemplativa *sub Prosperi nomine citati leguntur. Nec novum aut inusitatum Hincmaro quædam opera sanctis Patribus assignare, quorum tamen illi parentes non agnoscantur. Citat enim ille* Hypomnesticon *sub nomine S. Augustini, librum de* Prædestinatione & gratia, *sub ejusdem nomine recenset, librum* de Induratione Pharaonis *sub Hieronymi, Commentarium Hilarii Diaconi in Paulum sub S. Ambrosii, &* Carmen de Providentia Dei, *sub sancti Prosperi nomine in testimonium adhibet. Quod spectat autem MSS. codices librorum* de Vocatione gentium, *ex quinque MSS. Vaticanis antiquior, qui mille annorum ætatem excedere creditur, & alius pariter vetustissimus nomen Sancti Ambrosii præferunt; tres reliqui, quorum ætate major* 800. *annos non excedit, nomine Prosperi insignuntur. Alii absque dubio exstant MSS. in quibus sub Ambrosii nomine exhibentur hi libri; cum ubique*

que

que sub ejus nomine editi legantur ante annum 1566. Si ergo antiquiorum Manuscriptorum auctoritati cedi opus esset, omnino tribuendi S. Ambrosio viderentur. Nec diffitebitur, opinor, Antelmius ex suo systemate, primos hujus operis Manuscriptos anonymos prodiisse, cum latere intenderit S. Prosper. Unde probabitur, amanuenses illos, qui primi Operi isti nomen Prosperi præfixerunt, pro vero Prosperi nostri fœtu agnoscendos ex certis argumentis cognovisse? Nonne probabilius est, quod, cum eos libros anonymos reperissent, ex argumenti doctrinæque conformitate inducti fuerint ut Prosperi nomen in fronte apponerent. Alii minus docti, licet antiquiores, minus etiam feliciter eidem operi nomen Ambrosii indiderant. Ex qua amanuensium diversitate colligitur, non standum hic Manuscriptorum aactoritati, & ex sola amanuensium temeritate titulos istis libris inditos prodiisse.

De doctrinæ consensione diximus supra, probavimusque, etsi revera idem sentiat auctor librorum de Vocatione gentium quod S. Prosper; diversos tamen ab illo loquendi modos usurpatos, eaque adhibita temperamenta quæ S. Prosper numquam adhibuisset. Si consulantur perpaucæ utriusque periodi, fortissimum argumentum a nobis merito duci videbitur ex stili disparitate, quæ oculis legentium primo intuitu patebit. Nec terrent nos aut ab opinione dimovebunt longæ illæ quas elaboravit Antelmius Tabulæ: in quibus sæpe nulla alia in stilo conformitas prospicitur, præter voces quasdam tunc temporis usurpari solitas. Nec facile invenientur auctores duo idem argumentum versantes, qui non aliquando easdem voces usurpaverint: multo minus mirum quod in sensibus conveniant, & iisdem loquendi formulis utantur. Si quis eadem cura investiget Opera S. Augustini, qua Antelmius S. Prosperi Opera omnia scrutatus est; non desperandum omnino quin feliciter succedat quæ institueretur operum Augustini cum libris de Vocatione gentium collatio: cum revera non pauca Antelmianorum parallelorum loca ex sententiis Augustini a Prospero excerptis ducantur, aut iisdem terminis scriptæ legantur in S. Doctoris Operibus. Verum frustra omnino talis minutatim comparatio institueretur: quoniam non obstantibus diffusis illis ultra modum Antelmii parallelis, ex illis quas deduximus rationibus librorum de Vocatione gentium ab Operibus Prosperi differentia ipsa se legenti & ponderanti prodet.

Nunc vero supereſt ut examinentur conjecturæ, quibus ductus Quesnellius libros de Vocatione gentium Leoni suo adjudicavit. Præcipuum, immo vero unicum ipsius argumentum stat in stili paritate, quam se agnovisse asserit inter libros istos & reli-
„ *qua S. Leonis Papæ opera. Scripta Sancti Leonis sæpius relegenti, inquit ille,*
„ *familiarissima facta est phrasis Leonina, totusque dicendi character, quem in libris*
„ *de Vocatione gentium agnovi. Statim animadverti quod in eis idem loquendi mo-*
„ *dus, nonnullorum verborum affectata frequentatio, conformatio periodorum eadem,*
„ *eadem sermonis constructio, conflictus verborum, crebæque antitheses, dictionis varietas,*
„ *elegantia, dignitas, ubertas, igneusque vigor, tota denique stili facies eumdem omnino auctorem prædicant. Cumque rem penitius considerasset, patuit. 1. Scriptionis tempus in ætatem Leonis incidere, quam ille scribere aggressus esset cum jam dudum ferverent dissidia adversus Augustinianam doctrinam mota. 2. Auctoris patriam Leonem arguere; nec Africanum dici posse, cum de Augustino ne verbum quidem ullum habeat; nec Gallum facile probari posse, cum a Gennadio vel ignoratus sit vel prætermissus. Italum ergo pronuntiari debere ex stili elegantia & nitore, & loco peculiari capitis 33. libri secundi, ubi hæc habentur:* Alii barbari dum Romanis auxiliantur, quod in suis locis nosse non poterant, in nostris didicere regionibus, & ad sedes suas cum Christianæ religionis institutione remearunt: *quæ verba Romam ipsam auctoris patriam fuisse arguunt. His addit, libros istos numquam in Africana Ecclesia citatos legi, in Gallicana vero nonnisi octavo Christi sæculo, cum mentio expressa de his habeatur a Gelasio Papa tamquam de opere Romæ noto & approbato. 3. Scriptor ille in citanda Scriptura convenit cum S. Leone. Uterque S. Hieronymi translationem adhibet, eadem uterque loca, & modo sibi peculiari usurpat. 4. Istius operis doctrina circa Christi gratiam eadem prorsus est cum doctrina sancti Leonis: cumque in illo nonnulli sint tam explicandi quam loquendi in hac materia modi, quibus videtur primo intuitu ab Augustini sententia recedere; iidem quoque passim apud Leonem occurrunt. In quibus præsertim est quod de generali quadam gratia nulli ætati, nulli homini non impensa sæpius differit, quam quidem ponit in elementorum discordi concentu, in terræ cælique, & creaturarum omnium structura, ordine ac veluti loquela, quæ creatoris omnipotentiam, bonitatem, sapientiam, ineffabiliter prædicant: uterque elementa ista paginas & volu-*

mina, in quibus lex æterna ſcripta manet, appellat. 5. In aliis quoque bene multis eadem cogitata, iidem conceptus, dicendique ratio eadem occurrunt. Eodem modo loquuntur de Apoſtolicæ ſedis in Romana urbe fundatione : de eo quod a Deo electa ſit ut primatum inter ceteras totius orbis Chriſtiani Eccleſias obtineret, quod ideo Imperium Romanum uſque ad ultimos orbis fines dilatari voluerit, quo facilius huc uſque Chriſtiana religio diffunderetur, quæ & eo perveniſſe agnoſcitur, quo nec Romana ditio pervenerat. Conferri poteſt caput 1. ſerm. 1. de SS. Petro & Paulo apud Leonem cum capite 16. libri 2. de Vocatione gentium. Eadem dicunt ambo de trina Petri negatione ipſiuſque veloci pœnitentia. Legatur & ſermo 3. de Paſſione & caput 28. libri 2. de Vocat. gent. Uterque dicit quod a Chriſto Petrus tamquam a petra principali ſoliditatem traxit : Petrus a principali petra (*ait S. Leo*) ſoliditatem & virtutis traxit & nominis : *& auctor noſter loco citato*, Quis ambigat fortiſſimam petram, quæ ab illa principali petra communionem & virtutis ſumpſit & nominis. *Ubi idem cogitatum, eadem phraſis, eadem omnino verba. 6. Stilus librorum de Vocatione in omnibus congruit ſtilo ſancti Leonis. Jam obſervatum a nobis in eo eminere elegantiam, nitorem, antitheſes frequentes, & rithmos, periodos commenſuratas & in membra paria diſtinctas : hic etiam, ut notavimus ſtili Leonini proprius character. 7. Non ſolum autem phraſis eadem utrique, ſed & voces ſæpius eædem, nec ab aliis frequentatæ. quarum longa enumeratio legi poteſt pagina 375. tomi 2. S. Leonis a Queſnellio editi & illuſtrati : qui deinde etiam phraſium plurimarum utrique communium paralellum inſtituit ; ex quibus omnibus invicte probatum arbitratur, hoscce de Vocatione gentium opuſculum Leoni Magno eſſe adjudicandum.*

Verum Queſnellii antagoniſta duo probanda ſuſcipit, ut omnem vim argumentorum ejus elevare videatur. 1. quidem levioribus omnino illum niti conjecturis. 2. Argumentis claris & efficacibus demonſtrari libros de Vocatione gentium pro Leonis fœtu non debere agnoſci. Fruſtra autem priori inveſtigando inſudaveris, ſi poſterius recte probatum inveniretur, ideo ab illa poſteriori parte erit exordium. His ergo momentis invicte probatur (ſi Joſepho Anthelmio fides) Leoni omnimodis abjudicandum opus de Vocatione gentium. Primo quidem (ait) obviat quæ erat Leonem inter & Caſſianum ſingularis neceſſitudo. Quis credat, quod Caſſiano Leo munus refellendi Neſtorii impoſuiſſet, quod tamen certo certius impoſuit, & quod illum tanto in pretio habuiſſet, ſi errori obnoxium cognoviſſet? Aut numquid Caſſiani doctrinam ſcriptis libris de Vocatione gentium refellere ſuſcepiſſet, ſi ipſum ab errore jam revocatum & ſana ſapientem credidiſſet, quod tamen aſſeruit Queſnellius? Ego autem probationes non ſuppetere, immo nec vero ſimile arbitror, Caſſianum aliquando mentem mutaſſe. Leonem quidem inter Caſſiani amicos numerandum fateor ; ſed nec inde recte probari ejuſdem cum Caſſiano Leonem fuiſſe ſententiæ, nec inde argui invicte non ab eo ſcriptos de Vocatione gentium libellos contendo. Quotidiano experimento fit notum, ab amicis ſcribi contra amicos, ſi opinione differat unus ab altero. Hoc unum præſtat amicitia, ut amico quantum veritas patitur parcatur, non directe oppugnetur, leni ſtilo tractetur, tamquam homo quem magis docere cupias quam refellere. Idipſum omnino præſtat auctor librorum de Vocatione gentium.

Quæ tunc erant inter Auguſtini diſcipulos & ejus doctrinæ adverſantes diſſidia, nondum hæreſim inducere credebantur. Sanctus enim Proſper, fervens licet Auguſtini diſcipulus & vindex, eos a quibus ipſe impugnabatur Catholicos vocat, & in Eccleſia vivere agnoſcit. Auctor librorum de Vocatione gentium adhuc mitius de his concertationibus loquitur, quæſtiones de quibus agitabantur vocans difficiles, & inter Catholicos agitari ſolitas. Caſſianus ipſe cum ſuis aſſeclis ſenſus ſuos modeſte defendebant, abſque pertinacia aut invectivis. Ex quibus conficitur nihil obſtare quin S. Leo potuerit Caſſianum ad Neſtorianos refellendos aſſumere, & poſtea libros de Vocatione gentium, in quibus Caſſiani de gratia ſententiæ contradicit, idem ipſe conſcribere.

At ſaltem (ſubjicit Anthelmius) ut amicis indulſiſſet Leo Caſſiano ejuſque diſcipulis : nec eorum diſputationes vocaſſet Calumniosa certamina, *nec calumnioſa objicere criminatus eſſet, aut impie diffiteri, aut præſumptionis arguiſſet & ignorantiæ tendere laqueos deceptionis contumaceſve querelas, aut inſidioſam malignitatem & inſolentem præſumptionem his exprobaſſet. Hæc tamen probra omnia per libros de Vocatione gentium ſparſa, & iis afficta leguntur qui non perfectæ gratiæ fidem ſequebantur.*

For-

Forte quis responderit, satis indultum Cassiano a Leone cum ipsius nomini pepercit, nec ipsum ex nomine refellere aggressus est, sed eos generatim insectatus qui nimium libero tribuebant arbitrio, totam hanc quæstionem ita tractavit, quasi qui nullas in ea partes eligeret, nec se palam illis adversarium declararet. Quæ vero dura leguntur hoc in opere, nec Cassianum tangunt, nec ejus speciatim discipulos; sed consectiones erroneas afficiunt, quæ ex eorum principiis elici facile possent. Adde quod nec talia adeo injuriosa censeri posse probatur quantum jactitantur. Tertium profert Antelmius argumentum quod videtur ipsi in eluctabile, quo plane convictum se fuisse ait, & neminem non convictum iri facile sibi persuadet: scilicet, Si Leo Diaconus Semipelagianos tam viriliter insectatus fuisset, qui credetur summi Pontificatus apicem adeptus eosdem indemnatos reliquisse toto Pontificatus sui tempore? Indignum sane & monstro simile si nihil contra eos statuisset: cum tamen ejusmodi homines sub pontificatu Leonis honoribus cumulatos dignitatibusque auctos appareat. Leonis quoque successor Hilarus anteſignanum illorum Faustum Romano concilio præsidere voluit. Si vero dicatur Leo alium vultum induisse, talesque errores tacendo palpasse; immerito ergo Hæreticorum non fictus aut trepidus impugnator, & constans veritatis propugnator audit; immerito Leoni de tribu Juda comparatur, propter ardens studium quo Pelagianos insectatus est. Cur ille in Semipelagianos insurgere neglexisset, si cum auctore librorum de Vocatione gentium sensisset, illos Pelagii errores revocare? Numquid S. Prosper fidelis Leonis amanuensis, & ei a secretioribus, insignis inter omnes Semipelagianorum adversarius, zelum ejus in ipsos non inflammasset? Quas omnes egregias declamationes ab ullo pro probationibus invictis & ineluctabilibus haberi posse vix in animum inducas. Librorum de Vocatione gentium scriptor defensores liberi arbitrii hæreticis non accensuit, eorum sententias ut privatus homo refutavit. Supponamus ergo librorum auctorem Leonem fuisse; quid opus erat ut Pontifex factus, pro summa qua pollebat in Ecclesia auctoritate, eos ut hæresis indubitatæ reos damnaret? Et si enim opiniones a se in libris istis suis rejectas pro hæreticis habuisset; cui bono in homines insurrexisset quietos & silentes, qui nec dogmata perversa disseminare, nec in partem se dividere attentassent? Nec enim legitur quamdiu ille Pontificatum tenuit ulla hac de re exorta disputatio. Diu post ejus obitum revixit illa concertatio. Dicatur ergo qua ex occasione sanctus Leo damnasset Semipelagianos? Num ab aliquo ad ejus tribunal delati? An de iis aliquid ad eum scriptis nuntiatum? An eo Pontifice opiniones suas scriptis libris propugnarunt? Hæc omnia omni etiam leviori probatione carent. At enim eorum asseclæ honoribus creverunt, in Abbates & Episcopos in Galliis electi leguntur. Leonis erat intercedere talibus. Quasi vero tunc diplomatibus pontificiis opus esset electis ad hasce dignitates. At Hilarus Leonis successor Faustum Regiensem Semipelagianorum principem Romano Concilio præsidere voluit. Prius intelligendum quid hic sit Concilio præsidere: non enim ibi significat præesse, sed tantum interesse, quomodo dicitur, Præsidente fratrum numeroso concilio. *Num inde conficies fautorem Semipelagianorum Leonem? Non id quidem multis consequens videndum reor. Cum Faustus Romano interfuit Concilio, nondum scripserat librum illum quo in sancti Augustini doctrinam insurgit: diu post id temporis librum hunc scripsit: & licet antea scripsisset, non inde inferas probatum ab Hilaro opus, multo minus a Leone Hilari decessore, nec hunc Fausto favisse concludas. Sed, quod maxime mirum videbitur, non advertit Antelmius omnia a se adducta exempla solo Prosperi exemplo convelli. Nec enim videtur ille aliquod contra Semipelagianos scriptum edidisse post librum suum contra Collatorem, id est Cassianum, quem ante Leonis pontificatum ediderat. Si ergo illi homines sub hoc pontificatu aliquid novi inducere tentarunt, cur ipse siluit, aut cur non illos, ut ante, palam & publice insectatus est? Cur eo quo pollebat apud Pontificem summum favore non usus est adversus illos? Cur non apud Leonem detulit errantes? Si quis hoc genus ratiocinii eo usque urgeret de Prospero, quantum Antelmius urget de S. Leone, parum abesset, quin inde concluderetur quoque nihil umquam adversus Semipelagianos exarasse sanctum Prosperum.*

Quod ducitur ex Gelasii Papæ auctoritate argumentum, quod ille auctorem librorum de Vocatione gentium, inter Doctores Ecclesiæ numeret, etsi ab ejus nomine abstineat, præcedentibus plausibilius videtur. Si enim Leonis esset opus istud, quomodo id Gelasium latuisset; aut si non latuit, quo consilio Leonis nomen tacuisset? Verum hoc argumento probatur tantum, opus istud tunc etiam temporis anonymum prodiisse,

diisse, de quo convenit inter omnes: unde semper quærendum supereſt, numquid non ipse sanctus Leo absque nomine ediderit. Eas affert Quesnellius rationes, quæ rem verisimilem efficiant. Ad ea nunc quæ istis respondentur descendamus, cum jam certum sit apud nos nullo argumento evinci hos libros non esse S. Leonis. Quesnellii adversarius hoc unum probare nititur, sanctum Prosperum sancti Hieronymi translatione usum, quomodo & S. Leo; & hunc nonnumquam antiquam quoque versionem Scripturarum adhibuisse; quo solo firmissimo adversarii sui argumento satisfactum arbitratur. Non hic investigare aggrediar quis eorum recte, quis secus hoc in negotio senserit: soli argumento quod ducitur ex stili conformitate insistam, de quo parti adversæ assentiri cognoscitur Antelmius; cum ipse ideo Sermones & Epistolas Leonis magni S. Prospero tribui vult, quia concinit stilus horum operum, cum stilo librorum de Vocatione gentium. Qua confessione nihil magis cauſſam Quesnellii promovere potest. Cum enim longe certius sit Sermones & Epistolas quibus præfigitur Leonis nomen, Leonis opus esse; quam libros de Vocatione gentium esse fœtum S. Prosperi; si necessario agnoscendus idem utrorumque parens, æquiori jure tribuentur Leoni liber de Vocatione gentium, quam Prospero Epistolæ & Sermones S. Leonis. Equidem P. Natalis Alexander, & P. Oldinus, stili differentiam agnovisse se dicunt, nec tot in Leone rithmos, tot figuras, tot similiter cadentia, quot in illis libris. Sed non sedulo rem consideraſſe videntur: si quid enim diversi reperiatur, hoc exigui admodum momenti apparebit.

Ex his quæ hactenus disputata sunt de Auctore librorum de Vocatione gentium hæc confici possunt. 1. Hoc opus primum prodiisse anonymum. 2. Exaratum esse post annum 430. & ante 496. 3. Sub Pontificatu Gelasii Papæ opus notum fuisse, sed sine auctoris nomine lectum esse. 4. Post eam ætatem in quibusdam MSS. nomen prætulisse S. Ambrosii, in aliis nomen S. Prosperi. 5. Certo certius, non esse Ambrosii. 6. Nec vero simile idem esse S. Prosperi. 7. Auctorem cum hactenus ignotus manserit, difficile posse sciri quis tandem ille fuerit. 8. Quod si ex modo res tractandi & stili conformitate judicium ducatur, esse unde conjiciatur opus Sancti Leonis. 9. Nullatenus probari hoc opus non a Leone elaboratum. Unum supereſt, scilicet pro certo definire hos libros esse Sancti Leonis fœtum. Quod nos ex argumento in sola stili similitudine fundato statuere non ausimus, quod tamen momentis a Quesnellio in medium adductis fere persuaderi non diffitebimur.

Probationi vero quam Antelmius ex Photii testimonio eruit non respondimus, quia illud in rem de qua agitur nihil confert. Huic enim auctori confuse leviterque nota videtur Historia Pelagianorum, & ignota omnino orta post Augustini mortem de ejus doctrina inter occidentales dissidia. Ex suo ingenio ait, a S. Prospero pugnatum contra Pelagianos sub Pontificatu S. Leonis. Audierat de gratia scripsisse Prosperum: Pelagianos ab eo impugnatos credidit: & cum legisset in Epistolis Septimii & Leonis ad Januarium Aquileinsem sub hoc Pontificatu motos istiusmodi homines, hoc ipso tempore a Prospero impugnatos arbitratus est, eo libentius quod non eum latebat tunc temporis Romæ diversatum fuisse Prosperum. Sed hæc omnia ex meris conjecturis a Photio scripta manifeste patet, locutumque ut hominem a temporibus & locis sejunctum, qui exacta rerum Historia carebat sed omnia ex suo ingenio fingebat. Et si vero fateremur Prosperum sedente in Romana sede Leone contra Pelagianos stilum exercuisse: ex mera conjectura id tribuitur libris de Vocatione gentium, qui in Pelagianos non diriguntur. Unde habetur de his libris locutum esse Photium? Numquid fieri nequit Prosperum interea temporis aliquos libros edidisse contra Pelagianos, qui tamen ad nos non pervenerint. Sed tandem nihil certi statui potest ex hoc Photii loco, qui hæc omnia ex mera conjectura scripsisse convincitur.

Ex his omnibus facile colliget æquus lector, nihil satius, & ab omni temeritatis suspicione remotius, a nobis fieri debuisse, quam ut hosce libros inter eruditos hinc inde tanta concertatione discussos, unde tamen certum de auctore judicium statui nequeat, nec veris S. Prosperi operibus annumeremus, nec ad supposita omnino rejiciamus; donec de tanta lite statuerint eruditi. Ex dictis tamen facile conjicitur hos libros circa annum Christi 440. fuisse exaratos.

AR-

ARGUMENTA CAPITUM
LIBRI PRIMI DE VOCATIONE
OMNIUM GENTIUM.

CAPUT I. *Materiam hoc libro tractandam proponit, ostenditque non recte sentire eos qui prædicatione gratiæ liberum negari arbitrium contendunt.*

CAP. II. *Omni animæ humanæ naturaliter ineſſe qualemcumque voluntatem; quæ aut ſenſualis, aut animalis, aut ſpiritalis eſt.*

CAP. III. *De voluntate ſenſuali.*

CAP. IV. *De voluntate animali: qua nihil ſupra mercedem temporalis gloriæ acquiritur, etiam ſi dono Dei in ea ſublimius ſapiatur.*

CAP. V. *Omnes gentes in elementis accepiſſe præcepta legalia, ut inexcuſabiles ſint in idololatria.*

CAP. VI. *Quod abſque divina gratia voluntas tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni: quia non in gloriam Dei vivit.*

CAP. VII. *In homine, cum ad pietatem redit, non aliam in eo creari ſubſtantiam, ſed eamdem quæ fuerat labefactata, reparari; nec aliud ab eo auferri niſi vitium, priore voluntate correcta.*

CAP. VIII. *Gratiam ſic reparare opus Dei, ut liberum arbitrium non auferat; ſed potius per ipſummet illud ſanet.*

CAP. IX. *Quod Scriptura ſive de bonis, ſive de malis loquatur, ſive de electis, ſive de reprobis; ita meminit unius partis, quaſi neminem hominum prætermittat.*

CAP. X. *Quod Scriptura de electis & reprobis ejuſdem populi loquitur, tamquam de iiſdem.*

CAP. XI. *Quod Scriptura de diverſorum temporum hominibus loquitur, quaſi de ejuſdem temporis generatione.*

CAP. XII. *Quod illud Apoſtoli*, Vult omnes homines ſalvos fieri, *de omni genere hominum intelligitur.*

CAP. XIII. *Secreti illius profunditas, quo Dei ſalvantis gratia aliquot pro quibus Eccleſia orat præterit, nobis in hac vita patere non poteſt.*

CAP. XIV. *Multa eſſe in diſpenſatione operum divinorum, quorum cauſſis latentibus, ſoli monſtrantur effectus.*

CAP. XV. *Quod pars hominum liberatur, adſcribi non poteſt meritis voluntatum: veluti bonos elegerit gratia, malos præterierit.*

CAP. XVI. *Ex eo quod pariun parvulorum alii ad æternam vitam, alii ad mortem æternam ante intelligentiæ uſum hinc migrent, oſtenditur inſcrutabilitas divinorum judiciorum.*

CAP. XVII. *Ex impiis, qui in extremis converſi ſalvantur, oſtenditur & gratia ſine meritis dari, & inſcrutabile eſſe Dei judicium.*

CAP. XVIII. *Gratia, ſine qua bona merita eſſe nequeunt; non accipitur a quoquam, niſi ex Dei voluntate, ſine meritis.*

CAP. XIX. *Qualis ſit natura ſine gratia.*

CAP. XX. *Viſcera miſericordiæ Dominus ad omnium nationum impendit ſalutem, omneſque ſalvat: & tamen etiam verum eſt, quod* teſtimonium ejus nemo accipit.

CAP. XXI. *Non eſſe ſcrutandum, cur Deus alios eligit, alios non eligit: ſicut nec, cur antea omnibus gentibus prætermiſſis, unum Iſraelem elegit.*

CAP. XXII. *Eos qui diſcretionem qua Deus alios non eligit; ad merita referunt voluntatis humanæ, docere neminem gratis, ſed ex retributione ſalvari; & ex parvulis aperte confutari.*

CAP. XXIII. *Omne bonum hominis meritum, ab initio fidei, uſque ad perſeverantiæ conſummationem, donum eſſe divinum. Et primum hoc oſtenditur de fide.*

CAP. XXIV. *Omne bonum in homine eſſe ex gratia, & fidem dari non petitam, ut ipſius petitionibus cætera bona conſequantur.*

CAP. XXV. *Quæſtionem, cur potius hic quam ille accipiat gratiam, eſſe impenetrabilem, nec poſſe ex libero arbitrio ſolvi.*

LIBRI SECUNDI
DE VOCATIONE
OMNIUM GENTIUM.

CAPUT I. *TRia esse in hac quæstione certa: Deum velle omnes salvos fieri: cognitionem veritatis & salutem esse ex gratia: & judicia Dei esse impenetrabilia.*

CAP. II. *Scriptura docet Deum velle omnes salvos fieri.*

CAP. III. *Inscrutabile cur Deus judicarit quorumdam vocationem differendam.*

CAP. IV. *In præteritis sæculis semper admonuit divina bonitas homines sui cultus per elementa: sicut populum Israel peculiariter per legem & prophetas.*

CAP. V. *Qui inter Gentes Deo placuerunt, spiritu fidei & gratiæ sunt discreti.*

CAP. VI. *Non omnibus etiam nunc eadem mensura gratiæ confertur.*

CAP. VII. *Cum omne bonum ex gratia Dei sit, imparitas meritorum nec in liberum arbitrium est referenda, nec in querelam est vocanda.*

CAP. VIII. *Unicuique sine merito datur, unde tendat ad meritum: & a gratia jam donato expectatur, ut id quod accepit, augeat per illum qui dat incrementum.*

CAP. IX. *Variatæ per diversa tempora gratiæ caussa a nobis non est investiganda.*

CAP. X. *Omnibus sæculis misericordia Dei & corpora aluit, & mentes juvit.*

CAP. XI. *Hominibus fere paulatim & particulatim accrescit, quod superna largitas eis dare decrevit.*

CAP. XII. *Divinæ constitutionis non est nostra a Deo aversio, sed propriæ voluntatis: ideoque meriti hominis esse si steterit, quia cadere potuit.*

CAP. XIII. *Bonitatem Dei non solum sanctis, sed & impiis instituendis adfuisse ante diluvium.*

CAP. XIV. *In diluvio, & postea usque ad Christum revelata sunt opera divinæ gratiæ, & Christianæ gratiæ miracula præsignata; etsi abundantia gratiæ, quæ nunc mundum rigat, pari largitate non fluxit.*

CAP. XV. *Meliora non nasci nunc ingenia, quam ante Christi adventum: quinimmo tempore adventus Christi inventa est iniquitas robustior, ut gratia Dei manifestaretur.*

CAP. XVI. *Quod Christus pro omnibus mortuus sit.*

CAP. XVII. *Nationes quibus nondum gratia Salvatoris illuxit, dispositio tempore vocandas esse ad Evangelium.*

CAP. XVIII. *Prioribus sæculis absconditam fuisse Gentibus gratiam Christi, non tamen Prophetis.*

CAP. XIX. *Deus pro omni tempore vult omnes homines salvos fieri, aut generalibus donis, aut etiam peculiaribus.*

CAP. XX. *Objectio ex parvulis contra illud:* Qui vult omnes homines salvos fieri.

CAP. XXI. *Juste agi cum parvulis pereuntibus, tam in hoc sæculo quam futuro, propter originale peccatum.*

CAP. XXII. *Divina justitia cuilibet mensuram & modum miseriæ ordinat.*

CAP. XXIII. *Parvulis pereuntibus generalis gratia tribuitur, parentibus dum ea datur.*

CAP. XXIV. *Non esse justam querelam ex discretione parium parvulorum, sed magnam divinæ justitiæ & gratiæ Christi commendationem.*

CAP. XXV. *Deum ob generalem gratiam omni tempore velle omnes salvos fieri: at peculiari gratia quosdam tantum.*

CAP. XXVI. *Quod in omni justificatione gratia quidem principaliter præemineat, sed voluntas ei subjungatur: quia gratia primo sibi tamquam receptricem & famulam donorum suorum præparat voluntatem.*

CAP. XXVII. *Consensum voluntatis per gratiam gigni, non solum ex doctrina & illustratione, sed etiam ex terrore & metu.*

CAP. XXVIII. *Posse eos qui gratia Dei in Christum credunt, non credere, & eos qui perseverant, a Deo recedere.*

CAP. XXIX. *Promissio benedictionis omnium gentium ita completur quotidie, ut nec pereuntibus sit excusatio, justa, nec salvatis de sua justitia gloriatio.*

CAP. XXX. *Repetitio primi capitis libri secundi.*

CAP. XXXI. *Omnibus sæculis adfuisse omnibus hominibus generalem Dei bonitatem: sed tantum salvandis peculiarem gratiam.*

CAP. XXXII. *Inter fideles varios esse gradus munerum Dei, idque non ex meritis eorum, sed justo & latenti Dei judicio.*

CAP. XXXIII. *Nemo perit qui perire non debet: sed omnes ab æterno electi salvi fiunt.*

CAP. XXXIV. *Non frustra laborari ad adquirenda bonorum operum merita, vel orationibus insisti, quamvis incommutabile sit Dei propositum super salute electorum,*

CAP. XXXV. *Gratia datur electis, non ut otientur, vel a nullo hoste impetantur: sed ut bene operentur & hostem vincant.*

CAP. XXXVI. *Electio non tollit orandi studium, sed ejus effectus per orationem & bona opera completur.*

CAP. XXXVII. *De nullo ante finem vitæ hujus pronuntiari potest, quod in electorum gloria sit futurus: & nullius lapsi est desperanda reparatio.*

DE

DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM IGNOTI AUCTORIS

LIBER PRIMUS. *

* Scriptus circiter annum 440.

CAPUT PRIMUM.

Materiam hoc libro tractandam proponit, ostenditque non recte sentire eos qui prædicatione gratiæ liberum negari arbitrium contendunt.

INter defensores liberi arbitrii, & prædicatores gratiæ Dei, magna & difficilis dudum [a] vertitur quæstio. Quæritur enim: Utrum velit Deus omnes homines salvos fieri? Et quia negari hoc non potest: Cur voluntas Omnipotentis non impleatur, inquiritur? Cumque hoc secundum [b] voluntatem hominum fieri dicitur, gratia videtur excludi; quæ si meritis redditur, constat eam non donum esse, sed debitum. Unde iterum quæritur: Cur hoc donum, sine quo nemo [c] salvus est, ab eo qui omnes salvari vult, non omnibus conferatur? Atque ita, contrariarum disputationum nullus terminus reperitur, dum non discernitur quid manifestum, quid sit occultum. De hac igitur compugnantia opinionum, qua mensura & temperantia sentiendum sit, quantum Dominus adjuverit, adnitar inquirere; exercens atque discutiens modulum facultatis meæ in his, quæ cordi meo sobrie (quantum arbitror) inhæserunt: ut si in eas regulas processerit stilus, quæ nihil offensionis, nihil habeant pravitatis; non solum nobis, sed & aliis utile sit, ad aliquem nos limitem perveniſse, quem non debeamus excedere. Primitus itaque de voluntatis humanæ motibus & gradibus disputandum est. Inter quam & gratiam Dei quorumdam non sana discretio est, [d] existimantium quod prædicatione gratiæ liberum negetur arbitrium; nec advertentium eadem regula sibi posse objici, quod gratiam negent, cum eam humanæ voluntatis non ducem volunt esse, sed comitem. [e] Si enim tollitur voluntas, nisi ipsa est verarum origo virtutum; tollitur gratia, nisi ipsa est bonorum causla meritorum. Sed jam auxiliante Christo, quod tractandum concepimus inchoemus.

a

b

c

d Negat gratiam qui eam comitem dicit humanæ voluntatis, non ducem.

e

S. Prosperi.

a Editi nostri. Lovan. Duac. & Colon. *quæritur quæstio*, emendamus ex edit. Oper. S. Leonis ad Mſ. Thauneum exacta, Mſ. Camberonensi in ora codicum nostrorum citato, & Jol.

b Ita edit. Leon. conformiter Mſſ. Thu. Camb. & Jol. Alias *secundum voluntates hominum fieri videatur*, in editis nostri.

c Mſ. Camb. & edit. Leo, alias, *salvus esse potest*.

d Mſſ. Camb. & Jol. *æstimantium*.

e Sic Mſ. Jolienſis, ad quem propius accedunt Mſſ. Camb. & Thu. ubi tamen pro, *Si enim*, habetur, *Sic enim* &c. ut in textu. Editiones Prosperianæ & Leonina, *Si enim tollitur voluntas, ubi ipsa est verarum origo virtutum? Si tollitur gratia, ubi ipsa est bonorum causſa meritorum?*

CAPUT II.

Omni animæ humanæ naturaliter ineſſe qualemcumque voluntatem; quæ aut ſenſualis, aut animalis, aut ſpiritalis eſt.

OMni animæ humanæ, quantum intelligere atque experiri datur, naturaliter qualiscumque ineſt voluntas, qua [f] aut appetitur quod placet, aut declinatur quod displicet. Hujus voluntatis, quantum ad naturalem pertinet motum ex vitio primæ prævaricationis infirmum, genera sunt duo, secundum quæ voluntas hominis, aut sensualis, aut animalis est. Sed cum adest gratia Dei, accedit ei per donum spiritus tertium genus, ut possit fieri spiritalis: & per hunc excellentiorem motum omnes affectu undecumque nascentes supernæ rationis lege dijudicet.

f

CAPUT III.

De voluntati ſenſuali.

SEnsualis igitur voluntas, quam & carnalem sumus dicere, non erigitur supra eum motum, qui de corporis sensibus nascitur, qualis est [g] in animis parvulorum: qui licet nullo judicio rationis utantur, ostendunt tamen aliquid se velle, aliquid nolle, cum videndo, audiendo, odorando, gustando, tangendo, & ea quibus delectantur amant, & ea quibus offenduntur oderunt. [h] Quid autem est amare, nisi velle? aut quid est odisse, nisi nolle? Habent ergo etiam ipsi voluntatem suam, [i] quæ etsi providendi & consulendi impios atque ignara sit: in his tamen amat agere quæ carnis sensibus blandiuntur, donec vigor rationalis ingenii per maturiora ministeria corporis excitetur, & ad famulantium sibi membrorum usum, non [k] alieno nutu, sed sua lege moveatur.

In parvulis est tantum voluntas ſenſualis.

g

h

i

k

f Mſ. Jolienſis, *aut appetit quod placet, aut declinat* &c.

g Editio Leon. op. omittit præpositionem, *in*.

h Mſ. Camberon. *Quid est enim .... & quid est*. Edit. Leon. & Mſ. Jol. *& quid est*. pariter habet.

i Mſ. Jolienſis *impotens atque ignara est*. Mſ. Camb. & Leon. op. *quæ & providendi & consulendi impos atque ignara est. In his tamen*.

k Ita Mſſ. Camb. Thu. & Jol. Editi ante, *alieno motu*.

CAPUT IV.

De voluntate animali: qua nihil supra mercedem temporalis gloriæ adquiritur etiam si dono Dei in ea sublimius sapiatur.

AB hoc ergo sensuali appetitu, in quo remanent hi, quos etiam in annis majoribus excordes videmus & fatuos, ad animalem surgitur voluntatem; quæ prius quam Spiritu Dei agatur, etiam si supra sensualem motum se sc adtollere potest, tamen [a] sine summi amoris participatione in terrenis occiduisque versatur. In hac humana [b] ingenia etiam si corporeæ voluptati non turpiter serviant, & cupiditates suas justitiæ atque honestatis legibus temperent, nihil supra mercedem gloriæ temporalis adquirunt: & cum præsentem vitam decenter exornent, æternæ tamen beatitudinis præmium non habent; quia rectas actiones & bona studia sua, non ad ejus laudem atque honorem referunt, a quo acceperunt [c] ut sublimius saperent, & excellentius ceteris eniteſcerent. Cum enim quidam non solum ad instituta utilissimarum artium, & doctrinas liberalium disciplinarum; sed etiam ad inquisitionem summi boni aciem mentis intenderint, *& invisibilia Dei per ea quæ facta* Rom. 1.20. *sunt intellecta conspexerint*: non agentes tamen ℣. 12. gratias Deo, nec confitentes illum sibi esse hujus facultatis auctorem, sed *dicentes se esse sapientes*, hoc est, non in Deo, sed in semetipsis gloriantes, quasi ad veritatis inspectionem suis studiis atque rationibus propinquassent; *evanuerunt in cogitationibus suis*, & quod illuminante Dei gratia, [d] invenerant, obcæcante superbia perdiderunt relapsi a superna luce [e] in tenebras suas, hoc est, ab incommutabili atque æterno bono, ad mutabilem corruptibilemque naturam. Cum ergo tales in amorem sui recidunt, & ita sibimet placent, ut totum quod in se laudabile judicant, non ad dona Dei referant, sed sibi vendicent, & studio propriæ voluntatis adscribant; procul ab illa spiritali [f] exsulant voluntate, & nihil in se habent quo ad vitam provehantur æternam, incipientes in semetipsis etiam illa temporalia Dei dona corrumpere, & a bono eorum usu in consuetudinem innumerabilium transire vitiorum.

a Sine amore Dei nullum est verum multum.

b

c

d

e

f Amore sui aguntur, qui non amore Dei.

CAPUT V.

Omnes gentes in elementis accepisse præcepta legalia, ut inexcusabiles sint in idololatria.

QUamvis enim scriptum sit, quod *cum dispertiret Excelsus gentes, quemadmodum dispersit filios Adam, statuit terminos gentium secundum numerum Angelorum Dei, & facta est portio Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel:* & scriptum sit Dominum dicere ad Israel, *Eritis mihi sancti, quia ego sanctus sum Dominus Deus vester, qui segregavi vos ab omnibus gentibus esse mihi.* Et quamvis scriptum sit in libro Esther, dicente Mardochæo, *Gratias tibi, Domine, quoniam fecisti nova signa & prodigia, qualia non sunt facta in gentibus, dividens omne sæculum in sortes duas, elegisti unam tibi populi tui, relinquens aliam gentibus:* & Paulus & Barnabas dicant, *Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis converti ad Deum vivum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas.* Quamvis ergo hæc & multa similia veritatis Scriptura pronunciet; [g] secundum ipsam tamen credimus, & piissime cunfitemur, quod numquam universitati hominum divinæ providentiæ cura defuerit. Quæ licet exceptum sibi populum specialibus ad pietatem direxerit institutis, nulli tamen nationi hominum bonitatis suæ dona subtraxit: ut propheticas voces & præcepta legalia convincerentur in elementorum obsequiis ac testimoniis accepisse. Unde & inexcusabiles facti sunt, quia deos sibi Dei dona fecerunt, & quæ creata erant ad utendum, venerati sunt ad colendum.

Deut. 31.8

Levit. 19.2

Esther 16. juxta LXX.

Act. 14.4.

g

Providentia Dei erga omnes nationes.

CAPUT VI.

Quod absque divina gratia voluntas tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni, quia non in gloriam Dei vivit.

IN quam impietatem etiam illa gens, quam sibi ab omnibus gentibus Dominus segregavit, tota transisset, nisi misericordiæ suæ propositum [h] sustentandis electorum lapsibus prætendisset. Nam plenæ sunt paginæ veteris Testamenti de Israeliticæ defectionis relatu: ut aperte appa-

h

a Sic habent Mss. Camb. Thuan. & Jol. non ut antea Editi, *sine sui amoris*; qui in margine ferunt, *scilicet Dei*. Gratiam videlicet summi amoris seu boni participatione definit. Quemadmodum & cap. 8. inferius.

b Ita emendatum ex Mss. Cod. Camb. & Thuan. in Leone, & a nobis hic ex Ms. Jolienſi: cum antea Editi Prosperiani, & Leonis I. haberent, *in hac humana etiam ingenia, si corporeæ &c.* Non sine diminutione energiæ hujus sententiæ, qua *solius gloriæ temporalis*, & ut ait cap. 18. *Vanæ laudis mercedem* eos assequi asserit, qui rectas actiones & bona studia sua, non ad ejus laudem atque honorem referunt, *a quo acceperunt, ut sublimius saperent*, tametsi *cupiditates suas justitiæ atque honestatis legibus temperent*. Qui enim receperunt in hac vita mercedem suam, vani vanam, recipient & in altera pœnam suam. Quoniam ex Augustino libro 4. contra Julianum cap. 3. *Cum facit homo aliquid, ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, & facere debere vera sapientia præcipit, peccare convincitur: quia etsi opus illud officio videatur bonum, ipso tamen non recto fine peccatum est*. Hanc esse mentem auctoris nostri magis eluceſcit tum ex cap. 6. ubi scribit, quod *ille male vivit, qui non in gloriam Dei vivit*: tum ex cap. 7. ubi ait quod *sine cultu Dei etiam quod virtus videtur peccatum est*. Sed ex hoc ipso capite 4. ubi eos quos hujusmodi rectis actionibus præsentem vitam decenter exornare dixit, paulo post suggillat, tamquam qui 1. non confiteantur Deum rectæ hujus actionis auctorem. 2. non in Deo, sed in semetipsis glorientur. 3. evaneſcant in cogitationibus suis. 4. in amorem sui recidant. 5. in semetipsis dona Dei corrumpant. Consuli possunt Prosper carm. de Ingratis, versu 408. & notæ eidem subjectæ.

c In Editis alias, *ut in ipsa animali discretione sublimius saperent*. Nos edit. Leon. ad Camb. & Thu. Mss. emendatam, & Ms. Jolienſem a nobis consultum secuti sumus. Verba quippe illa, *in ipsa animali discretione*, glossematis habent speciem, quod ex margine studiosi cujuspiam in textum irrepserit.

d Ms. Camberon *invenerunt*.

e Editi, *ad tenebras suas*. Ms. Jolienſis & edit. Leon. *in tenebras suas*.

f Melius *exulant* ex Ms. Jolienſi & edit. oper. Leon. quam *exsultant* in Editis prioribus legitur.

g Has voces, *secundum ipsam* non habent Mss. Camb. & Thuan. nec Jolienſis.

h Ms. Jolienſis, *sustentantis*.

pareat, divinæ semper fuisse gratiæ, quod non omnis ille populus discessit a Domino. Ita humana natura in primi hominis prævaricatione vitiata, etiam inter beneficia, inter præcepta & auxilia Dei, semper in deteriorem est proclivior voluntatem; cui committi non est aliud quam dimitti. Hæc itaque voluntas vaga, incerta, [a] instabilis, imperita, infirma ad efficiendum, facilis ad audendum, in cupiditatibus cæca, in honoribus tumida, curis anxia, suspicionibus inquieta, gloriæ quam virtutum avidior, famæ quam conscientiæ diligentior, & per omnem sui experientiam miserior fruendo his quæ concupiverit, quam carendo; nihil in suis habet viribus, nisi periculi facilitatem; quoniam voluntas mutabilis, quæ non ab incommutabili voluntate regitur, tanto citius propinquat iniquitati, quanto acrius intenditur actioni.

Infirmitas voluntatis humanæ.

a

Necessitas gratiæ.

Quamdiu ergo homini ea placent quæ Deo displicent, voluntas ejus animalis est: quia etiam si in bonis moribus agat, male adhuc vivit, si non in Dei gloriam vivit. Hoc est enim proprium & præcipuum piorum, ut in Domino glorientur, nec se nisi in Deo diligant. Bene enim se amant, qui in se opera Dei amant. Nam & Deus hoc amat in nobis, quod ipse fecit: & hoc odit, quod ipse non fecit. Si ergo opus Dei amamus in nobis, bonam voluntatem [b] recte amamus in nobis: quæ utique si opus Dei non esset, amanda non esset. Quis autem homo, nisi malæ voluntatis [c] bonam in se non amat voluntatem, quæ superni agricolæ prima plantatio est? Dicente enim veritate, *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus cælestis, eradicabitur;* quidquid non est eradicandum, manifestum est a Patre esse plantatum. Bona autem voluntas omnium virtutum germen est primum. Quæ innixa origini suæ, in illa æterna & incommutabili voluntate requiescit, ut vere sit spiritalis: quoniam *qui adhæret Deo, unus spiritus est*, dum per communionem illuminantis & illuminati, justificantis & justificati, regentis, & subditi, omnis actio ad unum refertur: & quod ad unum refertur, utriusque est. Quia nec a Deo alienari potest quod dedit, nec ab homine quod accepit.

Male agit qui non in Dei gloriam agit.

b

Omnis dona voluntas a Deo est.

c

Matt. 13. 13.

1. *Cor.* 6. 27.

CAPUT VII.

In homine, cum ad pietatem redit, non aliam in eo creari substantiam, sed eamdem quæ fuerat labefactata, reparari; nec aliud ab eo auferri nisi vitium, priore voluntate correcta.

HIc tractandum videtur: Utrum cum bonæ voluntatis esse homo incipit, eadem quæ in ipso erat corrigatur voluntas; an alia ei quam [d] non habebat, & quæ priori repugnet, detur. Quod ut evidentius appareat, altius id non pigeat inquirere. Omnes homines in primo homine sine vitio conditi sumus, & omnes naturæ nostræ incolumitatem, ejusdem hominis prævaricatione per-

Vitia naturæ ex peccato Adæ orta.

d

S. Prosperi.

didimus. Inde tracta mortalitas, inde multiplex corporis [e] animique corruptio; inde ignorantia & difficultas, curæ inutiles, illicitæ cupiditates, sacrilegi errores, timor vanus, amor noxius, injusta gaudia, pœnitenda consilia, & non minor miseriarum multitudo, quam criminum. His ergo atque aliis malis in naturam humanam irruentibus, fide perdita, spe relicta, intelligentia obcæcata, voluntate captiva, nemo in se unde repararetur invenit. Quia etsi fuit qui naturali intellectu conatus sit vitiis reluctari, hujus tantum temporis vitam steriliter ornavit, ad veras autem virtutes æternamque beatitudinem non profecit. Sine cultu enim [f] veri Dei, etiam quod virtus videtur esse, peccatum est, nec placere ullus Deo sine Deo potest. Qui vero Deo non placet, cui, nisi sibi & diabolo placet? A quo cum homo spoliaretur, non voluntate, sed voluntatis sanitate privatus est: quia nec detrudi ab innocentiæ statu posset, nisi voluntate peccaret. Quæ ergo natura erat bona, qualitate facta est mala: & ille animi motus, qui numquam potest sine aliquo esse amore, hoc est, sine aliqua voluntate, non perdidit appetitum, sed mutavit affectum; id recipiens desiderio, quod debuit refutare judicio. Cum igitur homo ad pietatem redit, de quo ideo dictum est, *Spiritus vadens & non rediens*, quia nisi illum Deus converteret, non rediret; [g] cum fit novum figmentum, novaque creatura, non alia in eo creatur substantia, sed eadem quæ fuerat labefactata, reparatur: nec aliud ab eo aufertur, [h] nisi vitium quod natura non habuit.

e

Nulla est virtus sine Dei cultu, sed peccatum sub virtutis larva.

f

Psal. 77. 39.

g

h

CAPUT VIII.

Gratiam sic reparare opus Dei, ut liberum arbitrium non auferat: sed potius per ipsummet illud sanet.

FUit enim in Adam natura sive vitio, qui per voluntatis inobedientiam mala multa contraxit, & in posteros magis magisque [i] multiplicanda transfudit. Quæ ut vincantur atque in nihilum deducantur, [k] non efficit nisi gratia Salvatoris, qui opus suum opere suo reparat. Sicut enim dicit Joannes apostolus, *In hoc apparuit Filius Dei, ut solvat opera diaboli.* Et sic rumpit vincula captivi, sic vestit nuditatem spoliati, sic sanat vulnera sauciati, ut quod in ipso agit, etiam per ipsum geratur. Cui utique contra hostem [l] suum non expedit sine protectore confligere. Cum illo enim habet certamen, a quo aliquando superatus est. Non ergo fidat [m] de viribus suis, quæ etiam cum essent integræ, non steterunt; sed per illum quærat victoriam, qui solus non est victus, & omnibus vicit. Et si quærit, non dubitet quærendi affectum ab illo se accepisse, quem quærit. Nec quia Spiritu Dei agitur, ideo se putet liberum arbitrium non habere: quod ne tunc quidem perdidit, quando diabolo voluntate se dedit, a quo judicium vo-

i

Naturam sanat sola gratia.

k

1. *Joan.* 3. 8

l

m

a Hæc duo, *instabilis, imperita*, absunt ab edit. Leonis.

b Mſ. Thauneus caret voce, *recte*.

c Hic Editi inserunt *fuerit*, quo carent Mſſ. Jol. & Camb. & edit. Leonis. Idem postea *non amat*, & Leon. edit. ubi Mſ. Jol. & Camb. *amat*.

d Colon. editio, *non habeat*.

e Mſ. Camberon. *animæque*.

f Vox hæc *veri*, abest ab editione Leonis, est in nostris omnibus & Mſ. Jolienſi.

g Ita Mſſ. Thuan. & Jol. & edit. Leon. Cujus loco alias legebatur: *non fit novum figmentum*: quod & Apostolo, & ipsi baptismatis ac justificationis mysterio contrarium.

h Mſ. Jolienſis, *nisi quod natura*: omissa voce hac, *vitium*.

i Mſſ. Thuan. & Jol. *multiplicando*.

k Editi Lovan. Dua. & Colon. *non effecit*. Melius Mſ. Jol. & Leon. editio, *efficit*.

l Vox hæc, *suum*, abest a Mſ. Jolienſi.

m Editi, *de viribus*. Mſ. Jol. & edit. Lugd. non habent particulam, *de*.

*Rom.*8.14. untatis depravatum est, non ablatum. Quod ergo non [a] interfectum est per vulnerantem, non tollitur per medentem: vulnus sanatur, non natura removetur. Sed quod in natura periit, non restituitur nisi ab auctore naturæ: [b] apud quem quod perdidit natura, non periit. Æterna est enim sapientia, æterna veritas, æterna bonitas, æterna justitia, omnium denique virtutum lumen æternum est, totumque quod virtus est, Deus est. Qui si non operatur in nobis, nullius possumus participes esse virtutis. Sine hoc quippe bono nihil est bonum, sine hac luce nihil est lucidum, sine hac sapientia nihil sanum, sine hac justitia nihil rectum. Dicit enim per Isaiam Dominus, *Ego sum, ego sum Deus, & non est præter me qui salvet*: & Jeremias, *Scio*, inquit, *Domine, quia* [c] *non est in homine via sua, nec viri est ut dirigat iter suum*. Homo namque mortalis damnata in Adam origine carnaliter natus, ad spiritalem novi generis dignitatem, nisi Spiritu-sancto regente non pervenit. Sed nec ullo hanc desiderio appetit, qui calorem ipsius desiderii non accepit [d] a Deo, de quo dicit Dominus, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Ignis autem iste, dilectio est Dei, quam amator mundi corde captivo non potest concipere: plenus est enim amore vanitatum: quas etiam si potuerit ex aliqua parte vitare, & transcensis [e] temporalibus ac visibilibus, ad æterna & invisibilia intelligendo profecerit; si a colendis quoque simulacris recesserit, & venerari cælum ac terram, omniaque mundi hujus elementa destiterit; fidem tamen dilectionemque Christi, conturbatus de ejus ipsa humilitate, non capiet, & scandalum Dominicæ nativitatis ac mortis, proprio judicio non evincet. Propter sapientiam enim mundi resistentem sapientiæ Dei, ut superbia de se præsumentium cæcaretur, *placuit Deo per stultitiam prædicationis salvos facere credentes*. Unde qui doctrinis sæcularibus tument, ridendam magis quam adorandam crucem Christi existimant; & quanto sublimius quisque ad humanarum disciplinarum instituta conscendit, tanto magis prædicanis nostræ humilia & infirma fastidit.

Id. Prosp. c. 26. coni. Collat.

Omnis virtus a Deo manat.

*Isai.*43.11.

*Jer.*10.23.

*Luc.*12.49.

Humana ratio non sufficit ad fidem Christi concipiendam.

*1.Cor.*1.21

Nec mirum si Evangelio crucis Christi Philosophia [f] gentilis obnititur, cui etiam Judaica eruditio reluctatur. Nec docti igitur, nec indocti, cujuslibet stirpis, aut ordinis, humana ratione [g] ad Deum ducuntur; sed omnis homo qui ad Deum convertitur, Dei primum gratia commovetur. Non enim ipse sibi lumen est, [h] nec cor suum radio propriæ lucis accendit. Si enim beatus Joannes, quo nemo hominum major natus est, *non erat lumen*, quia non suo splendore lucebat, sed de illo vero lumine *quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, ut lux esset acceperat; quis ille erit qui tot opinionum colluctationes, tot vincula consuetudinis, tot præjudicia vetustatis, suo tantum judicio [i] usus abrumpat; & sola voce extrinsecus sonante doctoris, hoc tantum de gratia habeat quod audivit, & totum de voluntate quod credidit? Quod si ita esset, nihil inter gratiam legemque distaret, nec indulgentiæ quemquam spiritus vivificaret, si occidens littera permaneret. Lex enim quod fieri aut non fieri jubet, non præstat ut aut fiat aut non fiat; quoniam severitati ejus non libertate, sed timore servitur: Dominus autem ut legem non solveret, sed impleret, per gratiæ auxilium efficax fecit legis imperium, & multiplicando clementiam, sustulit pœnam; ut peccatum non ulciscendo plecteret, sed remittendo deleret. Unde adulteram ex legis constitutione lapidandam, & veritate liberavit, & gratia; cum executores præcepti de conscientiis territi, trementem ream sub illius judicio reliquissent, qui venerat *quærere & salvum facere quod perierat*: & ideo inclinatus, id est, ad humana demissus, & in opus nostræ reformationis inflexus, *digito scribebat in terram*, ut legem mandatorum per gratiæ decreta vacuaret, & ostenderet se esse qui dixerat, *Dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas*. Quod utique quotidie facit, dum cordibus vocatorum suam inserit voluntatem, & stilo Spiritus sancti quidquid in animæ paginis diabolus invidendo falsavit [k] veritas miserando rescribit.

*Matt.*5.17 Sine gratia lex impleri non potest.

*Luc.*19.10

*Joan.*18.6.

*Ierem.*31. 33.

Cum igitur verbum Dei per ministerium prædicantium auribus carnis infertur; miscetur operatio potentiæ divinæ cum sono vocis humanæ; & qui incitavit evangelizantis officium, audientis quoque [l] firmavit affectum. Dulcescit enim animæ cibus verbi, veteres tenebræ nova luce pelluntur, & obtutus interior caligine antiqui erroris exuitur: transit animus de voluntate in voluntatem: etsi illa quæ pellitur, aliqua [m] cunctatione remoratur; ea tamen quæ gignitur, electiora quæque sibi vindicat: ut lex peccati, & lex Dei diversas atque discretas in eodem homine habeant mansiones: & concupiscente carne adversus spiritum, [n] carnis etiam concupiscentiis spiritu repugnante, per exteriora quidem insidiari tentator audeat, sed mens auxilio Dei munita prævalcat. [o] Ad magnam enim utilitatem fidelium materia est reservata certaminum, ut non superbiat sanctitas, dum pulsatur infirmitas. Unde & Apostolus dicit, *In magnitudine revelationum ne extollar, datus est mihi angelus Satanæ qui me colaphizet. Propter quod ter Dominum rogavi ut discederet a me: sed dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur*. Quærat ergo Dominus imaginem, suam & errantem ovem bonus pastor inveniat: nec dedignetur ægram diuque in invio fatigatam humeris suis ferre, & non revocando tantum, sed etiam

*Gal.*5.17.

*2.Cor.*12.7

a Sic editi nostri omnes. Forte *infectum*, non *interfectum*. Mss. Jol. & Camb. & Leon. oper. edit. *ereptum est*.

b Hæc quæ sequuntur usque ad finem capitis absunt a Lovaniensi editione: olim ex Camberonensi Ms. suppleta sunt in Duac. & sequentibus; & reperta postmodum in Mss. cod. Thuaneo & Jollensi.

c Verbum substantivum *est* ex Ms. Jol. additur: deest in aliis.

d Ms. Jol. omittit, *a Deo*.

e Ms. Jol. *corporalibus*.

f Ms. Jol. & edit. oper. Leon. addunt, *gentilis*, cui respondet *Judaica*.

g Editi Duac. & Colon. *ad Dominum*.

h Ms. Jol. *nec cursum*.

i Ms. Jol. & edit. Leon. addunt, *usus*, quo carent alii libri.

k Hæc aberant ab edit. Leonis & exciderant a Colon. sunt in Mss. Camb & Jol. & Duac. editione.

l Duac. & Colon. *firmavit*. Ms. Jol. & edit. Leonis *formavit*.

m Sic Ms. Jol. & edit. Leon. Alias, *contagione*, in Leone & Prospero.

n Ms. Jol & Duac. *carnis autem*. Alii, *carnis etiam*.

o Hæc referuntur a Gelasio Papa in opusculo adversus Pelagianos, cum hoc elogio: *Sicut quidam Magister Ecclesiæ sapienter edocuit, dicens; Ad magnam enim utilitatem* &c.

ctiam portando salvare. Quærat Dominus imaginem suam, & omnium quæ in eam inciderunt sordium concretione detersa, speculum humani
Job. 14. 4. cordis enubilet. Scriptum est enim, *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es?* Quærat Dominus imagi-
a nem suam, ut [a] in renovatione ac justificatione ejus gratia reformantis appareat, sicut in se factum
Gal. 1, 22. Paulus apostolus protestatur & dicit, *Eram autem ignotus facie Ecclesiis Judææ, quæ erant in Christo: tantum auditum habebant, quod is qui persequebatur nos aliquando, nunc evangelizat fidem*
b *quam expugnabat, & in me clarificabant* [b] *Deum.* Sic ergo tunc Christianus populus didicerat, &
c illi [c] primitivi Ecclesiæ, quorum erat unum cor
Act. 4. 32. & una anima, sic credebant; ut cum viderent quempiam ad agnitionem veritatis ab errore conversum, glorificarent Deum; & fidem correcti confiterentur muneris esse divini. Ipse quoque Dominus discipulos suos magistros omnium gentium
Matt. 5. 16 sic docebat dicens. *Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, ut videntes opera vestra bona, magnificent Patrem vestrum qui in cælis est.*

CAPUT IX.

d [d] *Quod Scriptura sive de bonis, sive de malis loquatur, sive de electis, sive de reprobis, ita meminit unius partis, quasi neminem hominum prætermittat.*

c FIxa ergo hac fide in cordibus nostris, [e] immobiliterque fundata, qua saluberrime credimus omnia bona, ac maxime ea quæ ad vitam
f æternam provehunt, [f] Dei munere haberi, Dei munere augeri, Dei munere custodiri; puto quod pius sensus non debeat in ea quæstione turbari, quæ de omnium & de non omnium hominum
g [g] conversione generatur; si ea quæ clara sunt, non de his quæ occulta sunt, obscuremus, & dum procaciter insistimus clausis, excludamur ab
h apertis: cum sufficere debeat ut [h] in eo in quod pervenimus, ambulemus. Quid enim mirum si
i quidam ad vitæ sacramenta non perveniunt, [i] cum plerique, qui videbantur venisse, discedant, de quibus dicitur, *Ex nobis exierunt, sed non erant*
1. Joan. 2. 19. *ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Quorum similes sunt illi qui *profi-*
Titi. 1. 16. *tentur se Deum scire, factis autem negant.* Nam
Rom. 7. 21. cum scriptum sit, *Omnis qui invocaverit nomen*
Matt. 7. 21 *Domini salvus erit:* de quibusdam tamen Dominus ait, *Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum, sed qui facit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse intra-*
℣. 22. *bit in regnum cælorum:* &, *Multi mihi dicent in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc dicam illis,* [k] *Numquam novi vos, discedite a me, operarii iniquitatis.* Tales non invo-
k Rom. 8. 15 cant nomen Domini quia non habent *Spiritum adoptionis filiorum in quo clamamus, Abba, pa-*
1. Cor. 12. 3 *ter. Nemo* autem *potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto; & Quicumque Spiritu Dei*
Rom. 8. 14. *aguntur, hi filii sunt Dei.* Qui [l] ad Deum per
l Deum veniunt, & salvari volentes omnino salvantur: quia ipsum desiderium salutis ex Dei inspiratione concipiunt, & per illuminationem vocantis in agnitionem veniunt veritatis. Sunt enim filii promissionis, merces fidei, spiritale semen Abrahæ,
1. Petri 2. 9. *genus electum, regale sacerdotium,* præscitum & præordinatum in vitam æternam, sicut testatur Spiritus-sanctus per Jeremiam prophetam dicens,
Jerem. 31. 31. *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & disponam domui Israel, & domui Juda testamentum novum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem illos de terra Ægypti: quia ipsi non perseveraverunt in testamento meo, & ego eos neglexi,* * *dicit Dominus. Quia hoc est testamentum* * Alias Caput 9. *quod disponam domui Israel post dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in sensu ipsorum, & in corde ipsorum scribam eas, & ero illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit unusquisque proximum suum, & unusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum: quia omnes cognoscent me a pusillo eorum usque ad ma-*
Jerem. 32. in 70. *gnum, quia propitius ero iniquitatibus eorum, &*
m *peccatorum eorum memor non ero.* [m] *Et dabo illis viam alteram, & cor aliud, ut me timeant omnes dies in bonum ipsis, & filiis eorum post eos, & constituam illis testamentum æternum, quod non avertam post eos: & timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant a me, & visitabo eos, ut bonos eos faciam.* Per Isaiam quoque de gratia sua.
n Dominus, qua ex omnibus hominibus [n] novam creaturam facit, eadem prænuntiat, dicens, *Ecce faciam nova quæ nunc* [o] *orientur, & cognoscetis*
o *ea, & faciam in deserto viam, & in sicca* Isai. 43. 19 *terra flumina. Benedicent me bestiæ agri, sirenæ* &c. *& filiæ struthionum quod dederim in deserto aquam,* Isai. 45. 23 *& flumina in sicca terra ad potandum genus meum* & seq. *electum, populum meum quem mihi adquisivi, ut enarrent virtutes meas.* Et iterum, [p] *Per memetip-*
p *sum juro, nisi exiet de ore meo justitia, & verba mea non avertentur, quia mihi flectetur omne genu, & confitebitur omnis lingua Deo.* Si ergo impossibile est ista non fieri, quia nec incerta præscientia Dei est, nec mutabile consilium, nec ineficax voluntas, nec falsa promissio; omnes isti de quibus hæc prædicta sunt, sine cujusquam exceptione salvantur. Dat enim leges suas [q] in sensum
q ipsorum, easque in cordibus eorum digito suo scribit; ut agnitionem Dei, non doctrinæ humanæ

a Sic Mss. Jol. & edit. Leonis. Alii, *in revelatione* aut, *relevatione*,

b Duac. & Colon. *Dominum*. Mss. Jol. & edit. Leonis, *Deum*.

c Ita Mss. Jol. & edit. Leon. Duac. & Colon. *primitivæ Ecclesiæ*.

d Hic capitis noni initium facimus auctoritate Mss. Jolienses, qui ea verba a quibus alias incipiebat hoc caput contiuua serie habet descriptum cum antecedentibus. Nec commodum erat a nomine Prophetæ quicitatur, disjungi novo titulo locum ejusdem qui in testimonium afferebatur.

e Mss Jolienses, *humiliterque*.

f Hæc ex Mss. Thuan. & Jolienses, ac edit. Leonis addimus, quæ in editis defuerunt.

g Ita Mss. Thuan. & Jol. Alias, *conversatione*.

h Mss. Jolienses. *in quod pervenimus*. Alii, *quo pervenimus*.

i Hæc verba absunt ab editis nostris & Leonis: leguntur in Mss. Jolienses; videnturque omnino sequentibus necessario præmittenda.

k Mss. Jolienses, *introibit*: & post aliquot lineas, *Numquam vos cognovi*.

l Sic Mss. Jol. & edit. oper. Leon. Alibi, *ad Dominum per Dominum*.

m Mss. Jolienses, *& iterum, Et dabo* &c.

n Mss. Jol. *novam creaturam fecit*.

o Mss. Camberon. & edit. Leonis. *oriuntur*.

p Mss. Camb. & Jol. & edit. Leonis. *Per memetipsum juro, nisi exiet*: Alii, *Per meipsum juro, nisi exiet*.

q Mss. Camb. & edit. Leon. *in sensu*.

næ opere, sed magisterio summi eruditoris acci-
1. Cor. 3. 7. piant. *Qui neque qui planat, neque qui rigat est aliquid; sed qui incrementum dat Deus.* Omni hi *a pusillo usque ad magnum* [a] *cognoscunt Deum:*
a Deus dat recta sapere & velle quia ut venirent ad Christum, a Patre audierunt atque didicerunt, [b] omnes educti ab errore, diriguntur in viam vitæ, omnibus corde mutato, recta sapere & recta velle donatur, omnibus timor,
b c quo in mandatis Dei [c] erudiantur, inseritur. Fit
d in deserto via, [d] & terra arida fluminibus irriga-
Isai. 43. 19 tur: ut qui prius ad confitendum Deum, os non aperiebant, & velut muta atque irrationabilia animalia in feritatem trasierant bestiarum; divinorum
e eloquiorum fontibus [e] mundati, benedicant & laudent Deum, enarrantes virtutes & mirabilia misericordiæ ejus, qui elegit eos, & in filios adopta-
Gal. 3. 15 vit, ac novi Testamenti fecit heredes. Si autem, ut Apostolus loquitur, *hominis confirmatum testamentum nemo spernit aut superordinat*, quomodo fieri potest, ut ex ulla parte, divina promissio resolvatur?

Manet prorsus & quotidie impletur quod Abrahæ Dominus sine conditione promisit, sine lege
f donavit. Quia etsi quidam quibus hæc [f] prædica-
Rom. 3. 3. ta sunt, non crediderunt, *incredulitas eorum fidem Dei non evacuavit. Est enim Deus verax, omnis autem homo mendax.* Et illi quidem qui audito evangelio credere noluerunt, inexcusabiliores facti sunt, quam si nullum præconium veritatis audissent: sed certum est, eos apud præscientiam Dei Abrahæ filios non fuisse, nec in illorum
Gen. 26. 31 34. sorte numeratos, de quibus dictum est, *Benedicentur in semine tuo omnes tribus terræ.* Creditu-
Jer. 31. 34. ros enim promisit qui dixit, *Et non docebit unusquisque fratrem suum, dicens, Cognosce Dominum: quia omnes cognoscent, me a pusillo eorum usque ad magnum.* Reconciliandos promisit, qui
Ibidem. g [g] dixit, *Propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum memor non ero.* Obedituros pro-
Jerem. 32. sec. LXX. misit qui dixit; *Dabo illis viam alteram, & cor aliud, ut timeant me omnes dies.* Perseveraturos
Ibid. ℣ 40. 41. promisit qui dixit, *Timorem meum dabo in cor eorum, ne discedant a me; & visitabo eos, ut bonos eos faciam.* Postremo, omnes sine cujusquam
Isai. 45. 23. & seq. h exceptione [h] promisit qui dixit, *Per memetipsum juro, nisi exiet de ore meo justitia, & verba mea non avertentur; quia mihi flectetur omne genu,*
Vide Rom. 14. 11. *& confitebitur omnis lingua Deo.* Hic si dicamus non fieri quod Deus juravit esse faciendum, falsitatem Deo (quod absit,) & mendacium adscribimus veritati. Si autem, ut pietas fidesque persuadent, Dei verba non excidunt, & fit omnino quod statuit: quomodo nobis veracis promissionis firmitas apparebit, cum multa adhuc hominum millia dæmoniis serviant, & idolis genu flectant? Nisi
Scriptura loquitur de parte quasi de tota. hujusmodi denuntiationes Dei secundum illam incommutabilem scientiam editas noverimus, in qua apud illum jam universitas humana discreta est, & sive de bonis, sive de malis loquatur, ita unius partis meminit, quasi neminem hominum prætermittat. Nam cum dicit Apostolus, *Vetera tran-*
2. Cor. 5. 17 *sierunt, ecce facta sunt omnia nova;* numquid non omnes homines videtur dixisse renovatos; aut cum dicit, *Quia in ipso complacuit omnem plenitudinem* Coloss. 2. 19 *habitare, & per ipsum reconciliari omnia in ipso;* i [i] numquid non ita loquitur, quasi neminem velit exsortem hujus reconciliationis intelligi? aut cum ait, *Novissimis istis diebus locutus est nobis in Fi-* Heb. 1. 2. *lio, quem constituit heredem universorum*; numquid aliud sonat forma sententiæ, quam omnes homines in Christi hereditate a Patre esse transcriptos, secundum prophetiam David, dicentis, *Po-* Psal. 2. 8. *stula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ?* Dicente [k] autem Domino, *Si exaltatus fuero a terra, omnia trahan ad me*; nonne universorum videtur promissa conversio? aut cum de Ecclesia prophetatur & dicitur, *Omnis vallis replebitur, & omnis mons* Joan. 12. 31 *& collis humiliabitur, & erunt prava in directa,* Isa. 40. 4. *& aspera in vias planas;* numquid ullus hominum videtur omissus, qui non significatus sit Christo esse subdendus? Quid cum dicitur, *Et veniet* Isa. 66. 18. *omnis caro in conspectu meo, ut adorent in Jerusa-* Joel. 2. 28. *lem, dicit Dominus?* aut illud, *Et erit in diebus* Ps. 144. 14. *illis, effundam de Spiritu meo super omnem carnem?* aut illud, *Allevat Dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos:* numquid non ita pronuntiatum est quasi ab hoc Dei munere nemo discretus sit?

Habet ergo populus Dei plenitudinem suam: Plenitudo & universitas electorum. & quamvis magna pars hominum salvantis gratiam aut repellat aut negligat, in electis tamen & præscitis, atque ab omnium generaliter discretis specialis quædam censetur universitas, ut de toto mundo totus mundus liberatus, & de omnibus hominibus omnes homines videantur assumpti. Sicut etiam cum de impiis sermo est, ita locutionem suam divinus stilus ordinat, ut ea quæ de quadam parte dicuntur, ad omnes homines pertinere videantur: veluti est illud quod ait Joannes Baptista, *Qui de cælo venit, super omnes est: quod vidit* Joan. 3. 32. *& audivit testificatur, & testimonium ejus nemo accipit.* Aut illud Apostoli, *Omnes quæ sua quæ-* Philip. 2. *runt, non quæ Jesu Christi.* Aut illud quod Psal- 21. *mus Davidicus canit, Dominus de cælo prospexit* Psal. 13. 3. *super filios hominum, ut videat si est intelligens,* & seq. *aut requirens Deum. Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum.* His igitur & aliis documentis, quæ possunt ab inquirentibus numerosiora proferri, non dubie demonstratur, interdum & pro parte terræ omnem terram, & pro parte mundi totum mundum, & pro parte hominum omnes homines nominari. Quorum tamen discretionem plerumque Scriptura [l] cito aperit, ut sensus legen- l
tis ab universitatis appellatione, ad partem quæ in- 1. Cor. 1. 23
telligenda est transferatur. Sicut est illud Apostoli dicentis, *Prædicamus Jesum Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam, ipsis vero vocatis Judæis atque Græcis Christum Dei virtutem & Dei sapientiam.* Numquid ipsis [m] est Christus virtus quibus scandalum, m
aut ipsis sapientia quibus stultitia? Sed quoniam quidam [n] ex ipsis justificabantur fide, quidam au- n
tem

a Mss. Jol. *cognoscent.*

b Quidam vir doctus suspicatus est legendum, *omnes edocti, ab errore diriguntur.*

c Mss. Camb. & Jol. *custodiantur*, & recte quidem.

d Mss. Jol. *& tota arida.*

e Mss. Jol. *inundati.* Deinde Editi, *benedicunt & laudant.* Mss. Jol. & opera Leonis, *benedicant & laudent.*

f Mss. Camb. *prædicta*: & infra, *incredulitas tamen eorum.*

g Mss. Jol. addit, *omnibus.*

h Forte addendum, *sibi obsecuturos.*

i In Mss. Jol deest hic *numquid.* Post pauca pro *exsortem.* Camberon. Mss. *extorrem.*

k Sic Mss. Camb. & Jol. & edit. Leonis. Alii. *Dicente enim.*

l In Mss Joliensi non est vox hæc, *cito.*

m Verbum substantivum *est* addimus ex editione Leonis.

n Sic Mss. Camb. & Jol. & edit. Leonis. Editi nostri, *ex eisdem justificabuntur fide quidam . . . obdurabuntur.*

tem sua impietate obdurabantur; unum credentium & non credentium genus, sub vocatorum appellatione discrevit; ut quos a fide significabat alienos, eos, quamvis audissent evangelium, ostenderet vocationis extraneos.

Non omnes qui audiunt verbum vocantur a Deo.

CAPUT X.

Quod Scriptura de electis & reprobis ejusdem populi loquitur, tamquam de iisdem.

[a] HAc regula per Isaiam promittit sermo divinus, dicens, *Ducam cecos in viam quam non noverunt, & semitas quas nesciunt calcabunt,* [b] *Et faciam illis tenebras in lucem, & prava in directum. Hæc verba faciam, & non derelinquam eos.* Sed quod sequitur, *Ipsi autem conversi sunt retro;* ad partem quamdam generis ipsorum referendum est, non ad eos de quibus ait, *non derelinquam eos.* Iterum dicit Dominus ad Jacob, *Noli* [c] *metuere, quia tecum sum, Ab oriente adducam semen tuum, & ab occidente colligam te. Dicam Aquiloni, Adduc, & Africo, Noli vetare: Aduc filios meos de terra longinqua, & filias meas a summo terræ, omnes in quibus vocatum est nomen meum. In gloriam enim meam paravi illum, & finxi & feci illum.* Quod autem sequitur, *Et produxi plebem cæcam, & oculi eorum sunt cæci, & surdas aures habent*; non potest eis ulla ratione congruere, quos in gloriam suam parasse se dicit. In his quippe omnibus verbis, quæ de uno hominum genere dicuntur, allis personis priora, allis posteriora conveniunt. Apud Apostolum quoque quod in parte populi agitur sub tutius populi nuncupatione narratur, [d] & in reliquiis plenitudo censetur. Cum enim de Judæorum obcæcatione differeret, quosdam ex ipsis gratia salvos fieri demonstraret, *Dico ergo*, inquit, *Numquid* [e] *repulit Deus populum suum? Absit. Nam & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Benjamin: non repulit Deus plebem suam quam præscivit.*

a *Isa.* 42. 26.
b
c *Isai.* 43. 15
d
e *Rom.* 11. 1. *& seq.*

Plebs ergo præscita, plebs non repulsa, hi sunt qui in Christo justificati sunt. Et quod de omni Israele dici videtur, in his tantum quos sibi gratiæ electio reliquos fecit, ostenditur, sicut sequentia Apostolici sermonis enarrant. Adjungit enim & dicit, *An nescitis in Elia quid dicit Scriptura, quemadmodum interpellat Deum adversus Israel? Domine, Prophetas tuos occiderunt, altaria tua suffoderunt, & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi responsum divinum? Reliqui mihi septem milia virorum, qui non curvaverunt* [f] *genu Baal. Sic ergo*, inquit, *& in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ* [g] *factæ sunt. Si autem gratia jam non est gratia.* Non ergo omnis Israel reprobatus, nec omnis electus est; sed partem cæcitas [h] voluntaria avertit, partem sibi [i] illuminatio gratuita reservavit: & tamen ita de eis sermo habetur, ut in his qui pereunt, & in his qui salvi fiunt, nulla totius generis videatur facta discretio. Nam cum legitur, *Secundum Evangelium quidem inimici propter vos, secundum electionem autem* [k] *dilecti propter patres;* ita locutio sonat, tamquam eosdem dicat dilectos, quos dixit inimicos. Sed hanc caliginem Apostolus ipse detersit, dicendo, *Quia cæcitas ex parte in Israel contingit*: ut unum genus in duas species intelligerimus esse divisum, & omnem hominem, omnem plenitudinem, omnem Israelem non semper ad universitatem, sed plerumque ad partem esse referendum.

f *Ibid.* ¶. 2. *& seq.*
g
h
i
k *Ibid.* ¶. 28.

CAPUT XI.

Quod Scriptura de diversorum temporum hominibus loquitur, quasi de ejusdem temporis generatione.

INter has autem formulas locutionum, etiam illam in Scripturis dictionem debemus advertere, qua id quod ad diversorum temporum homines pertinet, ita [l] promitur, quasi de una & ejusdem ætatis generatione dicatur. Sicut est quod sanctus Petrus Apostolus scribens sui & futuri temporis gentibus, ait: *Vos autem gens electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis; ut virtutes annuncietis ejus, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum: qui aliquando non populus,* [m] *nunc autem populus Dei, qui non consecuti misericordiam, nunc autem misericordiam consecuti.* Numquid cum hæc predicarentur, adhuc illi homines permanebant, quos omnes Deus in præteritis generationibus dimiserat ingredi vias suas; & iidem ipsi, qui prius traditi fuerant voluntatibus suis, [n] nunc de tenebris in lumen admirabile vocabantur? Nonne illi jam defecerant [o] in ignorantia sua, jam in hoc mundo non erant, nec ab errore ad veritatem reditus olim mortuis suppetebat? [p] Et tamen quod post multa sæcula agebat gratia in posteris impiorum, sic loquendi consuetudo perstrinxit, ut ipsi videantur nunc eligi, qui prius fuerant derelicti. Pertinent autem hæc non ad eosdem homines, sed ad ejusdem [q] generis homines: & vocatio quæ illuxit prope mundi finem, ad præteritam non recurrit ætatem. Ita modo quodam & ipsi & non ipsi sunt, de quibus & quibus ista dicuntur; dum in aliquo [r] specialia a generalibus non dividuntur, in aliquo vero a communibus separantur.

l
m *Act.* 14. 15.
n
o
p
q
r

CA-

a Mss. Camb. & Jol. & editio Leonis, *Hanc regulam.*

b Sic Mss. Camb. & Jol. Editi alias, *Educam . . . tenebras illuscere.*

c Ms. Camb. *timere . . . . & ab Occidente.*

d Ita Mss. Camberon. & Jolienſis. Quo spectari videntur quæ infra ex Apostolo citantur, *Et in hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt.* Editi nostri & Leo novus, *reliquis.* Qua voce respicitur forte aliud, *Reliqui mihi* &c.

e In Ms. Camb. hic & infra, *repellit.*

f Mss. Jol. & Camb. & Leonis editio, *genua ante Baal.* Editi *genu Baal.* Juxta Græcum Apostoli, Τῇ βάαλ, ante imaginem scilicet de qua 4. *Reg.* 10.

g Sic Ms. Jolienſis conformiter Græco Apostoli, ubi vox hæc *salvæ* omittitur. Quam post vulgatam habet Leo novus, & Editi ac Ms. Camberon. ubi *secundum electionem* loco hujus, *per electionem*, quod Editi Prosperiani præferebant.

h Hæc vox *voluntaria* deest in Mss. Thuan. Camberon. & Jol.

i In ora Duac. & sequentium editionum, *illuminatione.*

k Mss Camb. & Jol. & Leo addunt, *Dei.* Quæ vox subintelligitur in textu Apostoli, non exprimitur.

l Ita Ms. Camb. & Leo novus. Alii, *promittitur.* Non tam bene.

m Ms. Jolienſis solus, *non populus Dei.*

n Ms. Jolienſis omittit vocem hanc, *nunc.* Editio vero Leonis non omissa hac voce, pro *vocabantur*, habet *vocantur.*

o Hæc verba, *in ignorantia sua*, ex Ms. Thuan. addita jam alias in Leone, deerant in Camb. & Editis. Pro quibus Ms. Jol. *in ignominia sua.* Nec male si spectetur summa dignitas Christiani populi verbis Petri Apostoli paulo ante citatis expressa.

p Emendatum ex Mss. Jolienſi & Camber. & Leone, cum Editi nostri haberent, *& tamen quod post multa sæcula gratia in posteris impiorum sit, loquendi consuetudo perstrinxit.*

q Ita Mss. Camb. & Jolienſis. Alias, *gentis.*

r Sic Mss. Camb. & Jol. cum Edit. Leonis. Alii, *in aliquo speciali.*

CAPUT XII.

Quod illud Apostoli, Vult omnes homines salvos fieri, *de omni genere hominum intelligitur.*

1. SEd cum hæc legerint vel audierint qui amant calumniosa certamina, dicent nos per hujusmodi disputationes Apostolo contradicere definienti, quod Deus *omnes homines* velit *salvos fieri*, [a] *& in agnitionem veritatis venire*. Quam particulam verborum Apostoli, ita nos integre pleneque suscipimus, ut nihil ei de precedentibus sive subjectis, quæ ad ipsam pertinent, subtrahamus. Quoniam, ut cetera divinorum eloquiorum testimonia sequestremus, hic locus sufficit ad evacuandum quod calumniose objiciunt, & ad defendendum quod impie diffitentur. Scribens itaque ad Timotheum [b] Paulus apostolus, ait: *Obsecro igitur primo omnium fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt: ut quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est & acceptum coram* [c] *salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Unus enim Deus, & unus mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui dedit redemtionem semetipsum pro omnibus.*

1. Tim. 2. 4 a

b Ibid. ℣. 1. & seq.

c

De hac ergo doctrinæ apostolicæ regula, qua Ecclesia universalis imbuitur, nec in diversum intellectum nostro evagemus arbitrio, quid [d] ipsa universalis Ecclesia sentiat, requiramus: quia nihil dubium esse poterit in præcepto, si obedientia concordet in studio. Præcepit itaque Apostolus, immo per Apostolum Dominus qui loquebatur in Apostolo, fieri obsecrationes, [e] postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, ac pro his qui in sublimitate sunt. Quam legem suplicationis ita omnium Sacerdotum, & omnium fidelium devotio concorditer tenet, ut nulla pars mundi sit, in qua hujusmodi orationes non celebrentur a populis Christianis. Supplicat ergo ubique Ecclesia Deo, non solum pro sanctis & in Christo jam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus & inimicis crucis Christi, pro omnibus indolorum cultoribus, pro omnibus qui Christum [f] in membris ipsius persequuntur, pro Judæis quorum cæcitati lumen evangelii non resulget, pro hæreticis schimaticis, qui ab unitate fidei & caritatis alieni sunt. Quid autem pro istis petit, nisi ut relictis erroribus suis, convertantur ad Deum, accipiant fidem, accipiant caritatem, & de ignorantiæ tenebris liberati, in agnitionem veniant veritatis? Quod quia ipsi præstare sibi nequeunt, malæ consuetudinis pondere oppressi, & diaboli vinculis alligati, neque deceptiones suas evincere valent, quibus tam pertinaciter inhæserunt, ut quantum amanda est veritas, tantum diligant falsitatem: misericors & justus Dominus pro omnibus sibi vult hominibus supplicari: ut cum videmus de tam profundis malis innumeros erui, non ambigamus Deum Præstitisse, quod ut præstaret oratus est; & gratias agentes pro his qui salvi facti sunt, speremus etiam eos, qui [g] necdum illuminati sunt, eodem divinæ gratiæ opere eximendos de potestate tenebrarum, & in regnum Dei, prius quam de hac vita exeant, transferendos.

d

e

f

Ecclesia orat pro omnibus.

Deus vult pro omnibus orari.

g

CAPUT XIII.

Secreti illius profunditas, quo Dei salvantis gratia aliquos pro quibus Ecclesia orat præterit, nobis in hac vita patere non potest.

QUod si aliquos, sicut videmus accidere, salvantis gratia præterierit, & pro eis oratio Ecclesiæ reccepta non fuerit; ad occulta divinæ justitiæ judicia referendum, & agnoscendum [h] secreti hujus profunditatem nobis in hac vita patere non posse. *Ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus, & videmus nunc per speculum in ænigmate.* Nec sapientiores aut scientiores beatissimo Apostolo sumus, qui cum de gratiæ potentia disputaret, magnorum mysteriorum ingressus arcanum, iis quæ [i] impossibile erat enarrare, succubuit. Cum enim dixisset, *Nolo enim vos ignorare, fratres, mysterium hoc, ut non sitis vobis ipsis sapientes, quia cæcitas ex parte in Israel contigit, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israel salvus fieret; sicut scriptum est, Veniet ex Sion qui* [k] *eruat & avertat impietates ab Jacob, & hoc illis a me testamentum, cum abstulero peccata eorum. Secundum Evangelium quidem inimici propter vos; secundum electionem vero dilecti propter patres. Sine penitentia enim sunt dona & vocatio Dei Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter illorum incredulitatem, ita & isti nunc non crediderunt in vestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclusit enim Deus omnia* [l] *in incredulitate, ut omnium misereatur.* Cum ergo hæc divinorum operum mysteria supra mensuras humanæ intelligentiæ excellentia, quodam mentis suæ profudisset excessu; totam expositionis rationem transtulit [m] in stuporem, & admirator corum quæ protulerat, exclamavit & dixit, *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit, aut quis prior dedit illi, retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Ipsi gloria in sæcula,* [n] *Amen.* Præmissa enim docentis assertio locum dabat multimodæ quæstioni, ut [o] variate per tot populus ac tempora gratiæ Dei causa quereretur. Cur scilicet anterioribus sæculis dimissæ essent omnes gentes ingredi vias suas, uno tantum Israele,

Quod preces Ecclesiæ non exaud. antur pro omnibus, ad occulta Dei judicia referendum.

h 1. Cor. 13. 9 & 12.

i Rom. 11. 25. & seq.

Isai. 59. 20 k

l

m Rom. 11. 13. & seq.

n

o

a Mſ. Camb. hic & infra, *& ad agnitionem.*

b Mſſ. Camb. & Jol. addunt hic, *magister gentium.*

c Editi noſtri antea, *salutari*. Mſ. Camb. & Leo, *Salvatore*. Mſ. Thu. omittit, *Deo*.

d Editi Proſperiani & Mſ. Jol. inferebant præpoſitionem *in*, qua caret editio Leonis.

e Particulam, *&*, quæ in editis Proſperi & Leone habentur omittit Mſ. Jol. nec in loco Apoſtoli ſupra relato legitur. Idemque hic addit *&*, ante *pro regibus*.

f Mſ. Camb. *in membris ſuis*.

g Mſ. Camb. *nec dum* cum Leone. Alii *nondum*. Poſt aliquot verba autem idem Mſ. cum Jolienſi & Leone, ut in textu: cum Editi Proſperiani habeant *ut in regnum Dei, priuſquam de hac vita exeant, transferantur*.

h Mſſ. Camb. & Jol. omittunt *eſt*: & Leo novus.

i Mſ. Camberon. *impoſſibilia erunt enarrari*.

k Mſ. Jolienſis, *eruet & avertet*.

l Mſ. Jol. cum textu Græco Pauli, *in incredulitatem*.

m Editi, *ad ſtuporem*. Mſ. Jol. & Leo. *in ſtuporem*.

n Hic vox *ſæculorum*, omittitur in Leone, nec eſt in loco Apoſtoli, quæ habetur in Editis Proſperi & Mſ. Jol.

o In Leonis editione, *variæ*. Mſ. Jol. omittit *Dei*, poſt *gratiæ*.

Act. 14. 15. qui divinis eloquiis erudiretur, excepto, & ad cognitionem veritatis electo; cujus infidelitas locum tandem salvandis gentibus fecerit: tamquam si unus populus in fide sui generis permaneret, misericordia Dei [a] ceteris se nationibus præstare non posset. Cur denique ipsi quorum diminutio salus [b] gentium est, ab obcæcatione sua non liberentur, prius quam ingrediatur gentium plenitudo: quasi illuminari cum omnibus nequeant, qui omnes, facta omnium gentium adoptione, salvandi sunt? Aut quomodo omnis Israel, sublata obcæcatione salvandus sit, cujus innumerabilis multitudo in sua infidelitate deficiens, [c] ad tempora salvandis promissa non pervenit. Vel quomodo ipsarum gentium, quarum [d] prius non est facta vocatio, dicatur nunc ingredi plenitudo: cum tot promiscuæ ætatis & conditionis hominum millia in omnibus nationibus quæ sunt sub cælo, sine Christi justificatione moriantur? Sed horum mysteriorum judiciorumque causas prius & doctus magister maluit ad altitudinem divitiarum sapientiæ Dei scientiæque suspendere, quam justissimæ veritatis & misericordissimæ bonitatis subtractum ab humana cognitione secretum temeraria inquisitione discutere; nihil omittens de his quæ non oportet ignorari, nihil contrectans de his quæ non licet sciri.

a *Rom.* 11. 12

b

c

d

CAPUT XIV.

Multa esse in dispensatione operum divinorum, quorum caussis latentibus, soli monstrantur effectus.

Dei consilia abscondita.

1. MUlta enim sunt in dispensatione divinorum operum, quorum caussis latentibus, soli monstrantur effectus, ut cum pateat quod geritur, non pateat cur geratur; negotio in medium deducto, & in occultum ratione subducta: ut in eadem re & de inscrutabilibus præsumptio comprimatur, & de manifesti falsitas refutetur. Neque enim si nescio cur ille Græcus creatur; hic barbarus, iste in divitiis, ille in egestate nascatur; hunc valida Proceri corporis pulcritudo sublimet; illum debilium membrorum exilitas contracta deformet; iste a catholicis editus, in veritatis cunabulis nutriatur; ille hæreticorum progenies, cum ipso lacte matris hauriat virus erroris; si denique mille alias differentias in habitu corporum, in qualitatibus animorum, in [e] conditione temporum, in more regionum dijudicare non possum; ideo quod omnium horum Deus sit conditor atque ordinator ignoro. Qui utique singulorum hominum ita & corpora creavit & spiritus, ut præter illam secuturam ex uniuscujusque studio voluntariam diversitatem, ipsa conditionis exordia dissimillima numerositate variaret. Turbarent autem nos, & in diversum distraherent multæ vaniloquorum opiniones, qui de incognoscibilibus [f] definire inconvenientia præsumserunt, & has originales inæqualitates satis

Hominum originales differentias ordinat Deus occulto judicio.

e

f

S. Prosperi.

a Mss. Jolienses. *ceteris se præstare.*

b Sic post textum Apostoli Mss. Jol. & Camberon. Alias, *gentibus est.*

c Ms. Camberon. *ad tempora salutis.*

d Mss. Jol. *quarum prior*, & post pauca, cum Ms. Camb. *cum tanta.*

e Mss. Thuan. Camb. & Jol. *conditione.* Nec male.

f Ita Mss. Thu. Camb. & Jol. ac Leo. editio. Editi alias, *devenire in inconvenientia.*

g Sic habent Mss. Thuan. & Jol. Vulgati codices & Ms. Camb. *naturalibus.*

h Ita scriptum in Mss. Jolienſi & Camb. & Leone. Editi alias *cognoscibilia essent*, (quæ nulla sunt) & sideribus deputarunt; nisi certissima notitia teneremus, Deum Creatorem de elementis [g] originalibus, prout vult, vas unumquodque formare, & unam naturam animarum, & unam naturam corporum, placitis sibi temperare mensuris. Quæ utique opera Dei humanæ intelligentiæ [h] non subtraherentur, si innotescere debuissent; & manifestaretur cur ita quidque fieret, nisi, quod ita fieret, scire sufficeret.

g

h

Dicit Dominus ad Moysen, *Quis dedit os homini, & quis fecit mutum & non audientem, videntem & cæcum? Nonne ego Dominus Deus?* Et per Isaiam; *Nonne ego * fecundum & sterilem feci, dicit Dominus?* In libro Ecclesiastico legitur, *Bona & mala, vita & mors, paupertas & honestas a Deo sunt.* Et Job dicit, *Abundant tabernacula prædonum, & audacter provocant Deum, cum ipse dederit omnia in manibus eorum.* Et idem de omnium rerum humanarum profectu & defectu disputans, omnesque mutationes ad judicia Dei referens: *Apud ipsum est*, inquit, *sapientia & fortitudo, ipse habet consilium & intelligentiam. Si destruxerit, [i] nemo est qui ædificet; si incluserit hominem, nullus est qui aperiat. Si continuerit aquas, omnia siccabuntur; si emiserit eas, subvertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapientia: ipse novit & decipientem, & eum qui decipitur, adducit consiliarios in stultum finem, & judices in stuporem: balteum regum dissolvit, & præcingit funes renes eorum. Ducit sacerdotes [k] inglorios, & optimates supplantat, commutans labium veracium, & doctrinam senum auferens, effundens despectionem super principes, & eos qui oppressi fuerant relevans. Qui [l] revelat profunda de tenebris, & producit in lucem umbram mortis. Qui multiplicat gentes & [m] perdit eas, & subversas in integrum restituet. Qui immutat cor principum terræ, & decipit eos, ut frustra incedant per invium. Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce, & errare eos faciet quasi ebrios.* Et iterum idem dicens voluntatem Dei irritam esse non posse: *Ipse enim*, inquit, *solus est, & nemo avertere potest [n] cogitationem ejus: & anima ejus quodcumque voluerit, hoc fiet.*

Exod. 4. 21.

Isai. 66. 9.

* *Mss. Camb. & Jol.* secundam.

Eccli. 11. 14.

Job. 12. 6.

Ibid. 16. & *seq.*

i

k

l

m

Job. 23. 13

n

CAPUT XV.

Quod pars hominum liberatur, adscribi non potest meritis voluntatum: veluti bonos elegerit gratia, malos præteriet.

LIberatur pars hominum, parte pereunte: & si hoc voluntatum meritis [o] voluerimus adscribere, ut malos neglexisse gratia, bonos autem elegisse videatur; resistet nobis innumerabilium caussa populorum, quibus per tot sæcula [p] nulla cælestis doctrinæ annuciatio coruscavit. Nec meliores fuisse eorum posteros possumus dicere, de quibus scriptum est, *Gentium populus, qui sedebat in te-*

o

p

i Ms. Jolienses, & *non est qui.*

k Sic Ms. Camb. & Leonis editio. Alias, *inglorioſos.*

l Ita Mss. Camb. & Jol. & Leo. Alii *relevat.*

m Ita Mss. Camb. & Jol. *perdet eas . . . restituet.* Leonis edit. *perdit eas . . . restituet.* Postea Mss. Camb. & Leo. *decipiet.*

n Ms. Camberon. *cogitationes.* Alii quidam codices, *cognitionem.*

o Sic Mss. Camberon. & Jol. cum Leone. Alii, *velimus.*

p Ms. Jol. omisso *nulla*, *cælestis doctrinæ anuntiatio non coruscavit.*

nebris, lucem vidit magnam; & sedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta est illis. Et
1. Petr. 2. 9 ad quos apostolus Petrus dicit, *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis ejus qui de tenebris vos vocavit* [a] *in tam admirabile lumen suum: qui quondam non populus, nunc autem populi Dei; quorum aliquando non est misertus, nunc autem miseretur.* Non ergo meritis minorum tribuitur quod non meruere majores. Par enim impietas & patres accusabat & filios, eademque ignorantiæ cæcitas omnes simul in eosdem mergebat errores. Sed cur illorum non misertus, [b] horum sit misertus Deus, quæ scientia comprehendere, quæ potest investigare sapientia? Latet discretionis [c] istius ratio, sed non latet ipsa discretio. Non intelligimus judicantem, sed videmus operantem. Quid calumniamur justitiæ occultæ, qui gratias debemus misericordiæ manifestæ? [d] Laudemus & veneremur quod agitur, quia tutum est nescire quod tegitur.

Cur Deus quorumdam misereatur, & quorumdam non misereatur occultum est.

CAPUT XVI.

Ex eo quod parium parvulorum alii ad æternam vitam, alii ad mortem æternam ante intelligentiæ usum hinc migrent, ostenditur inscrutabilitas divinorum judiciorum.

RESpice autem & ad universam multitudinem parvulorum, in quibus, excepto illo quo in damnationem nascitur gens humana delicto, nec præterita possunt merita, nec futura censeri. Omnes enim de quibus nunc loquimur, ante ullum intelligentiæ usum, ante liberum voluntatis arbitrium, alii ad æternam beatitudinem regenerati, alii ad perpetuam miseriam transeunt non renati. Si originalem culpam fateris, omnis numerus in reatu est: si moralem innocentiam quæris, omnis summa sine vitio est. Non invenit quod discernat humana justitia, sed habet quod eligat inenarrabilis gratia Dei. In abscondito est consilium, sed non latet donum; [e] opus exserit pietas, causam obscurat potestas. Sed tam indubitabile est quod non videtur, quam quod videtur; quia auctori manifesti operis, negari confessio etiam ignotæ non potest æquitatis.

Iudicium Dei inscrutabile in discretione parvulorum.

CAPUT XVII.

Ex impiis, qui in extremis conversi salvantur, ostenditur & gratia sine meritis dari, & inscrutabile esse Dei judicium.

QUod si [f] & ad illos dirigas mentis intuitum, qui longam agentes in flagitiis & sceleribus ætatem, sacramento baptismatis Christi in ipso vitæ fine renovantur, & sine ullo suffragio bonorum operum in regni cælestis consortium transferuntur, quo intellectu divinum judicium comprehendes? nisi ut indubitanter agnoscas gratuita esse Dei munera: & sicut nulla sunt tam detestanda facinora, [g] quæ possint gratiæ arcere donum, ita nulla posse tam præclara opera existere, quibus hoc quod gratis tribuitur, per retributionis judicium debeatur. Vilesceret enim redemptio sanguinis Christi, nec misericordiæ Dei humanorum operum prærogativa succumberet, si justificatio quæ fit per gratiam, meritis præcedentibus deberetur, ut non munus largientis, sed merces esset operantis. Unde autem [h] probari posset, quod ad evacuandum originale peccatum nulla idonea esset industria; nisi & impii & facinorosi per lavacrum Christi assumerentur in regnum; agnoscerentque qui in sua justitia gloriantur, quam nihil dignum agere possint adoptione filiorum Dei, si ad regenerationis [i] non pervenerint sacramentum; cum eadem qua sceleratissimi peccatores conditione teneantur, pares futuri in sanctificatione, [k] si adfuerit regeneratio, simul perituri, si cessaverit ablutio? Si ergo etiam ex nequissimis in ipso vitæ exitu gratia invenit quos adoptet; cum tamen multi, etiam qui minus nocentes videntur, doni hujus [l] alieni sunt: quis hoc aut sine dispensatione Dei fieri, aut sine profunda dicat æquitate decerni? Quod utique non ideo iniquum est, quia occultum est; sed ideo æquum est, quia judicium Dei esse non dubium est. Quod enim ab illius pendet arbitrio, qua sententia judicari debeat, prius quam judicetur, incertum est: cum autem res ad finem suum venerit, nemini liberum est de exitu conqueri; quia certissimum est nihil aliter Deum facere debuisse quam fecerit. Qui multimodæ vocationis varietatem, ad unam gratiam pertinentem, etiam illa regula Evangelicæ comparationis adstruxit, qua ostendit patrem familias diverso tempore conducentem operarios vineæ sub pactione denarii; [m] (quo vitæ æternæ signi-

Gratia non datur ex meritis

Quod Deus quosdam facinorosos convertat in ipso vitæ exitu, aliis minus malis derelictis, inscrutabile est. *Matt.* 20. 1. *& seq.*

---

a In Leone, *in admirabile*, omissa particula *tam*, quam habent editi alii & Mss. Jol.

b Sic Mss. Jol. cum edit. Leonis, Aliis, *& horum sit misertus*.

c Ita melius ex Camb. & Jol. Mss. & Leone, quam in editis alias. *ista ratio*.

d Ms. Jolienſis solus, *Lauda & venerare quod agitur, quia tutum est nescire quod tegitur*.

e Alias editi, *opus erexit*. Mss. Camb. & Jol. & Leo, *opus exserit*. In Ms. Thu. *opus excelsi*. Ibidem Mss. Camb. & Jol. infra *ignotæ*: ubi alii, & Leo, *incognitæ*.

f Ms. Jol. omisso *&*, *ad illos dirigit*.

g Sic Ms. Jolienſis & edit. Leonis. Editi, *quæ possunt*; minus bene.

h Ms. Camb. & Leonis edit. *possit*. Alii nostri codices, *posset*.

i Ita Mss. Jol. & Leon. edit. Alii, *non perveniunt*. Ms. Camb. *non pervenerit*.

k Ms. Jol. *si adfuerit miseratio*. Ms. Camb. *si adfuit miseratio*.

l Ms. Jolienſis, *alieni sint*.

m Verba his signis [ ] inclusa non omisimus propter Editorum Prosperi & Ms. Jolienſis auctoritatem. De quibus tamen juvat Leonis operum editoris & illustratoris notam non præterire. *Exemplaria excusa* (ait) *addunt continuo*: Quo vitæ æternæ significatur æqualitas: *& linea sequentis ubi nunc habemus*: totius diei operariis aggregati; *eadem habuerunt*: totius diei operariis exæquati. *Quorum hoc depravatum; illud additum mihi videtur, ad mentem Joviniani hæretici, qui ut sanctus Hieronymus docet lib.* II. *adversus ipsum, omnia præmia beatorum paria esse contendebat. Codices enim Camb. & Thuaneus nihil amplius habent quam editio nostra* (quæ hæc prætermittit) *& certe Auctor noster parabolam istam non eo fine adducit, ut æqualitatem æterni præmii, ex æqualitate denarii parabolici asserat: immo de mercede electis in cælo solvenda ne verbum quidem: sed totus est, ut ex illa parabola, commendet gratiæ excellentiam quam in conclusione vitæ nonnullis impertitur summus Pater-familias, & multimodæ vocationis varietatem ad unam justificationis gratiam pertinentem, ut etiam hi qui in multo labore sudarunt, nec amplius quam noviſſimi acceperunt, intelligant donum se gratiæ, non operum accepisse mercedem. In quo non æqualitas gloriæ, sed gratuitas gratiæ ab eo consideratur. Quem sensum parabolæ hujus genuinum esse, & contextui magis consonum probat Corn. Janſenius Gandavenſis Epiſcopus capite* 101. *Commentarii in Concordiam Evangelicam.*

gnificatur æqualitas.) Ubi sine dubio hora undecima intromissi in vineam, & totius diei operariis [a] aggregati, istorum, de quibus nunc loquimur, præferunt sortem, quos ad commendandam gratiæ excellentiam, in defectu diei & conclusione vitæ divina indulgentia [b] muneratur, non labori pretium solvens, sed divitias bonitatis suæ in eos, quos [c] sine operibus elegit, effundens; ut etiam hi qui in multo labore sudarunt, nec amplius quam noviſſimi acceperunt, intelligant, donum se gratiæ, non operum accepisse mercedem. Unde si & nos adversum patrem-familias murmuremus, eo quod noviſſime [d] vocati totius diei operariis coæquentur, nec amplius multa opera quam pene nulla mereantur; dicetur nobis quod uni eorum responsum est, *Amice, non facio tibi injuriam, Nonne ex denario conveniſti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem autem & huic noviſſimo dare sicut & tibi. Aut non licet mihi de re mea facere quod volo?* [e] *Aut oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* Certe huic calumniatori injusta videbatur hæc largitas; & quid eruditionis retulit? quid rationis accepit? Non est ei dispensationis [f] hujus revelata justitia, nec ad inspectionem secreti latentis admissus est; sed ut a discutiendis Dei judiciis abstineret, oppositа est ei bonitas miserantis, & volentis potestas; quasi illi & ab Apostolo diceretur, *O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare me feciſti sic?*

Matt. 20. 13. & seq.

Rom. 9. 22

CAPUT XVIII.

Gratia, sine qua bona merita esse nequeunt, non accipitur a quoquam, niſi ex Dei voluntate, sine meritis.

OMnibus ergo hominibus cujuslibet [g] gentis & generis, cujuslibet conditionis & ætatis, causa percipiendæ gratiæ voluntas Dei est, apud quam ratio electionis abscondita est, ab ea gratia incipientibus meritis quam accepere sine meritis. Quæ si possent bona esse sine gratia, non diceretur, *Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu-sancto, non introibit in regnum cælorum*: &, *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis:* sed diceretur, Niſi quis fuerit justus & bonus, beatus in æternum esse non poterit. Nec opus esset per aquam & Spiritum renasci, si per mandatum sufficeret erudiri. Et evacuaretur fides, quæ credit per baptismum omnia peccata dimitti, si gratia non malis & impiis, sed bonis & rectis doceretur impendi. Origo itaque veræ vitæ, veræque justitiæ in regenerationis est posita sacramento; ut ubi homo renascitur, ibi etiam ipsarum virtutum veritas oriatur; [h] & incipiant ad perpetuam gloriam proficere per fidem, qui vix ad

Gratia principium omnis meriti.

Joan. 3. 5.

Joan. 6. 54.

Fides est initium boni.

S. Prosperi.

temporalem vanæ laudis poterant pervenire mercedem. Sive enim Judæus legis scientia tumens, sive Græcus studio sapientiæ naturalis inflatus, prius quam justificetur per fidem Christi, conclusus est sub peccato: & si in sua [i] infidelitate perstiterit, ira Dei manet super eum, illa scilicet in Adæ prævaricatione contracta, de qua Apostolus loquitur dicens, *Et vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundum sæculum mundi hujus, secundum principem potestatis aeris hujus, spiritus qui nunc operatur in* [k] *filios diffidentiæ, in quibus & nos aliquando conversati sumus in desideriis carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filii iræ sicut & ceteri.* Et iterum, *Qui eratis illo tempore sine Christo, alienati a conversatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in mundo.* Et iterum, *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.* Et iterum, *Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de* [l] *tenebris & potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.* Et iterum, *Eramus enim & nos aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri, non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit per lavacrum regenerationis* [m] *Spiritus-sancti, quem effudit in nos abunde per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.*

Ephes. 2. 1. & seq.

Ibid. 12.

Ephes. 5. 8. Coloss. 1. 12. & seq.

Tit. 3. 3. & seq.

CAPUT XIX.

Qualis sit natura sine gratia:

ET ut breviſſime pateat, qualis sit natura humana sine gratia, dicat Judas apostolus, quid agat vel ignorantia imperitorum, vel doctrina sapientium. *Hi autem*, inquit, *quæcumque quidem ignorant blaſphemant; quæcumque autem naturaliter* [n] *velut muta animalia norunt, in his corrumpuntur.* [o] Dicat etiam sub verbis Zachariæ Evangelista Lucas, ante illuminationem gratiæ in qua humanum genus nocte versetur, & de quibus ignorantiæ tenebris Dei populus eruatur. *Et tu*, inquit, *puer, Propheta Altiſſimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias ejus: ad dandam scientiam salutis populo ejus, in remiſſionem peccatorum ipsorum: propter viscera misericordiæ Domini, in quibus viſitavit nos Oriens ex alto, lucere his qui in tenebris & in umbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.*

Judæ ℣. 10

Luc. 1. 76. & seq.

a Editi alias, *exæquati:* de quo nota superiori. Mſ. Jol. & Camb. & Leo. *aggregati.*

b Alias editi, *numeravit.* Mſſ. Camberon. & Jol. & Leon. edit. *muneratur.*

c Mſ. Jolienſis solus, *sine operibus legis.* Alii omnes non habent vocem hac *legis.*

d Mſ. Camberon. *vocatis totius diei operari exequemur.* Mſ. Jol. ut in textu, excepto quod *exequentur*, pro *evæquentur* habet.

e Mſ. Jolienſis. *An oculus tuus.*

f Mſ. Jolienſis, caret voce, *hujus.*

g Mſſ. Camberon. & Jol. & edit. Leonis addunt hæc, *gentis &.*

h Editi Prosperiani alias, *& incipiunt.* Mſſ. Camb. & Jol. cum edit. Leon. *& incipiant.* Eadem editio Leonis postea, *quæ vix*, intellige virtutis Codices nostri *qui vix*, scilicet homines.

i Sic corrigimus ex Mſſ. Camberon. & Jol. ac Leone. Alias, *infelicitate.*

k Mſſ. Camberon. & Jol. juxta Græcum, *in filiis.* Alii, ut Vulg. *in filios.*

l Hæc duo, *tenebris &*, etsi habentur in omnibus libris nostris, tamen non leguntur in utroque textu Epistolæ Apostoli.

m Mſ. Camberon. hic addit, *renovationis:* quæ vox nec abest a textu Apostoli.

n Mſ. Camberon. *velut bruta animalia.*

o Mſſ. Camberon. & Jol. *Dicat autem.*

CAPUT XX.

Viscera misericordiæ Dominus ad omnium nationum impendit salutem, omnesque salvat: & tamen etiam verum est quod testimonium ejus nemo accipit.

HÆc autem viscera misericordiæ Dominus non ad unius tantum populi redemptionem, sed ad omnium nationum impendit salutem, dicente Evangelista, *Quia Jesus* [a] *moriturus erat pro gente: non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum.* Hoc enim agit illa vox Domini, quæ per quamdam pietatis tubam totu terrarum orbe resonantem, [b] omnes homines & invitat & convenit. Nam cum dixisset, *Confitebor tibi, Pater, Domine cæli & terræ, quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus, & revelasti ea parvulis. Ita Pater, quoniam sic beneplacitum est ante te;* addidit, *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo, & nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem* [c] *quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Et deinde adjecit, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos reficiam. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.* Joannes vero Baptista in Evangelio Joannis prophetico spiritu protestatur dicens, *Qui de cælo venit super omnes est, quod vidit & audivit testificatur, & testimonium ejus, nemo accipit. Qui accipit testimonium ejus,* [d] *signavit quoniam Deus verax est.* Igitur quantum attinet ad humani generis cæcitatem, longa ignorantiæ & superbiæ nocte contractam, venit in hunc mundum Creator mundi, *& mundus eum non cognovit; Lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non comprehenderunt; Qui super omnes est, quod vidit & audivit, testificatur, & testimonium ejus nemo accipit.* Sed quia non frustra Deus Dei Filius venit in mundum, & dedit semetipsum pro omnibus, & mortuus est *non tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum*; & universis dicit, *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis*, & servato sibi incognoscibilis electionis arbitrio, dat sui Patrisque notitiam, quibus [e] eum voluerit revelare: omnes filii lucis, filii promissionis, filii Abrahæ, filii Dei, genus electum, regale sacerdotium, veri Israelitæ, præcogniti & præordinati in regnum Dei, qui eos vocavit non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus, testimonium ejus qui de cælo venit accipiunt; [f] signantes quia Deus verax est, id est, expresse significantes in sui salvatione quoniam Deus verax est, implens & perficiens quod promisit Abrahæ omnium gentium patri: qui pollicente Deo quod hæres futurus esset mundi, *non hæsitavit diffidentia, sed confortatus est fide, dans gloriam Deo, & plenissime sciens, quoniam quod promisit, potens est & facere.* Quis autem tam alienus est a fide Abrahæ, quis tam degener ab universarum gentium patre, qui promissionem Dei aut non impleri, aut ab alio præter eum qui promisit, dicat impleri? Ille quidem erit mendax: Deus autem est verax, & omnis qui accipit testimonium ejus, hoc signat, hoc indicat, quod per lucem illuminantem factus est videns, factus [g] obediens, factus intelligens: sicut Joannes Evangelista testatur dicens, *Scimus quia* [h] *mundus totus in maligno positus est, & scimus quia Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus.*

Joan. 11. 52. a
b
Matt. 11. 25. & seq. c
Joan. 3. 31. 32. & 33. d
Joan. 1. 10. Ibid. 5.
Joan. 3. 31. 32.
e
Luc. 10. 22
Rom. 9. 24
f
Rom. 4. 20
g
1. Joan. 5. 19. h

CAPUT XXI.

Non esse scrutandum, cur Deus alios eligit, alios non eligit, sicut nec, cur antea omnibus gentibus prætermissis, unum Israelem elegit.

SI vero quæritur cur Salvator omnium hominum non omnibus dedit hunc sensum, ut cognoscerent verum Deum, & essent, id est, permanerent in vero Filio ejus: quamvis credamus nullis hominibus opem gratiæ in totum fuisse subtractam (de quo plenius [i] in sequentibus differemus:) tamen ita forte hoc velatum sit, sicut illud absconditum est, cur [k] antea, omnibus gentibus prætermissis, unum populum sibi, quem ad veritatis cognitionem erudiret, exceperit. De quo judicio Dei si non est conquerendum, multo minus de hoc quod cum electione omnium gentium geritur, murmurandum est. Quæ enim Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda; quæ autem manifesta fecit, non sunt [l] negligenda: ne & in illis illicite curiosi, [m] & in istis damnabiliter inveniamur ingrati. Non autem ignoramus esse quosdam tam inconsideratæ præsumptionis, & tam superbæ arrogantiæ; ut quod præcipuus magister gentium, *non ab hominibus neque per hominem*, sed divinitus eruditus, supra mensuram scientiæ suæ longe & alte remotum esse confessus est, audeant falsi nominis temerare doctrina; & nihil illic occultum, nihil velint esse secretum, ubi Apostolus non quid sentiendum esset aperuit, sed quid non scrutandum esset ostendit. Nullis etenim (quod supra jam diximus) studiis, nullis ingeniis indagare concessum est, quo judicio, quove consilio Deus incommutabiliter bonus, incommutabiliter justus, semper præscius, semper omnipotens, ideo *omnia in incredulitate* [n] *concluserit, ut omnium misereatur*; & tamen illis sæculis, quibus unum Israelem erudiebat, innumerabiles populos impiorum illuminare distulerit; & nunc eumdem Israelem, donec universitas gentium introeat, obcæcatum esse patiatur, pereuntem in tot millibus nascentium atque morientium, & salvandum in eis quos mundi finis invenerit. Quo mysterio toto Scripturarum corpore dilatato, innotuit quidem nobis quid factum

Galat. 1. 1. l m
Vicissitudo illuminationis aut defertionis gentium & Judæorum inscrutabilis.
Rom. 11. 32. n

a Editi alias, *mortuus erat*. Melius Mss. Camb. & Jol. cum Leone, juxta textum Evangelii, *moriturus erat* Leo postea, *& non tantum*.

b In Leonis editione omittitur, *omnes*: quam vocem codices Prosperi non omittunt.

c Ms. Jolienſis, *quisquam novit*.

d Editio Duac. & Colon. *significavit*.

e Mss. Camb. & Jol. *eam voluerit revelare*.

f Sic in editione Leonis, & supra legitur. At editi nostri hic, *significantes*. Prius melius scribi patet, quia vox *signantes*, per *expresse significantes* exponitur postea.

g Editi, *factus est obediens, factus est intelligens*. Verbum substantivum utrobique omittitur in Mss. Jolienſi & Leone.

h Ms. Jolienſis, *mundus omnis . . . & dederit*.

i Ms. Jolienſis, *in consequentibus*.

k Vox hæc, *antea*, abest a Ms. Jolienſi & Leone.

l Mss. Camb. & Jol. cum Leone, *negligenda*, Ceteri, *neganda*.

m Ms. Jol. *& in his*.

n Ms Camberon. *dimiserit*.

ctum sit, quid fiat, quidve faciendum sit; sed quare ita fieri placuerit, ab humanæ intelligentiæ contemplatione subtractum est.

CAPUT XXII.

Eos qui discretionem qua Deus alios elegit, alios non elegit, ad merita referunt voluntatis humanæ, docere neminem gratis, sed ex retributione salvari; & ex parvulis aperte confutari.

ISti autem qui nescire aliquid erubescunt, & per occasionem obscuritatis tendunt laqueos deceptionis; omnem discretionem qua Deus alios [a] eligit, aliosque non eligit (*multi enim* [b] *sunt vocati, pauci autem electi*) ad merita humanæ referunt voluntatis, docentes scilicet neminem gratis, sed ex retributione salvari: quia naturaliter omnibus sit insitum, ut si velint, possint veritatis esse participes, eisque affluere gratiam, a quibus fuerit expetita. Quæ definitio, ut interim de gratiæ veritate taceatur, de his videtur aliquam ostentare ratiunculam, qui libero utuntur arbitrio. De parvulis vero, quibus sine ullo bonæ voluntatis merito in originali vulnere cum cæteris mortalibus caussa communis est, nihil potest expositionis [c] afferri, qua doceatur cur isti salvi fiant renati, illi pereant non renati, sub illius providentia & omnipotentia, *In cujus manu est anima omnis viventis, & spiritus universæ carnis hominis:* & cui dicitur, *Breves dies hominis sunt, numerus dierum ejus apud te est.* Non autem puto istos voluntatum patronos simplicitate illorum tam impudenter usuros, ut aut [d] fortuito ista dicant accidere, aut non renatos asserant non perire. Aperte enim aut cum Paganis convincerentur sentire de fato, aut cum Pelagianis transfusum in posteros. Adæ negare peccatum. Fato autem non baptizari parvulos, nec Pelagiani potuerunt dicere: sed quia eos liberos a peccato ausi sunt profiteri, meruere damnari. Cum autem de discretione omnium hominum quæstio ventiletur, & ab omnibus hominibus parvuli nequeant separari, simulque de totius ætatis hominibus Veritas dixerit, *Filius hominis venit quærere & salvare quod perierat;* fruſtra profunditatem inscrutabilis gratiæ per liberum arbitrium conantur aperire, qui causſam electionis in eorum constituunt meritis qui eliguntur. Et cum multa de majorum voluntate ac judicio inepta & falsa protulerint, in parvulorum tamen discretione deficiunt; nec possunt de ejus quæstionis ratione reddita gloriari, quæ de omnibus [e] hominibus tractatur, & non de omnibus expeditur.

a *Matt.* 20. 16.

b

Electionem salvandorum non posse refundi in merita voluntatis humanæ, manifestum est in parvulis.

c *Job.* 12. 10. *Job.* 14. 5.

d

Pelagiani negant originale peccatum

Luc. 19. 10

e

CAPUT XXIII.

Omne bonum hominis meritum, ab initio fidei usque ad perseverantiæ consummationem, donum esse divinum, & primum hoc ostenditur de fide.

MUltiformitas autem & magnitudo divinæ gratiæ probat istos contra veritatem, etiam quod de majorum voluntatibus loquuntur, adstruere, eorumque persuasioni divinorum eloquiorum testimonia repugnare. Quæsi omnia sermoni nostro velimus annectere, modus non erit [f] differendi. Quæ tamen se recordationi offerunt, [g] non omittentur: ut, quantum satis est, manifestetur, hominis bonum meritum, ab initio fidei usque ad perseverantiæ consummationem, donum atque opus esse divinum. Igitur fides, quæ bonæ voluntatis & justæ actionis est genitrix, quo ipsa fonte nascatur, apostolus Paulus exponat, qui pro Romanorum fide Deo gratias agit, dicens, *Primum quidem gratias ago Deo meo per Jesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in universo mundo.* Ad Ephesios quoque scribens, *Propterea* (inquit) *& ego audita fide vestra, quæ est in Domino Jesu, & dilectione in omnes sanctos, non cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, ut Deus Domini nostri Jesu Christi Pater gloriæ, det vobis spiritum sapientiæ & revelationis in agnitionem ejus, illuminatos oculos cordis vestri, ut sciatis quæ sit spes vocationis ejus, quæ divitiæ gloriæ hæreditatis ejus in sanctis.* De fide etiam Colossensium similiter Deo gratias agens, *Gratias agimus* (inquit) *Deo & Patri Domini nostri Jesu Christi, semper pro vobis orantes, audientes fidem vestram in Christo Jesu, & dilectionem quam habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vobis in cælis.* Et ut alia bona ab eodem bonorum auctore percipiant, quid pro eis oret enarrans, *Ideo* (inquit) *& nos ex qua die audivimus,* [h] *non cessamus pro vobis orantes, & postulantes ut impleamini agnitione voluntatis ejus, in omni sapientia & intellectu spiritali, ut ambuletis digne, Deo* [i] *per omnia placentes, in omni opere bono fructificantes, & crescentes in scientia Dei, in virtute confortati secundum patientiam claritatis ejus,* [k] *in omni patientia & longanimitate cum gaudio.* Item ad Thessalonicenses qui spiritu fidei dilectionisque fervebant: *Gratias agimus,* inquit, *Deo semper pro omnibus vobis, memoriam vestri facientes in orationibus nostri sine intermissione, memores operis fidei vestræ, & laboris, & charitatis, & sustinentiæ spei Domini nostri Jesu Christi ante Deum & Patrem nostrum.* Et infra, *Ideo & nos gratias agimus Deo sine intermissione, quoniam cum accepissetis a nobis verbum auditus Dei, accepistis non ut* [l] *verbum hominum, sed, sicut est vere, verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidistis.* Potuitne plenius aut evidentius demonstrari, Dei esse donum credentium fidem, quam ut ideo agerentur gratiæ Deo, quoniam hi quibus verbum Dei per homines prædicabatur, non quasi de hominum sermone dubitarunt; sed tamquam Deo loquenti per homines crediderunt, qui in ipsis est operatus ut crederent? In secunda quoque ad eosdem Thessalonicenses epistola de fide in Christo proficientium ita Apostolus loquitur: *Gratias agere debemus Deo semper pro vobis, fratres, ita ut dignum est, quoniam supercrescit fides vestra, & abundant charitas uniuscujusque vestrum in invicem: ita ut & [m] nos ipsi*

f

g Omne meritum est donum Dei.

Rom. 1. 8.

Ephes. 1. 16. *& seq.*

Coloss. 1. 4.

Ibidem 9. *& seq.*

h

i

k

1. *Thes.* 1. 2

1. *Thes.* 2. 13.

l

Fides est donum Dei.

2. *Thes.* 1. 3. *& seq.*

m

a Duac. editio & seq. in margine scribunt pro diversa lectione *elegit, alios non elegit.*
b Mſ. Jolienſis, *Multi enim vocati.*
c Mſ. Jolienſis, *afferre, qua doceat.*
d Mſſ. Camberon. & Jolienſis, *fortuito.* Alii *fortuitu.*
e Abest vox, *hominibus*, a Mſ. Jolienſi.
f Sic Mſſ. Camb. & Jol. & Leon. edit. Alii noſtri codices, *differendo.*
g Mſſ. Jol. & Camb. *non omittantur.* Leonis editio, *Quæ tamen, si se recordationi offerunt, non omittentur.*
h Mſ. Jolienſis, *non cessavimus.*
i Mſ. Jolienſis ſupplet, *per omnia*, quæ sunt textus sacri, deerant vero in aliis codicibus Prosperi.
k Mſ. Jolienſis, *in omni sapientia.*
l Mſ. Jolienſis, *verbum hominis.*
m Mſ. Jolienſis, *nosmetipsi.*

ipsi in vobis glorientur in Ecclesiis Dei, pro patientia vestra & fide in omnibus persecutionibus vestris & tribulationibus, quas sustinetis in exemplum justi judicii Dei, ut digni habeamini [a] *regno Dei, pro quo & patimini.* Petrus quoque apostolus ex Deo haberi fidem prædicans, ita scribit: *Scientes quod non corruptibilibus auro & argento redempti estis de vana conversatione* [b] *vestra paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi agni incontaminati & immaculati Christi Jesu, præcogniti quidem ante constitutionem mundi, manifestati autem novissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deum, qui suscitavit eum a mortuis, & gloriam ei dedit; ut fides vestra & spes esset in Domino.* Item idem in secunda epistola de fidei perceptione sic loquitur: *Simon Petrus servus & apostolus Jesu Christi, his qui cœqualem nobis adepti sunt fidem per justitiam Domini & Salvatoris* [c] *nostri Jesu Christi.*

1. Petri 1. 18. & seq. b

2. Petri 1. 1 c

Unde autem habeatur spiritus fidei, Joannes apostolus manifestissime docet dicens; *Omnis spiritus qui confitetur Jesum in carne venisse, ex Deo est; & omnis spiritus qui solvit Jesum, ex Deo non est, & hic est Antichristus.* Item [d] idem dicit ab eo recipi Evangelium, in quo est spiritus veritatis; *Nos*, inquit, *ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos; qui non est ex Deo, non audit nos. In hoc cognoscimus spiritum veritatis, & spiritum erroris.* Item in actibus Apostolorum Petrus apostolus fidem [e] esse per Dominum Jesum pronuncians: *Hunc*, inquit, *quem videtis & nostis, confirmavit nomen ejus, & fides quæ per eum est, dedit integram sanitatem istam in conspectum omnium vestrum.* De fide quoque Lydiæ, cujus inter alias mulieres quæ Evangelium pariter audiebant, Dominus cor aperuit, ita in eadem narratur historia: *Die autem sabbatorum egressi sumus extra portam juxta flumen, ubi videbatur esse oratio, & sedentes loquebamur mulieribus quæ convenerant. Et quædam mulier nomine Lydia, purpuraria civitatis* [f] *Thyatirenorum, colens Deum audivit, cujus Dominus cor aperuit, ut intenderet his quæ dicebantur a Paulo.* Non autem ex humana sapientia esse fidem, sed ex inspiratione divina ipsius Veritatis voce firmatur. Dicente enim Domino ad discipulos suos, *Vos autem quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit, Tu es Christus Filius Dei vivi. Respondens autem Jesus, dixit ei, Beatus es Simon Bar Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Paulus vero apostolus hanc ipsam fidem secundum mensuram dari pro arbitrio largientis ita prædicat: *Dico enim per gratiam, quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, sicut unicuique divisit Deus mensura fidei.* Item idem unitatem rectæ fidei, [g] & consensionem in honorem Dei a Deo esse commendans: *Deus autem*, inquit, *patientiæ* [h] *& consolationis det vobis idipsum sapere in alterutrum, secundum Jesum Christum,* [i] *ut unanimes uno ore honorificetis Deum & Patrem Domini nostri Jesu Christi.* Et infra: *Deus autem spei repleat vos omni gaudio & pace in credendo,* [k] *ut abundetis in spe, in virtute Spiritu-sancti.* Quo testimonio non solum fides, sed etiam gaudium, & pax, & abundantia spei, docentur nisi in virtute sancti Spiritus non haberi. Ad Ephesios vero scribens Apostolus de divitiis gratiæ pro malis bona retribuentis, & de fide quæ non ex nobis, sed ex Dei dono habetur, hæc loquitur: *Deus autem,* [l] *qui dives est in misericordia, propter nimiam charitatem suam qua dilexit nos & cum essemus mortui peccatis, convivificavit* [m] *nos Christo, cujus gratia salvi facti sumus, & conresuscitavit & consedere fecit in cœlestibus in Christo Jesu. Gratia enim estis salvati per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus.* Proprium ergo hoc habet nova creatura per gratiam, ut qui figmentum Dei sunt, qui nativitate cælesti conduntur in Christo, non otio torpeant, nec desidia resolvantur; sed de virtute in virtutem, per viam bonorum operum ambulando proficiant. Hoc est enim fingi, hoc de vetere creatura novam fieri, hoc de imagine terreni hominis ad imaginem cælestis hominis reformari. Quod totum sive palam per cooperatores gratiæ, sive occulte per subministrationem Spiritus: ille inchoat, ille auget & perficit, cujus agricultura, cujus ædificatio, & cujus figmentum sumus.

Unde spiritus fidei in homine 1. Joan. 4. d

Ibidem 6.

Act. 3. 16. e

Act 16. 14. 13. & 14. f

Matt. 16. 15. & seq.

Rom. 12. 3. g

Rom. 15. 5. & 6. h i

Ibid. v. 13. k

Ephes. 2. 4. & seq. l m

Quid gratia homini conferat.

CAPUT XXIV.

Omne bonum in homine esse ex gratia, & fidem dari non petitam, ut ipsius petitionibus cetera bona consequamur.

ABunde, quantum arbitror, his testimoniis (quamvis & alia documenta agregari potuerint) demonstratum est, fidem qua justificatur impius, nisi ex Dei munere non haberi, eamque nullis meritis præcedentibus tribui; sed ad hoc donari, ut principium possit esse meritorum, [n] & cum ipsa data fuerit non petita, ipsius jam petitionibus bona cetera [o] consequantur. Unde quædam de plurimis assumenda sunt testimonia, quæ in diversitate donorum ostendant gratiæ largitatem. Ex Deo itaque esse, ut homo viam Dei eligat, & ut surgat a lapsu, psalmus Davidicus canit dicens, *A Domino gressus hominis dirigentur, & viam ejus volet. Cum ceciderit, non collidetur, quia Dominus supponit manum suam.* Item idem, quod duce Deo veniatur ad Deum: *Emitte lucem tuam & veritatem tuam, ipsa me deduxerunt, & adduxerunt in montem sanctum tuum, & in tabernacula tua.* Item quod [p] in Domino sit hominis fortitudo, & Dei voluntas præveniat liberandum: *Fortitudinem*, [q] inquit, *meam ad te custodiam: quia Deus susceptor meus: Deus meus,* [r] *voluntas ejus præveniet me.* In Proverbiis

Fides principium omnis meriti

n

o

Electio boni est a Deo. Pf. 36. 23.

Deus dux est ad seipsum. Pſal. 42. 3.

p Fortitudo est a Deo. Pſal. 58. 10

q

r Sapientia est a Deo. Prov. 2. 6.

a Hic editi nostri addunt *in*. Quo carent Mſ. Jol. Leonis editio, & textus sacer Apostoli.

b In Leone habetur, *vestræ paternæ traditionis*.

c Mſ. Jolienſis addit, *nostri*, conformiter textui sacro. Alii codices non addiderant.

d Mſ. Jolienſis addit, *idem*.

e Mſ. Jolienſis omittit verbum, *esse*.

f Sic Mſ. Jol. cum Leonis edit. Alii, *Thyatirorum*.

g Mſ. Jolienſis, *& confessionem*.

h Mſ. Jolienſis ut Vulgata versio, *& solatii*.

i Mſ. Jolienſis, *ut uno animo, uno ore honorificetis*.

k Mſ. Jolienſi, *in spe & virtute*. Leonis editio, *in spe, in virtute*, ut textus utrique Apostoli. Editi Prosperi, *abundetis spe, in virtute*.

l In Leone additur, *inquit*.

m Mſ. Jolienſis non habet præpositionem *nos* expressam.

n Alias, *ut cum ipsa*.

o In Leone, *conferantur*.

p Mſ. Jolienſis, *in Deo sit*.

q Mſ. Jol. omittit, *inquit*.

r Mſ. Cantabron. *misericordia ejus*.

biis quoque legimus de sapientia & intellectu, *Quoniam Dominus dat sapientiam, & a facie ejus scientia & intellectus.* Item in eodem libro de dispensationibus sapientiæ Dei, sine qua nullæ rectæ sunt actiones, ita dicitur, *Meum consilium & mea tutela, ego prudentia, mea autem virtus. Per me reges regnant, & tyranni per me obtinent terram.* Item alibi, quod nemo possit recte incedere, nisi Domino dirigente: *A Domino* [a] *corriguntur gressus viri, mortalis autem quomodo intelligat vias suas?* Item alibi: *Omnis vir videtur sibi justus, dirigit autem corda Dominus.* Et infra: *Præparatur voluntas a Domino.* Item ibidem de cogitatione atque consilio: *Multæ cogitationes in corde viri, consilium autem Domini obtinet.* In libro vero Ecclesiastæ [b] scribitur, quod & habere necessaria, & eis bene uti, donum sit Dei, *Non est*, inquit, *bonum homini nisi quod* [c] *manducavit & bibit, & ostendit animæ suæ bonum in labore suo. Et quidem* [d] *hæc vidi ego, quia a manu Dei est. Quoniam quis manducabit aut pascet absque illo?* Item in eodem [e] libro legitur, quod corda & opera justorum in manu sint Dei, & tantum in studiis suis proficiant, quantum ille [f] donaverit. *Quantumcumque laboraverit homo ut quærat, non inveniet; & quodcumque dixerit sapiens ut sciat, non poterit invenire. Quia universum hoc* [g] *dedi in cor meum, & cor meum universum hoc vidit, quia & justi & sapientes, & operationes eorum in manu Dei.* In libro autem Sapientiæ de eodem gratiæ opere ita dicitur: *Quoniam ipse & sapientiæ dux est, & sapientium emendator. In manu enim illius & nos & sermones nostri, & omnis sapientia, & operum scientia, & disciplina.* De continentia quoque, quod ex Dei habeatur munere, eadem Scriptura sic loquitur: *Ut scivi quia aliter non possum esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat, sapientiæ, scire cujus esset hoc donum.* Cui sententiæ Pauli apostoli doctrina concordat in prima ad Corinthios hæc scribentis: *Volo autem omnes homines esse sicut meipsum; sed unusquisque proprium habet donum ex Deo, alius sic,* [h] *alius vero sic.* Dominus vero in Evangelio secundum Matthæum hæc de continentiæ dono insinuasse narratur. Dicentibus namque discipulis suis, *Si ita est causa viri cum uxore, non expedit nubere*; dixit illis Jesus, *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.*

[i] De timore Dei & sapientia ita in Ecclesiastico legitur, *Corona sapientiæ timor Domini, utraque autem dona sunt Dei.* Item [k] in eodem, *Timor Domini super omnia* [l] *se superposuit: beatus cui donatum est habere timorem Domini.* Isaias quoque de divitiis spiritalibus, quarum auctor est Dominus, ita loquitur: *In thesauris salus nostra advenit, sapientia, & pietas, & disciplina a Domino: hi sunt thesauri justitiæ.* [m] Item de altitudine divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cujus bonitas nullius merito prævenitur, hæc dicit: *Quis mensus est manu aquam, & cælum palmo, & universam terram pugillo? Quis statuit montes in libra, & rupes in statera? Quis cognovit sensum Domini, aut quis ejus fuit consiliarius, qui instruat eum? aut quem consuluit, & instruxit eum? vel quis ostendit ei judicium, aut viam prudentiæ quis ostendit ei, vel quis prior dedit ei, & retribuetur illi?* Unde & in libro Job secundum eumdem sensum leguntur Domini verba dicentis, *Quis ante dedit mihi, ut retribuam illi? Omnia quæ sub cælo sunt, mea sunt.* Jeremias vero quod a Deo sit homini [n] vera sapientia, sic profatur: *Scio, Domine, quia non est in homine via ejus, nec viri est ut dirigat iter suum.* Item quod [o] ad Deum conversio cordis ex Deo sit, per ipsum Dominus protestatur, & dicit: *Restituam illos in terram istam,* [p] *& ædificabo, & non destruam, & plantabo eos, & non evellam, & dabo illis cor ut sciant me: quia ego sum Dominus, & erunt mihi in populum, & ego ero illis in Deum, quia convertentur ad me ex toto corde suo.* [q] Baruch quoque prædicat quod ut Deus cognoscatur, ex Deo sit. *Et scient*, inquit, *quia ego Dominus Deus illorum, & dabo illis cor cognoscendi me, & aures audiendi.*

Quod autem omne verbum bonum, & omne opus sanctum subministratio sit Spiritus sancti, sine quo nihil recte [r] agatur, in prima ad Corinthios Paulus apostolus docet, dicens: *Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto, Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus: & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus: & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii autem sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum, alteri fides* [s] *in eodem Spiritu, alii gratia sanitatum in uno Spiritu, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Tantum vero unumquemque habere gratiæ, quantum [t] Dominus donaverit, idem Apostolus ad Ephesios ait: *Unum corpus, & unus Spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestræ. Unus Dominus, una fides, unum baptisma, unus Deus & pater omnium, qui* [u] *super omnes est, & super omnia, & in omnibus nobis. Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi: propter quod dicit, Ascendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* Item idem in secun-

Prov. 8. 14
Prov. 20. 24.
a
Prov. 21. 2
Prov. 8. sect. LXX.
Prov. 19. 20.
b
Bonus usus rerum est a Deo.
Eccle. 5. 17
c
d
e
f
Eccle. 8. 17 & c. 9. 1.
g
Sap. 7. 15. & 16.
Continentia Dei donum.
Sap. 8. 21.
1. Cor. 7. 7.
h
i
Timor Dei.
k
Eccli. 1. 2.
l
Eccli. 25. 14.
Isai. 25. sec. LXX.
m
Sapientia & pietas.
Isai. 40. 12 & seq.
Job. 41. 2.
n
Jerem. 10. 23.
o
Conversio cordis.
Jer. 24. 6. & seq.
p
q
Cognitio Dei.
Baruch. 2. 31.
r
Spiritus sanctus auctor omnis boni.
1. Cor. 12. 3. & seq.
s
t
Mensura gratiæ.
Ephes. 4. 4. & seq.
u
Cogitatio bona.

a Mſ. Jolienſi, *diriguntur*.
b Mſſ. Camberon. & Jol. *ſcribitur*: item editio Leonis. Alii, *dicitur*.
c Ita Mſſ. Camb. & Jol. & Leonis editio: ceteri, *mandat & bibat, & oſtendat*.
d Mſ. Jolienſis, *hoc ego vidi*.
e Mſ. Jolienſis, *loquitur*.
f Mſſ. Camberon. & Jol. *voluerit*.
g Leonis editio habet, *dedit in cor meum*.
h Mſ. Jolienſis, *alius autem ſic*.
i Hic libri Proſperiani addunt, *a Patre meo*: quæ verba nec in Mſ. Jolienſi, aut Leonis editione, nec in textu Evangelii Græco aut Latino habentur. Ideo ea eraſimus.
k Mſ. Jolienſis, *de eodem*.
l Mſ. Jol. omiſſo. *ſe*, habet, *ſuperpoſuit*: poſtea, *timorem Dei*.
m Mſ. Jolienſis, *Idem de altitudine*.
n Sic Mſ. Jol. ac Leonis editio. Alii codices, *recta ſapientia*.
o Mſ. Jolienſis, *ad Dominum*.
p Leonis editio, *& ædificabo*, ſicut in Vulgata verſione.
q Sic Mſſ. Camberon. & Jol. ac Leon. edit. Alii, *Item idem prædicans*.
r Mſ. Jolienſis, *agitur*.
s Mſ. Jolienſis, *in uno Spiritu*. Infra Colon. *ſingula prout vult*.
t Mſ. Jolienſis, *donaverit Deus*.
u Mſ. Jol. & *ſuper omnes*, & *per omnia*, ut in utroque Apoſtoli textu.

cunda ad Corinthios dicit, quod ne ad cogitandum quidem quod spiritale est idonei simus, nisi per gratiam Dei : *Fiduciam autem talem habemus per Christum ad Deum : non quod sufficientes simus aliquid cogitare a nobis, quasi ex nobismetipsis ; sed* [a] *sufficientia nobis ex Deo est, qui & idoneos fecit nos ministros novi Testamenti, non littera, sed spiritu. Littera enim occidit, spiritus autem vivificat.* Et iterum in eadem epistola, [b] dicens bonorum operum effectum & sufficientiam a Dei gratia ministrari : *Potens est autem*, inquit, *Deus omnem gratiam* [c] *abundare facere in vobis : ut in omnibus per omnia sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonum : sicut scriptum est, Dispersit, dedit pauperibus, justitia ejus manet in æternum. Qui autem ministrat semen seminanti, & panem ad manducandum præstabit, & augebit incrementa frugum justitiæ vestræ, ut in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem.* Ad Ephesios vero scribens Apostolus docet, quod omnia bona, quibus placetur Deo, dona sint Dei : & quod ab ipso peti oporteat, ut ea non [d] habentibus tribuantur : *Hujus rei*, inquit, *gratia flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi, ex quo omnis paternitas in cælo & in terra nominatur ; ut det vobis secundum divitias gloriæ suæ* [e] *virtutem corroborari per Spiritum ejus in interiore homine, habitare Christum per fidem in cordibus vestris : in caritate radicati & firmati, ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo, & longitudo, sublimitas & profundum :* [f] *scire etiam supereminentem scientiæ caritatem Christi, ut impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potens est omnia facere superabundantius quam petimus, aut intelligimus, secundum virtutem qua operatur in nobis, ipsi gloria in Ecclesia & in Christo Jesu, in omnia sæcula sæculorum, Amen.*

Omnis autem boni Deum esse auctorem, cujus dona nec [g] incerta sunt, nec mutabilia, sed ex æterna voluntate venientia, Jacobus apostolus ita loquitur : *Nolite errare, fratres mei dilecti. Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum, apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis, ut simus initium aliquod creaturæ ejus.* Cui & Zacharias Propheta concinit, dicens : [h] *Salvavit Dominus in die illa sicut oves populum suum, quoniam lapides sancti volvuntur super terram ipsius. Quia si quid bonum, ipsius est, & si quid optimum, ab ipso est.* In Evangelio vero secundum Matthæum, quod [i] scientia & intellectus dona sint Dei, quæ quibus voluerit largiatur, ita dicitur : *Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei, Quare in parabolis loqueris ad eos ? At ipse respondens, ait illis, Quia vobis datum est nosse mysteria regni cælorum, illis autem non est datum.* Joannes quoque Evangelista pronunciat, neminem aliquid boni habere, nisi quod de sursum acceperit, dicens ; *Non potest homo accipere quidquam, nisi fuerit ei datum de cælo.* In ejusdem vero Evangelio doctrina est ipsius Veritatis, quod nemo veniat ad Filium, nisi adtractus a Patre : quia venturum Deus & intelligentem & obedientem facit : *Nemo*, ait, *potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, adtraxerit eum, & ego resuscitabo eum in novissimo die. Scriptum est enim in Prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre & didicit, venit ad me.* Et infra, *Propter hoc dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi datum fuerit ei a Patre meo.*

In fide autem & in operibus bonis proficere ac perseverare usque in finem, muneris atque auxilii esse divini sanctarum scripturarum confirmat auctoritas. Etenim scribens Paulus apostolus Philippensibus ait ; *Confidens hoc ipsum, quia qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu.* Hujus autem testimonii virtutem quidam volens ad sui sensus pravitatem convertere, ita quod dictum est, *Qui cœpit in vobis*, volebat intelligi, quasi dictum esset, Qui cœpit ex vobis : ut & initium & consummatio operis non ad Deum, sed ad hominem referretur, qui & incipere, & perficere voluisset. Sed hanc insanissimam superbiam, in eadem epistola excellentissimus gratiæ prædicator elidit dicens : *In nullo terreamini ab adversariis, quæ est illis causa perditionis, vobis autem salutis, & hoc a Deo.* [k] *Vobis enim donatum est pro Christo non solum ut in eum credatis, sed etiam ut pro illo patiamini.* Et iterum, *Cum metu*, inquit, *& tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle* [l] *& perficere pro bona voluntate.* Item in prima ad Thessalonicenses docet ex Deo esse principium & profectum, consummationemque virtutum, dicens, *Ipse autem Deus & Pater noster, & Dominus Jesus dirigat viam nostram ad vos. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat caritatem in invicem & in omnes, quemadmodum & nos in vos, ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate* [m] *ante Deum, & Patrem nostrum in adventu Domini nostri Jesu Christi cum omnibus sanctis ejus.* Ad Corinthios quoque scribens, & omnium virtutum proficientem perseverantiam Dei donum esse commendans: *Gratias*, inquit, *ago Deo meo semper pro vobis in gratia Dei, quæ data est vobis in Christo Jesu : quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo & sapientia : sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis ; ita ut nihil vobis desit in ulla gratia, expectantibus revelationem Domini nostri Jesu Christi, qui & confirmabit vos usque ad finem sine crimine,* [n] *in diem adventus Domini nostri Jesu Christi.* Item ad Romanos de caritate Christi, qua eos quos diligit, [o] insupe-

2.Sor.3.4. & seq.

a Operum effectus & sufficientia.

b 2.Cor.9.8. c

Ps.111.9.

Peti a Deo debet quod ei placet.

d Ephes.3.14 & seq.

e

f

Omnia bona ex æterna Dei voluntate.

g Jacob. 1. 16. & 17.

Zach. 9. 16. & 17.

h

Matt. 13. 10. & 11.

i

Joan.3.27.

Joan.6.44. & seq.

Ibid.v.65.

Profectus & perseverantia a Deo sunt.

Philip.1.6

Pelagiani prava interpretatio loci S. Pauli.

Ibid. 28. & 29.

k

Philip. 2. 13.

l

1.Thess.3. 11. & seq.

m

1.Cor.1.4. & seq.

n

o

a Mss. Jol. ut in textu Apostoli, *sufficientia nostra*.

b Mss. Jol. *docens . . . . & affectum & sufficientiam*.

c Mss. Camber. & Jol. *abundantem facere*.

d Ita Mss. Camberon. & Jolienſis cum Leonis editione. Alii, *ut non habentibus tribuat*.

e Editio Leonis ut in textu Apostoli, *virtute corroborari*.

f Hæc, *scire etiam* exciderant a Prosperi libris. Restituimus ex Mss. Camberon. & Jol. & editione Leonis, cum legantur in textu Apostoli.

g Mss. Jol. & edit. Leon. *incerta sunt*. Editi alii, *incerta sint*.

h Sic editio Leonis cum Duac. & Colon. Mss. Jolienſis & Lovan, *salvabit* : ut in textu Scripturæ : ubi in consequentibus *volventur*, non *volvuntur*, quod libri nostri omnes præferunt.

i Mss. Camb. & Jol. & Leonis editio, *scientia*. Alii, *scientiæ*.

k Sic Mss. Iol. & Leonis editio. Alii vero, *Quia vobis* &c.

l Mss. Iol. & edit. Leonis, *& operari*. Ceteri, *& perficere*.

m Hic Editi addiderant olim *vitæ*, quo carent Mss. Iol. & editio Leonis, immo & textus uterque S. Pauli.

n Mss. Iolienſis ut in textu Apostoli, *in die*. Quæ alias erat lectio loci hujus in Leonis libris. Idemque addit *nostri*, circa finem post textum Apostoli.

o Editi alias, *inseparabiles*, Mss. Iolienſis & Leonis editio, *insuperabiles*.

Perſeverare eſt tentatione non vinci.

rabiles facit, id eſt, uſque in finem perſeverantes. (Nam quid eſt aliud perſeverare, quam tentatione non vinci? *Quis nos*, inquit, *ſeparabit a charitate Chriſti? Tribulatio? an anguſtia? an perſecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius? ſicut ſcriptum eſt, Quia propter te mortificamur tota die,* [a] *exiſtimati ſumus ſicut oves occiſionis: ſed in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos.* Item ad Corinthios de victoria, quam perficit Chriſtus: *Stimulus*, inquit, *mortis peccatum eſt, virtus vero peccati lex. Deo autem gratias, qui dedit nobis victoriam per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum.* Item ad Theſſalonicenſes de perſeverantia quam Deus tribuit: *Ipſe autem*, ait, *Deus pacis ſanctificet vos per omnia,* [b] *ut integer ſpiritus veſter, & anima, & corpus ſine querela in adventum Domini noſtri Jeſu Chriſti ſervetur. Fidelis eſt qui vocavit vos, qui etiam* [c] *faciet*, Item ad Theſſalonicenſes, quod omnia bona noſtra, ſive in operando, ſive in loquendo, & in eis perſeverantia, dona ſint Dei, ita prædicat, dicens: *Ipſe autem Dominus noſter Jeſus Chriſtus,* [d] *& Deus Pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam & ſpem bonam in gratia, exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono. De cetero, fratres, orate pro nobis, ut* [e] *ſermo Domini currat & clarificetur, ſicut & apud vos, & ut liberemur ab importunis & malis hominibus. Non enim omnium eſt fides. Fidelis autem* [f] *Dominus eſt, qui & confirmabit vos, & cuſtodiet a malo.* [g] Petrus quoque apoſtolus, unde eſſe virtutem perſeverantiæ doceat, audiamus. *Deus autem*, inquit, *omnis gratiæ, qui vocavit nos in æternam ſuam gloriam in Chriſto Jeſu, modicum paſſos ipſe perficiet, confirmabit, ſolidabitque: cui eſt virtus & poteſtas in ſæcula ſæculorum, Amen.* Joannes vero apoſtolus, quod victoria ſanctorum opus Dei ſit habitantis in ſanctis, ita loquitur: *Vos ex Deo eſtis, filioli, & viciſtis mundum; quoniam major eſt qui* [h] *in vobis eſt, quam qui in mundo.* Item idem: *Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum; & hæc eſt victoria quæ vincit mundum, fides noſtra.* In Evangelio autem ſecundum Lucam, Deum dare, [i] ut in fide perſeveretur, ita promitur: *Dixit autem Jeſus Petro, Simon, Simon, ecce ſatanas poſtulavit ut vos* [k] *cerneret ſicut triticum. Ego autem rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua: & tu converſus confirma fratres tuos,* [l] *& roga ne intretis in tentationem.* In Evangelio quoque Joannis, de ovibus Chriſti, quæ de manu ipſius a nullo [m] rapiantur, hæc legimus dicere Veritatem: *Sed vos non creditis, quia non eſtis de ovibus meis. Oves meæ vocem meam audiunt, & ego novi illas, & ſequuntur me, &* [n] *ego vitam æternam do illis, & non peribunt in æternum, nec quiſquam rapiet eas de manu mea.* Item in eodem Evangelio, de his quos Pater dat Filio, qui & omnes veniunt ad Filium, & quorum nullus perit, hæc ipſius Domini ore dicuntur: *Omne quod dat mihi Pater, venit ad me, & eum* [o] *qui venit ad me non ejiciam foras: quia deſcendi de cælo, non ut faciam voluntatem meam, ſed voluntatem ejus qui miſit me Patris: ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo quidquam, ſed reſuſcitem illud in noviſſimo die.*

S. Proſperi.

CAPUT XXV.

Quæſtionem, cur potius hic quam ille accipiat gratiam, eſſe impenetrabilem, nec poſſe ex libero arbitrio ſolvi.

MUlta ſunt alia in canonicarum ſerie ſcripturarum, quæ vitandæ prolixitatis ſtudio præterimus, quoniam quæ aſſumpſimus, nec pauca ſunt, nec obſcura, nec levia: quibus pleniſſime declaratur, omnia quæ ad promerendam vitam æternam pertinent, ſine gratia Dei nec inchoari, nec augeri poſſe, nec perfici; & contra omnem [p] elationem de libero arbitrio gloriantem, illam invictiſſime reniti ſententiam dicentis Apoſtoli: *Quis enim te diſcernit? Quid autem habes quod non acceperiſti? Si autem acceperiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?* Igitur profunditas illius quæſtionis, quam ſecundum admirationem Apoſtoli impenetrabilem confitemur, per liberi arbitrii [q] velle & nolle non ſolvitur. Quia licet inſit homini bonum nolle, tamen niſi donatum non habet [r] bonum velle: & illud contraxit natura per culpam, hoc recipit natura per gratiam. Sed quid illud ſit quod hæc eadem natura in omnibus hominibus ante reconciliationem [ſ] rea, in omnibus miſera, non in omnibus juſtificatur, & a pereuntibus quadam ſui parte diſcernitur, ab eo qui *venit quærere & ſalvare quod perierat*, humano ſenſu prorſus non poteſt indagari. Quantumlibet enim impiorum malignitas accuſetur, reſiſtens gratiæ Dei; numquid [t] probabuntur eam, quibus eſt collata, meruiſſe? aut illa virtus gratiæ, quæ ſibi quos voluit ſubdidit, convertere eos qui inconvertibiles permanſere non potuit? Tales fuerunt qui ſunt adtracti, quales hi qui in ſua duritia ſunt relicti. Sed illis tribuit gratia ſtupenda quod voluit, iſtis [u] retribuit veritas juſta quod debuit: ut judicium Dei magis inſcrutabile ſit in electione gratiæ, quam [x] in retributione juſtitiæ. Verumtamen ne illa pars fi-

[p] 1.Cor. 4.7. Per liberi arbitrii velle & nolle, non ſolvitur difficultas circa diſcretionem electorum & reproborum.

[q r] Deus dat bonum velle.

[ſ] Inſcrutabilitas diſcretionis bonorum a malis.

[t] Luc. 19. 10 Deus ſubjicit ſibi per gratiam ſuam quos vult.

[u x]

dei,

a Mſ. Iolienſis, *æſtimati*.
b Mſ. Iol. & *integer*, ut in textu Græco.
c Alias in Leone. *faciat*.
d Sic Mſ. Jolienſis, ut apud Apoſtolum. Alii codices noſtri omittunt & ſecundo loco.
e Mſ. Jolienſis, *ſermo Dei*.
f Sic Mſ. Jol. ut in Apoſtolo. Ceteri *Deus eſt*.
g Mſ. Jolienſis, *Petrus vero*. Idemque addit, *Amen* poſt aliquot verba, ut Leonis editio.
h Mſ. Jol. & edit. Leonis, *in nobis eſt*.
i Colon. editio, *ut in virtute*. Mſſ. Jolienſis & Camb. & edit. Leonis *promitur*, loco vocis *promittitur*, quæ eſt in aliis.
k Mſ. Iolienſis, *ut vos cribaret*. Alii omnes, *cerneret*. *Cernere* autem pro *ſecernere* & *cribrare* uſurpari tunc ſolitum obſervarunt editores a Lovanienſibus omnes: apud Plinium quod eodem hoc ſenſu uſurpatur.
l In Leone, & *orate*.
m Ita Mſ. Iolienſ. & Leonis editio. Ceteri, *rapiuntur*.
n Vocem *ego* addunt Mſ. Jol. & Leonis edit. in quo pro *do eis*, in marg. *dabo eis* alias lectum ſcribitur.
o Mſ. Jol. *qui venerit*, Alias ſic lectum in Leone.
p Mſſ. Camberon. & Jol. cum Leonis edit. *elationem*. Alii *electionem*.
q Mſſ Thuan. Camb.& Jol. *velle & nolle*. At aliorum lectionem anteponendam probat quod ſequitur: & *illud contraxit natura per culpam*: quod non ad aliud quam ad *bonum nolle* referri poteſt.
r Editi Proſperi, *donum bonum velle*. Melius omittitur vox *donum* in Mſ. Jolienſi & editione Leonis.
ſ Mſſ. Camb. & Jol. & edit. Leon habent, *rea*. Editi Proſperiani. *mala*.
t Mſſ. Thuan. & Camb. *probabunt*.
u Sic Mſſ. Camb. & Jol. & Leo. Editi Proſperi, *tribuit*.
x Mſ. Thuan. *in redhibitione*.

dei, qua pie credimus Deum velle, ut omnes homines veritatis agnitione salventur, per hoc quod de effectibus gratiæ evidenter ostenditur, infirmata videatur; adnitendum est, auxiliante Christo, ut nobis stabilitas hujus definitionis appareat. Sed quia necessariæ inquisitionis negotium non levem operam sibi poscit impendi, secuturam disputationem ab exordio alterius voluminis inchoemus.

DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM IGNOTI AUCTORIS

LIBER SECUNDUS.

CAPUT PRIMUM.

Tria esse in hac quæstione certa, Deum velle omnes salvos fieri, cognitionem veritatis & salutem esse ex gratia, & judicia Dei esse impenetrabilia.

REmotis abdicatisque omnibus concertationibus, quas intemperantium disputationum gignit animositas; tria esse perspicuum est, quibus in hac quæstione, de qua secundum volumen incipimus, debeat inhæreri. Unum, [a] quo profitendum est, Deum velle omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire: Alterum, quo dubitandum non est; ad ipsam [b] cognitionem veritatis & perceptionem salutis, non suis quemquam meritis, sed ope atque opere divinæ gratiæ pervenire: Tertium quo confitendum est, altitudinem judiciorum Dei humanæ intelligentiæ penetrabilem esse non posse; & cur [c] non omnes homines salvet, qui omnes homines vult salvos fieri, non oportere [d] disquiri: quoniam si quod cognosci non potest, non quæratur, inter primam & secundam definitionem non remanebit causa certaminis, sed secura ac tranquilla fide utrumque prædicabitur, utrumque credetur. Deus quippe, apud quem non est iniquitas, & cujus universæ viæ misericordia & veritas, omnium hominum bonus conditor, justus est ordinator; neminem indebite damnans, neminem debite liberans, nostra plectens cum punit noxios, sua tribuens cum facit justos: ut obstruatur os loquentium iniqua, & justificetur Deus in sermonibus suis & vincat cum judicatur. Nec damnati justa querimonia, nec justificati verax est arrogantia, si vel ille dicat non meruisse se pœnam, vel iste asserat meruisse se gratiam.

a
b
c
d
Rom. 9. 14. *Ps.* 24. 10. *Ps* 62. 12. *Psal.* 50. 6.

CAPUT II.

Scriptura docet Deum velle omnes homines salvos fieri.

SIcut autem ea quæ ad manifestationem gratiæ ex divinis proferuntur eloquiis nulla possunt [e] differendi arte violari, ut perspicuæ consonantesque [f] in tanta numerositate sententiæ ad aliquod pravæ interpretationis trahantur incertum: ita etiam quod de salvatione omnium hominum in eodem Scripturarum corpore reperitur, nulla contraria argumentatione temerandum est; ut quanto hoc ipsum difficiliore intellectu capitur, tanto fide laudabiliore credatur. Magna enim fortitudo est consensionis, cui ad sequendam veritatem auctoritas sufficit, etiam latente ratione. Proinde vigilanter consideremus, prædicatoribus Evangelii quid a Domino jubeatur: Secundum Matthæum quippe sic ait: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes ergo [g] docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Secundum Marcum vero eisdem Apostolis ita dicitur: *Ite in orbem universum, prædicate Evangelium universæ creaturæ: & qui crediderit & baptizatus fuerit, ipse salvus fiet; qui vero non crediderit, damnabitur.* Numquid in hac præceptione ullarum nationum ullorumve hominum facta discretio est? Neminem merito excepit, neminem genere separavit, neminem conditione distinxit. Ad omnes prorsus homines missum est Evangelium crucis Christi. Et ne prædicantium ministeria humano tantum viderentur opere peragenda, *Ecce ego*, inquit, *vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Id est, cum sicut oves introieritis in medium luporum, nolite de vestra infirmitate trepidare, sed de mea potestate confidite, qui vos usque ad consummationem sæculi in omni hoc opere non derelinquam: [h] non hoc ut nihil patiamini, sed, quod multo majus est, præstiturus ut nulla sævientium crudelitate superemini. In mea enim potestate prædicabitis, & per me fiet ut inter contradicentes, inter furentes Abrahæ filii de lapidibus suscitentur. Ego insinuabo quod docui, ego faciam quod promisi. *Tradent enim vos in conciliis, & in synagogis suis flagellabunt vos, & ante reges & præsides stabitis propter me, in testimonium illis & gentibus. Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Non enim*

e
f
g
h
Matt. 28. 14. & *seq.* *Marc.* 16. 15. *Matt.* 28. 20. *Matt.* 10. *Matt.* 3. 9. *Matt.* 10. 17. & *seq.*

a Editi Prosperi, *quod* & infra, *Alterum quod*: & rursus *Tertium quod*. Ubi Mss. Camberon. & Jolienſis, nec non Leon. edit. habent, *quo*.

b Editi *cognitionem*. Mss. Camb. & Jol. cum Leone *agnitionem*.

c Sic Mss. Camb. & Jol. cum Leone. Editi, *non omnes salvet, qui omnes vult salvos fieri*.

d Mss. Jolienſis, *inquiri*.

e In editis hic erat vox ista *ratione*. Melius abest a Mss. Camb. & Jol. & edit. Leonis.

f Ms. Jolienſis, *& in tanta*.

g Ms. Jolienſis, *docete, gentes, baptizantes eas*.

h Editi, *non ad hoc*. Mss. Jol. & Leo, *non hoc*, scilicet *præstiturus*, quod postea sequitur Ms. Camb. dein, *separemini*.

enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Tradet enim frater fratrem in mortem, & pater filium, & insurgent filii in parentes, & morte eos afficient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomen meum. Qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Apparuit ergo (ut Apostolus ait) *gratia* [a] *salvatoris nostri Dei omnibus hominibus*: & tamen ministri gratiæ odio erant omnibus hominibus. Et cum alii essent qui oderant, alii qui odiis persequentium premebantur; neutra tamen pars nuncupatione omnium hominum privabatur: habente quidem salutis suæ damnum rebellium portione, sed obtinente plenitudinis censum fidelium dignitate. Dicit enim Joannes apostolus, *Sed & si quis peccaverit, advocatum habemus apud Patrem Jesum Christum justum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.*

Tit. 2. 11. a

1. Joan. 2. 1

CAPUT III.

Inscrutabile esse cur Deus judicarit quorumdam vocationem differendam.

MAgni autem & inenarrabilis sacramenti mysterium est, quod prædicatoribus, quibus dictum est, *Ite in orbem universum, & prædicate Evangelium universæ creaturæ*; iisdem prius dictum fuerat, *In viam gentium ne abieritis, & in civitates Samaritanorum ne introieritis, sed potius ite ad oves quæ perierunt domus Israel.* Quamvis enim ad omnium hominum vocationem Evangelium dirigetur, omnesque Dominus salvos fieri & in agnitionem veritatis vellet venire; non tamen sibi dispensationum suarum abstulerat potestatem, ut aliter quam occulto justoque judicio statuerat, consilii sui ordo decurreret. Unde locum non habent contumacium murmura querelarum, quia quod Deus fieri voluit, constat non aliter fieri debuisse quam voluit. Posteriore vero tempore, cum jam Dominus Jesus in Dei Patris gloria consideret, & prædicatores verbi suscepto negotio deservirent; volentes Apostoli evangelizare verbum in Asia, *vetiti sunt ab Spiritu sancto*, & disponentes ire in Bithyniam, prohibiti sunt ab Spiritu Jesu: non utique negata illis populis gratia, sed quantum apparuit, retardata. Nam [b] postmodum etiam apud ipsos fides Christiana convaluit.

Marc. 16. 15.

Matt. 10. 5.

1. Tim. 2. 4

Act. 16. 6. & 7.

b

Causa dilatæ vocationis occulta.

Quæ autem fuerit differendæ vocationis causa, non claret: & tamen rei gestæ docemur exemplo, quod inter generalia, vel promissa, vel opera, vel præcepta, quædam Deus a communibus excepta causis, occultiore novit ordinare ratione. Credo, ut interpositis quibusdam obumbrationibus, ea quæ secretius micant, mirabilius innotescant: ne negligentior fiat acies de facilitate cernendi, & quodammodo dormitet assuetis, si non excitetur insolitis. Has autem incognoscibiles illuminationum dilationes, inter quas utique multi infidelitate deficiunt, non solum in populis remotioribus impiorum, sed etiam in civitatibus fidelium per plurimas domos ac familias novimus fieri, dum Christianæ fidei, etiam qui Christiani futuri sunt adversantur. Multi enim quod oderunt amabunt, quod non recipiunt prædicabunt. Et quis inter hæc [c] querulis aut curiosis notum faciet; cur adhuc Sol justitiæ quibusdam gentibus non oriatur, & a tenebrosis cordibus, etiam nunc radios suos veritas revelanda contineat? Cur corrigendi tam diu sinantur errare, & quod senibus in fine præstandum est, per tam longam non tribuatur ætatem? Cur filiis jam in Christum credentibus, nec dum credant parentes? Et rursum, a religiosis parentibus soboles prava discordet? Cum tamen Deo, qui initiorum fidei, incrementique largitor est, secundum ipsius præceptum quotidie pro omnibus supplicetur: ut [d] & si exaudit, nota sit gratia miserationis: & si non exaudit, intelligatur judicium veritatis.

Malac. 4. 2 c

Sap. 5. 6. 2.

d

CAPUT IV.

In præteritis sæculis semper admonuit divina bonitas homines sui cultus per elementa: sicut populum Israel peculiariter per legem & prophetas.

SED ne in præteritis quidem sæculis hæc eadem gratia (quæ post Domini nostri Jesu Christi resurrectionem ubique diffusa est, & de qua scriptum est, *Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terræ*) defuit mundo. Quamvis enim speciali cura atque indulgentia Dei populum Israeliticum constet electum, omnesque aliæ nationes suas vias ingredi, hoc est, secundum propriam permissæ sint vivere voluntatem; non ita se tamen æterna Creatoris bonitas [e] ab illis hominibus avertit, ut eos ad cognoscendum se atque metuendum, nullis significationibus admoneret. Cælum quippe ac terra & mare, omnisque creatura quæ videri atque intelligi potest, ad hanc præcipue disposita est humani generis utilitatem, ut natura rationalis de contemplatione tot specierum, de experimentis tot bonorum, de perceptione tot munerum, ad cultum & dilectionem sui imbueretur auctoris, implente omnia Spiritu Dei in quo vivimus, & movemur, & sumus. Quoniam etsi *longe est a peccatoribus salus*, præsentia tamen salutis ipsius ac virtute nihil vacuum est. Igitur, sicut dicit Propheta, *Misericordia Domini plena est terra*: quæ nullis umquam sæculis, nullis generationibus defuit, eamque providentiam, qua universitatem rerum administrat & continet, regendis alendisque naturis semper impendit, dispositum habens ex incommutabilis æternitate consilii, [f] quibus quidque temporibus distribueret, & multiformis gratiæ suæ inscrutabiles investigabilesque mensuras, per quæ dona ac sacramenta variaret. Sicut enim ista gratiæ largitas, quæ in omnes [g] gentes novissimæ [h] effluxit, non evacuat eam, quæ super unum Israel sub lege [i] roravit, nec præsentes divitiæ fidem præteritæ abrogant parcitati: ita nec de illa cura Dei quæ patriarcharum filiis proprie præsidebat, conjiciendum est gubernacula divinæ misericordiæ cæteris hominibus fuisse subtracta. Qui quidem in comparationem electorum videntur abjecti, sed numquam sunt a manifestis occultisque beneficiis

r Quod in Israel per legem & prophetas gerebatur, hoc in universis nationibus totius creaturæ testimonium & bonitatis Dei miracula semper egisse.

e

Ps. 76. 19. Act. 14. 16

Act. 17. 28

Ps. 118. 115

Psal. 32. 5.

f Gratiæ differentia pro diversis temporibus.

g

h

i

Sss 2

a Ita Mss. Camberon. & Joliens. & Leo. Editi, *salutaris Dei.*

b Editi, *postea.* Mss. Jol. & Camb. *postmodum.* Sic in Leone.

c Ms. Caberon. *querulus aut curiosus.*

d Editi, *etsi exaudiat.* Melius Ms. Jolienſis & edit. Leonis.

e Leonis editio, *ab ullis hominibus.*

f Ms. Jolienſis, *quibus quæque temporibus.* Ms. Camb. *quid quibus temporibus.*

g Ms. Camberon. *illuxit.*

h Vox hæc, *gentes*, ab edit. Duac. & Colon. exciderat. In Lovan. & Ms. Jol. ac Leone legitur.

i Ms. Camberon. & Thuan. *erogavit.*

ciis abdicati. Legimus enim [a] in Actibus Apostolorum, Paulum & Barnabam apostolos Lycaoniis dicere: *Viri, quid hæc facitis? & nos mortales sumus similes vobis homines, annunciantes vobis ab his vanis converti ad Deum vivum, qui fecit cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes ingredi vias suas. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, [b] benefaciens, de cælo dans pluvias & tempora fructifera, implens cibo & lætitia corda vestra.* Act. 14. 14 & seq.

Quod est autem hoc testimonium, quod semper Domino deservivit, & numquam de ejus bonitate conticuit; nisi ipsa totius mundi inenarrabilis pulcritudo, & inenarrabilium beneficiorum ejus dives & ordinata largitio: per quæ humanis cordibus quædam æternæ legis tabulæ præbebantur, ut in paginis elementorum, ac voluminibus temporum, communis & publica divinæ institutiónis doctrina legeretur? Cælum ergo cunctaque cælestia, mare & terra, omniaque quæ in eis sunt, consono speciei suæ ordinationisque concentu protestabantur gloriam Dei, & prædicatione perpetua majestatem sui loquebantur auctoris: & tamen maximus numerus hominum, [c] qui vias voluntatis suæ ambulare permissus est, non intellexit, nec secutus hanc legem est, & odor vitæ, qui spirabat ad vitam, factus est ei odor mortis ad mortem; ut etiam in illis visibilibus testimoniis discerétur quod littera occideret, spiritus autem vivificaret. Quod ergo in Israel per constitutionem legis & prophetica eloquia gerebatur; hoc in universis nationibus totius creaturæ testimonia & bonitatis Dei miracula semper egerunt.

Hæc gratia generalis plurimis fuit littera occidens & odor mortis.

[c] 2. Cor. 2. 16

1. Cor. 3. 6.

CAPUT V.

Qui inter gentes Deo placuerunt, spiritu fidei & gratiæ sunt discreti.

SED cum in illo populo, cui utraque eruditio præfuit, nemo nisi gratia justificatus sit per spiritum fidei; quis ambigat eos, qui de quibuscumque nationibus quibuslibet temporibus Deo placere potuerunt, spiritu gratiæ Dei fuisse [d] diseretos? Quæ etsi parcior ante atque ocultior fuit, nullis tamen sæculis se negavit, virtute una, quantitate diversa, consilio incommutabili, opere multiformi.

[d] Gratia nullis sæculis subtracta.

CAPUT VI.

Non omnibus, etiam nunc, eadem mensura gratiæ confertur.

NAM & in his diebus quibus totum mundum ineffabilium donorum flumina rigant, non idem modus omnibus, nec eadem mensura confertur. Quamvis enim per ministros verbi & gratiæ Dei eadem cunctis veritas prædicetur, eadem cohortatio adhibeatur; Dei tamen agricultura est, Dei ædificatio, cujus virtus invisibiliter agit, ut incremento proficiat quod ædificatur aut colitur. Sicut adtestatur Paulus apostolus, dicens: *Quid igitur est Apollo? [e] quid vero Paulus? [f] ministri ejus cui credidistis, & unicuique sicut Dominus dedit. Ego plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui plantat autem & qui rigat, unum sunt. Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sumus adjutores, Dei agricultura estis, Dei ædificatio estis,* Agriculturæ ergo hujus atque ædificationis in tantum quisque adjutor, & operarius ac minister est, in quantum unicuique Dominus dederit. Et hi qui ministrorum labore excoluntur, ad eum proficiunt modum, ad quem illos incrementi auctor evexerit. In agro enim Domini non uniformis, nec una plantatio est. Et quamvis in unum decorem totius templi structura conveniat, non idem tamen locus est, nec idem usus omnium lapidum: sicut & in uno corpore non omnia membra eumdem actum habent, [g] dicente Apostolo, *Nunc autem posuit Deus membra, & unumquodque eorum sicut voluit.*

[e] 1. Cor. 3. 5. & seq.

[f] Deus solus boni fructus auctor.

Quisque proficit sicut Deus donat.

Rom. 12. 4.

[g] 1. Cor. 12. 18.

CAPUT VII.

Cum omne bonum ex gratia Dei sit; imparitas meritorum nec in liberum arbitrium est referenda, nec in querelam est vocanda.

HÆc vero membra unde apta, unde utilia, inde sint pulcra, idem Doctor exponit dicens: *Ideo notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jesu. Et nemo potest dicere Dominum Jesum, nisi in Spiritu sancto. Divisiones vero gratiarum sunt, idem autem Spiritus; & divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; & divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifestatio Spiritus ad utilitatem: alii quidem per Spiritum datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ secundum eumdem Spiritum, alteri fides in eodem Spiritu, [h] alii gratia sanitatum in eodem Spiritu, alii [i] operationes virtutum, alii prophetatio, alii discretio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Hæc magistro gentium tanta luce, tanta evidentia prædicante, [k] quæ ratio, quæ causa dubitandi est, an omnium nobis virtutum germen ex Deo sit? vel quis, [l] nisi insipientissimus, de differentia divinorum munerum conqueratur, aut imparibus adscribendum meritis arbitretur, quod non æqualiter de superna liberalitate confertur? Si enim hæc distributio secundum præcedentium operum merita [m] proveniret, non ipsorum donorum catalogum tali conclusione Apostolus terminaret, ut dicere, *Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Ubi utique si meritorum causas voluisset intelligi, diceret, Dividens singulis

Ibid. v. 3. & seq.

[h] [i]

Differentia meritorum in Deum refundenda.

[k] [l]

[m]

1. Cor. 12. 11.

a Alii libri, *in Actis*, Mss. Camber. & Leo, *in Actibus.*

b Ms. Jolienſis, *benefaciens eis.*

c Mss. Camberon. *quia vias.* Ms. Jol. *quia viis.*

d Mss. Camb. & Jolienſis, *directos.* Alii, *discretos*,

e Ms. Jol. *quid autem Paulus?*

f In edit. Leonis, *minister.*

g Ms. Jolienſi, *igitur.*

h Hæc pars loci Apostolici auditur ex Mss. Camberon. & Jolienſi. & editione Leonis, Exciderat ab editis Prosperi.

i Alias *operatio*, ut Vulgata. Ms. Jol. & Leo, *operationes:* ut Græca.

k Sic Mss. Camb. Jol. & Leonis editio. Alias editi, *qua ratione, qua causa dubitandum est?*

l Ms. Jolienſis, *quis insipientissimus.*

m Ms. Jolienſis, *non ipsum donorum catalogum.*

a lis prout merentur: sicut plantatoribus [a] aut rigatoribus præmium devotionis spopondit, dicens, 2.Cor.3.8. *Unusquisque autem propriam mercedem accipiet secundum suum, laborem.*

CAPUT VIII.

Unicuique sine merito datur, unde tendat ad meritum, & a gratia jam donato expectatur, ut id quod accepit augeat per illum qui dat incrementum.

DAtur ergo unicuique sine merito unde tendat ad meritum, & datur ante ullum laborem unde quisque mercedem accipiat secundum suum laborem. Quod ita esse, etiam [b] ex doctrina evangelicæ veritatis agnoscitur: ubi per comparationem Matt. 25. 14. & 15. dicitur, quod *homo peregre proficiscens vocavit servos suos, & tradidit illis substantiam suam, & uni dedit quinque talenta, alii autem duo, alii vero unum,* [c] *unicuique secundum propriam virtutem*, id est, secundum propriam & naturalem possibilitatem, non autem secundum proprium meritum: quia aliud est [d] posse operari, aliud operari; & aliud est posse habere charitatem, aliud habere charitatem, & aliud est capacem esse continentiæ, justitiæ, sapientiæ, aliud vero esse continentem, justum, atque sapientem. Non itaque omnis reparabilis reparatur, nec omnis sanabilis [e] sanus est; quia reparabilem & sanabilem esse, de natura est; reparatum autem & sanum esse, [f] de gratia est. Denique isti, quibus secundum modulum capacitatis suæ, quem in eis distributor substantiæ prævidebat, dispar creditus est numerus talentorum, non meriti remunerationem, Ibid. 20. & 23. sed operis accepere materiam. In qua duorum servorum vigilantissima industria non solum gloriosis laudibus honestatur, sed etiam in æterna Domini sui gaudia intrare præcipitur. Tertii vero pigrum Ibid. 26. & seq. otium & desidiosa nequitia sic punitur, ut & vituperationis dedecoretur opprobrio, & portione quam acceperat exsuatur. Dignus enim erat perdere inutilem fidem, qui non exercuerat charitatem. Unde & [g] in subsequenti sermone, quo apertissime declaratur futuri forma judicii, sedente Filio Matt. 25. 31. & seq. hominis in sede majestatis suæ, [h] ante quem facta congregatione omnium gentium, alii [i] dicuntur ad dexteram, alii ad sinistram constituendi; ℣. 35. & 42. laudatis dexteris de operibus charitatis, nihil aliud sinistris objicitur, quam misericordiæ benevolentiæque neglectus. Acceperant ergo etiam isti fidem sed non sectati fuerunt dilectionem: nec de non servato, sed de non aucto munere damnabuntur.

k Gratia datur, ut per eam

Quamvis enim omnia bona dona sint Dei, [k] a Deo tamen quædam etiam non petita tribuuntur, ut per ipsa quæ accepta sunt, ea quæ nondum sunt donata quærantur. Semen quippe quod jacitur in terram non ob hoc seritur ut ipsum solum maneat, sed ut fructum afferendo, multiplex atque numerosum sit. [l] Cui quidem profectus ab illo est, qui dat incrementum: sed terra vivens, [m] & rationalis, & de gratiæ jam imbre secunda, habet quod ab ipsa exspectetur, ad id quod accepit augendum.

nova donata impetrentur. Joan. 12. 24. l 1. Cor. 3. 17. m d

CAPUT IX.

Variatæ per diversa tempora gratiæ caussa a nobis non est investiganda.

HIS recte, ut arbitror, quantum Dominus tribuit, pertractatis, ad id unde digressa est disputatio revertamur. Ad considerationem scilicet differentiarum, quibus divinæ gratiæ opera ac dona variata sunt. Altitudo quippe divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cujus inscrutabilia sunt judicia & investigabiles viæ, [n] sic semper misericordiam suam & justitiam temperavit, ut secretissima æterni consilii voluntate, noluerit in omnibus [o] temporibus super omnes generationes, aut super omnes homines æquales donorum suorum esse mensuras. Siquidem aliter eos juverit, quos ad cognoscendum se, cæli & terræ [p] testimoniis conveniebat; aliter illos, quibus, non solum elementorum famulatu, sed etiam doctrina legis, Prophetarum oraculis, [q] miraculorum signis, & angelorum cooperationibus consulebat: & multo magis aliter misericordiam suam universis hominibus declaraverit, quando Filius Dei factus est filius hominis, Isai. 65. 1. ut inveniretur ab eis qui eum non quærebant, & appareret his qui illum non interrogabant; & non in uno tantum populo [r] honor Israeliticæ stirpis excelleret; sed [s] in omni gente quæ est sub cælo, multiplicatum Abrahæ semen oriretur, [t] in que heredum successionem non filii carnis, sed filii promissionis intrarent: & quanta in præteritis sæculis super ceteras nationes, tanta nunc esset in gente Judæa parcitas gratiæ; cum tamen introducta plenitudine gentium, etiam ipsorum ariditati earumdem rigationum inundatio spondeatur. Quæ itaque caussæ sint harum sub eadem gratia dissimilitudinum, quæve rationes, sanctis scripturis non loquentibus, quis loquetur? Et cum in eis scientia Pauli apostoli a disputatione transeat ad stuporem, cujus erit tanta præsumptio, qui hæc differendo [u] existimet aperienda, potius quam silentio miranda.

Misericordia Dei major in gentiles post adventum Christi, minor in Judæos. n o p q r s t Act. 14. 15. Rom. 9. 8. Occulta istius inæqualitatis ratio. Rom. 11. 33. u

CA-

a Mss. Camberon. & Jolienſis, *& rigatoribus.*

b Sic cum Ms. Camb. Jol. editio Leonis. Alias editi, *evangelicæ veritatis teſtimonio.*

c In Ms. Jolienſi abſunt hæc, *unicuique ſecundum propriam virtutem:* & infra, *& naturalem.*

d Ms. Jol. *per ſe operari . . . . per ſe habere charitatem.*

e Ita Mss. Camb. & Jol. cum edit. Leonis. Alii, *ſanatus eſt.* & poſtea iidem *& ſanum eſſe:* ubi alii, *& ſanatum eſſe.*

f Colon. editio, *de gratia Dei.*

g Ms. Jolienſis, *in ſubſequenti parabola ſermo quo* &c.

h Ms. Jolienſis, *ante quem.* Alii, *ante quam.* Prioris lectionem præponi ſuadet Evangeliſta dicens: *& congregabuntur ante eum omnes gentes.*

i Sic Ms. Jolienſis & Leonis edit. Alii editi *ducuntur*, vel, ut recentiores, *ducantur.*

k Mss. Jolienſis, & Camb. *ideo tamen.*

l Ita Ms. Jolienſis cum Leone. Alii, *Qui quidem.*

m Voces has, *& rationalis*, addunt Mss. Camberon. & Jol. atque edit. Leonis. In his tamen Mss. omittitur, *& de gratiæ jam imbre fecunda*: quibus non carent alii libri.

n Sic Mss. Camb. & Jol. cum edit. Leonis. Editi alias *ſit per . . . & judicium.*

o Mss. Camb & Jol. addunt, *temporibus*: quæ vox exciderat ab editis Proſperianis.

p Ms. Jolienſis, *teſtimonio.*

q Ms. Jolienſis *mirabilium ſignis.*

r Vocem hanc *honor* habuimus ex Ms. Jolienſi & edit. Leonis. Quæ ſupplenda probatur ex ſerie orationis.

s Apud Leonem, *in omni genere.*

t Ita Mss. Jol. cum Leone. Alii, *in quam.*

u Mss. Camb. & Jolienſis, *æſtimet.*

CAPUT X.

Omnibus ſæculis miſericordia Dei & corpora aluit, & mentes juvit.

PAtenter igitur & æquanimiter ignoretur tam remotum ab humana [a] cognitione ſecretum. Nec tamen [b] quia nequeunt clauſa penetrari, ideo etiam reſeratorum eſt prætereundus introitus. Manifeſtaverunt enim divinorum eloquiorum multæ auctoritates, & continua omnium ſæculorum experimenta docuerunt, juſtam Dei miſericordiam, miſericordemque juſtitiam nec alendis umquam corporibus hominum, nec docendis juvandiſque eorum mentibus defuiſſe. Semper etenim *pluit ſuper bonos & malos, ſemper ſolem ſuum oriri fecit ſuper juſtos & injuſtos*, ſemper vitales auras præbuit, ſemper diei & noctis viciſſitudines miniſtravit, ubertatem agris, multiplicationem ſeminibus, fecunditatem generandis hominibus ſemper [c] impendit. Et ſi quando aliquid horum minuit, benignis correptionibus averſionem deſidiamque male utentium caſtigavit; ut miſerationes ejus quærerent in adverſis, cujus juſtitiam non timuerant in ſecundis. Denique ſi ad ipſa mundi exordia recurramus; inveniemus, omnium ſanctorum qui diluvium præceſſerunt, Dei Spiritum fuiſſe rectorem, propter quod & Filii Dei nominati ſunt: quoniam, ſicut ait Apoſtolus, *Quicumque Spiritu Dei aguntur, hi filii ſunt, Dei*. Et cum iidem, neglecta obſervantia patrum, illicitis ſe reproborum connubiis miſcuiſſent, atque ob nefariam ſocietatem digni exterminio judicarentur, Dominus ait, *Non permanebit Spiritus meus in hominibus iſtis, quoniam caro ſunt*. Unde apparet quod iſte populus, cujus generationes diſcreto ordine cum annorum numero digeruntur, ſpiritalis antea fuit; ea utique voluntate cui Spiritus ſanctus præſidebat: ſic impendens moderaminis ſui regimen, ut declinandi ad vitia non adimeret poteſtatem: qua poteſtate hic populus ſi non uteretur, non relinqueretur a Deo, eſſetque ille de quo dictum eſt: *Felix qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus*. Quamdiu ergo apud Deum manſit, ea voluntate manſit, quam Deus inſpiravit, & rexit. *Præparatur enim*, ſicut ſcriptum eſt, *voluntas a Domino*.

Miſericordia Dei corporibus & animis juvandis ſemper adfuit. *Act.4.6. Matt.5.45.*

Spiritus-ſanctus omnes ſanctos regit. *Rom.8.14.*

Geneſ.6.3.

Gratia non tollit poteſtatem declinandi ad vitia. *Eccli.31.10.*

Prov.8. ſec. LXX.

CAPUT XI.

Hominibus fere paulatim & particulatim accreſcit, quod ſuperna largitas eis dare decrevit.

SED hujus præparationis non unus ſemper proveſtus, nec una menſura eſt. Quoniam multis modis & innumerabilibus differentiis, gratiæ opera & dona variantur, inque ipſis ſingulis generibus munerum diſſimiles ſunt gradus & impares quantitates. Sicut enim in germinibus herbarum atque lignorum, quæ terra producit, non una ſpecies, nec unum in omnibus genus eſt; ſed ſingula quæque in ſui ſeminis forma, & in ſuæ ſtirpis qualitate gignuntur, plenum autem decorem non ſtatim ut eduntur accipiunt, ſed certis & ordinatis provehuntur augmentis, donec ad perfectam ſui habitus quantitatem per ſuccedentia ſibi incrementa perveniant: ita & ſemina chariſmatum plantæque virtutum, non in omni agro cordis humani totum hoc pariter, quod ſunt futura, naſcuntur, nec facile reperitur in exordio maturitas, & in inchoatione perfectio. Exſerit quidem frequenter potens & miſericors Deus mirabiles iſtos ſuæ operationis effectus, & quibuſdam mentibus non exſpectata profectuum mora, totum ſimul quidquid collaturus eſt, invehit. In Abrahæ lumbis Levi ſanctificatur, & ſimul cum eo domus Aaron & ſacerdotalis ordo benedicitur. In Iſaac de repromiſſione concepto, & contra ſpem ſterilium ſenum nato, omnium gentium vocatio, & tota Chriſti forma præconditur. Jacob nullo merito ſuffragante, dilectus prius quam naſcatur, eligitur. Jeremiæ dicitur, *Prius quam te formarem in utero, novi te: & priuſquam exires de vulva, ſanctificavite*. Joannes intra Elixabeth matris viſcera Spiritu-ſancto repletus exultat, & ut nullus inter natos mulierum major ſit, prius ſentit initia gratiæ quam naturæ.

Prima ſeminagratiæ interdum perfecta. *Heb.7.10. Gen.17.16 Rom.4.18. Malac.1.3 Rom.9.13.*

Jerem.1.5. Luc.2.44.

Sed cum & alia ſimilium documentorum exempla non deſint, quæ brevitatis ſtudio præterimus, multo tamen crebrior, multoque numeroſior pars illa hominum eſt, cui particulatim quidquid ſuperna largitas donat, accreſcit; ut conſerendorum munerum cauſſæ, de his quæ ſunt collata, pariantur. Quidam accepta fide, diffidentia non carent, quam utique ineſſe ſibi noverat, qui dicebat, *Credo, Domine, adjuva incredulitatem meam*. Quam nec illi abeſſe penitus a ſuis animis ſentiebant, qui dixerunt, *Auge nobis fidem*. Quidam quod credunt non intelligunt, & multi eorum diu in ſuæ ſimplicitatis modulo detinentur. Multi vero cito intellectus lumen accipiunt. Ipſa autem intelligentia non in omnibus eumdem habet vigorem, aut ſimilem facultatem. Et plurimi, cum & fide & intellectu videantur ornati, laborant tamen indigentia charitatis, & his quæ fide & intellectu vident, nequeunt inhærere: quoniam perſeverari in eo non poteſt, quod non toto corde diligitur. Donum quoque ipſius charitatis non ſemper ejuſmodi eſt, ut quidquid ad plenitudinem ipſius pertinet, ſimul a percipiente ſumatur. Eſt enim amor qui poteſt alio amore ſuperari, & ſæpe dilectio Dei ex mundi dilectione marceſcit; niſi ad eum fervorem, Spiritu-ſancto inflammante, profecerit, qui nullo exſtingui frigore, nullo poſſit tepore languere. Cum itaque in hoc inenarrabili dono Dei, omnium ſumma donorum, & quædam cunctarum ſit vita virtutum, ad hoc cætera conferuntur, ut habeat animæ fidelis intentio per quæ ad perfectam charitatem poſſit eniti. Quæ quoniam non ſolum ex Deo, ſed etiam Deus eſt, ſtabiles & perſeverantes atque inſuperabiles facit, quos flumine [d] ſuæ voluptatis impleverit. Qui autem iſtarum aquarum dulcedinem neſciunt, & adhuc de mundi hujus torrentibus bibunt, aut etiam ſi aliquid primoribus labris de vitæ fonte guſtaverunt, [e] inebriari tamen aureo Babylonis calice delectantur; ſuo prorſus decipiuntur arbitrio, ſua voluntate labuntur: & ſi in hac deſidia perſeverant, ipſi ſe his quæ accepere diſpoliant. Facile enim quælibet bona ſine charitate poſſunt perire, quæ non poſſunt ſine charitate prodeſſe.

Fides initialis imperfecta in aliquibus. *Matt.9.24. Luc.17.6.*

Charitas imperfecta invenitur interdum cum fidei & intelligentiæ vigore.

Amor mundi charitati contrarius. *1.Joan.4.8*

d

c

Charitas perfecta efficacia. *Apoc.14.8 & 16.19. 1.Cor.13.4*

CA-

a Mſſ. Camb. & Jol. ac Leonis edit. Editi noſtri, *cogitatione*.

b Mſ. Jolienſis, *quia nequeant*.

c Mſ. Camb. & Jol. *impertiit*.

d Mſſ. & Camb. *ſuæ voluntatis* & ſic olim in Leone. At alii, *ſuæ voluptatis*.

e Sic Mſ. Jol. & edit. Lovan. Duac. & Colon. & Leonis editio, *inebriati tamen*.

CAPUT XII.

Divinæ constitutionis non est nostra a Deo aversio, sed propriæ voluntatis: ideoque meriti hominis esse si steterit, quia cadere potuit.

Libertas sub gratia.

HÆc autem summatim breviterque perstricta ad id valeant, ut certissime noverimus nullum fidelium a Deo non discedentem relinqui, neque cujusquam ruinam ex divina esse constitutione dispositam: sed multis, qui jam judicio rationis utuntur, ideo liberum esse discedere, ut non discessisse sit præmium; & ut quod non potest nisi cooperante Spiritu Dei fieri, ejus [a] meritis deputetur, cujus id potuit voluntate non fieri. Quæ voluntas in malis actionibus sola esse potest, in bonis autem sola esse non potest. Quamvis enim [b] secundum naturam sit ejus, ut bona sit; vitium tamen, quod per malam voluntatem incidit in naturam, non naturæ superatur virtute, sed gratiæ.

a Bona voluntas est secundum naturam. b

CAPUT XIII.

Bonitatem Dei non solum sanctis, sed & impiis instituendis adfuisse ante diluvium.

REgebatur ergo primus ille populus Dei Spiritu Dei, & a maledicti ac prædamnati populi societate ac moribus per eruditionem sancti Spiritus abstinebat, custodiens discretionem sui a permixtione carnalium: quorum mala tam diu sustinuit patientia Dei, quam diu boni per id quod eos non imitabantur, placere potuerunt: ubi vero etiam boni malorum imitatione corrupti sunt, & [c] per voluntarium defectum in eamdem nequitiam [d] conspiravit universitas: quos, excepta Noe domo, una impietas prophanavit, sententia una delevit. Bonitas autem Dei ne illi quidem parti defuit, quæ in charitate non stetit, & ab initio sui, veneno diabolici livoris intumuit. Principem enim gentis impiæ, sancti fratris meritis invidentem cædemque ejus parricidali corde meditantem, dignatur Dominus paterno mitigare consilio, dicens ad Cain, *Ut quid tristis factus es? Ut quid concidit vultus tuus? Nonne si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti? quiesce. Ad te enim erit conversio ejus, & tu dominaberis ejus.* Depone, inquit, ortam de invidiæ æmulatione tristitiam, & flammas odii crudelis exstingue: nihil tibi Abel nocuit, nec mihi placendo te læsit. Despexi munera tua meo judicio, non illius voto. Opus enim bonum negligenter egisti. Recta fuisset oblatio tua, si fuisset recta discretio. Sciens cui offerres, scire debueras quid voveres. Non digne inter me & te divisisti, quoniam tibi electiora servasti. Tuus ergo hic error est, tuumque peccatum. Quiesce, & noli in insontem fratrem moveri: ad te potius tua culpa revocetur. Noli peccato regnum in te dare, sed tu potius in ipsum sume dominatum. Pœnitendo enim nec in majus facinus progredieris, & ab eo in quo te doles displicuisse, mundaberis.

Deus tolerat malos propter bonos. c d

Bonitas Dei non defuit impiis ante diluvium.

Gen. 4. 6.

Oblatio Cain cur Deo ingrata.

Cum ergo talia ad Cain loqueretur Deus, numquid ambiguum est voluisse eum, & (quantum ad [e] illum medendi modum sufficiebat) egisse, ut Cain ab illo impietatis furore resipiscceret? Sed malitia pertinax inde facta est inexcusabilior, unde debuit esse correctior. Et utique præsciebat Deus, ad quem finem insanientis esset progressura conceptio. Neque ex eo quod falli scientia divina non poterat, necessitate peccandi urgebatur facinus voluntatis. A cujus utique intentione atque effectu potuit incolumitas Abel illæsa defendi; nisi placuisset Deo cum magna laude patientiæ suæ, ut temporalis furor impii fieret perpetuus honor justi. Posteris vero istius [f] parricidæ, quamvis in progenitoris sui moribus viverent, [g] numquam se divinam bonitatem negasse, quis non facile advertat, si consideret quantum eis prodesse potuerit tam longa patientia Dei, tam dives bonorum temporalium copia, & multiplicatæ fecunditatis tam numerosa propagatio? Quæ beneficia licet obduratis nihil remedii & emendationis adtulerint; probant tamen aversionem eorum non divinæ fuisse constitutionis, sed propriæ voluntatis.

e Præscientia Dei non est causa peccatorum præscitorum.

f g

CAPUT XIV.

In diluvio, & postea usque ad Christum revelata sunt opera divinæ gratiæ, & Christianæ gratiæ miracula præsignata; etsi abundantia gratiæ, quæ nunc mundum rigat, pari largitate non fluxit.

IN conservatione autem Noe filiorumque ejus & nuruum, in quibus omnium gentium seminarium disponebatur, quanta divinæ gratiæ opera revelata sint, sancta scriptura manifestat, dum in illa mirandæ capacitatis arca, universi generis animalium, quantum [h] reparationi sat erat, receptrice, congregatura ad se omne hominum genus Ecclesia figuratur; dum per lignum & aquam redemptio crucis Christi, & ablutio regenerationis aperitur: dum in his qui ex illa mundi vastatione salvati sunt, omnium gentium plenitudo benedicitur; dum donum fecunditatis iteratur, & solo [i] esu suffocatorum & sanguinis interdicto, libertas edendi quod placuerit augetur, salutisque securitas in testimonio versicoloris arcus, hoc est, in signo multiformis gratiæ consecratur. Quæ utique mysteria atque sacramenta non unius tantum familiæ pauciissimos tunc homines, sed in ipsis omnes eorum posteros imbuebant: ut quod eruditioni impendebatur parentum, proficeret scientiæ filiorum. Jam vero procurrente humanæ propagationis augmento, cum ipsa mortalium numerositas de suis mul-

Genes. 7.

Arca Noe figura Ecclesiæ. h

Genes. 9. i

Iris signum multiformis gratiæ.

a Ita Mss. Thuan. Camb. & Jol. & Leonis editio. Editi Prosperi, *eorum meritis . . . quorum.*

b Ita Mss. Camberon. & Jol & Leonis editio. Editi vero Prosperi, *secundum naturam sit homini ut bona sit voluntatis; vitium tamen, quod per malam voluntatem irruit in naturam.* Ms. Camb. tamen habet, *incidit in ruinam.*

c Editi nostri, *per voluntatis.* Mss. Camb. & Jol. ac Leonis editio posterior, *per voluntarium.*

d Ms. Jolienſis, *comspirabat.*

e Vox *illum* non legitur in Mss. Thuaneo, & Jolienſi, nec in ullis Operum S. Ambrosii editionibus quibus libri de Vocatione gentium inserti sunt. In Lovan. Prosperi editione duobus uncis [ ] inclusa, quasi dubiæ auctoritatis, notatur. In aliis Prosperi libris & nova editione Leonis legitur. Quid vero discrimimis in sensu hujus sententiæ gignat hæc lectionis varietas non facile est definire.

f Sic Mss. Camb. & Jol. & Leon. edit. Editi alias, *fratricidæ.*

g Ms. Jolienſis, *numquam Deum divinam bonitatem negasse.*

h Ita Ms. Jolienſis, & editio Leonis. Alias, *reparationis aderat.*

i Mss. Thuan. & Camb. carent voce hac *esu.* Ms. vero Jolienſis, *& solo suffocato & sanguine interdicto.*

multiplicationibus superbiret, & secundum elationis suæ altitudinem, cælo cuperet molem immodicæ [a] exstructionis inferere; quam mirabilis erga cohibendam hanc insolentiam fuit divinæ censura justitiæ? quæ unam illorum populorum loquelam notis sibi invicem significationibus consonantem, septuaginta & duarum linguarum varietate confudit: ut & inter dissonas voce operantium pereunte concordia, insanæ molitionis machina solveretur, & habitando orbi terrarum daret incolas malæ congregationis opportuna dispersio. In isto autem opere providentiæ Dei præordinabantur miracula gratiæ Christianæ, quæ omnem hanc dispersionem in illius ædificationis erat [b] coaptatura, compagem, in qua *omne genu flectitur Deo, & omnis lingua confitetur quoniam Jesus in gloria Dei Patris est.*

Gen. 11. 3. & seq. a

Confusio linguarum.

Ephes. 3. 6. b

Philip. 2. 10. 11.

Hanc latitudinem gratiæ, in plenitudine dispositorum temporum revelandæ, facta ad Abraham promissio Dei, signis jam luculentioribus indicabat, quando duplex ejus successio, filii scilicet carnis & filii promissionis, multitudini arenarum comparabatur & siderum, & vir senex per annosam uxoris sterilitatem, ab spe jam prolis alienus, credebat laudabili fide per germen unius filii patrem futurum esse se mundi, prospiciens illum in semine suo, immo conspiciens, qui dixit, *Abraham diem meum vidit, & gavisus est.* Qua fide Abraham cum justificaretur, nondum mandatum circumcisionis acceperat; sed cum esset in præputio naturali, reputata est fides ejus ad justitiam. Et eadem fides signaculum circumcisionis [c] acceperat in eo corporis membro, per quod semen procreationis perventurum erat ad eam carnem, in qua sine carnali semine Dei Filius, Deus Verbum caro fieret, ac de Abrahæ filia Maria Virgine nasceretur; assumtis omnibus in hujus nativitatis consortium, qui in Christo [d] per Spiritum-sanctum regenerati, quod Abraham credidit, credidissent. Hæc autem fides ante quam veniret hoc semen de quo Abrahæ dictum est, *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*, intra unius stirpis populum continebatur, vigente apud veros Israelitas spe redemptionis nostræ. Quoniam etsi fuerunt ex alienigenis, quos temporibus legis veritas illustrare dignata sit, tamen tam pauci fuerunt, ut vix [e] cognoscatur an fuerint. Neque ob hoc [f] excusabiles sint nationes, quæ alienatæ a conversatione Israel, spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo, sub ignorantiæ tenebris perierunt, quia hæc abundantia gratiæ quæ nunc universum mundum rigat, pari antea largitate non fluxit.

Rom. 9. 7. Gen. 15. 5.

Joan. 8. 56. Rom. 4. 10. Fides Abrahæ.

c Circumcisio cur mandata Abrahæ.

d

Gen. 12. 3. Pauci fideles inter gentiles tempore legis veteris: infideles inexcusabiles.

e

f

Ephes. 2. 12

CAPUT XV.

Meliora non nasci nunc ingenia, quam ante Christi adventum; quin immo tempore adventus Christi inventa est iniquitas robustior, ut gratia Dei manifestaretur.

ADhibita enim semper est universis hominibus quædam supernæ mensuræ doctrinæ, quæ etsi parcioris occultioriſque gratiæ fuit, [g] sufficit tamen, sicut Dominus judicavit, quibusdam ad remedium, omnibus ad testimonium: ut non dubie, sed evidenter appareat, quod nisi ubi abundavit peccatum, superabundaret & gratia; nunc quoque universum genus humanum similis obcæcaret impietas. [h] An forte, ut plerique garriunt, meliora quam veterum ingenia nostris sæculis orta sunt, & aptiores divinis donis [i] animas tempora extrema pepercerunt? Quod etiam si ita esset, ad bonitatem id referendum esset auctoris, qui vocandis ad vitam æternam populis, ea quæ non reniterentur, corda finxisset. Sed nihil prorsus novatum est in generatione carnali, nec generosior avis minorum orta successio est: cum potius in hominibus illius temporis quo mundi Redemptor advenit, quanto erat propago tardior, tanto sit iniquitas inventa robustior. Probavit hoc Judaici furoris impietas; & quam apta Evangelio Christi fuerit illa generatio, non solum populi, sed etiam scribarum & principum ac sacerdotum corda docuerunt. Quibus parum fuit in Agnum Dei tollentem [k] peccatum mundi, contra testificationem legis, contra oracula prophetarum, contra divinarum experimenta virtutum, seditionibus, contumeliis, sputis, alapis, colaphis, lapidibus, flagris, & ad postremum crucis atrocitate sævisse; nisi etiam testes resurrectionis ejus eadem persequerentur insania. Quam Apostoli quando a Pontificibus flagellati sunt, ostenderunt in Psalmo Davidico prophetatam, dicentes: *Domine, tu es qui fecisti cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis sunt, qui Spiritu-sancto per os patris nostri David pueri tui dixisti, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Adstiterunt reges terræ, & principes convenerunt in unum adversus Dominum, & adversus Christum ejus. Convenerunt enim vere in civitate ista adversus sanctum Filium tuum Jesum, quem unxisti, Herodes & Pontius Pilatus cum gentibus & populis Israel, facere quæ manus tua & consilium decreverunt fieri.* Igitur ad manifestandam gratiam Dei quæ ex æterno ejus incommutabilique consilio in salutem omnium gentium disponebatur, non priora, quasi incapacia, declinata sunt tempora; sed ista electa, quæ tales populos ediderunt, quorum ferox & voluntaria iniquitas non consulendi affectu, sed intentione sæviendi persisteret facere quæ manus Dei & consilium decreverunt fieri: ut mirabior esset gratia & potentia Dei, quæ de tam duris animis, tam tenebrosis mentibus, tam inimicis cordibus fecit sibi populum fidelem, subditum, sanctum, qui non per sapientiam hujus mundi pervenit ad lumen sapientiæ Dei; sed per illius donum, de quo testatur Joannes apostolus, dicens, *Scimus quia Filius Dei venit, & dedit nobis sensum, ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus.* Cui testimonio apostolus Paulus consonat dicens, *Gratias agentes Patri, qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine, qui eripuit nos de tenebris & de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum Filii dilectionis suæ.* Et iterum idem, *Eramus enim*, inquit, *aliquando insipientes, increduli, errantes, servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia &*

g

Rom. 5. 20.

h

i

Quod plures credant in Christum nunc quam ante incarnationem, non est in diversitatem, ingenii referendum.

Obstinatio Judæorum in adventu Christi.

k

Joan. 1. 29

Act. 4. 24. & seq.

Psal. 2. 4.

Gratia Dei eo manifestior, quo duriores sunt quos sibi subjicit.

1. Joan. 5. 20.

Colos. 1. 12.

Titi 3. 3. & seq.

a Melius *exstructionis* ex Mſ. Jol. & Leone, quam antea in editis, *instructionis*.
b Sic Mſſ. Camb. & Jol. ac Leon. edit. Editi olim, *vocatura*.
c Mſſ. Camb. & Jolienſis, *accepit*.
d Mſ. Jolienſis caret his verbis, *per Spiritum-sanctum*.
e Editi alias, *cognoscantur*. Mſ. Jol. & Leo, *cognoscatur*.
f Mſ. Jolienſis, *excusabiles sunt*.
g Mſ. Jolienſis, *suffecit*.
h Mſ. Camberon. *Ante*.
i Mſ. Jolienſis, *animos*.
k Mſſ. Camb. & Jol. *peccata mundi*.

& invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas & humanitas apparit Salvatoris noſtri, non ex operibus juſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſalvos nos fecit, per lavacrum regenerationis Spiritus-ſancti, quem effudit in nos abunde per Jeſum Chriſtum Salvatorem noſtrum, ut juſtificati gratia ipſius, heredes ſimus ſecundum ſpem vitæ æternæ.

Potuitne plenius, luculentius, verius explicari, quæ merita hominum Chriſtus invenerit, & quos ſibi mores ſubjecerit, quæ ad ſe corda converterit, quando venit mederi non ſanis, ſed male habentibus, & vocare non juſtos, ſed peccatores? Quoniam gentium *populus, qui ſedebat in tenebris, lucem vidit magnam, & ſedentibus in tenebris & umbra mortis, lux orta eſt illis.* Fremebant gentes, iraſcebantur populi, ſæviebant reges, & poteſtates contradicebant, ſuperſtitiones & totius mundi reluctabantur errores. Sed de reſiſtentibus, furentibus, perſequentibus, populum ſuum Chriſtus augebat, & per vincula ac ſupplicia morteſque ſanctorum roborabatur fides, vincebat veritas, perque univerſum mundum [a] Dominicæ ſegetis multiplicabatur ubertas. Tanta enim de ſuper præbebatur conſtantia fidei, fiducia ſpei, fortitudo tolerantiæ; ut ille ignis dilectionis, quem in cordibus fidelium Spiritus-ſanctus accenderat, nullo modo ab opprimentibus poſſet extingui: cum & qui cruciabantur, vehementius inardeſcerent, & qui ſæviebant, eamdem quam perſequebantur flammam ſæpe conciperent, qua beatus apoſtolus Paulus ignitus, fidenter ferventerque dicebat, *Juſtificati igitur ex fide, pacem habeamus* [b] *ad Deum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, per quem & acceſſum habemus* [c] *fide in gratiam iſtam in qua ſtamus,* [d] *& gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolum autem, ſed & gloriamur in tribulationibus; ſcientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, qui datus eſt nobis.* Et iterum, *Quis nos ſeparabit a charitate Chriſti? tribulatio, an anguſtia, an perſecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut ſcriptum eſt, Quia propter te mortificamur tota die:* [e] *exiſtimati ſumus ſicut oves occiſionis. Sed in his omnibus ſuperamus per eum qui dilexit nos. Certus ſum enim quia neque mors, neque vita, neque angeli, neque principatus,* [f] *neque inſtantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro.* Hæc charitas diffuſa per Spiritus-ſanctum, fecit ut mundus fidelium mundum vinceret impiorum.

S. Proſperi.

Matt. 9. 13 Iſa. 9. 2. Efficacia gratiæ in rebellibus ſibi ſubdendis.

Rom. 5. 1. & ſeq.

Rom. 8. 35.

Pſ. 43. 24.

Hæc Neronis crudelitatem, Domitiani furorem, multorumque poſt eos Principum [g] rabiem glorioſo innumerabilium Martyrum fine confudit, donante Chriſto imitatoribus ſuis, de perſecutionibus regum æternarum ſtemmata coronarum.

CAPUT XVI.

Quod Chriſtus pro omnibus impiis mortuus ſit.

NUlla igitur ratio dubitandi eſt, Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum pro impiis & peccatoribus mortuum, a quorum numero [h] ſi aliquis liber inventus eſt, non eſt pro omnibus mortuus Chriſtus: ſed prorſus pro omnibus mortuus eſt [i] Chriſtus: nemo ergo omnium hominum ante reconciliationem quæ per Chriſti ſanguinem facta eſt, non [k] aut peccator aut impius fuit: dicente Apoſtolo, [l] *Ut quid enim Chriſtus, cum adhuc infirmi eſſemus, juxta tempus, pro impiis mortuus eſt? Vix enim pro juſto quis moritur, nam pro bono forſitan quis audeat mori: commendat autem ſuam charitatem Deus in nobis, quoniam ſi cum adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt, multo magis juſtificati ſanguine ipſius, ſalvi erimus ab ira per ipſum. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem Filii ejus, multo magis reconciliati ſalvi erimus in vita ipſius.* Idem autem Apoſtolus in ſecunda ad Corinthios ait, *Charitas enim Chriſti urget nos, judicantes hoc, quoniam ſi unus pro omnibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt: & pro omnibus mortuus eſt, ut & qui vivunt, jam non ſibi vivant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt & reſurrexit.* De ſe ipſo vero quid pronuntiet, audiamus: *Fidelis,* inquit, *ſermo, & omni acceptione dignus, quia Chriſtus venit in hunc mundum peccatores ſalvos facere, quorum primus ego ſum: ſed ideo miſericordiam conſecutus ſum, ut in me primo oſtenderet Chriſtus Jeſus omnem patientiam, ad informationem eorum qui crediturus ſunt illi in vitam æternam.*

Rom. 5. 6. & ſeq.

2. Cor. 5. 14. & ſeq.

Chriſtus mortuus pro omnibus.

1. Tim. 1. 15. & ſeq.

Sive ergo circumciſio, ſive præputium, peccato univerſaliter concludebatur, unuſque omnes reatus obſtrinxerat, & inter magis minuſque impios nemo erat qui poſſet abſque Chriſti redemptione ſalvari. Quæ redemptio univerſo ſeſe intulit mundo, & omnibus hominibus indifferenter innotuit. [m] Quandoquidem in die quinquageſimo ab illo Paſcha, in quo ſe hoſtiam Deo verus Agnus obtulerat, cum Apoſtoli & qui cum eis unanimes erant, repleti Spiritu-ſancto linguis omnium gentium loquerentur, conveniebat [n] excita miraculo diverſi generis hominum multitudo, ut Evangelium Chriſti in eis qui aderant, totus mundus audiret. Confluxerant autem, ſicut ſcriptum eſt, *Parthi, & Medi, Elamitæ, & Act. 2. 9. & ſeq.*

Omnes ſub peccato, & omnibus redemptio Chriſti innotuit.

a Sic Mſ. Jolienſis cum edit. Leonis. Editi antea, *Dominici agris ſegetis.*

b Sic reſtitutus locus ex Leonis libro, juxta textum utrumque Apoſtoli. Mſ. Jol. *ad Dominum per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Editi antea omiſerant *Deum per.*

c Mſſ. Jolienſis, & Thuan. *fidei.*

d Antehac editi. *Sed & gloriamur.* *Sed* omiſſum in Mſ. Jolienſi & Leone, nec in Apoſtoli textu hic legitur, ſed paulo infra.

e Mſ. Jolienſis, *eſtimati ſumus.*

f Mſ. Jolienſis, *neque inſtantia neque futura, neque Angeli, neque principatus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia.*

g Mſſ. Camb. & Jol. & Leonis edit. addunt, *rabiem.*

h Mſſ. Camb. & Jol. ac editio Leonis addunt, *ſi aliquis*, quorum defectu pendet ſententia in aliis libris. Lovanienſes ſuſpicati erant legendum cum ſenſu novo, *Nonne pro omnibus* &c. ut loci intellectus compleretur.

i Deeſt hic, *Chriſtus* in Mſſ. Camb. & Jolienſi, & editione Leonis: quæ vox in aliis habetur.

k Male in Editis aliàs, *non autem*. Correximus ex Mſſ. Camb. & Jolienſi, ac Leone.

l Ita Leonis editio: juxta Apoſtoli textum; cum in aliis codicibus, ſcribatur, *ſi enim.*

m Mſ. Jolienſis, *quando in die.*

n Mſ. Jolienſis, *excitata.*

& qui inhabitant Mesopotamiam, Judæam & Cappadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphiliam, Ægyptum & partes Libyæ quæ est circa Cyrenen, & advenæ Romani, Judæis quoque & Proselyti, Cretes & Arabes, audientes omnes linguis suis prædicari magnalia Dei: quorum testificatio etiam in eas gentes quæ remotiores sunt, longe lateque procurreret. Ad cujus rei effectum credimus providentia Dei Romani regni latitudinem præparatam: ut nationes vocandæ ad unitatem corporis Christi, prius jure unius consociarentur [a] imperii: quamvis [b] gratia Christiana non contenta sit eosdem limites habere quos Roma; multosque jam [c] populos sceptro crucis Christi illa subdiderit, quos armis suis ista non domuit. Quæ tamen per Apostolici sacerdotii principatum amplior facta est arce religionis, quam solio potestatis.

CAPUT XVII.

Nationes quibus nondum gratia Salvatoris illuxit, dispositа tempore vocandas esse ad Evangelium.

QUod si forte, quemadmodum quasdam gentes [d] non olim in consortium filiorum Dei novimus adoptatas; ita etiam nunc in extremis mundi partibus sunt aliquæ nationes, quibus nondum gratia Salvatoris illuxit: non ambigimus, etiam circa illas occulto judicio Dei tempus vocationis esse dispositum, quo Evangelium, [e] quod non audierunt, audient atque suscipient. Quibus tamen illa mensura generalis auxilii, quæ de super omnibus semper hominibus est præbita, non negatur: quamvis tam acerbo natura humana vulnere sauciata sit, ut ad cognitionem Dei neminem contemplatio spontanea plene valeat erudire; nisi obumbrationem cordis vera lux discusserit, quam inscrutabili judicio Deus justus & bonus, non ita in præteritis sæculis, quemadmodum in novissimis diebus effudit. Unde & beatus apostolus Paulus scribens Colossensibus, ait, *Mysterium quod absconditum fuit a sæculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis ejus, quibus voluit Deus notas facere divitias gloriæ sacramenti hujus [f] in gentibus, quod est Christus in vobis.* *Coloss. 1. 26 & 27.*

CAPUT XVIII.

Prioribus sæculis absconditam fuisse Gentibus gratiam Christi, non tamen Prophetis.

NUmquid hoc mysterium etiam Prophetis incognitum fuit? & illi per quos Spiritu-

a Alias editi, *impietatis*. Melius Mss. Camb. & Jol. ac Leonis editio, *imperii*.

b Ms. Jolienſis, *gratia Christi jam non contenta sit*.

c Olim editi, *populorum*. Mss. Camb. & Jol. & Leo, *populos*.

d Ita legitur in Mss. Camberon. & Jol. ac Leonis editione. In Prosperianis editis, *quod ante non norunt, in consortium*. Lovan. Duac. & Colon. in margine ex conjectura indicarunt, *quod non volunt*. Idemque ibidem monent quod *Tempore SS. Leonis & Prosperi* (Leonem addit editor operum Leonis, Prosperum dumtaxat aliis indicantibus) *ad Christum venere Scoti opera Cælestini: ut in fine libri contra Collatorem legitur*.

e Ita legimus in Ms. Jolienſi, & editione operum Leonis. In aliis libris Prosperi, *quod nondum viderunt, audiant atque suscipiant*.

f Lovan. editio habet, *in gentibus*. Alii omittunt præpositionem *in*, quæ legitur in textu Apostoli. Et sanctus loquebatur, ea quorum ab ipsis [g] fiebat denunciatio, nesciebant? Non ita plane intelligendum puto, sed ipsis Gentibus absconditum fuisse mysterium, quod Dominus quando voluit, & quibus voluit, revelavit. Nam de Vocatione gentium, quæ non erant populus Dei, & quibus prius non misertus est, nunc autem miseretur, in Deuteronomio ita dicitur: *Et vidit Dominus, & zelavit, & iratus est propter iram filiorum suorum & filiarum, & dixit, Avertam faciem meam ab eis, & ostendam quid erit in novissimo, quia generatio [h] perversa est, filii in quibus non est fides in illis. Ipsi in zelum compulerunt me [i] in hoc quod non est Deus, irritaverunt me in idolis suis: & ego in zelum incitabo eos in eis qui non erant gens, super gentem insipientem irritabo eos.* Et David hæc de adoraturis Deum omnibus gentibus præcinit, *Omnes gentes quascumque fecisti, venient & adorabunt coram te Domine, & glorificabunt nomen tuum.* Et iterum idem, *Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes [k] servient ei.* Et iterum, *Benedicentur in ipso omnes tribus terræ, omnes gentes magnificabunt eum.* Isaias quoque similia annunciat dicens: *Quoniam erit in novissimis diebus manifestus [l] mons Domini, & domus Dei in cacumine montium, [m] & exaltabitur super colles, & venient ad eum omnes gentes.* Et iterum idem, *Et faciet*, inquit, *Dominus Sabaoth omnibus gentibus in monte isto: bibent in jocunditate vinum, ungentur unguento in monte isto: tradet hæc omnia gentibus; hoc enim consilium super omnes gentes.* Et iterum idem, [n] *Et revelabit Dominus brachium suum sanctum in conspectu omnium gentium, & videbunt omnes gentes terræ salutem quæ a Domino est.* Et iterum, *Ecce advenæ ad te per me accedent, & ad te confugient.* Et infra, *Gentes quæ te non cognoverunt, invocabunt te; & populi qui te nesciunt, ad te confugient.* Osee quoque paria prophetat dicens, *Et erit in loco in quo dictum est eis, Non populus meus vos; ibi vocabuntur filii Dei vivi, & congregabuntur filii Juda & filii Israel [o] in idipsum.* Et iterum, *Miserebor non dilectæ, & dicam non populo meo, Populus meus es tu; & ipse dicet, Deus meus es tu.*

g

Gratia Christi prophetis revelata, gentibus abscondita.

Deut. 32. 19. & seq.

h i

Psal. 85. 9.

Ps. 71. 11.

k

Ibid. 7.

Isaiæ 2. 2.

l m

Isai. 25. 6. sec. LXX.

n

Isai. 52. 10

Isai. 54. 15 sec. LXX.

Isaiæ 55. 5 sec. LXX.

Osee 1. 10. & 11.

o

Osee 2. 23. & 24.

Sub Apostolis vero cum ii qui in Christum ex circumcisione crediderant, eos qui gentiles erant, dicebanturque præputium, justificationum gratiæ arbitrarentur participes esse non posse; docet beatus apostolus Petrus, quam indiscretus apud Deum uterque sit populus, si in unitatem fidei ambo convenerint. *Cum autem?* inquit, *cœpissem loqui, decidit [p] Spiritus-sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi Domini, sicut dicebat, Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu-sancto. Si ergo eamdem gra-*

Act. 11. 15. & seq.

p

infra Ms. Jolienſis, ut in eodem textu, *in vobis*, loco horum *in nobis*, quomodo alii codices exhibent.

g Editi alias, *fiebant denuntiationes*. Ms. Camb. & Jol. & Leonis editio, ut in texto nostro.

h Sic. Ms. Jolienſis & Leonis editio. Editi alii, *perversa est filiis*.

i Ms. Jolienſis, *in eo quod*: & infra, *qui non erant gentes*.

k Ms. Jolienſis, *magnificabunt eum*, idemque omittit sequentem Psalmographi auctoritatem.

l Ms. Jolienſis, *mons Domini in cacumine*, ceteris omissis. Vulgata, *mons domus Domini*.

m Ms. Jolienſis non habet particulam, *&*: nec postea. *idem*; sed, *Et iterum, Faciet*.

n Ms. Jolienſis, *Revelavit*, omisso *&*.

o Ms. Jolienſis, & olim Leonis codices, *ad ipsum*.

p Editio Leonis, *in Spiritu-sancto*: uti Græca Actuum.

gratiam dedit illis Deus; sicut & nobis qui credidimus in Dominum Jesum Christum; ego quis eram qui possem prohibere Deum? His auditis tacuerunt, & glorificaverunt Deum dicentes, Ergo & gentibus Deus pœnitentiam ad vitam dedit. Jacobus quoque apostolus de hac Vocatione gentium dicit: *Viri fratres, audite me, Simon narravit quemadmodum primum Deus visitavit sumere ex gentibus populum nomini suo. Et huic concordat verba Prophetarum, sicut scriptum est, Post hæc revertar, & reedificabo tabernaculum David quod cecidit, & diruta ejus ædificabo & erigam illud: ut requirant ceteri hominum Dominum, & omnes gentes super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc, notum a sæculo est Domino opus suum.* Simeon quoque ille, [a] cui responsum erat a Spiritu sancto, non eum visurum mortem, prius quam videret Christum Domini, de salute omnium gentium quæ in Christo revelabatur, hæ dixit, *Nunc* [b] *dimittis servum tuum, Domine, secundum verbum tuum in pace: quia viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti* [c] *ante faciem omnium populorum, Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* His & aliis testimoniis Scripturarum non dubie demonstratur, istam ditissimam, potentissimam, benignissimam gratiam, qua in novissimo mundi tempore omnes gentes in regnum Christi vocantur, prioribus sæculis in occulto Dei absconditam fuisse consilio.

Act. 15. 13. & seq.

Amos 9. 11

a

Luc. 2. 29. & seq.

b

c

CAPUT XIX.

Deus pro omni tempore vult omnes homines salvos fieri, aut generalibus donis, aut etiam peculiaribus.

ET cur hac manifestatione, qua nunc universis nationibus innotescit, antea revelata non fuerit, nullam posse [d] scientiam comprehendere, nullam intelligentiam penetrare, [e] cum tamen illud quod de bonitate Dei piissime creditur, quia *omnes homines velit salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*, non oporteat nisi perpetuum æternumque sentiri, secundum eas mensuras quibus Deus dona generalia specialibus novit cumulare muneribus: ut & qui exsortes gratiæ fuerint, de sua nequitia redarguantur; & qui ejus lumine enituerint, non in suo merito, sed in Domino glorientur.

d

e

1. Tim. 2. 4

CAPUT XX.

Objectio ex parvulis contra illud, Qui vult omnes homines salvos fieri.

IN hoc sane angusto quidem, sed tamen recto intelligentiæ tramite, non parum difficultatis opponit consideratio parvulorum, qui nullo judicio rationis utuntur, quo auctoris sui beneficia sentientes, ad agnitionem valeant veritatis accedere; nec videntur de neglecti opitulantis gratiæ juste argui, in illa ignorantia naturaliter constituti, quam dubium non est nullam recipere scientiam, nullam sentire doctrinam. Unde cum *omnes homines velit Deus salvos fieri*; quid est quod alienatur a salute perpetua tanta infantium multitudo, totque in his ætatibus hominum millia extra vitam relinquuntur æternam: quasi ad hoc tantum conditi sint ab eo qui neminem odiens creavit, ut quia in hunc mundum cum peccati carne venerunt, insolubilis culpæ vincula sine reatu propriæ actionis [f] inciderent? Quid hoc profundius, quid mirabilius esse potest? Neque enim credi fas est, eos qui regenerationis non adepti sunt [g] sacramentum, ad ullum beatorum pertinere consortium. Et magis stupendum, magisque fit mirum, quod ubi actio non offendit, ubi arbitrium non resistit, ubi eadem miseria, similis imbecillitas, causa communis est, [h] non unum est in tanta parilitate judicium, & quales reprobat abdicatio, tales adoptat electio.

1. Tim. 2. 4.

Sap. 11. 25

f

Parvuli mortui ante baptismum beatitudinis exortes.

g

h

CAPUT XXI.

Juste agi cum parvulis pereuntibus, tam in hoc sæculo, quam futuro, propter originale peccatum.

VErumtamen de hac altitudine discretionis Dei non conturbabitur [i] cor humilitatis nostræ, si firma & stabili fide omne judicium Dei justum esse credamus, nec appetamus habere cognitum, quod voluit esse secretum; ut ubi investigari non potest quare ita judicet, sufficiat scire quis judicet. Quamquam non ita incognoscibilis ista sit quæstio, [k] ut nihil inde eruditionis possimus adquirere, si ad contemplandum id quod videri potest, tranquillus sobrii cordis adhibeatur intuitus. Cum enim consideramus, inter paganos, inter Judæos, inter hæreticos, interque ipsos catholicos Christianos, quam multiplex pereat numerus parvulorum, quos, [l] quantum ad proprias pertinet voluntates, neque [m] boni aliquid, neque mali constat egisse; discimus super eos illam manere sententiam, quam humanum genus [n] in Adæ primi parentis prævaricatione excepit; cujus sententiæ rigor dum etiam circa tales non resolvitur, quam magnum illud peccatum fuerit, demonstratur. [o] Nemo autem putaretur non innocens nasci, nisi etiam talibus esset noxium non renasci.

i

k

l

m

n

o

De immaturitate vero mortis non est ratio conquerendi, cum semel in naturam nostram per peccatum ingressa mortalitas obnoxium sibi omnem vitæ nostræ fecerit diem. Esset enim, [p] quando secundum aliquem modum, immortalis dici homo

Immaturæ mortis parvulorum ratio

p

S. Prosperi.

a Mſ. Jolienſis, *qui responsum acceperat*: postea, *de salute vero . . . hæc dicit.*

b Sic Leonis editio juxta textum Evangelii. Editi Prosperi, *dimitte.*

c Mſ. Jolienſis, *secundum faciem.* Deinde, *in revelationem . . . . populi tui Israel.*

d Mſ. Camb. & Jol. & Leo, addunt recte *scientiam.*

e Supple ex capite præcedenti, *testimoniis Scripturarum non dubie demonstratur.*

f Editio Leonis, *inciderint.* Alii codices, *inciderent.*

g Mſ. Camb. & edit. Leonis, *sacramenta . . .* Alii *sacramentum.*

h Sic emendatur ex Mſ. Jolienſi, & editione operum Leonis. Alias editi Prosperi, *non unum esse de tanta parilitati judicem.*

i Ita legimus in Mſſ. Camberon. & Jol. & edit. Leonis. In aliis Prosperi libris, *cor nostrum.*

k Ita cum Mſſ. Camberon. & Jol. Leonis codex. Alias apud Prosperum, *ut nihil sit quod de ea eruditionis possimus acquirere.*

l Mſſ. Camberon. & Jolienſis non habent ista, *quantum ad proprias pertinet voluntates.* Alii codices habent illa.

m Editi, *bonum aliquid, neque malum.* In secundo casu ponunt, *boni . . . mali*, Mſ. Camberon. & Leonis editio.

n Ita habet editio Leonis. Mſſ. vero Camberon. & Jolienſis, *in Adæ prævaricatione fuisse it.* Editi Prosperiani, *prævaricatione primi parentis excepit.*

o Editio Leonis, *Nemo etiam.*

p Emendamus hic *quando*, ex Mſſ. Camb. & Jol. & Leone; ubi *quoniam* in editis ceteris Prosperi legitur.

posset, si esset tempus intra quod mori omnino non posset. Sed numquam corruptio ita incorruptionis est particeps, ut non semper obnoxium sit defectioni; quod debetur occasui. Vitæ hujus principium mortis exordium est, nec prius incipit augeri ætas nostra, quam minui. Cui si quid a [a] adjicitur spatii temporalis, non ad hoc accedit ut maneat, sed in hoc transit ut pereat. Quod ergo b [b] ab initio sui mortale est, qualibet occidat die, non contra legem mortalitatis occumbit, nec umquam ei vicinius est posse vivere, quam posse deficere. Quamvis autem ex una causa omnium hominum c [c] sit orta mortalitas, non in unam tamen, sed in multiplicem imbecillitatem corruptibilis natura distrahitur. Et sive morbis, sive debilitatibus, sive vulneribus, non solum anni aut menses, vel dies ætatis humanæ, sed & omnes horæ, omniaque momenta subjecta sunt. Nec est aliquod mortis genus, aut ullus obeundi modus, qui non intra universitatem mortalium in aliquam incidat portionem. Manet enim *grave jugum super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, in diem sepulturæ in matrem omnium.* *Eccli.40.1*

CAPUT XXII.

Divina justitia cuilibet mensuram & modum miseriæ ordinat.

SEd hujus asperrimi jugi pondera, non ita in Adæ filios irruerunt, ut divina justitia d [d] nihil eis suæ dimensionis adhiberet, quæ defectionum legibus ita defectura e [e] subjecit, ut ab eis moderationum suarum non averteret potestatem: f [f] nec ideo omnia omnes inciderent mala, quia per communem conditionem omnes omnibus subjacerent: sed ut generali necessitate variata causas sibi Dominus indulgentiæ correptionisque servaret, esset que in uno omnium debito quod & misericors remitteret, & justus exigeret. Cum igitur justa & omnipotens providentia Dei incessabiliter universa dijudicet, & nemo in hunc mundum veniat, neque ab hoc mundo exeat, nisi eo ortu g [g] atque discessu, quem rerum arbiter secundum altissimam scientiam suam sapientiamque decernit, sicut scriptum est in libro Job; *Quis ignorat quod omnia hæc manus Domini fecerit, in cujus manu anima omnis viventis & spiritus universæ carnis hominis?* & iterum, *Breves dies hominis sunt, & numerus dierum ejus apud te est:* quis audeat causas operum & consiliorum ejus inquirere? Inscrutabile enim est, valdeque secretum, cur tantis differentiis conditio humana variata sit. Illum ab infantia usque h [h] in senectutem longæva carpit infirmitas, nec inter perseverantes dolores statutæ deficit tempus ætatis: illum integris valentem viribus annosissimus vigor vegetat. Huic in pueritia finis est, illi in adolescentia. Huic ultra juventutem non licet progredi, illi impossibile est usque ad loquendi rudimenta grandescere. Quas vitæ metas multiformiter inæquales, minus acerbas experiretur caduca mortalitas, si præsentis tantum sæculi detrimenta pateretur; & non in æternas miserias caderent, qui hinc sine lavacro regenerationis exissent. *Job.12.9.* *Job.14.5.* Mensura miseriarum unicuique a Deo ordinata. Parvulorum sine baptismo decedentium æternæ miseriæ.

CAPUT XXIII.

Parvulis pereuntibus generalis gratia tribuitur, dum ea parentibus datur.

SEd cum i [i] inscrutabilior sit causa donorum quæ gratia tribuit, quam miseriarum quas natura promeruit, ipsa nos intelligentiæ difficultas ad nostrum remittit auctorem. Et cum quærimus, Quomodo omnes homines salvos fieri velit, qui non omnibus illud tempus k [k] impertit, in quo per voluntariam fidem percipiendæ gratiæ sint capaces; non irreligiose arbitror credi, neque inconvenienter intelligi, quod isti paucorum dierum homines ad illam pertineant gratiæ partem, quæ semper universis est impensa nationibus: qua utique si bene eorum uterentur parentes, etiam ipsi per eosdem juvarentur. Omnium namque exordia parvulorum, totaque illa principia necdum rationalis infantiæ, subarbitrio jacent voluntatis alienæ, nec ullo modo eis nisi per alios consuli potest: & consequens est illos ad eorum pertinere consortium, quorum vel recto vel pravo aguntur affectu. Sicut enim ex aliena confessione credunt, ita ex aliena infidelitate aut dissimulatione non credunt. Et cum ipsi nec præsentis vitæ desiderium l [l] habuerunt, nec futuræ; quam ipsorum factum est nasci, tam ipsorum efficitur non renasci. Sicut autem circa majores, præter illam generalem gratiam parcius atque occultius omnium hominum corda pulsantem, excellentiore opere, largiore munere, m [m] potentiore virtute vocatio specialis exeritur; ita etiam circa innumeros parvulos eadem manifestatur electio. Quæ quidem n [n] nec illis qui renati non sunt in parentibus defuit, sed iis qui renati sunt, præ parentibus adfuit: ita ut multis sæpe quos o [o] suorum impietas deseruit, alienorum cura servierit, & ad regenerationem venerint per extraneos, quæ eis non erat providenda per proximos. *1.Tim.2.4* Gratia specialis præter generalem.

CAPUT XXIV.

Non esse justam querelam ex discretione parium parvulorum, sed magnam divinæ justitiæ & gratiæ Christi commendationem.

IN quo opere gratiæ, quis nisi arrogantissimus p [p] atque vanissimus de divina justitia conqueratur, quod non omnibus parvulis similis providentia consulat, omniaque pericula, quæ morituros regenerationem prohibere possunt, aut potestate submoveat, aut miseratione præveniat? Quod utique erga omnes q [q] fieret, si ita fieri omnino deberet. Non autem latet, quantum

a Editio Leonis, *adjiciatur*. Alii codices, *adjicitur*.
b Sic Mss. Camberon. & Jol. cum edit. Leon. Alii, *ab initii sui die*.
c Ms. Jolienſis, *sit ista mortalitas*.
d Apud Leonem, *nihil ei*, id est jugo. Alii, *nihil eis*: refer ad *pondera*.
e Ms. Jolienſis, *subegit*.
f Mss. Camberon. & Jolienſis cum Leone addunt, *nec*.
g Ms. Jolienſis, *decessu*: postea Ms. Camb. *quæ*.
h Ms. Jolienſis, *ad senectutem longævam*.
i Sic Mss. Camberon. & Jol. & edit. Leon. Alii, *inscrutabilis sit causa tam donorum, quam miseriarum*.
k Ms. Camberon. *impertitur*.
l Ms. Jolienſis, *habuerint*.
m Ms. Jolienſis, *potentiore justitia*.
n Ms. Jolienſis, *nec in illis . . . sed in his qui*.
o Ms. Jolienſis, *suorum pietas*.
p Ms. Jolienſis, *atque inanissimus . . . conquiratur . . . simili providentia*.
q Editi, *ita fieret*. Mss. Jol. & Leonis editio non habent, *ita*, hoc loco.

a tum [a] cordibus fidelium desidiæ gigneretur, si in baptizandis parvulis nihil de cujusquam negligentia, nihil de ipsorum esset morte metuendum: quandoquidem ut tales baptismo fraudarentur, nullo modo posset accidere. Hac vero tam inamissibili felicitate infantium, vehementissime opinio illius roboraretur erroris, qui gratiam Dei secundum merita hominum dari, audet contra fidem catholicam prædicare. Videretur quippe inculpabili innocentiæ hoc tota æquitate deberi, ut neminem eorum adoptio præteriret, quos nullus reatus obstringeret: nec impie a quodam de parvulorum baptismo dictum fuisset, *Habet gratia quod adoptet, non habet unda quod diluat*. Sed hoc detestabiliter prædicatum omnes discipuli veritatis intelligunt: & inde manifestum est, eos qui salvi fiunt, non merito, sed gratia liberari, quia sine baptismo mortuos periisse non dubium est. Qui utique nisi gravissimi peccati essent participes, non perirent. Nunc autem occulta quidem Dei discretione, sed justa, sic ostenditur & quid conferat gratia, & quid prævaricatrix mereatur natura: ut nec contra donum elevetur superbia, nec contra periculum cesset industria.

Dogma Pelagianum.

CAPUT XXV.

Deum ob generalem gratiam omni tempore velle omnes salvos fieri: at peculiari gratia quosdam tantum.

SIve igitur novissima contemplemur, sæcula, seu prima, seu media; rationabiliter & pie creditur, omnes homines salvos fieri Deum velle, semperque voluisse, & hoc non aliunde monstratur, quam de iis beneficiis [b] quæ providentia Dei universis generationibus communiter atque indifferenter impendit. Fuerunt enim ac sunt [c] hujusmodi dona ita generalia, ut [d] ipsorum testimonio ad quærendum verum Deum possent homines adjuvari: quibus donis auctorem suum per omnia sæcula protestantibus, specialis gratiæ largitas superfusa est. Quæ licet copiosius nunc quam ante præstetur; causas tamen distributionum suarum Dominus apud scientiam suam tenuit, & intra secretum potentissimæ voluntatis occuluit: quæ si omnibus uniformiter affluerent, non laterent; & quam nulla est ambiguitas de benignitate generali, tam de speciali misericordia nihil quod stupendum esset, existeret: ac proinde illa esset gratia, ista non esset. Deo autem placuit & hanc multis tribuere, & illam a nemine submovere; ut ex utraque appareat non negatum universitati, quod collatum est portioni, sed in aliis prævaluisse gratiam, in aliis resiluisse naturam.

b Gratia generalis ad verum Deum agnoscendum.

c

d

Gratia specialis non est omnibus communis.

CAPUT XXVI.

Quod in omni justificatione gratia quidem principaliter præemineat, sed voluntas ei subjungatur: quia gratia primo sibi, tamquam receptricem & famulam donorum suorum, præparat voluntatem.

HAnc quippe abundantiorem gratiam [e] ita credimus atque experimur potentem, ut nullo modo arbitremur esse violentam, [f] quod quidquid in salvandis hominibus agitur, ex sola Dei voluntate peragatur; cum etiam ipsis parvulis per alienæ voluntatis subveniatur obsequium. [g] Gratia quidem Dei illa in omni justificatione principaliter præeminet, suadendo exhortationibus, movendo exemplis, terrendo periculis, incitando miraculis, dando intellectum, inspirando consilium, corque ipsum illuminando, & fidei affectionibus imbuendo: sed etiam voluntas hominis subjungitur ei atque conjungitur, quæ ad hoc prædictis est excitata præsidiis, ut divino in se cooperetur operi, & incipiat exercere ad meritum, quod de superno semine concepit ad studium; de sua habens mutabilitate si deficit, de gratiæ opitulatione si proficit. Quæ opitulatio per innumeros modos, sive occultos, sive manifestos, omnibus adhibetur; & quod a multis resutatur, ipsorum est nequitiæ; quod autem a mutis suscipitur, & gratiæ est divinæ, & voluntatis humanæ. Sive igitur initia, sive profectus fidelium, sive usque in finem [h] perseverantiam cogitemus, nullum genus nulla species cujusquam virtutis occurret, quæ vel sine dono divinæ gratiæ, vel sine consensu nostræ voluntatis habeatur. Ipsa enim gratia hoc omni genere medendi atque auxiliandi agit, ut in eo quem vocat, primam sibi receptricem & famulam donorum suorum præparet voluntatem. Nam virtus nolentium nulla est, nec potest asseri vel fidem, vel spem, vel charitatem eis inesse, quorum ab his bonis consensus alienus est.

e Gratiæ officium, & efficacia.

f

g

h

Voluntas famula gratiæ.

CAPUT XXVII.

Consensum voluntatis per gratiam gigni, non solum ex doctrina & illustratione, sed etiam ex terrore & metu.

HUnc autem consensum non solum cohortatio prædicantium & incitamenta doctrinæ, sed etiam metus gignit: propter quod scriptum est, *Principium sapientiæ timor Domini*. Qui quantislibet terroribus inferatur, non aliud agit, quam ut quem fecerit timentem, faciat & volentem, nec solum volentem, sed etiam sapientem. Unde & illud scriptum est, *Beatus cui donatum est habere timorem Dei*. Quid enim tam beatificum, quam hic timor, qui genitor eruditorque sapientiæ est? In cujus utique devotione devota est & voluntas, [i] quæ auctore gratiæ eodem proficit

Prov. 9. 10.

Eccli. 15. 18.

i

a Alias editi, *cordibus* absque *in*: & post aliquot verba, *de ipsorum esset mortalitate*. Lectionem nostram hausimus ex Ms. Jolienſi & editione Leonis.

b Sic Ms. Camberon. & Leonis editio. Editiones vero Prosperi, *eaque providentia Dei, quam* &c.

c Ms. Jolienſis, *ejusmodi dona ista generalia*.

d Ita Mss. Camberon. & Jol. & Leonis editio. Editi alias, *per ipsorum testimonia*.

e Mss. Thuan. Camb. & Jol. *ita credimus benignam*.

f Ita editio Leonis. Mss. Thuan. & Jol. *quod si quid*. Ms. Camb. *quod si quid*. Editi Prosperiani, *quo quidquid*.

g Mss. Jol. & Camb. *Gratia quidem illa in omni justificatione principaliter præeminet*. Editi nostri, *Gratia quidem Dei in omnibus justificationibus*. Leonis editio, *Gratia quidem Dei illa in omnibus justificationibus*.

h Sic Mss. Camberon. & Jol. cum Leone. Editi alias, *perseverantium cogitemus genus, nulla species*. Iidem postea, *occurrit*.

i Ms. Jolienſis, *quæ auctore eodem proficit timore*. Ms. Camberon. *quo auctore, eodem proficit timore*.

Timor sapientiam gignit.

ficit timore, quo cœpit. Cum ergo hic timor etiam per quamdam vim magni terroris immittitur, non ibi ratio extinguitur, nec intellectus auferetur; sed illa potius quæ mentem premebat caligo discutitur, ut voluntas depravata prius atque captiva, recta efficiatur & libera. Unde sicut animus nihil virtutis capit, nisi radium veri acceperit luminis; ita gratia nihil ei quem vocat confert, nisi oculos in eo aperuerit voluntatis. Quæ in plerisque, sicut superius disputatum est, ab ipso initio sui ardentissima, [a] citis & magnis ditatur augmentis, in plerisque autem tarde cunctanterque proficiens, vix ad ea incrementa provehitur, quæ idoneam ad perseverandum habeant firmitatem. Dicit quidem Dominus, *Joan.6.44.* *Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, adtraxerit eum.* Sed hoc ideo dictum est, ut illam fidem, sine qua nemo ad Christum venit, ex Patris haberi munere noverimus, secundum illud quod apostolo [b] Petro dicitur; *Beatus es Simon Bar-Jona, quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cœlis est.* Qui in cordibus trahendorum hoc egit ut crederent, hoc effecit ut vellent. Non enim esset unde traherentur, si sequaces fide & voluntate non essent: quoniam qui non credunt, nec trahuntur omnino, nec veniunt; neque accedunt qui dissentiunt, sed recedunt. Qui ergo veniunt, amore ducuntur: dilecti enim sunt, & dilexerunt; quæsiti sunt, & quæsierunt, & quod eos voluit Deus velle, voluerunt.

Matt. 16. 17.

Fides qua venitur ad Christum inspiratur a Deo.

CAPUT XXVIII.

Posse eos qui gratia Dei in Christum credunt, non credere, & eos qui perseverant, a Deo recedere.

[c] QUi ad obediendum sibi, ipsum velle sic donat, ut etiam a perseveraturis illam mutabilitatem quæ potest nolle, non auferat. Alioquin nemo umquam fidelium recessisset a fide, neminem concupiscentia vinceret, neminem tristitia elideret, neminem iracundia debellaret, nullius charitas refrigesceret, nullius patientia frangeretur, & collatam sibi gratiam nemo negligeret: sed quia hæc possunt fieri, & in consensum talium tentationum facilis nimium procliviſque descensio est, numquam debet in auribus fidelium vox illa Domini non sonare, qua Apostolis dicitur, *Vigilate & orate, ne intretis in tentationem.* Ubi si de vigilando tantum, non etiam de orando discipulos admoneret, solas liberi arbitrii vires videretur hortatus. Sed cum addidit, *& orate*; satis docuit superni futurum muneris ut eos etiam vigilantes tentationis procella non vinceret. Tale est & illud quod ait, *Simon, Simon, ecce satanas postulavit ut vos [d] cerneret velut triticum. Ego autem rogavi pro te, ne deficiat fides tua; & tu tandem conversus, confirma fratres tuos, & rogate ne intretis in tentationem.* Si ergo defectura erat fides tanti Apostoli, [e] nisi pro eo Christus oraret; inerat ei proculdubio mutabilitas, quæ posset in tentatione [f] nutare; & non ita jam perseverantiæ fuerat virtute solidatus, ut nullis periculis esset obnoxius. Si quidem tam gravis eum perturbatio etiam post ista concusserit, ut in Caiphæ domo unius ancillæ interrogatione pavefactus, usque ad trinam negationem [g] Christi, cui commoriturum se sponderat, constantia deficiente perductus sit. Qui ergo tunc conturbatum cor Apostoli non humanis, sed divinis convenit oculis, & ad largos pœnitudinis fletus potenti incitavit adspectu; potuit hanc firmitatem animi præcipuo conferre discipulo, ut sicut ipsum Dominum nihil ab explendæ Passionis proposito deterrebat, ita nec beatum Petrum ulla tunc formido superaret. Sed hæc stabilitas illius tantummodo propria fuit, qui solus vere potenterque dicebat, *Potestatem habeo ponere animam meam, & potestatem habeo iterum [h] sumere eam.* In ceteris vero hominibus, donec *caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem*, & donec *spiritus quidem promptus est, caro autem infirma*, incommutabilis animi fortitudo non potest reperiri. Quoniam non hujus, sed alterius vitæ est [i] veræ pacis perfecta & secura felicitas: in præsentis autem agonis incerto, ubi tota vita tentatio est, & [k] ab insidiantis superbia nec ipsa est tuta victoria, mutabilitatis periculo non caretur. Et licet innumeris [l] sanctis suis donet virtutem perseverandi usque in finem divina protectio, a nullis tamen [m] aufert quod ipsis repugnat ex ipsis: ut in omnibus studiis eorum atque conatibus semper inter se velle & nolle [n] decertent.

Luc.21.31

Joan. 10. 18.

Gal. 5.17. *Matt. 26. 41.*

Job. 7.

Quam compugnantiam idem beatissimus Petrus etiam in ipsa palmarum omnium consummatione perpessus est. Si quidem hoc [o] ipsi Dominus protestetur & dicat, *Amen, amen dico tibi; quando juvenis eras, præcingebas te, & ambulabas ubi volebas, cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te præcinget, & ducet quo tu non vis. Hoc autem [p] dixit, significans qua morte glorificaturus esse Deum.* Quis ergo ambigat, quis ignoret hanc fortissimam petram, quæ ab illa principali petra communionem & virtutis sumpsit & nominis, hoc desiderium semper habuisse, ut ei moriendi pro Christo constantia donaretur? Verumtamen ita inevitabilis erat obluctatio trepidationis, [q] ut vir martyrii avidissimus, adepturus quidem denunciaretur victoriam passionis, sed non sine tentatione formidinis. Merito igitur non solum ab incipientibus, verum etiam a [r] provectis

Joan.21.18 & 19.

Matt. 16. 18.

a Editi nostri antea *sitis*. Melius *citis*. per *c*. ex Mss. Camb. & Jol. & edit. Leonis: cum correspondeat statim, *tarde cunctanterque*.

b Recte Mss. Camb. & Jol. cum Leone addunt. *Petro*. qua voce carent Editi nostri.

c Ms. Camberon. *Quia*.

d Ms. Jolienſis, *expostulavit ut vos cribraret*; Ms. Camb. *postulavit, ut vos cribraret*. De voce *cerneret*, quam habent Editi nostri & Leonis, vide supra pag. 885. in nota C. Idem Camb. & Leonis editio *rogate*, pro *roga*, in aliis.

e Mss. Camberon. & Jol. *nisi pro ea*.

f Alias in Leone, & in Colon. edit. Prosperi, *mutare*.

g Ms. Jol. *ejus cui*. Deinde alias *moriturum*. Leonis edit. *commoriturum*.

h Ms. Jolienſis, *sumendi eam*.

i Sic Mss. Camberon. & Jol. & Leonis editio. Nostri codices excusi *vere perfecta*.

k Editi Prosperiani, *ab insidianti superbia*. Mss. Camb. & Jol. & Leo ut supra.

l Ms. Jol. caret voce, *sanctis*.

m Mss. Camb. & Jol. *auferetur*.

n Editi Prosperi, *decertet*. Mss. Camb. & Jol. ac Leo, *decertent*.

o Alias excusi, *ipse Dominus*. Mss. Camb. & Jol. & edit. Leonis, *ipsi Dominus*.

p Ms. Jolienſis, *dicebat*.

q Ms. Jolienſis, *ut viro martyrii avidissimo adepturo quidem denuntiaretur victoria passionis*.

r Ita Mss. Camb. & Jol. cum Leo. Alii, *provectissimis*.

ctis sanctis uniformiter Domino supplicatur, & dicitur, *Ne nos* [a] *inducas in tentationem, sed libera nos a malo.* Universis enim qui in fide & dilectione permanent, ab ipso donatur ne in tentatione superentur, ut *qui gloriatur, in Domino glorietur.* Ipsamque [b] gloriam iisdem quibus eam impertit, adscribit; ut quamvis auxilio Dei steterint, tamen, quia in se habebant unde caderent, ipsorum sit meritum quod steterunt. Igitur sicut qui crediderunt, juvantur ut in fide maneant: sic & qui nondum crediderunt, juvantur ut credant. Et quemadmodum illi in sua habent potestate ut exeant; ita & isti in sua habent potestate ne veniant. Fitque manifestum quod diversis atque innumeris modis *omnes homines vult* Deus *salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*: sed qui veniunt, Dei auxilio diriguntur; qui non veniunt, sua pertinacia reluctantur.

Matt.6.21

a Perseverantia est Dei donum.

1.Cor.1.31

b

1.Tim.2.4

CAPUT XXIX.

Promissio benedictionis omnium gentium ita completur quotidie, ut nec pereuntibus sit excusatio justa, nec salvatis de sua justitia gloriatio.

Quamvis [c] enim multi amantes tenebras suas, splendorem non recipiant veritatis, & multi qui illuminati fuerant, tenebrescant; *verbum* tamen *Dei manet in æternum*, & de promissionis veritate nihil excidit. Intrat quotidie præscita & promissa gentium plenitudo, & in Abrahæ semine omnis gens, omnis tribus, omnis lingua benedicitur. Quod enim Pater Filio dedit, Filius non amittit, neque quisquam potest de manu ejus [d] rapere quod accepit. *Firmum fundamentum Dei stat*, & mansuri in æternum templi ædificatio non vacillat, prætenta super omnes veritate & misericordia Dei: a quo quod & nemini negatur, & nulli debetur, in iis quos promisit, efficitur. Ipse enim *operatur omnia in omnibus*: sed omnia proculdubio justa & bona. *Universæ* enim *viæ Domini misericordia & veritas.* Qui sicut præscivit ante sæcula, quanta totius mundi hominum multitudo vel communibus [e] usa donis, vel specialibus adjuta præsidiis, declinans tamen ab itinere veritatis & vitæ, ingressura esset latitudinem erroris & mortis: ita semper prægnitum habuit, quantus piorum numerus per opem gratiæ, & per servitutem obedientiæ ad æternam beatitudinem pertineret: ut nullo excidente de plenitudine promissorum; qui nec [f] provectu erat fallendus, nec auxilio defuturus, eos glorificaret præ omnibus quos elegit ex omnibus. Universitati quippe hominum, quod abunde probavimus, ita multiplex atque ineffabilis bonitas Dei consuluit semper & consulit, ut neque ulli pereuntium excusatio suppetat de abnegato sibi lumine veritatis, neque cuiquam sit liberum de sua justitia gloriari: cum & illos propria nequitia demergat ad pœnam, & istos Dei gratia perducat ad gloriam.

1.Tim.2.4

c

Isa.40.8.

Joan.6.39. & 10.29.

d

2.Tim. 2. 18.

i

1.Cor. 12. 6.

Ps. 24.10.

e

f

CAPUT XXX.

Repetitio primi capitis libri secundi.

Quod itaque in principio secundi hujus voluminis insinuavimus, hoc nunc iterum commendamus, ut cum de gratiæ profunditate & altitudine disputatur, [g] tribus illis saluberrimis & veracissimis definitioniobus simus innixi. Quarum una profitetur æternum & proprium divinæ esse bonitatis, ut omnes homines salvos fieri velit, & in agnitionem veritatis venire. Alia simul prædicat, omnem hominem qui salvus fit, quique in agnitionem veritatis venit, Dei auxilio juvari & regi, utque in fide quæ *per dilectionem operatur*, permaneat, custodiri. Tertia vero temperanter & sobrie protestatur, non omnem voluntatis Dei comprehendi posse rationem, & multas divinorum operum causas ab humana intelligentia esse subductas: ut cum in temporibus, in nationibus, in familiis, in parvulis, in nondum natis [h] & geminis quædam aut varie aut insigniter gesta noscuntur, non ambigamus ea ex illis esse, quæ justus & misericors Deus in hoc transituro sæculo noluit sciri. Quod quidem ad utilitatem nostram dispositum sentiendum est: ut quoniam, [i] *spe salvi facti sumus*, cui præparavit Deus *quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit*; sicut constanter credimus videndum quod nondum videmus, ita patienter [k] exspectemus intelligendum quod nondum intelligimus. Si ergo cesset insidiosa malignitas, si insolens præsumptio conquiescat; his recte, ut arbitror, [l] pertractatis, nullius supereſt causa certaminis, neque ultra necesse est nos interminabilibus quæstionibus occupari.

g

1.Tim.2.4

Gal.5.6.

h

i

Rom.8.24. 1.Cor.2.9.

k

l

CAPUT XXXI.

Omnibus sæculis adfuisse omnibus hominibus generalem Dei bonitatem: sed tantum salvandis peculiarem gratiam.

Elaboratum est enim, quantum Dominus adjuvit, ut non solum in noviſſimis diebus, sed etiam in cunctis retro sæculis probaretur, gratiam Dei omnibus hominibus adfuisse, providentia quidem pari & bonitate generali; [m] sed multimodo opere, diversaque mensura: quoniam sive occulte, sive manifeste, ipse est, ut Apostolus ait, *Salvator omnium hominum, maxime fidelium.* Quæ sententia subtilissimæ brevitatis & validissimi roboris si tranquillo consideretur intuitu, totam hanc, [n] de qua agimus, controversiam dirimit. Dicendo enim, *Qui est Salvator omnium hominum*; confirmavit bonitatem Dei super universos homines esse generalem. Adjiciendo autem, *maxime fidelium*; ostendit esse partem generis humani, quæ merito fidei divinitus inspiratæ, ad summam atquæ æternam salutem specialibus beneficiis provehatur. Quod uti-

m

1.Tim.4. 10.

n

Specialis gratia datur electis

a Mss. Camb. & Iol. & antiquæ Leonis editiones, *inferas*.

b Editio Leonis operum, *victoriam*.

c Editi alias, *autem*. Mss. Camb. & Jol. & Leo, *enim*.

d Mss. Camb. & Jol. *rapere*. Alii, *eripere*.

e Ms. Jolienſis, *adjuta donis*.

f Ms. Jolienſis, *proventu*.

g Editio Leonis, *primis illis*.

h Sic Mss. Camb. & Jol. ac Leo. Alii, & olim Leonis libri, *& genitis*. Infra Editi, *non ambigimus*: ubi mox citati codices, *non ambigamus*. Et adhuc inferius Ms. Camb. *tranſitorio*, pro *tranſituro*.

i Mss. Camb. & Jol. cum Leone ſupplent vocem hanc, *ſpe*, quæ in aliis deficiebat. Leonis editio, *quibus*, pro *cui*: Spei intellige.

k Ms. Jolienſis, *expectamus*.

l Ms. Jolienſis, *retractatis*.

m Ms. Camberon. *multimoda diverſaque menſura*. Sic alias & in Leone.

n Editi, *de qua egimus*. Ms. Jolienſis, & Leonis editio, *agimus*.

utique nulla iniquitate agitur juſtiſſimi & miſericordiſſimi Dei, cujus judicium in his diſpenſationibus non cum arrogantia diſcutiendum, ſed cum tremore laudandum eſt.

CAPUT XXXII.

Inter fideles varios eſſe gradus munerum Dei: idque non ex meritis eorum, ſed juſto & latenti Dei judicio.

SIquidem in ipſis quoque fidelium populis, quod jam ſuperius oſtenſum eſt, non eadem omnibus, nec paria conferantur, & ante ulla humanorum pondera meritorum, diſſimillima divinorum menſura ſit munerum. Si enim de parentum carnalium judiciis conqueri non audemus, cum aliquos filios ſuos ante ulla morum examina, ante aliqua pietatis obſequia, indulgentiore amplectuntur affectu; [a] ſi in dominis quoque erga famulos libera eſt diſpoſitio, nec juſte a quoquam reprehenditur, qui de unius conditionis familia quoſdam ſibi quos benignius honeſtaret, & quos [b] liberalius erudiret, elegit: numquid de ſummi Patris & veri Domini benevolentiſſima æquitate cauſſandum eſt, quod in magna domo ejus innumeris differentiis univerſa variantur? Cumque nemo aliquid boni habeat, quod non ille donaverit, non omnes tamen iiſdem virtutibus micant, aut eadem chariſmatum dote ditantur. Nec poſſumus hanc diverſitatem graduum cauſſis aptare meritorum: cum totius boni meriti principalis cauſſa ſit gratia, de cujus opibus ſumitur quidquid in ſingulis probabile reperitur.

Gratia eſt principalis cauſſa meriti.

CAPUT XXXIII.

Nemo perit, qui perire non debet: ſed omnes ab æterno electi ſalvi fiunt.

SIcut ergo de iis quæ intra Eccleſiam multiformiter Spiritus ſanctus operatur, impium eſt ullam querelam corde concipere: ita etiam de illa providentia quæ infidelibus præſidet, nullatenus murmurandum eſt. Quoniam & juſtus & bonus arbiter nec voluntatis iniquæ eſt, nec diſcretionis incertæ, ut ſub immenſa [c] omnipotentis Dei miſericordia atque juſtitia putemus quod quiſquam pereat, qui perire non debeat. Nulla pars mundi ab Evangelio vacat Chriſti. Et licet illa generalis vocatio non quieſcat, tamen etiam iſta ſpecialis jam univerſis eſt facta communis. Ex omni gente, & ex omni conditione adoptantur quotidie millia ſenum, millia juvenum, millia parvulorum: & [d] effectibus gratiæ Chriſtianæ, etiam ipſa quibus mundus adteritur, arma famulantur. Quam multos enim qui in tranquillitate pacis ſacramentum baptiſmatis ſuſcipere differebant, ad aquam regenerationis confugere inſtantis periculi metus impulit; & lentis tepidiſque animis quod diu cohortatio quieta non ſuaſit, minax ſubite terror extorſit? Quidam Eccleſiæ filii ab hoſtibus capti, dominos ſuos Chriſti Evangelio manciparunt, & quibus conditione bellica ſerviebant, eiſdem fidei magiſterio præfuerunt. At alii barbari dum Romanis auxiliantur, quod in ſuis locis noſſe non poterant, in noſtris [e] didicere regionibus, & ad ſedes ſuas cum Chriſtianæ religionis [f] inſtitutione remearunt. Ita nihil obſiſtere divinæ gratiæ poteſt, quominus id quod voluerit impleatur; dum etiam diſcordiæ ad unitatem trahunt, & plagæ in remedia vertuntur; ut Eccleſia unde metuit periculum, inde ſumat augmentum.

Gratia ſpecialis Evangelicæ prædicationis omnibus jam communis.

Ad quoslibet igitur rerum humanarum exitus ſe noſtra convertat inſpectio, nulla ſæcula, nulla negotia, nullos generationum ortus atque deceſſus ab æternis & inſcrutabilibus judiciis Dei vacare reperiet. Omnes varietatum compugnantiæ, & univerſæ diſſimilium [g] proventuum cauſſæ, quas inveſtigare & diſcernere non valemus, in illa æterna ſcientia ſimul notæ, ſimulque diviſæ ſunt. Et nihil ibi inordinatum eſt, etiam de necdum exiſtentium qualitatibus actionum. Quoniam non eſt in Deo accidens motus, aut nova voluntas, aut temporale conſilium, nec cogitatio ejus cum rerum mutabilium inæqualitate variatur, ſed cuncta pariter tempora & temporalia, ſempiterno ac ſtabili comprehendit intuitu, & omnibus omnia jam retribuit, [h] qui quæ ſunt futura, jam fecit. Hinc illud eſt beati Pauli apoſtoli ſcribentis ad Epheſios, *Benedictus Deus & Pater Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpiritali in cæleſtibus in Chriſto, ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu ejus in charitate. Qui prædeſtinavit nos in adoptionem filiorum per Jeſum Chriſtum, [i] ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ, in laudem gloriæ gratiæ ſuæ*, & cetera, [k] quæ ſub ejuſdem ſenſus prædicatione connectit, docens donum atque opus gratiæ in æterno ſemper Dei manſiſſe conſilio, omneſque adoptionis filios non ſolum [l] in eo tempore quo jam exiſtentes vocati ſunt, ſed etiam prius quam mundus [m] conſtitueretur, electos. In qua electione quidquid hominum in Chriſto præcognitum non eſt, nulla eidem ratione ſociabitur. Omnes enim qui in regnum Dei de cujuslibet temporis vocatione venturi ſunt, in iſta, quæ ſecula cuncta præceſſit, adoptione ſignati ſunt. Et ſicut nullus infidelium in hac ſorte numeratur, ita nullus piorum [n] ab hac benedictione diſcretus eſt. De plenitudine quippe membrorum corporis Chriſti, præſcientia Dei, quæ falli non poteſt, nihil perdit, & nullo detrimento minui poteſt ſumma præcognita, atque in Chriſto ante ſæcula æterna prælecta, ſicut ad Timotheum ſcribens Apoſtolus dicit, *Collabora Evangelio ſecundum virtutem Dei, qui nos liberavit & vocavit vocatione ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum*

Omnium rationes in Deo æternæ, & immutabiles.

Electio ſalvandorum facta ab æterno

Epheſ. 1. 3. *& ſeq.*

2. *Tim.* 1. 8. *& 9.*

a Mſ. Jolienſis ſupplet particulam, *ſi*, quæ eſt etiam in Leone.

b Editi, *liberius*, emendantur ex Mſ. Jolienſi, & Leone.

c Mſ. Jolienſis omiſſis his, *omnipotentis Dei*, habet, *miſericordia ejus*.

d Duac. & Colon. *affectibus*. Alii, *effectibus*.

e Mſ. Jolienſis & Leonis editio, *cognovere*. Alii, *didicere*.

f Moſ. Jolienſis, *juſtificatione*.

g Leonis editio, *provectuum*. Ceteri, *proventuum*.

h Mſ. Camberon. *quæque ſunt futura*.

i Hoc loco editi addiderant, *Dominum noſtrum*, quibus carent Mſ. Jolienſis & Leonis editio, immo etiam textus Apoſtoli cum Vulgata ejuſdem verſione.

k Editio Leonis, *quæ ibi*.

l Præpoſitio *in* non legitur in Mſ. Jolienſi.

m Editi alias, *conderetur*. Mſſ. Camb. & Jol. & Leo ut in textu.

n Editi, *numeratus*. Poſtea Mſ. Jol. & Leonis editio, *ab hac benedictione*: cum alii ferant, *ab hac ſorte*.

suum propositum & gratiam, qua data est nobis in Christo Jesu ante tempora æterna.

CAPUT XXXIV.

Non frustra laborari ad adquirenda bonorum operum merita, vel orationibus insisti: quamvis incommutabile sit Dei propositum super salute electorum.

CONtra hanc invictæ veritatis splendidissimam lucem solent quidam non sobre dicere, superfluo ad adquirenda bonorum operum merita laborari, frustra etiam orationibus, quibus Deus exorandus speratur, insisti, si ex incommutabili proposito ejus Christianæ gratiæ subsistit electio, nec aliter quidquam procedere potest, quam omnipotentis voluntate dispositum est. Sed qui [a] hoc ingeniose se arbitrantur opponere, non intelligunt scientiam Dei, quæ & præterita, & præsentia, & futura complectitur, tempore non teneri, & tam in conspectu ejus adstare caquæ gerenda sunt, quam illa quæ aut geruntur aut gesta sunt. Quod cum verissimum sit, non indiget mora cernendi & discernendi illa virtus quæ perpetuo veroque contuitu creata & creanda, orta & oritura, acta & agenda simul aspicit; & quidquid in universitate rerum per sæcula præfinita evolvitur, ac multimodis varietatibus explicatur, id totum in eo jam ordine comprehendit, quem ex ipsius summo illo perfectoque judicio mundi hujus finis accipiet. Hæc autem æterna & semper tranquilla cognitio, nulla nos urget necessitate peccandi, nec inde manat iniquitas, unde justitia. Quia cum bonus Deus omnia bona fecerit, [b] & mali nulla sit omnino natura, a liberis voluntatibus, quas utique bonum fuit liberas fieri, spontanea est orta transgressio: & natura mutabilis, cujus incolumitas ab incommutabili pendebat essentia, a summo se bono, [c] dum proprio perverse delectatur, abrupit: cui nunc ruinæ medetur gratia Dei.

Omnia simul Deus intuetur.

CAPUT XXXV.

Gratia datur electis, non ut otientur, vel a nullo hoste impetantur: sed ut bene operentur, & hostem vincant.

ET propterea Jesus Christus venit in hunc mundum, *ut solvat opera diaboli:* quæ utique sic solvuntur, ut in destructione eorum etiam ab iis quibus succurritur, laboretur, quoniam & hoc a salvante donatur. Ideo beatus Apostolus, *Non solum autem*, inquit, *sed & gloriamur in tribulationibus: scientes quod tribulatio patientiam operatur, patientia autem probationem, probatio vero spem, spes autem non confundit, quia charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis.* Itemque idem ad Ephesios, *Gratia*, inquit, *salvati estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Deus ergo his quo [d] elegit sine meritis, dat unde ornentur & meritis. Et frustra dicitur, quod ratio operandi non sit in electis, cum etiam [e] ad hoc ut operentur electi sint. Virtutum quippe munera otiosa esse non possunt. Quoniam, sicut Veritas ait, *Omni habenti dabitur, non habenti autem etiam quod habet auferetur ab eo.* Non igitur ad hoc datur continentia, ut concupiscentiis non repugnet. Nec ideo cuiquam tribuitur sapientia & intellectus, ut non die ac nocte [f] in Domini lege meditetur. Quid agit donum dilectionis, si benevolentiæ sollicitudo non vigilat? Quis fructus est patientiæ, si non habet fortitudo quod toleret? Aut quomodo in Christo pie vivere [g] ostenditur, qui nulla persecutione pulsatur? Vel pax quæ est a Deo & cum Deo, numquid bene quieta est, si non [h] discordat a mundo? Aut amor Dei [i] potest sine diaboli inimicitiis obtineri? Neminem prorsus Dei gratia intentabilem facit. Neque ob hoc cælestium armorum præsidio a dextris & a sinistri instruitur Christiana malitia, ut nullo cum hoste confligat: cum laudabilius sit [k] atque felicius pugnantem non potuisse vinci, quam desidem non potuisse tentari.

1. Joan. 3. 8.

Rom. 5. 3. & seq.

Ephes. 2. 8. & seq.

Matt. 25. 29.

Psal. 1 2.

2. Tim. 3. 1.

CAPUT XXXVI.

Electio non tollit orandi studium, sed ejus effectus per orationem & bona opera completur.

ORationum vero sollicitudinem divinæ electionis proposito non resolvi, uno testimonio evidenter probabo, ut cætera studio brevitatis omittam. In libro igitur Tobiæ ad filium ejus Tobiam Raphael Angelus dicit; *Memor esto mandatorum patris tui, quoniam præcepit tibi accipere uxorem de genere patris tui. Et nunc audi me, frater, noli computare dæmonium illud, sed postula eam. Et scito quoniam dabitur tibi hac nocte uxor: & cum intraveris in cubiculum tolle, de jecore piscis illius, & impone super carbones, & odor manabit, & odorabitur illud dæmonium, & fugiet, & non apparebit circa illam omnino in perpetuum. Et cum cœperis velle esse cum illa, surgite primum ambo, & deprecamini Dominum cæli, ut detur vobis misericordiam & sanitas. Et nolite timere; tibi enim destinata est ante sæcula, &*

Tob. 6. 16. & seq.

[a] a Leonis editio, *hæc se ingeniose*. Editi, *se ingeniose hoc*. Mss. Jol. ordine supra scripto.

[b] Mss. Jolienses, *& mala nulla sit omnino natura*.

[c] Mss. Jolienses, non habet, *perverse*. Editio Leonis, *dum propriis delatur*.

[d] Olim editi, *eligit*. Mss. Jol. & Leonis editio, *elegit*.

[e] Ita legendum esse, non vero, ut antea legebatur in Editis, *ad hoc operentur ut electi sint*, & contextus series persuadet, & tota hujus libri doctrina, & Mss. Thuan. & Jolienses. Objectio enim, cui verbis istis satisfacit, ex eo nata est, quod ante docuerat in hæc verba: *De plenitudine membrorum corporis Christi præscientia Dei, quæ falli non potest, nihil perdit, & nullo detrimento minui potest summa præcognita, atque in Christo ante sæcula æterna prælecta.* cap. 33. Si hæc, inquiunt, ita se habent, *ratio operandi non est electis*. Immo, regerit ille, maxima ratio operandi, cum non tantum ad hoc ut salventur, sed etiam, *ad hoc ut operentur electi sint*. Concinit plane beato Apostolo ad Eph. 2. 10. *Creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus*, & cap. 1. 4. *Elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti*. Inde hausit S. Augustinus quod passim docet, quod *prædestinatio est præparatio beneficiorum Dei, quibus certissime liberantur, quicumque liberantur*: Quod *prædestinatio est gratiæ præparatio*. Quod *Deus prædestinavit quos voluit, & ad opera bona, ad præmia sempiterna*. Porro, ut subjicit auctor noster, *virtutum munera otiosa esse non possunt*.

[f] Mss. Jolienses, *in Dei lege*.

[g] Mss. Jolienses, *creditur*.

[h] Mss. Jolienses, *discedat a mundo*.

[i] Editi *poterit*.

[k] Mss. Camberon. *utique pugnantem*, omisso *felicius*.

Prædestinatio nec libertatem tollit, nec studium orandi.

tu eam sanabis. Quamvis ergo quod statuit Deus nulla possit ratione non fieri, studia tamen non tolluntur orandi, nec per electionis propositum liberi arbitrii devotio relaxatur: cum implendæ voluntatis Dei ita sit præordinatus effectus; ut per laborem operum, per instantiam [a] supplicationum, per exercitia virtutum fiant incrementa meritorum; & qui bona gesserint, non solum secundum propositum Dei, sed etiam secundum sua merita coronentur. Ob hoc enim in remotissimo ab humana cognitione secreto, præfinitio hujus electionis abscondita est.

a

CAPUT XXXVII.

De nullo ante finem vitæ hujus pronunciari potest quod in electorum gloria sit futurus: & nullius lapsi est desperanda reparatio.

ET de nullo ante ipsius finem pronunciari potest, quod in electorum gloria sit futurus, ut perseverantem humilitatem utilis metus servet, & *qui stat, videat ne cadat*; [b] & si forte aliqua victus tentatione corruerit, non absorbeatur tristitia, nec de ejus miseratione diffidat, qui *allevat omnes* [c] *qui corruunt, & erigit omnes elisos*. Dum enim in hoc corpore vivitur, nullius [d] est negligenda correctio, nullius est desperanda reparatio. Oret itaque sancta Ecclesia, & pro iis qui crediderunt gratias agens, proficientem eis perseverantiam petat: pro iis autem qui extra fidem sunt, poscat ut credant. Nec ideo ab obsecrationibus cesset, si pro aliquibus exaudita non fuerit. Deus enim qui *omnes vult ad agnitionem veritatis venire*, non potest quemquam sine justitia refutare.

1. Cor. 10. 12.
b
Psal. 144. 14.
c
d
1. Tim. 2. 4

a Mss. Camberon. *supplicantium*.
b Mss. Camb. & Jol. *ac si forte*.
c Editi alias, *qui ruunt*.
d In Mss. Jolienſi omittitur, *est* hoc loco.

ADMONITIO IN EPISTOLAM SUBSEQUENTEM AD DEMETRIADEM.

ITa concinit stilus Epistolæ ad Demetriadem stilo librorum de Vocatione Gentium, ut eidem hactenus auctori utrumque opus merito sit adscriptum, sive cum Ambrosio datum, sive cum Prospero. Quamobrem qui duorum hujusce ætatis Criticorum eruditam concertationem circa auctorem librorum de Vocatione Gentium in Admonitione his libris præfixa cum eruditissimi scriptoris novæ Bibliothecæ Ecclesiasticæ judicio ibidem exhibuimus; eodem utique instituto nostro eosdem iterum de præsentis Epistolæ auctore differentes breviter repræsentare cogimur: ut perpensis attente quæ hic afferentur trium paris eruditionis & diligentiæ virorum opinionibus, eorumque momentis libratis; fateatur lector non iniquus jure merito nos istud operis, alias egregii, a veris Prosperi libris avulsum, nec ad falsa adulterinaque rejectum, in dubiorum classem revocasse.

Igitur præter eas rationes quibus opus de Vocatione Gentium Leoni Quesnellius adjudicavit, quæque ex stili omnimoda similitudine huic quoque Epistolæ applicari possunt & debent, alias ille insuper addit quæ Epistolam hanc ex specialibus indiciis Leoni vindicandam probent. 1. Animadvertit hoc Epistolæ commune esse cum libris de Vocatione Gentium & certis sancti Leonis operibus, quod scripturam sanctam ex sancti Hieronymi versione allegent. Sed & quod utraque versione utantur, vulgata scilicet & Hieronymiana. Quod ad id quod probatum volebat validum putat argumentum: cum nemo facile sibi persuadeat fortuito contigisse, ut eadem ætate, duo scriptores diversi eumdem ejusdem libri versum (sc. 4. capitis libri Job. 14.) assumpserint ex versione sancti Hieronymi, quæ nondum in usum vocata erat, & vix ab alio auctore hujus ævi usurpata reperiatur. 2. Plures ex Epistola ad Demetriadem conceptus recenset, qui iidem leguntur in operibus sancti Leonis. 3. In locis a se allatis, præter sensus constructionisque ac verborum similitudinem & concentum, quæ eumdem auctorem arguunt, multas notat insuper voces in textu Epistolæ, quæ a sancto Leone passim usurpantur. 4. Conjectationes superiores hac altera firmat. Quod Epistolæ nitor ac venustas non est hominis Africani, sed in ipsis potius Latinæ linguæ incunabulis enutriti. Nec si Africanus fuisset, ignorasset Demetriadem ex sancti Augustini maxime exhortationibus servandæ virginitatis consilium concepisse; nec scripsisset tale ipsam propositum sine humanis cohortationi-

Infra c. 1.

bus

bus elegisse : *cum ex ipsius Augustini Epist.* 188. *ad Julianam Demetriadis matrem discamus, per ejus ministerium castitatis propositum amplexatam esse piam hanc virginem.* Per ministerium, *inquit*, nostrum cum accepissetis verbum auditus Dei, *Num.* 1. sicut dicit Apostolus, accepistis illud non ut verbum hominum, sed sicut est vere, verbum Dei. Cujus ministerii nostri, adjuvante gratia & misericordia Salvatoris, in domo vestra tantus fructus exortus est, ut humanis nuptiis jam paratis, sancta Demetrias spiritalem sponsi illius prætulerit amplexum, cui speciosa præ filiis hominum &c. *Hominem vero Italum, longe ab Africa positum, & tunc temporis forte adolescentem, qualis erat S. Leo, non mirum est hanc compertam non habuisse circumstantiam. Quid quod hujus Epistolæ auctor satis se Romanæ Ecclesiæ alumnum prodit, dum ejus gloriam ubique æmulatus. Apostolicam sedem omnibus tum sacerdotibus tum plebibus exemplum fuisse asserit, ut Pelagiani dogmatis insaniam abhorrerent : cum hæc palma Episcopis Africanis debeatur, qui omnium primi signum adversus Julianum levaverunt, sic canente Prospero:*

Tu caussam fidei flagrantius Africa nostræ
Exequeris, tecumque suum jungente vigorem
Juris Apostolici solio, fera viscera belli
Conficis; & lato prosternis limlte victos.
Convenere tui de cunctis urbibus almi
Pontifices. geminoque senum celeberrima cœtu
Decernis quod Roma probet, quod regna sequantur.

Carm. de Ingrat. ℣. 72. & *seq.*

5. *Juvari dicit non modicum hanc suam assertionem ex singulari, quæ Demetriadi virgini cum S. Leone interceſſit necessitudine, ex qua etiam hanc fiduciam sumpsit, ut ipsam impelleret ad construendam Basilicam sub S. Stephani invocatione consecrandam, ut fidem facit Platina.* Leo, *inquit*, ad reparandam Urbem & Templa conversus, Demetriam ancillam Dei impulit ut Basilicam beato Stephano via latina tertio ab Urbe milliario in fundo suo conderet. *Nec de alia Demetriade itidem virgine, hæc intelligi debere, cum aliam huic cognominem, & aliquatenus illustrem nec illius ævi scriptores commemorent, nec eam de qua loquimur, aliqua nota distinguant cum de ea mentionem faciunt. Quod si jam ab anno* 410. *Demetrias Barbarorum sævitiam qui Romam ceperant fugiens, cum matre & avia in Africam transmearit, nemini persuasum fiet in illa ipsam provincia remansisse cum Vandali anno* 427. *in Africam irrumpentes, regionem illam immaniter vastarunt; sed potius fuga sibi consuluisse contra hæreticorum hominum barbarorumque furorem, apud quos fides catholica castitasque virginalis, quibus clarebat Demetrias, summo æque crimini vertebatur. Immo nemo est qui non credat piam virginem, si expugnata a Gothis Roma Carthaginem aufugerat, ita invadentibus Africam Vandalis, longe potiori ratione reliquisse Carthaginem, Romamque remeasse in qua patriam, cognatos, amicos, & quod non semel indicatur in hac Epistola, amplissimas possessiones a parentibus suis relictas habebat. Quamquam & usque ad incursionem Vandalorum in Africa non remansisse vero simillimum est, vel Julianam adhac superstitem post Gothorum ex Italia discessum carissimum pignus in Urbem secum reduxisse, vel Demetriadem mortua Juliana, ultro repetiisse patriam, ut quæ apud Carthaginem sine cognatorum, gentiliumque suorum ope ac solatio vix potuisset residere. Romam ergo rediens Leonem invenit, quem sacra virgo, ut ad sublimis propositi observantiam magis magisque accenderetur, pro ea quæ ipsi sacrarum virginum cura incumbebat, & suo jure precata est, nec renuit S. Leo, sed hanc ad eam scripsit eximiam Epistolam.*

Ceterum nihil esse cur Prospero tribuatur hæc Epistola, quæ Prosperi stilum non refert. Qui vero in excusis Prosperi operibus huic libello titulus præfigitur. Prosper Episcopus sacræ virgini Demetriadi, *adititius esse tum inde convincitur, quod ante centum ferme annos, quo tempore S. Ambrosii operibus accensebatur hoc opusculum, sine hoc titulo semper prodierat; tum quod certum sit apud eruditos Prosperum Augustini discipulum ac vindicem numquam sacerdotali dignitate, sed nec ullo forte Ecclesiastico ministerio insignitum fuisse, ut notatum in Admonitione in Epistolam Prosperi ad Augustinum datam initio hujus voluminis. Sed missa illa pseudepigraphe, non esse Prosperi hanc Epistolam arguit stili disparitas, & ejusdem affinitas cum stilo librorum de Vocatione Gentium. Etsi enim Prosperi sermo nonnullis in-*

terdum rithmis, ut ajunt, ubique ſonat, quod omnibus illius ævi ſcriptoribus non inſolens eſt ; minus tamen frequentes ſunt apud Proſperum, qui etiam iis perſæpe vitandis ſtuduiſſe videtur, ut legenti planum erit. Non ita quoque de ordinando, & ad amuſſim conſtruendo ſermone, aut ſecandis periodorum membris ſollicitus eſt, ac auctor gemini de Vocat. Gent. opuſculi: ſed ut ratiocinii pondere atque arte præſtat, aſſertionibuſque, ut de ipſo Gennadius, magis nervoſus eſt, ita dictionis puritate, ſermonis nitore, compoſitioniſque elegantia longe inferior eſt. Probatur præterea ex diſcrimine quod inter utrumque ſupra annotavimus ; cum unus Eccleſiam Romanam in profligandâ hæreſi Pelagiana omnibus Epiſcopis præiviſſe ait, alter ab Africana Eccleſia in hac pugna præventam eſſe etiam ſedem Apoſtolicam aſſerit ; quod diverſum auctorem fuiſſe demonſtrat. Denique altum de S. Auguſtino ſilentium, cujus cum laude nominandi nullam Proſper ſibi eripi ſinit occaſionem, eidem hoc opuſculum abjudicat. Quam enim opportunam magis ac magis obviam habere poterat occaſionem celebrandi invicti illius gratiæ Doctoris, quam in ea Epiſtola, quæ & de gratia Chriſti, & de humilitate gratiæ cuſtode tota eſt, in qua Pelagianum dogma, Pelagiique ad Demetriadem Epiſtolam exagitat ; quæ Epiſcopos iſtius hæreſiarchæ adverſarios commemorat, quorum pars magna erat Auguſtinus, præcipua portio, *ut loquitur ipſe Proſper,* Domini ſacerdotum *: in qua alloquitur virginem, quam miniſterio verbi Chriſto pepererat, aut potius quam æmulans Dei æmulatione, deſponderat uni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. Proſpero enim, omnium quæ Auguſtini erant curioſiſſimo indagatori hoc ignorare non licuit, nec tacere, cum id ſacræ virgini gratiſſimum eſſe futurum non dubitaret. Denique cum de propoſito caſtitatis a Demetriade concepto* inter ipſa principia multos, qui tunc in Eccleſia præeminebant, merito non ſiluiſſe *aſſerat, atque illam* rationabiliter doctiſſimos viros ſuis adhortationibus incitaſſe : *nemo eſt qui credat hanc ſibi ipſi vim facere potuiſſe Proſperum, ut orationem in Auguſtini nomen ac elogium ſponte currentem compeſceret.*

S. Proſper in Epiſtola ad Ruſinum n. 4.

Infr. c. 1.

Quæ omnia ſi mente ab omni præjudicio libera lector attenderit, non dubitat Queſnellius, quin conjecturis ejus ultro ſubſcribat, hocque opuſculum S. Leoni, ut genuino parenti reſtituendum judicet.

At vero in contrarium occurrens Joſephus Antelmius hanc Epiſtolam Proſpero aſſignandam deffendit : probatque 1. *adductis amplis locorum hujus Epiſtolæ cum aliis operum S. Proſperi parallelis : in quibus non videtur felicius inſudaſſe, quam in eis quos in libros præcedentes tanto conatu texuit. De his judicent per nos licet quibus ea examinare libuerit. Tum alteram Queſnelli probationem ex ordinem judiciorum Africæ & Romanæ ſedis in Pelagianos latorum ſumptam nititur convellere. De quo longam diſſertationem contexit, quam hic ad trutinam revocare neceſſarium non ducimus, nec id ſtatuere, num ſcilicet cum in aliquo Carminis ſui loco ait S. Proſper,* ℣. 39. Peſtem ſubeuntem prima recidit ſedes Roma Petri, *hæc voce* prima *intelligenda ſit Apoſtolica ſedes prima dignitate, aut temporum ordine prima : cum præſertim in alio Carminis ejuſdem loco, quem ſupra adduximus, & in libro ſuo contra Collatorem judicium Africanorum Zozimi judicio præiviſſe teſtetur. Nec fatebimur etiam magni ponderis æſtimandam quam Queſnellius protulit probationem ex ſingulari Leonem inter & Demetriadem neceſſitudine petitam. Sed nec illam validis diſjicit cuneis Antelmius, dum eam Demetriam, de qua Platina, Anaſtaſius, aut Romanum Breviarium loquuntur, aliam a Demetriade eſſe contendit. Quo illa* Ancillæ Dei *epitheto decoratur, tam virgini, convenit quam nuptæ mulieri. Nec inſolitum Latinis litteram ſ, in fine vocum reſcindere. Denique Paulus Diaconus Baſilicæ S. Stephani fundatricem Demetriadem appellat. Sed quid nos minutiis ejuſmodi inhæremus? Utilius ſane & magis palmare in hoc inveſtigando immorari : an ſcilicet hæc ad Demetriadem directa Epiſtola Maſſilienſes Presbyteros ceteroſque Catholicos, hæreſi Pelagianæ quidem adverſos, ſed non omnia ſancti Auguſtini principia admittentes feriat, an potius de ſolis in illa Pelagianis agatur. Etſi vero hæc opinio invaluerit hactenus, non minus hos quam illos ab Epiſtolæ auctore impugnatos ; libenter tamen* (*ait auctor nov. Biblioth.*) *ſubſcribo viri cujuſdam eruditi ſententiæ, quo præmonente obſervatum a me, quod in illa Epiſtola cap.* 10. *dicitur de quibuſdam qui cum cetera Pelagii dogmata abnuerent, hanc partem ſuperbi dogmatis ſervaverant,* Gratiam ſecundum merita noſtra dari *; de quibuſdam Pelagianis intelligendum, occultis quidem & mitigatis, ut obſervat S. Leo in ſexta ſua Epiſtola, in qua de*

Pe-

Pelagianis eum loqui nullus dubitabit. In utroque enim loco dicitur ejuſmodi homines hanc particulam execrandi dogmatis ſervaſſe, qua cetera Pelagiani erroris portenta reſuſcitarent, & peccati originalis fidem, quam inter Catholicos profitebantur, inter ſuos vero rejiciebant, everterent. Cum inter noſtros (*ait*) originalis peccati vulnera faterentur, inter ſuos tamen hoc tenere oſtenderent, quod primorum hominum prævaricatio ſolis imitatoribus obfuit. *Quod quidem nec Maſſilienſes Presbyteros, nec alios S. Auguſtini principiis quibuſdam adverſos ferit. Illi enim negantes originale peccatum ſincere damnabant, in partem non erant diviſi, nec cum Pelagianis ulla ſocietate juncti erant. Pelagianos ergo occultos indigitat auctor Epiſtolæ ad Demetriadem, & ex ſexta ſancti Leonis Epiſtola plurimos ſub hoc Pontifice fuiſſe diſcimus qui ſub captioſis fidei profeſſionibus omnes errores priſtinos renovare intendebant, aut eorum aliquem ſaltem a damnatione ſervare immunem. Narrat S. Proſper in Chronico quod Julianus multimoda arte fallendi correctionis ſpem præferens, moliebatur in communionem Eccleſiæ irrepere, ſed his inſidiis Sixtus Papa Diaconi Leonis hortatu vigilanter occurrens, nullum aditum peſtiferis conatibus patere permiſit. Nec mirum certe ab auctore hujuſce Epiſtolæ imperitos Pelagianos, dum ad Demetriadem ſcriberet, cum alias eidem virgini Epiſtolam unam Pelagius direxiſſet, nec ignotus ei eſſet Julianus, quo cum, vel aliquo ex ejus familiaribus aliqua poterat ſacræ virgini eſſe conſuetudo.*

Quo autem tempore & quo in loco a Leone magno ſcripta ſit hæc Epiſtola haud facile dictu. Sed quantum conjectura aſſequi licet, id accidit ante quam ad Pontificatum aſſumeretur. Certe in Epiſtola longo intervallo poſt prima illius conſecrationis tempora ſcribere ſe innuit : Si vero, *inquit*, de commendando virginitatis bono differam, ſuperflua erit ejus nunc propoſiti inſinuatio, quod tu a primæ ætatis tuæ flore ſine humanis cohortationibus elegiſti, & de quo inter ipſa principia multi, qui tunc in Eccleſia præeminebant, merito non ſiluerunt. *Infra c. 1.* *Quæ verba ſatis notant neque illam in primo ætatis flore tunc fuiſſe, diemque obiiſſe qui antea illam ſcriptis ſuis laudaverant. Demetrias itaque annum plus minus quadrageſimum quintum agebat, credique pronum eſt ipſam per id temporis Romam rediiſſe. Nam Vandali infeſto exercitu vaſtaverant Africam ; nec ſane Demetrias, quæ patriam reliquerat metu Gothorum, populante Genſerico Africam in peregrina regione remanſit. Annales enim Eccleſiaſtici, & Leo ipſe commemorant iis miſerrimis temporibus hominum magnam turbam profugiſſe in Italiam. Vandali enim Hipponem & Cyrtam, quæ aliquandiu reſtiterant, ceperant, Carthaginemque ipſam anno* CCCCXXXIX. *expugnaverant. Demetrias itaque ſanguine & nobilitate clara, nobiliorque virtutibus facile ſtatim a reditu innotuit Leoni, qui cum ea amicitiam contraxit, cum eoque ſancta Virgo communicavit Epiſtolam Pelagii quo tempore vulnus recruduerat. Idcirco cœpit ille altera ad eamdem Epiſtola emendare hæretici errores: & quanto magis vires humanæ voluntatis, poſthabita Chriſti gratia Pelagius extulerat, tanto magis ſatagit S. Leo labem voluntati hominis per peccatum illatam detegere, profligataſque liberi arbitrii ad bonum vires oſtendere, quibus reparandis gratia Sanguinis Chriſti pretio comparata ſola idonea eſt. Sic docuit Virginem humiliter & modeſte de ſe ſentire, & Chriſti merita tanti parta tantique nobis data non flocci æſtimare.*

Denique ex dictis ſatis indicatur Epiſtolam ſcriptam anno circiter Chriſti quadringenteſimo quadrageſimo.

AD SACRAM VIRGINEM DEMETRIADEM IGNOTI AUCTORIS EPISTOLA.*

* Scripta creditur circa annum Christi 440.

SEU DE HUMILITATE CHRISTIANA TRACTATUS

ARGUMENTUM.

Magnis laudibus veram humilitatem commendat, adversamque illi superbiam suis depingit coloribus: tum devotam Christi Virginem hortatur, ut elationem caveat, seque sinceræ humilitatis præsidio muniat.

[a] CAP. I. *seu* Præfatio. Quanta fuerit Demetriadis nobilitas & virtus.

[a] CUM splendissimæ sanctimoniæ tuæ sublime propositum super humilitatis fundamenta consistere, pie & sapienter intelligis: in hoc usque, o Sacras Virgo DEMETRIA, dignationem tuæ dignitatis inclinas, ut provectiones tuas etiam meo stilo exigas adjuvari. Quod ego, ad tenuitatem facultatis meæ respiciens, omnibus modis recusarem, neque tam matura & eruditio animo cohortatiunculas meas adhibere præsumerem, nisi fiduciam efficiendi id quod jubetur, a jubente conciperem, & tuis meritis atque orationibus confiderem esse præstandum, ut oriatur in deserto aqua, & fiant in sicca terra flumina. Unde collaborandum tibi mecum est, ut qui sapientiam præstat parvulis, & linguas mutorum facit disertas, jubeat de cordis mei ariditate profluere, quod sitis tua digne possit haurire. Quæ ergo materia stilo dabitur? & unde loquendi tecum causse sumetur? Si laudes tuas scribere aggrediar, & majorum seriem, quæ per te multum illustratur, evoluam; onerosum me forte & impudentem videri posse arbitror, qui vel humanæ tibi gloriæ tentationem adulando ingeram, vel tuis ac tuorum prædicationibus ingenium meum par esse præsumam. Si vero de commendando virginitatis bono differam, superflua erit ejus nunc propositi insinuatio, quod tu a primo ætatis tuæ flore [b] sine humanis cohortationibus elegisti, & de quo inter ipsa principia multi qui tunc in Ecclesia præminebant, merito non siluerunt. Valde enim mirabile erat, & inter præcipua divinæ gratiæ exempla numerandum; quod virgo Anicia super omne fastidium [c] Trabeatæ nobilitatis evecta, de cujus fecunditate avis atque atavis responsura posteritas, & familiæ votis expectabatur, & patriæ; converso repente animo, desiderio cælestium nuptiarum declinasti mortale conjugium, & ut omnem prosapiam tuam etiam hujus virtutis titulo consecrares, primam stirpis tuæ perpetuam virginem Filio virginis spopondisti. Illam ergo ætatem tuam & illa principia rationabiliter doctissimi viri suis adhortationibus incitarunt. Et licet plantationi suæ summus agricola valida ad provectum tuum incrementa præberet: cooperatores tamen gratiæ Dei opportune piam adhibuere culturam, ut germen tenerum fortitudini robur acciperet, & dignos generositate sua fructus propositi tui arbor afferret. Nostris autem paginis quid erit loci? Et post ornatissima scripta excellentium magistrorum, quid utilitatis in eo, quem indicere dignata es, sermone reperies? Nisi forte, quia & illorum [d] doctrinis, & tuis studiis ad sublimiores gradus virtutum consuetudo proficit, [e] cavendam te elationis admoneam, & humilitatis tibi sinceritatem fida suggestione commendem; ut in omnibus actionibus in quibus tibi es bene conscia, numi quam audeas esse secura?

Psal. 106. 33. *Psal.* 104. 40. *Psal.* 18. 8. *Sap.* 10. 21

b

c

d

e

CAP. II. Veras virtutes a falDE hoc igitur congruentissimo tibi & saluberrimo bono, quod Dominus donaverit differamus: ut

a In capite istius Epistolæ sive Tractatus Editores omnes a Lovanienſibus anni 1565. & qui deinceps S. Prosperi opera Typis subjici curarunt, apposuerant hanc Epigraphen: *Prosper Episcopus Sacræ Virgini Demetriadi*: quæ addititia esse tum inde convincitur, quod ante centum ferme annos, quo tempore S. Ambrosii operibus accensebatur hoc opusculum, sine hoc titulo semper prodierat: tum quod certum sit apud eruditos Prosperum Augustini discipulum ac vindicem nunquam sacerdotali dignitate, sed nec ullo Ecclesiastico ministerio insignitum fuisse: ut probatum est in Admonitione in Epistolam S. Prosperi ad Augustinum datam, initio hujus voluminis. Alias rationes, quibus Prosperi non esse suadetur, supra in Admonitione huic operi prævia exposuimus.

b Vide Augustinum Epist. alias 179. nunc. 130. ad Probam & Julianam, & quæ olim 143. modo 188. numeratur ad Julianam: & Hieronymum Epist. 8. & Innoc. Papam I. Epist. 14. tom. 1. Concil. Vide etiam epist. Pelagii hæresiarchæ ad hanc ipsam Virginem, cui Auctor hanc videtur opposuisse pro antidoto.

c Alias edita Prosperi opera, *trahens beatæ nobilitatis*. Sequimur correctionem editionis operum S. Leonis Papæ I. quæ ad oram e regione horum verborum, *Tra beata nobilitatis*. monet, Trabeam insigne fuisse Consulum; de quo videri potest Baylius de re vestiaria lib. 1. cap. 11. apud quem & antiquiores citatos reperiens.

d Editiones Prosperi, *in doctrinis*. Melius videtur legi sine præpositione in Leone.

e Recentior editio posuerat, *cavendæ te elationis*. Contextus noster sequitur Editiones Prosperi antiquiores & Leonis.

sis esse discernendas.

ut inspectioni nostræ non tantum visibilia ejus, sed etiam occulta referentur. Est enim multiplex virtutis istius qualitas; & licet in exterioribus quoque pulcra sit, in intimis tamen suis multo est speciosior, multoque luculentior; ubi nihil obscurum, nihil turbidum, nihil est inquietum: quia *pax multa diligentibus legem* Dei, *& non est illis scandalum*. Accessuri autem ad beatæ humilitatis intuitum, omnem illam [a] abjectionem, quæ ignavos & inconstantes animos deprimit, repellamus: nec generale nomen ita nos a judicio discretionis excludat, ut omnes quoquo modo humiles putemus esse laudabiles. Imitatur quidem plerumque necessitas voluntatem, & ab imagine modestiæ parum differt forma segnitiæ. Sed aliud est quod gravat, aliud quod exercet; nec in eumdem finem venit labor indeclinabilis miseriæ, & expetitæ fortitudo patientiæ. Unum est paupertatis vocabulum, sed non una mens pauperum: quia non idem est gaudere bene expensis divitiis, quod aut gemere de non adquisitis, aut dolere de perditis. Timoris etiam quo Deus metuitur, nulla est in appellatione distinctio: sed aliud est timere quia peccaveris, aliud timere ne pecces; & ibi est formido de supplicio, hic sollicitudo de præmio. Ob hoc enim de illo servili metu dicitur quia *perfecta charitas foras mittit timorem*: de hoc vero liberali, *Timor Domini manens in sæculum sæculi*. Remota itaque illa specie humilitatis, quæ tota sine fructu est, voluntarios tantum pendamus affectus. Qui etiamsi in gradibus meritorum inveniuntur impares, non sunt tamen ab ipsa virtute discordes.

Pfal. 118. 165.

a

Timor duplex.

1. Joan. 4. 18. Pfal. 18. 10

CAP. III. Primum humilitatis bonum dilectionem & concordiam inter homines servare.

PRIMA ergo humilitatis ratio in communis vitæ versatur officiis, quibus & divina clementia conciliatur, & societas humana connectitur. Multum enim ad roborandum dilectionem valet, cum secundum doctrinam Apostolicam, invicem se homines honore præveniunt, & alteri alterum superiorem existimantes, amant servire subjecti, & nesciunt tumere prælati: cum & pauper divitem non sibi dubitat anteferre, & dives pauperem sibi gaudet æquare: cum & sublimes non superbiunt de claritate prosapiæ, & pauperes non extolluntur de communione naturæ: cum denique non plus tribuitur magnis opibus, quam bonis moribus, nec major ducitur phalerata iniquorum potentia quam rectorum inhonora justitia. Ab hoc æquo & modesto jure concordiæ, in quo nullum de gradu superiore certamen, nec felicitas aut inflat propria, aut urit aliena, pulcre & mirabiliter a plerisque proficitur ad illam humilitatis fortitudinem, quæ & se extra omnem constituit dignitatem, & mavult apta esse injuriis accipiendis, quam idonea repellendis, ut impleatur quod ait Dominus, *Qui vult tecum judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo & alia duo*. Illud quod Apostolus docet dicens, *Quare non magis injuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini?* Tales enim multum ad imitationem ipsius Domini nostri & Salvatoris accedunt, qui *cum dives esset, pauper factus est*: & *cum maledicerentur, non maledicebat, & persecutienti se non comminabatur*: & quoniam dixerat, *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui vos oderunt*; ut hujusmodi benevolentiam confirmaret exemplo, ipse pro iis a quibus crucifigebatur, orabat.

Rom. 12. 20. Philip. 2. 3

Matt. 5. 40. & 41.

1. Cor. 6. 7. 1. Cor. 8. 9.

1. Pet. 2. 23.

Matt. 5. 44.

QUI ergo fideliter & scienter intelligunt quo opere salvati & quo pretio sint redempti; nolunt de mundi hujus sapientibus, nolunt esse de fortibus: quoniam, sicut ait Apostolus, *Quæ stulta sunt mundi elegit Deus, ut confundant sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & quæ non sunt, ut ea quæ sunt destrueret: ut non glorietur omnis caro in conspectu ejus*: id est, ut nemo se placere Deo per mundi sapientiam putet, quæ tota carnalis est, & a vera sapientia cum omni sua vanitate destruitur. *Dominus* enim *novit cogitationes sapientium, quoniam vanæ sunt*. Cum itaque discipuli veritatis humanam gloriam fugiunt, & a temporalium amore desciscunt, ut quæ Dei sunt sapiant, non quæ hominum; proficiunt sensibus, non deficiunt, neque vigorem cordis amittunt, sed excellentissimæ intelligentiæ lumen accipiunt; viventes quidem in hoc mundo, sed omnes mundi strepitus relinquentes, ut redimant *tempus quia dies mali sunt*. Quo autem pretio quies hujus temporis aptius comparatur, quam ut ipsi mundo omnes divities omnes dignitates, & universarum cupiditatum materiæ refundantur; & sancto beatoque commercio ematur Christiana libertas, fiantque filii Dei de paupertate divites, de patientia fortes, de humilitate sublimes. Non enim, ut dilectores hujus sæculi putant, pravi cordis aut segnis est animi terrenas opes spernere, honores occiduos fastidire, nec ibi gloriam quærere, ubi *laudatur peccator in desideriis animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur*. Unde si vere intelligatur, contemptus iste rerum præsentium ad quæ tendat, & qualia concupiscat; nihil hujusmodi mentibus rectius, nihil invenietur electius, quæ sacratissimis desideriis universa transcendunt, neque ad ullam creaturam, quamvis potentem atque mirabilem, sed ad ipsum omnium visibilium & invisibilium [b] ambiunt Creatorem: cui appropinquare clarescere est, quem timere gaudere est, cui servire regnare est.

CAP. IV. Verum humilem gloriam & opes sæculi fastidire.

1. Cor. 1. 27 & seq.

Pſ. 93. 11.

Ephes. 1. 16.

Pſal. 9. 24.

b

SED hæc virtus, quæ temporalis copiæ [c] & sapientiæ negligens, ad vitam æternam [d] per angusta & ardua enititur, non debet voluntarios pauperes in consortium Christianæ humilitatis admittere; eos autem a societate boni hujus excludere, qui ampla prædia, magnifica patrimonia, & multas in hoc sæculo possident facultates. Cum in populo Dei multi semper qui divitiis bene uterentur, exstiterint: nec ullo modo vel dici vel cogitari liceat, quod Abraham & Isaac & Jacob, quorum se esse Deum Dominus protestatus est, ideo vera humilitate caruerint, quia pauperes non fuerunt:

CAP. V. Non solos pauperes, sed etiam divites humilitate Christiana ornari posse.

c

d

Exod. 3. 6.

aut

a Editiones Prosperi in margine, *objectionem* habent.

b P. Nanius vult legendum esse, *abeunt*.

c Emendationem secuti sumus Leonis operum, ubi etiam ex sola conjectura repositum *sapientiæ*, loco *patientiæ*, quam vocem omnes antea editi codices reluctante sensu servaverant.

d Prius ita lectum est, *ad vitam æternam angusta & ardua mittitur*, inhujus ultimæ vocis locum substituendum *enititur* jam conjecerat nonnullus. Petrus Nannius Ascmarianus in scoliis ad S. Ambrosium Basileæ anno 1551. primum editis, putat in hunc modum posse corrigi, *per angusta & ardua mittit*: optime id quidem si pro *mittit* posuisset *enititur*. Similis loquendi modus observatur in S. Leone in sermone 2. de jejun. Pentec. c. 1. *Nam quia angusta & ardua declinantes*, &c. In utroque vero evidenter respicitur locus ille Evangelii Matthæi 7. ℣. 14. *Quam angusta porta & arta via est, quæ ducit ad vitam?* Quem Leo ita semper repræsentat, *Angusta & ardua via quæ ducit ad vitam*, ut serm. 5. de Nativ. Dom. c. 1. septimo de Quadrag. c. 1. &c. Ex quo Leonis editor nonnullam probationem elici censet, quæ hanc ipsam Epistolam S. Leoni vindicet.

aut quod vir sacratissimus Melchisedech, Domini & Salvatoris nostri præferens formam, non fuerit perfecte humilis, quia & sacerdotio eminebat, & regno: vel quod beato Job de quo Deus pronuntiat, dicens, *Numquid consideraſti servum meum Job, quod non sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, & timens Deum, & recedens a malo?* ideo virtus ista defuerit, quia erant, sicut scriptum est, in possessione ejus *septem millia ovium, & tria millia camelorum, quingenta quoque juga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis. Eratque vir ille magnus inter omnes Orientales.* Quasi tunc istius gratiæ particeps factus est, quando omnibus facultatibus perditis, universa quoque familia, filiisque privatus, & percussus *vulnere pessimo a planta pedis usque ad verticem capitis, testa saniem radebat, sedens in stercore;* [a] aut ad imaginem elationis postmodum revocatus est, quando corporis incolumitate renovata, septem rursus filiorum triumque filiarum factus est pater, & duplo in universam substantiam est ditatus augmento. Absit autem ab animis fidelium tam irreligiosa persuasio; ut cuiquam sanctorum, quibus Deus & divitias est largitus & honores, ad capiendum veræ humilitatis meritum credatur vel opulentia obfuisse, vel dignitas: cum eis ad hujus virtutis provectum utraque profuerint. Quamvis enim tota *vita hominis tentatio sit super terram*; & tam abundantia quam inopia materia soleant esse peccati, cum vel dives extollitur ad superbiam, vel pauper prosilit ad querelam; exstiterunt tamen in omni tempore, & in nostra quoque ætate non desunt, sicut & boni pauperes, ita & boni divites. Nec frustra beatus apostolus Paulus Timotheum admonet, dicens, *Divitibus hujus sæculi præcipe non superbe sapere, nec sperare in incerto divitiarum, sed in Deo, qui præstat nobis omnia abunde ad fruendum; bene agere, divites fieri in operibus bonis, facile tribuere, communicare, thesaurizare sibi fundamentum bonum in futurum: ut apprehendant veram vitam.* Quod utique fieri in universa Ecclesia, quæ per totum modum est diffusa, non dubium est; & pauperes Christi non eorum tantum facultatibus sustineri, qui ut expeditiores Dominum sequerentur, simul se omnibus suis opibus exsuerunt; sed eidem operi etiam illorum substantias deservire, qui possessionibus suis non aliter quam rebus pauperum [b] præsunt: ut Ecclesiasticæ utilitati sub quadam procuratione famulentur, elaborantes singuli pro suarum virium portione, ut ad victum atque vestitum familiæ Dei necessaria conferantur, & simul prospicientes ut in domibus ipsorum sub justo sanctoque moderamine omnes & benignitas foveat, & disciplina contineat; dicente Apostolo, *quis autem suorum, & maxime domesticorum curam non habet, fidem negavit, & est infideli deterior.*

Job. 11. 18.

Job. 1. 3.

Job. 2. 7. & 8.

a

Job. 42. 13.

Ibid. ℣. 10.

Job. 7. 1. sec. LXX.

1. Tim. 6. 17. & seq.

b Divites pauperum sunt procuratores.

2. Tim. 5. 8

CAP. VI. Omnes sanctos Ecclesiæ filios aliis rebus dispares, sola humilitate pares effici.

CUM itaque Ecclesia Dei, quæ est corpus Christi, ita sit multimoda varietate contexta, ut in unum decorum etiam quæ non sunt paria concurrant, & de omni genere hominum, de omni gradu officiorum, de omni mensura operum, de omni qualitate virtutum fiat totius ædificationis inseparabilis connexio, & indifferens pulcritudo; nec desit soliditati quod non defuerit portioni; tantaque ibi sit pax, tantaque concordia, ut non possit esse nisi omnium, quod est etiam singulorum: indubitanter apparet, copulatricem quamdam esse virtutem, qua sibi confederatur & concinit multiplex sanctorum unitas, & speciosa diversitas. Hæc autem virtus vera humilitas est, quæ inter quoslibet meritorum gradus numquam sui potest esse dissimilis. Nam & in officiorum vicissitudine, & in mansuetudinis lenitate, & in voluntariæ paupertatis electione, invenitur multa distantia, & alter altero in propositi sui devotione aut major aut minor est: in vera autem humilitate nihil divisum, nihilque non solidum est: & ideo omnes participes suos unum facit, quia inæqualitatem ipsa non recipit.

Ephes. 1. 23.

HUJUS igitur boni proprietas in confessione est gratiæ Dei; quæ tota repellitur, nisi tota suscipitur. Sicut enim alienus est a numero fidelium & a sorte sanctorum, qui in aliquo a catholica veritate dissentit; ita extra gratiam efficitur, qui aliquid de ejus plenitudine diffitetur: quasi homo auxilio Dei in quadam actionum suarum parte egeat, in quadam autem parte non egeat; sitque ullum tempus ullumve momentum, quo pernicioſum illi esse non possit, si ab eo Spiritus-sanctus defuerit: qui utique secundum veræ deitatis essentiam, ubique totus est, & omnia comprehendit; sed ab illis modo quodam intelligitur recedere, quos desstiterit gubernare. Cessatio quippe auxilii ejus pro absentia accipitur, quam sibi insaniſſime utilem putat, qui in iis quæ recte gesserit, se magis quam Deum gaudet operatum.

CAP. VII. Veram humilitatem, in perfecta & integra gratiæ confessione consistere.

Plene ergo & veraciter confitenda est gratia Dei: de cujus hoc primum munere est, ut auxilium ipsius sentiatur. Propter quod dicit Apostolus, *Nos autem non spiritum mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sint nobis.* Unde si quis est qui aliqua se habere existimat bona, quorum non Deus largitor sit, sed ipse sibi auctor exsistat; manifestum est hunc non Dei spiritum habere, sed mundi; & de illa sæcularis sapientiæ tumere doctrina, de qua dicit Dominus, *Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabo. Ubi sapiens? ubi scriba? ubi conquisitor hujus sæculi? nonne stultam fecit Deus sapientiam hujus mundi?* secundum quam, sicut ait Apostolus, quidam *cum cognovissent Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt: sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est cor insipiens eorum: dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.* Videsne qualis superbis retributio debeatur, & quali mercede repleantur, qui si quo modo ad cognitionem veritatis accesserint, suæ hoc sapientiæ tribuunt, & de naturali ingenio gloriantur; tamquam Deum non Dei munere, sed proprii intellectus facultate cognoverint? Omnia quidem elementa mundi, & universæ creaturarum naturæ, hoc ipsa sui exigunt specie, ut *invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciantur*, & in pulcritudine cæli & terræ quædam sunt paginæ ad omnium oculos semper patentes, & auctorem suum numquam tacentes; quarum protestatio doctrinam imitatur magistrorum, & eloquia scripturarum. Sed [c] quidquid illud est quo corporeorum sensuum exteriora pulsantur, in agro cordis, cui impenditur

Primum gratiæ manus est, nihil sibi boni, sed gratiæ tribuere.

1. Cor. 2. 12

1. Cor. 1. 19 & seq.

Rom. 1. 21. & 22.

Rom. 1. 10.

c

a Leonis editio addit, *aut*: quæ pericula abest ab editis Prosperi. Suspicamur, supra legi debuisse *particeps factus sit.*, & postea *revocatus sit*: propter, *quasi*, unde periodi initium: aut forte omisso *est*, post; *particeps factus, & aut*; deinde legi debere *ad imaginem postmodum elationis revocatus sit.*

b Prosperi codices *præsint*: Leonis: *præsunt.*

c Sic editio Leonis. Prosperiani codices. *quid illud est.*

tur ista cultura nec radicem potest figere, nec germen emittere; nisi ille sumus & verus agricola potentiam sui operis adhibuerit, & ad vitalem profectum ea quæ sunt plantata perduxerit. Sive enim contemplatio creaturarum, sive sacrorum series voluminum, sive scientia differentium, sincero & 1.Cor.3.7. assiduo testimonio prædicet veritatem, *Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus.*

CAP. VIII. Superborum ruinam omnium esse gravissimam.

INTER omnes igitur lapsus hominum, inter omnia commissa peccantium, nulla est gravior quam superborum ruina; maxime cum ipsa elatio in Dei tendit injuriam. Nam aliter inflantur, qui cupiditate extollentiæ singularis omnibus appetunt anteferri; aliter vero intumescunt, qui Dei auxilium refutantes, quæ fieri sine ipsius opere non possunt, ex sua perfici virtute contendunt, & spem suam a Domino auferunt, atque ad se transferunt: ut adimpleatur in eis *Jerem.17.5* quod scriptum est, *Maledictus homo qui spem habet in homine, & firmat carnem brachii sui, & a Domino discedit cor ejus.* Hæc superbia a diabolo sumpsit exordium. qui quoniam sua, quam a Creatore acceperat, potentia & dignitate sibi placuit, seque auctoris sui gloriæ comparavit; cum iis angelis quos [a] in consensum impietatis suæ traxerat, a cælesti sublimitate dejectus est: & ideo primis hominibus nocere potuit; quia illis male credulis per mendacia venenate persuasit, ut meliores se futuros putarent, si [b] in libertatem sui arbitrii prosilirent, quam si in legis datæ custodia permanerent.

a

b

CAP. IX. Superbiam, qua quis suorum sibi vult auctor esse bonorum, omnis esse peccati initium. *Eccl.* 10. 15.

SIVE itaque in lapsu diaboli, sive in prævaricatione hominis, *initium peccati superbia* est: quæ congruenter & avaritia nominatur, quia utraque appellatio eum significat appetitum, qui & suam mensuram concupiscat excedere, & non dignetur dives esse nisi propriis; tanquam habeat hoc simile Deo, ut bonorum suorum ipse sibi sit fons, ipse sibi sit copia. Hæc autem elatio de perverso usu donorum Dei nascitur. Nam si conditor naturarum nulla pulcra, nulla sublimia naturis rationabilibus contulisset, unde se extollerent non haberent. Non enim de iis quæ non accepit, superbit, nec inflari quisquam de eo potest quod a participatione ejus alienum est: Numquam gloriatur de sobrietate [c] temulentus, neque de benevolentia invidus, aut de lenitate sævus, vel de castitate extollitur impudicus. Ipsa se a virtutibus, vitia secernunt; & cum in peccatis agitur, non insita per naturam, sed ex mala voluntate concepta, [d] ut propria diliguntur: quia sicut scriptum est, *Mendax de proprio loquitur.* Cum autem in bonis & rectis actibus laudabilis vita ducitur, Dei est quod geritur, Dei est quod amatur. *Omne* enim *datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum.* Unde quia inter vitia aut nulla est aut rara jactantia, & facile spernitur qui de opprobrio gloriatur, malum superbiæ maxime virtutibus est cavendum: quia nullis opportunius insidiatur, quam quibus laus justa debetur.

c

d

Joan.8.44.

Jacob.1.17

CAP. X. Ex bonis operibus superbiam & Pelagianam hæresim esse natam nec non & Pelagianorum reliquias.

CUM ergo per ineffabilem misericordiam Dei captivis libertas, perditis salus, mortuis vita reparatur; cum in sacramento crucis & resurrectionis Christi ad novitatem redit vetustas, & ad innocentiam regeneratur impietas; antiquus hostis magnius fremit & acrius inardescit: & cum innumeris nocendi artibus humanum genus nitatur evertere, serens discordias, incitans iras, acuens cupiditates, suadens turpia, falsa commentans, & errorum laqueos per opinionum commenta multiplicans; plus uritur de virtute stantium, quam lætetur de fragilitate labentium. Multi enim servientes Deo, & in lege ejus die ac nocte meditantes, *crucifixerunt carnem suam cum desideriis & concupiscentiis*, omniumque illecebrarum incentiva domuerunt; non damnis victi, non persecutionibus fracti, non prosperitatibus depravati, mundum istum nec dilexere obsequentem, nec timuere terrentem. Tantam itaque firmitatem, & tam sublime propositum qua impugnatione diabolus posset adoriri, nisi ut quibus non potuerat persuadere vitiorum amorem, immitteret laudis cupiditatem; [e] & inde novissima instrueretur tentatio, unde nocuit prima deceptio?

Gal.1.2. Palat. 5. 24.

e

Optimis quibusque insidiari tentatorem.

Non itaque desidiosis & tepidis, neque inertibus & incultis, sed magis quibusdam animis sedulis, & bonorum actuum probitate luculentis, per gloriam irrepsit humanam: & quos impulsione non movit, elatione dejecit. Quanto enim clariores erant meritis, tanto eos aptiores suis invenit insidiis. In paradiso namque Ecclesiæ constitutos, & virtutum deliciis abundantes, ad confidentiam liberi incitavit arbitrii: ut profectus suos in se constituerent, & ad arborem propriæ voluntatis manum præsumptionis extenderent. Restiterunt quidem huic impietati recta [f] innumerabilium corda sanctorum, & non solum docti quique Pontifices, verum etiam universales Ecclesiæ plebes, Apostolicæ sedis exemplo, insaniam novi dogmatis horruerunt: sed invenerunt quosdam viperina consilia, quibus doctrinæ suæ virus infunderent, & quorum linguam per dolos falsæ rationis armarent. Hinc illa erat naturæ humanæ fraudulenta laudatio, & illæsæ per omnes homines originalis defensio dignitatis. Hinc Adæ peccatum exemplo posteris asserebatur nocuisse, non transitu: & quam illi possibile fuerat non violare mandatum, tam liberum esse unicuique declinare delictum. Hinc evacuatio baptismatis parvulorum: qui sola adoptatione donari, nullo tamen reatu dicerentur absolvi. Hinc postremo divinæ gratiæ simulata & insincera confessio: quæ secundum merita daretur, non ex qua merita nascerentur. Quam partem superbæ prædicationis quidam sibi, cum cætera abnuerent, servaverunt. Sed hoc eos aut nimis imperite, aut valde nequiter fecisse non dubium est: ut omnium hominum generalem ruinam, meritorum privilegio sublevarent: & cum inter nostros originalis peccati vulnera faterentur, inter suos tamen hoc tenere ostenderent, quod primorum hominum prævaricatio solis imitatoribus obfuisset: naturalem autem facultatem, nihil sui in alieno amisisse peccato, cui & possibile esset & liberum per voluntariam devotionem promereri gratiæ largitatem.

f

Pelagii dogmata.

Pelagianorum reliquiæ sempelagiani.

CAP. XI. Omnes in peccato natos a salute alienos esse, nisi in Christo

VERUM istam damnati dogmatis portionem catholicæ mentes facile intelligunt, & merito detestatur. Dicente enim Domino Jesu, *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. Non enim veni vocare justos, sed peccatores:* convincuntur isti in superbia, etiam sine voce clamare, Sani sumus,

a Prosperi editiones, *in consensu.*

b Ita editio Parisiensis operum S. Ambrosii an. 1567. & Leonis anni 1675. In aliis, *in libertate.*

c Editiones Prosperi, *temulentia*, in contextu, in margine vero indicant *temulentus*, quæ vox in Leone quoque habetur.

d editio Leonis recentior, cum alias, ut in Prosperi libris legeretur, *& propria.*

e Leonis editio, *ut inde.*

f Apud Prosperum, *innumerabilia.*

renaſcantur.. opus medico non habemus. Quæ nobis exſpectanda ſunt præſidia de ope gratiæ, quibus ſuppetunt vires de incolumitate naturæ? Non autem ſtruſtra *Matt.* 9. 12. & 13. Joannes proteſtatur & dicit, *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit* [a] *peccata mundi*. Nec fruſtra ſcriptum *Joan.* 1. 29. a eſt, *Nemo mundus a ſorde, nec infans cujus unius diei vita eſt ſuper terram*. Et, *Quis poterit facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nonne tu qui ſolus es?* Propter quod, ſicut nunc in Eccleſia manet conſtitutio Salvatoris dicentis, *Ni- Joan.* 3. 5. *ſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu-ſancto, non intrabit in regnum cælorum*, ita ſacratiſſime erat in lege præcautum ut natus puer, niſi die circumcideretur octavo, exterminaretur anima ejus de populo ſuo, nullum in hereditate Iſrael habitura conſortium. Quæ omnia & multo plura documenta non tanta cura ſacris paginis Spiritus-ſanctus inſeruiſſet, ſi talis eſſet natura in filiis Adam, *1. Joan.* 1. 8. qualis in ipſo eſt principaliter inſtituta. Sed quia *Luc.* 19. 10 Filius Dei venit ut ſolveret opera diaboli, & ut quæreret ac ſalvaret quod perierat: manifeſtum eſt omnes in Adam damnationi obnoxios eſſe naſcendo, niſi in Chriſto liberati fuerint renaſcendo.

Baptiſmi virtus & forma. Unde vigilanter nobis conſiderandum eſt, in ipſo regenerationis munere quid geratur. Quamvis enim ad unum concurrant omnes ejuſdem myſterii portiones; aliud tamen eſt quod viſibiliter agitur, aliud quod inviſibiliter celebratur: nec idem eſt in ſacramento forma quod virtus; cum forma cum humani miniſterii adhibeatur obſequio, virtus autem per divini operis præſtetur effectum. Ad cujus utique potentiam referendum eſt, quod dum homo exterior abluitur, mutatur interior: & fit nova creatura de veteri, vaſa iræ in vaſa miſericordiæ transferuntur, & in corpus Chriſti convertitur caro peccati: de impiis juſti, de captivis *Joan.* 1. 13. liberi, de filiis hominum fiunt filii Dei, *Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, ſed ex Deo nati ſunt*. Quod quia indubitante accepimus: veriſſimum eſt quod Apo- *Rom.* 8. 14. ſtolus docet dicens, *Quicumque enim Spiritu Dei aguntur, ii filii ſunt Dei*. Unde videant cujus ſe haberi filios velint, qui definierint, omnes homines voluntate propria regi: cum idem Apoſtolus *Ibid.* v. 9. proteſtetur & dicat, *Qui Spiritum Chriſti non habet, hic non eſt ejus*.

CAP. XII. In ſolo Deo eſſe gloriandum, a quo omnis virtus, gloria, ſapientia eſt. REFUTATA igitur ſuperborum impia vanitate, quibus in peccatum etiam illa, quæ in eis videntur laudanda, vertuntur; nos illam humilitatem, cui virtus & gloria [b] Deus eſt, eligamus: ſcientes prophetam David cecinisſe de ſanctis, *Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in tua juſtitia exaltabuntur: quoniam gloria virtutis eorum tu es*. Qui & alibi piiſſime confitetur Dominum in ſanctis ſuis eſſe laudandum, dicens, *Mirabilis Deus in ſanctis ſuis: Deus Iſrael ipſe dabit virtutem & fortitudinem plebi ſuæ*. Hinc etiam Jeremias concordat, & dicit: *Hæc dicit Dominus: Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, & non glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur dives in divitiis ſuis; ſed in hoc glorietur qui gloriatur, intelligere & ſcire quia ego ſum Dominus*. Ipſe vero intellectus & ſcientia unde habeantur, pandunt *Prov.* 2. 6. Proverbia Salomonis, & dicunt, *Quoniam Dominus dat ſapientiam, & a facie ejus ſcientia & intellectus*. Unde [c] in Eccleſiaſtæ libro ipſius legimus, quod & corda & opera juſtorum in manu Dei ſint; & tantum in ſtudiis ſuis proficiant, quantum eos ille provexerit. *Quatumcumque*, inquit, *laboraverit homo ut quærat, non inveniet. Et quodcumque* * *dixerat ſapiens ut ſciat, non poteſt invenire: quia univerſum hoc vidit cor meum, quia juſti & ſapientes & operationes eorum in manu Dei*. Tale eſt quod Apoſtolus prædicat, dicens, omne verbum bonum, & omne opus ſanctum [d] donum eſſe Spiritus-ſancti, ſine quo nihil recte agatur. *Ideo*, inquit, *notum vobis facio, quod nemo in Spiritu Dei loquens, dicit anathema Jeſu. Et nemo poteſt dicere, Dominus Jeſus, niſi in Spiritu ſancto. Diviſiones vero ſunt gratiarum, idem autem Spiritus; & diviſiones miniſtrationum ſunt, idem autem Dominus; & diviſiones operationum ſunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus. Unicuique autem datur manifeſtatio Spiritus ad utilitatem. Alii quidem per Spiritum datur ſermo ſapientiæ, alii autem ſermo ſcientiæ ſecundum eumdem Spiritum, alteri fides in eodem Spirtu, alteri operatio virtutum, alii prophetia, alii diſcretio ſpirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio ſermonum. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens ſingulis prout vult*.

c *Eccle.* 8. 17. & c. 9. 1.

* *alias*, dilexerit.

d 1. *Cor.* 12. 3. & *ſeq.*

CAP. XIII. Sine Chriſti operantis in nobis auxilio nihil boni nos agere: nec ita auferri liberum arbitrium ſed juvari. SUNT & alia innumerabilia teſtimonia, quæ ex paginis & novi & veteris Teſtamenti, quadam conclamatione confirment hanc eſſe veræ humilitatis excellentiſſimam dignitatem, ut omnia quæ hominem faciunt Chriſtianum, ad divinæ gratiæ donum referantur. Sed tantam multitudinem ſententiarum in unum congerere immodicum fuit: præſertim cum mihi ſermo eſſet ad Sanctimoniam tuam, cui ex formula eorum quæ commemoravimus, omnia ſe aut recordanti offerent, aut legenti; licet quædam, etiam breviſſima, tantæ ſint plenitudinis, tantæque virtutis, ut nullo adverſantis ingenio poſſint in ſenſum alium detorqueri. Nam quæ contradictio admitti poteſt in eo quod ipſa Veritas diſcipulis ſuis per Evangelium Joannis dixiſſe narratur: *Sicut palmes*, in- *Joan.* 15. 4. quit, *non poteſt facere fructum, niſi manſerit in & 5.* *vite; ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum; quia ſine me nihil poteſtis facere*. Nonne convincitur palmes elatus, quod omni fertilitate vacuatur, ſi vitis ubertate non alitur? Quis enim ſine auxilio gratiæ fructum poteſt afferre juſtitiæ? aut quis audet dicere ſe a Chriſto non dividi, qui Chriſtum in ſe diffitetur operari? An forte verendum eſt, ne liberum tollere videamur arbitrium, cum omnia per quæ propitiatur Deus, ad ipſum dicimus eſſe referenda? Quod nequaquam eſſe conſequens [e] veritatis oſtenditur. Operante enim Spiritu Dei, juvatur arbitrium, non auferitur; & hoc agit gratia, ut voluntas peccato corrupta, vanitatibus ebria, ſeductionibus circumſepta, difficultatibus impedita, non remaneat in languoribus ſuis; ſed per opem miſerentis medici curara revaleſcat, & gaudeat ſe non interrogantem edoctam, & non quærentem eſſe quæſitam. Quia impletur quotidie quod Iſaias propheta prædixit, *Quibus non eſt annunciatum de eo, videbunt, & qui non audierunt, intelligent*. Quomodo autem hoc fiat, Joannes apoſtolus

A Chriſto dividi qui Chriſtum in ſe non fatetur operari.

e

Iſai. 52. 15

a Lovan. editio, *peccatum mundi*. Colon. & recentiores omiſerant vocem hanc, *mundi*.

b Ita in Leonis operibus. In Proſperi vero libris. *Dei eſt*.

c Sic in Leone legitur. In Proſpero autem, *in Eccleſiaſte*.

d Editio Leonis omiſit *donum*: habetque *eſſe Spiritus-ſancti*. Editiones Proſperianæ, *donum eſt*.

e Videtur hic aliquid deeſſe.

1. Joan. 5. 19. lus docet dicens, *Scimus quia ex Deo sumus, & mundus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam Filius Dei venit, & dedit nobis sensum: ut cognoscamus verum Deum, & simus in vero Filio ejus.* Quod utique nunc eadem potentia Dominus Matt. 28. 20. indesinenter operatur, qua ait, *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

CAP. XIV. In nullo gratiæ operationem ab humana voluntate præveniri. Exod. 33. 19. Rom. 9. 15. Jerem. 31. 3 1. Joan. 4. 10. UT ergo misericordiam Dei quæramus, Dei misericordia est, qui ait, *Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericordiam præstitero.* Unde mire per Jeremiam idem Dominus manifestat, quod Dei gratiam nemo præveniat merito suo; sed propter dilectionem qua Deus diligit, etiam aversos ad misericordiam trahi: *Dilectione*, inquit, *æterna dilexi te; propterea traxi te ad miserationem; quia ædificabo te, & ædificaberis, virgo Israel.* Cui sententiæ Joannes quoque apostolus congruit, dicens, *Non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse dilexit nos.* Et infra, *Nos ergo diligamus Deum, quoniam Deus prior dilexit nos.* Paulus quoque apostolus in eadem est sententia, dicens in Epistola ad Timotheum secunda, *Collabora Evangelio secundum virtutem Dei, qui nos liberavit, & vocavit vocatione sancta: non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum & gratiam, quæ data est nobis ante tempora æterna.* Ad Titum etiam scribens docet, nullo bono hominis merito Dei gratiam præveniri. *Eramus*, inquit, *& nos insipientes aliquando, increduli, errantes, servientes desideriis & voluptatibus variis, in malitia & invidia agentes, odibiles, odientes invicem. Cum autem benignitas & humanitas apparuit Salvatoris nostri: non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit, per lavacrum regenerationis Spiritus-sancti, quem effudit abunde in nos per Jesum Christum Salvatorem nostrum, ut justificati gratia ipsius, hæredes simus secundum spem vitæ æternæ.* Omnis igitur illuminatarum mentium pius motus, alienari quidem non potest a propria hominis voluntate; si quidem nihil recte faciet, nisi quod volens egerit: sed ut ad id quod æquum & utile est, animi tendat intentio; de illius æternæ & incommutabilis voluntatis inspiratione concipitur. Et sicut arte medici fit in oculis caligantibus, ut possint videre quod non vident, nec tamen non ipsorum est visio quam medicina contulerit: ita in cordibus tardis & hebetibus, per Spiritum-sanctum acies obducta tergitur, & de vero lumine tenebrosæ jam & deficientes lucernæ lumen accipiunt; nec tamen nisi ipsarum erit quidquid fulgoris acceperint. Unde dicit Dominus, *Ignem veni mittere in terram, & quid volo nisi ut ardeat?* Et idem jubet, ut lucernæ nostræ sint semper ardentes, ut scilicet superno igne accensus animus non tepescat, sed studeat semper ardere: ac si vigorem ejus aliqua turbarit adversitas; unde cœpit inflammari, inde poscat igniri.

Tit. 3. 3. & seq. Quomodo nostrum est quod in nobis operatur Spiritus-sanctus. Luc. 12. 49 Ibid. ℣. 35.

CAP. XV. Ideo dari præceptum ut præcipientis quæratur auxilium, cui homo obediendo cooperetur. PROINDE quia manifestissime & Prophetica, & Evangelica, & Apostolica doctrina, nec superbos nos vult esse, nec desides; cooperatores nos esse oportet gratiæ Dei, ut illam excitantem, juvantem, locupletantem, & quotidie provehentem, vigilanter & sobrie subsequamur; numquam cessantes ab actione gratiarum: quia inter secunda vitæ istius & adversa, quibus gemina semper tentatione pulsamur, si proficimus, inde alimur; si stamus, inde subsistimus; si recidimus, inde reparamur. Dicit enim Spiritus per prophetam David, *A Domino gressus hominis dirigentur, & viam ejus volet. Cum ceciderit non collidetur; quia Dominus supponit manum suam.* Non itaque frustra præcipitur ut boni simus, cum dicitur, *Declina a malo, & fac bonum.* Sed nec frustra per Jeremiam dicit Dominus, *Timorem meum dabo in cor eorum, & visitabo eos, ut bonos eos faciam.* Nec superflua erat præceptio Pauli apostoli ad Romanos dicentis, *Noli vinci a malo, sed vince in bono malum;* cum Corinthiis dicat, *Oramus autem ad Deum, ut nihil mali faciatis.* In omnibus enim monitis Dei atque mandatis, una eademque ratio est & divinæ gratiæ, & humanæ obedientiæ. Nec ob aliud umquam datur præceptum, nisi ut quæratur præcipientis auxilium. Voces enim docentium, & litteræ paginarum, quæ ad eruditionem audientium vel legentium Deo serviunt, non carent ejus virtute cui serviunt; & quando id quod jubetur ab obediente perficitur, tunc effectus divini operis declaratur.

Pf. 36. 23. Ibid. ℣. 27. Jerem. 32. 40. Rom. 12. 21 2. Cor. 13. 7

CAP. XVI. Quantopere cavenda sit in bonis operibus elatio, quæ omnia corrumpit; Philip. 2. 1, 2. VIGILANT autem tentatoris insidiæ, ut ubi proficit devotio, surrepat elatio, & ut homo de bono opere in se potius quam in Domino glorietur. Sed sollicitudo nos Apostoli contra hoc periculum monet, dicens, *Cum timore & tremore vestram salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari, pro bona voluntate.* Quanto ergo excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores habent causas formidinis & tremoris: ne de ipsis probitatis augmentis mens sibi conscia, & laudis avida, in superbiæ rapiatur excessus, & fiat immunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute. Sed contra hoc periculum quid beatus Petrus in prima Epistola prædicet, audiamus: *Si quis*, inquit, *loquitur, tamquam sermones Dei: si quis ministrat, tamquam ex virtute quam administrat Deus: ut in omnibus honorificetur Deus per Jesum Christum, cui est gloria & imperium in sæcula.* Item idem & in Epistola secunda, *Gratia*, inquit, *vobis adimpleatur in recognitione Domini nostri Jesu Christi, qui nunc omnia nobis divina virtute sua, quæ ad vitam & pietatem pertinent, donavit per agnitionem suam; qui [a] vocavit nos propria gloriæ virtute, per quam maxima nobis & pretiosa promissa donavit: ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ, fugientes ejus quæ in mundo est, concupiscentiæ corruptionem.* Si ergo omnia quæ ad vitam & pietatem pertinent, Deus nobis divina sua virtute donavit: nihil magis fugiendum est, quam appetitus hujus concupiscentiæ, quæ virtutem negat divini operis, amore propriæ dignitatis. Et cum aliæ cupiditates ea tantum bona quibus adversantur, imminuant; hæc dum omnia ad se trahit, simul universa corrumpit. Cum itaque totius superbiæ generale nomen odiosum sit; sive illa de honore suo, seu de nobilitate, vel de immodicis opibus intumescat: hæc pars ipsius omnibus tentationibus nocentior invenitur, quæ videtur iis quas perditas cupit, amica esse virtutibus. Sed quia sublimiora quæque gravius corruunt; gaudet princeps superbiæ, eos quos potuerit sua impulsione prosternere, ad celsiora crevisse.

1. Petr. 4. 11. 2. Petr. 1. 2. & seq. a

Nulla pars superbiæ nocentior, quam de operibus bonis elatio.

a In Vulgata, *propria gloria & virtute*. In Græco textu, *gloria & virtute*: in utroque, *per quæ*.

CAPUT XVII. Per humilitatem homo vere Deo subditur & unitur.

HUIC autem malo firmissimum bonum humilitatis occurrit. Quam ideo diximus veram: quia omnium virtutum inexpugnabilis fortitudo, & quædam suorum est vita membrorum. Discernimus enim illam ab iis officiis, quæ potest etiam cum mundi sapientibus habere communia: & in eo proprietatem ipsius definimus, quod per omnia Deo subditur. Nec potest quidquam de meritis suis perdere, quorum causas atque profectus non in se, sed in suo auctore constituit. Dignum quippe est, ut imago Dei Deo splendeat, & inde pulcra, inde sit compta, dicens, *Signatum est super nos lumen vultus tui Domine*. Alioquin adultera est, & a divino aliena conjugio, si alterius cujusquam decorem in speculo sui cordis ostentat, aut ullis aliis monilibus acquiescit ornari, nisi illis quæ de thesauris sponsi per sancti Spiritus pignus accepit. *Psal.* 4, 7.

CAPUT XVIII. Demetriadi magis humilitate opus esse, propter virginitatis puritatem, & familiæ splendorem.

SI autem quælibet anima Christiana hujus debet continentiæ soliditate muniri; quia omnes nuptiale sacramentum in quocumque vocationis suæ ordine susceperunt: quanto magis personæ tuæ dignitas præsidio hujus virtutis armanda est, cui de opulentissimis gratiæ Dei donis tam multiplex se ingerit materia gloriandi. Quamvis enim communis tibi sit cum multarum virginum puritate virginitas; non tamen facile reperitur quæ possit tibi magnificentia domus, & splendore antiquissimæ familiæ comparari. De quibus ut non superbias, nec tibi hoc ipsum quod eis Christum præposueris, adscribas; ipsa est vera humilitas, vera caritas, vera virginitas. Ab omni quippe contaminatione mens libera est, quæ sive in se, sive in proximo nihil diligit, nisi quod ex Deo esse novit. Nam amare aliquid quod non ex opere & Spiritu Dei sit, non est casta dilectio, & sufficit tentatori sublimes & claras animas hac illusione violasse, ut quas ad illicita non impulit, plancendo sibi [a] de elatione dejecerit.

Nihil diligere, nisi quod ex Deo est.

a

CAPUT XIX. Sine caritate, quæ non quærit quæ sua sunt, nihil prodesse. 1. Cor. 13, 1. & seq.

DE hac charitate sine dubio Apostolus loquebatur, & istius proprietatem subtilissimis discretionibus eliquabat, dicens, *Si linguis hominum loquar & Angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum velut æs sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* In quarum definitionum formula multo laboraremus obscuro, nisi sequentia demonstrarent quæ esset species istius charitatis, cui soli tot operum labores, tot virtutum merita [b] non perirent. Esto enim ut multiplex loquendi peritia, quæ non solum ad omnem [c] humanæ facundiæ artem, sed etiam ad angelici eloquii pervenerit facultatem, si charitate careat, inutili æris sono, & tinnitui sit comparabilis cymbalorum. Esto ut habens prophetiam & scientiam, habens fidem dæmonibus imperantem, nihil sit, quia charitate sit vacuus; [d] verum ut etiam ille ab hac esse possit alienus, qui in alimoniam pauperum suas distribuerit facultates. vel qui corpus suum igne torrendum pro Christi confessione tradiderit; incredibile videretur, nisi beatus Paulus hoc diceret. Qui tamen cum ejusdem charitatis membra describeret, doceretque qualis esset hæc virtus, sine qua nullæ possint prodesse virtutes, *Charitas*, inquit, *patiens est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt*, & reliqua. *Ibidem.*

b c

d

CAPUT XX. Vanam proprii meriti gloriam omni esse peccato nocentiorem.

INFLATIO ergo, & ambitio, & propriorum bonorum superba defensio possunt destruere eleemosynas, possunt evacuare martyria, si & magnas opes amore quis humanæ laudis effundat, & sæva supplicia non ea fortitudine quam Deus tribuit, sed ea quam de se præsumpsit, excipiat. Hoc est enim propria fiducia inflari, hoc vanam gloriam quibuslibet ambire dispendiis: hoc postremo est, nolle habere quæ Dei sunt; & ibi suum constituere meritum, ubi divinum cessarit auxilium. Hæc superbia omni peccato nocentior, omni genere est elationis insanior. A quibuslibet enim lapsibus delictorum facile surgitur, quando opem a reparatore suo poscit elisus: huic autem ruinæ nihil subvenit; quia aut difficile peccatum suum superbus agnoscit, aut etiam si intellexerit, non currit ad medicum; sed de se sibi remedium pollicetur: nec umquam ibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina.

CAPUT XXI. Superbiæ virus sola humilitate & caritate, quæ se invicem complectuntur excludi.

HUNC autem corruptissimum pestilentiæ ipsius flatum spiritus veræ humilitatis & veræ charitatis excludit. In nullo enim hæ virtutes ab invicem dividuntur, & ambarum tam indiscreta connexio est, ut qui in una earum constituitur, simul utraque potiatur. Sicut enim pars charitatis est humilitas, ita pars humilitatis est charitas. Et si illa recolamus, quæ sine bono charitatis infructuosa esse Apostolus definivit; inveniemus eadem similem habere [e] vanitatem, si eis humilitas vera defuerit. Quem enim fructum habebit aut cum inflatione scientia, aut cum humana gloria fides, aut cum jactantia largitas, aut cum elatione martyrium? Unde quia [f] in districtionem superbiæ & humilitas tendit & charitas; de utraque habeatur dictum, quidquid de una est disputatum.

e

f

CAPUT XXII. Nihil boni esse a nobis, quando nec ipsa recta oratio.

SUPEREST nunc, sacratissima Dei Virgo, ut sobrio castoque judicio sancti cordis tui arcam discutias, & aculeo totius elationis obtrito, investiges in te atque dinumeres, quæ & qualia tibi Sponsus tuus dona contulerit: quæ a me non oportuit recenseri, ne aut plura contexerem, aut pauciora percurrerem. Verecundiæ enim tuæ onerosa foret etiam vera laudatio, & ipse contra disputationem meam facerem, si cui ab humana gloria continentiam suasissem, ad eamdem te tuis præconiis incitarem. Ipsa ergo aulam tuæ mentis ingredere, & in secretario purissimæ conscientiæ tuæ, qualia tibi reposita sint ornamenta circumspice: & quidquid ibi splendidum, quidquid pulcrum pretiosumque repereris, divini operis & muneris esse ne dubi-

a Ita editio Leonis operum. Editiones vero Prosperianæ, *ad elationem*.

b Ita cum Leonis editione Lovan. Prosperi. At Duac. & Colon. *non præirent*: quæ lectio juvaripotest verbis Apostoli in fine ejusdem capitis 13. *Major autem horum est caritas*.

c In Leone, *humanam facundiæ artem*.

d Vox ista *verum*, sumitur ex Leonis operum editione: aberat a Prosperianis.

e In omnibus codicibus excusis legitur, *caritatem*: quod quam a mente auctoris alienum sit, nemo non videt. Aliquis in margine hujus loci tomo 3. opusculorum de gratia Lovan. 1648. editorum scripsit *veritatem*: quod etsi sensum aliquem efficere queat, tamen videtur commodis aptiusque *vanitatem*, vel *inutilitatem*, aut aliam ejusdem energiæ vocem substitui debere, ut ex contextus serie quisque intelliget.

f Prosperiani codices, *in districtione*. In Leone quartus casus habetur.

bites: ita ut in omnibus bonis opulentiæ tuæ, & gratiam donatoris, & jus proprietatis agnoscas. Accepisti enim quæ habes; & quidquid tibi diligentia tui laboris accrevit, per ipsum tibi est auctum, per quem fuerat inchoarum. Itaque utendum tibi est eis quæ largitus est Deus: & ab eodem semper est petendum ut donis ejus fideliter & scienter utaris. Quid enim nobis boni potest esse sine ipso? Quandoquidem etiam ut recte oremus, ex ipso est: dicente Apostolo, *Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desideret Spiritus, quoniam secundum Deum postulat pro sanctis.* Et ne dubium esset de quo Spiritu loqueretur, jam supra dixerat, *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timorem, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater. Itaque ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quoniam sumus filii Dei. Si autem filii, & heredes; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi: si tamen compatimur, ut conglorificemur.*

Humana etiam diligentia & cooperatio Dei munus est.

Rom. 8. 26. & 27.

Ibid. ℣. 15. & *seq.*

CAPUT XXIII. Omnem rectum affectum, cogitatum, & sermonem nostrum esse a Deo. *Act.* 2. 3. & 6.

IMPLET igitur Spiritus sanctus organum suum, & tamquam fila chordarum tangit digitus Dei corda sanctorum. Qui ideo cum die Pentecostes in Apostolos plebemque credentium, sicut a Domino fuerat promissus, influeret, in specie linguarum apparuit ignearum, & loquelis omnium nationum eos super quos insederat, fecit[a] effari; ut dubium non esset, per ipsius inspirationem, utilem affectum, rationabilem sermonem animis fidelium ministrari. Sicut ipse Dominum discipulis suis insinuavit, & dixit, *Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini. Dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris qui loquitur in vobis.* Quod non in solo magnarum tribulationum tempore credamus fieri, sed etiam in pace præstari. Audiamus Apostolum definientem quod ipsæ quoque cogitationes nostræ, nisi a Deo nobis insitæ fuerint, rectæ esse non possint. *Fiduciam*, inquit, *talem habemus per Christum ad Deum: non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est.*

a *Matt.* 10. 19.

2. Cor. 3. 4.

UNDE cum sanctorum animis ex Deo sit [b] utilis meditatio, justa petitio, efficax actio, ex Deo sit, in fide firmitas, in tribulatione patientia, in persecutione victoria; magna est in vera humilitate felicitas, cui Deus dilectio, Deus sapientia, Deus consilium, Deus fortitudo est. Nec dubie ista subjectio jam ex magna parte in illius futuræ beatitudinis est constituta consortio, ubi *Deus erit omnia in omnibus.* Quod ideo in hac vita ad plenum non potest obtineri, quia nondum mortale nostrum induit immortalitatem, nec corruptio transiit in incorruptionem: caro adhuc contra spiritum, & contra carnem spiritus concupiscit, nec invenitur in ullo hominum tanta concordia, ut legi mentis lex quæ membris est insita, non repugnet. Prosper quod ex omnium sanctorum persona accipitur quod Joannes apostolus ait, *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est.* Cum tamen idem ipse dicat, *Qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet; & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est.* Utrumque ergo verum est: quia & nemo sine peccato est, in eo quod nemo est sine lege peccati: & *qui natus est ex Deo, peccatum non facit;* quia per legem mentis, id est, per charitatem, quæ Dei semen est, peccatum non facit, *Charitas* enim *operit multitudinem peccatorum;* & sine qua nullum prodest bonum, [c] per hanc deletur omne peccatum. Dum igitur, *corpus quod corrumpitur aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem*; non quidem obtinetur [d] ut jam omnia in omnibus Deus sit, quia nullus est sine tentationis stimulo & sine mutabilitatis incerto. Sed quia, *Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum*; sine dubio inde habetur virtutum omnium portio, unde habebitur plenitudo; & tanto quisque est beatior, Deoque conjunctior; quanto plus in eo fuerit gratiæ divinæ quam actionis humanæ. Benedic itaque Domino in omni tempore, & laus ejus in tuo ore sit semper. Anima autem tua non adquiescat nisi in Domino laudari. Superbi quidem refragabuntur: sed mansueti hæc audient, & lætabuntur.

CAPUT XXIV. b Quidquid veritatis & caritatis sancti habent in hac vita, a Deo habent: quoniam & in cælo quidquid habituri sunt ab illo erit: ab eo portio, a quo erit plenitudo. *1. Cor.* 15. 28. *Ibid.* ℣. 53. *Gal.* 5. 17. *Rom.* 7. 21. *1. Joan.* 1. 8. *1 Joan.* 3. 9

c *Sap.* 9. 15.

d

Jac. 1. 17.

Psal. 33. 1.

Ibidem 3.

a Prosperi codices, *affari*. Leonis editio, *effari*.

b Sic editio operum Leonis. In Prosperianis vero, *ut illis meditatio justa, petitio efficax, actio ex Deo sit, in fide firmitas*. Quæ adeo levis immutatio cum vitiosa interpunctione totum sensum tam egregiæ sententiæ subvertebat. Etsi porro ex sola conjectura restituta fuerit, nihilo tamen minus non dubiæ necessitatis emendatio.

c Prosperi libri, *per quam*. Melius in Leone *per hanc*.

d Minus recte Prosperiani codices, *ut jam anima*. Melius Leonis editio, *ut jam omnia*: ut patet legenti.

SYL-

SYLLABUS CODICUM

TAM EDITORUM

QUAM MANUSCRIPTORUM.

Ad quos de novo recognita & emendata fuerunt Opera ſancti Proſperi Aquitani tam certa, quam dubia, aut eidem haſtenus ſuppoſita.

EPISTOLA SANCTI PROSPERI AD S. AUGUSTINUM DE RELIQUIIS PELAGIANÆ HÆRESEOS IN GALLIA SUBOLESCENTIBUS, DEQUE HUJUSMODI HOMINUM QUÆRELIS ADVERSUS PRÆDESTINATIONIS ET GATIÆ DOCTRINAM, AUGUSTINI OPUSCULIS, PRÆSERTIM LIBRO DE CORREPTIONE ET GRATIA EXPLICATAM.

RECOGNITA & emendata eſt hac nova editione ad Editiones Lov. ſeu Lovan. id eſt, Lovanienſem anni 1565. opera Joannis Sotelli Lovanienſis procuratam. Duac. id eſt, Duacenſem, curis Joannis Olivarii auctam & caſtigatam anno 1577. Col. ſeu Colon. ideſt, Colonienſem, ſcilicet, Coloniæ Agrippinæ iterum excuſam ad inſtar Duacenſis editionis anno 1630.

Conſuluimus etiam editionem Pariſienſem Operum S. Auguſtini a RR. PP. Monachis Ordinis ſancti Benedicti e Congregatione S. Mauri ab anno 1679. ad annum 1690. procuratam: ubi eadem Epiſtola exhibetur, tam in tomo ſecundo, quam in decimo.

Item Mſſ. duos Bibliothecæ Regis Chriſtianiſſimi. Et alterum Mſ. Bibliothecæ Colbertinæ.

EPISTOLA HILARII AD AUGUSTINUM DE EODEM ARGUMENTO.

Recognita eſt ad eamdem editionem S. Auguſtini de qua ſupra, necnon ad ipſoſmet Mſſ. Regios duos, & Colbertinum mox citatos.

LIBRI S. AUGUSTINI DE PRÆDESTINATIONE SANCTORUM ET DE DONO PERSEVERANTIÆ AD PROSPERUM ET HILARIUM.

Tales omnino hic recuſi ſunt, quales ediderunt prædicti Auguſtini Operum correctores & editores.

S. PROSPERI EPISTOLA AD RUFINUN DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

Emendata eſt ad editionem Ven. ſeu Venet. id eſt, Venetiis factam anno 1538. aliquot S. Proſperi Opuſculorum de gratia & libero arbitrio.

Item ad editionem Lugd. ſeu Lugdun. id eſt, Lugdunenſem, omnium quæ integræ prodierunt Proſperi editionum antiquiſſimam, Typis & cura Sebaſtiani Gryphii Typographi Lugdunenſis anno 1539.

Item ad editiones Lovanienſem, Duacenſem, & Colonienſem; ac noviſſimam operum S. Auguſtini, ubi hæc Epiſtola legitur in Appendice tomi decimi.

Item ad Mſ. Codicem Remig. id eſt, Remigiano-Remenſem, Abbatiæ videlicet ſancti Remigii apud Remos Ordinis ſancti Benedicti: unde ad nos pro ſua humanitate variantes lectiones ejuſdem miſit unus ex piiſſimis & doctiſſimis hujuſce Cœnobii incolis.

Item ad Mſ. Jol. ſeu Jolienſ. id eſt, qui alias fuerat viri clariſſimi & erudiſſimi Claudii Joli Præcentoris & Canonici Eccleſiæ Metropolitanæ Pariſienſis: poſtea vero ex ejus legato factus eſt venerabilis Capituli ejuſdem Eccleſiæ: cujus a capite ad calcem legendi & conferendi facta nobis eſt copia per fideliſſimum ipſiuſmet Bibliothecæ Eccleſiæ Pariſienſis Cuſtodem.

S. PROSPERI DE INGRATIS CARMEN CUM PRÆFATIONE EJUSDEM.

Caſtigatum, quantum fieri potuit, ad ſupra recenſitas editiones Lugdunenſem, Lovanienſem, Duacenſem, & Colonienſem.

Ad eam quoque qua Pariſiis anno 1646. idem Carmen prodiit in linguam Gallicanam, tam verſibus, quam oratione ſoluta translatum.

Inſuper collatum eſt ad illud quod Lovanii exhibuit Martinus Steyaeret Doctor Lovanienſis cum notis Miſcellaneis, tomo tertio Opuſculorum ſuorum anno 1703. editorum.

IN OBTRECTATOREM S. AUGUSTINI EPIGRAMMA UTRUMQUE, AC EPITAPHIUM NESTORIANÆ ET PELAGIANÆ HÆRESEON.

Ad eoſdem libros recenſuimus, ad quos ſupradictum Carmen de ingratis.

S. PROSPERI PRO AUGUSTINO RESPONSIONES AD CAPITULA OBIECTIONUM GALLORUM CALUMNIANTIUM.

His castigandis, præter editiones Lugdunensem, Lovaniensem, Duacensem, & Colonien sem, ac editionem Appendicis tomi decimi Operum S. Augustini novæ editionis, consuluimus Mſ. Regium unum, Mſ. Jolienſem, & Mſ. Remigiano-Remenſis variantes lectiones.

S. PROSPERI PRO AUGUSTINI DOCTRINA RESPONSIONES ad CAPITULA OBJECTIONUM VINCENTIANARUM.

Emendavimus juxta editiones præcedenti articulo notatas. Tum etiam ad Mſ. Jolienſem, ac Mſ. Remigiano-Remenſis lectiones variantes.

PRO AUGUSTINO RESPONSIONES AD EXCERPTA QUÆ DE GENUENSI CIVITATE SUNT MISSA.

Contulimus cum editione Veneta anni 1538. quorumdam S. Prosperi opusculorum, Lugdunensi, Lovaniensi, Duacensi, & Colonien si supra dictis: ac Mſ. Jolienſi, & Remigiano Remenſis Mſ. Lectionibus.

EPISTOLAM CÆLESTINI PAPÆ, PRO PROSPERO ET HILARIO.

Post editionem ejusdem in Appendice tomi decimi Operum S. Augustini Parisiis cura Monachorum Sangermanensis Cœnobii Parisiis excusorum, exegimus ad editiones Prosperi Venetam anni 1538. Lovaniensem, Duacensem, & Colonien sem: necnon ad his priorem Moguntinam anni 1524. ubi jungitur libro contra Collatorem, & Epistolæ S. Aurelii Carthaginensis Episcopi contra Pelagianos.

PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM AUCTORITATES DE GRATIA DEI, ET LIBERO VOLUNTATIS ARBITRIO.

Recensuimus juxta supra dictas editiones Venetam, Lovaniensem, Duacensem, Colonien sem, & Moguntinam anni 1524.

Item juxta Appendicem tomi decimi Operum eorumdem S. Augustini novæ editionis. Ac novissimam Operum S. Leonis a Quesnellio emendatorum & illustratorum Parisiis anno 1675.

JOANNIS CASSIANI PRESBYTERI COLLATIO TERTIA - DECIMA DE PROTECTIONE DEI.

Edita est juxta exemplar Duaci excusum anno 1616. cum commentariis Alardi Gazæi Monachi Ordinis sancti Benedicti e Cœnobio S. Vedasti Atrebatensis.

DE GRATIA DEI ET LIBERO ARBITRIO LIBER CONTRA COLLATOREM.

Recensitus est ad editiones ejusdem libri Moguntinam anni 1524. Venetam anni 1538. Lugdunensem, Lovaniensem, Duacensem, & Colonien sem Operum S. Prosperi.

Item ad editionem ejusdem libri in Appendice tomi decimi Operum S. Augustini.

Subsidio fuerunt etiam Mſ. Jolienſis per nos collatus, & Mſ. Remigiano-Remensis variantes ad nos transmissæ.

PSALMORUM A CENTESIMO AD CL. EXPOSITIO.

Emendata est, quatenus licuit, ex fide codicum Lugdunensis, Lovaniensis, Duacensis, & Colonien sis.

Deficientibus nos Manuscriptis, conjecturas aliquot in locis, ex ipso S. Augustini opere, quod præ oculis habuerat Auctor noster, exposuimus.

SENTENTIARUM EX OPERIBUS S. AUGUSTINI DELIBATARUM LIBER UNUS.

Exactus est ad editionem Colonien sem anni 1531. Lugdunensem, Lovaniensem, Duacensem & Colonien sem anni 1630. Præterea ad eumdem librum, ut jacet in Appendice tomi decimi Operum S. Augustini novæ editionis.

Nec omisimus Mſ. Jolienſem, & Mſ. Remigiano-Remensis variantes lectiones.

EX SENTENTIIS S. AUGUSTINI EPIGRAMMATUM LIBER UNUS.

A nobis collatus est cum editionibus Veneta quorumdam Opusculorum S. Prosperi anni 1538. Omnium operum ejusdem Lugdunensi, Lovaniensi, Duacensi, & Colonien si anni 1630.

Consuluimus pariter Mſ. Regium unum. Mſſ. Colbertinos tres. Mſ. Jolienſem, & Mſ. Theodoricensis (sic notati, Theodor. seu Theodoric.) id est, Monasterii S. Theodorici prope Remos Lectiones variantes, hinc ad nos missas beneficio unius ex ejusdem Cœnobii Monachis, & cum editione Duacensi anni 1577. ab eodem collati.

SANCTI PROSPERI CHRONICUM INTEGRUM, IN DUAS PARTES DISTRIBUTUM.

Edidimus ex tomo primo Bibliothecæ novæ Mſſ. R. P. Philippi Labbei Soc. Jesu. Collato cum eodem ut habetur in tomo VIII. Bibliothecæ SS. Patrum Lugdunensi anni 1677. ac editione Chronicorum Eusebii, Hieronymi & Prosperi ab Illustrissimo Arnaldo Pontaco Episcopo Vasatensi emendata & notis illustrata anno 1604.

Nec-non cum Mſſ. quinque Bibliothecæ Colbertinæ: in quorum duobus, Chronicis Eusebii & Hieronymi subtexitur Chronicum verum S. Prosperi, quale edidimus in hoc opere; in tribus aliis annectitur iisdem Chronicum adulterinum, quod sub Pseudo-Chronici titulo damus in Appendice.

CONCILIUM ARAUSICANUM II. DE GRATIA ET LIBERO ARBITRIO.

Collatum est cum editionibus Lovaniensi, Duacensi, & Colonien si, ac Appendice tomi decimi novæ editionis Operum S. Augustini.

CONFESSIO QUÆ DICITUR PROSPERI AQUITANI.

Edita est ex tomo VIII. Bibliothecæ SS. Patrum

trum Lugdunensis, collataque ad Mſ. Jolienſem.

POEMA CONJUGIS AD UXOREM.

Excuſum eſt ut legitur in Editionibus Veneta Opuſculorum quorumdam S. Proſperi anni 1538. Lugdunenſi, Lovanienſi, Duacenſi, & Colonienſi, cum iiſdemque Mſſ. comparatum qui Epigrammata exhibent, quibus ante hac Poema iſtud ubique annectebatur.

DE PROVIDENTIA DIVINA INCERTI AUCTORIS CARMEN.

Huic recenſendo adjumentum præbuerunt, Mſſ. deficientibus, Editiones Lugdunenſis, Lovanienſis, Duacenſis, & Colonienſis anni 1630.

DE VOCATIONE OMNIUM GENTIUM IGNOTI AUCTORIS LIBRI DUO.

Emendati ope editionum Lovanienſis, Duacenſis & Colonienſis Proſperi Operum; ac novæ Editionis Operum S. Leonis Papæ, quæ cura P. Queſnelli prodiit.

Additus eſt Mſ. Jolienſis; non neglectis omnino variantibus Lectionibus, quas in margine apoſuerunt editores Duacenſes, & qui hos ſecuti ſunt, atque Queſnellius in Leone, ex Mſ. Camberonenſi & Thuaneo.

AD SACRAM VIRGINEM DEMETRIADEM IGNOTI AUCTORIS EPISTOLA SEU DE HUMILITATE TRACTATUS.

Legitur in editionibus Proſperi Operum Lovanienſi, Duacenſi, & Colonienſi: habeturque inter opera S. Leonis Papæ editionis Queſnellianæ. Harum auxilio quantum fieri potuit emendatiorem exhibuimus.

IN APPENDICIS PARTE PRIMA, JULIANI POMERII LIBRI III. DE VITA CONTEMPLATIVA.

Collati ſunt ad Editiones Operum Proſperi Lugdunenſem, Lovanienſem, Duacenſem, & Colonienſem. Nec non ad Mſſ. Regiæ Bibliothecæ duos, & Mſſ. Colbertinos quatuor, & Mſ. Jolienſem.

LIBER INCERTI AUCTORIS DE PROMISSIONIBUS ET PRÆDICTIONIBUS DEI.

Emendati ſuere juxta editiones Lugdunenſem, Lovanienſem, Duacenſem & Colonienſem Proſperi operum. Junctis variantibus lectionibus quas ad nos per-humaniter tranſmiſit vir religioſiſſimus e Cœnobio S. Remigii Remenſis: quas ille excerpſerat e Mſ. quem teſtatus eſt 800. annos excedere: cum ſcriptus videatur non ſæculo opera Leutberti & Adeloldi Monachorum.

CHRONICUM ALTERUM, QUOD ET PSEUDO-CHRONICON NUNCUPATUR.

Exhibetur quale habetur in editione Pithæana tomo VIII. Bibliothecæ Patrum Lugdunenſi 1677. & apud Labbeum tomo I. Bibliothecæ novæ Mſſ. p. 56. & ſequentibus.

Nec negleximus conſulere Mſ. Victorinum, unde hauſerat Pithæus, & Mſ. Jolienſem.

INDEX
IN OPERA
SANCTI PROSPERI AQUITANI,
ET ALIA QUÆDAM IIS ANNEXA.

A

Aaron primus Pontifex Hebræorum, 400.

Abel justum cur Deus non servarit ab insidiis fratris, 463. ℣. 317. Abel cur Deus occidi a fratre permiserit, 509.

Abia Rex, 401.

Abiathar Pontifex, 401.

Abilius II. Alexandriæ Episcopus, 410.

Abimelech filius Gedeonis, 400.

Abraham anno ætatis 75. e terra sua exire jussus, & promissionem accipit, 399. Nonagenarius generat Ismael, *ibid.* Abraham mandatum Circumcisionis accipit, *ibid.* Abraham anno ætatis 100. genuit Isaac ex libera, *ibid.* Abraham moritur anno promissionis, 100. principatus Joseph, 15. *ibid.* Abrahæ facta promissio gratiæ signum luculentius, cum posteritas ejus stellis cæli & arenæ comparabatur, 510. Abraham laudabili fide credebat per germen unius filii (Christi) patrem se futurum totius mundi, *ibid.* Abraham credentium pater in cunctis jam nationibus, 285. Omnibus beneficiis Dei erga Israelitas fidei Abrahæ meritum commendabatur, 229. Abraham olea cui inseritur oleaster, 30. Abrahæ promissio credunt & obediunt, 492.

Abundantia & prosperitas communis est & malis & bonis: sed a malis in dextera habetur, a bonis in sinistra reputatur, 301. Tam abundantia quam inopia materia peccati, 526.

Achaja a Romanis subacta, 410.

Achaz Rex, 401.

Achillas XVII. Episcopus Alexandrinus, 420.

Actuum Apostolorum lectio celebris in Ecclesia, 21.

Adam & Patriarchæ quo anno ætatis genuerint, 398. Idque juxta lxx. Interpretum editionem, non secundum Hebræum aut Vulgatam, *ibid. in nota.* In Adam omnium hominum concreata natura, in eodem tota periit, 189. Adæ lapsus & fidelium conversio quomodo opponantur, 334. 443. Adæ exemplum non imitandum, qui se a facie Domini mala conscientia conturbatus abscondit, 299. Magno peccato periit Adam, & in illo omnes perierunt, 143. Deus dicens, *Ecce Adam sicut unus ex nobis factus est*, significavit potius quid non fuerit assecutus, 190. Adam perdidit primitus fidem, quam omnes primam egemus accipere, 141. In Adæ posteros pœnam transisse & culpam, 184. Adamo post peccatum nihil remansit, nisi quod ad temporalem vitam pertinet, 189. Posteri Adæ omnia in Adamo perdiderunt, nec ipso timore reliquo, *ibid.* Ab Adam totum genus humanum jugum subiit servitutis, 247. Adam quomodo forma futuri dicatur, 349. Comparatio primi Adam & secundi, *ibid.* Adam cælestis terreni Adæ ruinam reparavit, 466. ℣. 489. Ad Adam aut ad Christum omnes pertinere, 342.

Admiratio. Nulla admiratio sine quadam formidine, 231.

Adrianus XII. regnat, 412. Unde natus, *ibid.* Adrianus tributa relaxat, *ibid.* Judæos rebellantes capit. *ibid.* Contra Sarmatas bellum gerit, *ibiv.* Adrianus moritur, 412.

Ascendi quomodo dicatur in mare rubrum, 230.

Adversa & prospera hujus vitæ non carent tentatione, 291.

Adversitas quomodo toleranda, 435. ℣. 7. Adversitas patienter ferendæ, 331. Justis petendum a Deo ne adversantibus tradantur, id est, ne ad facienda mala persequentibus cedant, 264.

Adulationis nocumentum, 326. *Epigr.* 88. Melior severa justi misericordia, quam blanda adulatio peccatoris, 295.

Adultera a Christo & veritate & gratia liberatur, 490. Adultera est anima, quæ superbit de Dei donis, 530.

Æneas Latinis regnat, 401.

Æneas Sylvius Latinorum Rex, *ibid.*

Ægyptus idem quod terra Cham, 229. Ægyptus sæpe figura sæculi, 246. Ægyptus fit Romana provincia, 406.

Ægyptus Sylvius Latinorum rex, 401.

Ægyptii interpretantur, afflictio populi Dei, 283.

Ægyptius pseudopropheta populum decipiens, & magna conatus a Felice opprimitur, de quo in Actibus *cap.* 21. 83. 409.

Ælia condita ab Ælio Adriano, 412.

Æmilianus tyrannus brevi occiditur, 417.

Æmilianus Dorostori martyr, 424.

Æquitas omnis in Dei & proximi dilectione posita, 256. Æquitas melior est quam sanitas, 329.

Æternitas. Vera æternitas & immortalitas in Deo solo, 218. 316. 359. *lin.* 15. *& seq.*

Æternæ hæreditatis immensitas, 333.

Aetius magister militum fit, 432. Aetius Felicem cum uxore & Grunnito interimit, *ibid.* Aetius deposita potestate insidias fugiens, ad Hunnos se confert, per quos amicitiam principium & potestatem recipit, *ibid.* Aetius a Valentiniano percussus, a circumstantibus confectus, 437.

Affectibus ad Deum accedi, 336. Omnem rectum affectum, cogitatum & sermonem nostrum esse a Deo, 530. Non solum in tempore tribulationum, sed etiam in pace, *ibid.*

Affectionis humanæ diversitas, ex diversitate voluntatis, 328

Afflictio malis pœna est criminis, bonis corona virtutis, 475. ℣. 902. Conversis prodest afflictionis tolerantia, 476. ℣. 946. Occultum formatur de bonorum & malorum permixtione, & omnibus afflictionibus vitæ temporalis, dum Christi differtur adventus, 292.

Africa inter Valentinianum & Geisericum divisa, 431.

Africana Concilia contra Pelagianos a Zosimo approbata, & confirmata, 209.

Agabt prophetia expletur, 409.

Agamemno, 401.

Agere. Male agit qui non in Dei gloriam agit, 489. Agi plus est quam regi, 343.

Aggæus propheta, 402. Aggæus & Zacharias in Babylonia cum populo suo capti, reparationem Jerusalem prædixerunt, 306. Aggæus & Zacharias post captivitatem propherantes de relaxatione captivitatis & reparatione templi, quid præsignaverint, 243.

S. Agilei Martyris cæmeterium Carthagini, 438.

Agricola Pelagiano errore Britannias inficit, 432. A Germano Antissiodorensi debellatur, *ibid.*

Agrippinus IX. Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopus, 414.

Alba condita, 401.

Alethius Episcopus concilio Arausicano II. subscribit, 446.

Alexander nascitur, 403. Regnat, *ibid.* Moritur, *ibid.* Alexander regnum Persarum subvertit & Alexandriam condit, *ibid.*

Alexander XXI. regnat, 416. Occiditur, 417.

Alexander V. Romæ Episcopus, 411.

Alexander Jerosolymorum Episcopus martyr moritur, 417.

Alexander martyr, 416.

Alexander XVIII. Alexandriæ Episcopus, 421.

Alexandra, quæ & Selina, Jerosolymis regnat, 405.

Algelmundus primus rex Longobardorum, 427.

Altare Dei duplex, visibile & invisibile, quomodo ad utrumque perveniatur, 331.

Amasias regnat, 401.

Amare est velle, odisse nolle, 488.

Amator Dei, amator est sui, & non diligens Deum, non diligit proximum, quia non diligit se ipsum, 348.

Ambrosii scripta multa, 426. Ambrosii testimonium de lapsu Adæ & totius humani generis, 190.

Amici quomodo diligendi, 330.

Ammon rex Juda, 402.

Amor & timor omne bonum aut malum producit, 336. Duo amores duas faciunt civitates, 334.

Amor Dei. Sine eo nihil ad beatitudinem prodest, nihil ad Deum refertur, 487. Sine eo corrumpuntur dona Dei, 488. Nihil amandum quam quod ex Deo est, & Deus amat,

530. Amor bonus & malus. Utrumque in uno homine esse potest, sed bonum ut illo proficiente, iste deficiat, 327. Amor Dei non potest sine diaboli inimicitiis obtineri, 529.

Amor mundi charitati contrarius, 508. Amor sui quis bonus, 489. Amore sui aguntur, qui non amore Dei, 488. Amor istius vitæ laqueus venantium, 273. Pernicioſum consilium quærentis quæ sua sunt, 232.

Amorrhaei, amaricantes, 287.

Amos propheta, 402.

Amphion Thebæorum rex, 400.

Amulius Sylvius rex Latinorum, 401.

Anastasius XXXVII. Romæ Episcopus, 428.

Anatolius Laodicenus Episcopus claret, 418.

Angus Martius rex Roman. Ostiam condit, 402.

Androgei mors, 401.

Angelos esse spiritus invisibiles non dubitatur, 222. Angelus nomen est officii, Spiritus nomen est naturæ, *ibid.* Angelos Verbum non deseruit cum descendit ad nos, sed simul integer illis, integer nobis, illosque pascit per id quod Deus est, nos per id quod nos sumus admonet, 353. Angeli duo unicuique adhærere ex Cassiano, 170.

Anianus Marco successor Alexandriæ, 408.

Anicetus X. Ecclesiæ Romanæ Episcopus, 413.

Animæ duplex acceptio, 231. Anima seminæ, intellectus viro comparatur, 346. Animæ natura præstat ea natura secundum quam judicat; & de qua judicare nullo modo potest, 354. Anima humana in divinis, ex quibus pendet, rationibus videt quidquid recti videt, & factum credere debet, 353. Si nec ad terrena ordinanda rationalis animi vigeret ingenium, non vitiata esset, sed extincta natura; 192. Hæc tamen nihil ad justificationem conferunt sine cultu veri Dei, *ibid.* Primum animæ vitium voluntas ea faciendi quæ vetat summa & intima veritas, 354. Animæ immortalitas, 461. ℣. 224. A solo Deo puniri potest, *ibid.* Animæ unius duplices actiones, 303. Si bene spiritui servit, bene præsidet carni, *ibid.* Animæ inordinatio, 332. Anima ipsa excellentiore sui parte, ea quæ in se minora sunt ad laudes Dei incitat, 302. Anima pro adeptis habet, quidquid non dubia spe patienter expectat, 248. Anima & corpus etsi natura distent, mercede aut pœna junguntur, 461. ℣. 229. Anima quomodo bene imperet corpori, 332. Anima rationalis ad spiritalia erigi debet, 222. Animæ omnæ damna lugenda, magis quam rerum exteriorum, 475, ℣. 920. Animæ pœnitentis salutaris confusio, 447. Spes veniæ sequi debet, *ibid.* nec pœnitentiæ labores deterrere, attendenti ignem gehennæ, *ibid.* Quid circa animas agitur a die mortis, 27.

Animus non virtus, sed virtutis habitaculum; ex participatione sapientiæ, non sapientia, sed sapiens, 195. Animi rationalis ægritudo cum bona superiora imperfecte diligit, 330.

Annus. In quem annum xv. Tiberii incidat, 408. Quo Christus baptizatus aut mortuus, *ibid.* Anni omnes ad xiv. consulatum Theodosii, 433.

Anterus XVIII. Romæ Episcopus, 417.

Antiochia. Synodus Antiochena an Macedonio favcrit, 424. *nota.*

Antiochus Epiphanes e regione Ptolomæorum recedens in Judæam venit, ibique pontificatum pluribus tradit, 404. Hinc seditiones ortæ, *ibid.*

Antiochus Rex Syriæ Judæam sumit, 404. Antiochus ab Augusto superatur, & in amicitiam ejus redit. *ibid.*

Antipater Herodis Ascalonitæ filius procurator Palestinæ, 405.

Antonius Titus XIII. regnat cum filijs, 416. Antoninus Thermas Romæ ædificat, *ibid.* Occiditur, *ibid.* Antoninus pater patriæ appellatur, *ibid.* Antonini Pii mors, 414.

Antoninus Caracalla XVIII. regnat, 416. Antoninus Caracalla interficitur *ibid.*

M. Antoninus Verus, & L. Aurelius Commodus XIV. regnant, 414. Antonini mors, 415.

Antonii bellum adversus Augustum, 406.

Antonius Monachus nascitur, 417. Antonii Monachi mors, 423. Antonii discipuli insignes, *ibid.*

Antropomorphitæ qui & Audæani, 422.

Aod Judex quot annos judicaverit, 400.

Apocalypsis Joanni revelata in Pathmo, 410. Hanc Irenæus interpretatur, *ibid.* Ad Trajani tempora superstes Joannes, 411.

Apollinaris Hierapolitanus Episcopus, 413.

Apollinaris Laodicenus plura scribit: postmodum hæresim condit, 424.

Apollinis Delphici templum, 400. 401.

Apollonius Thyaneus Philosophus, 410.

Apologiæ pro Christianis a Quadrato & Aristide fiunt, 412.

Apostoli bonus odor Christi sunt, & iis qui pereunt, & iis qui salvi fiunt, 32. Apostoli præcipui arietes ovium Christi, 297. Apostoli filii excussorem, id est, prophetarum, quorum prophetias illi excutiendo reserarunt, 276. Apostoli sagittæ missi in universos fines terræ arcu Dominicæ jussionis, *ibid.* Apostoli cum audirent verba Christi jubentis ut docerent omnes gentes, virtute viventis verbi accensa est in cordibus eorum flamma charitatis, qua vellent Evangelium Christi omnibus gentibus prædicare, 194. In Apostolorum cordibus in passione nox facta est, *ibid.* Hos tamen licet rapere vellent dæmones, non sunt permissi, 224.

Appius Cladius claret, Claudiam aquam ducit, & viam Appiam sternit, 402.

Aquæ multæ populi infideles sive foris oppugnantes, sive intus insidiantes, 299. Aquarum pars quædam cælo superposita, remota ab aspectu, & fidei commendata, 163. Vis aquarum significat populorum furorem, 273.

Aquila depositis alis, rostroque mutato, in novas vires redivivo vigore juvenescit, 219.

Aram pater Moysi, 399.

Arausica civitas, 441.

Arbitrii libertas vera, 328. A Deo data, sed amissa nisi a quo potuit dari non potest reddi, *ibid. V.* Liberum arbitrium.

Arca Noe figura Ecclesiæ, 509.

Arca ab alienigenis possessa, 401.

Arcadius Augustus appellatur, 427. Arcadius XLIV. regnat cum Honorio, 428. Arcadius moritur, 429.

Arcadius Hispanus martyr pro fide, 433.

Archelaus Herodi succedit, 407. Archelaus Viennam relegatur, *ibid.*

Arcus versicolor multiformis gratiæ signum, 509.

Arelas a Gothis oppugnata, ab Actio liberatur, 431.

Aremulus Sylvius Latinorum rex, 401.

Aristides philosophus Apologiam pro Christianæ religione scribit, 412.

Aristobolus Rex & Pontifex Judæorum, 405.

Aristobolus Judæus & Philosophus Commentarios in Moysen ad Ptolæmeum scribit, 404.

Aristoteles Platonis auditor, 403.

Arius hæresiarches, 421. In Synodo Nicæna confutatur, *ibid.* Arianæ hæresi omnes fere Ecclesiæ sociantur, 423.

Aristarchus Tragicus, 403.

Argonautæ, 400.

Ariminus condirur, 406.

Arma militum Christi ex Apostolo, 299.

Arsaces primus Parthis imperat, 404.

Arses Ochi filius, 403.

Artabanus regnat, 402.

Artaxerxes, 403.

Artaxerxes Mnemon, *ibid.*

Artaxerxes Ochus, *ibid.*

Artemonis hæresis a Paulo Samosateno suscitatur, 418.

Asa Rex Juda, 401.

Ascanius Albam condit, 401. Regnat Latinis, *ibid.*

Asclepiades IX. Antiochiæ Episcopus, 416.

Astra aut nihil juris habent in actus hominum: aut si quid habent amittere possunt, cum dentur homini præcepta bene vivendi, 470. ℣. 644. Hominum mores ex astrorum influxu suspendentes injustum Deum faciunt, *ibid.* ℣. 635.

Athanaricus Christianos persequitur, 425. Athanaricus occiditur, 427.

Ataulphus moritur, 430.

Athenae conditæ, 400. Unde dictæ, *ibid.*

Athanasius XIX. Alexandriæ Episcopus, 421. Athanasius Alexandriam regreditur, 423.

Atlas astrologus frater Promethei, 399.

Atreus Argis regnat, 400.

Attalus occupato regno statim destitutus, 429. Attalus tyrannidem resumit, 430. Attalus ab Honorio in triumphum ductus, Liparæ exulat, *ibid.*

Attalus populum Romanum hæredem relinquit, 405.

Atticus Constantinopolitanus Episcopus, 73. ℣. 53. Pelagianos subdole irrepentes repellit, *ibid.*

Attilae in Romanum Imperium incursiones, 436. Romani Gothis sibi junctis repugnant, & innumerabilium strage utrimque facta, Gothi ad propria redeunt, *ibid.* Attila iterum Italiam invadente, pax ab eo a Romanis poscitur, *ibid.* Leo Papa cum Avieno & Trigetio ad Attilam diriguntur, 437. Attila Leonis præsentia gavisus ultra Danubium discedit, *ibid.* Attila Bledam interimit, 435. Attilæ mors, 437. Quæ turbæ inde inter suos secutæ, *ibid.*

Auctoritas. Plures in Ecclesia auctoritate nominum in sententia tenentur, aut a sententia transferuntur, 16. Magna

gna fortitudo conſenſionis, cui ad ſequendam veritatem auctoritas ſufficit, etiam latente ratione, 504.

Auctoritates Epiſcoporum ſedis Apoſtolicæ, junctis Africanorum conciliorum ſententiis, 256.

Audæus, a quo Audæani, qui & Antropomorphitæ, 422.

Aventinus Sylvius Latinorum Rex, 401.

Augustinus Vir ſanctus, 62. Summus vir in Eccleſia, *ibid.* Auguſtinus præcipua portio Domini ſacerdotum, 16. Quantum laboraverit contra hæreſes, & maxime Pelagianam, 56. Auguſtini obtrectatores occulti, *ibid.* Huic Paganorum & Manichæorum adſcribebatur impietas, 57. Auguſtini obtrectatores ingenioſe a Proſpero irridentur, *ibid.* Non ſolum Romana & Africana, ſed omnes Eccleſiæ cum doctrina Auguſtini, ſicut in tota fide, ita in gratiæ confeſſione congruunt, *ibid.* Nec in Galliis deerant ejus diſcipuli, *ibid.* Auguſtinus præcipuus in doctrina Eccleſiaſtica vir, 208. Paſtoralis ſpeculæ validiſſima turris, *ibid.* Fruſtra impugnatur, nec niſi ab his qui Pelagianorum & Juliani maxime convicia repetant, 209. Auguſtini obtrectatores quomodo repellendi, *ibid.* Auguſtinus ſpecialis fidei patronus, 5. Pro univerſis membris Chriſti vigilans, & adverſus hæreſes pugnans, 5. Auguſtini libris non intellectis offenſi Maſſilienſes, aliquamdiu tarditatem ſuam culpantes, quidam eorum ipſum conſulere volunt, 5. 6. Libro de correptione & gratia univerſis quæſtionibus in Gallia motis Auguſtinus ſatisfacit, 6.

Auguſtini converſio fidelibus & quotidianis matris ejus lacrymis conceſſa, 49. Auguſtini modeſtia, 50. Et pietas, 53. Auguſtinus neminem vult ſic amplecti omnia ſua, ut ipſum ſequatur, niſi in iis in quibus ipſum non erraſſe perſpexerit, 50. Auguſtinus fatetur ſe non recte aliquando ſenſiſſe de gratia, 22. Monaſterium Auguſtini, 46. Auguſtini retractationum libri quo fine & quando ſcripti, 50. Confeſſionum libri ſcripti, ante quam Pelagiana hæreſis extitiſſet, 49. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus ordinatur, 428. Auguſtini doctrina in omnibus libris contra Pelagianos ubique ſibi conſentiens, 209. Librorum Auguſtini contra Pelagianos ab exordio epiſcopatus ſui editorum enumeratio, *ibid.* Auguſtinus abunder probavit prædicandam eſſe Eccleſiæ prædeſtinationem, gratiam, & præſcientiam, 147. Cujus prædicationis quiſquis eſt impugnator, apertiſſimus eſt Pelagianæ elationis adjutor, *ibid.* Auguſtini ac doctrinæ ipſius commendatio, 150.

Auguſtinus Conciliorum contra Pelagianos ingenium: ejus laus, 76. ℣. 90. Uni omnium Auguſtino victoriam de Pelagianis præcipue deberi, *ibid.* ℣. 99. Præſtantia librorum Auguſtini pro Chriſti gratia, *ibid.* ℣. 110. Auguſtini libri de gratia contra errorem Pelagianum conditi a quibuſdam reprehenſi, 177. Auguſtini reprehenſores Pelagianis ſuffragantur, *ibid.* Unde major neceſſitas oriatur eos refellendi, *ibid.* Auguſtinum inpetentes, in illo uno cunctis, ac præcipue Apoſtolicæ ſedis pontificibus injurioſi, *ibid.* Unde ſibi reverentiam & fidem apud quoſdam concilient, 178. Auguſtinus Pelagianos confutavit, *ibid.* Auguſtini contra Pelagianos decertantis doctrina a quibuſdam reprehenſa, & ad pravos ſenſus detorta, 117. His reſponſum a Proſpero ex ejuſdem Auguſtini principiis, *ibid.* Auguſtinus opinionem alias ſuam de initio fidei ante ortum Pelagianæ hæreſis rejecit, quam futuro errori amicam fore prævidit, 140. Auguſtinus eam quæ ſibi falſo affingebatur odioſam prædeſtinationis prædicandæ rationem, a Proſpero & Hilario monitus, corrigit, 146. Calumnia in Auguſtinum de fato, duabus naturis duabuſque maſſis, 62. Hæc ipſe copioſiſſime deſtruxit in libris ſuis, *ibid.* Auguſtini reprehenſores etſi convicti, tamen donec per Eccleſiæ principes comprimantur, amandi & pacifice tolerandi, Deuſque pro illis orandus, 211. Auguſtini adverſarios damnatione Pelagianorum proſtravit Innocentius, Paleſtina Synodus, Africana Concilia, Zoſimus, Bonifacius, Cæleſtinus, 209. Auguſtini ſcientia incrementorum profectibus edificata, annorum ſtudiis expolita, 141. Ab ipſo merito notantur qui cum ejus eruditione nolunt proficere, *ibid.*

Auguſtini auctoritas Hilario & aliis cariſſima & reverentiſſima, 16. Hilario agente Proſper ad Auguſtinum ſcribit Epiſtolam, *ibid.* Auguſtini exemplo docemur ad caſtigandas opiniones noſtras, ſi quas imprudenter incidimus, 140. Legendus Auguſtinus his qui de quæſtionibus gratiæ inſtrui deſiderant, 63. Ibi evangelica & apoſtolica habetur doctrina, *ibid.* Auguſtini reprehenſores bellum contra Pelagianos confectum renovant, 178. Auguſtini adverſariis non tam diſputationibus quam auctoritate reſiſtendum, 210. Auguſtini ductu catholica acies Pelagianos vicit, 178. Auguſtinus præſtantiſſimus miniſter gratiæ, 62. Auguſtini opus contra Julianum in ipſo dierum fine compoſitum, 432. Liber de correptione & gratia, 50. Libri duo ad Simplicianum, *ibid.* 140. Epiſtola ad ſanctum Paulinum Nolanum, 50. Ad Sixtum Romanæ Eccleſiæ Presbyterum, *ibid.* Auguſtini opuſculum contra Porphyrium, 25. Auguſtinus moritur, 432.

Augustus Monarchiam recuſat, 406. Auguſtus Cajum Agrippam adoptat, *ibid.* Auguſtus Juliam filiam damnat exilio, Tiberium & Agrippam adoptat, 407.

Aurelianus XXIX. regnat, 418. Aurelianus Gallias recipit, *ibid.* Aurelianus mota perſecutione adverſus Chriſtianos, non multo poſt occiditur, *ibid.*

Aurelius Carthaginenſis epiſcopus Concilio Africano contra Pelagianos præſuit, 76. ℣. 90.

M. Aurelius Antoninus XX. regnat, 416.

Aurum. In auro & argento nihil aliud quam terra, 247.

Auſteritas. Deus per auſtera remedia ad vitam nos vocat, ut dulcia ſint flagella patris, ne ſit amara ſententia judicis, 290.

Auxentio tandem mortuo, Ambroſius Mediolani Epiſcopus conſtituitur, 425.

Auxilium generale omnibus præbitum unde invalidum, 512. Ceſſatio auxilii Dei pro abſentia accipitur, 526.

Azarias propheta occiditur, 401.

Azarias, qui & Ochoſias, rex, *ibid.*

B

Babylas Antiochenus martyr, 417.

Babylon eſt vita temporalis, flumina Babylonis illecebræ temporales, in quibus nihil firmum, ſed omnia fluida, & in profunda maris ducentia, 287. Babylon ſæculum hoc agit nobiſcum ut per varias opiniones & diabolicas artes diverſis implicemur erroribus, 288. Babylonis filia eadem & mater, *ibid.* Ligna Babylonis fluminibus rigata, & nullum fructum afferentia, homines virtutum ſteriles, incapaces præceptorum Dei, 287. Omnes primo ortu Babylonis filii: ab hoc generali malo Dei gratia eruit, 288. Segregavit nos Deus ex utero matris noſtræ Babyloniæ, in novam vitam regenerando, 291.

Bachilus Aſianus Epiſcopus, 415.

Baptiſmus Chriſti mare rubrum, 233. Baptiſmus infantium, 447. Immerito celeritas baptiſmi violatæ regenerationis excuſatio aſſertur, *ibid.* Baptiſmi prærogativæ, *ibid.* Baptiſmi violati deſcriptio, *ibid.* Baptiſmus qui traditur in remiſſionem peccatorum falſus eſt, in iis qui nullum habent omnino peccatum, 28. Baptiſmi effectus, 528. Baptiſmi effectus remiſſio peccatorum & gratiæ collatio, 221. Baptiſmus ſanctus etiam in his qui ejus dona non ſervant, 344. Baptiſmi effectus remiſſio quorumcumque peccatorum, 118. Etiam in relapſuris peccata purgantur, *ibid.* 126. Origo veræ vitæ veræque juſtitiæ in baptiſmo, 497. Baptiſmo fiunt rerum diviſiones, qui Rubro mari comparatur, 286. Virtus & forma Baptiſmatis diſtinguuntur, *ibid.* Baptiſmi neceſſitas, 189. Baptizatis quomodo vivendum, 344. Baptizatos omnes poſſe ſi voluerint, Chriſto auxiliante & cooperante, ea quæ ad ſalutem pertinent, adimplere, 445.

Barach & Debbora *V.* Debbora.

Barba ſignificantur Apoſtoli & Martyres, 282.

Barbari apud Romanos fidem concipiunt, 518.

Barcochebas dux rebellionis Judæi factus, 413. Debellatur, & exinde Judæis licentia introeundi Jeruſalem auferrur, *ibid.*

Bardesanes hæreticus, 414.

Baſan, confuſio, 284.

Basileus Amaſiæ Ponti Epiſcopus martyr, 421.

Basilides hæreticus, 411. Ejus errores, *ibidem.*

Beata vita gaudium de veritate, 331.

Beatitudo vera quæ ſit, 321. Propior beatitudini voluntas recta non adepta quod cupit, quam prava adepta quod concupivit, *ibid.* 376. *Epigr.* 63. Beatitudo juſti a timore incipit, & proficit in deſiderium mandatorum Dei, 267. Beatitudinis apoſtolicæ particeps qui eadem quæ illi concupiſcit, 276. Beatitudo ſanctorum & de munere miſericordiæ, & de retributione juſtitiæ, 267. 318. Sæculo huic ante reparationem animæ a carne morientes, nec in his cupiditatibus inventi, quas ſola ſuperat dilectio Dei, ad beatitudinem perveniunt, 349. Omnia ad cæleſtem beatitudinem creata, id officii ſucceperunt, ut in Dei laudatione permaneant, 308. Quam iniquum mundi judicium de beatitudine, 474. ℣. 855.

Beati qui ſint, 252. Vanitate pleni & fide vacui beatum dicunt cui ſunt temporalia bona, 301. Impius ſenſus, qui putat beatiorem eſſe hominem, cui Deus nihil dederit, quam cui univerſa contulerit, 208.

Bellum Troajanum, 401. Bellum in Gallia adverſum Gothos, 433. Bellum contra Vandalos ſuſceptum cunctatione male cedit, 278. Bellum ſervile in Sicilia, 405. Bellum civile inter Cæſarem & Pompejum, 405.

Benedictio perseverans nulla retributionum Dei oblivio, 218. Benedictio quam Judæi noluerunt transivit ad gentes, 238. Omnes prophetæ & Apostoli & sancti bene viventibus benedixerunt in nomine Domini, non in suo, 277.

Beneventum constructur, 404.

Benigni hominis est inimicitias non solum non excitare nec augere, sed extinguere, 331.

Benignitas Domini in populo suo, 309. Duo benignitatis officia, remittere peccata, & largiri beneficia, Deo acceptum faciunt, & omnia opera pietatis continent, 244.

Berillus Episcopus Arabiæ Bostrenus scriptor clarus, 416.

Boethius Præfectus prætorio cum Aetio amico suo interfectus, 437.

Bonifacius Comes a Cassino irritatus in Africam se recipit, 431. Bonifacio bellum indicitur, *ibid.* Bonifacius Aetium superat, & moritur, 432.

Bonifacius XL. Romanæ Ecclesiæ præficitur, 430. Bonifacius Papa Imperatorum editis usus adversus Pelagianos, 209. Bonifacius Papa cum esset doctissimus, adversus libros tamen Pelagianorum beati Augustini Episcopi responsa poscebat, *ibid.*

Bonifacius Episcopus Carthaginensis ordinatur, 439.

Bonitas vera quousque extendatur, 323. 382. *Epigr.* 79.

Boni occulti sunt, 232. Bonos Deus erudit per malos, 332. Nemo per semetipsum bonus, nisi participatione ejus qui solus est bonus, 157. Nemo bonus, nisi ex malo, 328. Nullus per se bonus, 157.

Bonum summum, & summum malum quid, 329. Bonum nostrum unde sit, & quod remunerandum, 326. Nihil melius eo bono, quo homo fit bonus, 265. Bona omnia, & maxime quæ salutem provehunt, a Deo, 490. Multa bona a Deo fieri in homine quæ non facit homo, nulla ab homine quæ non faciat Deus, 343. 444. Bona omnia magna & prava ex Deo, 352. Boni superioris amissi malum non sentitur, dum habetur quod amarum est inferius bonum, 340.

Omnia bona ex æterna Dei voluntate, 502. Bona omnia Christo operante insunt, non ex merito sed ad meritum, 66. ℣. 9. & 10. Bonum quoddam diligens anima peccat, quia infra illam ordinatum est, 354. Omnia bona nec desiderari nec perfici a nobis sine Dei auxilio, 165. Deus solus boni fructus auctor, 505. Bonum omne a Deo, 499. 500. 502. 531. Omnia bona quibus Deo placetur sunt Dei dona, & ab eo petenda, 502. Omnia bona Dei dona, *ibid.* Quæ corrumpuntur bona sunt, sed non summa, 330.

Bona temporalia Dei dona sunt, 301. Bonis quomodo utendum, 452. ℣. 108. Bona temporalia dona sunt Dei, non ea tamen spondet proprie sanctis, quæ communiter largitur & reprobis, 277.

Bonum vere bene facere, id est, non mali carnalis formidine, sed boni spiritalis delectatione, 37. Deus solus bonum creaturæ, 327. Omne bonum Dei & hominis est, 489. Bona futura, non præsentia quærens non turbatur de malorum felicitate, 244. Bonum cum gaudio faciendum, 325. Bonum non ab invito aut ex timore faciendum, 330. Bona quæ inviti non amittunt, 332. 387. *Epigr.* 94. De præsentibus muneribus accipiat mortalis vita solatium, & futura æternitatis bona patienter expectet, 260. Scholæ Græcæ & Romana eloquentia circa inveniendum summum bonum laborando nihil egerunt; quia ad cognoscendam veritatem semetipsis ducibus utebantur, 194.

Burgundiones partes Galliæ occupant, 430.

C

Cæcilius Poeta comicus, 404.

Caelestinus XLI. Romæ Episcopus, 431. Cælestinus Pontifex ad Ecclesiæ præsidium multa gratiæ dona acceperat, 209. Cælestium audientiam postulantem totius Italiæ finibus extrudi jussit, *ibid.* Ab errore Pelagiano Britannias liberavit, ordinato Palladio, *ibid.* Orientales Ecclesias a Pelagiana & Nestoriana peste liberavit, *ibid.* Reprehensores sancti Augustini intra Gallias repressit, *ibid.* Quo elogio decoraverit tum Augustinum, tum ejus doctrinam, *ibid.* Quorumdam adversus Cælestini testimonium cavillatio refellitur, *ibid.* Cælestinus Germanus Antissiodorensem in Britannias contra Pelagianos dirigit, 432. Cælestinus Palladium primum Scotis Episcopum ordinat, *ibid.* Cælestinus Nestorio restitit, 309. Celestini I. Papæ Epistola pro Prospero & Hilario ad Galliarum Episcopos, 149.

Cæli & terræ pulcritudo paginæ quædam auctorem suum non tacentes, 526. Frustra loquuntur, nisi Deus ipse operetur, 527. Cæli quomodo facti in intellectu, 286. Cælum & terra quomodo in oratione Dominica accipiantur, 37. 38. Cæli & terra veterascent & peribunt, non ut non sint, sed ut aliter sint, 431. Cælum illud habitatio Dei non quod videtur, sed Jerusalem quæ ædificatur in sanctorum Angelorum & hominum glorificatione, 272.

Caesar Augustus a quo Augusti dicti, 406.

Caesarius Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 445.

Cain Deus a scelere quod meditabatur revocare non abstinuit, 463. ℣. 311. Cain a Deo admonitus post peccatum, 509. Posteritati ejus, etsi mores parentis imitaretur, bonitas divina se non negavit, 509. Cain a Deo monitus, *ibid.* Negligentiæ reus in opere bono, *ibid.* Quis sufficiens medendi modus ei oblatus, 332. Oblatio Cain cur Deo ingrata, 157. Cain falsa religionis specie Deum non fefellit, 463. ℣. 308.

Cain fratricidæ posteritas non computata cum Dei populo, 398.

Cajus Cæsar Caligula IV. regnat, 408.

Caligula statuam suam Jerosolymis & alibi statui jubet, arasque sibi, ut Deo, consecrari, 408. Plurimos interficit, *ibid.* Occiditur, *ibid.*

Cajus XXVII. Episcopus Romæ, 419.

Callistus, XV. Romæ Episcopus, 416.

Camillus Gallos superat, 250.

Camillus Presbyter Genuensis cum Theodoro item in eadem urbe Presbytero excerpta quædam librorum de prædest. & de dono perseverantiæ ad Prosperum mittit, 139.

Cantabri opprimuntur, 406.

Canticum unum sanctorum omnium, tam qui pericula tribulationum evaserunt, quam qui iisdem adhuc adteruntur, 273. Canticum novum quid, 300. Perfecta est in charitate cantatio, *ibid.* Canticum novum & vetus quid, 323. Canticum novum cantant non in vetustate carnis, sed in novitate spiritus viventes, 308.

Cantus rationalis cujus tota in fide & charitate modulatio, 309. Quomodo utatur psalterio & tympano, *ibid.*

Capys Sylvius rex Latinorum, 402.

Capitolium constructur, 419.

Captivitas regni Israelitici, 402.

Carausius Britannias invadit, 419.

Carbones ignis qui fideles illustrant, puniunt peccatores, 294. Carbones spiritales salutifere desolantes, 270.

Carcer angustiæ, & corporis in habitatio, 297. Non a corpore, sed a corruptione corporis animam educi optabat David dicens. *Educ de custodia animam meam*, *ibid.*

Cariatho vir illustris Concilio Arausicano II. interest & subscribit, 446.

Charitas perfecta & imperfecta, 508. Insuperabiles facit, 503. 508. Ejus cum humilitate nexus, 539. Sine ea ceteræ virtutes non prosunt, *ibid.* Est pars humilitatis, & vicissim, 508. Sine charitate ex Apostolo nihil pro sunt cetera, 59. Sine charitate habent cetera pietatis similitudinem, non veritatem, *ibid.* Nemo dignus dono charitatis inventus, *ibid.* Bona quælibet sine charitate possunt perire, non possunt sine charitate prodesse, 250. Charitas omnium summa donorum, & quædam vita virtutum, *ibid.* Sine charitate, quæ non quærit quæ sua sunt, nihil prodesse, 530. Sine charitate nullum prodest bonum, per hanc omne deletur peccatum, 531. Charitatis perfecta efficacia, 250. Sine charitate bona cuncta non prosunt, 198. Charitas legis plenitudo, 334. Charitas imperfecta invenitur interdum cum fide & intelligentiæ vigore, 508.

Charitas ex Deo & Deus est, 250. Præceptum charitatis super omnes libros est, cui militat omnis lingua & omnis doctrina sanctorum, 221. Duo præcepta charitatis duæ pennæ, quibus animæ ad Deum tendunt, *ibid.* Charitatem qua diligimus eum diffundit Deus in cordibus nostris, *ibid.* Charitas sola virtus propria & specialis piorum atque sanctorum, *ibid.* 316. 360. *Epigr.* 7. Charitas Dei mundum impiorum vicit, 511. Superiora cæli Scripturæ charitas, qua nihil sublimius in eloquiis & præceptis divinis, 163. Dignus est amittere inutilem fidem, qui non exercuerit charitatem; ex servo cui ablatum talentum inutiliter servatum, 507. Charitas & fides dona Dei, 59. Charitas latitudo, 257. Charitatis facultas usu crescit, 233. Major Dei charitas qua dilexit nos, quam in eumdem nostra dilectio, 221. Non solum lex, sed magis Evangelium in charitate præceptis continetur, 338. Charitas ex Dei munere, 197.

Charitatis necessitas, 345. Charitas Dei semen, peccatum non facit, 531.

Caro Christi quibus sit vita, 346. Quis carnem Christi manducet & sanguinem bibat, 7. Ab esu carnis Christi nullus renatorum fidelium excipitur, 287. Cur Dei sapientia per carnem ad homines venerit, 337.

Carnis desideria castiganda, non implenda, cum spe certa retributionis æternæ, cujus pignus in Christi glorificatione habetur, qui quæ præcepit auxilio gratiæ prævenientis facit impleri, 391. *Epigr.* 102.

Carmina quædam tristitiæ convenientia, 457. ℣. 5.

Cartagho a Tyriis condita, 400. Carthago in ditionem Romanorum redacta, 405. Carthago a Geiserico invaditur, 434.

Carthaginense concilium, 426.

Carus cum filiis XXXII. regnat, 419. Horum mors, *ibid.*

Cassianus presbyter auctor Collationis XIII. contra gratiam Dei, 179. Placita Cassiani de gratia & libero arbitrio horrescunt evangelicæ apostolicæque doctrinæ discipuli, 205. Cassiani potissimum definitiones cur aggrediatur S. Prosper,

178. Cassianus nec cum Catholicis nec cum Pelagianis plene concordat, 181. In illud damnatum vel invitus incidere convincitur, *Gratiam Dei secundum merita nostra dari*, *ibid.*

Cassiani prima definitio catholica, quæ &. gratiam Dei bonorum omnium principium esse agnovit, & liberum arbitrium illa non auferri docuit, 179. Cassianus quo sensu providentiam Dei hominis comitem dixerit, 180. Cassianus in sententia instabilis *ibid.* Cassianus definitionis primæ oblitus, docet probareque contendit cogitationes sanctas, nulla Dei inspiratione conceptas, de naturali posse prodire sapientia, *ibid.* Locus ab eo adductus a perverso sensu vindicatur, 193. Cassiani fraus: catholicam sententiam de gratia in disputationis principio prædicat, & eamdem postea impugnat, 199. Ad præcipitia Pelagiana gradatim decurrit, *ibid.* 199. Cassianus dubitando disputat an liberum arbitrium ex gratia pendeat, an gratia ex libero arbitrio, 168. Exempla ad utramque partem conducentia affert, *ibid.* Quomodo gratiam cum libero arbitrio conciliet, 169. Vocationes diversas inducit, 173. quibus ex capacitate uniuscujusque gratiam impertiri docet, *ibid.* Cassianus tamen gratiam secundum merita dari damnare se profitetur, *ibid.* Tentationis victoriam libero arbitrio, non gratiæ tribuebat, 172. Quas partes Deo tribuebat in tentationum victoriam, *ibid.* probare nititur exemplis providentiæ Dei erga Israelitas, & nutricis erga parvulum suum, *ibid.* Cassianus omnia sanctorum merita ita ad Deum referri nolebat, ut nihil nisi quod malum est humanæ naturæ adscriberetur, 169. De virtutum seminibus naturalibus quid senserit, *ibid.* Quomodo Deum omnia in omnibus operari doceat, 175. Hoc tamen quomodo cum libero arbitrio concilietur ad plenum non posse comprehendi, *ibid.* Error Cassiani, alios per gratiam salvari, alios per legem & naturam justificari, 182. Cassianus simul & libero arbitrio infensus & gratiæ ingratus, 188. Cassiano Deus salutem humani generis diversis modis procurat, quosdam volentes juvans, alios invitos compellens, 174. Christus his salvator, illis adjutor, 175. Summam salutis non operum merito, sed cælesti gratiæ deputandam fatetur, *ibid.* Deum pluta tribuere quam petantur probat Cassianus, 173.

Cassianus contrarias definitiones confundens, exemplis colorare nititur quod intendit, hoc posse quosdam per liberum arbitrium, quod quidam nisi Deo cooperante non possint, 185. Cassianus docens simul suscipiendas esse sententias contrarias, & illam quæ bonam voluntatem nasci ex gratia, & illam quæ ex bona voluntate gratiam pendere dicit, refellitur ex summis Pontificibus & Conciliis, 383. 384. Error Cassiani, per naturæ bonum aliquando bonarum voluntatum prodire principia, refellitur, ex prima ejus definitione & ex Apostolo, 182. Cassiani doctrina meritum assignat libero arbitrio, quo præveniatur gratia, 188. Hoc damnatum in Episcoporum Palestinæ Synodo, *ibid.* Ex Cassiano aliquando gratia prævenit voluntatem, aliquando voluntas gratiam, 170. Gratia tamen semper gratuita perseverat, 171. Cassianus liberum arbitrium a parte quadam generis humani auferr, & in quadam parte constituit, 187. Si Cassiani distinctio suscipiatur, nobis recipiendum quod docent Pelagiani, & Pelagianis quod docemus, & hoc modo non tam illi erunt Catholici, quam nos Pelagiani. 205. Cassianus errotis arguit Pelagianos pariter atque Catholicos, 183. Quomodo perverse conciliare conetur utrosque, *ibid.* Cassianus definit naturæ humanæ non id solum adscribendum quod malum est. Refellitur, 192. Cassianus tantum homini tribuit ante gratiam, quantum ei fructuosissimum est habere per gratiam, 198. Vigorem liberi arbitrii demonstrare aggreditur, *ibid.* Cassianus ita hominem propriæ discretioni commissum vult, ut ei non plus a Deo præsidii, quam a diabolo sit periculi, 197. Ex Cassiano coactitia fuit Matthæi conversio, voluntaria fides Zacchæi & latronis, 199.

Cassiani error, virtutem resistendi habuisse Job ex libero arbitrio, non ex gratia, 201. Quomodo melius loqueretur, ut patientia Job & Dei adjutorio, & libero hominis ascriberetur arbitrio, *ibid.* Ex Cassiano conflictus Job cum diabolo Deus non cooperator, sed tantum spectator, *ibid.* Quam facile ex Cassiani opinione inferatur in levioribus tentationibus dari gratiam ut facilius impleatur per gratiam quod sine illa posset impleri, *ibid.* Cassianus inconvenientia miscere conatur, & fideles in duo genera dividit, quibus contraria accommodet, 204. Deum aliis salvatorem, aliis tantum susceptorem definit, *ibid.* quosdam præire, alios adjuvare, *ibid.* Ex Cassiano Deus testis patientiæ Job, non auxiliator fuit, 207. Cassianus sibimetipsi contrarius adjuvat eos qui dicunt, *Gratiam Dei secundum merita nostra dari*: quos tamen profanæ opinionis esse profitetur, 203. Cassianus uno verbo pene totum Pelagianum dogma confirmat, dicens, Nullius laudis esse ac meriti, si in Centurione Christus quod ipse donaverat prætulisset, 202. Cassianus eliśarum argumentationum arma colligit, 185. Recapitulat S. Prosper duodecim Cassiani definitiones, ut pateat quid de gratia sentirent qui gratiæ defensoribus obloquebantur, & pacem Ecclesiæ in quietabant, 205.

Cassius Judæam capit, templum spoliat, 406.

Castigatio justi non sævitia, sed medicina, 295.

Castinus dux contra Vandalos, missus Bonifacium Comitem exacerbat, 431. filio multatur, *ibid.*

Casus justorum & impiorum differunt, 302.

Castitatis virtus inter omnes auxilio Dei maxime indiget, 165.

Catana condita, 402.

Cataphrygarum error, 414. Unde sic dictus, *ibid.* Et qualis sit, *ibid.*

Catilinæ facinora quo tempore contigerint, 405.

Cecrops rex in Attica, 400.

Celadion VIII. Alexandriæ Episcopus, 413.

Census a Quirino in Judæa factus, 407.

Centurionis fides a Christo data & laudata, 201. Centurionis fidem a Christo probatam & laudatam, sed Dei donum non fuisse docet Cassianus, 172. Idemque de Abrahamo sentit, *ibid.*

Cephisi fluvii inundatio, 412.

Cerdo Alexandriæ Episcopus, 411.

Cerdo hæresiarches, & ejus dogmata, 413.

Cervix peccatorum superbia, 277.

Chalcedonensis Synodus Eutichen damnat, & fidem de Incarnatione catholicam confirmat, 437.

Chaldæi ex astris futura conjiciebant, 469. ℣. 627.

Chelcias Pontifex, 402.

Chori nomine concordia significatur laudantium, 309.

Chrysaphius interimitur, 436.

Christianus cur ita vocetur, 347. Christianus populus verus Israel, 246. Christianos cogitabat Deus, cum Abrahæ genus innumerum promitteret, 464. ℣. 346. Christiani spiritales sedent super mundi flumina, horum cursu non trahuntur, 287. Christiani tanto beatiores, quanto pauciora habuerint quæ ipsorum sunt, & quanto plura quæ Dei sunt, 205. Totus populus Christianus sacerdotalis est. Verum plenius rectores plebis, qui specialius summi Pontificis & Mediatoris personam gerunt, 281. Quæ dicta de exitu populi Israel ex Ægypto, magis conveniunt Christianorum libertati, 246.

Christi nomen a Chrismate, id est unctione, 347. Christus Patri æqualis & minor Patre, Deus & homo Christus unus, *ibid.* In Christo duplex forma seu natura, 239. Pater adjuvat Filium, in quantum Deus hominem, propter formam servi, *ibid.* Quomodo plenitudo divinitatis habitet in Christo corporaliter, 341. Christus secundum deitatem dominus creatorque David, secundum carnem filium David, non duplex persona, sed unus Christus, 301. Christus filius & dominus David, 240. Post resurrectionem & assensionem etiam eo ipso quo erat filius David factus est domus David, *ibid.* Christo omnes subjicientur aut per condemnationem, aut per correctionem, *ibid.* In Christo utraque natura confitenda, divina & humana, 466. ℣. 473. Utraque saluti humanæ necessaria, *ibid.* ℣. 480.

Christi incarnatio quo tempore completa, 510. Christus Deus manens fit homo, 466. ℣. 463. Christus fructus ventris, quia secundum carnem Virginis matris filius, non per virilem coitum conceptus, sed per Spiritum-sanctum, 280. Christus venit ut legem veteris Testamenti, nova lege Evangelicæ veritatis impleret, 278. Ex ineffabili Dei humilitate, qua homo & miser fieri dignatus est, ut hominem redimeret, agnoscat homo captivus quo carcere clausus, quo morbo obsessus fuerit, 105. ℣. 889. Cui eripiendo nonnisi morte medici succurri potuit, *ibid.* Christus non Deus tantum, sed etiam homo confitendus, sub quo periculo, 349. Christus de Virgine natus novum principium hominibus fecit, 452. ℣. 492. Christus descendendo ad nos per nos, ad se per se fecit ascensum, 283. Christi incarnationem certo futuram sperabant Patriarchæ, annuntiabant prophetæ, 466. ℣. 468. Christus vere incarnatus, 377. *Epigr.* 66. Christus factus pauper & mendicus, 238. Christi adventus tempus, cum peccatores dissipassent legem Dei, 265.

Christus nascitur, 407. Laus Christi vera & maxima, qua hoc ipsum quod est, unigenitus Dei Filius prædicatur, 236. Christus caput nostrum nunc in se, nunc in corpore suo loquitur, quia duo sunt in carne una, 291. Christus quomodo reliquerit Patrem Deum, & matrem Synagogam, 345. Christus secundum divinitatem creator est David & omnium, secundum carnem filius David, 292. Christus pauper nostra indutus paupertate, 215. Christus in persona membrorum orat in psalmis, *ibid.* Et gemit, *ibid.* Christus una petra, multa verba Dei multæ petræ, de quibus dant vocem quorum disputationibus consonant testimonia Scripturarum, 223. Quibus nativitas Christi vel mors profit, 123. Christus Sacerdos ut homo, non ut Deus, cujus sacerdotium non finitur, 241. Secundum ordinem Melchisedech, ideſt, secundum mysteria per eum declarara, *ibid.* Christus solus qui diceret, *Non est inventa in me iniquitas*, 298. Quomodo Christus ex utero ante luciferum genitus, tam ex Pa-

tre, quam ex Matre Virgine, 241. Christus horam nativitatis & mortis elegit, 351. Christus cur post tam longa tempora venerit, 25. 26. De Christi incarnatione errores Manichæorum, Photinianorum, & Appollinaristarum, 53.

De Christo quid credendum, 53. Dei Filius prædestinatus, 29. Et præclarissimum prædestinationis lumen, *ibid.* In Christo unica persona, 53. Nemo venit ad Christum, nisi cui datum fuerit, & datur hoc prædestinatis, 45. Credere in Christum donum Dei est, 25. Christus & Ecclesia unum corpus, 39. Christus totus cum membris suis est propter Ecclesiam, *ibid.* Christiani martyrium pro Christo finis optimus, 37. Christus brachium Dei, 300.

Christus prædicat, 407. Christum verum Deum & hominem confiteri cujus necessitatis sit, 347. Quæ Christus nostra pro salute fecerit aut passus sit, 467. ℣. 516. Quamvis voluntaria esset Christo passio, maximum tamen persequentium erat crimen, quod mala pro bonis reddebant, 236. Christus & pro Apostolis ante passionem orabat, & pro crucifigentibus in cruce, *ibid.* Tristitia Christi nostræ naturæ erat, 298. Pro omnibus impiis mortuus Christus, 511. Quod Christus pro totius mundi redemptione sit crucifixus, possit tamen aliquo sensu dici pro his tantum crucifixus quibus mors ejus profuit, 122. 123. Christus pro omnibus mortuus, 511. Christus dans exemplum patiendi, contulit donum, 249. Christus in cruce patientiam erga inimicos docuit, 236. Christi latus lancea percussum, ut profluant sacramenta, quibus formetur Ecclesia, 333. Christus auxilium a Patre orat, & pro se propter formam servi, & pro corpore suo, propter servos; 239. Christus solus sine peccato subiit pœnam peccati, 343.

Christus janua intrantium Dei regnum, 276. A cujus ingressu arcentur qui prædicationi veritatis contradicunt, 276. Nemo ad Christum, nisi adtrahatur venit, 187. Christus digito scribens in terra quid docuit, 491. Christum impii persequentes, nescientes quid facerent, dulciorem fecerunt, 250. Quomodo Christus socios passionis non habuerit, 296. Christi descensio, ascensio, & regnum, 220. Christus Lapis angularis morte sua factus, non a quibus passus est, sed a Domino, 251. Christus verus David, 297. Christus petra spiritalis doctrinam suam, quæ prius dura & rigida videbatur, misso Spiritu-sancto fecit potabilem, 246. Christus & spiritalium & simplicium refugium, 223. Christus sacerdos & victima, propitiator & propitiatio, 281. Christus voluntate passus & mortuus, 224. In Christo altare propitiationis, & arca sacrificii, & arca doctrinæ, 280. Christus solus est qui possit dicere, *Convertantur ad me timentes te*, &c. 260. Christum inimici gratis oderunt duobus modis, 236. Quomodo Christus ultus est persequentes, 250. Christus Veritas, & omnia in Christo vera, 345. Christi sessio & exaltatio, 290. Christus salutare Dei, 230. Christus caput Ecclesiæ, cujus oratio non separatur a capite, quod Ecclesiam orare facit, 294. Christus petit corpori suo, quod est Ecclesia, & in eodem corpore suo indigentiam patitur, per id quod membris suis est necessarium, 260.

Christi dilectio duplex erga diligentes se; 350. Nunc ut credamus, tunc ut videamus, & ipsam visionem mercedem fidei capiamus, *ibid.* Sicut vitis palmitibus vitam subministrat, non sumit ab eis; sic manere in Christo discipulis prodest, non Christo, 350. 444. Christus vita, lumen, & justitia confitendus, 59. Christus ab initio generis humani prædicari non destitit, 26. Christus & Ecclesia, unus homo, unus Christus, 276. Christus via ad Deum, 337. Omnium qui salvantur Christus salvator est, 205.

Cicero nascitur, 405. Cicero occiditur, 406.

Cimbri juxta Rhodanum a C. Mario & Catulo superantur, 405.

Circumcisio cur præcepta, & quid significaret: cur die octavo, 342. Circumcisio cur mandata Abrahæ, 510. Propter Christum mandata, *ibid.* Circumcisionis mandatum Abrahæ datum, 399. Usque ad Christum promissionis corporeum signum, *ibid.* In spiritale signum veræ circumcisionis cordis transiit, *ibid.* Circumcisio Christiana & spiritalis Dei donum, 164.

Cives terrenæ civitatis & cælestis quid faciat, 328.

Civitas una ex Angelis & hominibus ad eamdem societatem tendentibus, 309. Æternæ civitatis æterna gaudia, 277. 370. *Epigr.* 37.

Clamor cordis magna cogitationis intentio, 266. Clamor ad Deum dilectionis flagrantia, 324.

Claudianus poeta, 428.

Claudius V. regnat, 408. Claudius moritur, 409.

Claudius XXVIII. regnat, 418. Hujus victoriæ, *ibid.* Et mors, *ibid.*

Clemens III. Romæ Episcopus, 411.

Clemens Alexandrinus presbyter, 415. multa scribit, *ibid.*

Cleopatra regnat, 405. Cleopatra Urbem ingreditur, 406. Cleopatræ & Antonii mors, *ibid.*

Clerici Aquilegienses eximiæ virtutis, 425. Clerici Romani perjurii rei cum Felice Antipapa ejiciuntur, 423.

Cletus II. Romanæ Ecclesiæ Episcopus, 410.

Clodius Albinus qui se Cæsarem fecerat interficitur, 416.

Cnossos condita, 400.

Cogitatio Dei quid sit, 329. Cogitatio bona Dei donum, 501. Cogitationes nisi a Deo insitæ rectæ esse non possunt, 531. Cogitationem salutarem, & consensum prædicationi Evangelicæ non fieri sine inspiratione Spiritus-sancti est de fide, 442. Cogitationes pias ex libero arbitrio sine Dei inspiratione non oriri, 194. Cogitationes bonæ vox ad Deum, nec mala opera pariunt, 323. Omnia opera, vel bona vel mala, a cogitatione procedunt, 264. Cogitationes hominum morte pereunt, 304.

Cognoscere. Non cognoscere est non probare, 214.

Cognitio Dei est a Deo, 501. Cognitio Dei salus est cogniti, 296. Eum non cognoscit in quo opera sua & dona non invenit, *ibid.* Qui accedant ad cognitionem Dei, aut ab ea repellantur, 305.

Collationes Cassiani contrariæ Augustino, 57. Centenis Augustini voluminibus refutandæ, *ibid.*

Colossus Rhodo concussa ruit, 404.

Columna ignis & nubis dux itineris per diem & noctem populo Israel per desertum gradienti, 465. ℣. 395.

Commodus consors Imperii, 415. Ejus cum patre victoria, *ibid.* Commodus XV. regnat. *ibid.* Commodi vanitas & crudelitas, *ibid.* Occiditur, *ibid.*

Communio bonorum operum inter fideles per charitatem, 279.

Compartus Sylvius Latinorum rex, 401.

Compunctio cordis ex peccato non convenit Christo in se, sed in membris, 238.

Concilium Nicænum Photinianos baptizari constituit, 418.

Concilia Africana de gratia, 184. Africana contra Pelagianos, 74. ℣. 72. *V. notas ibid.* Concilii CCXIV. Episcoporum Epistola ad Zosimum Pontificem, de Pelagii & Cælestii damnatione, 184. Concilium Carthaginense de Donatistis, 429. Concilium Carthaginense contra Pelagianos, 430. Concilium Ephesinum Nestorium cum multis Pelagianis damnat, 432. Concilium Ephesi congregatum in causa Eutichetis, 436. Dioscori Alexandrini factione in eo omnia turbantur, *ibid.* Concilium Chalcedonense in causa Eutichetis coactum, 436. Concilium Arausicanum II. de Gratia & libero arbitrio, 441. Concilii Arausicani II. definitiones laicis etiam utiles, 445. Ideo a viris illustribus & laicis subscriptæ, *ibid.*

Concupiscentiæ malæ languores animæ, 219. Concupiscentia carnis adversus spiritum minui, & spiritus adversus carnem augeri postulatur, 260. Concupiscentia superna obumbratione sedatur, ne in laqueum malæ voluntatis incidatur, 294. Concupiscentiæ est delectari peccato, 323. Cum ea non pax sed bellum esse debet, *ibid.* Concupiscentia ad agonem & humiliationem relicta, 492. A quo victoria concupiscentiæ & voluptatis, ab illo etiam robur patientiæ, 264. Propter concupiscentiam rebellantem in hac vita nondum Deus est omnia in omnibus, 531.

Condescensus erga infirmos, 344.

Condonatio mutua peccatorum quam necessaria, 349. Benigna conditio, dimittendo aliena peccata, diluere sua, *ibid.*

Confessio peccatorum est, & confessio laudis, 242. Confessio non pœnitentium, sed laudantium, 250. Confessio veritatis quomodo non penitus auferatur, 257. Confessio peccatorum decus est rectè factorum, 220. Confessio peccatorum & justificatio opus Domini, 242. Confessionem peccatorum semper necessariam esse Christi voce agnoscimus, 295. Confessio quædam laudis divinæ, non iniquitatis humanæ, 289. Confessio peccatorum laudat Deum, 230. Confessio peccati quando utilis, 324. Per humilem confessionem homo indicat se scienti Deo, & se indicat homini nescienti Deus, 226. In lacum æternæ miseriæ descendunt qui per contumacem superbiam remedia confessionis pœnitentiæ perdiderunt, 298. Confessionis fructus, 335.

Conjugibus non caro solum eadem, sed mens & spiritus, 453. ℣. 121. 122.

Conjugium spiritale quo Christo Ecclesia connectitur, multis nominibus designatur, 276.

Conscientiæ malæ pœna maxima est, 331.

Constans provehitur ad regnum, 421. Constantis mors, & turbæ inde natæ, 423.

Constans Constantini tyranni filius a Gerontio occiditur, 429.

Constantinus XXXVI. regnat, 420. Pax Ecclesiæ reddita a Constantino, *ibid.* Constantinus ad Antonium scribit, *ibid.* Constantini baptisma, 422. An ad Arianos declinarit, *V. ibid. nota* Constantini mors, *ibid.*

Constantinus filius Constantini Cæsar, 421. Constantinus, Constantius, & Constans, XXXVII. regnant, 422. Constantini junioris mors, *ibid.*

Consdantinus tyrannus, 429. Constantinus victus & captus, *ibid.*

Constantinopoleos incendium, 433.

Con-

Constantinopolitana Synodus contra Macedonium, 427.
Constantius & Galerius Maximianus a Diocletiano assumuntur in regnum, & affinitate conjunguntur ipsi & Herculio, 419. Constantius moritur, 420.
Constantius Constantini filius Cæsar, 421. Constantius Arianis favens, catholicos vexat, 422. Constantius moritur, 424.
Constantius ab Honorio in consortium regni assumitur, 422. Constantius moritur, 431.
Constantius a Pelagianis multa patitur, 431.
Constantius Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 445.
Continentia est donum Dei, 501.
Conturbatio Christi voluntaria fuit, 298.
Conversio non differenda, 322. 380. *Epigr.* 74. Cum homo ad Deum convertitur, Dei gratiæ ut principio, potius quam libero arbitrio hanc adscribendam mutationem, 105. ℣. 911. Conversionis facultas a Deo, 248. Conversionem sine hæsitatione obedientium, non minus quam diu repugnantium Deus operatur, 185. Conversio hominis licet non sine ipso, non tamen ab ipso incipit, 194. 195. Conversio cordis donum Dei, 501. Quid agatur in corde hominis cum convertitur ad Deum, 491. Conversionis initium, redire ad cor, & Scripturas legere, 447. In homine cum convertitur non alia substantia creatur, sed eadem reparatur, nec aliud ab eo auferetur nisi vitium, 491. Conversio omnis a Deo incipit, 492.
Consules regibus succedunt apud Romanos, 402.
Cor hominis duo maxime pulsant, amor & timor: quibus geminis motibus animus aut aperitur, aut clauditur, sive diabolo sive Deo, 296. Corde migrat qui affectum mutat, 347. Parum est in corde habere Christum, nisi quod corde credimus ore profiteamur, 257. Cordis dilatatio veritatis dilectio, ut Deo non timore sed amore serviatur, 255. Inclinatio cordis simul & divini muneris & propriæ voluntatis, 263. Cor immaculatum quomodo fiat per gratiam Dei, 260. Cor mundum locus orationi aptus, & Dei templum, ubi Deus exaudit, quia ibi habitat, 345. Cor sursum habere quomodo oporteat, 328. Rectum cor cum Deo, 336. Perfectio cordis divini est muneris, 175.
Cornelius non sine aliqua fide orabat & donabat, 24. Cornelii Centurionis exemplum a Semipelagianis allatum, 58. Omnis præparatio Cornelii per Dei gratiam collata, *ibid.* Novæ vocationis ejus exordium per indicia præcedentium studiorum Deum constabat operatum, *ibid.*
Cornelius XX. Romæ Episcopus, martyr moritur, 417.
Cornelius IV. Antiochiæ Episcopus, 412.
Corpus antea nobis ornamentum, postea compedes factum, 322. Corpus posse mutari in corpus aliud, numquam in animam rationalem, ex Deo instituta sua non convellente, 222. Nemo est in hac vita cujus animam corruptibile corpus non aggravet, 225. 318. 364. *Epigr.* 18. Ad compagem corporis Christi non nisi per humilitatem & orationem, per gemitus & lacrymas pervenitur, 217. Corpus absentatur loco, anima peregrinatur affectu, 270. Corpora nostra Deo non petire, 333.
Cornu altitudinem significat, 281.
Correctio. Nemini Deus correctionis viam adimit, nec quemquam boni possibilitate dispoliat, sed peccator & velle & posse bonum sibi sustulit, 137.
Corruptibilitas corporis & concupiscentia non est natura hominis sed pœna, 342.
Corinthus condita, alias Ephyre, 400.
Coturnix a Deo concessa ad petitionem electorum, ad carnalium murmura comprimenda, 229.
Crassus Consul capitur, 405.
Cratinus comicus, 403.
Creatio eorum qui boni, & eorum qui mali futuri sunt, 341. Cur hi creentur qui æternæ vitæ participes non erunt, 124. Nulla culpa Creatoris, *ibid.* Quod tales & mundum ornent, & sanctorum profectibus serviant, *ibid.* Probatur ex morte Christi & Martyrum, & Apostolo, 127. Deus angelum vel hominem, quem malum futurum præscierat, cur creaverit, 327. Deus solus Creator; non angeli, etsi operationem suam rebus quæ gignuntur in mundo adhibeant, 327. 328.
Creatura Creatori adhærendo fit major & melior, non ille, 321. De creaturarum conditione tria intimari oportuit, a quo, per quid, & quare factæ sint, 327. Creaturarum consideratione intelligitur universitatis auctor, ut de his quæ videre possibile est, & in quibus tanta admirationum materia est, ea quæ cerni nequeunt æstimentur, 301. Illa creatura melior quam nihil delectat illicitum: etiam illa bona quæ illicitam delectationem potest cohibere, & de hac cohibitione lætari, 341. Creaturis non inhærendum, sed ex his ad creatorem ascendendum, 225. Creaturæ Dei proprie Christiani, *ibid.*
Credere meritum, videre præmium, 349.
Crescens cynicus Justini persecutor & accusator, 413.
Crispus & Constantinus filii Constantini, & Licinius Cæsares appellantur, 421. Crispus & Licinius interfecti, *ibid.*
Crux Christi mundi sapientibus stultitia, quo magis doctrinis sæcularibus illi tument, 492. Etiam a Judæis in lege doctis reprobata, *ibid.*
Cultus Dei. Deus amore summo coli debet, 336. Deum gratis colendum docent Scripturæ, 256.
Culpa. Patet culpa ubi non latet pœna, & societas peccati convincitur de communione supplicii, 184.
Cupiditas & charitas, 325. Cupiditates portæ inferi, 326.
Curetes & Corybantes, 404. Cnossum condunt, & saltationis genus quoddam reperiunt, *ibid.*
Custodia circa nos Dei non carnaliter accipienda, quia simul custodiunt Pater & Filius & Spiritus sanctus, 324. Custodit parvulos Dominus, quos vult esse perfectos, 248.
Cycli primi initium, 409. Cycli primi finis & sequentis exordium, 411. Cycli secundi finis, & tertii initium, 416. Cycli tertii finis quartique principium, 420.
Cyrillus XXII. Episcopus Antiochenus, 419.
Cyrillus Alexandrinus Nestorio resistit, 432.
Cyprianus Episcopus & martyr, 417. Cypriani liber de mortalitate multis ac pene omnibus qui ecclesiasticas litteras amant, laudabiliter notus, 28. Tractatus de oratione Dominica, 37.
Cyprianus Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 445
Cysicus condita, 400.

D

Dæmones rectores tenebrarum, id est, hominum diabolo subditorum, 250. Dæmones nihil noxie inferre possunt, nisi Deus permiserit, 224. Dei judicio homo inimicis suis aut castigandus traditur, aut probandus, *ibid.* Dæmones etsi ad persequendos Christianos impiorum animos incitent, in Ecclesiam sævire non audent, sed intra infidelium corda cohibentur, 225. Etsi multorum hominum talis est malitia, qualis & dæmonum, hoc distat inter utrosque, quod hominibus, superest, si Deus misereatur, reconciliatio, dæmonibus nulla est servata conversio, 134.
Dalmatius Cæsar factus, 422. Dalmatius occiditur, *ibid.*
Damasus XXXV. Romanæ Ecclesiæ Episcopus, 424.
Damnationis causa peccatum originale in parvulis qui sine baptismate moriuntur, non facta quæ facturi erant si vivere, 41.
Daniel & socii, 402.
Darius Rex Persarum, *ibid.*
Darius Nothus, 403.
Darius Arsami filius, *ibid.*
David Rex, 401. In David persona Christi & Ecclesiæ, 280. David mansuetudinis observantissimus fuit, 279. Christi & Ecclesiæ figura, *ibid.* In hoc fidei fervor, *ibid.* David propheta cum templum ædificare concupisceret, non ignorabat verum perfectumque templum a Christo condendum, 193. Cur ad constructionem templi non David electus, sed filius David, *ibid.* Ex Deo erat hoc velle David, & ex Deo erat hoc facere Salomonem, *ibid.* Hoc exemplo probatur hoc nolle aliquando Deum fieri quod homines Deo volente voluerunt, 194.
Deambulare in latitudine animæ quis possit, 214.
Debita nostra Christus restituit, qui nihil debet, 290.
Debbora & Barach Judices ex qua tribu, & quot annis rexerint populum, 505.
Decentius Magnentii frater laqueo perit, 423.
Decius XXIV. regnat, 417. Occiditur, *ibid.*
Dedicatur Constantinopoli Apostolorum Martyrium, 424.
Dedicatio Basilicæ a Liberio Patricio constructæ, 441. Episcopi Dedicationem celebrantes Arausicæ collationem spiritalem habent, *ibid.* Capitula ab Apostolica sede transmissa proferunt, & subscribunt, *ibid.* Quibus quid de gratia & libero arbitrio sentiendum secundum fidem Catholicam definiunt, *ibid.*
Defectus bonus in desiderio boni nondum adepti, sed avidissime concupiti, 261. Quidquid formæ cujuspiam rei deficienti remanet, ex illa forma est quæ nescit deficere, motusque ipsos rerum deficientium excedere numerorum suorum leges non finit, 352.
Defensio. Ad defensionem alicujus definitionis, ea promerenda sunt quæ alteri intellectui non cedant, & regulam cui sunt aptata non deserant, 58.
Delectatio boni magnum Dei donum, 259. delectetur in Christo, 253. Periculum cum nec in lectione nec in oratione est delectatio, 234. 317.
Deliciæ & tribulationes temporales, quo modo contemnantur, aut sustineantur, 334.
Demetrias virgo de perfectione ad se scribi ab auctore Epistolæ ad ipsam postulat, 524. Animæ familiæ & Trabeatæ nobilitatis, *ibid.* Ab excellentissimis Ecclesiæ magistris laudata, *ibid.* Virginitatem Deo consecrat, *ibid.* Demetriadi magis humilitate opus esse, propter virginitatis puritatem, & familiæ splendorem, 530.

De-

Demetrianus XIV. Antiochiæ Episcopus, *ibid.*

Demostenes claret, 403.

Deodatus vir illustris Concilio Arausicano II. interfuit, & subscripsit, 446.

Descensio oculorum per effusionem lacrymarum, humilitas pœnitentis, 266.

Desiderium boni a Deo, 490. Ipsum desiderium bonum a Deo incitari, 303. Desideriorum justorum impletio ubi, & quibus continget, 349. Desiderii æstu qui vincitur, traditur peccatori, & adversæ subiicitur potestati, 294.

Desperantis de Deo & de se præsumentis miseria, 323.

Detractio Judæorum in Christum pejor interfectione, 237.

Deum esse, & cunctorum auctorem omnibus semper innotuit: quodque omnia ut voluit sapienter disposuit, 459. ℣. 104. Deus solus vere est, eique adhærendum, 361. *Epigr.* 11. Deus id est quod habet, 350. Quid de Deo sentiendum, 391. *Epigr.* 103. Deus si secundum id quod est semper quærere paucis possibile, secundum mirabilia & beneficia sua quærendus, 227. Omnium rationes in Deo æternæ & immutabiles, 518. Deus quomodo omnia sit quæ recte desiderantur, 345. Dei excellentia non eloquio tantum, sed & intelligentia omni superior: utiliter tamen laudatur ab hominibus, 375. *Epigr.* 61. Deo essentia & scientia unum est, 350. In natura deitatis nulla forma corporea sentiatur, 259. De Deo parum digne sentit, qui putat sufficere quod de illo intelligit, 301.

Deus solus vere simplex, 350. Deus ineffabilis & incomprehensibilis, 321. Non parum poscitur, si sciatur quid non sit, *ibid.* 375. *Epigr.* 61. Deus bonus non ut cetera bona, sed præ illis, 282. Inde dicitur solus bonus, *ibid.* Ab illo cetera bona, *ibid.* Omnia simul Deus intuetur, 519. Deus immutabilis, 218. Dei omnipotentia omnia conservari & subsistere, 339. Deus solus maximus & omnipotens, 305. Deus omnia novit ab æterno, 371. *Epigr.* 40. Æternæ Dei sapientiæ nihil novum, 323. 376. *Epigr.* 57.

Deus misericors & justus, 302. Deus in cælo quomodo, 246. Dei præsentia homo illuminatur, 340. Nullus sine Deo locus, 290. 335. Deus misericors & justus in retributione, 244. Ejus voluntas de omnium salute, 494. De hac vox Apostoli plene accipienda, *ibid.* Cur aliqua hominum notitiæ subtraxerit, 495. Æterna ejus voluntas omnis boni causa, 502. Nullum fidelium non discedentem relinquit, 509. Nullius ruinam disposuit, *ibid.* Ejus præscientia omnia tempora amplectitur, nullo tenetur, 519. Non necessitat voluntatem, *ibid.* Deo nullum bonum impossibile, nullum malum insanabile, 225. Omnia Deus in gloriam suam, dispensat, 377. *Epigr.* 58. Deus quantum sit bonum apparet, quia nulli ab eo recedenti bene est: cum omnis voluptas timore turbatur, aut si non sentitur, major miseria est, 341. 342. Deum meminisse verbi sui est ipsum implere promissum suum, 257. Deus patiens, quia omnipotens est & æternus, 473. ℣. 795.

Dei scientia præterita, præsentia, & futura complectitur, 519. nec ulla nos urget necessitate peccandi, *ibid.* Dei misericordiam nec ab iis quibus negata est, nec ab iis quibus concessa, reprehendi, 96. ℣. 678. Sed ab iis solis qui gratiam quantum licet subruunt, primam discriminis causam inter bonos & malos libero arbitrio tribuentes, *ibid.* ℣. 684. Deus cognoscit cum aliis notum facit, 290. Deus non vigilantibus dormitare videtur, 271. Deus nec vacatione nec opere afficitur, 327. Deus terræ providet per cœlum, parvulis per majores, 247. Deus quomodo misericordia nostra dicatur, 299. Quomodo a Deo petitur ut meminerit, 220. Deus in omnibus laudandus, 453. ℣. 113. & 114. Deus quod promittit ipse facit, 320. *Epigr.* 45. Recordatio & oblivio quomodo dicantur de Deo, 324. Deus ideo castigat ut parcat, 303. Deus quibus proximus, quibus longinquus, 229. Mira circa homines bonitas & dilectio Dei, 300. Omnia Deo præsentia, 298. Deus malis operibus hominum bene utitur, cum homines bona opera Dei ad instrumentum malitiæ suæ transferant, 227. Dei magnificentia in gratuita remissione peccatorum, 243.

Deus mundum quem condidit absque fatigatione regit, 460. ℣. 151. Nec de illius, ut de hominum regimine judicandum, *ibid.* ℣. 159. Deus gloria populi sui, 231. Deus personam patris erga nos suscepit, & ideo omnia misericorditer dispensat, 225. Deus omnium plasmator, 290. Deus videndus per fidem, ut postea videatur per speciem, 271. Dei prima & posterior, *ibid.* Deus neminem indebite damnat, neminem debite liberat, 299. In Deo nihil nova dispositione agitur, 232. A Deo non locorum intervallis, sed voluntatis aversione disceditur, 222. De patientia Dei, quanta sit, & ad quem finem tendat, 219. 316. 395. *Epigr.* 4. Deus retribuit bona pro malis, 249. Deo sitire debet se toto homo, quia Deus totum pascit & fecit, 333. Neminem a Deo non discedentem relinqui, neque cujusquam ruinam esse ex Dei constitutione, 509. Bonitas Dei non defuit impiis ante diluvium, *ibid.* Deus habitatores Pentapoleos antequam perderet, causas veniæ quærens non invenit, 464. ℣. 350. Operum Dei causæ incognitæ ut aliquatenus noscantur, 329. 386. *Epigr.* 91. Deus tolerat malos propter bonos, 509. Deo qui subjectior, perfectior, 531. Deus omnia in omnibus, *ibid.* Omnia Deus præcepto & voluntate fecit, 283. Deus proprie justorum Deus, cum Deus sit etiam malorum, 293. A Deo ad Deum confugiendum, 335.

Dei consilia abscondita, 494. Deus quærendus, quomodo, & quo fructu, 317. 361. *Epigr.* 9. Ad Deum acceditur non locis, sed moribus, 325. Omnia Dei opera contemplata bonitatis & misericordiæ Dei manifestant æternitatem, 285. Opera Dei omnia, tam naturalia quam spiritalia miranda, 225. Utraque in Christo facta, *ibid.* Omia opera Dei testimonia majestatis & bonitatis ejus, 265. Deus commovet terram, cum pigra & inertia corda convertit, 246. Cur Deus temporaliter trascatur, 219. 316. 360. *Epigr.* 5. Deo non locis, sed actionibus proximi aut longinqui sumus, 383. *Epigr.* 82. Quomodo cor Ægyptiorum Deus convertit ut odissent populum suum, 228. Quomodo Deus seducere dicatur, 235. De tranquillitate ultionis Dei, 317. 362. *Epigr.* 12. Deus Pater Christo Pater, & Dominus est, pater formæ Dei, Dominus formæ servi, 290. Deus priusquam deseratur neminem deserit, & multos desertores sæpe convertit, 135.

Deorum nomen in bono positum secundum gratiam intelligendum est, non secundum naturam, 285.

Dextera hominis amor Dei, & eorum quæ Deo sciant appetitus: & hujus dexteræ manus, potestas quam dedit Deus credentibus filios Dei fieri, 271. Dextera est illis iniquitas, qui in his quæ injusta sunt gaudent, & pravis tamquam rectis lætantur, 300. Dextera sunt quæ Dei sunt & ad Dei promissa perducunt, 296. Dextera operatur quidquid fit propter vitam æternam: sinistrum est quidquid propter gaudia transitoria, 288. Unicuique, sive in bono, sive in malo, hoc fiet dextrum quod omnibus præfert, 234.

Diabolus fugiendus, non sequentibus, 326. Utilius cum hostem habere, quam principem, *ibid.* Diabolus draco, etsi habent nocendi cupiditatem, nemini tamen plus tentationum potest inferre, quam finitur, 225. Esca ejus terrenis cupiditatibus actibusque dediti, *ibid.* Vincitur diabolus ab his etiam quos antea vicerat, si spem ponant in Christo, & vincendi virtutem a Christo qui diabolum vicit, petant, 476. ℣. 965. Diaboli invidia adversus hominem primum, 492. ℣. 279. Diaboli superbia hominem perdidit, Christi humilitas hominem reparavit, 321. 376. *Epigr.* 62. Diabolus comedit eos qui sapiunt secundum carnem, 231. Diabolus ipse etsi criminibus delectatur, vim crimum non infert, 135. In flagitiis illecebrarum adjutor, non voluntarum generator, *ibid.* Sublatum diabolo non proprium, sed alienum, 334. Diabolus rector iniquorum, Christus fidelium, 297. Diabolus manet ad persequendum Corpus Christi nec Judas deest in falsis fratribus, 298. Quid intendat omnis adversarius, *ibid.*

Didymus Alexandrinus cecus & auctor, 425.

Dies hominis qui, 248. Dies virtutis Christi proprie æternitas, 241.

Differentiarum quæ sunt inter homines causa abscondita, 514.

Difficultates boni. Cur Deus non præveniat difficultates quæ patiuntur fideles ad bene agendum, 233.

Dilectio Dei sæpe ex mundi dilectione marcescit, 508. Quid diligendum, & quomodo, 330. Nihil diligere, nisi quod ex Deo est, 530. Hæc vera animæ puritas, *ibid.* Dilectio inhærens Deo, ipsa erit vox laudationis æternæ, non strepitus verborum, 252. Christus commendans dilectionem suam in eos quibus daturus erat indebitam vitam, pati pro eis voluit indebitam mortem, 343. Cum tria diligenda sint, cur duo tantum præcepta charitatis, 329. Dilectio bonorum æternorum aut temporalium quomodo differat, 358. Diligere Deum donum Dei, qui non dilectus dilexit. 444. Qui Deum diligit in sui dilectione non errat, & proximo ad diligendum Deum consulit, 329. Quomodo diligendi homines mali, 214. 316. 358. Duplex dilectio nostra ad Deum, nunc credendo, tunc videndo quod credidimus, 350. Quid diligendum & non diligendum, & quomodo, 337. Dilectio vera quæ sit, 348. Dona sua in nobis diligit Deus, 321. 376. *Epigr.* 56. Vere se diligit qui ut Deum diligat, non se diligit, 352. Quales nos diligat Deus, 443. Deus prior dilexit, ut diligeretur, 266. Dilectio veritatis constantem facit, 269. Quid recte diligatur, 337. Dilectio Dei perfecta, 292.

Diluvium quamdiu dilatum, & quando tandem factum, 509. Diluvium ob quæ hominum peccata inductum, 508. Diluvium ob connubium maximæ partis bonorum cum alienigenis, 398. Impiis ante diluvium Deus non defuit, Deus homines ante Diluvium præmonuit, ut pœnitentiam agerent, 463. ℣. 329. Populus Dei ante diluvium spiritu Dei regebatur, 509.

Diocletianus XXXIV. regnat, 419. Herculium Maximianum consortem adsumit, *ibid.* Diocletiani superbia, *ibid.* Diocletianus & Maximianus triumphant de Parthis, 420. Purpuram deponunt, *ibid.* Diocletiani mors, *ibid.*

Diogenis sententia parum pudica, 165.

Dionysius XIII. Alexandriæ Episcopus, 417.
Dionysius XXIV. Romanæ Ecclesiæ præficitur, 418.
Dionysius Siciliæ tyrannus, 403.
Dionysius Corinthiorum Episcopus, 414.
Diplois pallium duplex, 239.
Discere. Turius est discere quam docere, propter tentationem vanæ gloriæ, 348. Ad discendum necessario ducimur auctoritate & ratione, 354. Tempore auctoritas, re autem ratio prior est, *ibid.*
Discipuli cur ignem de cælo in urbem Christum suscipere recusantem non obtinuerint, 471. ℣. 686.
Discretio hominum non meritis ascribenda probatur, 495. 496. Quod Deus quosdam facinorosos convertat in ipso vitæ exitu, aliis minus malis derelictis, inscrutabile, 496. Abhorret a ratione ut qui sola Dei benignitate liberati sunt, eum accusent quod non omnibus pariter reis eamdem benignitatem præstiterit, 96. ℣. 167. Quæ Deus occulta esse voluit, non sunt scrutanda; quæ autem manifesta fecit, non sunt negligenda, *ibid.* Occulta iustius, inæqualitatis ratio, 507. In discretione bonorum a malis non fallitur Dei justitia, 332. Quærentibus de discretione Dei respondetur in Evangelio operariorum vineæ & apud Apostolum *Rom.* 9. 22. 497. Cur Deus a communibus caussis quædam excipiat, 505.
Discretionis parvulorum caussa profundum mysterium, 513. Quomodo aliquatenus cognosci queat, *ibid.* Quid eruditionis elici queat ex hoc judicio circa parvulos, *ibid.* Discretio bonorum & malorum solius Dei est, 332. Inter fideles varios gradus Dei munerum esse, non ex meritis, sed ex occulto & justo Dei judicio, 518. Inscrutabilitas discretionis bonorum a malis, 503. Ex discretione parvulorum, non esse justam querelam, sed magnam divinæ justitiæ & gratiæ commendationem, 514. Cur Deus quorumdam misereatur, & quorumdam non misereatur occultum est, 496. Discretionis ratio latet, non latet discretio, *ibid.*
Divites sunt pauperum procuratores, 526. Divites Christiani qui sint, & quas divitias ambiant, 335. Divites mundi non de opulentia arguuntur, sed de perverso rerum amissibilium amore, 301. Dives pauper quis sit, 336.
Divitiæ iniquitatis egentes faciunt: veræ divitiæ ubi sint, 323. 382. *Epigr.* 78. Divitiarum contemptus quando perfectus, 344. Ibi cavenda elatio, *ibid.* Terrena opulentia melius tenetur, quam superbe relinquitur, *ibid.*
Docere. Cur non omnes docet Pater ut ad Christum veniant, 24. Schola Dei Patris valde occulta, *ibid.* Etsi gratia gratuita sit, exhortatio tamen est necessaria, 48. Paucissimis donatum ut sine hominis ullius ministerio doctrinam salutis acciperent, *ibid.* Deus docet per Verbum incarnatum, 346. Deus docet facere voluntatem suam, cum per gratiam eam implet in nobis, 299.
Doctrina Dei qua quod jubet fieri, auxiliatur ut fiat, 269. Doctrina spiritalis secernitur a prævaricatione doctoris, 275. Omnis doctrina hujus temporis transit, 223. Doctrinæ mensura quædam universis hominibus semper adhibita, 510. Quæ etsi parcioris & occultioris gratiæ, sufficit quibusdam ad remedium, quibusdam ad testimonium, *ibid.* Doctrina Apostolica omnibus instruendis accommodata, 223. 316. 361. *Epigr.* 8.
Dolus quo Ægyptii ab Hebræis decepti, non ad præceptum Dei, sed ad permissionem referendus: etsi aliquid justitiæ habuisse putari possit, 229. Doli iniquorum *vestes* dicuntur, 293.
Dominum nosse paucorum est, 254. 317. Deus verus Dominus nihil jubet quod sibi prosit, 254. 370. *Epigr.* 39. Quis rerum suarum vere sit Dominus, 332. Dominus ut bonus medicus servos suos oportune salubribus cibis reficit, sive aspera sive blanda adhibenda censuerit, 303.
Domitianus IX. regnat, 410. Uxor ejus Augusta, *ibid.* Eunuchos fieri prohibet, *ibid.* Mathematicos Roma pellit, Senatores plurimos in exilium mittit, *ibid.* De Dacis & Germanis triumphat, *ibid.* Domitianus vites seri in urbibus prohibet, *ibid.* Domitiani superbia, *ibid.* Crudelitas, *ibid.* Domitianus Dominum se & Deum appellari jubet, *ibid.* Domitiani furor confunditur glorioso Martyrum fine, 511. Omnia Domitiani statuta a Senatu irritantur, 411.
Domnus XIV. Antiochiæ Episcopus, 418.
Domus Dei interior, 252. Domus Dei a Spiritu Dei ædificatur & custoditur, 275. 319. Domus Dei qui habitant perseveranter in Domino, 280.
Donatus, a quo Donatillæ, primo schismatici, deinde hæretici, 421. Rebaptizant catholicos, *ibid.*
Dona Dei. Non æquales fuerunt omni tempore super omnes generationes aut homines donorum Dei mensuræ, 507. Omnis doni caussa Dei misericordia, 299. Bonus rerum usus donum Dei, 501. Naturalium donorum subtractio ad correptionem male utentium, 508. In judicio damnabuntur qui donum Dei non auxerint, licet servaverint, 507.

Drusi mors, 407.
Duodecim Tabularum initium, 403.

E

Ecclesia tota domus David, 272. In Ecclesia spiritale semen Abrahæ, 234. Ecclesia usque in finem sæculi mansura, 218. Ecclesia non solum ex Judæis, sed etiam ex gentibus congregatur, 123. Toto orbe dilatanda, 127. Ecclesia super Christum fundata, 222. Ecclesia est Jerusalem, in omnium compage sanctorum una domus, unum templum, & una civitas, quæ a Domino ædificatur usque in finem mundi, 275. Ecclesia abysso persecutionum circumtegenda, ut etiam super eminentissimos Sanctorum attollenda sit oppressio persequentium, 222. Ecclesia toto orbe terrarum in lumine est, 224. Crescit quotidie Ecclesia in templum Dei, 217. Tanta pax in Ecclesia, ut non possit esse nisi omnium quod fuerit singulorum, 526. In arca Noe & disco in visione Petro apparente omnis generis homines in unitate Ecclesiæ congregandos, 223. Ecclesia corpus Christi & mater omnium patrum, omniumque filiorum, 218. Ecclesia in electis non minuitur, sed in reprobis, 235. 361. *Epigr.* 11. Ecclesia corpus Christi, & unus homo, cujus in una fide unum cor & anima una est, 229. Ecclesia Deo dante victoriam passionibus suis crevit, 269. Inter procellas & fluctus mundi, gubernante Christo Ecclesiarum tutus est cursus, 225. Ecclesia tota, ex diversi ordinis hominibus, unum corpus, & unam Deum laudandi habet materiam, 308. Omnes filii Ecclesiæ in præsenti vita quadam se vinctos captivitate cognoscunt, & consolationem de spe futuræ libertatis accipiunt, 306. Extra Ecclesiam nec benedictio nec sanctificatio, 306. Christus in Ecclesia ex pluribus unum fecit, 282. Christus Ecclesiam inter persecutiones protexit, 251.
Ecclesia Sion, Sion Jerusalem cælestis, & civitas Dei, cujus melior pars semper cum auctore suo mansit & aliam expectat, 254. Ecclesiæ perpetuitas, 261. Ecclesia ab initio generis humani exorta, nullis generationibus defuit, 267. Christus præsens in Ecclesia usque ad finem sæculi, 240. Quomodo in medio multorum Deum laudet, *ibid.* Ecclesia tota cum Christo unus homo, cujus proprium est in omni tempore benedicere Dominum, 218. Ex Judæis & gentibus unus populus, concurrens in unum gregem, ad unum pastorem, 250. Ecclesiam quantum Deus amet, & quam gratis amet, 281. Ecclesia dispersionem Babylonicam in suam revocat unitatem, 510. Ejus preces pro omnibus ex Traditione Apostolica, 158. Ecclesia mortuo Christo, ut Eva Adæ dormienti fit de latere, 345. Ecclesia ab initio ab impiis oppugnata, numquam victa, cui per passiones & mortes suorum coronæ triumphique creverunt, 277. In solis justis jam in præsenti tempore esse Ecclesiam docebant Pelagiani, 38. Ecclesia universalis quacumque novitate pulsatur, 150. Ecclesia viduæ formam gerit, 281. Ecclesiam oderunt qui Dei præcepta contemnunt, 277. In Ecclesia lapides & pulvis, 217. Terra Dei, ager Dei, Ecclesia Dei, 238. Virtus Ecclesiæ charitas, hac magna est, inde augetur, 272. Ecclesia diem adventus Christi expectans, 261. Non est locus adorandi nisi in Ecclesia catholica, 280. Ecclesia adhuc timet, sed sperat, 260. Ecclesia toto orbe dilatanda, 61. Inimici Ecclesiæ diversi ejus patientiam, aut sapientiam exercent, & benevolentiam, 329.
Ecclesia S. Agilei, 439.
Eleazar frater Simonis fit Pontifex, 404.
Electi omnes Jacob & Israel, omnia Dei judicia justa esse discunt, 307.
Electorum nomen in bonis, & in malis usurpatur, 295. Electi sumus & prædestinati, non quia futuri eramus sancti, sed ut essemus, 31. Deus elegit justos, non quos tales per se ipsos futuros prævidit, sed quos ut tales faceret prædestinavit, *ibid.* Operatur Deus ut simus in laudem gloriæ Dei, *ibid.* Divites in fide quomodo Deus elegerit, *ibid.* Ceteri populi in comparationem electorum videntur abjecti, sed numquam sunt a manifestis occultisque beneficiis abdicati, 492. Loco Actuum demonstratur, *ibid.* Ratio operandi in electis, cum etiam ad hoc ut operentur electi sint, 519. Promissionem Dei de electis aut non impleri, aut ab alio quam ab eo qui promisit impleri nemo dixerit, 498. Electos solos promissiones attinent quæ omnibus fiunt & toti populo, 493. Veracem Deum signant, 491. Plenitudo & universitas electorum, 493.
Electio boni est a Deo, 500.
Electio Dei non vacillat, 517. Non orandi & operandi sollicitudinem tollit, 519. Electio gentium futura olim latebat, & postmodum innotuit, 61. Electionem & vocationem nec fides ipsa præcedit, 32. Prædestina-

ſtinatio & electio eſt ex Dei beneplacito, 31. Vocatio electorum eſt ex propoſito Dei, *ibid.* Elegit Deus ante mundi conſtitutionem quos prædeſtinavit, *ibid.* Electio de mundo, ſeu vocatio ſupponit electionem ante mundi conſtitutionem, 30. Electionem ſalvandorum non poſſe refundi in merita voluntatis humanæ manifeſtum eſt in parvulis, 499. Nec fortuito caſui aſcribi poſſe, *ibid.* Nullus ante vitæ finem de electione ſecurus, nec ullius deſperanda reparatio, 520. Electio ſalvandorum facta ab æterno, 518.

Eleemoſynarum fructus æternus, 275. Hoc ſolum non amittitur, quod operi pietatis impenditur, 324.

Eliachim ſeu Eliaſib Pontifex, 403.

Eloquentia ſine ſapientia cavenda eſt, 337.

Eloquium Dei ſtabile ſit in corde cum ſit quod jubetur, 258. Eloquium linguæ noſtræ eſt Jeruſalem canticum, 288.

Empedocles philoſophus, 403.

Enerattarum error, 414. a quo ortum habuit, *ibid.*

Ennius poeta, 404. moritur & honorifice ſepelitur, *ibid.*

Epheſina pſeudo-Synodus damnatur, 436.

Epicurei providentiam negantes eo quod boni hic adverſa patiantur, mali proſpera omnia experiantur, reſelluntur, 471. ℣. 721.

Epidaurus condita, 399.

Epiſcoporum officium eſt docere, 150. Notantur quidam Epiſcopi e ſtatu laicali citius evecti jura & officia ſua neſcientes, *ibid.* Epiſcoporum Afrorum ad Zoſimum Epiſtola, 184. Quomodo libertatem cum gratiæ auxilio ibidem concilient, 184.185. Epiſcopi Pelagiani depulſi epiſcopatu & excommunicati, 177.

Epitaphium, Neſtorianæ & Pelagianæ hæreſeon Epitaphium, 114. Neſtoriana hæreſis Pelagianæ filia, & tamen mater, *ibid.* Eadem ſententia utraque damnatur, 115. Utriuſque reus qui gratiam ſecundum merita Chriſto datam fuiſſe, aut Chriſtianis dari contenderit, *ibid.*

Eron Antiochiæ Epiſcopus poſt Ignatium, 411.

Error. Tantum nocet error, ut juvet errare, 96. ℣. 675. Intereſt quantum & in quibus erretur, & quam facile quiſque corrigat, vel quanta pertinacia ſuum defendere conetur errorem, 50. Errores in Caſſiani definitionibus contenti ſummatim colliguntur, 208.

Esau, qui & Edom, a quo Idumæi, 399.

Esbon judex, 400.

Eſcam vitæ qui accipiant, 346.

Esdras Sacerdos, 403.

Eſſe cum Deo, 321. 376. *Epigr.* 64.

Evagrius monachus ſanctitate inſignis, 428.

Evangelium ab omnibus gentibus audiendum, 61. Ad omnes prorſus homines miſſum eſt Evangelium crucis Chriſti, 504. Evangelium veritatis nulla perſecutione ſuperandum, 295. Quod Evangelium nondum omnibus fuerit prædicatum, ex judicio Dei factum, ſed incomprehenſibili, 123. Evangelii prædicatio tubæ ſonus, 310. Evangelium ubique prædicandum, 289. Evangelicæ prædicationis gratia quibuſdam negata, 61. Adverſariorum effugium, cur multæ gentes nondum factæ Evangelicæ gratiæ participes, præcluditur, *ibid.*

Evaristus IV. Romæ Epiſcopus, 411.

Euchariſtiæ ſumptio quotidiana, 38. Separatio ab Euchariſtia intercedente aliquo graviore delicto, *ibid.*

Eucherius Epiſcopus Concilio Araulicano II. ſubſcribit, 445. Alius Eucherius Epiſcopus Concilio Arauſicano ſubſcribit, *ibid.*

Eucrocia Priſcilliani erroris rea plectitur, 427.

Eudoxiae ſtatua, 429. Eudoxia moritur, *ibid.*

Eufrates philoſophus, 410.

Eugenius tyrannidem uſurpat, 428. Eugenio a Theodoſio vincitur & perimitur, *ibid.*

Eugenius Carthaginenſis Epiſcopus, 439. ab exilio revocatur, *ibid.*

Eulalius Antipapa tertii ſchiſmatis auctor, 430. ejicitur per Honorium, *ibid.*

Eumenes VI. Epiſcopus Alexandriæ, 412.

Eunomia Nazarii filia eloquens, 422.

Eunomius, a quo hæreſis Eunomiana, 425.

Euripides claret, 402.

Eusebius Laodicenus Epiſcopus, 418.

Eusebius Pamphili contubernalis, quouſque hiſtoriam perduxerit, 421.

Eusebius XXIX. Romæ Epiſcopus, 420.

Eusebius Vercellenſis Epiſcopus, 423. Euſebii reditus de exilio, *ibid.* Euſebius Vercellenſis moritur, 425.

Eustathius XXIII. Antiochiæ Epiſcopus, 421. In exilium pellitur ab Arianis, *ibid.*

Eustathius Conſtantinopolitanus presbyter, 422.

Eutiches hæreſiarches errorem ſeminat Conſtantinopoli, 435.

Eutichianus XXVI. Romæ Epiſcopus, 419.

Eutychius Hiſpanus martyr pro fide, 433.

Eutropius Conſul honore & vita mox privatur, 429.

Exiguum omne quod finitur & tranſit, 218.

Exorciſmorum uſus in Eccleſia, 159. Exorciſmi & exſufflationes in baptiſmo, *ibid.*

Extaſis pavor mentis, & cum aliqua inſpiratione aſſumitur, 249.

Exultatio ſanctorum in conſcientia bona, quam non ſibi ſed Dei gratiæ aſcribunt, non in divitiis &c. 309.

Ezechias rex Juda, 402.

F

Fabianus XIX. Epiſcopus Romæ, 417.

Fabianus martyrio coronatur, *ibid.*

Fabius Antiochiæ Babylæ ſuccedit, *ibid.*

Fabricæ terrenæ & cæleſtis fundamentum diverſum, 324.

Fabulæ vanarum opinionum ab iniquis narratæ, 261. Sed nihil in eis utile, ſicut in lege Domini, *ibid.*

Facies pro præſentia ponitur, 226.

Famæ bonæ pretium, 337.

Fames, ex inedia contracta pernicies, 227. Quomodo vocat a Deo, *ibid.*

Fatum etiam a multis non Chriſtianis refutatum, 218. Fato baptizari parvulos nec Pelagiani dixerunt, 498. Non fato quidquam geri, ſed omnia Dei judicio, 62.

Flacilla Arcadii filia, 428.

Felicitas numquam ſecura, 332. Nec felicitas ſæculi hujus nos beatos facit, nec adverſitas miſeros, ſi vera bona diligamus, 338. Cur mali felices putentur, & tales eſſe permittantur, 347. Nihil infelicius felicitate peccantium, 319. 371. *Epigr.* 42.

Felix XXV. Romæ Epiſcopus, 418.

Felix Antipapa in locum Liberii ab Arianis ſubſtituitur, 423.

Felix magiſter militum, 431. Ejus juſſu Patroclus & Titus Diaconus occiſi, *ibid.* Felix patricius fit, 432. Felix cum uxore & Grunnito diacono ab Aetio perimitur, *ibid.*

Ferrum tribulatio duræ neceſſitatis, 228.

Festus ſucceſſor Felicis, apud quem Paulus rationem reddens Romam vinctus mittitur, 409.

Fides donum Dei, 32. Fidem noſtram operatur Deus in cordibus noſtris, 21. Fides ex gratia Dei, 22. Fidem & perſeverantiam eſſe Dei dona, totius Eccleſiæ in ipſius orationibus teſtimonium, 51. Et fides, & ſalus quæ fidei promittitur, donum Dei eſt, 27. Fidei initium donum Dei, 21. 32. 50. Nemo ſibi ſufficit ad incipiendam vel ad perficiendam fidem, 21. Superbiæ eſt homini initium fidei tribuere, 22. Totum ſibi negotium ſalutis poſſet homo vindicare, *ibid.* Fidei initium eſſe donum Dei quando cognovit Auguſtinus, 49. Non ſolum initium fidei, ſed & ejus incrementum Dei donum eſt, 33. 37. Et fides perfecta & fides inchoata ex Dei dono eſt, 23. Inter initium fidei & perfectionem perſeverantiæ media ſunt illa quibus recte vivimus, quæ etiam donari nobis a Deo fide impetrante ipſi Semipelagiani conſentiunt, 50. 52. Gratia non gratis datur, ſi initium fidei eſt ab homine, augmentum vero Deo, 21. Quidquid & fidem ſequitur Deo tribuendum, 24.

Fidei donum cur non omnibus detur, 25. Fidei meritum ex miſericordia eſt, 22. Fides inchoat meritum, ſed etiam fidei meritum eſt donum Dei, *ibid.* Et velle & credere noſtrum eſt, & ſimul donum Dei, *ibid.* Unde quiſque dignus ſit fide, 25. Quibus fides non fuit annunciata, præſciti ſunt non fuiſſe crediturі, 26. Ex fide juſtificari nos, cur potius dixerit Apoſtolus, quam ex operibus, 24. Fidem ab operibus quatenus diſtinguit Apoſtolus, 24. Pauciſſimis donatum eſt, ut nullo homine prædicante, per Dominum, vel per Angelos fidem accipiant, 48. Totius eſt fidem ſpem & charitatem ſuam voluntati Dei committere, quam ſuæ propriæ, 26. Fides initium eſt hominis Chriſtiani, martyrium pro Chriſto finis optimus, 37.

Fides donum eſt prorſus gratuitum: neque eſt ex merito, cum ex illa ſit omne meritum, 87. Nemo credit, niſi qui audivit & didicit venit, 24. Credere Evangelio donum Dei eſt, 25. Et credere, & bonum operari per Spiritum-ſanctum datur, & ſimul noſtrum eſt, 22. Cur illi datum ſit ut credant, aliis non datum, inſcrutabile eſt Dei judicium, 45. Poſſe aut non poſſe credere non prodeſt aut obeſt, niſi habita ratione prædeſtinationis, 44. Etſi quidam naturaliter apti ſint ad credendum, ſi vel dicta vel facta quædam adhiberentur, non adhibentur tamen, ſi non ſunt ex prædeſtinatis, 44 Non profuit Tyriis poſſe credere, quia non erant prædeſtinati: non obfuiſſet Judæis non poſſe credere, ſi fuiſſent prædeſtinati, *ibid.* Tyriis quoniam non erat datum ut crederent, etiam unde crederent eſt negatum, *ibid.* Tyriis non profuit quod poterant credere, quia prædeſtinati non erant ab eo, cujus inſcrutabilia ſunt judicia & inveſtiga-

ſtigabiles viæ, *ibid.* Tyrii etſi acturi fuiſſent pœnitentiam, ſi factæ fuiſſent apud eos virtutes quæ factæ ſunt in Corozaim & Bethſaida, punientur tamen in die judicii, mitius tamen quam illæ civitates, 41.

Fides donum Dei, quia Eccleſia pro non credentibus orat, 142. Et Apoſtolus gratia agit Deo pro his qui Evangelium receperunt, *ibid.* Fideique pacem & charitatem jungit, quas proinde de proprio habere ſe dicere convincuntur hæretici, *ibid.* Nec non cetera bona inferiora, *ibid.* Fidem quam acceperunt qui habent, non accepiſſe qui non habent, 143. Fides eſt donum Dei, 499. Poſſe habere fidem & charitatem naturæ eſt, habere gratiæ gratuitæ, cujus diſpenſatio inveſtigabilis, 344. Fides Dei donum, 122. Fidei Dei donum & fundamentum ædificii cæleſtis, 144. Quæ abſurda ſequantur fidem libero arbitrio tribuentes, *ibid.* Qui ſalutis ædificium a ſe ipſis volunt ſe inchoare, totam electionem ſuam ſolubili arenæ, & ſucciduo cineri ſuperponunt, *ibid.* Fidem unde incipiunt omnia bona merita donum Dei, ne gratia non ſit gratia, ſi aliquid eam propter quod tribuatur antevenit, 140. Initium fidei & credulitatis affectus per gratiæ donum, & non naturaliter ineſt nobis, 442. Si fides naturaliter habetur, omnes ab Eccleſia alieni erunt fideles, *ibid.*

Fides Chriſti quæ, & a quo non apprehendatur, 347. Fides bonæ voluntatis & juſtæ actionis genitrix, 499. Fides Abrahæ, 510. Niſi fides ipſa ex Dei dono ſit, nihil diſtabit inter legem & gratiam, 492. Fidei Chriſtianæ vigor paſſione, reſurrectione & aſcenſione Chriſti initiatur, 332. Fidem non vult Pelagius donatam, ut gratiam perſuadeat debitam, 141. Fides principium omnis meriti, 500. Ipſa ex Dei munere habetur, *ibid.* Datur non petita, ut ipſius petitionibus cetera conſequantur, *ibid.* Fides principium orationis & meriti, 198. Fides eorum quæ non videntur, 349. Per unam fidem uterque populus accepit juſtificationem, 217. 218. Quod audivimus in libris Judæorum, manifeſtum eſt in fide Gentium, 280. Per fidem incedendum, ut perveniatur ad ſpeciem, 349. Fides viſionem prævenit, 348. Fides eſt, credere quod non vides, *ibid.* Fidem ſi non perdidiſſet Adam, ceteris bonis non caruiſſet, 140. Fidem in Adamo perditam non recuperari, niſi per gratiam Dei, *ibid.* Fide Eccleſia vivit, 1. Fides mentem tergit, ut imagine Chriſti reſplendeat, 466. ℣. 460. Humana ratio non ſufficit ad fidem & dilectionem Dei, 490. 491. Fides & veritas victrix in ſanctis martyribus, 511. Ex dilectione quam Spiritus ſanctus accenderat, quæ ipſos perſecutores ſæpe convertebat, *ibid.* Fidem Pauli donum Dei fuiſſe agnitum eſt ab Eccleſiæ primitivis, 491. Qui audito Evangelio non crediderunt inexcuſabiliores facti ſunt, hi tamen apud præſcientiam Dei Abrahæ filii non erant, 492. Fides non eſt ex humana ſapientia, ſed ex inſpiratione divina, 500. Unitas & conſenſio rectæ fidei a Deo, *ibid.* Fides, opera, & in eis perſeverantia ex Deo, 125. Fides in omnibus ſanctis gratiæ donum, tam in iis qui ante Chriſti adventum, quam in his qui poſtea vixerunt, 445. Fides a Deo eſt, 499. Bonæ voluntatis & bonæ actionis eſt genitrix, *ibid.* Non in diverſitatem ingenii referenda, 510. Fides qua venitur ad Chriſtum inſpiratur a Deo, 516. Fides eſt initium boni, 497. Fides convincitur eſſe ex gratia, 203. Unde ſpiritus fidei in homine, 500. Fides ſecundum menſuram datur pro arbitrio largientis, *ibid.*

Fides initialis imperfecta in aliquibus, 508. Fidei & gratiæ incrementum poſtulandum, 254. Qui ſunt in fide ſanctorum patrum in toto mundo, ipſi in honore numerantur heredum, 281. Cappivi dominos ſuos trahunt ad fidem, 518.

Fidelis. Pauci fideles inter gentiles tempore legis veteris: infideles inexcuſabiles, 510. Fidelium tota ſalus tota patientia ad Deum referenda a quo ſunt, 273. 319. 369. *Epigr.* 33.

Fiducia ſperantium miſericordia Dei, qui nihil donorum ſuorum correctio negat, 270. Fiducia in Deo ſolo, etiamſi per Angelos aut hominum juvet, 250.

Filius Dei a Patre genitus, Patrique conſubſtantialis omnia cum Patre agit, 392. *Epigr.* 105 Filius vitam habet ſicut Pater, non participando ſed naſcendo, 346. 392. *Epigr.* 105. Filium a Patre doctum idem quod genitum, 262. Facilius ſecundum formam ſervi a Patre dediciſſe intelligitur, 262. Filius, & non Pater dicitur judicaturus, quia ſolus in forma hominis apparebit omnibus, 346. Quare Filium dicat in Pſ. CVIII. *Fac mecum*, nec plura addantur, 239. Filius quomodo etiam in futuro ſubjectus erit Patri, 352.

Filii Abrahæ, filii promiſſionis, in toto mundo, 227. Filii promiſſionis, merces fidei, & ſpiritale ſemen Abrahæ omnino ſalvantur, 492. De his Scripturæ teſtimonia, *ibid.* Agnitionem Dei ſummi eruditoris magiſterio accipiunt, *ibid.* Filii Eccleſiæ utero fidei concepti, 275. In Eccleſia electi & reprobi, poſt mortem diſcernendi, *ibid.* Non in hominum, ſed in Dei poteſtate eſt, ut habeant homines poteſtatem filios Dei fieri, 40. Filii mortificatorum, filij martyrum qui, 217. Filii juſtorum qui melius intelliguntur, 220.

Finis boni & mali, 328.

Finis hominis in hac vita mereri vitam æternam, 451. ℣. 41. Finis fidelium Chriſtus, 333.

Flagella Dei ſpem non auferunt ſed augent, 257. Flagella Dei quid proſint: & cur juſti patiter ac injuſti flagellentur a Deo, 338.

Flaviae Domitillæ exilium, 411.

Flavianus Conſtantinopolitanus Epiſcopus ab Eutichianis occiſus, 435. Flavianus in exilium actus ab Eutichianis in via occiditur, 436.

Flere. Templus flendi tempus eſt ſeminandi, 275.

Florianus XXXI. regnat, 418. Interficitur, *ibid.*

Fœderis Romanorum & Athenienſium cum Judæis decretum mittitur, 406.

Fœnum Scriptura etiam ſegetes appellat, 229.

Fortitudo eſt a Deo, 500. In Deo fortitudo & laudatio, ne cadamus, 251. Vera animi fortitudo in ærumnis, 320. 375. *Epigr.* 52. Fortitudo gentilium cupiditas, Chriſtianorum charitas, quæ eſt a Deo, 341. 443.

Fortuna. Nihil fortuitum, ſed omnia Dei legibus ſerviunt, 308.

Franci ab Aetio e Galliis pulſi, 432.

Fuga in perſecutionibus licita, 297. Perit ab eo fuga, qui mavult omnem ſævitiam tolerare, quam cedere, *ibid.* Fugienda hominum perverſitas, non homines, 325.

Funes peccatorum, impedimenta inimicorum ſive ſpiritalium, ſive carnalium, 258.

G

Galba imperum arripit, & paulo poſt interficitur, 409.

Galerius XXXV. imperat, 420. Ejus mors, *ibid.*

Galliæ a Vandalis & Getis vaſtatæ, 457.

Galli Senones Romam occupant, 403. Gallorum 40000. a Romanis cæſa, 404.

Gallienus pacem reddit Chriſtianis, 418. Gallieni laſcivia variis nationibus provincias Romanas vaſtandi fit locus, *ibid.*

Gallus & Voluſianus XXVI. regnant, 417. Gallus & Voluſianus occiſi, *ibid.*

Gaudium verum & æternum Chriſtus, 323. 383. *Epigr.* 81. Chriſtiano quæ gaudiorum cauſſa, & quis uſus temporalium, 325. 377. *Epigr.* 60. Securitas gaudiorum incommutabilium, 306. Gaudium, quod proprie animi eſt, oris dicitur cum ore promitur, 274. In Scripturis dicta fidelibus promiſſionum Dei cupidis cauſſa gaudii, 271. Nullus non habet, de quibus nemo non gaudet, 280.

Gedeon quot annis judex, 400.

Geilamer apud Vandalos tyrannus, & ejus ſcelera, 439.

Geiſericus rex Vandalorum Catholicos in Africa vexat, 433. Geiſericus quatuor Hiſpanos ſibi caros pro fide perſequitur & interimit, *ibid.* Geiſericus Carthaginem dolo invadit, & vaſtat nobilitati & religioni infenſus, 434. Quo Romæ conditæ anno, *ibid.* Geiſericus Siciliam affligens Sebaſtiani metu Carthaginem redit, *ibid.* Geiſericus multos ſuorum in ſe conſpirantes perdit, *ibid.* Geiſericus Romam capit, 438. A S. Leone delinitus, a cæde & ſuppliciis abſtinet, direptione contentus, *ibid.*

Geminus Presbyter Alexandrinus, 416.

Gemitus ſpiritalium viventium inter carnales, 270. Gemitus omnis fidelis de habitatione terrena, 287. Etiam tempore pacis boni gemunt, mali prævalent, 458. ℣. 60. *& ſeq.*

Generatio & generatio omne humanum genus ſignificat, 301. Generationis repetitio & præſens ſæculum indicat & futurum, 302. Generatio hominum alia qua naſcuntur mundo, alia qua renaſcuntur Deo, 284. In utraque ſub altiſſimo judicio Dei, & opus naturæ impletur, & gratiæ, *ibid.*

Gentes in Scripturis ſæpe indicatæ nomine beſtiarum, 223. Promiſſio benedictionis omnium gentium ita completur quotidie, ut nec pereuntibus ſit excuſatio juſta, nec ſalvatis de ſua juſtitia gloriatio, 517. Gentium mentes ſilvis ſimiles, 280. Viciſſitudo illuminationis aat deſertionis gentium & Judæorum inſcrutabilis, 498. De gentibus ſine lege facientibus quæ legis ſunt, 191. Ex omnibus gentibus una gens ſe ab æterna perditione, non ſuis meritis, ſed Dei gratia intelligit liberari, 307.

Georgio occiſo a populo, Athanaſius ſedi ſuæ redditur, 424.

Germanus Antiſſiodorenſis Epiſcopus Pelagianos in Britanniis expugnat, 432.

Gladius veritatis totum mundum percutit, 286. Gladius benignus, & malignus, 300.

Gloriatio. Non in meritis, ſed in Deo gloriandum, 28. 528. Qui in Domino non gloriatur, non dubito dicere, alia quæcumque habet, inaniter habet, 52. In Deo ſolum gloriandum eſſe ipſa oratio Dominica oſtendit, 39. Quidquid in creatura laudabile reperitur ad illius recurrit gloriam, qui omnia in omnibus operatur, 301. Omnia ex Deo haberi, ideo in nullo gloriandum niſi in Deo, 337. 443.

Gnoſtici unde dicti, 412. Cœnoſi & Borboritæ dicti ob turpitudinem, *ibid.*

Golias diabolum figurat, David Chriſtum etiam in cor-

pore ſuo quod eſt Eccleſia, 300.

Gratia. Sententia catholica de gratia, 28. De gratia quid tenendum, 52. An omnes doceat, nec-ne, 25. Quod promittit Deus homines eſſe facturos ipſe facit, 26. Divinæ gratiæ potentia & energia, 24. gratiæ vis & efficacia unde, 32. Nos volumus, ſed Deus in nobis operatur velle; nos operamur, ſed Deus operatur in nobis & operari, 44.

Gratiam ex meritis dari damnavit & Pelagius in Synodo Paleſtina, negando gratiam ſecundum merita dari, 21. 43. Pelagius in epiſcopali judicio Paleſtino eos qui dicunt gratiam ſecundum merita dari, ne ipſe damnaretur, damnare compulſus eſt, 50. Quidam niſi aliquid ſibi aſſignent, quod priores dent ut retribuatur eis, ab omni ſtudio pietatis reprimi ſe putant, 27. Gratia non datur ſecundum merita, 29. 44. 50. 52. gratia & inchoandi, & uſque in finem perſeverandi non datur ſecundum merita, 44. Gratia effectus miſericordiæ Dei, non merces voluntatis hominis, 42. gratiam merita non præcedunt, 22. Gratiam ſecundum merita dari dicere eſt gratiam negare, 50. Gratia ſine meritis deſenditur, etiamſi nullum eſſet peccatum originale, 43. Nec gratiam ſecundum merita dari, nec quemquam niſi ſuis meritis puniri ex parvulis optime infertur, 42. Eadem gratia qua factus eſt Chriſtus, fit homo Chriſtianus, 29. gratiæ ac prædeſtinationis exempla præclara in parvulis & in Chriſto, 27. Gratia cur non omnibus datur, 25. Cur cum gratia gratis detur, non omnibus detur, 43. Non fato fieri, ut infantibus aliis ſubveniatur, aliis non ſubveniatur, *ibid.* Inſcrutabilia Dei judicia in gratiæ diſtributione, 28. Inſcrutabile cur unum potius quam alterum aut liberet aut puniat Deus, 40. Non injuſtus Deus qui non omnibus, & uni potius quam alteri donat gratiam, 39.

Gratia Dei tam potens eſt, ut etiam annoſam cordium glaciem ſuperno igne faciat ferveſcere, 307. Exemplum in Paulo qui ex perſecutore prædicator factus eſt Evangelii, *ibid.* Injuſta adverſus Deum querela, quod non omnes per gratiam liberet a perditione ita omnibus debita, ut jure potuerit nominem liberare, 96. ℣. 159. Auctoritates pro neceſſitate gratiæ, 58. Nihil in homine amore dignum quod non ſit ex Deo, 377. *Epigr.* 56. Virtus piorum non ideo minoris facienda, quod eam totam a Chriſto accipiant; ſicut nec cæleſtis gloria ſanctorum, quam totam a Deo habent, qui omnia in illis omnibus eſt, 107. ℣. 964. Multo minus gravari oportet agnoſcere nos in hac flatus valle nihil boni, niſi per gratiam poſſe, nec ea re tollitur libertas, ſed reſtituitur ac redimitur; ut quidquid recte agit non ipſi acceptum referatur, ſed gratiæ Chriſti, 107. ℣. 973.

Gratia Dei tota repellitur, niſi tota ſuſcipitur, 526. Quomodo noſtrum eſt quod in nobis operatur Spiritus-Sanctus, 529. Per gratiæ prædicationem virtutis ſtudium non reſolvitur, ut objiciebant Semipelag. Contra ſine gratia nullum eſt virtutis opus, ſolaque gratiæ vi idonei fiunt & accenduntur animi hominum ad recte vivendum, 108. ℣. 986. Inimici gratiæ ſunt qui niſi ad retributionem referatur quod gratis datur, ad iniquitatem volunt pertinere quod redditur, 142.

Gratiæ neceſſitas ad ſuperandas tentationes, 157. Deo auxiliante vincimus, ſine illo vincimur, *ibid.* Gratia affectum credendi & volendi in libero arbitrio generat, 58. Quantum viri fideles ab hoſtibus gratiæ ſibi cavere debeant, 99. ℣. 767. gratia initialis Semipelagianis natura ipſa, 6. Qui aliquos per liberum arbitrium ad gratiam baptiſmi poſſe venire contendit, a recta fide eſt alienus, 444. Quotidie quod alii per meritum perdunt, alii per gratiæ munus accipiunt, 284. Innumera Scripturarum teſtimonia gratiam probant, 445. Prima Dei gratia eſt ut doceat nos humilitatem, 324. Duo gratiæ dona ſeu officia, 326. Dei munus recta cogitatio & bona actio, 318. 365. *Epigr.* 22. gratia ad invocationem non datur, ſed ipſa facit ut invocetur, 421. Non tantum boni operis fructus Deus largitur per gratiam, ſed etiam operandi voluntatem & cogitationem, totamque piæ vitæ ſeriem, 108. ℣. 982.

Gratia Dei valet & ad remiſſionem præteritorum peccatorum, & ad auxilium ne committantur in futurum, 158. Non ſolum ut ſciamus quid faciamus, ſed etiam ut id facere diligamus, *ibid.* Sine gratia Dei nihil poſſumus, nedum facilius facere, *ibid.* gratia ex invito volentem facit, 181. Deus bonum velle & operari operatur in nobis, ut cooperatores ſimus gratiæ ejus, 159. Quidam catholico nomine gloriantes, licet Pelagium & Cæleſtium damnarent, ſanctis Doctoribus gratiæ defenſoribus exceſſum exprobrabant, 156.

Gratia Chriſti non perdimus, ſed recipimus priſtinum naturæ honorem: ea gratia meritorum in nobis eſt principium, quæ eo magis creſcunt, quo illam humilius accipimus, & accipiendo augemus, 94. ℣. 607. gratiæ cujuslibet cauſſa voluntas Dei, 497. Scripturæ quæ afferuntur ad manifeſtationem gratiæ eludi ulla arte nequeunt, 504. A Chriſto dividi qui Chriſtum in ſe non fatetur operari, 528. Apoſtolus cum de gratiæ potentia diſputaret, iis quæ impoſſibile erat enarrare ſuccubuit, 494. Deus ſubjicit ſibi per gratiam ſuam quos vult, 503. Occaſio erroris de gratia, horror prædeſtinationis fixæ & gratuitæ, 60. Definitum numerum prædeſtinatorum negare, impium, & gratiæ contrarium, *ibid.* Quod Scriptura gratiam Dei & libertatem noſtri arbitrii declaret, 167.

Gratia datur electis non ut otientur, vel a nullo hoſte imperantur, ſed ut bene operentur, & hoſtem vincant, 519. Omnia quæ ad vitam æternam pertinent ſine gratia Dei nec inchoari, nec augeri, nec perfici, 503. Omnis bona cogitatio & actio donum Dei, 501. Tanto quiſque beatior Deoque conjunctior, quanto plus in eo fuerit gratiæ divinæ, quam actionis humanæ, 531. gratia non eſt lex, nec natura, ſed per gratiam lex impletur, & natura reparatur, 343. 444. Primum gratiæ munus eſt, nihil ſibi boni, ſed gratiæ tribuere, 526. gratiæ differentia pro diverſis temporibus, 505. Ex Deo intellectus & ſcientia, verbum bonum & opus ſanctum, 528. In nullo gratiæ operationem ab humana voluntate præveniri, 529. Gratia gloria Dei, 191. Gratia omnino gratuita eſt, cum nemo bene agat, niſi cui donat bene agere; & ne quidem deſiderari poſſit, niſi cum ſe ipſa deſiderari facit, 92. ℣. 557. Ut Matthæi & Pauli, ſic Zacchæi & latronis in cruce converſio pariter ex gratia, 186. 445. Nec deſiderium ſanitatis haberi ſine gratia, 182.

Gratiæ neceſſitas, cui jungenda induſtria liberi arbitrii, 110. Gratia quantum præſtet voluntatibus exprimit Apoſtolus per vocem, aguntur, 343. Quidquid naſcitur boni in agro cordis de opere & munere eſt cæleſtis agricolæ, 283. Neceſſitas gratiæ, 489. Gratia quæ libero arbitrio præſtet, 62. Gratia Dei quotidie attrahens humiliter ſubſequenda, 164. Ad omnes pertinet, *Non vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos*, 204. Gratiam ſecundum merita dari ſimulata & inſincera gratiæ confeſſio Semipelagianorum, 527. Reſelluntur, *ibid.* Quidquid veritatis, & charitatis ſancti habent in hac vita a Deo habent; quoniam & in cælo quidquid habituri ſunt ab illo erit; ab illo portio, a quo erit plenitudo, 531. Gratia gratuita probatur, cum impii juſtificantur, & minus nocentes ſuperbi a juſtificationis dono alieni ſunt, 497. Gratia mutabilitatem voluntatis non auſert, 516. Unde vigilandum & orandum monuit Dominus, *ibid.* Cur utrumque, *ibid.* Gratiam negat, qui eam comitem dicit humanæ voluntatis, non ducem, 487.

Gratia generalis ad verum Deum agnoſcendum, 515. Gratia ſpecialis non eſt omnibus communis, *ibid.* & licet nunc copioſius quam ante præſtetur, cauſſæ tamen ejus ſoli Deo notæ, *ibid.*

Gratiæ officium & efficacia, 515. Voluntas ei ſubjungitur & conjungitur, *ibid.* Voluntas receptrix & famula gratiæ, *ibid.* gratia Dei prophetis revelata, gentibus abſcondita, 512. gratia hominem etiam per ipſum ſanat, 489. Initium bonæ voluntatis a gratia, 188. 189. gratiæ dona & opera innumerabiliter variantur, 508. Gratiæ auxilium ad cuſtodienda mandata neceſſarium, 253. Semper neceſſarium, *ibid.* gratia non prius deſerit quam deſeratur, 126. Doctrina ſana de gratiæ omnimoda neceſſitate, 302. Gratiam exprimit qui poſcit in Dei juſtitia exaudiri, 298. Quidquid auxilii per miniſtros venit, Dei eſt, 274. Gratia non tollit poteſtatem declinandi ad vitia, 508. Non omnibus etiam nunc eadem menſura gratiæ confertur, 506. Gratiæ prædicatione liberum arbitrium negari immerito objicitur, 487.

Gratia Pelagiana, 56. Doctoris ac legis vices agens erga omnes, ut qui voluerint, merito voluntatis juſtificentur, 57. gratia ſi meritis redditur, & non ipſa eſt bonorum creatrix, fruſtra gratia nominatur, *ibid.* Quam gratiam prædicarent Pelagiani, 140. gratia ſatiandi ligna campi & Cedri Libani, id eſt, humiles, & ſublimes, 224.

Gratiarum actio gratiæ teſtimonium, 37. Irriſoria eſt gratiarum actio, ſi ob hoc gratiæ aguntur Deo, quod non donavit ipſe nec fecit, *ibid.* Si homini gratia ageret homo pro eo quod illum vel putaret non præſtitiſſe vel noſſet, adulatio vel irriſio verius quam gratiarum actio diceretur, 32. gratiarum actio de omnibus bonis Deo debetur, 309. Gratiarum actiones teſtimonia gratiæ, 202.

Gratianus Imperator factus, 424. gratianus Alamannos vincit, *ibid.* Gratianus cum Valentiniano regnat, *ibid.* Gratianus cum Valentiniano fratre XLI. regnat, 426. Gratianus ſuperatur & occiditur, 427.

Gregorius Nazianzenus, 49. Gregorius Nazianzenus obiit, 427.

Gordianus XXIII. regnat, 417. Occiditur a Philippo, *ibid.*

Gothi ab Hunnis vaſtati, & a Romanis ſuſcepti rebellant, 425. Romanos ſuperant & Thraciam invadunt, *ibid.* Ubi iterum certamine cum Romanis inito, Romani cæduntur, & Valens fugitta fancius in caſam deportatus cum ea incenditur, *ibid.* Gothi Italiam ingreſſi, 429. Gothi in Gallias ingreſſi, *ibid.* Gothi pacem non ſervantes. Hunnis auxiliantibus impugnantur, 433. Pax iterum cum Gothis facta, 434.

Gotholia regnat, 401.

Gothoniel Judæx Hebræorum, 400.

GUNDICARIUS rex Burgundionum ab Aetio victus ; postea ab Hunnis cum stirpe deletus, 433.
GUNTAMUNDUS rex Vandalorum, 439. Catholicis favet, *ibid.*

H

HABITATIO Dei in Jerusalem, id est, in cordibus fidelium, 288.
HÆMON rex in Thessalia, 400.
Hæreses qui boni per occasionem Ecclesiæ afferant, 49. Hæreses Arii & Sabellii duobus verbis detruncantur, cum dicit Christus, *Ego & Pater unum sumus*, 347.
Hæretici idolis similes facti omnia rationalis vitæ officia perdiderunt, 285. Ex ipsis mutantur quotidie, *ibid.* Hæretici & Schismatici ab Ecclesia reprobati, quia principes esse voluerunt, 235. Hæretici & Schismatici percutiuntur in fide, quæ dum a charitate Ecclesiæ desicit, extinguitur, 283.
Halleluja, Laudate Dominum, 226.
HANNIBAL a Romanis deficit, 404.
HEBER tempore linguarum confusio, ob turris Babylonicæ extructionem, 399.
Hebræorum profectio, quo tempore causa lætandi fuit Ægyptiis, 229. Inter Hebræos cum proficiscerentur ex Ægypto nullus corpore infirmus, 229. Regni Hebræorum divisio, 401.
HELENAE raptus, 400.
HELENA mater Constantini quo sensu concubina Constantii vocetur ab Hieronymo & Prospero, 420. *nota* c.
HELENOPOLIS, quæ alias Drepana, a Constantino instauratur, 421.
HELI Sacerdos, 401.
HELVIUS Pertinax XVI. regnat jam senex, 415.
HERACLAS XII. Alexandriæ Episcopus, 416.
HERACLIUS spado qui Valentiniani animum sibi astrinxerat, 437. hunc in Aetii necem commovet, *ibid.* Inimicitiæ inter Valentinianum & Aetium incentore Heraclio spadone, *ibid.* Heraclius simul cum Valentiniano consuditur, *ibid.*
HERACLIUS Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 445.
HERACLIANUS Consul honore & vita privatus, 430.
HERACLITUS Philosophus, 403.
HERCULES Antæum superat, 400. Herculis tempora, *ibid.*
HERCULIUS Maximianus Diocletiani consors Imperii Bacaudas opprimit, Galliis pacem reddit, 419. Occiditur, 420.
HERMOGENES Constantinopoli a populo necatus, 422.
Hermon, flumen exaltatum, Christus intelligitur, 282.
HERMON XXXVIII. Jerosolymis Episcopus, 420.
HERODES alienigena Judæorum principatum accipit, 406. Prophetiæ Jacob & Danielis implentur, *ibid.* Herodes Tiberiadem & Libiadem condit, 407. Herodes Sebasten & Panion extruxit, & Turrim Stratonis Cæsaream vocat, 406. Herodes Hyrcanum & alios interficit, 407. Herodes parvulos interficit, & biennio post misere, sed digne moritur, *ibid.*
HERODOTUS historicus, 402.
HEROS V. Episcopus Antiochenus, 413.
HEROS Arelatensis Episcopus a sede pulsus, 429.
HIERONYMUS nascitur, 421. Ejus libri contra Pelagium, 73. ℣. 55. Hebræo Græco & Latino eloquio venustus, *ibid.* ℣. 54. Hieronymus contra Pelagianos Dialogorum libros scripsit, *ibid.* ℣. 58. Hieronymus Presbyter Eusebii historiam continuavit, 421. Hieronymus in Bethleem secedit, 427. Hieronymus moritur, 431.
HILARIUS Pictavensis Episcopus ab Arianis pulsus in Phrygiam 423. Libros de religione componit, *ibid.* Hilarius redit in Gallias, *ibid.* Gallia impietatem Arianam Hilarii curis damnat, *ibid.* Hilarius moritur, 425.
HILARIUS Arelatensis Episcopus, 8.
HILARIUS Gallus qui Epistolam ad Aug. misit, laicum se esse significat, 16. & Augustini discipulum, *ibid.* Libros retractationum postulat, *ibid.* ac librum de gratia & libero arbitrio, *ibid.* Hilarius debitam Massilienſium quibusdam reverentiam servavit, nec pro viribus pro veritate certare omisit, *ibid.*
HILARIUS Diaconus exul pro fide, 423.
HILDRIX rex Vandalorum, 439. Catholicos fovet, *ibid.*
HIPPOCRATES medicus, 403.
HIPPOLYTUS scriptor clarus, 416.
Historicæ actiones in Psalmis narratæ formæ sunt rerum spiritalium, 299.
HOMERUS Poeta, 401.
HOMO imago Dei, sed obnoxia vanitati, 324. Dei opus non solum primus homo, sed & singuli quotidie homines, 259. Primus homo creatus absque vitio, & potens in bono perseverare si vellet, libero arbitrio discescit a bono, 189. Primus homo Adam, & quomodo secundus dicatur Christus, 342. In primo & secundo homine quid patuerit, 336. Hominis institutio bona est, etsi nascatur peccato obnoxius, 342. Hominis dignitas magna, 300. In quo differant a primo parente homines post lapsum, 462. ℣. 267. HOMO ad quid sibi sufficiat, 325. Hominem ab homine natura non discernit, sed gratia fidelem ab infideli, 142. Hominum diversitas voluntaria ex cujusque studio, alia ex conditione, 492. Non ascribenda fato aut sideribus, sed Dei voluntati, qui hujus rei causam innotescere noluit, quia non oportuit, *ibid.* Ex Scripturis illud probatur, *ibid.* Homo carnalis terra aliena, sacri seminis incapax, 288. Quæ homo a se ipso habeat, quid a Deo, 344. 444. Homo miser & inter prosperitates & inter adversitates sæculi ; quia illa premunt, ista decipiunt, 248. Homo naturalem possibilitatem per Adam perdidit, 156. Quam parvi facienda quæ homini post casum supersunt, 105. ℣. 995. Hominum originales differentias ordinat Deus occulto judicio, 495. Hominis creatio, 461. ℣. 218. Homini nec superbiendum, nec desperandum, 220. Homo cum alterius sit, de se pacisci non potest, 447.
Honor debitus potestatibus, 274. Nisi a Dei cultu avertant, *ibid.* Honor mutuus dilectionem roborat, 525.
HONORIUS nascitur, 427. Honorius princeps constituitur, 428. Honorius cum Theodosio XLV. regnat, 429. Honorii triumphus de Attalo, 430. Honorius moritur, 431.
Hora passionis Domini non fato, sed Dei ordinatione venit, 351.
HORATIUS Flaccus nascitur, 405.
Humanæ naturæ excellentia, quod Deo adhærere possit, & sine ipso non nisi male illi esse possit, 340. Humanæ naturæ excellentia ab eo statu æstimanda in quo fuit Adam ante peccatum, 462. ℣. 267.
Humilis. Verum humilem gloriam & opes sæculi fastidire, 525. Homiles sapientia proficiunt & intelligentia, *ibid.*
Humilitas vera quæ sit, 323. Humilitas numquam sine fonte gratiæ est, 222. Humilitas potus lactis materni, 279. Quam necessaria, *ibid.* Magna in vera humilitate felicitas, cui Deus omnia, & in qua futuræ beatitudinis consortium, 531. Humilitas est virtus copulatrix, 526. Ab humilitate non arcentur divites, 525. Non desinunt destrui qui non desinunt elevari, 241. Qui autem humiliantur per Christum reparantur, *ibid.* Humilitas omnium virtutum inexpugnabilis fortitudo, 530. Unde vera a falsa distinguatur, *ibid.* Non solos pauperes, sed etiam divites humilitate Christiana ornari posse, 525. Exemplis res attruitur, *ibid.* Humilitatis dignitatis omnia ad Deum referre, 528. Per humilitatem homo vere Deo subditur & unitur, 530. Christus conquassat capita, dum e superbis humiles facit, 242. Omnes sanctos Ecclesiæ filios aliis rebus dispares, humilitate pares effici, 526. Exaltandi sunt qui fuerint humiliati, & in lacrymis tribulationis tempus vitæ præsentis exegerint, 275.
Humilitas pœnalis paratur superbis, 284.
HUNERIX Vandalorum rex, 439. Ejus persecutio in catholicos, *ibid.*
Hunni in Oriente debellantur, 435.
HYGINUS VIII. Ecclesiæ Romanæ præest, 413.
HYMENÆUS XXXVII. Jerosolymorum Episcopus, 418.
Hyperbolicos dicta, 228.
Hymnus est Canticum quo laudatur Deus, 308. Hoc utuntur sancti omnes qui sunt verus Israel, *ibid.*
HYRCANUS ad Ptolomæum pergens honorifice suscipitur, 404. Quæ occasio magnarum calamitatum Judæis, *ibid.* Hyrcanus Pontifex Judæorum a Cn. Pompejo constitutus, 405.

I

JACOB Isaaci filius qui & Israel, a quo Israelitæ, qui nunc Judæi, 399. Jacob descendit in Mesopotamiam, servitque VII. annis, *ibid.* Generat Joseph, *ibid.* Jacob ingressus in Ægyptum, *ibid.* Jacob moritur, *ibid.* Propheras de Christo & vocatione gentium, *ibid.* Jacob personam gerunt omnes filii promissionis, Esau vero nomine tota pars infidelium figuratur, 288. Inter utrosque lucta perpetua, *ibid.* In Jacob ostensum est quid homini donaretur, in Esau, quid deberetur, 140.
JACOBUS primus Jerosolymorum Episcopus, 408. Jacobus frater Domini a Judæis lapidatur, 409.
JACOBUS Nisibenus, 422. Ejus sanctitas, *ibid.*
JADDUS Pontifex Judæorum, 403.
JAIR Judex, 400.
JANNAEUS Alexander rex & Pontifex crudelissime præest Judæis, 405.
Idola colentes corvis similes, 306. Pulli corvorum Deum invocantes : parentibus non invocantibus Deum credidit posteritas quod ignoravit antiquitas, *ibid.* Idolorum cultores somniantibus similes, 333. Omnes verum Deum nescientes, & Christi Evangelio resistentes, idolorum cultores sunt, 284.
JECHONIAS rex Juda, 402. Ejus captivitas, *ibid.*
JEPHTE Judex, 400.
JEREMIAS Propheta, 402.
JEROBOAM rex in Samaria, 401.
JERUSALEM, visio pacis, 249. 274. Jerusalem cælestis sanc-

ctorum omnium mater, 271. Hujus filii de bonis futuris gaudent, propter ſpem firmam eorum, *ibid.* Jeruſalem cæleſtis non mole ſaxorum, ſed virtutum ſoliditate conſurgit, & ſocietate ſanctorum, *ibid.* De ædificatione æternæ Jeruſalem nihil debet carnale ſentiri, *ibid.* Ad cæleſtis Jeruſalem conſortium aſcendit, qui confitetur non proprii operis, ſed divini eſſe muneris, quod aſcendit, 272. 319. 368. *Epigr.* 31. Jeruſalem mater & filia, 289. Jeroſolymis 1100000. pereunt, alia 100000. captivorum publice venundantur, 409. Quomodo tanta multitudo Jeroſolymis reperta, *ibid.* Poſt Philippum Jeroſolymis Epiſcopus X. SENECA. XI. JUSTUS, XII. LEVI, XIII. EPHRES, XIV. JOSEPH, XV. & ultimus ex Circumciſione ante everſam ab Adriano Jeruſalem, JUDAS, 412. Deinde XVI. MARCUS, XVII. CASSIANUS, XVIII. PUBLIUS, XIX. MAXIMUS, XX. JULIANUS, XXI. GRAJANUS, XXII. SYMMACHUS, XXIII. CARUS, XXIV. JULIANUS, XXV. CAPITO, 413. 414. XXVI. MORMIUS, XXVII. ANTONINUS, XXVIII. VALENS, XXIX. DACHIANUS, XXX. NARCISSUS, XXXI. DIUS, XXXII. GERMANIO, XXXIII. GORDIUS, XXXIV. alius NARCISSUS, 415. XXXV. ALEXANDER, vivente Narciſſo, 416.

Jesus filius Joſedech Pontifex, 402.

Jesus filius Sirach Sapientiæ libri auctor, 404.

Ignatius II. Antiochiæ Epiſcopus, 409. Ignatii Antiocheni martyrum, 411.

Ignis quem Dominus venit mittere in terram dilectio Dei eſt, 491.

Ignorantia & difficultas ad miſeriam juſtæ damnationis pertinent, 42. Etſi ignorantia & difficultas eſſent primordia naturalia hominis nec ſic culpandus foret Deus, ſed laudandus, 42. Quamvis Manichæis ex ſuppoſitione conceſſum ſit, ignorantiam & difficultatem non eſſe ſupplicia naturæ: fides tamen de peccato originali contra Pelagianos eſt defendenda, *ibid.* Ignorantia vel peccatum eſt, vel pœna peccati, 343. Quomodo ignorantia non excuſet a peccato, *ibid.*

Ilium ab Ilo conditum, 400.

Imago Dei in animo hominis, 346.

Imitatio Chriſti in quo ſectanda, 324.

Imperant qui conſulunt, obediunt quibus conſulitur, 329.

Impietas eſt ut quemquam putemus meritis ſuis erui de poteſtate tenebrarum, 143.

Impiorum multitudo nec indecora eſt mundo nec inutilis Dei regno, 127.

Impunitas peccantium pœna graviſſima, etſi dilata, 323. 326. *Epigr.* 80.

Inachus Rex Argivorum, 399. Ejus filia Io ſeu Iſis, *ibid*

Incarnatio Verbi ineffabilis, 29. Incarnationis Verbi myſterium & fructus, 321. 377. *Epigr.* 65.

Increpatio. Potentia Dei in mari increpatio dicta, 230.

Ineffabilia quomodo narrentur, 302.

Infantes ante rationis uſum cur in malis publicis implicentur, 458. ℣. 43. 44. Cur ſacra ipſa & viri ſancti publicas calamitates non effugiant, *ibid.* Infantes & fatui ſine ullius ſuæ voluntatis arbitrio gratiam Dei aut accipiunt aut amittunt, 197.

Infelicitas. Quem non frangat infelicitas, 336.

Infideles elementa pro lege habuerunt, 488. Eiſdem providentia non deſuit, *ibid.* Infidelium vita tota peccatum, & falſa virtus eorum, 324. 384. *Epigr.* 83. Infidelium opera qualia, 489. 497.

Infirmitas. Cur plerumque ſortes infirmari ſinantur, 275.

Ingenium. Bona ingenia in verbis differentium quid quærant, 337.

Ingrati. Gratiæ adverſarii ſuperbi & ingrati. 431. Carminis de Ingratis argumentum, unde originem ſumant bona voluntas, & fides, 65. Cauſſa ſcriptionis carminis de Ingratis, 70. ℣. 1.

Inimici bonorum ſoli mali, cur permittantur: pro his orandum, quare 332. Quomodo perfectis pax ſit cum paucis inimicis, 318. 367. *Epigr.* 29. Inimici cavendi diabolus & angeli ejus, 299. Inimicus inſidioſior qui in labiis portat bona, & in penetralibus animi occulit mala, 293. Serpentibus comparatur, *ibid.*

Iniquitas non eſt ſubſtantia, ſed vitium naturæ id appetentis, quod non eſt ordinis ſui, 389. *Epigr.* 97. Iniquitas aperta minus noxia quam tecta, 293. Profunditas iniquitatis, peccati defenſio, 334. Iniquitas & impietas omnis finem habet, 323. Nulla iniquitas timenda accedenti ad Deum, tantum ut toto corde accedat, & mala agere & velle deſiſtat, 279.

Iniquis odioſam eſſe juſtitiam, 330.

Innocens non eſt qui etſi aliis non noceat, quolibet modo ſibi nocet, 293. Innocentia vera quæ ſit, 214. 316.

Innocentius XXXVIII. Romanæ Eccleſiæ præeſt, 429. Innocentii I. Papæ laus, & teſtimonium de gratia & libero arbitrio, 183. Innocentii I. Epiſtola ad Carthaginenſe concilium, 156. ad Milevitarum Concilium, 157.

Injuſtitia male utitur malis & bonis, juſtitia bene bonis & malis, 328.

Injuſtus prior læditur ſua iniquitate, 326. Convenientius dolet injuſtus in ſupplicio, quam lætatus eſt in delicto, 329.

Inobedientia. Quid per inobedientiam perdidit homo, 337.

Intellectus non aliud eſt quod anima, ſed obtutus quidam occulrus animæ, 345. Intellectus petendus, ut intelligatur quam contemnendum quod auferri poteſt ſperanti vitam æternam, 266. Intellectus hominis peccato corruptus & gratiæ munere reformandus, 260. Intellectum & memoriam redarguit Scriptura, 230. Intellectui fides viam aperit, infidelitas claudit, 326. Quomodo intellectum ſibi dari poſtulet propheta, 260. Intellectus bonus, intellecta facere, 243. 362. *Epigr.* 13.

Intelligentiæ humanæ egeſtas, 331. Naturalis intelligentia aut uſus beneficiorum Dei nec antiquis, nec nobis ad vitam æternam ſufficit, 60. Super doctores intellexit quem Pater docuit, 262. Semper ſupereſt quod intelligi poſſit & ſciri, etiam intelligentibus & doctis, 318. 366. *Epigr.* 27.

Intentio non recta in bonis operibus, cum non amore ſummi boni, ſed præſentis utilitatis & laudis fiunt, 258. Intentionem hominis nemo cognoſcit præter Deum, 296.

Invidentia, odium felicitatis alienæ, 341. Invidentia ex ſuperbia naſcitur, non ſuperbia ex invidentia, *ibid.* Invidia Cain in fratrem dona ejus reprobari fecit a Deo, 463. ℣. 308. 309. Invidia numquam niſi maligna, & malis non ſatiatur alienis, 214.

Invocare in veritate Deum quid ſit, 303. Si homines concupiſcant quod præcipit juſtus & bonus Deus, propinquus omnino eſt his quæ inſpiravit affectibus, *ibid.*

Io ſeu Iſis filia Inachi, quam Ægyptii divino honore coluerunt, 399.

Joachaz Rex Juda, 402.

Joachim, qui & Eliachim, 402. Hujus anno 30. Judæa capitur a Nabuchodonoſore, & Joachim tributarius fit, *ibid.*

Joannes prius ſentit initia gratiæ, quam naturæ, 508.

Joannes Apoſtolus exulat in Pathmum, 410. S. Joannis reditus de exilio Epheſum, 411.

Joannes Hircanus unde ſic dictus, 405. Romanorum amicus, *ibid.* Samariam ſolo æquat, *ibid.*

Joannes Epiſcopus Conſtantinopolitanus a Theophilo oppreſſus, 429.

Joannes Caſſianus claret, 433. *Vide* Caſſianus.

Joannes monachus & propheta, 428.

Joannes regnum occupat, 431. Africam repoſcit, ſed infirmior factus eſt, *ibid.* A Placidia & Valentiniano opprimitur, *ibid.*

Joas Rex, 401.

Joathan Rex, *ibid.*

Job patientia nihil illuſtrius inter Sanctorum palmas, 200. Dominus in ſancto Job fecit, quod in Apoſtolis & martyribus ſuis ſpopondit eſſe facturum, *ibid.* Non deſeruerat Dominus Job, ſed curabat & purificabat, *ibid.* Job de Incarnatione ac reſurrectione Chriſti, ac ſpe redemptionis quæ in ipſo repoſita eſt omnibus ſanctis prophetavit, *ibid.* Job ſuis viribus viciſſe diabolum non Dei auxilio, niſi quatenus Deus non majorem tentatori dedit poteſtatem, quam illi noverat ineſſe virtutem, ex Caſſiano, 198. Job in conflictu cum diabolo ſua ipſius virtute viciſſe putat Caſſianus, 201.

Jojada quot annos vixerit, 401.

Jonadab filius Rechab, *ibid.*

Jonas propheta, 401.

Jonathas Judæorum Pontifex occiditur, 405.

Joram Rex, 401.

Josaphat Rex Juda, *ibid.*

Joseph quo patris anno natus, 399. Joſeph venditur a fratribus, *ibid.* Joſeph vir tantus & unius veri Dei cultor non alendis tantummodo Ægyptiorum corporibus, ſed & animis erudiendis proſpexit, 228. Joſeph Dux Ægypti, 399. moritur, *ibid.* Joſeph in omnibus quæ illi contigerunt, Dei providentiam cogitabat omnia juſte diſponentem, 464. ℣. 356.

Josephus vir nobilis inter Judæos legatus ad Ptolomæum regem ab eo honoratur, 404.

Josias rex Juda, 402. Occiditur, *ibid.*

Josue ſucceſſor Moyſi, 400.

Jovianus XXXIX. regnat, 424. Moritur, *ibid.*

Jovinus & Sebaſtianus tyranni occiſi, 430.

Iphitus Olympiadum auctor, 401.

Ira cito cohibenda, ne vergat in odium, 344. 390. *Epigr.* 100. Ira peccatoris quando ſera & infructuoſa, 244. Ira in Deo quomodo intelligatur, 232. 329. Verba quædam Pſalmorum iracundiæ & odii eſſe videntur, quæ ſunt præcipuæ charitatis, 226. Nemo iram Dei fugit, niſi qui ad iratum confugit, 290. 335.

Irenæus Lugdunenſis Epiſcopus claret, 415.

Iris ſignum multi formis gratiæ, 509.

Isaac generat Eſau & Jacob, 399. Iſaac moritur, *ibid.*

Isajas Propheta, 401.

Ismael filius Abrahæ ex ancilla, a quo Ismaelitæ, qui & Agareni, postea Saraceni dicti sunt, 399.

Israel videns Deum, 271. 274. Israel idem qui Jacob, 228.

Israelitæ Christi dicti ante usum chrismatis quare, 227. Populus Israel cur redemptus dicatur de manu inimicorum, 230. Figura erat baptismi ubi redimimur pretio sanguinis Christi, *ibid.* Israelitæ magis concupierunt bona præsentia quam futura: cum de tantis erga se Dei beneficiis debuerint intelligere quod ad aliquam sine fine beatitudinem vocarentur, *ibid.* Israelitæ & Jerusalem omnes gentes & omnes populi, qui per imitationem fidei filii facti sunt Abrahæ, 250. Israelitæ ipsi nisi misericordia Dei succurrisset, in eamdem impietatem in quam aliæ nationes transissent, 488. Deus gentis Israeliticæ curam sibi reservavit, ceterarum Angelis deputavit, 283. Non omne Israeliticum genus periit, propter facinus impiorum, 280. Inde enim Apostoli, inde Doctores, inde tot Martyres & primogeniti totius adoptionis, *ibid.* Pro quibus Christus orabat in cruce, *ibid.*

Ithacius Episcopus accusator Priscillani excommunicatus, 427.

Jubere. Deus facit ut homines faciant quæ jubet ut fiant, 27. V. Mandata. Præcepta.

Jubilatio quid sit, 310.

Judas Machabæus, Dux & Pontifex Judæorum, 404. Fœdus jungit cum Romanis, & duces Antiochi e Judæa expellit, templumque emundat, *ibid.* Occiditur, *ibid.*

Judas Galilæus, 407.

Judas quomodo pro peccato patris & matris punitus, 237. Non omnia Psalmi cviii. de uno Juda traditore intelligenda, sed quædam ad omne genus inimicorum Christi, quædam ad ipsum Judam proprie pertinent, 236.

Judaei unde non poterant credere, 44. Jerosolymis captis, Romanorum vectigales facti, 405. Judæi pluribus in locis Christianis infesti, 411. Alexandriæ rebellantes reprimuntur, *ibid.* Judæi Salaminam subvertunt, *ibid.* Judæorum Christum crucifigentium insania, 510. Etiam testes resurrectionis ejus persecuti, *ibid.* Obstinatio Judæorum in adventu Christi, *ibid.* Quæ in Judam dicta sunt in Ps. cviii. etiam in Judæorum populum prophetata intelliguntur, 237. Judæorum regnum non diu mansit post crucem Christi, *ibid.* Judæis nullius peccati fit remissio, quia illum respuerunt, in quo solum est abolitio peccatorum, *ibid.* Non habent qui eorum misereatur, non ad temporalem, sed ad æternam vita, 238.

Judicari parvulos secundum ea quæ præsciti sunt facturi si viverent, dicere compulsi sunt Semipelagiani, 43. Qui unumquemque judicari putant secundum merita præscita, adversantur sententiæ catholicæ de originali peccato, 27. Favent Pelagianis, *ibid.* Judicari quemquam secundum merita quæ habiturus fuisset si diutius vixisset absurdum est dicere, 27. 41. Ipsi Pelagiani viderunt falsum esse hominem judicari secundum merita præscita, 28. Non judicat quemquam Deus, ob ea quæ facturus fuisset, si diutius vixisset, sed ob facta tantum, 27. 29. 41. Judicium Dei jam factum in plebem Judæorum, 284. Separati inde justi, remanserunt injusti, *ibid.* In omnibus gentibus erunt homines Israeliticæ dignitatis, cum Judæi ex maxima sui parte erunt impii, & veritatis inimici, *ibid.*

Judicia Dei quam inscrutabilia, 28. Exempla judiciorum Dei inscrutabilium, 40. Judicia Dei consolationem pariunt, 257. Judicium Dei nec dici nec comprehendi potest, 476. ℣. 937. Dei judicia ab operibus discernenda, 342. Non posse Dei judicium non esse æquum, quamvis occultum sit, cum omnibus meritum ad mortem suppetat, vel ex uno originali peccato; nullum ad vitam, nisi quod gratia donarit, 99. ℣. 763. Judicia justitiæ Dei sunt, quibus pronuntiatur in æternum vita justo, pœna impio, 268. Judiciorum Dei secreta nulli perspicua, aut divitiæ sapientiæ Dei, 307. Judicia Dei semper justa, nec hominum judiciis comparanda, 342. 389. *Epigr.* 99. Judicia Dei non patent superbis & prævaricatoribus, 290. Judicium Dei sine miseratione non erit super Justos, 268.

Judicium temerarium. Occulta cordis alieni non temere judicanda, 256. 318. 365. *Epigr.* 21.

Jugum Christi superbis grave videtur, leve humilibus, 451. ℣. 45.

Jugurtha a Romanis victus & captus, 405.

Julianus Cæsar appellatur, 423. Julianus xxxviii. regnat, *ibid.* Julianus Christianos vetat liberalium artium esse doctores, 424. Juliani interitus, *ibid.*

Julianus jurisperitus cujus scelere pertinax occiditur, a Severo interfectus, 415.

Julianus X. Alexandriæ Episcopus, *ibid.*

Julianus Pelagianus dolo conatus in sedem amissam & communionem Ecclesiæ irrepere, a Xisto Leonis Diaconi hortatu repellitur, 434.

Julianus Amartolus Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 445.

C. Julius Cæsar primus singularis imperat apud Romanos, ex quo Cæsares, 405. Germanos vastat, Gallos subigit, *ibid.* Occiditur, 406.

Julius XXXIII. Romæ Episcopus, 421.

Julius Puteolanus Episcopus Ephesi legatus S. Leonis, 436.

Jumenta & pecora dicuntur in Scripturis in Ecclesia simpliciter ambulantes, sed utiliter, non multum docti, sed fide pleni, 235.

Junior censetur omnis qui qualibet ætate per pœnitentiam renovatur, 253.

Juramentum appellatur quod statuit mens etiam sine sacramento: quia fixa esse debet in custodiendis Dei mandatis, 263. Juramentum in Deo est constitutio incommutabilis veritatis, 280.

Justa pœna ejus qui voluntate amisit quod amare debuit, ut amittat cum dolore quod amavit, 340.

Justificatus gratuito dono, eodem acquirit meritum, 120.

Justus si a sua justitia recesserit, in qua diu vixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua non dico unum annum, sed unum diem vixerit, in pœnas iniquis debitas ibit, nihil sibi præterita justitia profutura, 28. Justus non est cui defuerit gratia, aut quem inflaverit superbia, 254. Justi non solum fructibus laboris sui, sed etiam ipso illo, quo ad fructum tendunt labore pascuntur: dum fit eis tolerantiæ amor futuræ portio voluptatis, 276. Justorum nemo sine laboribus ac molestiis in hac vita, 306. Dominus diligit justos: quoniam ipse est justitia eorum, 304.

Justi cælum visibili excellentius, 247. Corda & opera justorum in manu Dei, 501. Justorum nativitas ex Deo renascendo, 342. Justi quid in æternum facturi, 303. Deus justum etiam in adversitate non deserit, 324. Justi semper liberi, iniqui semper servi, 320. 375. *Epigr.* 5. Deus fors justorum, 274. Justus nimis quis censeatur, 350. Justi qui imperant serviunt eis quibus videntur imperare, 329. Justi dil.gentis Deum remuneratio est ipse dilectus, 262.

Justinus philosophus martyr moritur, 413. Justini philosophi Apologia pro Christianis, *ibid.*

Justus a Tiberiade Judæorum scriptor, 411.

Justus Simoni succedit in Episcopatu Jerusalem, *ibid.*

Justitia & judicium similia, & pro altero quodlibet eorum ponitur, 230. Differunt tamen aliquatenus, *ibid.* Magna Dei justitia pœna peccatori decernitur, & pœnitenti justificatio non negatur, 266. Justitia in quo consistat, 324. Inter adversa servanda, *ibid.* Justitia hominis vera non nisi per Christum, 58. Justitia præterita etiam diuturna nihil prodest, si in impietate vel unius diei quis moriatur, 28. Justitia hujus vitæ etsi vera, magis remissione peccatorum constat, quam perfectione virtutum, 330. 386. *Epigr.* 90.

L

Labdon judex Israel, 401.

Labia iniqua & dolosa, a sancto proposito revocantes, 271.

Labor piorum exercitatio est, non damnatio, nec conturbare debet, qui sciunt Christum majora passum, 239. Laboris finis diligere quod non possit auferri, 326. 385. *Epigr.* 87.

Lac. Idem & lac parvulis & grandibus esca esse potest, 46.

Lactantius Crispi præceptor: & ejus elogium, 421.

Lætitia populi Dei non est præter eum, 230.

Lamissus rex Longobardorum, 431.

Lapitharum & Centaurorum bellum, 400.

Laqueus conteretur venantium, cum omnes præsentium vanitatum illecebræ conterentur, 273.

Latinus Sylvius rex Latinorum, 401.

Latro in cruce cum omnibus credentibus adtractus ex ipsa sua confessione docetur, 186. Idem prius Christum de suo blasphemavit, de Spiritu-sancto postea credidit, *ibid.*

Latronianus Priscillianista capite plectitur, 427.

Laus Dei quando Deo accepta, 308. Laudare Deum, & in gloriam Dei psallere, non voce tantum, sed multo amplius modulatione rationabilis vitæ, 304. Deus laudandus in omnibus, quia laudabiles facit, 230. Justorum vita omnis Deum laudat, cujus doctrina & munere ita vivitur, ut nihil actionum non Dei laude sit dignum, 305. Parum est quod anima infirmitate corruptibilis carnis potest ad laudandum Deum, ideo ad perfectam & æternam laudationem proficere concupiscit, 303. Deum laudans devotioni cælestium se jungit, ut pro modulo suo jam faciat quod sine fine facturus est, 308. Duarum proprie creaturarum est Dei laudatio, angelicæ & humanæ, 307. Alia quomodo laudent, *ibid.* Laude hominum non eget Deus, 382. Laus vero Dei hominibus prodest, *ibid.* Quales debeant esse Dei laudatores, *ibid.* Videntur laudantia, quæ sunt laudabilia, dum quod non possunt loqui, faciunt non taceri, 302. In continua Dei laudatione spes æternitatis accipitur, 301. Non ab operibus vox, nec a voce opera debent dissonare, & laus

quæ

quæ voce promitur, de bona conscientia proferatur, 305. Omnia Dei opera laudant veri laudatores, & sic omnia facta mirantur, ut mirabilior sit ipse qui fecit, 301. Omnia etiam irrationabilia & sensu carentia etsi propria confessione Deum laudare non possunt, sua natura potentiam sui protestatur auctoris, 307. Deus semper laudandus, quia omni laude semper est maior, 301. Prædicanda misericordia Dei & justitia, regnum æternum & ignis perpetuus, 302. Quod ore promitur & quod opere agitur, in laudem Dei dicendum est atque faciendum, 230. Laudatur Deus in hoc sæculo, & multo magis laudabitur in futuro, 301.

Laus auctoris quidquid in universitate laudabile est, 308. Laudatio Dei in præsenti tempore continuanda, quæ in æternitate mansura est, 301. Deus laudandus, sive lætus de secundis, sive tristis de adversis ducatur dies, *ibid.* Falsi laudatores Christi in occisionem ipsius conspirarunt, 216. Deus sine periculo se laudat, & non suo bono, sed nostro, 348. Deus vita semper laudandus, 322. Quare superiora ab inferioribus monentur Deum laudare, 308. Deus ubique dominatur, ideo ubique laudandus, 220. Semper invocationem debet præire laudatio, 226. Laus & præmium fidei, 337. Falsa laudatio non amanda, 295.

Leo Diaconus inter Aetium & Albinum amicitias redintegrat, 434. Leo XLIII. Romanæ Ecclesiæ Episcopus, *ibid.* Leo Papa contra Eutichen mittit legatos, qui injuriam patiuntur, 435. Leo a Theodosio accitus in causa Eutichetis, a populo ire prohibetur, sed legatos mittit. 436. Leo Papa ad Attilam pacis causa profectus, rem feliciter perficit, 437.

Leonides Origenis pater martyr, 416.

Lesbon condita, 400.

Leontius Diaconus Epistolas a Prospero ad Augustinum, & ab Augustino ad Prosperum defert, 16.

Lex, & Prophetæ Christum annuntiarunt, 466. ℣. 467. Legis & gratiæ differentia, 181. Altitudinem & profunditatem legis nemo penetrat, nisi qui exequitur, Perfectamque legis scientiam habet qui charitatem habet, 256. 215. Lex quæ non posset vivificare data, ut gratia quæreretur, 225. Hoc secretum gratiæ, nisi humilibus infirmisque reseratur, *ibid.* Lex in paradiso data, naturaliter insita, & litteris promulgata prævaricatores fecit, 264.

Lex Christi sanguine scribitur a Spiritu sancto in cordibus, 467. ℣. 512. Deus legem in corde scribit, ut eum non tamquam servi sine amore metuamus, sed tamquam filii casto amore diligamus, 262. Lex fidei quæ per dilectionem operatur gratiam promeretur, 261. Lex immobiliter fixa, ut omnis qui se exaltat humilietur, & omnis qui se humiliat exaltetur, 267. Lex perpetuo custodienda charitas, quæ est plenitudo legis, & cessantibus ceteris mandatis sola permanet in æternum, 257. Dissipare legem est prævaricationis iniquitate integritatem ejus non custodire, 265.

Lex factorum & lex fidei, 255. Legis & gratiæ fines diversi, 320. 372. *Epigr.* 44. Lex non suo vitio non implebatur, 320. Qui diligit legem, etiam quod in ea non intelligit, honorat, 269. Nec eam ex mutabilibus hominum moribus pendit, *ibid.* Etiamsi homines sancti propositum suum deserant, justitia legis perseverat, *ibid.* Lex nova perfectio charitatis, 278. 319. *Epigr.* 38. Sine gratia lex impleri non potest, 491. Lex Dei mirabilior omnibus aliis ejus operibus, 265. Finis legis Christus quomodo, 331. Lex veritas, per quam cognitio peccati, & quæ testimonium perhibet justitiæ Dei, 266. Legis inutilitas, si gratia deest, 320. 372. *Epigr.* 43. Lex sine gratia quid præster, 336.

Liberius XXXIV. Romæ Episcopus, 423. In exilium truditur ob fidem, ac deinde restituitur, *ibid.* Liberius exulat, *ibid.*

Libertas arbitrii sola causa peccati, 470. ℣. 651. An libertas ex se æqualiter se habeat ad bonum aut malum, 195. Libertas voluntatis in illius primæ conditionis præstantia quid valuerit apparet in Angelis qui steterunt, 39. Libero arbitrio homo potuit cadere, non ita resurgere, 42. Libertas a peccato, 29. Libri de libero arbitrio quo fine, & contra quos scripti, 42. Nemo servit, nisi cum aliqua libertate, & nemo liber est, nisi cum aliqua servitute, 190. Mala libertas ex voluntatis defectu, bona nonnisi ex auxilio gratiæ, 191. Manet voluntas libera post lapsum, sed non bona Quocumque fertur, ruit & labitur, 93. ℣. 388. Divini instinctus cum libertate concordia, 157. Libertas arbitrii primum hominem decepit, *ibid.* Libertas sub gratia, 509.

Liberum arbitrium per peccatum, nisi gratia preveniatur, ad nullum bonum sufficere, 444. Liberum arbitrium bibit omnium vitiorum venenum, & totam naturam hominis intemperantiæ suæ ebrietate madefecit, 190. Non sicut potuit Deo non impellente corruere, ita potest Deo non erigente consurgere, 190. Non liberi arbitrii facultate posse sanari liberum arbitrium, sed gratia Christi, quæ est arbor vitæ &c. 94. ℣. 600. Quod homo libero arbitrio nimium tribuat, ex illa superbia proficiscitur, quam diabolus primis parentibus inspiravit, 106. ℣. 915. Plurimos inde errores oriri, *ibid.* ℣. 929. Quos pii omnes aversari debent, *ibid.* ℣. 932. Qui cum membra sint Christi, a capite suo vim omnem hauriunt, *ibid.* ℣. 939. Liberum arbitrium esse, sed ante fidem in tenebris agere, 120. Quale sit ante gratiam, & quomodo gratia ei medeatur, *ibid.*

Liberum arbitrium non auferetur per gratiam Dei, sed formatur, regitur, ordinatur, 185. Desipiunt qui Paulo ipsi inscrutabilem, cur hi potius quam illi liberentur per gratiam, quæstionem per liberi arbitrii velle & nolle se solvere posse opinantur, 99. ℣. 757.

Libri quoque Moysis quot annos contineant, 400.

Liber Sapientiæ Jesu filii Sitach Panareton dictus, 404. Sapientiæ librum rejiciunt Massilienses, 28. Liber Sapientiæ auctoritatem Scripturæ canonicæ habet, *ibid.* Libri Sapientiæ auctoritate usi sunt magni & docti viri, qui longe ante Augustinum eloquia divina tractarunt, 47.

Liber Pastoris a Cassiano citatus, 170. Liber Pastoris nullius auctoritatis, 197.

Librorum de Vocatione omnium gentium argumentum, Quomodo voluntas Dei erga salutem omnium hominum impleatur, 487.

Licinius Imperator factus, 420. Licinius Christianos pellit, 421. Licinius occiditur, *ibid.*

Licinius Licinii filius Cæsar, *ibid.* Licinii junioris mors, *ibid.*

Linguarum confusio in Babel, 510.

Linguosus vir non capit scientiam veritatis, 294.

Linus I. Petri successor in Romana sede, 409.

Littorius imprudenter cum Gothis pugnam conferens capitur, 434.

Locus superior etsi administrandus ut decet, indecenter apperitur, 329.

Locustæ & bruchi una plaga: quia altera est parens, altera fetus, 229. Locustarum nomine fideles propter multitudinem, vel quod transierunt de loco in locum, 239.

Longævitas ex Deo est, nec causa peccati, 119. 126. Non peccatum est diu vivere, sed male vivere, *ibid.*

Longobardi e sedibus egressi Vandalos vincunt, 426.

Longum. Etiam quod subvenienti breve est, longum videtur optanti, 261.

Loquacitas imperita mavult docere, quam discere, 294.

Lothi solus servatus in quinque civitatibus pereuntibus, quia solus justus repertus, 464. ℣. 353.

Lucifer Calaritanus, 423. Lucifer de exilio rediens Paulinum Antiochiæ Episcopum facit, 424. Luciferi Calaritani mors, 425. De eo judicium, *ibid.*

Lucius Imperator moritur, 414.

Lucius XXI. Romæ Episcopus, 417.

Lucretius Poeta, 405. ejus mors, *ibid.*

Lunæ cursus apud Romanos invenitur, 406.

Lupercianus Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 446.

Lycia & aliæ provinciæ subactæ, 410.

Lysias Quietus ob repressos Judæos rebellantes, procurator Judææ denunciatur, 411.

M

Macedonius, a quo Macedoniana hæresis, Paulo in sede Constantinop. subrogatur ab Arianis, 422.

Machabaeorum historia unde regnum Græcorum supputet, 405. Libri Machabæorum ab Hebræis non recipiuntur, *ibid.*

Macharius XXXIX. Episcopus Jerosolymorum, 420.

Macharius S. Antonii discipulus, 423.

Macrinus XIX. regnat, 416. Occiditur, *ibid.*

Magnitudo Dei ut prædicanda, 302.

Magnentius occupato imperio, superatur, 423. Magnentius seipsum interimit, *ibid.*

Magni sermonem suum propter parvulos temperant, 251. *& seq.* In comparationem Dei nihil vere magnum, nihil vere dicitur potens, & in illo vera est magnitudo, & magna virtus, 305.

Magnificare. Quomodo Deus magnificetur, 220.

Malachias propheta, 402.

Maledictio. Vana maledictio hominum; Deus autem cum benedicit, facit quod dicit, 239.

Mali bonorum usibus commodati, 327. Malorum intentio ut bonos similes sui faciant: quod cum non obtinent, calumniis onerant, 277. Mali omnes sollicite fugiendi & cavendi, 293. Quare nec malos hic puniri nec bonos hic remunerari oporteat, 412. ℣. 746. Tolerandi mali a justis in hac vita quantumlibet sæviant, 324. Malorum tempus omne exiguum, 323.

Malitia iniqui bonis prodest, 325. Apertior malitia malum se ostentantis, 238.

Malum omne in bono, quia natura omnis bona est in quantum natura, 342. Nulla mali natura, quia omnis natura per Verbum facta est, iniquitas vero per ipsum facta non est, 389. *Epigr.* 97. Nulla mali substantia, 608. Quomodo

modo Deus custodiat ab omni malo, 271. 318. 368. *Epigr.* 30. Malis pereunt injusti, 294. De duobus malis unum fieri bonum non potest, unam virtutem duo vitia non gignunt, unum verum duo falsa non faciunt, 183. Malum a quo liberari petimus, 292.

MANASSES Rex Juda, 402.

MANASSES Judæorum Pontifex 404.

Mandatum Dei quando bene fiat, 336. Mandata Dei scrutari ut perfectius faciendo cognoscantur, 259. 366. *Epigr.* 24. Mandata Dei quis non obliviscatur, 220. Mandata Dei semitæ justorum, 293. Juxta eas scandalum ponunt qui veris verisimilia adjungunt, *ibid.* Mandata Evangelica fidei non dura, sed possibilia, 451. ℣. 59. Mandata Dei valde mandantur, & valde custodienda, 253. Deus ipse facit ut homines faciant quæ præcepit, 26. Mandata Dei faciendo discere, & operandi notitia comprehendere, 253.

MANES auctor hæresis Manichæorum. Eorum errores & turpitudines, 419.

Manichæi libros veteris Testamenti non recipiunt, novi non nisi quos volunt, 42. Manichæi vetus Instrumentum non accipiunt, novum corruptum esse asserunt *ibid.* Manichæorum error de Christi incarnatione, 52. Mali naturam Deo coæternam putant Manichæi, 42. Manichæi in Urbe latentes a Leone detecti, & damnati, 435. Idemque præstitum a multis Orientalibus Episcopis, *ibid.*

Manna panis cæli, 229.

Mensiones multæ in una vita æterna pro meritorum varietate, Deus tamen omnia in omnibus, 349.

Manibus significatur operis plenitudo, digitis laborum divisio, 299. Manus Domini, potestas Dei 259. Manus Dei virtus & sapientia, & utrumque Christus, *ibid.* Manus Dei Filius & Spiritus Sanctus, *ibid.* Manus Domini Christus, 225. 239.

MARCELLINUS XXVIII. Romæ Episcopus, 419.

MARCELLUS vir illustris Concilio Arausicano consentit & subscribit, 446.

MARCION hæresiarches, & ejus errores, 413.

MARCUS Evangelista Alexandriæ prædicat, 408.

MARCUS I. Jerosolymorum Episcopus ex Gentibus, 412.

MARCUS VII. Alexandrinorum Episcopus, 413.

MARCUS XXXII. Romanæ Ecclesiæ præest, 421.

Mare sæculum, 246.

MANLIUS Torquatus filium victorem cædit, 403.

C. MARIUS Cimbros superat, & cum Catulo triumphat, 405.

MARTINUS Turonensis claret, 427.

Martyres non terruerunt verba minacia aut supplicia regum terrenorum, sed verba Christi, 268. Martyres misericordia Dei adjuti, pro veritate moriendo vicerunt, 261. Martyrum cruore incrassata terra & secundatus est mundus, 295. Martyrum exemplis totus mundus illustris est, hi tamen victoriam suam non sibi sed Deo tribuunt, 268. Custodes Martyrum plurimi crediderunt, 268. Martyrum sine charitate non prodest, 269.

Massæ. Non duæ massæ, sed una massa, 62. Ex massa damnata si nullus liberaretur, justum Dei judicium nemo juste reprehenderet, 25.

MASSILIA condita, 402.

MASSILIENSES quidam Augustini libris non intellectis offensi 5. Nonnulli recensito libro de Correptione & gratia intelligentiores facti, *ibid.* Massilienſium sententia partim catholica, partim Pelagiana, 6. Quatenus a Pelagiani recesserint Massilienses, 20. Reliquiæ istæ Pelagianæ hæreseos quam perniciosæ, 8. Massilienſium & aliorum quorumdam in Gallis de prædestinatione & vocatione sententia, 12. & de perseverantiæ dono 14. Inter Massilienses multi virtutum studio egregii, 6. plures quibus Ecclesiastica consuetudine laicos summam reverentiam necesse sit exhibere, 16. Pauci audent eis contraire, 8. De reliquis eorum dogmatis. V. Fides. gratia. Prædestinatio. Perseverantia. & Epist. Prosperi & Hilarii. 5.

Massilienſium sententia de peccato originali, & de gratia regenerationis, 6. De prædestinatione, *ibid.* De explicatione epistolæ B. Pauli ad Romanos, *ibid.* De propositio vocantis gratiæ, *ibid.* De voluntate salvandi omnes, 15. 7. De libertate hominis ad bonum & malum faciendum, 7. De morte Christi pro universo humano genere, 7. De numero prædestinatorum, *ibid.* De duobus quæ salutem humanam operantur, gratia, & hominis obedientia, 8. De insufficientia hominis ad bonum opus incipiendum & perficiendum, 13. De initio bonæ voluntatis, *ibid.* De prædicatione aliis & non aliis facta, & his & non illis temporibus, *ibid.* Quæstiones proponit quibus velit responderi, 8. In reliquiis Pelagianæ pravitatis non mediocris virulentiæ fibra nutritur, *ibid.*

Massilienses initium fidei & bonæ voluntatis a voluntate incipere volebant, quo merito cetera consequantur, 13. Opus non incipi nedum perfici posse sine gratia fatebantur, *ibid.* Nullam naturam ita depravatam putant ut non possit velle sanari: nec eo gratiam negari volebant, *ibid.* Electorum & rejectorum unde causam peti vellent, 14. Discretionem omnem ex præscientia suspendebant, *ibid.* Idque ex Augustini verbis firmare nitebantur, *ibid.* Massilienses dubitasse videntur, parvulos erui de potestate tenebrarum per baptismum, 42.

Matutinum Ecclesiæ, 267.

MAXENTIUS Augustus appellatur, 420. Maxentius occiditur, *ibid.*

MAXIMINUS XXII. regnat, 417. Sextam persecutionem movet, *ibid.* Occiditur a Pupieno, *ibid.*

MAXININUS & Severus Cæsares facti, 420. Maximinus moritur, *ibid.*

MASIMINUS Treverorum Episcopus Athanasium fugientem honorifice excipit, 423.

MAXIMUS XIV. Alexandriæ Episcopus, 418.

MAXIMUS XL. Jerosolymorum Episcopus, 423.

MAXIMUS Imperator fit 427. Victorem filium regno sociat. *ibid.*

MAXIMUS Imperium sumit, 437. Valentiniani interfectores non plectit, sed in amicitiam recipit, uxoremque ejus sibi nubere cogit, *ibid.* Crevi interficitur, 438.

MAXIMO, tyrannide accepta, moxque ablata, vita conceditur, 429. Maximus tyrannus capite damnatur, 427. Et Victor ejus filius, *ibid.*

MAXIMUS Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 445.

MAZABANUS Alexandri successor in cathedra Jerosolymitana, 417.

Medicus noster etiam hoc donat morbidis, ut veram desiderent sanitatem, 206. Summus medicus diversa remedia misericorditer & scienter apponit, quia multarum elisionum non est curatio una, 305.

Meditatio non obliviscendi est perseverantia operandi, ad quam postulandum Dei auxilium, 253. Meditatio legis quæ utilis, 260. 318.

MELCHIADES XXX. Romæ Episcopus, 420.

MELITO Asianus Episcopus Apologeticum fidei tradit Antonino, 414.

Membra Christi arca sanctificationis, sive per incarnationis veritatem, sive per gratiæ electionem, 280.

Memoriale Dei, quia efficit omnino quod spopondit, 284.

Mendacium laboriosum, non ita veritas, 321. 376. *Epigr.* 68. Mendacio protegunt se veritatis inimici, 294. Melius est falli, quam mentiri, 338. Mendacium ut facilius obrepat, colorem sibi veritatis adsumit, 284. De mendacii facilitate, 336. Non omnis qui verum celat mentitur, *ibid.*

MENELAUS, 400.

Mens summa pars animæ, 304. Mens speculum quod fides tergit, 466. ℣. 460.

Mensa Dominica Sacramentorum & doctrinæ, 276.

Mensura miseriarum unicuique a Deo ordinata, 514.

Mensis Quintilis Julius dicitur decreto Antonini, 406. Menses duo September germanicus, & October Domitianus appellatur, 410. Mensis Septembris a Commodo dictus Commodus, 415.

Merces debetur bonis operibus si fiant, gratia indebita datur, ut fiant 342. 443.

Meritum unde homini, 516. Datur unicuique sine meritum, 507. Datur ante ullum laborem unde quisque mercedem accipiat secundum suum laborem, *ibid.* Probatur ex parabola Evangelica, *Matth.* 25. 14. & 15. *ibid.* 23. Merita facit gratia Dei, 23. Merita non comparantur, nisi per corporis tempus, 27. De meritorum futurorum præscientia, 28. Si mortui non judicantur secundum opera quæ facturi fuerant, gratia non datur secundum merita, 44. Omne bonum meritum donum esse divinum ostenditur, 499. Et primo de fide, *ibid.* Differentia meritorum in Deum refundenda, nec de eorum inæqualitate querela movenda, 506. Deus his quos elegit sine meritis, dat unde ornentur & meritis, 519. Nulla merita bona sine gratia, 497. Si, ut Cassianus vult, sine merito est quem Deus semper adjuverit, consequens erit in Dei muneribus nullum meritum esse, aut saltem merita adquiri posse propria facultate, nosque ideo in aliquibus adjuvari, ut possibilius fiat per gratiam quod non erat impossibile per naturam, 193. Fidei & bonis operibus laudem ac meritum tribui sine præjudicio gratiæ, 202. Laus & meritum per gratiam non auferetur, *ibid.* Nec laudem nec meritum habent, in quibus non inveniuntur quæ nisi Dominus dederit non habentur *ibid.* Procul abiiciendi qui existimant sanctis auferri causam obtinendæ coronæ, nisi humana in eis merita reperiantur, 107. ℣. 945. Omnis laudis ac meriti causa in Deo, 203. Omne sanctorum meritum ad Deum referendum, 309. Merita nostra sunt Dei dona, & pro his recipimus æterna præmia, 159. Meritis nullus locus ante gratiam, 181. Merita hominum nulla, nisi ex gratia, 192.

Messala Corvinus orator, 407.
Messana condita, 399.
Meta ſudans erigitur, 410.
Mille generationes pro omnibus, 227. Hunc numerum conſtat nec ab Adam uſque in finem mundi poſſe compleri, *ibid.*
Minotauri fabula, 400.
Minutius Fundanus Aſiæ proconſul, 412. Epiſtolam ab Adriano, ne Chriſtiani temere damnarentur, accipit, *ibid.*
Mirabilia quæ Deus ſolus fecerit, 286. Non tamen ſine Filio & Spiritu-ſancto aliquid fecit Pater, *ibid.* Aliqua per Angelos aut homines, *ibid.* Mirabilia Dei vident quibus proſunt, 324.
Miracula Dei quotidiana, licet magna, conſuetudo non miratur, ideo per inuſitata & nova humana excitatur intentio, & utilis timor nutritur, 242. Miracula viſibilia & inviſibilia, 326. viſibilibus ad inviſibilia, tranſeundum, *ibid.* Miracula non ſunt contra naturam, etſi ita nobis eſſe videatur, 340. Miracula gratiæ cauſſa gaudii & formidinis, 291. Miracula Chriſti cur apud credituros non facta, apud non credituros vero facta ſint inſcrutabile, 145.
Miſericordia Dei & veritas prædicandæ: quia non aliæ ſunt viæ, quibus ad nos venit, aut quibus nos ad ſe provehit, 289. Miſericordia & veritas in ſanctis ſolis indiviſæ, in omnibus facilius diſtinguuntur, 267. 318. 367. *Epigr.* 28. Miſericordia & judicia Dei Pelagianorum elationi penetrabilia videntur, quibus non latet conſilium Dei, ſi gratia, ut & ira, de merito eſt, 142. Miſericordia & veritas in Scripturis pene ſemper juncta, 246. In noviſſimo manifeſtabuntur, *ibid.* Per eamdem miſericordiam dantur coronæ meritorum, per quam data ſunt merita coronarum, 219. Fidelium unuſquiſque miniſter miſericordiæ Dei erga alios, 307. Miſericordiæ Dei diſpenſatio, non tantum ad Iſraeliticum genus, ſed ad omnium quoque gentium propaginem pertinet, 306. Miſericordia præcedit judicium, 267. Abundarent etiam circa juſtos cauſſæ ultionum, niſi Deus juſtitiam ſuam miſericordia temperaret, 307. Miſericordia Dei non confertur orantibus credentibus, &c. ſed ut oremus credamus &c. conferitur per gratiam, 442. Qui digni, & qui indigni miſericordia, 353. Deus proſpicit in terram cum miſericordiam ſuam hominibus tribuit, 217. Miſericordiam nullum meritum præcedit, judicium merita ſupponit, 24. Infideles miſericordiam Salvatoris opprobrio deputant, dicentes ſpem remiſſionis fomitem eſſe peccandi, 216. Miſericordia Dei quomodo æterna in ſanctos, 285. Miſericordia quæ quæratur, 290. Miſericordia Dei corporibus & animis juvandis ſemper adfuit, 508. Miſericordiæ Domini viſcera ad omnium nationum ſalutem, 498. Deus tamen dat ſui notitiam quibus voluerit, *ibid.* Deus quos vult ad fidem adducit, *ibid.* Miſericordia Dei nullis umquam ſæculis, nullis generationibus deſuit, 505. Miſericordia Dei præveniente liberari hominem a quavis miſeria, 443. Miſericordia & veritas non ſeparandæ in judiciis, 324.
Miſſio Verbi ejus apparitio & incarnatio; fide credenda, quia cito non capitur, 347.
Montanus erroris Cataphrygarum auctor, 414.
Montes Prophetæ, Apoſtoli, & omnes prædicatores veritatis, a quibus omnis ſpiritalis cibum ſumit & requiem, 223. Iidem montes, & convalles diverſo ſenſu, 222. Montes ipſi divina gratia irrigantur, 223. Montes Apoſtoli & Evangeliſtæ, & duces gregum, colles qui ab his reguntur, 246. Montes prædicatores veritatis de ſupernis accipiunt, & in inferiora diffundunt, 274. Montes ſublimiores quique, 306.
Montes tumidi, tangente Dei gratia confitentur, 300.
Mores perverſos tolerare labor magnus, qui his non offenditur parum proficit, 325.
Mors ex peccato primi hominis invecta, multiplicatis hominum criminibus aucta, 463. ℣. 288. Mors nemini citius vel tardius accidit, quam Deus voluerit, 119. Mors & omnia mala ex peccato, 134. Homo unde omni momento morti obnoxius, 513. Cauſſæ diverſæ mortis, & cur diverſa ætate, ignotæ, 514. Mortem Deus non fecit, & tamen mors a Deo eſt, quomodo intelligatur, 342. Prima & ſecunda corporis mors, 328. Prima & ſecunda mors quo differant, & in quo conveniant, 330.
Mors Chriſti peccati remedium potens & ſingulare, 132. Quo ſenſu omnes hac redempti, & penes quos ſit redemptionis proprietas, *ibid.* Mors Domini & ſervorum, ſervis profutura, non Domino, 249. Mors piorum pœna peccati, ſed tamen ipſis bona, 328. Mors ſanctorum quolibet caſu accidat, numquam mala, 320. 374. *Epigr.* 50. Mors ſanctorum pretioſa, quia empta ſanguine Chriſti, 249. Mortui non judicantur ſecundum facta quæ facturi eſſent ſi viverent, 41. Abſurdum eſt dicere, judicandos mortuos de peccatis quæ perpetraturi fuerant ſi vixiſſent, *ibid.* Exempta a morte anima, etiam, mortali carne circumdata, 248. Veritatem confitens, etiamſi mortem oppetat, non perit, 262.
Mortificationes corporales & alia ſpiritalia exercitia, ſi hominum laude non ſuffulciuntur, ſola Dei gratia ſuſtineri, 155.
Moyses a Deo miſſus ad Pharaonem, ut populum dimitteret, 464. ℣. 385. Moyſes populum Iſrael educit ex Ægypto legemque ei tradit, 400. In Moyſe demonſtratum, quantum pro malis valeat apud Dominum ſanctorum interceſſio, 231. Moyſes non tenuit fiduciam quam debuit, & dubitanter petram percuſſit, 232. Ideo terrenæ hereditatis privatione multatus, non æternæ, *ibid.*
Mundi pulcritudo ſapientiam & virtutem ſui auctoris ubique teſtatur, ſed præcipue renovata in Chriſto creatura, 225. Status mundi mox creati, 461. ℣. 212. Mundus cum totus a ſemetipſo & in odio & in amore diſcordet, nos eum & odiſſe jubemur, & amare, 348. Ex toto mundo totus mundus eligitur, & ex omnibus hominibus omnes homines adoptantur, 127.
Mundi amor charitati inimicus, 508. Quæ homini cavenda in mundo, ſi virtutem colere cupiat, 469. ℣. 587. Mundi nomine duo hominum genera, 348. De bonis & malis non ſane judicat mundus, 348. ℣. 854. Inter mundi ſcandala non diſcedentes a Domino monti Sion comparantur, 274.
Muſicum omne inſtrumentum vel pulſu ſonat, vel flatu, 310. Inſtrumenta muſica affectus animi varios deſignant, *ibid.*
Musonius philoſophus, 409.

N

Namathius vir illuſtris Concilio Arauſicano II. conſentiens ſubſcribit, 446.
Narbonensis civitas a Gothis obſeſſa, per Littorium liberatur, 433.
Narcissus Jeroſolymorum Epiſcopus, 415.
Nativitates duæ hominum, utraque ſingularis, 345.
Natura prior quam vitium, & illud contra naturam, 327. Natura omnis bona: quia nihil in vitio diſplicet, niſi quod corrumpit quod in natura placet, 353. Vitia naturæ ex peccato Adæ orta, 489. Omnis natura Dei omnipotentiæ famulatur, 465. ℣. 405. Natura humana numquam poteſt eſſe ſine aliquo amore, 490. Non ſufficit naturæ quod ei remanſit, niſi recipiat a reparatore quod perdidit, 260. Si eadem eſſet in natura vis quæ fuit in Adamo, ſe ipſum quiſque reconciliare Deo poſſet; ideoque Chriſtus gratis mortuus eſſet, 104. ℣. 880. Poſſe habere virtutem de natura eſt, habere vero de gratia, 507. Item poſſe reparari & ſanari, non vero reparatum eſſe & ſanum, *ibid.* Quomodo natura filii iræ dicamur, 216. Naturæ omnes in quantum naturæ bonæ ſunt, 321. Natura humana Adæ lapſu in profundum malum demerſa, 183. Natura eſt in qua nullum malum eſſe poteſt, nulla in qua nullum ſit bonum, 329. Natura humana reformabilis formatori ſuo, 196. Bona voluntas eſt ſecundum naturam, 509. Vitium tamen non naturæ virtute ſuperatur, ſed gratiæ, *ibid.* Natura humana etſi mala, quia vitiata, non eſt malum, quia natura eſt, 342, 490. Hoc Deo eſt natura quod fecerit, 340. Natura ante gratiam in damnatione, 207. Sordet natura ſine gratia, 59. Naturæ ſimplici eſſe & noſſe non aliud atque aliud eſt, ſed idipſum, 348.
Navium uſus gentibus quibuſdam factus, 431.
Negligenter opus bonum facere quid, 509.
Nehemias Jeruſalem reſtituit, 403.
Nepotianus arrepto imperio, plectitur, 423.
Nero VI. regnat, 409. Nero cithara, &c. contendit, *ibid.* Ante menſam ejus fulmen cadit, *ibid.* Nero Romam incendit, *ibid.* Neronis crudelitas confuſa glorioſo Martyrum fine, 511. Neronis luxuries, 409. Matrem & ſororem patris interficit, *ibid.* Nero ſemet interficit, *ibid.*
Nerva X. imperat, 411. Moritur, *ibid.* Inter deos defertur, *ibid.*
Nestorius hæreſiarches, 432. Huic Cyrillus & Cæleſtinus reſiſtunt, *ibid.*
Nicaena Synodus contra Arium, 421.
Nicomedia & Nicææ pars terræ motu corruit, ab Adriano inſtaurantur, 412.
Nimis, non pro eo quod eſt plus quam oportet, ſed pro valde, 252.
Ninivitae pœnitentiam agentes, morum mutatione regni conſervationem meruere, 466. ℣. 445.
Niobe ex qua Apis, ſeu Serapis, 399.
Nix & nebulæ valent ad opimandam terram, 306. Nives antiquitus obduratæ convertuntur in cryſtallum, 307. Quid ſignificent, *ibid.*
Nocendi cupiditas ab homine, poteſtas a Deo, & hoc alta & abdita juſtitia, 340.
Noe tres filios genuit anno 500. ætatis ſuæ, eratque 600. annorum cum factum eſt diluvium, 398. Noe juſtus cum uxore, tribus filiis ac totidem nuribus ad reparationem humani generis reſervatus, *ibid.* Noe cum familia cur conſervatus, 509. In familia Noe omnes eorum poſteri erudiebantur, *ibid.*
Nomen Dei quomodo ſuper omnes magnificatum 289.
Novatus Epiſcopus Africanus, 433. A Geiſerico perſecutionem paſſus, *ibid.* Novati ſchiſma & hæreſis, 417.

Novatiani a Novato Catharos se vocabant, in quo errarent, *ibid.*

Nox multiplex hujus vitæ, in qua nominis Domini homo memor esse debet, 258. Prodest eis qui salubriter exercentur in ea, *ibid.* Nox adversitas. In hac operi sanctitatis incumbendum, 282. Media nox, profunda tribulatio, 258.

Numa Pompilius Romanorum rex, 402.

Nummus argenteus primum figuratus, 404.

O

Obduratio & derelictio Dei ex judicio Dei peccata juste punientis, 123. 127. Obduratio solvitur verbo Evangelicæ prædicationis, & flante Spiritu-sancto calor charitatis emittitur, 307.

Obedientia Dei donum, 259. Obedientiæ bonum in paradiso apparuit, 335.

Obedire Deo jubenti semper utile homini, non obedire semper funestum, 340. Fit obedientibus blandum, quod asperum videbatur avertis, 309.

Obsecrationes sacerdotales ab Apostolis traditæ, toto mundo celebratæ gratiam ad initium fidei & justitiæ & cetera omnia bona necessariam clamant, 158.

Oculi corporis etiam nolentes vanitates vident, 256. Cordis oculi quomodo avertendi, ne intenti sint vanitati, *ibid.* Oculi interiores a Deo, 230. Deficiunt oculi in salutare Dei, non quia intentio desiderantis victa succubuerit, sed quia in exspectationem gratiæ Dei toto mentis ardore transierit, 264. Ante oculos habere est amare, 214.

Odium perfectum, 292. 321. Quo odio odiendi sint mali, *ibid.* 378. *Epigr.* 67. Odia mundi pro amore Dei patienter toleranda, 348. Quo odio odiendi sint mali, 263. 321. 378. *Epigr.* 67.

Offensio. Sine offensione esse debemus omnibus, 149.

Officiis communis vitæ Deus conciliatur, & societas humana connectitur, 525.

Og, conclusio, 284.

Oleum e taberna meritoria manans, significat gratiam Christi ex gentibus, 406. Oleum gratia spiritalis, 239.

Olda prophetissa, 402.

Olympias prima auctore Iphito, 401.

Omnes & *omnia* quo sensu in Scripturis, 490. 493. 505. Omnes salvari quo sensu Deus vult, 490. 498. 504. De electis & reprobis ejusdem populi tamquam de iisdem loquitur, 493. De diversorum temporum hominibus quasi de ejusdem temporis, 463. Secundum naturam omnes ex veritate sunt, non secundum gratiam, 352. Omnes doceri ut veniant, quo sensu recte dicatur, 25. An omnes omnino velit Deus salvos fieri, 121. 133. Deus omnes salvat, quos vult omnes salvos fieri, 60. Scriptura loquitur de parte, quasi de toto, 492. Alibi se aperit, 493.

Onias Jaddi filius Pontifex, 403.

Onias Simonis justi filius Pontifex, 404. Tributa Ptolemæo non reddens, ad iram eum commovet, *ibid.* Sed per Josephum legatum pax obtinetur, *ibid.*

Opera bona ex fide & dilectione fiunt, 334. Opera bona ad Deum referenda, mala ad eos qui peccant, 119. Non frustra laborari ad acquirenda bonorum operum merita, vel orationibus insisti, quamvis incommutabile sit Dei propositum super salute electorum, 519. *& seq.* Operum bonorum effectus & sufficientia a Deo, 502. Omne bonum opus non a nobis sed a gratia gratis bonum inspirante inchoari, 445. Bonis operibus laudandus Deus: ita ut de ipsis in Domino glorietur, 220. Sine aliquibus bonis operibus difficillime vita cujuslibet pessimi hominis invenitur, 320. 373. *Epigr.* 46. In operibus sic esse debemus laudabiles, ut Deus laudetur in nobis, 226. In judicio nihil laudandum dicitur præter opera charitatis, nihil vituperandum quam misericordiæ benevolentiæque neglectus, 507. Quantopere cavenda sit in bonis operibus elatio, quæ omnia corrumpit, 529. Huic periculo quomodo occurratur, *ibid.* Opera misericordiæ semen futuræ messis, 243. Deus recta agentibus inesse sentitur, 214. Opera manuum Dei sumus, ut homines, & ut justificati, 290. Operum divinorum caussæ latent, effectus parent, 495.

Operarii in vineam missi diversis horis, varietatem vocationis multimodæ ad unam gratiam pertinentem astruit: hora undecima missi eorum figura sunt quos ad commendandam gratiæ excellentiam in fine vitæ muneratur, 496. 497.

Opilio Vir illustris Concilio Arausicano II. interfuit & subscripsit, 446.

Oratio. Pro quibus & quid oret Ecclesia 494. Oratio recta Dei donum est, 261. Fiduciam habemus exaudiendos nos a Deo, quia Filio suo non pepercit pro nobis, 248. Oratio quæ non fit per Christum non potest delere peccatum, sed etiam ipsa fit ad peccatum 237. Peti a se cur Deus voluerit, quæ possit etiam non orantibus dare, 39. Etsi Deus sciat quid nobis sit necessarium, non propterea non orandum, 46. Quomodo petamus quæ accepimus, 37. Orare Deum, gratiæ spiritalis munus, 52. Deus justus sæpe postulata non tribuit quæ postulare donavit, 194. Quantumlibet pronciatur, semper donum Dei ad majorem profectum postulari debet, donec perfectum sit gaudium sine periculo amittendi, 255. Orationi locus aptus cor mundum, 345. Oratio donum Dei, 215. Deus incessanter orari debet, qui oranti adjutor est & testis, 297. Velociter exaudiri petit qui quæ Deus docuit peti concupiscit, 289. Orationes sanctorum odor incensi ad Deum tendentis, 295. In cordis secreto qui orat, in conspectu Dei orat, 296. Male usurus eo quod petit, Deo miserante non accipit, 349. Metuendum ne Deus quod possit non dare propitius, det iratus, *ibid.* Deus supplicantes pro necessitatibus hujus vitæ misericorditer audit, & non audit; postulantes quæ præcipit aut promittit semper audit, 333. 388. *Epigr.* 95. Peti a Deo debet quod ei placet, 502. Ecclesia pro omnibus orat, 494. Quod preces Ecclesiæ non exaudiantur pro omnibus, ad occulta Dei judicia referendum, *ibid.* Nihil boni esse a nobis, quando nec ipsa recta oratio, 531. Quid contra se petant qui Dei voluntatem non facientes dicunt in oratione Dominica, *Fiat voluntas tua*, 137. Deo secundum ipsius præceptum quotidie pro omnibus supplicatur, 505. Oratio prædestinationis certitudine non tollitur, 519. Quando Deus iratscatur mala poscenti, 336. Orandum pro omnibus in Ecclesia, nec ab obsecrationibus unquam cessandum, 520. Cito obtinentur preces quæ hoc petunt quod vult ille qui petitur, 215.

Oratio Christi in cruce sacrificium vespertinum, 294. Oratio Christi quam docuit, & qua quotidie interpellat pro nobis, 295. Christus ex persona suorum multa poscit personæ suæ non convenientia, *ibid.*

Origenes claret, 416. Perversa quædam libris admiscet, *ibid.*

Orosius historicus claret, 428.

Orpheus Thrax, 400.

Os cordis, unde sumunt verba ipsa principium exauditur, 289. Os invisibile hominis interioris affectus, 274. Os carnalia loquens mutum est: quia inde delectatur, unde confunditur, 288.

Ossa cur dicantur in Christi corpore fortiores, 215.

Ossa Andreæ & Lucæ 423.

Ossea fortitudo & patientia sanctorum insuperabilis secundis & adversis, 291.

Osee Propheta, 401.

Osias regnat, *ibid.*

Otho imperium occupat, & se interficit, 409.

Otium sanctum quærat dilectio veritatis, negotium justum suscipiat necessitas dilectionis, 329. De Deo meditandum in otio, ut in actione possit de eo cogitari, 333.

Ovidius nascitur, 406.

Ovis Christi ex parte inventa, adhuc quæritur, 269. Oves a Christo congregandæ non solum de Israele, sed etiam de Gentibus, 233.

P

Pacuvius Tragicus claret, 404. Pœnitentia quomodo in Deo, 232. Pœnitentia in Deo, conversio sententiæ, 280. Omnia invitant ad pœnitentiam, cum Deus electis per flagella consulat, 359. *Epigr.* 4. Non est consequens, ut Deus quibus pœnitentiam non dedit, respiscentiam abstulerit, 137.

Pœnitentium sessio & exaltatio, 290.

Paeonius martyr, 414.

Palladius primus Scotorum Episcopus ordinatur, 209. 432.

Pancratius Presbyter Romanus, 423.

Panis confirmans cor quis sit, 224. Panem Angelorum non manducaret homo nondum Angelis adæquatus, nisi panis Angelorum hominibus dignaretur æquari, 353.

Pantaenus Philosophus Christianus, 415.

Pantagathus Vir illustris Concilio Arausicano II. interest & subscribit, 446.

Pantheon extruitur, 410.

Parabola talentorum exponitur, 507.

Parthis regnat primus Arsaces, unde Arsacidæ, 404.

Parmenides Philosophus, 403.

Parvuli diabolo obnoxii, propter culpam originalem, 133. Æternæ eorum miseriæ, 514. Quæ gratia eis impensa, *ibid.* Parentum culpa perire quomodo dici queant, *ibid.* Eorum fides & infidelitas penes parentes, *ibid.* Parvuli non baptizati non possunt habere vitam æternam, quare, 28. Parvulorum sine baptismo decedentium æternæ miseriæ, 514. Ex parvulis statim post baptismum morientibus clarissime perspici gratiam non dari secundum humanæ voluntatis studia, sed secundum Dei beneplacitum, 74. ℣. 616. Eorumdem salutem non esse parentum meritis, nec damnationem demeritis ascribendam, *ibid.* ℣. 629. Quod maxime patet in geminis, quorum alter baptizatur, alter sine baptismo moritur sola Christi misericordia eos discernente, *ibid.* ℣. 637. Eadem misericordia

aliis tribui fidem, qua bene operentur, ac meritis augeantur usque in finem, *ibid.* ℣. 643. Immaturæ mortis parvulorum ratio, 513.

Paſcha 9. Kal. Maii celebratum, 435. Paſcha VIII. Kal. Maii celebratum a Leone ſtupendio pacis, pertinaci intentione Alexandrini Epiſcopi & Orientalium, 438. De hoc Epiſtolæ Leonis ad Marcianum datæ, quibus veritas patefacta, *ibid.* Quæſtio de Paſchatis die oritur, 415. Qui de hac ſcripſerint, *ibid.*

Paſchalis Cycli 84. annorum initium, 408.

PASCHASIUS Hiſpanus matyr pro fide, 433.

Paſſeres humiles fidelium, 273.

PATER principium & Filius principium, non duo principia, 241. Sicut nec duo duo dii, ſed unus Deus, *ibid.* pater quomodo agat ad Filium & per Filium, 352. pater quomodo vitam dederit Filio, 350. Quomodo pater Filium docuerit generando, 348. pater omnia gignendo dedit Filio, 351.

Patientia, pro Chriſto pati quis ſine magna charitate non poteſt, 59. Ut perduret uſque in finem patientia adjuvat Deus, 247. Ad eruditionem patientiæ noſtræ dicebat Salvator, *Pater, ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte &c.* 303. Deus patientes & mites vult eſſe ſuos, 219.

Patres-familias quo animo imperent, 329.

PATROCLUS in Herodis ſede pulſi locum ſubſtituitur, 430. patroclus occiditur, 431.

PAULILLUS puer pro fide ad ſervitutem damnatus, 433.

PAULINUS Nolanus epiſcopus, 50.

PAULINUS Galliarum Epiſcopus fidei cauſſa exſul, 423.

PAULINUS Treverorum Epiſcopus exſul moritur, *ibid.*

PAULINUS XXII. Epiſcopus Antiochiæ, 421.

PAULUS miles acerrimus, & defenſor invictiſſimus gratiæ, 32. paulus Apoſtolus apud Felicem perorat, 408. Excellentiſſimus gratiæ prædicator, 502. Ejus ſententia, *Qui eſt Salvator omnium &c.* explicatur, 517.

PAULUS Samoſatenus XV. Antiochæ Epiſcopus, 418. pauli Samoſateni hæreſis, *ibid.*

PAULUS Conſtantinop. Epiſc. ſtrangulatur, 422.

Pauper & mendicus ante Deum humilis, 235. pauperes humiles & ſancto deſiderio ſuſpirantes, 294. pauperes voluntarii a divitibus Chriſtianis ſuſceptis, neceſſariis ſolatiis adjuvantur, 224. petram Chriſtum ſequentes, *ibid.*

Paupertas non metuenda, nec divitiæ æſtimandæ, 452. ℣. 109. paupertatis nomen unum, non eadem mens pauperum, 525.

Pax cum Gothis, 426. pax quæ eſt a Deo non bene quieta eſt, ſi non diſcordet a mundo, 519. pax ſuper ipſum eſt, cui Deus ſemper placet, & in nullo ab ejus voluntate diſcordat, 274. Ibi nulla neceſſitas, ubi juſtitiæ cibus eſt in epulis, qui fuit in deliciis, 306. perpetua juſtitiæ præmia cur paci nomine exprimantur, 277. pax domeſtica in quo ſita ſit, 329. pax Chriſti omnis piæ intentionis, actioniſque perfectio, 351. pax plena non eſt in hac vita, 330. pax a Deo qualiter quæratur, 331.

Peccatum. In malorum poteſtate eſt peccare, ut autem hoc vel hoc illa malitia faciant in ſolius Dei, 30. peccata quædam ſunt, quæ ita peccata ſunt, ut pœnæ etiam ſint peccatorum, 26. peccatum nullius ſubſtantiæ eſt, 273. In peccatum impellere opus non Dei ſed diaboli, 124. peccata opera diaboli, 278. Deus peccata non prædeſtinat, ſed pœnas peccatis debitas, 135. peccati non eſt auctor Deus, ſed naturæ, peccatum autem contra naturam eſt, 134. peccatum ipſum malum eſt, non ſubſtantia quæ peccando diligitur, 354. Omne peccatum quomodo dicatur mendacium, 328. peccatum non eſt natura ſed vitium naturæ, & ſolum non factum per Verbum, 335. 389. *Epigr.* 97. peccatum eſt vitium naturæ in appentis, quod non eſt ordinis ſui, 334. Omnes prima tranſgreſſione diabolo captivati, a Chriſto redempti ſumus, 288. pars quæ captivatoribus volens ſervit præbet ſe miniſtram ad impugnandos redemptos, *ibid.*

Peccati originalis & mortis transfuſio, 447. Originalis peccati certum argumentum miſeria humani generis, 339. Originale peccatum parentes quidam aggravant, quidam relevant, ſolus Chriſtus tollit, 343. Sicut Baptiſmus ita & Circumciſionis lex, arguunt omnes in Adam damnationi obnoxios naſci, 528. Quid remanſit in homine poſt peccatum, 195. Egregia caſus hominis deſcriptio, peccati originalis trajecto, mentis cæcitas, 93. ℣. 575. peccati originalis effectus, 489. per peccatum Adæ non corpus ſolum, ſed animæ libertas læſa, 441. Quæ homini remanent poſt prævaricationem mortalem vitam honeſtare poſſunt, æternam conferre non poſſunt, 194. peccatum originale pertinet ad corporis tempus, 27. peccatum Adæ non ipſi ſolum nocuit, ſed in poſteros peccatum cum morte tranſudit, 441. Quomodo baptizatus originale peccatum trajiciat quo caret, 342. Ante reconciliationem Chriſti, nemo niſi peccator & impius, 512. Omnes in peccato natos a ſalute alienos eſſe, niſi in Chriſto renaſcantur, 527. peccatum originale negant Manichæi, 42. peccatum originale etiam a nonnullis hæreticis agnitum, 27. peccato originali per Dei judicium non ſoluto, aut per Dei gratiam ſoluto, cum moriuntur infantes, aut merito regenerationis tranſeunt ex malis ad bona, aut merito originis tranſeunt ex malis ad mala, *ibid.* Dupliciter intelligi poſſunt poſteri cum patribus ſuis tanto antiquioribus peccaſſe, 230. Omnes ſub peccato, & omnibus redemptio ſanguinis Chriſti innotuit, 511. Nemo ante reconciliationem quæ per Chriſti ſanguinem facta eſt, non peccator aut impius, 511. Nemo in hac vita ſine peccato, 297. In toto mundo hæc ſupplicatio convaleſcit, *Dimitte nobis debita noſtra*, &c. 295. Quomodo verum quod nemo ſine peccato ſit, & quia qui natus ex Deo peccatum non facit, 531.

Peccatis minutis hiſpidi hericiorum nomine ſignificati, 224. Et ipſi a Chriſto ſuſcipiuntur *ibid.* Omnia peccata, quantalibet fuerint, dimitti in baptiſmo, 332. peccata amore non timore vitanda, 325. Qui timore non peccat ſola reus eſt voluntate, *ibid.* peccata remittentes proximis propria ſolvunt, 370. *Epigr.* 38. peccata confitenda, non excuſanda, aut ad neceſſitatem naturæ retorquenda, 295. Quidam peccata doctius defendentes, & de tali defenſione gloriantes, *ibid.* peccata ſua ſiderum influxibus deputantes refelluntur, 469. ℣. 624. peccata ſua divinæ providentiæ, non ſibi tribuentes refelluntur, 468. ℣. 550. peccata præterita qua cautela recogitanda, 333.

Peccatorum nomine qui ſoleant intelligi: cum illud nec juſti a ſe exiſtiment alienum, 277. Licet juſti non ſint abſque peccato, Scriptura tamen non levium culparum homines hoc nomine appellare conſuevit, 231. Quos Deus omnes peccatores diſperdet, niſi perſeverantes in peccatis, 303. Omnis peccator inexcuſabilis, 343. Omnis peccator juſte puniendus, quia non Dei, ſed ſuam executus eſt voluntatem, 135. Nullus niſi tranſgreſſione peccator eſt: quia etiam quem non condemnat littera, arguit conſcientia, 264. Cur Deus laborare ſinat peccatores in viis ſuis, 290. De peccatoribus non eſſe deſperandum, 331. 387. *Epigram.* 92.

PELAGII ortus, ſocii, & errores, 430. pelagius apud Orientalium Epiſcoporum Concilium damnate compulſus eos qui dicerent, *Gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari*, 184. pelagius innumeros ſeduxiſſet, ſi doctrinæ ſuæ poculum aliquo melle præliviſſet: nam dum errores ſuos initio minus obtexit, pleroſque ab iis deterruit, ipſa eorum deformitate, 102. 103. ℣. 806. pelagius vocatur coluber Britannus, 70. ℣. 2. pelagii dogmata, *ibid.* ℣. 1.

pelagius quid ſenſerit de mortalitate primorum hominum, 71. Verſ. 5. De peccato originali, *ibid.* Verſ. 9. *& ſeqq.* Adam imitatione non propagatione poſteris nocuiſſe, *ibid.* Verſ. 12. Poſſe hominem, ſi velit, ad virtutis culmen aſcendere, *ibid.* Verſ. 13. Quid de baptiſmatis effectu, *ibid.* Verſ. 24. Omnibus offerri gratiam, modo baptizari velint, recuperatamque quæ ſponte peccando amiſſa erat innocentiam, libertate ſervari, 72. Verſ. 29.

pelagii doctrinam quam fortiter Eccleſia rejecerit, *ibid.* Verſ. 33. *& ſeq.* Sedes Apoſtolica quomodo prima hanc peſtem reciderit, *ibid.* Verſ. 39. *not.* Orientales Epiſcopi, *ibid.* Verſ. 42. Synodus Paleſtina etſi erga pelagium forte benignior, ad errores tamen damnandos eum adegit, *ibid.* Verſ. 44. *& ſeq.* pelagius ficto pectore abnegavit errores, 72. Verſ. 51. Pelagius illa verba, *Da quod jubes, & jube quod vis*, ferre non potuit, 49. Damnationis ſuæ timore, gratiam ſecundum merita dari damnavit pelagius, 43. pelagii dogmata, 528. Dogma pelagianum, 515. pelagiani prava interpretatio loci S. pauli, *Qui cœpit in vobis opus bonum*, Philip. 1. 6. 502. Ex ipſo Apoſtolo refellitur, *ibid.* Ante multos annos contra ea quæ futura erant pelagianorum venena antidotum a Cypriano præparatum, 37. pelagiani negant originale peccatum, 499. pelagianorum dogmata, 527.

pelagianis ab Innocentio damnatis, Auguſtini maxime ſcientia reſiſtebatur, 430. Epheſo ejecti pelagiani, 74. Verſ. 68. pulſi e Sicilia, *ibid.* Verſ. 69. pelagiana hæreſis Africanorum præſulum ope potiſſimum debellata, *ibid.* Verſ. 72. Geminum Africanorum Concilium, ubi damnati pelagiani, eorumque artes omnes diſcuſſæ, *ibid.* Verſ. 77. pelagianorum oratio, qua poſtulant ſic de ſe judicare, ut vel in Eccleſiam recipiantur, quodque docent Semipelagiani docere permittantur, vel etiam illi una ſecum foras pellantur, 79. Verſ. 196. pelagianæ hæreſeos caput, Gratiam ſecundum merita dari: & ſi quando gratiam neceſſariam confitetur, meritis eam humanæ voluntatis enervat, 140. pelagianus error ſi vel in minima ſui parte admittatur, ex toto reſurgit, 210. pelagianorum omnium errorum nequiſſimus, & ſubtiliſſimus, *Gratiam ſecundum merita dari*, 56. pelagianorum primus error, gratiam negare; tum vero ſubdole confiteri, *ibid.* pelagianorum error, juſtos omni peccato carere, 38. pelagianæ hæreſeos tria præcipua capita, 37. pelagianorum objectiones fere naſcebantur ex eo quod peccatum originale non confiterentur, 134.

pennæ animæ geminæ charitatis præſidia, 291.

peregrinus quis ſit, 254.

perfectioni hujus vitæ semper addendum, 324. Nihil perfectius postulari potest, quam multiplicari in virtute, 324.
perfectis etiam in hac vita vetustatis labores tolerandi, *ibid.* perfecti his qui injuriam fecerint misericordiam magis optant quam vindictam, 219. perfectum & imperfectum quomodo se dixerit Apostolus, 343.
Perpetuae & Felicitatis martyrium, 416.
persecutio prima Neronis, 409. Secunda persecutio Domitiani, 410. Occiditur, *ibid.* Tertia persecutio sub Trajano, 411. Quarta persecutio, 414. Quinta persecutio, 416. Sexta persecutio Maximini, 417. Septima persecutio sub Decio, *ibid.* Octava persecutio Valeriani, *ibid.* Nona persecutio, 420. persecutio extrema in fine mundi, 224.
persecutionibus aucta Ecclesia, non extincta, 251. Inter persecutiones calumnantium patientia a Deo petenda, 266. In persecutionibus quæ cavenda, 297. persecutiones regum quid præstiterint imitatoribus Christi, 511. Salva fit a persequentibus anima, si eis non consentiatur ad malum: non autem consentitur, cum Dominus adsistit, 240. Bona persecutio quæ, 214. Vivi absorbentur, qui metu persecutionis consociantur impiis, aut fidem intus retinentes, adquiescunt idolorum culturæ, 273. Muscipula erant promissiones persecutorum, scandala exempla lapsorum, 296. Inter persecutiones piorum charitas non frigescit, & a mandatorum Dei exercitatione non desinit, 260. Christus persecutionem falsorum fratrum & falsorum filiorum in se & in suis sustinet, 297. Christo infertur quod membra ejus patiuntur, *ibid.*
perseverantia donum Dei, 121. Misericorditer datur quibusdam, juste non datur aliis, *ibid.* perseverantia non datur nisi prædestinatis, 40. perseverantia sibi concessa nemo non perseverat, 38. Concesso sibi Dei dono ne inferatur in tentationem, nemo sanctorum est qui non teneat usque in finem perseverantiam sanctitatis, *ibid.* Utrum quis acceperit perseverantiam incertum est quamdiu vivit, 39. Cur non perseveraturos perseveraturis miscet Deus, 44. perseverantia martyrum difficilior, 37. perseverantia quæ est donum Dei, est perseverantia usque in finem, 36. perseverantia petitur in oratione Dominica, 37. perseverantiam postulant sancti, 38.
perseverantiæ donum precibus obtineri potest, sed cum datum fuerit, amitti non potest, *ibid.* An perseverantia possit amitti, *ibid.* An ideo perseverantia potest amitti, quia voluntate sua quisque deserit Deum, ut merito deseratur, 39. 40. perseverantia donum Dei, 36. 37. 46. 48. Hoc agnovit ante Augustinum Cyprianus, 50. Deum dare perseverantiam ad fidem pertinet, 37. De qua perseverantia inter Theologos disputetur, *ibid.* perseverantia in bono sanctis a Deo semper petenda, 443. perseverantia donum Dei, 59. perseverantia est Dei donum, 517. A provectioribus etiam petenda, *ibid.* perseverantia est a Deo, 502. Quid sit, 503.
perseverare est tentatione non vinci, 503. perseverari in eo non potest quod non toto corde diligitur, 508.
Pertinacis modestia, 415. Occiditur, *ibid.*
Petronius moritur, 427.
Petrus præcipuus discipulus, 516. Etiam in passione mutabilis, *ibid.* Petri fides ardentissime in tentationibus defecisset, nisi pro eo Dominus supplicasset, 59. In Petro demonstratur liberum arbitrium nihil posse sine gratia, *ibid.* Cur permissus periclitari, 59. Petrus multis lacrymis se accusavit & lavit, ut principem suum Ecclesia, non negationis, sed pœnitentiæ imitatione sequeretur, 349. Petrus etsi martyrii avidissimus, adepturus tamen denuntiatur victoriam passionis non sine tentatione formidinis, 516. Petri trina negatio, *ibid.* Petri cor non humanis, sed divinis oculis Christus convenit, *ibid.* Fides Petri defectura, nisi Christus pro eo orarget, *ibid.* Petrus Apostolus fundata Antiochiæ Ecclesia Romam venit, ubi prædicat, & perseverat, 408. Petrus & Paulus in persecutione Neronis occumbunt, 409.
Petrus XVI. Alexandriæ Episcopus, 420. Martyr occumbit, *ibid.*
Petrus Marcellinus Felix Liberius præfectus prætorii Galliarum & patricius interest & subscribit Arausicano Concilio, 446. *V.* Liberius.
Pharao dissipatio, 283.
Phaedras & Hipolytus, 400.
Philagrius Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 445.
Philetus X. Antiochiæ Episcopus, 416.
Philippopolis in Achaia ædificatur, 417.
Philippus Rex Syriæ a Gabinio captus, 405.
Philippus XXIV. regnat, primus ex Imperatoribus Christianus, 417. Philippum filium consortem regni facit, *ibid.* Philippus uterque interficitur, *ibid.*
Philogonus XXI. Episcopus Antiochiæ, 421.
philosophi a consummatione impudicitiæ abstinentes, desideria & concupiscentiam non excudebant, 165. philosophos non talem qualis a nobis exigitur castitatem assecutos esse, *ibid.* In his portiuncula castitatis, *ibid.* perfectam vero ac perpetuam puritatem nec cogitare potuerunt, *ibid.*
Phinees Sacerdos adulteros interficiens, hoc totius populi charitate fecit, ideo Deo acceptus, 231. phinees pontifex Hebræorum, 400.
Phorbas Rhodum obtinet, 400.
Photinus, a quo photinianum dogma, moritur, 425. photinus pauli Samosat. hæresis adsertor vehementior: a quo photinrani, 418. Baptizari jubentur a Synodo Nicena, unde credendum eos regulam baptismi non habuisse, *ibid.*
photinianorum error de Christi incarnatione, 52.
pietas vera in quo sita sit, 489. pietatis officia in hac vita, 341. 388. *Epigr.* 96. Quod attinet ad pietatem non sumus idonei cogitare aliquid tamquam ex nobis, 44. Omnes pii despiciuntur ab impiis tamquam stulti, quæ despectio in ipsos aliquando retorquebitur, 272. 319. 368. *Epigram.* 32.
Pilatus Judææ procurator, 407. pilatus seditionibus semina præbens, 408. pontii pilati mors funesta, *ibid.*
Pinytus Cretensis vir eloquentissimus, 414.
Pius IX. Romæ Episcopus, 413.
placere Deo ad plenum non potest qui adhuc est in regione mortalium, 248.
Placidia nubit Constantio, 430. placidia Augusta in Orientem se recipit, 431. placidiæ & Valentiniani de Joanne Victoria, *ibid.* placidia Augusta moritur, 436.
plagæ Ægypti nec omnes, nec eodem ordine commemoratæ in psalmis, quo in Moyse, 229.
Plato, 403.
plebis multitudo jumentorum & pecorum nomine significata, 306.
Plinius secundus de Christianis scribit ad Trajanum, 411. Ejus mors apud Vesuvium, *ibid.*
Plotius Gallus primus Romæ Rhetoricam Latinam docet, 405.
Plutarchus Philosophus, 409.
Pluvia Romanis & fulmina in eorum adversarios cælitus missa orationibus Christianorum militum, ex testimonio Aurelii Imperatoris, 414. 415.
Pœnam Deus convertit ad disciplinam, & humiliationem ad eruditionem, 259.
Polycarpus Romæ multos ab hæresi convertit, 413. Polycarpi martyrium, 414.
Pompejus nascitur, 405. Cn. pompejus Jerosolymam capit, Judæosque vectigales Romanorum facit, *ibid.* pompejus Imperator appellatur, Lusitaniam & alia capit, *ibid.* pompejus victus a Cæsare, occiditur, *ibid.*
Potentia. Super omnem potentiam excellit omnipotens, 283.
Possibilitas. Omnem hominem Adam peccante naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, e qua ruina nisi per gratiam non possit surgere, 156.
potestas verbi non solum præsidentibus, sed omnibus discipulis veritatis qui possunt arguere errantes data est, 309. Justo judicio datur peccatoribus potestas qua sanctos persequantur, 258. 318. 365. *Epigr.* 23. potestates omnes Deo subjectæ, humanæ vero aliæ aliis, 330.
preces. publicæ preces feria sexta hebdomadæ sanctæ fieri solitæ per totum orbem ex traditione Apostolica, 158.
prædestinare quid sit, 46. prædestinari neminem ad malum, 445. prædestinati ex Judæis, 30.
prædestinatio & gratia quid differant, 26. prædestinationis judicia quam inscrutabilia, 42.
prædestinatio per Apostolos prædicata, ab Augustino contra novos hæreticos defensa, obedientiam non tollit, 49. A prædicatione fidei & obedientiæ non prohibet, 45. Sicut ille quem castum futurum esse præscivit Deus, quamvis id incertum habeat, agit ut castus sit: ita ille quem castum futurum prædestinavit, quamvis id incertum habeat, non ideo non agit ut castus sit, quoniam Dei dono se audit futurum esse quod erit, 46. prædestinationis doctrina utilitati prædicationis non est adversa, 44.
Prædestinationis hujus fidem, quæ contra novos hæreticos nunc defenditur, numquam Ecclesia Christi non habuit, 51. prædestinationi contradicere vel de prædestinatione dubitare, nimiæ contentionis est, 50. Quæ contra prædestinationem objiciuntur, contra præscientiam possunt objici, *ibid.* prædestinatio Dei etsi apud nos in hac vita incerta est, apud Deum incommutabilis, 136. prædestinatio Dei nullo modo ex filiis Dei facit filios diaboli, &c. sed contra, *ibid.*
prædestinationis illustrissimum exemplum Christus Jesus, 29. 52. prædestinatio in Christo maxime claruit, 29. Christi & membrorum ejus prædestinatio non ex præviis meritis, *ibid.* promissio facta Abrahæ de fide gentium in ejus semine, de prædestinatione Dei facta est, non de nostræ voluntatis potestate, 26. prædestinatio prædicanda, 49. Quomodo prædicanda, 46. Et quando, 45. prædestinationis prædicandæ ratio incommoda & inepta, *ibid.* prædestinationis prædicandæ formula odiosa & vitanda, 51. prædestinatio quomodo citra offensionem prædicanda, 50. Non solum prædicatione prædestinationis ab opere salutis non impeditur

prædeſtinatus, verum ad hoc adjuvatur, 46. Non profuit Tyriis poſſe credere, quia non erant prædeſtinati: non obfuiſſet Judæis non poſſe credere, ſi fuiſſent prædeſtinati, 44. Merito Deum voluiſſe ut nos lateret divinæ prædeſtinationis arcanum, quamdiu in hac vita ſumus, 88. ℣. 748. Nec prædeſtinationis nomine fatum prædicandum, nec fati nomine veritas prædeſtinationis infamanda, 118. Fati opinio una & falſa, prædeſtinationis fides certiſſima. *ibid.*

Prædeſtinatio certa, 45. Immobilis veritas prædeſtinationis, 30. De prædeſtinatione alicujus nihil certi poteſt ab altero aſſeverari, 44. Prædeſtinatio nec libertatem, nec ſtudium orandi tollit, 520. Prædeſtinatio, 39. Prædeſtinatio quid, 44. Prædeſtinatio præſcientiæ interdum nomine ſignificatur. 48. Prædeſtinatio & præſcientia, *ibid.* Prædeſtinatio quid, 144. Prædeſtinationem nullus catholicus Chriſtianus negat, 118. Ut differat a fato, *ibid.* Scripturæ auctoritate munitur, *ibid.* Prædeſtinatio non eſt ex meritis, 495. Ex parvulis gratuita probatur, 496. patienter ferenda occultatio myſterii prædeſtinationis, 61. Prædeſtinatio non neceſſitat ad bonum aut malum, 120. Prædeſtinatio Dei ſemper in bono eſt, 125.

Prædicatio & prædeſtinatio ſe invicem non impediunt, 44. Quinam prædicationem veritatis obedienter audiunt, 45. Prædicatio non negligenda, etſi Deus det incrementum, 269. Prædicatio veritatis bonus Chriſti odor; quibus in vitam, quibus in mortem, ſive eam loquentibus, ſive audientibus, 348. Verbo & opere prædicare, 226.

Prædicatores veritatis nubes, a quibus vinea Domini fecundatur, 221. Prædicatores magni montes, qui de humilitatis convallibus aquas veritatis emittunt, 222. Prædicatores veritatis nihil ſibi quaſi proprium vindicent, nec inter eos ſit diſcordia, & ſocietas charitatis faciat unum & commune quod profluit, *ibid.* Prædicatoribus verbi & præſidentibus præbenda neceſſaria, 223. Cæli ſunt prædicatores veritatis, per quos mundo innoteſcit coruſcatio Evangelii, 300. Prædicatoribus Evangelii quomodo Chriſtus ſe adfuturum promiſerit, 504. Non ſinceri prædicatores Evangelii ſibi miniſtrant non Chriſto, 215. Omnis devotus Evangelii prædicator comparatus pelicano, nicticoraci, & paſſeri, 216. Chriſtus maxime, *ibid.*

Præſcientia Dei & voluntas quomodo differant, 124. Præſcientia Dei ad bona & mala extenditur quomodo, *ibid.* Præſcientia & prædeſtinatio diſcerni debent, 125. 128. Prædeſtinata eadem ſunt præſcita, non omnia præſcita ſunt etiam prædeſtinata, 125. Præſcientia Dei neminem peccare compellit, ideo juſte punit peccantem quem peccaturum præſcivit, 353. Præſcientia Dei non eſt cauſſa peccatorum præſcitorum, 509. Præſcivit Deus beneficia ſua quibus nos dignatur liberare, 144. Præſcientia neceſſitatem non intulit, etſi falli non poſſit, 125. Præſcientia Dei non eſt incerta, nec conſilium mutabile, nec inefficax voluntas, nec falſa promiſſio, 491. præſcientia ſine prædeſtinatione, non ſine præſcientia prædeſtinatio, 26.

Præſumptio & deſperatio malæ, 290. Non præſumendum cuiquam de innocentia, 298.

Præextatus Epiſcopus Concilio Arauſicano II. ſubſcribit, 446.

prævaricatores. Omnes peccatores prævaricatores dicuntur propter legem naturæ, 264. Parvuli tales etiam deputantur propter originale peccatum, *ibid.*

presbyteri dignitate ſubjecti Epiſcopis, 150.

Priamus rex poſt Laomedontem, 400.

Primus Alexandriæ IV. Epiſcopus, 411.

Principius Epiſcopus Concilio Arauſicano II. ſubſcribit, 445.

Prisca & Maximilla inſanæ vates Montani, 414.

Priscillianus hæreſiarches, 426. Priſcillianus ad Imperatorem provocans, plectitur a Maximo cum aliis ſui aſſeclis, 427.

Prius & poſterius ad opera Dei non ad Deum referenda, 327.

Probus XXXII. regnat, 418. Occiditur, 419.

Probus Hiſpanus martyr pro fide, 433.

Procas Sylvius rex Latinorum, 401.

Procopius tyrannus exſtinguitur, 424.

prodigus filius Gentium forma, 299.

S. Pomponius Bononienſis, 405.

Pontianus XVII. Romæ Epiſcopus, 417.

populus quem Deus ſubdit ſive Chriſto, ſive cuique Chriſtiano, 299.

M. Porcius Cato Stoicus Philoſophus, 405.

Porricides hiſtoricus, 403.

Possidius Africanus Epiſcopus, 433. A Geiſerico perſecutionem paſſus, *ibid.*

profectus & perſeverantia a Deo ſunt, 502. profectus in juſtitia a Deo petendus, 255. Sunt tam ſublimes juſtificationes, ut hi qui experti non ſunt, putent ad eas humanam infirmitatem non poſſe pervenire, *ibid.* In bono ſemper proficiendum, 335. 393. *Epigr.* 106. Quiſque proficit ſicut Deus donat, 505. Mens proficiens cordis aciem dirigit quo pervenire deſiderat proficientium aſcenſione virtutum, 272.

profunda. Multa profunda miſeriarum hujus vitæ, 278. Hæc ſentiunt & de his clamant ad Deum qui perfecti ſunt, his demerguntur qui his delectantur, *ibid.*

Prohaeresius Athenienſis ſcholam deſerit, 424.

prolepſis, id eſt, anticipatio, in Scripturis, 228.

promiſſiones Dei bene ſuſtinet qui mandatum ejus exſequitur, nec fruſtra ſperat parcendum peccatis ſuis, qui ignoſcit alienis, 278. Subſtantia ſpei noſtræ Chriſtus, *ibid.* Fundamentum promiſſionum Dei Chriſtus, 267. Dei promiſſionum ſecura expectatio, quia quæ promittit, ipſe facit, 372. *Epigr.* 45.

Prophetae Gad, Nathan, Aſaph, 401. prophetæ Abdias, Jenozias, Micheas, *ibid.* prophetant Achias, Sameas, Jemoded, Azarias, qui & Addo, & Anani, *ibid.* prophetæ etiam ad alias gentes præter Iſraeliticam miſſi, 465, ℣. 441, prophetæ myſteria futura noverunt, 512.

prophetia lucerna erat in tenebris ambulantibus, 281. Prophetiæ auctoritas non humana eſt, ſed divina, 275. prophetiæ David aliter intelligi, quam ab Apoſtolis ſunt intellectæ non poſſunt, 143. prophetiarum implendarum certitudo, 333. De hoc non dubitandum quod licet hiſtoria ſacra prætermiſerit, propheta non tacuit, 228. 232. Libera eſt prophetica laudatio a lege narrationis hiſtoricæ, 229.

propoſitum. Quod Dei propoſitum admittant quidam Semipelagiani, 6. Caſſiani ſententia de propoſito Dei circa ſalutem hominum, quos gratiæ Dei donum aliquatenus prævenire docet, 166. Omnes a Deo vocari defendit, *ibid.*

Prosper Auguſtino facie ignotus, animo compertus & ſermone, 5. proſper ex doctrina Auguſtini Semipelagianis reſiſtit, 16. Quæſtiones proponit, quibus velit reſponderi, 8. proſper vir moribus, eloquio & ſtudio clarus, 16. Dignus notitia Auguſtini judicatus, *ibid.* proſper meliora in poſterum de Auguſtini contradictoribus ſperat, 58. Quo Dei conſilio ſinantur diutius errare, *ibid.* proſperi tempore multæ gentes primum gratiæ participes, aliæ nullum odorem boni iſtius attigerant. 61. Eumdem aut alium, cum jam ſcriptum ejus ſerpere diceretur, ſuſpicionibus onerat, ipſique egregiam a ſancto Doctore refutationem promittit, 111. proſperi fama objectionibus calumnioſis a malevolis & invidis palam. traducta, 131. Has cum ſimplici anathematis ſubſcriptione refellere poſſet, ſuſpiori ſenſus ſuis & fidei quam ex Apoſtolicæ ſedis auctoritate defendebat expoſitione, earum auctores confundit, *ibid.* proſper excerptis presbyterorum Genuentium ſatisfacit, ex ipſis libris unde illa ducta fuerant, 139. proſper & Hilarius calumniis presbyterorum quorumdam fatigati ad Apoſtolicam ſedem recurrentes, 149. proſper collationum auctori reſiſtebat, 505.

proſperitatis & adverſitatis uſus diverſus in bono & malo, 320. 374. *Epigr.* 49. Amans deceptiones ſuas, & gaudens falſis proſperitatibus ſæculi, veris periculis demergitur inferni, 248.

protectio Dei ſuper populum Iſrael videbatur dicere gentibus, *Nolite tangere Chriſtos meos, &c.* hoc agente Deo in cordibus alienigenarum ut electi Dei eſſent illæſi, 227.

providentia. Exempla providentiæ Dei erga homines ante legem, 463. ℣. 305. Exempla providentiæ Dei in lege, *ibid.* ℣. 413. Lex naturalis omnibus innata, *ibid.* ℣. 419. Non in ſola gente Iſraelitica effectus providentiæ Dei, *ibid.* ℣. 442. providentia Dei querelis hominum impetitur, 457. ℣. 20. providentia Dei nec populum Iſrael ſub dura regis Ægyptii ſervitute reliquerat, 464. ℣. 377. providentia Dei cum ſit immutabilis, mutabili creaturæ varie ſubvenit, ut ars medicinæ eadem manens mutat præcepta languentibus, 354.

providentia Dei erga omnes nationes, 488. providentia Dei ab æterno omnia ſimul continet, 319. 371. *Epigr.* 41. Deo providentiam negantes ſeipſos in ſortem ſeratum redigunt, 461, ℣. 199. *& ſeq.* Naturæ ſuæ & promiſſorum Chriſti obliti, *ibid.* Deus omnibus animantibus præſtat alimoniam: ſed hominibus non terrenum tantum, ſed & ſpiritalem cibum; quem hi accipiunt qui deſiderant, 304. Omnia Dei providentia & bonitate ſubſiſtunt, 298. Curſus temporum & ſiderum ſtabilis argumentum eſt Dei providentiæ, 471. ℣. 728. Deo nec poteſtas deeſt nec voluntas providendi homini, 461. ℣. 195. Quæſtiones univerſæ contra providentiam Dei invictiſſime reſolvuntur, ſi intelligatur inter præſentis vitæ inæqualitates, nec a juſtitia miſericordiam, nec a miſericordia abeſſe juſtitiam, 214.

pruina ſignificat cæleſte beneficium, quo concupiſcentiæ marceſcunt, 261.

pſallere coram Angelis eſt ſpiritaliter pſallere, 289.

pſalmi 104. & 105. conjuncti, ut in uno commendetur populus Dei in electis, in alio in iis qui amaricaverunt, ſed converſi veniam precantur, 229.

pſalterium decachordum decem præcepta legis, 300. pſalterii & citharæ differentia, & ſignificationes, 310.

pſeudo ſynodus Seleuciæ, 423. pſeudo-ſynodus Ariminenſis, *ibid.*

PTOLEMÆUS Lagi filius primus potitus regno Alexandrinorum, 403. Judæam capit, & Judæos captivos abducit, *ibid.*

PTOLOMÆUS philadelphus, 404. Judæos liberos dimittit, & Scripturas per LXX. Interpretes transferri curat, *ibid.* Bibliothecam ampliſſimam ſibi comparat, *ibid.*

PTOLEMÆUS Evergetes, 404.

PTOLEMÆUS philopator regnat, *ibid.*

PTOLEMÆUS Epiphanes, *ibid.* Judæam capit, *ibid.*

PTOLOMÆUS philometor, *ibid.* Ptolemæo judicante Judæi Samaritas de templo contendentes vincunt, *ibid.*

PTOLEMÆUS phyſcon, qui & Soter, 405.

PTOLEMÆUS Alexander, *ibid.*

PTOLOMÆUS Cleopatræ filius, *ibid.*

PTOLOMÆUS Dionyſius, *ibid.*

PUERORUM nomine non ætas infantium, ſed animorum humilitas compellatur, 244.

PUPILLI & orphani & viduæ quorum Deus adjutor, 304. Anima quæ in temporalibus non fidit, ſed mundi iſtius peregrina eſt, merito pupilla appellatur & vidua, *ibid.*

PURITAS animi ab invitis non amittitur, etiam corpore oppreſſo, 320. 374. *Epigr.* 51.

PYTAGORAS philoſophus, 402.

Q

QUADRATUS diſcipulus Apoſtolorum Apologiſta noſter, 412.

Quærere. Tum recte quæritur Deus, ſi non per ipſum alia, ſed per omnia ipſe quæratur, 252.

Queri. Impie queruli puniendi, 274.

Quies hujus temporis quo pretio comparanda, 525.

QUINTILIANUS rhetor claret, 410.

QUINTILLUS Auguſtus appellatur, mox occiditur, 418.

QUIRINUS Sciſcianus Epiſcopus & martyr, 420.

R

RADAGAISUS ſuperatus & captus, 429.

Raptus Enoch & Eliæ mortis metum & ſpem reſurrectionis docuit, 463. ℣. 321.

Rectus quis, 322. Recti corde de præceptis Dei aut conſtitutionibus non queruntur, nec varietate rerum temporalium depravantur, 274. 319. *Epigr.* 35. Deus dat recta ſapere & velle, 492.

Reges & potentes mundi niſi Deum timeant, quem timebunt? 309. Aliquo modo tamen prædicatione Evangelii vinciuntur, *ibid.*

Regnum Dei omnis pulcritudo creaturæ, quia diverſorum ipſe eſt auctor & dominus: regnum Dei ſpecialius nominantur inviſibilia bona, quæ ex decore viſibilium intelligitur quantum excellant, 303. Quod Dei regnum expectatur, *ibid.* Regnum Chriſti ut hominis incipit a Chriſtianis, & non habet finem, 240. Incœpit ab Jeruſalem, *ibid.* Regnum Chriſti quotidie fieri videmus, *ibid.* Regnum cælorum conſtat omnes ingreſſuros bono, donante gratia; & nullos malos, merente nequitia, 61.

Regni Alexandrinorum initium, 403.

Relapſi non puniuntur propter remiſſa ſibi peccata, ſed propter poſtrema, 118. Relapſi & ſine correctione deficientes, non neceſſitatem pereundi habuerunt, quia prædeſtinati non ſunt; ſed ideo prædeſtinati non ſunt, quia tales futuri præſciti ſunt, 119. Quod ante quam caderent ab hac vita non ablati, ad occulta ſed juſta Dei judicia referendum, *ibid.*

Reliquiæ primi ſtatus. Si quid homini ſuperſit ex priſtini ſtatus reliquiis, falſo id putat ſanum, atque hinc ſolum ſuperbiendi materiam arripit, 103. ℣. 862. Neque ex illis reliquiis ad veram vitam umquam perduci poteſt, 104. ℣. 876.

Remiſſionem peccatorum petens diſpliceat ſibi, 331.

REMPHAM ſidus adoratum, & cultus ſolis ac lunæ magna pœna vindicatum in Iſraelitis, 470. ℣. 672.

Reprobatio ex præſcriptis demeritis, 136.

Reprobi ſunt qui verum quod credunt non loquuntur, aut qui verum quod loquuntur non credunt, 249.

Requies Dei & noſtra quæ ſit, 339. Dei requies qua nullius indiget bono, *ibid.* Requies animæ in hac vita quæ ſit, 248. 317. *Epigr.* 14. Requies longa brevis laboris merces, 451. ℣. 44.

Reſpondere. Quomodo reſpondendum calumnio e interrogantibus, & non veritatem diſcere, ſed credentium corda turbare volentibus, 288.

Reſurrectio Chriſti ſpei noſtræ fundamentum, 278. Reſurrectio Chriſti non credita aut intellecta, 298. Reſurrectio etiam regeneratio nuncupatur, 301.

Retributiones Dei non ſecundum merita humana ſunt, 218. Retributiones quatuor, quarum duæ ad juſtitiam pertinent, tertia ad miſericordiam, quartam Deus neſcit, primitus vero neceſſaria tertia, qua bona pro malis retribuit Deus, 254. 317. 363. *Epigr.* 16. Tempus retributionis deſiderio ſuo prævenit, qui promiſſa Dei vigilanter expoſcit, 267.

Rex eſt qui corpori ſuo ſcit imperare, 335. Rex peccati in aquis perit, 286.

RHODUS concuſſa, Coloſſus ruit, 404.

ROBOAM quot annos regnarit, 401.

ROMA. Imperii Romani amplitudo Eccleſiæ ſervit exordiis, 512. Arx religionis, & principatum habet Sacerdotii, *ibid.* Romana ſedes approbando Concilia aliarum Diœceſeon quid iis præſtet, 156. Romæ annus milleſimus, 416. Roma capta a Vandalis, 429. Romanæ urbis captivitas a Geiſerico, 438.

ROMANI Gothos ſuperant, 421. Romani Carthaginenſes navali certamine ſuperant, & centum Lybiæ urbes capiunt, 404. Romani regni latitudo ad Eccleſiæ dilatationem diſpoſita a Deo, 512. Etſi Eccleſia jam latius pateat, *ibid.*

ROMULUS Romam condit, 402.

Roris deſcenſio ſupernæ gratiæ ſignificatio, quæ ſanctorum origo eſt meritorum, 282.

RUFINUS. Proſperi Epiſtola ad Rufinum, 56. Rufinus pro ſalute Proſperi ſollicitus, *ibid.*

S

SABBATI obſervatio bonis operibus intendere, nec de his in ſe, ſed in Deo gloriari, 339. Sabbatum bonum quid ſit, 325. 384. *Epigr.* 84. Verum Sabbatum quomodo obſervetur, 344.

SABELLIUS, & ejus error, 416.

SABELLIANI quare dicantur Patropaſſiani, *ibid.*

Sacerdotis benedictio ſuper fideles, 51.

Sacramentorum indigna perceptio unde noceat, 380. *Epigram.* 72.

Sacrificium. Veri ſacrificii extra Eccleſiam catholicam locus non eſt, 317.

SADOC Sacerdos Hebræorum, 401.

Sæculum præſens nox in comparatione futuri, 267. Sæculum hoc non corpore, ſed corde fugiendum, 40. Tempus hujus ſæculi nox, per quam dat locum pœnitentiæ miſericordia Dei, dies judicii mane erit quo declarabitur quid quiſque mereatur, 215. Volare de hoc ſæculo donum Dei, 291.

SALOMON regnat, templum ædificat, 401. Salomone cadente, quæ per ipſum dicta ſunt non ſunt deleta, quia hæc Spiritus-ſanctus erat locutus, 275.

Salus a Deo ſolo bene expectatur, qui ea non indiget, 304. Nemo umquam ſalvatus ſine fide incarnationis, 467. ℣. 492. Nemo niſi per Chriſtum ſalvatus, 511. Quomodo Deus factus ſit ſalus aliquibus, 251. Salus animæ facit ut uſque ad mortem pro veritate certetur, 261. Salus animæ per quos gradus gratiæ fiat, 219. Nemo ſalvatur, niſi per gratiam Chriſti, 60. Nullius ſalus deſperanda, 520. Neminem, niſi Deo miſerante, ſalvari poſt peccatum, cum nemo niſi eo adjuvante ſalvari potuiſſet ante peccatum, 343. Nemo perit qui perire non debet, ſed omnes ab æterno electi ſalvi fiunt, 518. Ad ſalutem neceſſe vel declinare peccatum, vel agere pœnitentiam, 332. De ſalute omnium quid apertum, quid clauſum, 491. Deum velle omnes ſalvos fieri certum, 504. Cur autem non omnes ſalvet non oportet inquiri, *ibid.* Deus omnis nationis, ſexus, & conditionis homines ſalvare non neglexit, 466. ℣. 453. Quomodo dicitur Deus velle omnes ſalvos fieri, 60. Malam voluntatem habentes, quamdiu ſalvi eſſe nolunt, ſalvi eſſe non poſſunt, nec tamen hæc mala voluntas ex Dei voluntate eſt, 134.

SALUSTIUS hiſtoricus naſcitur, 405. Saluſtius moritur, 406.

SAMARIA a Joanne Hircano deſtructa, ab Herode inſtauratur, & Sebaſte nominatur, 406.

SAMARITÆ, cuſtodes exprimit hoc nomen, 402.

SAMNITÆ a Romanis ſubjugati, 403.

SAMSON, 401.

SAMUEL, *ibid.*

Sancti ante Chriſtum incarnationem deſiderabant: ſancti poſt Chriſtum manifeſtationem & judicium concupiſcunt, 261. 287. Sancti nihil operum ſuorum ſuis meritis vindicabunt, ſed miſericordiæ Dei & gratiæ, 294. A Deo ſanctorum honor, & ipſe eos exaltat, 308. Victoria ſanctorum opus Dei habitantis in ſanctis, 503. Sanctorum omnium gloria, ut totus mundus ſubjiciatur Deo, & divinis legibus, 309. Sancti omnes iiſdem, quibus nos, ſubjecti tentationibus: quomodo eas vicerint, 469. ℣. 606. Deus cum poſſit præſtare ſanctis, ut in eos adverſarii non habeant poteſtatem, mirabilius tribuit, ut omnem ſuperent paſſionem, 297. Sanctorum uſitata confeſſio, quod tribulationes non immerito patiantur, 267. Sanctis fiet in diſpari claritate par gaudium, 349. Sancti omnia in æternum Deo referent, 243. In cordibus ſanctorum ædificatur æternum Dei templum cum compage Angelorum, 285.

Sanguis Chriſti pretium totius mundi, 127. Qui ejus extranei, *ibid.*

Sapienti quid deſiderandum, 326.

Sapien-

Sapientia & pietas & reliquæ ſpiritales divitiæ ſunt a Deo, 501. Sapientia vera noſſe & diligere Deum, a timore incipit, 243. Sapientia quædam in infidelibus, ex naturæ a Deo conditæ reliquiis, 191. Sapientia mundi carnalis a vera ſapientia deſtruitur, 525. Sapientia eſt a Deo, 500. Homines non per ſapientiam hujus mundi, ſed per donum Dei ad lumen ſapientiæ Dei perveniſſe probatur, 510. In pace quærenda ſapientia, 331. 387. *Epigr.* 93.

Saporis perſecutio in Chriſtianos, 423.

Saul primus rex Hebræorum, 401.

Scandalum. Omne ſcandalum, cum aut in confeſſione deitatis erratur, aut ab Eccleſiæ unitate diſceditur, 271.

Schiſmatici unitatem Eccleſiæ deferentes notantur, 292. Non eſt vera ſcientia boni, niſi ad hoc cognoſcatur ut agatur, 259. 366. *Epigr.* 24. Peſſima ſcientia mali eſt malum eſſe, & peſſima ignorantia boni bonum non eſſe, 207. Scientia quantalibet ex naturæ operibus reſidua, vel ex legalis doctrinæ eruditione quæſita, non poteſt præſtare ut quod faciendum noverimus, etiam facere diligamus, 192. Scientia & amor boni ex Dei dono, 184. Scientiam boni Adam peccando perdidit, quia perdidit bonam conſcientiam, 190. De ſcientia non gloriandum, 335. Scientia & opera Dei nihil velocius, 306.

Scriptura cœlum, cujus auctoritas quaſi firmamentum in Eccleſia poſita, & per totum orbem extenſa, 220. Scripturarum intelligentia humilitate promerenda & bonis operibus, 305. Scripturarum obſcuritas ad quid utilis, 321. 379. *Epigr.* 70. Scripturis adhærentes iniquitas mundana non obſcurat, 325. Scripturæ organa civium Jeruſalem, 287. Scripturarum obſcuritas ad quid utilis, 305. Scripturas reprehendentes & contemnentes propter obſcuritatem, in illis cæci manent, *ibid.* Scriptura nos non levat, niſi deſcendat ad nos, 352. Sicubi in Scriptura res quædam aliter dicuntur, quam acta ſunt, intelligi debet prophetia, ubi non conſtat hiſtoria, 245.

Sebastianus Comes ad Africam tranſiens, Geiſericum a Siciliæ infeſtatione ceſſare cogit, 434. Geiſerico nimium confiſus miſere perit, *ibid.*

Secreta Dei patienter ignoranda: nec quia clauſa nequeunt penetrari, prætereundus referatorum introitus, 508.

Securitatis perverſæ periculum, ordinatæ ſollicitudinis utilitas, 322.

Seditio Jeroſolymis orta ubi 34000. Judæi petierunt, 408.

Seleucus plurimas urbes condit, 403. Judæos honorat, *ibid.* Babylonem obtinet, *ibid.*

Sem poſteritas recenſetur, 399.

Semen ſervorum Dei opus juſtitiæ, 218. Qui ſint ſemen Abrahæ, 335.

Semina chariſmatum ſenſim ordinarie adoleſcunt, 508. Compatatione res firmatur, *ibid.* Semina virtutum naturalia originale peccatum evertunt, 195.

Semipelagiani periculoſius fallunt, quia Pelagium damnare videntur dum fatentur originale peccatum, baptiſmi quoque neceſſitatem, etiam ratione parvulorum, ut a peccatis ſolvantur, 102. ℣. 817. Sed cum Pelagio ſapiunt, cum ajunt naturam ſuis viribus ad bonum ferri poſſe, quemadmodum ante peccatum, quaſi originali peccato læſa non fuerit, &c. *ibid.*

Semipelagiani Eccleſiam fallebant virtutis ſpecie, 77. ℣. 120. Semipelagianorum error, affectum bene volendi homini naturalem eſſe, ut male volendi, *ibid.* ℣. 128. Illos a Pelagianis non diſcerpare, adeoque publice pacem cum illis inire debere, *ibid.* ℣. 132. Inducuntur Pelagiani verbis querulofis Semipelagianos interpellantes, ut in gratiam recipiantur ab eis, cum ipſorum probent ſententiam, *ibid.* Quibus fides non annuntiatur, eos lumine naturæ per vitia oppreſſo, aptos non fuiſſe quibus dona ſalutis conferrentur, 83. ℣. 287. Qui hoc dicunt in duas Pelagii hæreſes incidere, naturam humanam non eſſe læſam, & gratiam ſecundum merita dari, *ibid.* ℣. 296. De voluntate Dei erga omnium ſalutem, 84. ℣. 309. Non omnes ſalvari & ad fidem venire, licet quidquid vult Deus impleatur, *ibid.* Refellit Semipel. hoc libero arbitrio tribuentes, quod alii volunt ſalvari, alii nolunt, *ibid.* ℣. 317. Exemplis probat gratia & virtute Dei omni tempore converſa corda peſſimorum, *ibid.* ℣. 323.

Semipelagiani ficte fatentur hominem per ſe nec juſtitiam nec ſalutem conſequi poſſe aut perſeverare: ſed contendunt vocanti Deo aſſentiri propria libertate, cujus ille conatum ſequatur & perficiat, 85. ℣. 358. Confutantur: Dogmate iſto everti veram Chriſti gratiam, quia foris extra animam hominis conſtituatur, quaſi cordis januam pulſet tantum, non aperiat, 86. ℣. 365. Hoc pacto gratiam proprie non agere, ſed liberum arbitrium probat exemplo eorum quæ leguntur aut audiuntur, *ibid.* ℣. 373. Contra vero gratia flectit voluntatem quo vult omnipotentiſſima virtute, nec ullum eam remoratur obſtaculum, *ibid.* ℣. 382. Non miniſtrum qui prædicando extrinſecus plantat aut rigat aliquid eſſe, ſed Deum qui dat intus incrementum, *ibid.* ℣. 389. Admirabiles gratiæ effectus in mentibus humanis, *ibid.* ℣. 390. Bene volendi affectum quo ad Deum cor accedit, nec hominem homini, nec ullum ſibi, neque per naturalem ſapientiam dare poſſe, 87. ℣. 395. Eorumdem de perſeverantiæ dono ſententia, 14. Nolebant de fide dictum, *Quid habes quod non acceptiſti*, *ibid.* Diſtinctionem gratiæ quæ nunc datur, ab ea quæ Adamo innocenti data eſt non admittebant, 15. In quo a primo homine diſtare vellent omnium naturam, *ibid.* Definitum eſſe numerum prædeſtinatorum nolebant, *ibid.* Quem ſenſum horum verborum. *Qui omnes homines vult ſalvos fieri* rejicerent, quem admitterent, *ibid.*

Semipelagiani Catholico nomine gloriantur, 156. Damnatis hæreticorum ſenſibus infecti, *ibid.* Gratiæ doctores de exceſſu accuſant, *ibid.* Sedis Apoſtolicæ ſe decreta ſequi profitentur, *ibid.* Objectio Semipel. Hac prædicatione gratiæ liberum auferri arbitrium: neque pœnas aut præmia ulli deberi, ſi natura ſibi dimiſſa nonnili mala velit; bona autem opera non nobis, ſed gratiæ adſcribi debeant, 92. ℣. 565. Eos ſic ratiocinari cum Pelagio: eo quod pariter cum illo totius naturæ in primo homine caſum re vera non agnoſcant, 93. ℣. 571. A Semipelagianis voce tenus damnari Pelagianos, cum ſubtiliſſimum illius hæreſeos venenum retineant, 101. ℣. 801. Extinctam in Pelagianis ab Eccleſia hæreſim in Semipelagianis reviviſcere cœpiſſe, 76. ℣. 114. Object. Semipelag. Si gratia ad bene agendum omnino neceſſaria eſt, eaque non omnibus detur, peccati reos non fore quibus bene gerendi data non fuerit, 95. ℣. 647. Hoc argumento negari peccatum originale: quo ſolo rei homines digni ſunt morte, etſi propria non adjecerint, *ibid.* ℣. 652. Pelagianorum reliquiæ Semipelagiani quid dogmatum Pelagianorum ſervaverint, 527. Reliquiæ Semipelagianorum, quid ex iis retinuerint, *ibid.* Originale peccatum negabant, *ibid.* Auctoritates Scripturarum, quibus abutuntur Semipelagiani, 58. Si dogmata Pelagiana tueri non audeant Semipelagiani, ſuos etiam errores abjicere debere, 90. ℣. 522. Et fateri naturam ita vulneratam, ut numquam per liberum arbitrium conſurgere poſſit ad faciendam juſtitiam, *ibid.* ℣. 526. Eos, ſi hæc confiteri recuſent, Pelagianis pacem negare non poſſe, quibuſcum re vera conſentiant, 91. ℣. 534. Verbis enim ſolis diſcrepare, dum coguntur dicere, peccato Adæ corpus noſtrum morti obnoxium factum, non autem animam peccato viriatam: quod eſt injuſtitiam Deo adſcribere, & homines prorſus abſolvere, *ibid.* verſ. 540. Injuſtum vero non eſſe Deum: quoniam ex Apoſtolo omnes in uno ceciderunt, nec poſtea ullus ad vitam reſurgere potuit, niſi Chriſti gratia, ne quidem juſti qui fuerunt ante Chriſtum, *ibid.* 549.

Sempronius vir doctus, 426.

Senatores a Romulo inſtituti, & cur ſic dicti, 402.

Senſuum corporis non una eſt facultas circa corporalia, incorporea vero animus uno motu attingit, 346.

Seon tentatio colorum, 284. Seon germen inutile, 287.

Septies pro ſemper, 268.

Septuaginta hebdomadarum Danielis initium & finis, 403.

Sepulcra magnatum, ubi omnes æquales fiunt, ſuperbiæ comprimendæ cauſſa intueri utile, 354.

Sepultura nec ſumptuoſa prodeſt nec vilis nocet, 323.

Serapion VIII. Antiochenus Epiſcopus, 415.

Serenus Granius Adriano pro Chriſtianis ſcribit, 412.

Servitus Dei vera libertas, 325. 384. *Epigr.* 85. Servitutis nomen & conditio ex culpa, non ex natura, 329. Melior qui ſervit homini, quam qui cupiditati, *ibid.*

Servius Romanorum rex, 402.

Servi Dei extra Eccleſiam non ſunt, etiam qui ſe Martyres dicunt, 249. Magna dignitas & beatitudo eſſe Dei ſervum, 299.

Severianus Africanus Epiſcopus, 433. A Geiſerico perſecutionem patitur pro fide, *ibid.*

Severus XVII. regnat, & unde oriundus, Pertinacem ſe cognominari juſſit, 415. Severi victoriæ de Judæis &c. a quibus ſe cognominari voluit, *ibid.* Severus moritur, 416.

Severus contra Maxentium pugnans occiditur, 420.

Sextus Albanus Sylvius Latin. rex, 401.

Sidera. Non homo ſideribus ſubditur, ſed aliquando ſanctis hominibus ſidera fuere ſubdita, ut Joſue & Eliæ, 470. verſ. 670. Vanæ & noxiæ prædictiones actuum humanorum ex ſideribus ductæ, 471. verſ. 691.

Sigisvultus belli contra Bonifacium dux factus poſt Sinocem, 431.

Signa divinitatis Chriſti in morte ejus, & reſurrectionis ipſius, 467. verſ. 527.

Signum in cœlo, 428.

Silvester XXXI. Romæ Epiſcopus, 420.

Simeon Jacobo ſuccedit, 409. Simeon Jeroſolymorum Epiſcopus crucifigitur, 411.

Simon Oniæ filius, 403. Simon Oniæ filius Judæorum Pontifex, 404.

Simon Jonathæ frater Sacerdos Judæorum, 405.

Simplicianus Mediolanenſis Eccleſiæ Epiſcopus, 49. Ambroſii in Epiſcopatu Mediolanenſi ſucceſſor, 22.

Simu-

Simulacrum eſt omne falſum dogma, 284.
Simulatio virtutis duplex iniquitas, 334.
SINOCES Galbionem & Mavortium dolo perimit, 431. Ipſe poſtea a Boniſacio occiſus, *ibid.*
SION ſpecula, Eccleſia futura proſpiciens, non præſentia diligens, 217. Sion in toto mundo eſt ſanctorum omnium corpus, 274.
SIRACUSÆ conditæ, 402.
SIRICIUS XXXVI. Romæ Epiſcopus, 427.
SOCRATES philoſophus, 403. Socrates ipſe inter philoſophos gentiles turpia de ſe confeſſus, 165.
Sol Chriſtus, luna Eccleſia, 271. Sol fidelium cordium ſapientia, luna ſcientia, ſtellæ cetera charismatum munera, 286.
SOPHOCLES claret, 402.
SOPHONIAS propheta, *ibid.*
SOTER XI. Epiſcopus Romæ, 414.
Spes in ſolo Deo, 250. Spes data a Deo etiam in ultimo profundo jacenti, 278. Indulgentiam petens cum ſpe & laude debet orare, 230. Spes in Deum hinc firmanda, quod omne bonum ab ejus bonitate manet, 298. Spes noſtra perpetua & uſque in finem vitæ eſſe debet, 278. Nulla re terrenda aut obſcuranda, ſed fortiter cuſtodienda, *ibid.* Spes in Deum in tribulationibus roborat, 297. Nihil ſperandum poſt corpus quod non fuerit comparatum in corpore, 329. Bonæ ſpei homo, 50.
SPIRITUS-SANCTUS auctor omnis doni, 501. Spiritu ſancto Pater dedit vitam procedere de Filio, ſicut procedit & de ipſo, 351. Spiritus-ſanctus quo ſenſu inrerpellet pro nobis & clamet, *Abba, pater*, 52. Spiritus-ſanctus unctio omnem Eccleſiam penetrat, uſque ad infima membra deſcendens, 282. Spiritus-ſanctus quomodo non loquatur a ſemetipſo, ſed quæcumque audierit loquatur, 350. Spiritus-ſanctus acceptus etiam hoc agit, ut largius accipiendus quæratur, 257. Spiritus-ſanctus cur in igneis linguis datus, 531. Spiritus-ſanctus omnes ſanctos regit, quolibet tempore, 508. Etiam ante Diluvium, unde hi dicti Filii Dei, *ibid.*
Spiritales in Eccleſia fiunt angeli, cum fiunt prædicatores veritatis, 222. Idem etiam fiunt ignis, cum fervent ſpiritu, & alios accendunt, *ibid.* Spiritales animæ aves in montibus, 223. Spiritalium eſt intelligere mandata Dei, 262. Etiam ſub gratia homo ſpiritalis pugnat, 22.
Stellæ quas Deus habet numeratas, non tam ſtellæ cæli, quam electi qui in Eccleſia Dei bonæ converſationis exemplo reſplendent, 305. Has Deus numerat in æternam præelectas gloriam, & nominatim advocaras, *ibid.*
STEPHANUS XXII. Romæ Epiſcopus, 417.
Suavitatem Domini confiteri non poteſt, niſi qui guſtavit, 233.
Sudor Chriſti ſanguineus quid ſignificaret, 322. 379. *Epigr.* 71.
Superbia Deo ſemper odioſa, 306. Superbia in recte factis cavenda, 320. 373. *Epigr.* 48. Superbia de vana ditate præſumens, non ſinit hominem ambulare per artam viam, & intrare per anguſtam portam, 244. De ſuperbia & humilitate, 325. Primi homines per ſuperbiam lapſi, 224. Superbia primum & ultimum hominis vitium, 326. 385. *Epigr.* 86. Superbia & angelo & homini prima cauſſa labendi, 271. Superbiam humanam aggreditur Apoſtolus, illo loco, *Quid enim habes quod non accepiſti*, 23.
Superbiæ plures gradus, pejor eorum qui ſpem ſuam non in Deo, ſed in ſe conſtituunt, 527. Hæc fuit diaboli ſuperbia, *ibid.* Inde primum hominem dejecit, *ibid.* Superbia congruenter avaritia nominatur, *ibid.* Utraque ex perverſo uſu donorum Dei naſcitur, *ibid.* Superbia virtutibus maxime cavenda, *ibid.* Superbia fomes invidiæ, 214. Omnia bona opera per ſuperbiam deſtrui, 530. Ex bonis operibus ſuperbia, 527. Diabolus quibus non potuit perſuadere vitiorum amorem, immittit laudis cupiditatem, *ibid.* Superbiæ virus ſola humilitate & charitate, quæ ſe invicem complectuntur, excludi, 530. Superbia amor excellentiæ propriæ, 341. Nulla pars ſuperbiæ nocentior, quam de bonis operibus elatio, 529.
Superbi gratiam non exquirunt, & non de Deo, ſed de ſe ſibi placere volunt, 267. *& ſeq.* Superbi juſtos ſe videri volunt, & peccatorum confeſſionem refugiunt, 293. Omnia agunt ut bonos ſeducant, *ibid.* Superbi quam gravis tafus, 527. Quam difficile reſurgit, 530. Totum corpus diaboli breviter ſuperbi, 293. Doctrina Evangelica nec ſuperbos vult nos eſſe nec deſides, 529. Superbis in peccatum, etiam illa quæ in eis videntur laudanda vertuntur, 528.
Superflua qui habeant, 322. Superflua pauperibus non erogans alienorum retentor eſt, *ibid.* 384. *Epigr.* 77.
Supplantatur qui relicto bono propoſito, in imitationem tranſit impiorum, 293.
Surſum corda. Gratias agamus Domino Deo noſtro. Dignum, & juſtum eſt, 44.
SUSACHIN Rex Ægypti templum expoliat, 401.
SYAGRIUS vir illuſtris Concilio Arauſicano II. interfuit & ſubſcripſit, 446.
SYLVIUS Æneæ filius poſthumus, a quo reges Latinorum Sylvii appellati, 401.
Synaxis matutina ex orationum atque Pſalmo-ſolemnitate, 163.
SYRIA in ditionem Romanam tranſit, 405.

T

TABERNACULUM Dei fit qui non ſua quærit, ſed quæ Jeſu Chriſti: quæ autem ſunt Jeſu Chriſti totius corporis bona ſunt, 280. Tabernaculum Dei fit qui Eccleſiæ coaptatur, & corpori Chriſti per ſpiritum charitatis unitur, *ibid.*
TACITUS XXX. regnat, 418. Occiditur, *ibid.*
Tædium ſpiritaliuni periculoſum, 234. 317. 361. *Epigr.* 10.
Talenta data ſecundum propriam & naturalem cujuſque poſſibilitatem, non ſecundum propriuni meritum, 507.
TARQUINIUS Priſcus rex Romanorum, 402.
TARQUINIUS Superbus rex Romanorum, *ibid.*
TATIANUS hæreticus, a quo Encratitæ, 414.
TELESPHORUS VII. Romæ Epiſcopus, 412.
Templum Jeroſolymitanum quot annos ſteterit a prima ædificatione, 410. Templi commotiones & voces in templo auditæ, 407. Deus templum ſibi condit in omni terra, 84. ℣. 332. Templa Gentilium ſubverſa, 421.
Temporales qui uſque in finem in obedientia non permanent, 50.
Temporalia tribulationem afferunt ſperanti æterna, 289. Hunc Deus exaudit cito, & vivificat, *ibid.* Cur Deus temporalia bona populo ſuo olim præſtititerit, & nunc etiam præſtet aliquando, 229. Quis rerum temporalium uſus eſſe debeat, 469. ℣. 600.
Tempus, motus creaturæ: fruſtra ante creaturam quæritur, 339. Omne tempus a Deo diſpoſitum, qui tempori ſubditus non eſt, 351. Quæ tempora Deus elegerit ad manifeſtandam Dei gratiam, quæ in omnium gentium ſalutem diſponebatur, 510. Tempus miſerendi Deo tempus incarnationis Chriſti, 217.
Tenebræ adverſitas, 291. Deo auxiliante lumen fiunt & deliciæ, *ibid.* Tenebræ quæ metuendæ, 347.
Tentatio duplex, noxia & utilis, 39. Tentari & in tentationem non inferri non eſt malum, immo etiam bonum eſt, *ibid.* Non inferri in tentationem ex dono Dei eſt, *ibid.* Hujus vitæ tentationibus eripi magnum Dei beneficium, 28. Tentatio Chriſti eruditio Chriſtiani, 325. Homini non expedit contra diabolum ſine protectore confligere, 490. Optimis quibuſque inſidiari tentatorem, 527. Hoc præſtat Dei protectio, ut in fide & charitate nulla tentatione ſuperemur, 271. Tentationum utilitas, 333. In Eccleſia tentationes, tribulationes & liberationes, 274. Quatuor tentationum periculis liberandi qui perveniant ad perfectam pacem, 233. Prima tentatio ignorantia veritatis a qua orans dedocetur ad viam fidei, *ibid.* Secunda cupiditatum difficultates, de qua liberatur per facultatem ad recte agendum a gratia datam, *ibid.* Tertia tentatio verbi Dei, 234. Quarta tentatio præſidentium propria, *ibid.*
TERENTIUS Varro naſcitur, 405. Græcas litteras diſcit, *ibid.* Terrentius Comœdiarum ſcriptor moritur, 404.
Terra fundata ſuper aquas, quia aquis ſupereminet, myſtice vero Eccleſia ſuper baptiſmum fundata: ita ut ab aquis tota æterni templi ſtructura conſurgat, 286. Terra deſiderabilis, quam pro nihilo habuiſſe culpantur Iſraelitæ, æterna & cæleſtis, 231. Terra quomodo fundata ſuper ſtabilitatem ſuam, 222. Terræ nomine aliquando appellantur quæ vicina ſunt terræ. 308.
Terræmotus, 411. 412. 428.
TERRIBILIA Dei & ipſa laudis honore ſunt plena, 301.
Teſtamentum. Manichæi vetus Inſtrumentum non accipiunt, novum corruptum eſſe aſſerunt, 42. Per veteris Teſtamenti imaginem confirmata eſt promiſſio hereditatis æternæ, 227. Patria æterna promiſſa Abrahæ nomine terræ cujus poſſeſſio non eſt perpetua, *ibid.* Teſtamentum æternum, non vetus, ſed novum, 243.
Teſtimonium quod numquam de Dei bonitate conticuit, 506. Hæc gratia generalis plurimis fuit littera occidens, & odor mortis, *ibid.* Quod in Iſrael per legem & prophetas gerebatur, hoc in univerſis nationibus totius creaturæ teſtimonium & miracula bonitatis Dei ſemper egiſſe, 505.
Tetrarchæ fiunt Herodes, Antipater, Lyſias, & Philippus, 407.
TETRICUS exercitum prodit, 418. Romam ductus ante Aurelianum triumphantem, ab eo honoratur, *ibid.*
THALES philoſophus, 402.
THARE pater Abraham anno ſuo, 75. 399.
THEODORICI regis filii inter ſe diſſentiunt, 437.
THEODORUS Genuenſis Presbyterorum Camillo altero in eadem urbe Presbytero excerpta nonnulla librorum S. Auguſtini

ſtini de Prædeſt. Sanctorum, & de dono perſeverantiæ ad Proſperum dirigit, 139.
Theodosium Gratianus conſortem regni facit, 426. Is res feliciter gerit contra Gothos, *ibid.* Theodoſii baptiſma, *ibid.* Theodoſius XLIII. regnat cum filiis, 428. Theodoſius moritur, *ibid.*
Theodosius XLVI. regnat, 431. Valentinianum Cæſarem factum in Occidentem mittit, *ibid.* Theodolius moritur, 436.
Theonas XV. Alexandrinorum Epiſcopus, 419.
Theophilus VI. Antiochiæ Epiſcopus, 414.
Theophilus Cæſarienſis, 415.
Theophilus Joannis Chryſoſtomi hoſtis, 429.
Thermæ Commodianæ, 415.
Tholam quot annos judex, 400.
Thorismodus Theodorici regis filius & ſucceſſor, 437. Occiditur germanis ſuis, *ibid.*
Thraces a Romanis victi, 405.
Thracia in provinciam redigitur, 408.
Tiberius occupat Armeniam, 406. Tiberius Dalmatas Sarmanataſque ſubigit, 407. Tiberius III. imperat, *ibid.* Tiberius Druſum conſortem regni facit, *ibid.* Tiberii victoriæ, 406. Triumphus, *ibid.* Tiberii fraus in multos reges, 407. Tiberius Chriſtum inter deos referri poſtulat a Senatu, cujus conſulto Chriſtiani Urbe pelluntur, 408. Tiberius moritur, *ibid.*
Timæus XVII. Epiſcopus Antiochiæ, 418.
Timidis, & de propria infirmitate trepidantibus ſperandum eſt ſupernæ virtutis auxilium, 291.
Timor obedientiam parit, 220. Timor caſtus & liber, quo recte vivitur non metu pœnæ, ſed juſtitiæ amore, carnalia deſideria comprimit, 264. Timor duplex, 525. Deus timendus & amandus, 304. Deus quomodo timendus, 322. 381. *Epigr.* 75. Non eſt amicus recti qui ex timore facit præceptum, 334. Timor Dei donum Dei, 501. Caſtus timor quo cavetur ne offendatur charitas, non quo metuitur ne damnetur impietas, 256. Conſenſum voluntatis per gratiam gigni, non ſolum ex doctrina & illuſtratione, ſed etiam ex terrore & metu, 515. Deus aliter timendus, quam cetera, 322. 381. *Epigr.* 75. Non metuit quid ei faciat homo, qui ipſius incentorem (diabolum) Dei vincit auxilio, 250. Timor Domini principium ſapientiæ, & donum Dei, 196. Ille eſt utilis timor qui ſpe erigitur, non qui deſperatione demergitur, 306. Per timorem Dei ſuperaverunt martyres timorem mundi, 217. Qui jam timebat addi ſibi petit timorem, qui ſufficeret mortificandis concupiſcentiis affectibuſque carnalibus, 264. Timor quid in juſtificatione agat, 515. Timor pœnæ & amor juſtitiæ actione ſimiles, voluntate diſſimiles faciunt, 335. Timor ſapientiam gignit, 515.
Timothæus Romæ martyr, 420.
Timothei reliquiæ, 423.
Titus Judæam capit & 600000. Jeroſolymis interficit, 409. Titus VIII. regnat, 410. Ejus ſcientia, & bonitas, *ibid.* Amphitheatrum Titi, *ibid.* Titi mors, *ibid.*
Titus Diaconus vir ſanctus a Felice interemptus, 431.
Tolerantia in perſecutionibus petenda, ut validior ſit dilectio Dei, quam magnitudo ſupplicii, 296. Tolerantia etſi amatur, non tamen quod toleratur amatur, 331. Tolerantiæ fortitudo nonniſi ex gratia Dei, 201. Ipſa eſt fructuoſa tolerantia, quæ ſævitiam perſequentium dilectione ſuſcipit mandatorum, 268. Nihil non tolerandum cogitanti quæ Chriſtus paſſus ſit pro nobis, 452. ℣. 89. Quomodo a ſervis domini, & a plebibus principes ferendi, 274. 319. *Epigram.* 34. Qui alios non tolerat non proficiſſe ſe oſtendit, 326.
Trajanus XI. regnat, 411. Unde natus, & ubi Imperator electus, *ibid.* Trajani mors & ſepultura, *ibid.* Trajanus in deos refertur, 412.
Translatio capitis S. Joannis baptiſtæ, 428.
Trasamundus rex Vandalorum, 439.
Tribulatio & contradictio inevitabiles recte vivere proponenti, 270. Tribulationum neceſſitas, 301. Tribulationum utilitas, 332. In tribulationibus Deus opem differens miſericors eſt, 335. Ille ametur in omni noſtra liberatione, qui invocatus eſt in omni tribulatione, 234.
Tribus ſunt populi per ſuas familias diſtributi, 272.
In Trinitatis deitate nulla differentia, 321. 375. *Epigr.* 55. Ex unitate quam format inter animas multas fides & charitas adhærentium Deo, multo certius concluditur eſſe in Patre & Filio & Spiritu-ſancto unitas perfecta, 347. Ubi ſolus pater & Jeſus Chriſtus verus Deus cognoſcendus dicitur, conſequenter intelligitur & Spiritus-ſanctus, 351. Patris & Filii non una perſona, ſed una deitas, 346. Deitas Trinitatis immutabilis, 271. Huic per Incarnationem Verbi natura humana unitur, ut incommutabili æternitate potiatur, *ibid.* Tres ſunt Pater, & Filius, & Spiritus-ſanctus: ſed ipſa Trinitas unus eſt Deus, 351. Opera Patris & Filii inſeparabilia, 344. Nulla diſparilitas in ſumma Trinitate, 350.
Triſtitia patientis iniqua melior quam lætitia facientis, 333.
Trochilus primus quadrigam jungit, 400.
Troja quo tempore capta, *ibid.*
Tropica locutio, qua ſignificatur per id quod continet, id quod continetur, 232.
Tullus Hostilius rex Romanorum, 402.
Turris Babylonicæ extructio cohibita, 510.
Tyrannus XIX. Epiſcopus Antiochiæ, 420.
De Tyriis & Sidoniis, 145.
Tyrus condita, 400.

V

Valens Catholicos perſequitur, 424.
Valens tandem catholicos revocat de exilio, deinde cum Gothis manus conferens, a ſuis deſeritur, & cæſo exercitu, ipſe ſagitta ſaucius, in caſam deportatus, ibi cum eadem comburitur, 425.
Valentiniani ortus, 430. Valentinianus & Valens XL. regnat, 424. Valentiniani mors, 425.
Valentinianus cum Theodoſio XLII. regnat, 427. Valentiniani funeſta mors, 428.
Valentinianus Auguſtus appellatur, 431. Valentinianus Theodoſii filiam in matrimonium accipit, 433. Valentiniani mors, imprudenter non declinata, 437.
Valentinus hæreſiarches, & ejus errores, 413.
Valerianus & Gallienus XXVI. regnant, 417. Valeriani captivitas ſub Sapore Perſarum rege, 418.
Vanæ gloriæ tentationem quis ſentiat, 344. Huic difficile reſiſtitur, *ibid.* Vanam proprii meriti gluriam omni eſſe peccato nocentiorem, 530.
Vandali & Alani in Gallias ingreſſi, 429. Vandali Romam capiunt, *ibid.* Vandali Hiſpanias occupant, *ibid.* Vandali ad Africam tranſeunt, 432. Pax cum Vandalis, 433. Vandalorum regni ſtatus, a Roma capta per annos non paucos, 439. Vandalorum regni finis, *ibid.*
Vaſa iræ, Deo bene eis utente, vaſis miſericordiæ proſunt, 30.
Velle. Deus dat bonum velle, 503.
Venire ad Filium donum Patris, quomodo, 502. Deus dux eſt ad ſeipſum, 500.
Ventis nihil velocius, ſed his pernicior eſt veritatis annuntiatio, 221. Ventorum nomine animæ ſignificantur, quia inviſibiles ſunt, *ibid.*
Verbum Dei Patris Chriſtus, 346. Verbum Dei uſque ad miſeriam noſtram porrexit clementiam ſuam, 353. Verbum Dei Deus, non creatura, 346.
Verbi miſſio Incarnatio Chriſti, 306. Verbum Incarnatio, 326. Verbum Dei Jeſus Chriſtus in nullo a Patris laude diſcernitur, 308.
Verbum Dei ruminandum, 332. Verbum quod in Scripturis ſanctis omnibus continetur lucerna & lumen, 263. Non omnes qui audiunt verbum vocantur a Deo, 493. Verba Dei ſagitæ Dei, quibus ſanantur bene vulnerati, 300. Verba præteriti & futuri temporis quomodo dicantur de Deo, 350. Verbum Dei eſca hominum, ſicut cibus eſt Angelorum, 242.
Verba dicuntur etiam ſine verbo facta, propter ſignificationem, 228. Sagittæ acutæ verbum Dei, cum animos penetrant, inflammant corda, non lauciant, 270.
Veritas multis odioſa, & talium pœna, 331. Veritas Domini æterna in his quæ promiſit & quæ minatus eſt, 331. Veritas omnium artium lex immutabilis, quæ Deus eſt, 354. Qui inſpectionem veritatis ſibi tribuunt, non Deo, quod illuminante Dei gratia invenerant, obcæcante ſuperbia perdunt, 488. ſpirituali voluntate carent, *ibid.* & temporalia Dei dona vitiis corrumpunt, *ibid.* Dogmatum mundanorum magiſtri, ſi Chriſto comparentur, abſorpti erunt; quia etſi aliquid recti verique dixerint, non cujuſpiam hominis, ſed eſt ipſius veritatis, 295. Homo veritarem prædicans humiliari poteſt ab his qui veritati contradicunt, non ipſa veritas, 249.
Verum tacendi vel non tacendi cauſſæ, 46. Verum quando dicendum, quando tacendum, *ibid.* Utile eſt aliquando verum tacere, *ibid.* Bonum vinci a veritate, 333.
Vespasianus adverſus Judæos mittitur, 409. Hos ſuperat, *ibid.* Veſpaſianus VII. regnat, *ibid.* Veſpaſianus moritur *ibid.*
Vetranio Imperio occupato, ejicitur, 423.
Veturius Chriſtianos perſequitur, 420.
Via peccatorum exterminanda aliquando, 304. Via vitæ anguſta, nec niſi dilatato corde curritur, 256. 318. 364. *Epigr.* 19. Via ſanctorum Chriſtus, 296. In qua laqueorum nihil collocari poteſt, ſed juxta eam, *ibid.* Nulli per hanc viam gradienti noceri poteſt, *ibid.* Viæ Domini miſericordia & veritas, in quibus omnia Dei opera conſummantur, 289.
Victor XIII. Romæ Epiſcopus, 415. ſcribit de religione, *ibid.*
Viduitas & paupertas ſancta in omnibus Chriſtianis, 281.
Vicennalia Conſtantini, 421.
Vincere. Quis vincat in bono malum, 336.

VINDEMIALIS Episcopus Concilio Arausicano II. subscribit, 446.
Vindicta impiorum quomodo afficiatur justus, 336.
VINIUS Maximus Quæstor designatus abducitur, 406.
VIRGILIUS nascitur, 405. Virgilius moritur 406.
Virginitas carnis, & animæ, 322. 381. *Epigr.* 76.
Viri sanguinum sunt qui oderunt fratres, 292.
Virtus principaliter Deus est, cui non aliud est habere virtutem, quam esse virtutem, 195. Summi boni significatio in appellatione virtutis, 289. Virtutes cum vitiis non simul consistere, 195. Virtutes omnes sine exceptione, nisi donatæ essent nobis, non invenirentur in nobis, 205. Exhortatio ad virtutem & mundi contemptum, ob rerum mundanarum incertitudinem, & brevitatem, 450. ℣. 1. Error Cassiani, appetitum virtutum habere hominem a seipso, primæ ejus definitioni contrarius 181. Virtutum semina in homine peccato eversa, 195. Nec haberi queunt, nisi eo restituente qui dederat, *ibid.* Iter virtutum amplum est fidelium spei, etsi angustum infidelium vanitati, 318. Opera eorum omnia immunda, quia his per superbiam non Deo subduntur, sed ei qui primus recessit a Deo, 196. In ingeniis impiorum licet multa laudabilia, non tamen veræ virtutes, *ibid.* Multi virtutum studiis inhærere desiderant, pauci prævalent, 165. Ab eo virtutum portio, a quo habebitur plenitudo, 531. Totum quod virtus est Deus est, 490.
Vita corporis & animæ, 335. Vitæ brevitas, si attendatur mundi duratio, nihili ducitur, 450. ℣. 31. Vita præsens multis tentationibus impugnatur, unde etiam redempti indesinenter opem Redemptoris implorant, 274. Vita præsens dies belli, quia vel foras, vel intus numquam deest adversitas, cui repugnari debeat, 293. Vita beata amanda ut habeatur, & propter eam alia omnia: sola æterna talis, 328. Quomodo artæ vitæ viæ insistendum, 379. *Epigr.* 69.
VITALIS XX. Antiochiæ Episcopus, 421.
VITELLIUS Imperium invadit, & occiditur, 409.
Vitium omne contra naturam rei cujus est vitium, 353. Vitium nec in summo bono, nec nisi in aliquo bono, 327. Contra omnia vitia continua sunt bella virtutibus, 293.
VITRICUS rebus bellicis clarus, 434.
Vivere velle naturale, non male vivere, 340. Nec angelo, nec homini vivendum secundum se, sed secundum Deum, 316. Bene loqui & male vivere est sua se voce damnare, 220 316. 360. *Epigr.* 6.
ULPIANUS Jurisconsultus, 416.
Unio fidelium inter se jocunda, & quando vera sit, 281.
Unitas charitatis servanda etiam cum inimicis, exemplo Christi 282.
Vocatio secundum propositum non omnium est, sed tantum electorum, 22. Ex vocatione secundum propositum omnes gratiæ oriuntur, *ibid.* Evangelio per omnem terram current, fit omnium gentium vocatio, præveniente gratia Dei credentium fidem, 306. Vocatio electorum propria, non quia crediderunt, sed ut credant, 30. Qui secundum propositum vocatur, non potest dicere, credidi, ut sic vocarer: prævenit eum quippe misericordia Dei, quia sic vocatus est ut crederet, *ibid.*
Vocatio omnium gentium, 512. 513. Vocationis tempus dispositum omnibus gentibus, 512. Vocatio quorumdam cur dilata sit inscrutabile, 505. Causa dilatæ vocationis occulta, *ibid.* Vocationi Christi respondere est credere ei & obedire, 217. Nullus ante vocationem justus dici potest, 307. Voces docentium & litteræ paginarum non carent ejus virtute cui serviunt, 529.
Voluntas nulla potentior Dei voluntate: contra quam cum aliquid fieri finit, misericordiam suam judiciumque demonstrat, 243.
Voluntas triplex; sensualis, animalis, & spiritalis, 488. Est in parvulis aliqua, *ibid.* Voluntas humana sine gratia qualis sit, 490. Bona omnium virtutum germen, *ibid.* Bona inspiratur & regitur a Deo 508. Voluntas non aufertur per gratiam, 188. Quomodo Apostolus dixerit, *Velle adjacet mihi* &c. 182. Vox ista vocati est, & sub gratia constituti, *ibid.* Omnis bonus motus voluntatis est, & inspirationis divinæ, 529. Voluntas salutis omnium generalis, quorumdam vero peculiaris in Deo, 515.
Voluntas Dei æterna & incommutabilis: in qua simul est quidquid in rebus præcessit, aut sequitur, 327. Voluntatem nostram ut purgemur Deus non exspectat, sed producit, 442. Voluntas Dei non est causa perditionis hominum, etsi creat quos pro meritis est puniturus, 133. Sinceriſſime credendum Deum velle ut omnes homines salvi fiant, qui etiam illos salvat qui salvari nolunt, 133. Apostolus enim pro omnium salute orari præcepit, quod in omnibus Ecclesiis custoditur, *ibid.*
Voluntari Dei humanas obsistere voluntates dicebant Massilienses, quibus respondetur, 61. Voluntatem timentium se Deus facit, quia quæ erat Domini, esse cœpit & servi, 303. Voluntatem suam quando homines faciant, & quando etiam voluntatem Dei volentes agant, quibus a Deo præparatur & jubetur quod volunt, 346. Detestanda opinio est quæ Deum cujusquam malæ voluntatis aut actionis credit auctorem, 135. Exemplis probatur aliquando Deum nolle fieri, quod homines facere Deo volente voluerunt, 194. Nullus bonæ voluntaris motus, nisi ex Spiritu-sancto, 192. Bona voluntas hominis sic ejus propria est, ut nonnisi Deo inspirante concepta sit, 192. Voluntas Dei prima & summa omnium causa, semper juxta, 321. 376. *Epigram.* 58. Quæstio de sanctarum origine voluntatum contra Pelagianos clare definita, 185. Voluntas sensualis & carnalis in parvulis, ad quæ extendatur, 487. Eadem in fatuis, *ibid.*
Voluntaria oris sacrificia laudis confessione charitatis, non timore necessitatis oblata, 263.
Voluptas. Qui gaudent in mortiferis voluptatibus, sine doloris timore esse non possunt, 341. Voluptates lethiferæ pretium perditionis, 447.
Votorum oblatio munus Dei, 443. Votum continentiæ perpetuæ mutuo inter conjuges consensu initum, 16.
Vox & sonus ut differant, 293. Vox mentis interior affectus, 296.
URBANUS XVI. Romæ Episcopus, 416
URSACIUS Episcopus accusator Priscilliani communione privatur, 427.
URSICINUS Antipapa secundi schismatis auctor, 424.
VVALLIA regnum invadit, 430. Pax cum Vvallia a Constantio firmatur, *ibid.*
Uxor viro data auxilium, 453. ℣. 116. Quomodo viri salutem promovere possit & debeat, *ibid.* ℣. 117. Uxor regni plebs, 237.

X

XANTUS Triopus Lesbon condit, 400.
Xerxes Darii filius regnat, 402.
XISTUS VI. Romanæ Ecclesiæ præest, 412.
XISTUS XXXII. Romæ Episcopus, 417.
XISTUS Romanæ Ecclesiæ presbyter, 50. Xistus XLII. Romæ Episcopus, 432. Xistus Papa: occultos gratiæ hostes abigere illi servatum, 210. Augustini ad eumdem Epistola, qua indicatur quomodo tractandi qui gratiæ repugnarent, *ibid.* Xistus, Leonis hortatu, Julianum subdole irrepere in communionem Ecclesiæ, & sedem recuperate molientem repellit, 434.

Z

ZACHÆI Dominus præparavit animum, cujus elegit hospitium, 186. Quæsitus a Christo & præventus, *ibid.*
Zachæus IV. Jerosolymorum Episcopus, 411. Post quem V. Tobias. VI. Beniamin. VII. Joannes. VIII. Matthias. IX. Philippus *ibid.*
ZACHARIAS propheta, 402. Zacharias interficitur, 401.
ZABDAS XXVII. Jerosolymis Episcopus, 419.
Zelus amoris, non livoris, 266.
ZENO Philosophus, 403.
ZENOBIA Odoacri vidua Orienti imperans vincitur, 418. Romæ ante Aurelianum triumphantem ducta, consenescit, *ibid.*
ZEPHERINUS XIV. Romæ Episcopus, 415.
ZOSIMUS XXXIX. Romæ Episcopus, 430. Zosimi Epistola ad orbis universi Episcopos, 184.

FINIS.

SANCTI PROSPERI AQUITANI.

APPENDIX
OPERUM
SANCTI PROSPERI
AQUITANI.
TOMUS SECUNDUS.

ELENCHUS

Eorum quæ in hoc Secundo Tomo, seu Appendice continentur.

IN PRIMA PARTE.

Juliani Pomerii de Vita contemplativa libri III. 3
De Promissionibus & prædictionibus Dei Liber. 67
Chronicon Prosperi Tironis. 133

IN SECUNDA PARTE.

Varia scripta & monumenta, quorum lectio Operibus sancti Prosperi, ac Historiæ Semipelagianæ lucem affert : ac inter illa primo loco S. Augustini de Correptione & Gratia ad Valentinum Liber I. 139
Sancti Asterii Episcopi Amaseæ Homiliæ. 269

APPENDIX
OPERUM SANCTI PROSPERI AQUITANI.

ADMONITIO
IN LIBROS DE VITA CONTEMPLATIVA.

IN appendicem rejicimus primo loco libros duos de Vita Contemplativa, opus licet elegans & pene omnium laudibus celebratiſſimum; atque ab annis octingentis ad noſtram uſque ætatem ſancto Proſpero aſſertum. Ab octavo namque ſæculo medio ſcriptores inventi ſunt, qui ſub auctoris noſtri nomine opus iſtud laudavere. Chrodogangus enim Metenſis Epiſcopus, qui illo ſæculo florebat, & ſtudio regularis diſciplinæ, cui Canonicos Eccleſiæ ſuæ ſubdi voluit, admodum commendabilis exſtitit, in regula Canonicorum, Proſperum librorum de Vita Contemplativa auctorem agnovit. Idem præſtat Jonas Aurelianenſis Epiſcopus, qui floruit ſub Pontificatu Eugenii II. & Gregorii III. Imperantibus Ludovico Pio & Carolo Calvo, id eſt, ſæculo ſequenti, in libro de Laicali inſtitutione, qui primum editus eſt in lucem a doctiſſimo viro D. Luca Acherio Monacho Sangermanenſi Ordinis S. Benedicti Congregationis S. Mauri in tomo 1. *ſui ſcriptorum veterum Spicilegii. Tum Concilium Aquiſgranenſe ſub eodem Ludovico Pio in cauſſa ejuſdem Canonicorum inſtitutionis celebratum anno* 818. *huic opinioni favere videtur, cum hoſce Tractatus ut Proſperianos uſurpat, non ſecus ac Concilium Pariſienſe ſextum ſub eodem Imperatore poſt annos tredecim coactum. Quin etiam huic operi inſcriptum legitur Proſperi nomen in manuſcriptis Codicibus ejuſdem ætatis, & in editis antiquioribus habetur inſertum. Ita denique creditum, nullo refragante, ab omnibus poſterioris ævi ſcriptoribus. Nihilominus tamen hodie conſtat inter eruditos non eſſe Proſperi hocce opus de Vita contemplativa, nec iis religio fuit tam antiquis tamque idoneis teſtibus fidem derogare, & libros proxime ſubjiciendos parenti alteri aſcribere; Juliano ſcilicet cui cognomen erat Pomerio, natione Mauro, qui Arelate Rethoricam cum magna famæ laude docuit, auditoremque habuit Cæſarium Magnum ejuſdem urbis poſtea Epiſcopum, ut teſtatur ejuſdem ſancti Pontificis vitæ liber.*

Hujus porro ſententiæ probationes ſuppetunt non paucæ. Nam 1. *ut ex ipſiuſmet auctoris teſtimonio argumentum primum ducamus, auctor iſte, (quod ſolerter ante omnes obſervavit Jac. Sirmondus in notis ad Aquiſgranenſe Concilium,) Hilarii Arelatenſis, qui obiit anno* 449. *Laudes contexit, lib.* 2. *cap.* 9. *quaſi ejus quem longe ante diem ſupremum obiiſſe ſupponit: quod certe æqualis Hilario Proſper aſſerere nequiviſſet.*

Addes etiam, ſi libuerit, eam rationem quam urget H. Noriſius, quod nempe Proſper non ita liberaliter eum laudaſſet, quem ipſe in litteris ad Auguſtinum teſtatur in ſancti Doctoris gratiæ doctrinam minus propenſum; & ſi alias meritis clarum, præcipuæ auctoritatis, & ſpiritualium ſtudiorum virum fuiſſe profiteatur.

Aliæ inſuper ſuppetunt rationes, quæ dum opus vero auctori reſtituunt, neceſſario illud deinceps a Proſperi operibus omnino ſecernunt. Ac primum S. Iſidorus libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis c. 12. explicate libros illos Juliano Pomerio aſcribit, his verbis: Alios quoque tres libros edidit de futuræ vitæ contemplatione, vel actualis converſatione, nec non etiam de vitiis & virtutibus: *qua certe recenſione omnis operæ diſtributio & totius tractatus iſtius argumentum deſcribitur, ut ex libri tertii præfatione clarius perſpicietur. 2. Laudatus jam Sirmondus Codicem Mſ. vidiſſe ſe teſtatur qui fuerat alias S. Salvatoris Vicecomitis, poſtea vero fuit illuſtriſſimi doctiſſimique Archiepiſcopi Toloſani Caroli de Montchal, in quo libri illi, Juliani Pomerii nomine prætitulantur. Et eodem fide digniſſimo aſſertore, in collectione Canonum Codicis Andegavenſis, ſancto Pomerio, ſic enim vocat, rurſus aſcribuntur tractatus illi noſtri. Alterum ſubinde nactum ſe teſtatur P. Queſnellus in Bibliotheca Abbatiæ Beatæ Mariæ de Trappa, quæ ex obſcuro Monaſteriolo in numeroſiſſimum ſanctiſſimumque Aſceterium de repente evadens Religioſiſſimi Abbatis ſtudio ac pietate, ſuum ætate noſtra Gallicanæ Eccleſiæ Bernardum, ſuam Bernardo reddidit Claram vallem. Duobus hiſce oculatis teſtibus addere liceat tertium non minoris auctoritatis teſtem, ſcilicet doctiſſimum & clariſſimi nominis auctorem Bibliothecæ novæ Auctorum Eccleſiaſticorum, qui tomi ſui tertii parte ſecunda monet, audiiſſe ſe (a fide dignis procul dubio) aſſervari etiamnum in Bibliotheca Capituli inſignis Eccleſiæ Bellovacenſis, pervetuſtum. Mſ. in quo tres libri de Vita Contemplativa Juliani Pomerii ut certi auctoris nomine inſigniuntur.*

Nec forte alterius operis Pomerii meminiſſe cenſendus eſt Gennadius in Catalogo de viris illuſtribus, ſeu de Eccleſiaſticis Scriptoribus, cum recenſito opere in quo auctor ille interrogantibus & rogantibus Juliano Epiſcopo & Vero Presbytero, dialogorum more reſpondens; arte dialectica & ſermone ingenio apto compoſuit de natura animæ & qualitate ejus &c. libros Octo; ſubdit Gennadius: Memini legiſſe me olim ejus dictatum ad quemdam nomine Principium, &c. & alium, De vitiis & virtutibus prætitulatum.

Nec inutile erit hic aliquid etiam de Juliani Pomerii fama fortuniſque breviter præfari. Fuit porro hic Julianus Pomerius, dum hæc ſcripſit, ex Rethoricis diſciplinis ad Eccleſiaſticos gradus provectus: neque enim credere par eſt Julianum Epiſcopum, cujus juſſu ſtylum arripuit, auctorem illi fuiſſe, ut de Clericorum officiis tractaret antequam eo gradu auctus eſſet, cui Eccleſia magiſterium, & aliorum inſtitutionem permittit. Sed & Gennadius hunc presbyterum ordinatum tradit. Hunc Ennodius Ticinenſi Epiſcopus exquiſite laudat lib. 2. epiſt. 6. quam ipſi inſcribit, ubi hæc ſub

finem:

finem: Nunc vale, mi Domine, & circa me ecclesiasticæ disciplinæ magis exerce fautorem, &c. *Ad eundem etiam duas epistolas transmisisse legitur Ruricius Lemovicensis. Nam & ipse Æonium Arelatensem rogat. lib. 2. cap. 8. ut Pomerium ad se venire jubeat. Hunc autem cum tunc Abbatem appellet, argumento est eum ab Æonio monasterii regimini, post adeptum sacerdotalem ordinem fuisse præpositum, quemadmodum ipsemet Pontifex Cæsarium jam factum Presbyterum Monasterii Abbatem pariter constituerat. Dum vero dicitur Cæsarium religiosæ sodalitati defuncti Abbatis loco suffectum, non inani forte conjectura inferemus, illum Juliano magistro quondam suo hoc in munere successorem electum: quem quidem hoc tempore jam annis gravem existimare consequens erit. Quod etiam ipse innuit Gennadius in Catalogo. c. 98. quem concinnans aut amplificans circa annum 494. ait:* Scripsisse & alia dicitur, & adhuc scribere.... vivit usque hodie conversatione Deo digna, apta professioni & gradui. *Quibus verbis postremis, & monachatum illius & sacerdotium designasse jure credetur.*

Inscripti sunt autem libri illi Juliano Episcopo, sed incertum, cujus sedis fuerit Episcopus. Observatur sane hujus nominis Pontifex Carpentoratensis in Epaonensi Concilio anni 517. subscriptus, cui ut hoc opus dicatum judicetur non videtur obstare tum ratio temporis, tum regionum distantia: sed ut erat hoc nomen his sæculis commune, alii etiam esse potuere Juliani, quorum alteri lucubrationes suas nuncupasset Pomerius. Nam, si fides auctori vitæ S. Honorati quæ circumfertur, sedit inter Forojulienses hujus nominis Pontifex: quem cum iste ejusdem Honorati & Capraſii ex Italia reducum hospitem narret; auctor Dissert. de initiis Forojulienſ. Ecclesiæ, eundem cum Quillinio, ad quem datæ exstant Leporii retractationis litteræ, fuisse conjecerat: at quia consarcinatoribus solemne est remotiores temporum epochas conjungere, vel conjunctas distrahere, potuit ille Julianum Episcopum inter hæc tempora deprehendisse; post Victorinum utique, qui anno 506. Agathensi Concilio interfuit: cujusque exstat epistola ad Ruricium Lemovicensem, & istius ad Victorinum. Isto autem Forojulii sedente, Julianum Provinciæ regiones collustrasse, & cum Provincialibus necessitudines contraxisse singulares probatur in Secretis Lirinensibus. Ex hac autem ejus in his partibus consuetudine, haud dubie afflatam illi opinationem suspicari promptum est, qua ex citati Isidori testimonio discimus, eum in octo libris de Natura animæ quos conscripsit, secundum Tertulliani erroribus labefactasse, dum eam corpoream fallacibus etiam argumentis astruere contendit. Nam tum magna famæ laude celebrabatur Faustus Monasterii Lirinensis, in Forojulienſi territorio post Maximum Reiensem tum Episcopum, Abbas; qui quidem sententiæ pene consepultæ cineres suscitare non detrectans, eam etiam scriptis libris acriter defendisse perhibetur: contra quem ex adverso stetit Claudianus Viennensis Ecclesiæ Presbyter, litisque arbitrum se legit Præfectorium Patricium, doctissimum virum, & opt. C. Sollium Sidonium: his enim nominibus, in epistola libris suis præfixa illum convenit. Arbitrum illum autem

sta-

ſtatuit Fauſto licet amiciſſimum, ſed qui amiciorem ſibi veritatem ſatis cumulate teſtatus eſſe videtur, dum libros illos, tot exquiſitis præconiis celebravit in ſua ad Claudianum epiſt. lib. 4. 3.

Ceterum ſuos de anima libros Pomerius, ad ejuſdem Juliani Epiſcopi, cui libros de Vita Contemplativa inſcripſit, petitionem digeſſit, eodem aſſertore Gennadio, qui alium Presbyterum nomine Verum memorat hujus operis edendi cum Juliano promotorem. Atque de hoc Vero cum huc uſque vix quidquam deprehendatur animadverſum, non forte infeliciter conjectum ab auctore Diſſertationis VII. de ſuppoſitis S. Proſpero ſcriptis & tractatibus, Verum iſtum ab eo non diverſum eſſe, quem tam exquiſitis præconiis commendat Salvianus in epiſtola ſua ſeptima, eidem & Apro inſcripta: quæ quidem tanto majorem viri celebritatem arguunt, quanto major ipſe Salvianus, & in his etiam laudibus parcior fuiſſe videtur. Sed hæc rurſus, ſeu Julianum, ſeu Verum extra Provinciam, vel ejus viciniam quærendos non eſſe ſatis arguerent. At pro Vero illud etiam majus occurrit, quod inter hæc tempora in Arauſicanorum Præſulum ſerie, nominis hujus obſervetur Præſul, quem ab iſto noſtro diverſum eſſe vix credibile; non illo quidem, cujus nomen inſcriptum legimus epiſtolæ Provincialium Epiſcoporum ad Leonem pro inſtauratione jurium Arelatenſis Epiſcopi; (cum conſtet Eutropium Arauſicanum Epiſcopum Veri deceſſorem ſæculi quinti mediam partem prætergreſſum, ut qui ab Hilaro Pontifice maximo nec non a Sidonio jam Epiſcopo litteras ſuſceperit:) ſed illo Vero, qui poſt Eutropium ſedit, hoc exeunte ſæculo, cujus & vitam ſcripſit, teſte Sigeberto. Iſtius enim optime concurrit temporis epoche cum Juliani ac Salviani, a quibus laudatur geſtis. Et hæc quidem in librum proxime ſubjiciendum ex doctiſſimorum Criticorum ſcriptis inſerta ſufficiant.

JULIANI POMERII

IN LIBROS DE VITA CONTEMPLATIVA, AD JULIANUM PONTIFICEM.

PROLOGUS.

DU multumque reniſus ſum voluntati tuæ, mi Domine ſtudioſiſſime Ponficum Juliane; non velut pertinaciter durus, ſed propriæ impoſſibilitatis admonitus. Videbatur enim mihi, & jure forſitan videbatur, quod etiam ipſi præſumptionem meam potuiſſetis improvidæ temeritatis arguere, ſi tantam rem, quæ utique eſſet operoſe tractanda, facile ac ſine ulla deliberatione [a] ſuſciperem: cum me oporteret prius ipſius rei pondus, unde dicendum foret, * expendere; & ſic, adjuvante Domino, ſi vires facultas explorata promitteret, ad hoc arripiendum, quod juberetis accedere. His & talibus ſollicita conſideratione perſpectis, neceſſarium duxi, ut me aliquandiu a ſcribendi præſumptione ſuſpenderem. Sed quia cogitanda fuit injuncti operis difficultas, ita cogitari debuit injungentis autoritas, nec volui, nec debui uſquequaque reſiſtere, certus quod vires meas multo amplius adjuvaret tua præcipientis oratio, quam gravaret ipſius materiæ magnitudo. Deinde illa conſideratio animum meum ſuis viribus diffidentem, in audaciam ſubeundæ præceptionis veſtræ perduxit; quod jam non humilitatis eſſet perſeveranter tenere ſilentium, ſed ſuperbiæ ultra renuere, quamvis infirmis cervicibus [b] onus impoſitum: cui oneri ſuſtinendo, etſi mea me ruſticitas faciebat invalidum, veſtra fieri credidi fide qui jubebatis, idoneum.

2. Hoc quoque mihi audendi aliquid fiduciam dabat, quod magnarum rerum magnus ipſe conatus eſſet, etiamſi nullus [c] diſputantem ſequeretur effectus. Siquidem neceſſarium tractatio quæſtionum, etſi non inſtruit [d] non inventis quod quærit animum; exercet ſaltem quærentis ingenium: ut aut noverit ſe quærendo, & nihil inveniendo neſcire quod ſe forte noſſe præſumpſerat; & ignorantiæ ſuæ conſequenter admonitus, quod ſibi deeſſe viderit, quærat; quod invenerit, teneat; & quod tenuerit, [e] perſeveranter exerceat: aut ſi quod ſibi de divinis litteris propoſitum fuerat, ſalubriter tractare, & ſufficienter explicare [f] potuerit: non de inventione [g] veritatis infletur, ſed in Domino qui eum intus illuminavit, ut [h] illuminanda cognoſceret, glorietur. Quandoquidem ſcientia ſicut ſine dono Dei, quod eſt charitas, inflat; ita ſi ei charitas admiſceatur, ædificat. Ac per hoc, qui de Deo loqui voluerit, aut nihil dicit, & nulla eum [i] præcipitat inflatio: aut ſi aliquid dixerit, & ſe crediderit a Deo accepiſſe quod [k] dixit, habet unde Deo gratias agat; non habet quod ingenii ſui viribus elatus adſcribat.

3. Sed jam ipſa capitula, quæ utcumque ſolvenda propoſuiſtis, adtexam. Itaque [l] jubetis ut paucis ediſſeram, quæ ſit vitæ Contemplativæ proprietas; & quid inter ipſam & Activam vitam interſit, quanta poſſum brevitate diſtinguam. Utrum is cui Eccleſiæ regendæ cura commiſſa eſt, contemplativæ [m] virtutis fieri particeps poſſit. Utrum æquanimiter ſuſtinendi ſint divina præcepta calcantes, an pro modo peccati debeant Eccleſiaſtica ſeveritate coargui. Utrum [n] congregandis fratribus aut alendis, expediat facultates Eccleſiæ poſſideri, an perfectionis amore contemni. Quæ ſit abſtinentiæ credenda perfectio: & utrum [o] tantum corpori an & animæ neceſſaria debeat judicari. Quantum a virtutibus veris virtutum ſimilitudines diſtent. Quibus præcedentibus cauſis & ſubſequentibus incrementis naſci ſoleant vitia, vel augeri: & quibus poſſint, adjuvante Domino, remediis, velut quibuſdam medicamentis imminui, vel ſanari. Quot modis vel gradibus unaquæque virtus poſſit impleri. Et an vera ſit illa Philoſophorum ſententia, quæ virtutum omnium velut fontes quoſdam quatuor virtutes; vitia quoque quatuor, velut quaſdam origines malorum [p] omnium definit. Hæc ſunt nimirum decem, quæ a me voluiſtis enodari capitula, non ut abſolutio eorum vobis aliquid cognitionis afferret: ſed ut [q] veſtra magis cura, ſi regulariter imperatum munus implevero, nonnihil ædificationis talium ſtudioſis; horum & his ſimilium capitulorum explicatione conferret. Ceterum ſi tu ea neſcires, nunquam tanto ordine

* *Alias* experiri.

a Mſſ. duo. Regius unus, & Camberonenſis, *ſuſceperim*.
b Sic Mſſ. quinque cum Edit. Lugd. 1539. Mſſ. duo & Edd. Duac. & Colon. *quamvis infirmis cervicibus onus impoſitum grave ſit*.
c Mſ. Colbertinus unus, *diſputationum*.
d Mſſ. quatuor cum Ed. Lugd. *non inſtruit inventis*: ſed, ut videtur, minus bene.
e Ita Mſſ. quinque. Mſ. unus & Edd. *diligenter*.
f Mſ. Camberonenſis, *poterit*.
g Abeſt vox *veritatis* a Mſ. Camb.
h Mſs. duo, *enubilanda*. Mſ. unus, *innubilata*.
i Mſ. Camb. *præcipitabit*.
k Edd. cum Mſ. uno *quod dicit*.
l Mſſ. plerique, *jubes*.
m Mſ. unus, *Contemplativæ vitæ*.
n Mſ. unus, *pro congregandis*.
o Sic Mſſ. duo cum Ed. Lugd. & Duac. In aliis deeſt, *tantum*.
p Mſ. unus, *origines malorum definiunt omnium*.
q Sic Mſſ. ſex cum Edit. Lugd. Alii Editi cum Mſ. uno. *Sed ut veſtra magis cura ſciret, ſi regulariter.... capitulorum explicatione conferri*. Camberon. Mſ. *ut veſtra magiſtra cura*.

dine dilucidanda proponeres. Idco autem voluistis cognita vobis disputationibus illustrari, ut aut me, si aliquid [a] secus quam ratio habet exponerem, faceretis emendari vel corrigi: aut certe per sollicitudinem vestram, meumque sermonem ad aliorum notitiam [b] possent Catholice disputata perduci. [c] Nunc igitur quæ sit vitæ Contemplativæ proprietas, Domino vestris orationibus adjuvante tractemus.

a Mss. duo, *secus ac*.
b Mss. quinque, *possint*.
c Mss. quinque, *Nunc igitur jam*.

CAPITA LIBRI PRIMI

De Vita Contemplativa.

Cap. I. *Quod ea sit vitæ Contemplativæ proprietas, ubi* [a] *Dominus mundo corde videbitur.*

II. *De qualitate vitæ futuræ.*

III. *Quod eo judicio Dei* [b] *ab iniquis hominibus separandi sunt Sancti,* [c] *quo ante sunt beati Angeli ab immundis spiritibus separati.*

IV. *De resurrectione, vel vita Sanctorum.*

V. *Quod præsentium contemptores etiam hic contemplativæ vitæ beatitudo delectet.*

VI. *Quod perfectio contemplativæ vitæ quæ hic haberi potest,* [d] *perfectioni futuræ comparari non possit.*

VII. *Quod Dominum Sancti perfecte videre non possint, nisi cum ad beatitudinem futuræ vitæ pervenerint.*

VIII. *Quæ & quanta sit in hac carne vitæ Contemplativæ perfectio, vel qualiter ei perfruendæ mundi contemptores inhæreant.*

IX. *Quod tantum interest inter perfectionem vitæ istius & futuræ, quantum interest inter perfectos qui peccare nolunt, & eos qui jam peccare non possunt.*

X. *Quod hic Sancti* [e] *Deum in assumpta creatura viderunt.*

XI. *De qualitate glorificatorum corporum, quæ in resurrectione futura sunt.*

XII. *Quantum inter Contemplativam & activam vitam intersit.*

XIII. *Quod Sacerdotes sancti comtemplativæ vitæ fieri participes possint.*

XIV. *Ubi se locutor excusat, quod Ecclesiæ magistros docere non audeat.*

XV. *De negligentia Sacerdotis qui doctrinæ suæ agende contraria, personam non potest implere Doctoris.*

XVI. *Quale periculum maneat eos, qui Ecclesiam sibi creditam vel* [f] *relinquunt, vel strenue gubernare contemnunt.*

XVII. *Ubi anxium quod Ecclesiam nec relinquere, nec regere possit, provocat suggerendo quod eam melius regat exemplo.*

XVIII. *Quod parum valeat* [g] *exemplo agenda monstrare, nisi etiam quæ sint credenda, docendo Sacerdos ostenderit.*

XIX. *De virtute fidei, quod ad eam non solum credere, vel intelligere, sed etiam bene operari pertineat.*

XX. *Quod nihil prosit* [h] *Sacerdoti, etiam si bene vivat, si male viventem tacendo non corrigat.*

XXI. *Luctuosa descriptio* [i] *Sacerdotis carnaliter viventis.*

XXII. *Quod secundum sermonem* [k] *Prophetæ culpa sua pereant, qui Sacerdotum increpationes, vel admonitiones perversa voluntate contemnunt.*

XXIII. *Quod Sacerdotes etiam* [l] *qui aliter possunt, tam simpliciter docere debeant, ut omnes eos docentes intelligant.*

XXIV. *Quid intersit inter Doctores, qui Ecclesiam simpliciter docentes ædificant, & eos qui eloquentiam suam luculentis declamationibus* [m] *jactant.*

XXV. *Quales esse debeant Sacerdotes, qui volunt fieri vitæ Contemplativa participes.*

a Mss. Cambr. *Deus*.
b Mss. unus *ab omnibus*.
c Mss. Cambr. *ante jam*.
d Sic Mss. duo Reg. & Cambr. Editi addunt *illic*.
e Mss. Cambr. *Dominum*.
f Mss. 2. Reg. & Cambr. *relinquere volunt*.
g Mss. Reg. unus *exempla agendo*.
h Mss. Reg. 2. & Cambron. *Nihil prosit Sacerdotibus si bene vivunt, si male viventes tacendo non corrigant*.
i Mss. Reg. 2. & Cambron. *Carnaliter viventium Sacerdotum*.
k Mss. duo. *prophetiæ*.
l Sic Mss. duo. Edit. *qualiter possunt*.
m Mss. duo. *dejectunt*. Ms. unus *dejectant*.

JULIANI POMERII

DE VITA CONTEMPLATIVA LIBER I.

CAPUT PRIMUM.

Quod ea sit Vitæ Contemplativæ proprietas, ubi Deus mundo corde videbitur.

1. CONTEMPLATIVA Vita, in qua Creatorem suum creatura intellectualis ab omni peccato purgata, atque ex omni parte sanata visura est, a contemplando, id est, videndo, nomen accepit. Quod si ita est, illa vita ubi Deus videri potest, ipsa [a] Contemplativa credenda est. In presenti [b] autem vita miseriis, erroribusque plenissima, Deum, sicuti est, videri non posse, dubium non est. In futura igitur [c] vita, quæ ob hoc appellatur Contemplativa, videndus est: nec immerito. Si enim videre Deum, summum, solidumque est gaudium; summum [d] vero gaudium præmium bene creditur beatorum; & præmium [e] non adhuc pugnantibus, sed [f] jam vincentibus dabitur post triumphum; quis non videat quod omnes Sancti Deum in illa vita æterna videbunt, ubi sine fine gaudebunt? Ibi gaudebunt, ubi præmium reportabunt: ibi recepturi sunt præmium, ubi non solum devictis, sed etiam finitis hostibus, triumphabunt: ibi triumphabunt, ubi ulterius adversarium non [g] habebunt.

2. Ceterum in hac vita, quamvis strenue dimicemus, & adjuvante Domino, catervas hostium, quibus circumfundimur, prosternamus; tamen si ab eis nolumus vinci, nunquam pugnare [h] desinimus. Nec vincentes securos faciunt viriliter desudata jam prælia; sed magis sollicitant adversariorum rediviva certamina. Ac sic, quia secundum scripturæ [i] sacræ sermonem, *tota humana vita tentatio est super terram*, tunc est tentatio finienda quando finitur & pugna: & tunc est finienda pugna, quando post hanc vitam succedit pugnæ secura victoria: ut omnes milites Christi, qui usque in finem vitæ præsentis divinitus adjuti, suis hostibus insatigabiliter restiterunt, laboriosa jam peregrinatione transacta, regnent fœlices in patria. In qua humana natura ita reparanda est, & ab omni prorsus infirmitate sananda, ut nec peccata ei ulla [k] remaneant, nec peccare jam [l] valeat. Cujus hoc erit totum præmium, ut vitæ contemplativæ semel compos effecta, inexplebiliter auctorem beatitudinis suæ [m] conspiciat, de illo gaudeat [n], de illo quod speravit obtineat, & in eo ad [o] quod sancte vivendo pervenit, sine fine permaneat.

Job. 7. 1. Sec. LXX.

S. Prosperi.

a Sic Mss. duo. Reg. Editi vero *ipsa est contempl. credenda.*
b Mss. Reg. unus *etenim.*
c Abest hæc vox, *vita*, a Mss. duobus Colbert.
d Ms. Cambr. *summum & verum gaudium.* Ms. Reg. unus: *summum verum gaudium.*
e Ms. Colb. unus. *quod non adhuc.*
f Editio Lugd. *etiam.*
g Mss. quatuor *non timebunt.*
h Mss. septem, Reg. duo. Colbert. quatuor & Camberon. *desinimus* Editi. *desinamus.*
i Editi. *Scripturæ sacræ.* Mss. *sanctæ.*
k Ms. Colb. unus, *ulla ulterius.*
l Edit. Lugd. *valeant.*

CAPUT II.

De qualitate vitæ futuræ.

1. JAm vero de qualitate ipsius vitæ futuræ quid dicam, quæ potius debet credi, quam dici? Nec ideo tamen debeo inde tacere [p] quod valeo, quia dicere quantum volo non valeo. Neque enim quia Deum ineffabilem credimus, fari de illo quod possumus non debemus. Ita sane, ut plus credatur de illa vita, quam [q] scribatur: quia nec potest inde tantum proferri sermone, quantum potest mente complecti; & minus concipit mentis humanæ quamlibet profunda complexio, quam [r] se habet rei ipsius magnitudo. Ergo futura vita creditur beate sempiterna, & sempiterne beata, ubi est certa securitas, [s] secura tranquillitas, tranquilla jucunditas, felix æternitas, æterna felicitas; ubi est amor perfectus, timor nullus, dies æternus, alacer motus, & unus omnium spiritus de contemplatione Dei sui, ac de sua cum illo permansione securus: ubi ipsa civitas, quæ est Angelorum sanctorum [t] & hominum congregatio beata, meritis fulgentibus [u] micat, & æterna salus exuberat; veritas regnat; ubi nec fallit quisque, nec fallitur; unde [x] nullus ejicitur beatus; & quo nullus miser admittitur.

CAPUT III.

Quod eo judicio Dei ab iniquis hominibus separandi sunt sancti quo [y] ante sunt beati Angeli ab immundis spiritibus separati.

1. SEd [z] & hoc futurum credimus per justum Dei judicium, in quo non solum meritis,

m Ms. Reg. unus & Camberon. *concupiscat suæ.*
n Mss. septem non habent, *de illo.*
o Mss. sex. Edit. vero *ad quod sancte vivendo pervenerit.*
p Ms. Colb. unus, *quantum valeo.*
q Mss. quinque, *scribitur.*
r Ms. Colb. unus, *se habeat.*
s Editi. *& secura tranquillitas & tranquilla jucunditas*, deest *&* utrobique in Mss. omnibus.
t Ms. unus. *Angelorum, sanctorumque omnium.*
u Mss. tres, *micat*: *æterna salus.*
x Mss. omnes, *beatus ejicitur.*
y Mss. duo, *jam ante.* Mss. alii duo, *quo jam sunt.*
z Mss. quinque, *Sed hoc.*

ritis, sed etiam locis sic ab iniquis justi [a] separandi sunt in æternum, ut jam nec [b] remunerati præmium finiant, nec damnati supplicium; quandoquidem propterea incorruptio & immortalitas dabitur etiam corporibus miserorum, ut nec ipsi [c] æternam pœnam finiant, nec ipsos consumat immortalis pœna, sed puniat. Ideo autem beata incorruptione & immortalitate justorum corpora donabuntur; [d] ut & ipsi in gloria, & in ipsis gloria æterna permaneat.

2. Hoc judicium, quod inter justos homines injustosque futurum dicimus, inter sanctos Angelos & immundos credimus [e] factum. Nam cum essent utrique sine peccato creati, & ad serviendum Deo suo [f] feliciter instituti, eorum quidam voluntate propria depravati noluerunt permanere [g] quod facti sunt; & cum se contra Creatorem suum [h] typho superbiæ letalis *Isa. 14, 13.* hostiliter extulissent, de superna cæli regione projecti sunt. Quos divina sententia [i] eo supplicio condemnavit, ut quia noluerunt perseverare, cum possent, nec [k] velint reparari, nec possint. Siquidem prævaricationis eorum fuit, quod [l] irrevocabilis judicii animadversione percussi sunt: & ad damnationem justissimam profecto pertinuit, quod voluntatem redeundi ac facultatem penitus amiserunt: sicut e contrario voluntati sanctorum Angelorum fuit, quod malis sponte cadentibus, ipsi in sua dignitate manserunt, & divino justoque judicio actum est, ut [m] quæ fuit cum Deo suo manendi voluntas, fieret permanendi voluntaria felixque necessitas. Et ideo, quia nec peccaverunt unquam, nec peccare jam possunt; illius Contemplativæ vitæ semel facti participes, [n] inexplebiliter authorem beatitudinis suæ conspiciunt, & merito suæ stabilitatis in æternum felices effecti, de sua permansione securi sunt. Qui summum solidumque gaudium, quo insatiabiliter perfruuntur, de divina contemplatione percipiunt, ac Deo suo insatigabiliter & amanter inserviunt; ita perfecte beati, ut nec cupiant beatiores fieri ultra, nec valeant.

CAPUT IV.

De resurrectione, vel vita Sanctorum.

1. HÆc est [o] Contemplativa vita, vita beata, ad quam qui bonorum operum consummatione pervenerint, beatis Angelis similes erunt, & simul [p] cum Deo sine fine regnabunt. Quod hic [q] crediderunt, ibi videbunt: sui Creatoris substantiam mundis cordibus contemplantes, æterna exultatione gaudebunt; [r] divina ac mutua dilectione possessi, Deo suo in æternum & invicem sibi feliciter adhærebunt: receptis cum incorruptione atque immortalitate corporibus, municipatum patriæ cælestis accipient; atque ejus in æternum cives effecti, promissa præmia reportabunt. Ibi eis exuberabit tanta lætitia, tanta cælestium gratia gaudiorum, ut & remuneratori suo pro tantis muneribus gratias agant, & nullum fastidium ex ipsa affluentium bonorum perceptione sustineant. Ibi ita patebunt singulorum singulis mentes, sicut corporalibus oculis subjacent facies corporales: quia humanorum pectorum tanta ibi erit & tam perfecta munditia ut habeant unde mundatori suo Deo gratias agant, non unde offensi aliquibus peccatorum sordibus erubescant: quia ibi nec ulla peccata, nec peccatores erunt, & qui ibi fuerint, jam peccare non poterunt. Nec latebit jam perfecte beatos aliquid secretorum, qui, quod est longe præstantius, ipsum visuri sunt mundis cordibus Deum; quandoquidem humana creatura ita perfecta erit, ut in melius aut [f] deterius ultra mutari non possit.

2. Cujus humanæ substantiæ ad Conditoris sui similitudinem sublimatæ, omnia bona quæ naturaliter accepta [t] peccato corruperat, reparabuntur in melius; id est intellectus sine errore, memoria sine oblivione, cogitatio sine [u] pervagatione, charitas sine simulatione, sensus sine offensione; incolumitas sine debilitate; salus sine dolore, vita sine morte, facilitas sine impedimento, saturitas sine fastidio; & tota sanitas sine morbo: quoniam quidem quidquid hic corporibus [x] humanis vitiandis aut ferarum morsus [y] ademerint; aut improvisi casus abstulerint, aut malarum valetudinum genera diversa [z] decerpserint, aut humana crudelitas amputaverit, aut si ignis, vel quælibet alia res aliquid debilitatis intulerit, aut ipsa senectus etiam sanis onerosa negaverit, hæc atque his similia corporum damna una ibi resurrectio reparabit, atque ea corpora membris omnibus instaurata, incorruptibilis sanitas obtinebit.

3 Propterea quicunque ibi erunt, etsi differentibus meritis ab invicem distabunt, omnes tamen una perfectione beati erunt: quia singulis præmia sua sufficientia erunt, & capere amplius præmiis suis jam perfecti non poterunt. Sicut enim corporalis saturitas omnes saturos æqualiter habet, quamvis singuli cibum non æqualiter, sed pro possibilitate perceperint; ita omnes Sancti etsi fuerint aliqua graduum suorum diversitate distincti, una [aa] beatitudine perfecti erunt, quia & una perfectione beati

a Mſ. Reg. unus, *discernendi sunt*.
b Editio Lugd. sola *nec remuneratis præmium finiat, nec damnatis supplicium*.
c Mſ. Colb. unus, *nec ipsi æterna pœna finiantur*.
d Mſ. Colb. unus, *ut ipsi* (Mſ. alter *& ipsi*) *in gloria æterna permaneant*, ceteris omissis.
e Mſ. unus *esse factum*.
f Mſ. unus, *fideliter*.
g Mſ. Reg. unus, *in eo quod facti sunt*.
h Mſ. Camberon. *typo*.
i Mſſ. tres, *eo sub judicio*. Mſ. alter, *eo judicio condemnavit*.
k Ita Mſſ. omnes. Editi vero, *nec vellent reparari, nec possent*.
l Sic Mſſ. quinque. Mſ. alter, *incredibilis*. Editi vero, *irrevocabiliter*. Mſ. Camb *prævaricationis eorum quod fuit, irrevocabilis judicii*.
m Mſ. Colb. unus, *ut quibus fuit*.
n Mſſ. duo Colb. *inexplicabiliter*.
o Sic Mſſ. unus Colb. Ceteri cum Editis, *Hæc est Contemplativa vita beata*.
p Mſ. Reg. unus & Edd. Lug. & Duac. *cum Deo suo*.
q Sic Mſſ. sex. Editi, *crediderant*. Mſ. unus *crediderint*.
r Ita Editi, Duac. & Colon. Mſſ. tres *divina dilectione ac mutua dilectione*. Edit. vero Lug. cum Mſ. uno *divinæ dilectionis ac mutua delectatione*. Mſ. alter. *divina delectatione ac mutua dilectione*. Alius, *divina electione ac mutua delectatione possessi*. Alter vero, *divinæ dilectionit ac mutuæ caritatis possessione*.
s Mſſ. Camb. *aut in deterius*. Alii cum Edd. *aut deterius*.
t Mſ. unus *peccando*.
u Mſ. unus *prævaricatione*.
x Mſ. unus, *humanis hic corporis vitiatis*.
y Mſ. Camb. & Ed. Lugd. *ademerit*.
z Sic Mſſ. tres Alii cum Edd. *discerpserint*: quod membrum abest ab editione Lugd.
aa Mſ. unus, *una tamen beatitudine*. Mſ. alter, *qui & una*.

beati [a] futuri sunt. Ceterum in illa tantæ beatitudinis regione [b] nec majoris meriti sibi aliquid quisque arrogabit, quia arrogantia ibi nulla erit: [c] nec superiori inferior invidebit, [d] quia ibi invidia esse non poterit. Et ideo etsi erit ibi distantia mansionum, summa tamen in illis erit unius perfectionis æqualitas, quibus erit regni cœlestis una felicitas.

CAPUT V.

Quod contemptores præsentium etiam hic Contemplativæ vitæ beatitudo delectet.

1. QUi felicitati promerendæ ille suspirat, qui præsentibus omnibus futurorum contemplatione renuntiat, atque a domesticis occupationibus, quæ nonnunquam perfecte vivere cupientium processus impediunt, in illam divinæ sublimitatem contemplationis evectus, ipsos etiam suæ carnis affectus exuperat: [e] & infra se universa despiciens, quæ plerumque animas de præteritæ vitæ sanctitate securas in terrena dejiciunt, [f] ipsis etiam cælestibus appropinquat, [g] tanto divinis vicinior factis, quanto supra humana omnia studio perfectionis ascendit; certus quod si Contemplativam vitam hic incertis honoribus, divitiis anxiis, & caducis delectationibus plena voluntate prætulerit; veros honores, securas divitias, & delectationes æternas [h] inveniat, cum ad perfectionem contemplativæ virtutis, in illa beata vita, ubi futura est, Deo remunerante, pervenerit. Et re vera quid erit honoratus eo, quem divina clementia angelicæ dignitatis æqualitate beaverit? Quid ditius eo, quem regni cælestis ineffabiliter affluens beatitudo ditaverit? Aut quid etiam hic delectabilius contemplatione divina, quæ sibi veraciter inhianti incorruptibilem suavitatem futuræ remunerationis infundit? Quoniam quidem Contemplativa vita hic quoque amatores suos futurorum bonorum consideratione delectat, ac sibi tota mentis intentione vacantes, quantum in hac vita fieri potest, dono sapientiæ spiritualis illuminat; & ad illam divinæ plenitudinem visionis, cujus spem studiis intenti cœlestibus gerunt, incentivo quodam ipsius consequendæ perfectionis inflammat; ut quod nunc in ænigmate cernunt, nec perfecte discernunt, tunc in illa revelatione conspiciant.

CAPUT VI.

Quod perfectio Contemplativæ vitæ quæ hic haberi potest, perfectioni futuræ comparari nonpossit.

1. QUapropter non sic contemplativæ vitæ sublimitatem in futuro, ubi perfectio perficienda est, prædicavi, ut in præsenti eam negarem posse ab omnibus mundi contemptoribus apprehendi: si modo se ad eam tota devotione convertant; si desiderio ejus accensi, præsentia blandimenta fastidiant, & longe fortiores effecti, quam ut eos terrenæ occupationes illaqueent, divinis rebus ac futuris promissionibus considerandis inhæreant. Sed si [l] consideramus Apostoli Pauli sermonem, quo inter eam scientiam quæ hic est, & eam quæ ibi futura est, discriminans ait: *Ex parte scimus & ex parte prophetamus*: Contemplationem divinam quæ in hac vita est, illi futuræ conferre nec possumus, nec debemus: quando idem Apostolus adjungat & dicat: *Cum autem venerit quod perfectum est*, [k] in illa vita significans, *tunc evacuabitur quod ex parte est*: [l] ac sic quod modo ex parte sentimus, tunc ad illam plenitudinem contemplationis divinæ perducti jam perfecte [m] videbimus.

2. Nec sane quia ibi rerum omnium notitia non per partes, sed simul & tota videbitur, ideo saltem qualiscumque in hoc fragili corpore [n] desperatur. *Etsi* enim *corpus quod corrumpitur, aggravat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem;* tamen [o] in quantum potest humana mens, quam suus Creator ad suam fecit imaginem, studeat etiam hic intelligibiliter Deum videre per fidem, ut eum plenius videat, cum pervenerit munere ipsius Conditoris sui ad speciem: Attende quam [p] divine sanctus Apostolus speciem fidemque distinxit, ut diceret: *Per fidem ambulamus, non per speciem*. [q] Fides ergo est per quam ambulatur, & species quæ videtur; quia in hac vita ubi per fidem bene vivendo proficimus, bonorum operum quodammodo passibus ambulamus, in [r] futura autem pervenientes ad speciem, jam non erit quo velut proficiendo ulterius ambulemus; sed ipsam speciem ad quam per fide spiritualiter ambulando pervenimus, insatiabili delectatione videbimus.

CAPUT VII.

Quod Deum perfecte Sancti videre non possit, nisi cum ad beatitudinem futuræ vitæ pervenerint.

1. QUocirca sic hortandi sunt ad Contemplativam vitam, quicunque plene voluerint, & Deo [f] auxiliante potuerint, ut meminerint sibi ipsius Contemplationis divinæ perfectionem, in illa beata vita quæ futura est, reservari; ut ibi Deum sicuti est, perfecte videant, ubi & ipsi erunt vitæ æternæ ac regni cœlestis consecutione perfecti. Ceterum si hic perfecte potuisset substantiam Dei humana fragilitas contemplari, numquam sanctus Evangelista dixisset, *Deum nemo vidit unquam*. Non dixit, Nemo videbit. Denique ut evidenter ostenderet visionem Dei non negatam esse sanctis hominibus, sed dilatam: [t] quod in

S. Prosperi.

a Mss. unus, *facti sunt*.
b Ms. Camb. *nec major meriti sibi aliquid arrogabit.* Ms. alter, *arrogabunt*.
c Ms. Colb. unus, *nec superioribus inferiores invidebunt*.
d Sic Mss. quinque. Mss. alii duo. *invidus esse non poterit* Edd. *quia ibi invidus nullus esse poterit*.
e Sic Mss. septem cum Edit. Lugd. Aliæ Edit. *Qui & infra se*.
f Ms. Reg. unus, *ipse jam*. Ms. Reg. alter *ipse etiam*.
g Mss. tres *tantam divinis . . . . quantum*.
h Mss. duo, *inveniet*.
i Mss. septem, *consideremus*.
k Ms. Colb. unus, *illam vitam*;
l Mss. duo & Ed. Colon. *Ac si quodammodo*.
m Ms. unus, *sentiemus*,
n Sic Mss. omnes. At Edit. *desperetur*.
o Ms. Reg. unus, *in quantum valet*.
p In Ms. uno alia manu, *digne*.
q Ms. unus, *per quam videtur*. Editio Lugd. *Fides ergo per quam ambulamus, & species quæ videtur tenenda est*.
r Ms. unus, *in futuro autem*. Edit. Lugd. cum Ms. Reg. uno, *jam non erit quod*.
f Ms. unus, *& adjuvante Domino*. Ed Lugd. *pervenire potuerit*.
t Ms. Reg. unus, *quod in præsenti negavit, in futuro tempore promisit*.

in præsenti tempore negavit, in futuro promisit
Matt. 5. 8. dicens: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Neque hic dixit, Quoniam ipsi Deum vident. Igitur si Deus, qui in hac vita sine ullicujus elementi assumptione, nec potuit videri, nec potest, in futura vita videndus est: ibi est contemplationis divinæ speranda perfectio, ubi erit bonorum omnium plenitudo.

CAPUT VIII.

Quæ & quanta sit in hac carne vitæ contemplativæ perfectio, vel qualiter ei perfruendæ mundi contemptores inhæreant.

a PRoinde vitæ contemplativæ sectator [a] ad conditorem suum corde illuminandus accedat, ipsi contemplando atque [b] infatigabiliter perfruendo vigilanter inserviat, ipsum jugiter concupiscat, præ amore ejus omnia quibus inde potest averti, [c] refugiat, omnes cogitationes suas, ac totam spem ex illius * delectatione suspendat, literarum divinarum sacris meditationibus vacet, in his se divinitus illuminatus oblectet, ibi se totum velut in speculo quodam [d] refulgente consideret: quod in se pravum deprehenderit corrigat, [e] quod rectum est, teneat: quod deforme, componat: [f] quod pulchrum, excolat: quod sanum, servet, quod infirmum, assidua lectione corroboret: Domini sui præcepta infatigabiliter legat, [g] inexplebiliter diligat, efficaciter impleat, & quid sibi cavendum quidve sectandum sit, ex eis sufficienter instructus agnoscat, mysteriis earumdem divinarum Scripturarum perscrutandis insistat, Christum [h] ibi
Joan. 1. 45. promissum legat, repræsentatum videat, prophetatam perditionem populi contumacis intelligat, [i] impleri lugeat, de salute gentium gaudeat, [k] ex præteritis quæ prædicta sunt & impleta teneat, futuris promissionibus credat, ab strepitu negotiorum sæcularium [l] remotissimus, ea [m] ferventer excogitet, quibus animum suum in desiderium futuræ remunerationis inflammet, studiis spiritualibus, quibus in dies singulos melior ac melior fiat, invigilet, amet ocium sanctum, in quo exerceat animæ suæ negotium, mortuum sibi deputet mundum, ac se mundi n [n] blandientis illecebris exhibeat crucifixum; delectationi spectaculorum præsentium incomparabiliter anteponat sui creatoris intuitum, semper se o [o] proficiente successu in fastigium divinæ contemplationis attollat: nunquam ne ad momentum quidem a promissionibus futuris considerandis aversus, ad terrena respiciat; eo aciem mentis indesinenter intendat, quo pervenire desiderat: beatitudinem vitæ futuræ ante p oculos [p] animi sui proponat & diligat: nec metuat aliquid temporale, nec cupiat; ne aut metus amittendæ rei temporalis, aut cupiditas acquirendæ intensionem mentis ejus emolliat; non eum blanda corrumpant, nec adversa concutiant: non inflet opinio secunda, nec sinistra dejiciat, nec falsa vituperatio sive laudatio, augeat [q] gaudia ejus, aut minuat: non q gaudeat de temporalibus omnino, nec lugeat. Inter læta invictus, ac tristia; una faciem [r] animi constantis obtineat, nec [s] pectori ejus r s stabilem firmitatem, quicquid promittit mundus aut minatur, excutiat: sed idem semper ac sibi similis perseverans, mundi hujus damna [t] simul & lucra non sentiat. Et cum hæc & t his similia contemplativæ vitæ desiderio affectus impleverit, non se hic jam ex omni parte perfectum, sed perficiendum in illa beata vita, quæ futura est, immobiliter credat: atque [u] ad u eam se, ubi Dei substantiam revelata facie videre possit, extendat.

CAPUT IX.

Quod tantum intersit perfectionem vitæ istius & futuræ, quantum interest inter perfectos qui peccare nolunt, & eos qui jam peccare non possunt.

1. NAm sicut hic [x] comparatione juste viventium dicitur quisque perfectus, quia justus præcepta facit, perfectus autem præcepta transcendit: ita idem collatus illis absolute perfectis, qui in vita beata futuri sunt, non est, ut ita dicam, perfecte perfectus; cui etsi dimissa est omnis iniquitas, non est adhuc sanata, sed [y] sanatur ejus infirmitas: & ideo y etsi [z] non peccat, ut sit vere perfectus, pec- z care tamen potest: quia non est consumpta omni infirmitate sanatus: ac per hoc, ubi ab omni peccato mundatus peccare non poterit, ibi erit perfecte sanus & summe perfectus.

2. Hic autem quantalibet quis excellentia sanctitatis emineat, quantalibet eminentia perfectionis excellat, potest quidem fieri pro modulo hujus vitæ perfectus: sed non est sic de sua perfectione securus, ut non debeat esse de casu sollicitus: & utique ubi est sollicitudo, non est absoluta beatitudo. Quæ nequaquam perfecta credenda est, si secura non fuerit; nec secura erit, nisi omnem sollicitudinem [securitas] æterna consumpserit. Quapropter, qui dicuntur in hac vita beati, spe beatitudinis futuræ beati sunt; [aa] ipsa autem re non hic, sed in illa aa vita beati futuri sunt: quia ibi omnium beatorum beatitudo perfecta erit, ubi humana natura sui gloriam conditoris, & suam perfecte beatificata visura est, atque ei sine ullo defectu suæ beatitudinis adhærebit.

CA-

a Mss. Colb. duo, *ut ad conditorem.*
b Ms. unus, *insatiabiliter perfruendo.* Ms. alter, *insatiabiliter consequendo, vel utendo perfruendo, vigilanter inserviat.*
c Mss. quinque, *fugiat.*
d Ms. unus, *refulgentem.*
e Ms. Camb. *quod rectum est.*
f Mss. duo Reg. & Camberon. *quod pulcrum servet, quod sanum excolat.*
g Mss. tres *implebiliter.* Ms. unus *inexplicabiliter.*
h Editi. *Christum promissum.*
i Ms. Colb. unus, *impletam.*
k Ms. Colb. unus, *quæ de Christi morte prophetata sunt & impleta plangat, futuris promissionibus.*
l Ms. Colb. unus, *remotissimus existat.* Alter, *sed ea ferventer.*
m Ms. Colb. unus, *frequenter.*
n Ms. Colb. unus, *blandimentis & illecebris.* Ms. Camber. *blandimentis illecebrisque.*
o Sic Mss. duo, cum Edit. Lugd. Alii codices, *proficientem.*
p Ms. unus, *animæ suæ.* Ms. alter, *mentis suæ.*
q Ms. unus, *gaudium ejus.*
r Sic Mss. sex. Editi, *animo constanti.*
s Sic Mss. quatuor. Ceteri cum editis, *pectoris.*
t Mss. septem, *simul ac lucra.*
u Ita Mss. omnes, Editi vero, *ad eumdem.*
x Ms. unus, *ex comparatione.* Ms. alter, *ad comparationem.*
y Mss. duo, *sanabitur.*
z Mss. duo, *si non peccat.*
aa Ms. Colb. unus, *ipsi autem Sancti non hic, sed in illa vita beati sunt.*

CAPUT X.

Quod hic Sancti Deum in assumpta creatura viderint.

NEc moveat quod hic quoque a justis antiquis visum legimus Deum : quia non est in hac humiliatione nostra sic visus, sicut in illa clarificatione videndus est : quandoquidem [a] sine forma visibilis creaturæ, in qua pro dispensatione temporum, ubi voluit, & quibus voluit justis apparuit, nec potuit, nec potest videri, sed poterit cum ad supernam patriam peregrinatio nostra pervenerit, & mortale nostrum immortalitas beata vestierit ; atque ad contemplationem divinam [b], perceptionemque cælestium præmiorum omnes vere fideles fides ipsa, qua hic futura credebantur, impleta perduxerit.

CAPUT XI.

De qualitate glorificatorum corporum, quæ in resurrectione futura sunt.

IBi diversi quidem sexus corpora, sed sine ulla concupiscentia corporali futura sunt. Ibi erit omnium perfecta charitas, & nulla cupiditas. Ibi etiam corporales oculos nihil visibilis creaturæ latebit, quia incorruptibilium corporum visus utique incorruptibilis erit ; & ita sine comparatione vivacior quam hic fuit, ut ei aliquid visibilium clausum esse non possit. Corporibus quippe immortalitate donatis auferenda est tarditas, non integritas ; necessitas, non voluntas, ut ibi sine * temporis mora aut impedimento ponderis sint, ubi esse voluerint ; atque eo sequatur sine ulla difficultate spirituale jam corpus, quocunque ire voluerit spiritus, angelicæ beatitudinis æqualitate perfectus. Tunc filiorum, parentum, conjugum miseria, qui ibi non fuerint, beatos contristare non poterit : quia nomina omnium necessitudinum corporalium, quæ hic nostra fragilitas habuit, excellentia illius beatitudinis non admittit : ubi omnes quicumque fuerint, unum corpus erunt, & singuli de sua vel de singulorum felicitate gaudebunt. Hæc de Contemplativa vita dicta sufficiant.

Aug. de civit. Dei l. 22. c. 17.

* *Alias* temporum :

Aug. lib. 1. retract. c. 13. & 19.

CAPUT XII.

Quantum inter Contemplativam & activam vitam interfit.

1. JAm nunc quid inter ipsam contemplativam & activam vitam interfit, breviter disserabus. Quod ut evidenter eluceat, ipsas sibi invicem vitas, contemplativam scilicet & activam, prolatis earum virtutibus conferamus. Ad activam vitam pertinet inter humana proficere, & rebelles corporis motus rationis imperio temperare ; ad contemplativam supra humana [c] desiderio perfectionis ascendere, & [d] indesinenter augendis virtutibus incubare. Habet activa profectum, contemplativa fastigium. Hæc facit hominem sanctum, illa perfectum. Hujus vitæ est, nulli prorsus injurias irrogare : illius, irrogatas æquanimiter sustinere. Immo, ut proprius dicam, executor activæ studet in se peccanti dimittere ; contemplativæ sectator offensas, quibus pulsatur, nec omnino concutitur, ignorare magis paratus est quam donare. Iste iram patientiæ virtute compescit, immoderatis cupiditatibus parsimoniæ [e] frenum imponit ; tangitur desideriis carnalibus, nec consentit ; pulsatur mundi hujus curiositate, nec rapitur ; quatitur diabolica impugnatione, nec vincitur ; & Deo suo devota mente subjectus, non atteritur diversis tentationibus, sed probatur. Ille omnes affectiones, quibus vita mortalium variatur, sanctis virtutibus vincit, cupiditatum ac perturbationum omnium liber beata quiete perfruitur, & illecebris ac voluptatibus factus expedita mente superior, ineffabili gaudio divinæ contemplationis [f] erigitur. Iste suscipiendo peregrinum, vestiendo nudum, gubernando subjectum redimendo captivum, tuendo violenter oppressum, jugiter se ab omnibus iniquitatibus suis emaculat, & vitam suam [g] bonorum operum fructibus ditat : ille facultatibus suis in usus pauperum distributis [h], simul se expoliavit mundo, & admovit se totis viribus cælo ; res mundi mundo projecit, & se ipsum devota mente Christo restituit, a quo immortales divitias sibi dari orat, ut pauper ; protegi se quotidie postulat, ut infirmus ; immortalitatis indumento vestiri cupit, ut nudus ; defendi se ab impugnatione invisibilium hostium supplicat, ut fragilitate carnis oppressus, & cælestem sibi donari patriam desiderat, ut peregrinus.

2. Activa vita habet sollicitum cursum, contemplativa gaudium sempiternum. In hac acquiritur regnum, in illa percipitur. Hæc facit pulsare bonorum operum, velut quibusdam manibus januam : illa vocat consummatos in patriam. In hac contemnitur mundus, in illa videbitur Deus. Et ut multa præteream, quæ commemorare non valeo, in hac vita activa qui immundis spiritibus extiterint fortiores, in illa contemplativa, quæ summe beata est, remunerante [i] Deo fient Angelis sanctis æquales, atque in æternum cum illo regnabunt in illa civitate superna felices. Itaque, quoniam de contemplativa vita in superioribus multa jam dicta sunt, & secundus liber ea quæ de activa dicenda sunt, continebit ; sufficiant ista quæ diximus ut consideremus, & reliqua, quæ de tertio capitulo usque ad finem libri hujus sequenti disputatione tractabimus. Videamus nunc, utrum is, cui Ecclesiæ regendæ cura commissa est, contemplativæ vitæ fieri particeps possit.

CAPUT XIII.

Quod Sacerdotes sancti contemplativæ vitæ fieri participes possint.

1. QUi diligenter ea quæ superius de vita contemplativa dicta sunt, considerat, & suffi-

a Mss. Reg. duo & Edit. Lugd. *in forma* ; sed male, ut videtur.

b Sic Mss. Colb. unus. Reliqui tam. Mss. quam editi, *vel perceptionem*.

c Mss. Colb. unus, *in desiderio*.

d Mss. duo & Lugd. *propius*.

e Ita Mss. Reg. duo, & duo Colb. Alii cum Editis, *frenos*.

f Mss. Cambr. *plenus efficitur*. Mss. Reg. *efficitur* : alia manu, *afficitur*.

g Mss. unus, *bonorum fructibus*. Mss. alter, *bonorum suorum fructibus*.

h Mss. duo, *semel se*...

i Mss. tres, *Domino fiunt*.

sufficienter instructus intelligit, quando & ubi possit ejus perfectio comprehendi; non dubitabit, Ecclesiarum principes vitæ contemplativæ posse, & debere fieri sectatores: quia sive secundum opinionem quorundam nihil aliud sit vita contemplativa, quam rerum latentium futurarumque notitia, sive [a] vacatio ab omnibus occupationibus mundi, sive divinarum studium litterarum, sive, quod his [b] probatur esse perfectius, ipsa visio [c] Dei; non video quid impedimenti sanctis sacerdotibus possit afferri, quominus ad hæc quatuor quæ commemoravi, perveniant. Duo enim, primum & ultimum, id est, rerum latentium futurarumque notitia, & ipsa visio Dei, incomparabiliter præstantiora erunt in illa vita beata, quam in ista diversis erroribus implicata: quandoquidem tam rerum omnium notitia, quam ipsa Dei substantia plene ac perfecte videbitur. Duo autem media, vacationem videlicet ab omnibus occupationibus mundi, & divinarum studium litterarum, etiam hic possunt habere Pontifices; sed illi qui se ab omnibus implicamentis negotiorum sæcularium removentes, non torpent otio, sed insistunt perfectionis suæ negotio, & ab stultitia sapientiæ sæcularis aversi, verbo Dei infatigabiliter vacant, sapientes veraciter fiunt, cælestia sapiunt, terrena despiciunt, contradicentes sanæ doctrinæ redarguunt, obedientes [d] instituunt, sanctis virtutibus, quibus in dies singulos fiant Deo propinquiores, incumbunt [e], & tam suis quam omnium, qui [f] per eos erudiuntur, profectibus clari, hic quidem velut gustum quendam contemplativæ vitæ, quo ad eam ferventius provocentur, accipiunt; sed ibi jam in æternum felices effecti, de ejus perfectione gaudebunt. Proinde [g] non inflantur, quia hic omnium fidelium catholicorum honorantur ut capita: sed lætantur potius, quia ibi Christi, qui est sacerdotum ac fidelium omnium caput, clariora membra futuri sunt.

2. [h] At si (quod absit) sæcularibus negotiis implicati, fundorum terminos fine termino cupiditatis extendant, ac se passim exquisitis deliciis [i] dedant, quæ [k] animum corpusque debilitant: si gloriam non Christi, sed suam, decepti vulgi adulantis honoribus quærant: plusque de se alienæ linguæ, quam suæ conscientiæ credant: si omne gaudium suum non in futurorum remuneratione, nec in sanctitate vitæ, sed in sua tantum dignitate constituant, [l] & dum tales esse quales creduntur, amant, nunquam sibi displiceant, ac placentes sibi non sint de sua [m] correctione solliciti: quis non intelligat, tales, si in talibus perseverent, nec se ante finem vitæ præsentis emendent, Contemplativæ vitæ participes esse non posse? ad quam non perveniunt, nisi qui studuerint esse quod facti sunt: nec affectant [n] videri, sed esse quod sunt; non alienis laudibus, sed moribus suis eximii; nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vitæ [o] nobilitate conspicui: qui sunt non appellatione tenus, sed virtute pontifices, vitæ contemplativæ capaces, & gaudiorum cælestium cohæredes.

CAPUT XIV.

Ubi locutor se excusat, quod Ecclesiæ magistros docere non audeat.

AC ne [p] cuipiam meus sermo præsumptuosus appareat, si quales non esse vel esse debeant omnes sacerdotes [q] ostendat; non generaliter, sed de uno mihi video esse dicendum, & de te potissimum qui hoc mihi [r] (pace tua dixerim) temere delegasti periculosi sermonis officium. Nec incognita vobis, sed usitata debeo comprehendere, quæ solemus inter nos mutua confabulatione conferre. Quibus breviter declaratis, non puto quod relationem meam, [f] magis quam disputationem quisquam juste possit alicujus temeritatis arguere; quasi patres meos audeam docere, a quibus normam vivendi accipere sum paratus & discere.

CAPUT XV.

De negligentia sacerdotis, qui doctrinæ suæ agendo contraria, personam non potest implere Doctoris.

REcolite ergo quanta & qualia, me audiente [t] atque probante, dicere soleatis de administratione pontificis, qui populi sibi commissi cura posthabita, ardentius bona præsentia desiderat, quam futura: & oblitus quod non solum de se, sed etiam de grege sibi credito rationem pastori pastorum omnium [u] reddat, sua suorumque detrimenta non cogitat: quem non delinquentium peccata contristant, nec proficientium bona lætificant; sed de se tantum, plerumque autem nec de se omnino sollicitus, quid a suis boni malive geratur, ignorat: qui non prædicat perseverantiam justis, pœnitentiam [x] pravis, contemptum mundi conversi, futuras pœnas aversis: qui non potest dicere contemptoribus admonitionis suæ, Futurum cogitate [y] judicium, quod ipse forte non cogitat: amatoribus mundi; Nolite diligere mundum, si eum mundi amor oblectat: ambitiosis: Ambitioni [z] finem imponite, si eum ambitio ruinosa præci-

pi-

a Edd. Duac. & Colon. *Vocatio.*
b Mſ. Colb. unus, *quod his est.*
c Mſſ. tres, *Domini*, & sic paulo infra.
d Mſſ. duo, *instruunt.*
e Sic Mſſ. omnes cum Lugd. at Editi, *illi qui tam suis.*
f Edit. Colon. *inter eos.* Mſ. unus paulo post *provectibus.*
g Editi, *proinde vero.*
h Edit. Lugd. *Et si.* Et paulo post Mſſ. septem, *implicati.* Editi, *impliciti.*
i Mſ. unus, *lædant.* Alter, *dent.* Alius, *edant.* Alius vero, *ditent.*
k Mſſ. duo Colb. *animam.*
l Sic Mſſ. quatuor, Reg. duo, & Colb. duo, cum Edit. Lugdun. quæ addit, *se.* Mſſ. duo alii, *tales se, quales*, &c. Editi vero Duac. & Colon. *necdum tales esse se, quales creduntur ament.*
m Ita Mſſ. omnes cum Lugd. Duac. & Colon. *de sua salute & correctione.*
n Sic Mſſ. omnes cum Lugd. Duac. & Colon. *videri esse, quod non sunt.*
o Sic Mſſ. Colb. quatuor cum Lugdun. & Duac. Colon. *notabilitate.*
p Mſſ. duo Colb. & Colon. *cuiquam.*
q Mſ. Colb. unus, *ostendam.*
r Mſ. unus, *ut tua pace dixerim.*
f In Mſ. Colb. uno & Regiis duobus desunt hæc, *magis quam disputationem.* Edit. vero Lugd. cum duobus Colbert. Mſſ. *relationem magis, quam disputationem meam*, & postea Editi, *posset.*
t Edd. Duac. & Colon. *quæ probante.* Tum Mſſ. duo, *solebatis.*
u Mſ. Reg. unus, *reddet.*
x Mſ. Colb. unus, *injustis.*
y Ed. Colon. *præjudicium.*
z Mſſ. quinque, *ambitioni jam finem ponite.*

pitat: ebriosis ; [a] Ebrietatem cavete, si se mero usque ad alienationem mentis ingurgitat. Sumptuosis dapibus [b] crudus, non potest suis abstinentiam laudare, quam calcat : vitio cupiditatis addictus, cupidis amorem non potest dissuadere pecuniæ : inimicitiarum tenax, non audebit animos dissidentium sacerdotali tranquillitate componere : justitiam prædicare judicibus erubescit, quam ipse personæ potentis favore corrumpit ; nec defendit oppressos, si personas aut honorat, aut despicit ; & quicquid boni non facit aut mali committit, nec [c] jubebit fieri, nec vetabit : quia necessariam [d] docendi auctoritatem contrarietate suæ actionis aut amittit, aut minuit.

CAPUT XVI.

Quale periculum maneat eos, qui Ecclesiam sibi creditam vel relinquere volunt, vel strenue gubernare contemnunt.

HÆc atque his similia memorantes [e] ; Episcopatus vos accepti pœnituit : qui, sicut administratorem suum, si [f] probe administretur, illustrat ; ita contemptorem suum condemnat. Denique volentes Ecclesiam vobis creditam, velut impares ei regendæ dimittere, atque in aliquam solitudinem [g] non tam studio quietis, quam ipsius officii vestri desperatione secedere : nulla res alia vobis exegit in melius mutare consilium, nisi quod veriti estis periculum [h] majus incurrere : quoniam si periculosum est navim inter fluctus caute non regere, quanto periculosius est eam undis intumescentibus fluctuantem in tempestate relinquere? Ad quam sicut [i] satius est non ascendere, ita semel susceptam convenit fluctuantis pelagi projecta formidine, ac spe perveniendi concepta, usque in portum sine ulla mercium jactura perducere. Quæ cum vobis comparatio placuisset, adjunxi : Et idcirco Ecclesia, quæ velut navis magna per mare mundi hujus enavigat, quæ diversis tentationum fluctibus in hac vita contunditur, quæ diversis immundorum spiritum persecutionibus velut quibusdam procellosis fluctibus in diversa jactatur, quæ scandalorum cautibus vadosis illiditur, quæ [k] velut aggere arenæ gravantis cingitur, non relinquenda est, sed regenda ; quæ sicut omnes quos vehit, perducit incolumes gubernatoris [l] vigilantia gubernata, ita non solum omnes quos habet, sed etiam ipsum gubernatorem perdet submersa fluctibus aut soluta.

CAPUT XVII.

Ubi anxium quod Ecclesiam nec relinquere, nec regere possit, provocat, suggerendo quod eam melius regat exemplo.

HÆc atque [m] hujusmodi me prosequente, permoti graviter ingemuistis, vos in eam necessitatem fuisse perductos, quam nec implere aliquo studio, nec sine peccato relinquere valeretis : ac deinde, cum piis gemitibus vestris, ea qua [n] vobis obstrictus sum cordis affectione compassus, orando vos [o] dixi posse perficere, quod non possetis docendo suggerere ; plusque fideles catholicos bonis exemplis, quam luculentis verbis solere proficere ; eamque esse summam perfectamque doctrinam, quam conversatio spiritualis [p] ostenderit, non quam inanis sermo jactitarit ; nec [q] a nobis in die judicii verba quærenda, sed opera, nec facile [r] persuaderi, esse possibile quod docet lingua, si a lingua vita dissentiat ; illud autem [s] probari possibile, quod sive prædices, sive non prædices, faciendo confirmas, & imitari volentibus cum quadam delectatione ipsius possibilitatis [t] inculcas : vos mea suggestione paululum delectati, hoc protinus, si me non habet oblivio, retulistis.

CAPUT XVIII.

Quod parum valeat exemplo agenda monstrare, nisi etiam quæ sint credenda docendo sacerdos ostenderit.

ET jam si tota perfectio in opere tantum, non etiam in fide consistere, nec quid homo credidisset, sed quid egisset in die judicii quæreretur ; quis erit tantæ arrogantiæ, qui Ecclesiasticæ doctrinæ [u] auctoritate neglecta, de sua sibi justitia blandiatur? [x] Cum non solum secundum Apostolum, nos oporteat formam præbere fidelibus ; sed etiam eos ipsos fideles, qui nobis divinitus [y] instituendi commissi sunt, instruere debeamus, de Patre, quomodo solus accipiatur ingenitus ; de Filio, quomodo ex ipso sit genitus, de Spiritu-sancto, quomodo ex Patre & Filio [z] procedens, nec ingenitus possit dici, nec genitus : qualiter ista tria unum sint ; & hoc unum non dividatur, sed distinguatur in tria : quemadmodum nec Pater, nec Spiritus-sanctus, sed solus Filius de solo Patre ineffabiliter natus, hominem totum sine ulla mutatione substantiæ suæ susceperit ; ac se Deum & hominem verum per virtutes, passionesque probaverit, comprehendi premiserit, occidi voluerit, tertia die resurrexerit, [aa] in cælos hominem de nobis assumptum sua virtute levaverit, suæ resurrectionis exemplo nobis regeneratis in se spem fe-

li-

a Mſ. Camb. *ebriositatem*,
b Mſ. Colb. unus, *gravidus*.
c Mſ. Colb. unus, *nec jubet fieri, nec vetat*.
d Mſ. Colb. unus, *dicendi*.
e Mſſ. Colb. duo, *Episcopatum vos accepisse*.
f Mſ. unus, *provide*. Mſ. alter, *si probe ministretur*.
g Mſ. septem omittunt, *non*.
h Mſ. unus, *magis*. Mſſ. tres, *magis incumbere*.
i Mſ. unus, *sanctius est*. Mſſ. septem, *non accedere*.
k Mſſ. omnes, *quæ agere*.
l Mſſ. Colb. duo addunt, *sui*.
m Mſſ. tres, *atque his similia*.
n Mſſ. unus, *a vobis adstrictus sum*.
o Sic Editi, At Mſſ. quinque omittunt vocem, *dixit*. Mſ. alter, *orando vos posse perficere quod non possitis docendo suggererem*. Aliquis, *dicendo*. Alius, *non potestis*.
p Ita Editi. At Mſſ. tres *ostendere, non quam.... jactitaret*. Mſſ. duo, *jactaret*. Mſſ. unicus, *jactaverit*.
q Sic Edit. Lugd. cum Mſſ. sex. Aliæ Edit. *a vobis*.
r Mſſ. quatuor, *persuadere*.
s Mſſ. quatuor, *probare*.
t Mſ. unus, *indulgeas*.
u Mſſ. tres Colb. *utilitate*.
x Mſſ. quinque, *At cum*. Mſ. alter, *aut cum*.
y Mſſ. duo, *tuendi*. Mſ. unus, *intuendi*. Mſ. alter, *instruendi*. Mſ. alius, *divino instituto commissi sunt*.
z Mſ. unus, *sit procedens, nec*.
aa Sic Mſſ. tres Colb. Editi. *in cælo*. Mſ. alter, *in cælis*.

liciter resurgendi præstiterit; membra sua nos fecerit; non credentibus sibi, vel a se recedentibus supplicium comminatus sit, & adhærentibus sibi regnum cæleste promiserit.

CAPUT XIX.

De virtute fidei, quod ad eam non solum credere, intelligere, sed etiam bene operari pertineat.

HÆc [a] & alia, & sacerdos nosse debet, ut doceat, & populus credere, ut [b] quæ doceatur, intelligat; [c] dicente Apostolo, *Nisi credideritis, non intelligetis*. Unde datur intelligi, quod non fides ex intellectu, sed ex fide intellectus existat: [d] nec qui intelligit, credat; sed qui credit, intelligat, & qui intellexerit, bene agat: sicut alibi scriptum est, *Noluit intelligere, ut bene ageret*. Non dixit, Non potuit, sed *noluit intelligere*; ut nihil aliud nolle intelligere dictum, quam nolle credere noverimus; ac per hoc ut bene agat quis, intelligere studeat, & ut intelligat, credat. Sed quia idem Apostolus dicit; *Fides ex auditu; auditus autem [e] per verbum Dei*; debet doctor Ecclesiæ prædicare, quod audiat crediturus: quia sine prædicatione nullus erit auditus; eodem Apostolo [f] attestante atque dicente; *Quomodo audient sine prædicante*? Si ergo quilibet sine prædicante non audit, sine auditu non credit, sine fide non intelligit, sine intellectu bene non agit; verbum [g] fidei prædicandum est [h], ut audiens credat, credens intelligat, & intelligens bonum opus perseveranter exerceat: quoniam [i] eum qui potest uti liberæ voluntatis arbitrio, nec opera sine fide, nec sine operibus fides sola justificat. Et ideo si corde creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem; [k] qui non crediderit, non habendo fidem, nec justitiam cordis habere poterit, nec salutem.

Esa. 7. 9. juxta lxx. — 1. Cor. 12. 21. — 2. Cor. 11. 29. — Psal. 35. 4. — Rom. 10. 17. — Ibid. ℣. 14.

CAPUT XX.

Quod nihil prosit sacerdoti, etiam si bene vivat, si male viventem tacendo [l] non corrigat.

1. Pet. 5. 3

1. QUod vero dicit Apostolus, ut nos formam debeamus exhibere fidelibus, quid valebit, si is cui vel exhortandi bonos, vel castigandi malos cura commissa est, bene vivendo se imitandum bonis exhibeat, & malos tacendo non corrigat? Ad hoc enim, nisi me fallit opinio, sancte vivendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis evacuet; si quod prædicat fieri debere, non faciat; aut si quod non facit, prædicare præsumpserit. [m] Si autem aliter egerit, nihil apud eos, qui ejus vitam novere, proficit: quia ad hoc est Ecclesiæ Dei præpositus, ut non solum bene vivendo, alios exemplo suæ conversationis instituat, sed etiam fiducialiter prædicando, [n] singulis ante oculos peccata sua constituat: quæ pœna maneat duros, quæ gloria obedientes, ostendat: [o] nullius salutem desperando contemnat: animas emendari nolentium plangat, imitatus Apostolum; qui ait: *Ut lugeam multos ex his qui ante peccaverunt, & non egerunt pœnitentiam*: & iterum: *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror*?

2. Quapropter sciens quod si quibuslibet divitibus ac potentibus [p] parcat, male viventibus autem faveat, eos perdat simul & [q] pereat; & sancte vivere debet propter exemplum, & [r] docere propter suæ administrationis officium: certus quod ei nihil sua justitia suffragetur, de cujus manu anima pereuntis exigitur. Quando quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus pœnas [s] sceleris sui dabit: ille autem, cui dispensatio verbi comissa est, etiamsi sancte vivat, & tamen perdite viventes arguere aut erubescat, aut metuat, cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit. Et quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, [t] nisi hoc Dominus per Ezechielem Prophetam sub cujusdam terroris denuntiatione loquitur, dicens ad eum: *Et tu, fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel.* Nec hoc transeunter debemus audire, quod sacerdotem speculatorem appellat: ut sicut speculatoris est, de loco editori prospicere, & plus omnibus contemplari; ita sacerdos debet esse [u] propositi sublimitate celsior cunctis, ac majoris scientiæ habere gratiam, qua possit sub se viventes instruere.

Ezech. 33. 7.

3. Videamus jam quid divinus sermo [x] contineat. *Audiens*, inquit, *ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me*: ut hoc dicat sacerdos, quod ex divina lectione didicerit, quod illi Deus inspiraverit, non quod [y] præsumptione humani sensus invenerit. *Annuntiabis eis*, inquit, *ex me. Ex me*; [z] non ex te mea verba loqueris. Non est [aa] quod ex eis, tamquam de tuis infleris. Ex me, inquit, eis annuntia. Sed jam quid annuntiet; audiamus: *Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris*; [bb] *non fueris locutus, ut custodiat se impius a via sua*,

Ibidem.

a Ita Mss. quinque. Editi, *& alia.*
b Mss. tres, *ut ea quæ docetur.*
c Mss. unus, *dicam de* (forte *dicente*) *Propheta*, vel *prophetia.*
d Mss. Reg. unus, *nec quia intelligit credat, sed quia.*
e Mss. Colb. unus, *per verbum Christi.* Mss. duo, *per verbum.* Alii cum Editis, *per Verbum Dei*, juxta Græc. textum Apostoli.
f Editi, *contestante.* Mss. unus, *testante.*
g Mss. tres, *verbum Dei.*
h Mss. unus, *ut audiat & credat.*
i Hæc verba, *eum qui potest uti liberæ voluntatis arbitrio*, desiderantur in Edit. Lugd. Mss. duo, *potentes uti.* Mss. alter, *potentis uti.*
k Mss. Camb. *quoniam qui.*
l Mss. Colb. unus, *non arguat.* Mss. duo Reg. *Sacerdotibus etiamsi bene vivant . . . corrigant.*
m Mss. septem, & Edit. Lugd. non habent hæc, *si autem aliter egerit*: in his deinde legitur, *proficiat*, non *proficit.* Mss. unus, *proficiet.*
n Mss. Colb. duo. *singulis imitabilem se præbeat, atque ante oculos.*
o Mss. Reg. unus, *nullus salutem desperando, contemnat animas emendari nolentium, sed plangat.*
p Mss. Reg. duo, & Camb. cum Edit. Lugd. *quibuslibet divitibus ac potentibus male viventibus parcat aut faveat.* Mss. Colb. unus. *ac potentibus parcat aut faveas.*
q Mss. unus, *perimat.*
r Mss. unus, *& pie docere.*
s Mss. Reg. duo *suis sceleribus.*
t Ita Mss. septem, cum Edit. Lugd. Duac. & Colon. *si non.*
u Ita Mss. omnes Editi autem, *proposita.*
x Mss. Colb. unus, *obtineat*, Alter, *continuet.*
y Mss. duo Colb. *præsumptio.*
z Mss. duo, *non ex te verba loqueris.* Mss. alter, *loqueris eis.*
aa Editi, *quo in eis.* Mss. quinque, *quod ea eis.*
bb Editi, *si non fueris.*

sua, ipse impius in iniquitate sua moriêtur, sanguinem vero ejus de manu tua requiram. Quid potuit expressius, [a] quid apertius potest dici? Si impio, inquit, locutus non fueris, ut ab impietate sua se custodiat, [b] & ille perierit, sanguinem ejus de manu tua requiram. Hoc est dicere; Si ei peccata sua non annuntiaveris, si eum non argueris, ut ab impietate sua convertatur, & vivat: & te, qui non increpasti, & ipsum, qui te tacente, peccavit, flammis perennibus perdam. Quis, rogo, tam saxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? quis tam alienus a fide, qui sententiæ isti non credat? *Ibid. ℣. 8.*

CAPUT XXI.

Luctuosa descriptio [c] sacerdotis carnaliter viventis.

1. SEd nos præsentibus delectati, dum in hac vita commoda nostra, & honores inquirimus; non ut meliores, sed ut ditiores; nec ut sanctiores, sed ut honoratiores simus [d] ceteris festinamus: nec gregem Domini, qui nobis pascendus, tuenduque commissus est; sed nostras [e] voluptates, dominationem, divitias, & cetera blandimenta [f] carnaliter cogitamus, pastores dici volumus, nec tamen esse contendimus; officii nostri vitamus laborem, appetimus dignitatem. Immundorum spirituum feras a grege dilacerando non pellimus, [g] & quod eis remanserit, ipsi consumimus; quando peccantes divites, vel potentes, [h] non solum non arguimus, sed etiam veneramur; ne nobis aut munera solita offensi non dirigant, aut obsequia desiderata subducant: ac sic muneribus eorum, & obsequiis capti, imo per hæc illis addicti, loqui illis de peccato suo aut de futuro judicio formidamus. Et ideo minaciter superbiam nostram divinus sermo contundit; sed noster auditus nihil unde proficiamus admittit: quia præsentis vitæ capti ducedine, quæ pæna [i] negligentiam nostram maneat in æternum, nolumus cogitare.

2. In pastores ergo ista dicuntur, de quorum nobis inani appellatione blandimur: *Hæc dicit Dominus: Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur a pastoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: quod crassum erat, occidebatis, gregem autem meum non pascebatis. Quod infirmum fuit, non consolidastis; & quod ægrotum, non sanastis: quod [k] fractum erat, non alligastis; & quod abjectum, non reduxistis. Quod perierat, non quæsistis, sed eum austeritate imperabatis eis, & cum potentia: & dispersæ sunt oves meæ, eo quod non esset pastor, & facti sunt in devorationem omnium bestiarum agri.* Et paulo post: *Propterea pastores, audite verbum Domini: Vivo ego, dicit Dominus Deus [l]: quia pro eo quod facti sunt greges mei in rapinam, & oves meæ in devorationem omnium bestiarum agri; eo quod non esset pastor; neque enim quæsierunt pastores gregem meum: sed pascebant pastores semetipsos, & gregem [m] meum non pascebant: Propterea, pastores, audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus; Ecce ego ipse super pastores: requiram gregem meum de manu eorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant gregem meum, nec pastores amplius pascant semetipsos.* *Ezech. 34. 1. & seqq.* *Ibid. ℣. 7. & seqq.*

3. Quis ad hæc non contremiscat? Quis ista sine intolerabili metu futuræ examinationis accipiat, nisi qui aut non intelligit, aut futura non credit? Sed [n] quia omnia, quæ Deus observari voluit, tam aperte posuit, & ita nominis sui auctoritate firmavit, ut ea [o] facilius (quod dictu quoque nefas est) contemnamus, [p] quam non intelligere vel non credere tam aperta, & divina fingamus: quando audimus; *Hæc dicit Dominus;* quis futurum esse non credat, quod dicit [q] Dominus, nisi qui [r] Deo non credit? Quod autem dicit: *Væ pastoribus*, istud *væ*, pro maledicto [s] poni, & pastorum nomine nos significari quis non intelligat, nisi qui [t] futura non cogitat? [u] Greges Domini pascendos pastores facti suscipimus; & nos ipsos pascimus, quando non gregum utilitati prospicimus, sed quid foveat & augeat nostras [x] voluptates, attendimus. Lac & lanas ovium Christi [y], oblationibus quotidianis ac decimis fidelium gaudentes accipimus, & curam pascendorum gregum ac reficiendorum, a quibus perverso ordine volumus pasci, deponimus. Non sanamus spirituali consilio peccatis infirmum; non sacerdotali ope consolidamus [z] aut reficimus diversis tribulationibus fractum, non ad viam salutis revocamus [aa] errantem, non requirimus sollicitudine pastorali, veniæ desperatione jam perditum: ad hoc tantum potentes effecti, ut nobis in subjectos dominationem tyrannicam vindicemus; non ut afflictos contra violentiam potentium, qui in eos ferarum more sæviunt, defendamus.

4. Inde est quod [bb] tam a potentibus hujus mundi, quam a nobis, quod pejus est, nonnulli graviter fatigati depereunt, quos se de manu nostra Dominus requisiturum terribiliter comminatur, dicens: *Requiram oves meas de manu pastorum, & cessare eos faciam, ut ultra non pascant.* Quod quid est aliud, quam, pastores qui semetipsos, non gregem meum pascunt, sublimitate suæ dignitatis expoliem; & inter reprobos, quia honorem suum noluerunt custodire, projiciam? Horum & his similium consi- *Ibidem. ℣. 20.*

dera-

a MSS. quatuor, *quid apertius dici?* Editi, *quid apertius potest dici?*
b MS. unus, *ille quidem perit, sanguinem autem ejus.*
c MSS. tres, *carnaliter viventium sacerdotum.*
d MS. unus, *ceteris præesse festinamus.*
e MS. quatuor cum Edit. Lugd. *vanitates.*
f Abest vox *carnaliter* a MS. uno.
g MS. unus, *sed quod.*
h MS. unus addit, *conspicimus.*
i MS. ex Colb. unus, & Cambr. *negligentia nostra immineat.*
k MSS. tres Colb. *fractum est.* Edit. Lugd. *quod fractum non alligasti.*
l MSS. duo non habent hic, *quia.*
m Abest vox, *meum*, a MSS. sex.
n MSS. quatuor carent hac particula, *quia.*
o MSS. Camb. *ea non.*
p MS. Camb. *& nequaquam nos non intelligere tam apertu.*
q Ita MSS. quatuor. Editi *quis non futurum esse credat?*
r MSS. duo, *Deus.*
s MSS. duo, *ponit.* MS. unus, *ponitur.*
t MSS. quatuor, *futurum.*
u Ita MSS. omnes: at Editi, *Gregem Domini pascendum pastores facti suscepimus.*
x MSS. quatuor, *voluntates.*
y MS. Camb. *videlicet oblationes quotidianas ac decimas.*
z Sic MSS. quinque. Editi, *atque reficimus.*
aa MSS. tres, *erroneum.*
bb MS. Camb. *non tam.*

deratione [a] perterritus; *Timor & tremor, ceciderunt super me, & contexerunt me tenebræ, & dixi: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, & volabo, & requiescam?* Et hoc est totum propter quod imperitiæ meæ ac futuri finis recordatus ingemui, & volui sarcina episcopatus mei depositа, elongare fugiens, & manere in solitudine, & ibi expectare Dominum, qui me salvum faceret a pusillanimitate mea, & ab ipsa intolerabilium mihi sollicitudinum tempestate.

Ps.54.6.7.

CAPUT XXII.

Quod secundum sermonem Propheta, culpa sua pereant, qui sacerdotum increpationes vel admonitiones perversa voluntate contemnunt.

1. ADhæc ego [b] tunc: Sic, inquam, ista invidiosis questubus jactas, & in suggillationem Pontificum, vel certe ipsius pontificatus exaggeras: quasi [c] non ubi ista legisti, quibus rationabiliter permoveris, ibi & illa sint, quæ a vobis prætermissa, breviter in excusationem officii sacerdotalis adtingam. Post illa verba, quibus negligentium sacerdotum finis ostenditur, de pontifice officium suum curante Propheta sic loquitur: *Si autem adnuntiante te ad impium ut a viis suis convertatur, non fuerit conversus a via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberasti.* Hic certe satis evidenter ostenditur quod sive proficiant, sive non proficiant auditores, tacere eis non debeant sacerdotes; nec ideo rei sint, si forte eorum verba populi non [d] audiunt vel audita contemnunt; sed si ab eis corrigendis absistunt: quia si nec exemplo vitæ præpositorum suorum, nec verbo doctrinæ populi contumaces emendati proficiunt; ipsi sibi causa suæ perditionis existunt, & Doctores suos quorum exempla simul ac verbi despiciunt, involvere criminibus suis omnino non poterunt.

Ezech. 39. 9.

2. Quod idem Propheta evidentius alio loco prosequitur dicens: *Speculator [e] si viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiaverit populo: audiens autem, quisquis ille est, sonum buccinæ, non se observaverit, veneritque gladius, & tulerit eum, sanguis ipsius super caput ejus erit: Sonum buccinæ audivit, & se non observavit, sanguis ejus in ipso erit. Si autem se custodierit, animam suam salvabit.* Hic autem quid agere debeat qui fungitur speculatoris officio, divinus sermo satis ostendit, scilicet ut quando viderit venientem gladium super terram [f], iram Dei scilicet super peccatores [g] operibus terrenis addictos, omnino non taceat, atque eis quamdiu inhæserint iniquitatibus suis, [h] impendere divinæ indignationis interitum denuntiare non desinat; sed clare & publice arguat (quia hoc buccinæ nomen insinuat:) ut sic se a suis criminibus emendantes, supplicium futuræ damnationis effugiant. Quod si corripientem, si iram futuram, quæ contemtoribus [i] jam imminet, nunciantem homines terreni despiciunt, sanguis eorum in ipsis erit: & sacerdos qui eis peccata sua non tacuit, pœnæ, quæ eos expectat, particeps esse non poterit.

Ezech. 33. 3. & seq.

CAPUT XXIII.

Quod sacerdotes etiam qui aliter possunt, tam simpliciter docere debeant, ut omnes eos docentes intelligant.

NEc vero se per imperitiam Pontifex excusabit, quasi propterea docere non valeat, quod ei sufficiens & luculentus sermo non suppetat: quando nulla alia sacerdotis doctrina debet esse quam vita; satisque auditores possint proficere, si a doctoribus suis quod vident spiritualiter fieri, hoc sibi etiam simpliciter audiant prædicari, dicente Apostolo: *Et si imperitus sermone, sed non scientia.* Unde datur intelligi, quod non se debeat Ecclesiæ doctor de accurati sermonis ostentatione jactare, ne videatur [k] Ecclesiam Dei non vellæ ædificare, sed magis se quantæ sit eruditionis ostendere. Non igitur in verborum splendore, sed in operum virtute totam prædicandi fiduciam ponat: non vocibus delectetur populi adclamantis sibi, sed fletibus; nec plausum a populo studeat expectare, sed gemitum. Hoc specialiter Doctor Ecclesiasticus elaboret, quo fiant qui audiunt eum, sanis disputationibus meliores, non [l] vana assentatione fautores. Lacrymas quas vult a suis auditoribus fundi, ipse primitus fundat, & sic eos compunctione sui cordis accendat. Tam simplex & apertus; etiamsi minus Latinus, disciplinatus tamen, & gravis sermo debet esse pontificis: ut ab intelligentia sui [m] nullos, quamvis imperitos, excludat: sed in omnium audientium [n] pectus cum quadam delectatione descendat.

2. Cor. 11. 6.

CAPUT XXIV.

Quid interfit inter doctores, qui Ecclesiam simpliciter docentes ædificant, & eos qui eloquentiam suam luculentis declamationibus jactant.

DEnique alia est ratio declamatorum, & alia debet esse doctorum. Illi elucubratæ declamationis pompam totis facundiæ suæ viribus concupiscunt: isti sobrio usitatoque sermone Christi gloriam quærunt. Illi rebus inanibus pretiosa verborum induunt ornamenta: isti veracibus sententiis ornant, & [o] commendant verba simplicia. Illi affectant suorum sensuum deformitatem tamquam velamine quodam phalerati sermonis abscondere: isti eloquiorum suorum rusticitatem student pretiosis sensibus venustare. Illi totam laudem suam in favore vulgi, isti in virtute Dei constituunt. Illi plausibiliter dicunt, & nihil auditoribus suis declamando [p] proficiunt: isti usitatis sermonibus docent, & imitatores suos instituunt: quia * rationem suam nulla fucatæ compositionis [q] affectatione corrumpunt.

CA-

a Sic Edit. Lugd. cum MSS. quinque. Alii vero, Duac. & Colon. *perterritus Propheta, Timor & tremor, inquit, ceciderunt super me, & contexerunt me peccatorum meorum tenebra.* MSS. duo ex his, *venerunt super me.*

b MS. Reg. unus, *tecum.*

c MS. Reg. unus, *non ubi ista quæ hic legisti, quibus, &c.* MS. Colb. unus, *irrationabiliter*; sed minus bene.

d MSS. tres, *audiant, contemnant ... absistant.*

e MSS. sex, *eum viderit.*

f Ita Ed. Lug. & MSS. quatuor. Ed. Duac. & Colon. *hoc est iram Dei.*

g MS. unus. *terrenis actibus addictos.*

h MS. unus, *imminere.*

i Deest *jam* in MSS. quinque.

k MSS. duo, *non ædificare Ecclesiam velle.*

l MS. Colb. unus, *vanæ assentationis.*

m MS. Colb. unus, *nullus quamvis imperitus excludatur.*

n MS. unus, *pectora.*

o Edit. Lugd. sola, *commodant.*

p MSS. duo, & Edit. Lugd. *prospicium.*

q MSS. tres, *affectione.*

CAPUT XXV.

Quales esse debeant sacerdotes, qui volunt fieri vitæ contemplativæ participes.

1. QUocirca, si sacerdotes sancti (non quales illi sunt, quos, judicandos atque damnandos, comminatio divina pronuntiat; sed quales Apostolica doctrina commendat;) multos [a] ad Deum sancte vivendo & prædicando convertant: si nihil [b] ex imperio, sed omnia humiliter agant, ac se communes eis quibus sunt præpositi, studio sanctæ dilectionis exhibeant: si infirmitates carnaliter viventium fratrum modo verborum salubrium medicaminibus curent, modo quas incurabiles judicant, patientiæ virtute sustineant: si moribus ac prædicationibus suis non suam, sed Christi gloriam quærant: nec verba ac facta sua in [c] pretium favoris conciliandi miserabiliter perdant; sed quidquid sibi sacerdotaliter viventibus atque docentibus honoris impenditur, Deo semper adscribant: si non inflentur officiosis occurrentium salutationibus, sed graventur; nec honorari se, sed onerari gaventium sibi laudibus credant: si consolentur afflictos, pascant egenos, vestiant nudos, redimant captivos, suscipiant peregrinos: si errantibus viam salutis ostendant, [d] desperatis spem veniæ consequendæ promittant; currentes [e] impellant, remorantes accendant, & quidquid ad officium suum pertinet, constanter exerceant: quis sic erit alienus a fide, ut dubitet tales contemplativæ [f] virtutis esse participes, quorum exemplo simul ac verbo plures fiunt regnorum cælestium coheredes?

2. Isti sunt ministri verbi, [g] adjutores Dei, oraculum Spiritus-sancti. Per tales Deus placatur populo, populus [h] instruitur Deo. Isti sunt Apostolorum Domini successores, qui Ecclesias quas illi [i] editis mirabilibus fundaverunt, mirabiliter apostolicis præditi virtutibus regunt: qui fidem catholicam aut disputationibus, aut si ita necessitas poscat, membrorum suorum laceratione defendunt, pro qua totis [k] viribus retinenda, amissis facultatibus suis, etiam mori parati sunt. Fidelium catholicorum virtutibus crescunt, qui per eos Deo auctore, proficiunt; & Deo suo inseparabiliter adhærentes, in quo sibi credunt solida ac permansura bona reposita, mundi hujus gaudia fugitiva fastidiunt. Hactenus super tribus capitulis sermonem [l] lacinioſæ disputationis prolixitate produximus: in quo, quæ esset vitæ contemplativæ proprietas, quæ differentia ipsius & activæ, & qualiter contemplativæ [m] virtutis sacerdotes [n] fieri participes possint, sufficienter, ut opinor, ostendimus. Ideoque huic tandem libro terminum dantes, in secundo volumine alia tria capitula, Deo conatum nostrum vestris orationibus, adjuvante, tractabimus; ut in tertio libro de reliquis quatuor, quibus visiorum atque virtutum discutienda continetur ratio, disseramus.

a Mss. tres, *ad Dominum*.
b Mss. tres carent partic. *ex*.
c Mf. Camb. *pretio*.
d Mf. unus, *desperantibus*.
e Mf. unus, *impediant*.
f Mfl. duo, *vitæ*.
g Ita Mss. cum Edit. Lug. & Duac. Colon. vero, *auditores Dei*.
h Mf. Colb. unus, *populi instituuntur*.
i Mf. Camb. *judiciis*.
k Mss. sex, & Edit. Lug. *visceribus*.
l Mf. Camb. *lacunosæ*.
m In Mf. uno deest *virtutis*. In alio habetur, *Contemplativæ vitæ*.
n Mf. unus, *participes esse possint*.

PRÆFATIO LIBRI SECUNDI.

1. SUperiori libro rationem Contemplativæ vitæ [a] complexus, pro viribus quas Dominus donare dignabitur, de actuali vita, sicut promisi, disputare constitui. Quapropter [b] sicut in præfatione primi voluminis feci, hic quoque officii mei [c] necessitatem paucis aperio: quia si potuissem sine obedientiæ noxa quod jubebatis abnuere, numquam me propriæ voluntatis instinctu committerem obtrectatorum, malevolo [d] dente carpendum; qui nolentes advertere quam invitus hæc scribenda susceperim, totum quod est vestræ jussionis, applicaturi sunt [e] forte vitio vanitatis: maxime si de rebus talibus locuturus, quibus Ecclesiasticorum pene omnium conversatio tenenda describitur, aliquid tale posuero, quod sæcularlter viventium mentes offendat: & [f] dum in descriptione Ecclesiasticæ vitæ mores suos (quos [g] nesciri magis, quam emendari volunt) viderint publicari; in me tamquam suorum actuum proditorem, carnaliter commoti desæviant, atque ea quæ fuerint, donante Deo, prolata, etsi rationabiliter dicta dijudicent, a me tamen dici non debuisse contendant: sicque aut materiam disputationis, aut personam disputantis irrideant. Sed quoniam sana mens incomparabiliter amplius obedientiæ fructum debet appetere, quam vitare injustæ obtrectationis opprobrium; [h] levius credidi me gravari reprehendentium dicta mea judicio, quam pertinacis inobedientiæ subjacere periculo. Proinde secutus, [i] quod vos mihi perficiendi facultatem precibus impetretis a Domino, qui jussistis ut loquerer, & præsumptionem meam apud eos qui me judicaturi sunt, excusetis; opus susceptum [k] vobis orantibus adjuvandus expediam.

S. Prosperi.

a Mf. Camb. *complexus sum, nunc pro viribus*.
b Mf. sex, *quod in*.
c Mss. tres, *necessitate*.
d Mf. Colb. unus, *malevolo denti*.
e Mf. Colb. unus omittit, *forte*.
f Mss. quinque, *Et cum*.
g Mss. quatuor, *nescire magis quam emendare*.
h Sic Mf Reg. unus. Lugd. vero cum Mf. alio Reg. *levius me credidi gravari reprehendentium dictis, meo judicio*. Duac. & Colon. cum 4. Colb. Mss. *levius me credidi gravari reprehendentium dicta mea judicio*. Camb. autem, *gravare reprehendentium dicta meo judicio*.
i Mss. Camb. *securus sum . . . ut opus susceptum*.
k Mf. unus, *vestris orationibus adjuvantibus*.

2. Sed priusquam membratim singula quæ proposuistis absolvam, universaliter de ipsa re, quæ in hoc libello tractanda est, pauca mihi video esse dicenda: quibus evidenter appareat, qua ratione mihi succenseri posse præfatus sim, ab eis qui magis quis dicat, quam quid dicat adtendunt; nec rationem dictorum, sed dignitatem dicentium [a] prava examinatione discutiunt; & quod facere aut fieri nolunt, dici quoque [b] sibi fastidiunt; paratiores aliquid doctrinæ, etiam quod scire cupiunt, ignorare; quam a persona inferiore cognoscere: cum veritas undecumque claruerit, non sit ingenio humano deputanda, sed Deo; nec aliquorum debeat credi, sed omnium, quæ per se tanta & talis est, ut non tunc sit magna, si eam magni docuerint; sed potius ipsa magnos faciat eos, a quibus doceri vel [d] disci potuerit. Voluistis itaque vobis proprietatem vitæ actualis exponi, ut vos cum vestris secundum ipsam vixisse semper, & vivere probaretis; non qualiter vobis esset vivendum, [e] meis disputationibus disceretis. Siquidem conversatio religiosa actualis est vita, quæ docet, quomodo præpositi sub se regant viventes, & diligant; ac non minus de eorum, quam de sua salute solliciti, quod eis expedire sciunt, paterna cura provideant; & qualiter præpósito suo subjecti, tanquam capiti membra deserviant, ac præcepta ejus velut imperium Dei summo amore custodiant; hoc esse sanctum, hoc sibi salubre & necessarium judicantes, quod rectori suo placuerit; non quod eis in perniciem sui arrogantia mentis vitiosæ dictaverit. Ideoque obedientiæ ac patientiæ virtute fundati, majorum suorum non discutiunt constituta, sed faciunt; & quando rigor exigit disciplinæ, ut [f] severiter arguantur, acceptam correptionem magnanimiter ferunt; nec motibus eorum a quibus fuerint objurgati, sed suis negligentiis, quod castigantur, adscribunt. Cives quoque suos plebeios & nobiles, divites ac potentes, qualiter tractare & regere debeant sacerdotes, hujus libelli series continebit. Quæ ego, sicut sæpe jam dixi, scribere non auderem si vobis negare aliquid [g] potuissem. Sed jam capitula ipsa differenda ponamus. Quæsistis igitur utrum æquanimiter sustinendi sint divina præcepta calcantes, an pro modo peccati debeant ecclesiastica severitate coargui.

a Mſ. ex Colb. unus, *pravo examine*.
b Mſ. unus non habet, *sibi*.
c Mſſ. quinque, *talis ac tanta est*.
d Sic Mſſ. sex. Editi. *dici*.
e Edit. Lugd. *in eis*.
f Ita Mſſ. Colb. tres. Editi. *severitate*. Mſſ. tres, *severi acriter*.
g Mſ. unus, *possem*.

CAPITA LIBRI SECUNDI.

CAPUT I. *Quod pro diversitate peccantium, alii portandi sunt, alii castigandi.*
CAP. II. *De laude sanctorum sacerdotum.*
CAP. III. *De testimoniis apostolicis, vel de expositione eorum.*
CAP. IV. *Objectio, quare sacerdotes sancti, quorum cura est perdite viventes arguere, simulatores religionis æquanimiter ferant.*
CAP. V. *Responsio, ubi ostenditur, quibus exigentibus causis quorumdam infirmitas blande tractetur.*
CAP. VI. *Quod illi peccata aliena impatienter accusant, qui sua non cogitant.*
CAP. VII. *Quantum remedii habeat confessio peccatorum, & quale mereatur occultatio dolosa supplicium.*
CAP. VIII. *Quod inique, & non simpliciter arguentes, vani sint, ac divino judicio condemnandi.*
CAP. IX. *Quod sacerdotes nihil proprii habere debeant, & Ecclesiæ facultates quasi communes, utpote Deo rationem reddituri, suscipiant.*
CAP. X. *Cum quo damno animæ suæ ab Ecclesiæ, quæ pauperes pascit, accipiant illi qui sibi de suo sufficiunt.*
CAP. XI. *Qui sint, qui etiam cum profectu animæ suæ opibus sustentantur Ecclesiæ.*
CAP. XII. *Quid facere debeant clerici, quorum infirmitas non potest sua contemnere.*
CAP. XIII. *Quæ sint gaudia vera, vel veræ divitiæ, & [a] quid impedimenti afferant bona præsentia amatoribus futurorum.*
CAP. XIV. *Qualiter intelligatur, quod dicit Apostolus, Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt.*
CAP. XV. *De cupiditate, qualiter eis quos semel invaserit dominetur.*
CAP. XVI. *Quod Deum perfectius illi possideant, qui terrenis possessionibus ex corde renuntiant.*
CAP. XVII. *Quod nihil proficiant, qui abstinentes a cibis, vitiis serviunt; nec pro sit illis facultates abjicere, qui suas faciunt voluntates.*
CAP. XVIII. *Quanta bona primus homo, abstinentiæ bonum negligendo perdiderit.*
CAP. XIX. *De peccato primi hominis, & de malis quæ illum peccantem, Deo judicante, secuta sunt.*
CAP. XX. *Quod omnia bona, quæ in Adam corrupti perdidimus, in Christo reparati [b] recipiemus.*
CAP. XXI. *Qualiter vivere debeant, qui Christum imitari desiderant.*
CAP. XXII. *[c] Qua temperantia uti debeant, qui a voluptate delectabilium, vel ab immoderata perceptione ciborum communium, atque a vini immoderato usu cupiunt abstinere.*
CAP. XXIII. *Quod utentes carnibus concupiscentia carnium polluat, non natura.*
CAP. XXIV. *Quam utile sit jejunio vel abstinentiæ, advenientium charitatem plerumque [d] præferre.*

a Mſſ. tres, *quod impedimentum*.
b Mſ. Camb. *recipimus*.
c Editi. *Quali*.
d Mſ. Camb. *præferri*.

JULIANI POMERII.

DE VITA CONTEMPLATIVA

LIBER II.

CAPUT I.

Quod pro diversitate peccantium alii portandi sunt, alii castigandi.

1. Si una omnes ægritudine mentium laborarent, ac paribus animorum morbis affecti, nihil ab invicem discreparent, aut [a] sustineri omnes necesse esset, aut argui. Nunc vero, propterea alii portandi sunt, alii castigandi, quia pro diversitate peccantium, modus quoque diversus est [b] præceptorum. Et utique [c] ita peccatis dissimilia sunt adhibenda remedia, sicut ex dissimilibus causis veniunt ipsa peccata. Plerosque enim peccandi consuetudo delectat, alios ad peccandum occasio alicujus lucri temporalis invitat, fragilitas nonnullos inclinat, quosdam ignorantia boni facit nescire quod peccant, & impedit [d] mali dulcedo, ne correpti aliquando sapiant, quod ignorant. Taceo de illis, quos aliena delicta, quibus consentiunt, decolorant. Illos etiam prætermitto, qui cupientes adipisci quod diligunt, vel refugiente pati quod metuunt, aut fidem catholicam produnt [e] aut mendacio præstantiam veritatis addicunt. [f] Illud vero dico: Quis nesciat [g], aliter homines cogitatione subita, aliter definitione delinquere, aliter sermone, aliter opere, aliter necessitate, aliter [h] voluntate peccare?

2. Cum igitur tam multiplicibus, ac multum ab invicem [i] distantibus modis homines peccent, quis non intelligat uno modo eis non posse utique mederi quorum tam diversi sunt morbi? Et ideo dupliciter quidem fragilitas humana Dei præcepta contemnit, aut faciendo quod [k] vetuit, aut non faciendo quod jussit: sed [l] quomodo non solum ex illis causis quas commemoravi, sed etiam ex aliis quas non commemoravi, in præceptis suis eum contemnunt, qui ejus præcepta non faciunt; sic debent omnes modo docendo, modo exhortando, modo sustinendo, modo increpando [m] curari, ut sub ope Christi [n] nullius salus in hac vita debeat desperari. Jam nunc si satis apparuit quod divina præcepta calcantes non solum portandi sunt, sed etiam castigandi; a quibus id fiat, qui, vel quo ordine, & quamdiu curandi sint qui curantur, adjuvantibus me [o] meritis & orationibus vestris, debeo declarare.

CAPUT II.

De laude sanctorum sacerdotum.

1. Ac ne fidem meus sermo velut humana conjectura non habeat, effectumque, dum ei parum creditur, perdat; ea quæ, adjuvante Domino, demonstrare constitui, vera esse divinis testimoniis conabor ostendere: si prius pauca de laude verorum sacerdotum, qui sunt Ecclesiarum magistri, protulero. Ipsis enim proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est; qui pondus populi sibi commissi [p] utiliter sustinentes, pro peccatis omnium velut pro suis infatigabiliter supplicant Deo, ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis, & humiliati spiritus offerentes, [q] quo placatur Deus, avertunt iram futuræ animadversionis a populo; qui per Dei gratiam fiunt divinæ voluntatis indices, Ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores, [r] fidelis populi duces, veritatis assertores, pravæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, & male sibi conscii etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide catholica regeneratorum, prædicatores cælestium, * primi [t] phalanges invisibilium præliorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum, & [t] forma fidelium. Ipsi sunt [u] Ecclesiæ

Exod. 30. 10. *Lev.* 16 2. *Num.* 16. 46. * *f.* primæ.

a MSS. Colb. unus, *sustinere omnes necesse esset aut arguere.*

b MSS. Colb. tres, & Reg. unus, *peccatorum.* MS. alter Reg. *pœnitentium.*

c MS. Colb unus, *ita peccatis dissimilibus dissimilia adhibenda sunt remedia.*

d MS. unus *mala dulcedo.*

e Editi præter Lugd. *ac mendacio.* MS. Colb. unus, *aut mendacium præferunt veritati.*

f Edit. Lugd. cum MSS. quinque, *illud dico.* MS. unus, *illud quidem.* MS. alter, *adhuc illud dico.*

g MS. Colb. unus, *aliter hominis cogitationes superbia, aliter*, &c.

h MS. Colb. unus, *voluptate.*

i MS. unus *discrepantibus.*

k MS. unus, *quod vetat, aut non faciendo quod jubet.*

l MSS. omnes, *quoniam*, & paulo post. MSS. tres *Dominum contemnunt.*

m MSS. duo Regii cum Editis, *curare.* MSS. Colb. quatuor & Camb. *curari.*

n MS. Colb. unus, *nullus malus in hac vita*, &c. MS. Reg. unus, *nullius salus debeat desperari.*

o Hæc, *meritis &*, absunt a MSS. omnibus.

p MSS. sex, *viriliter sustinentes.*

q MS. Camb. *quo placatus Deus, avertit.* MS. Reg. unus, *quo placatus Deus, avertit iram furoris & animadversionis.* MS. Reg. alter, *quo placatus avertit iram futuræ animadversionis.*

r MS. Reg. unus, *fideles veritatis assertores*, omissis vocibus intermediis.

s MSS. tres juxta veterum codicum lectionem, *primi præliantes*, seu *præliatores.* MS. Colb. unus, *primi pallestrites.*

t MSS. duo Colb. *forma vitæ.*

u MS. Camb. *duces Ecclesiæ.*

cleſiæ decus, in quibus amplius fulget Eccleſia: ipſi columnæ firmiſſimæ, quibus in Chriſto fundatis, innititur omnis multitudo credentium: ipſi januæ civitatis æternæ, per quos omnes qui credunt [a] in Chriſtum, ingrediuntur ad Chriſtum: ipſi janitores, quibus claves datæ ſunt regni cælorum: ipſi etiam diſpenſatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula regis æterni dividuntur gradus, & officia ſingulorum.

2. Hi ſunt qui non ambiendo, ſed ſpiritualiter vivendo ſacerdotium meruerunt: quique non favoris humani ſuffragio, ſed divino munere ſublimati, nihil ſibi de [b] præſtantia ſui principatus applaudunt: quos non [c] inflat honor acceptus, ſed exercet labor impoſitus: [d] qui non excellentiam [e] ſuam cogitant provecti, ſed ſarcinam; nec gloriantur de officii dignitate, ſed ſudant potius conſtituti ſub onere. Tales divina Scriptura ſpeculatores appellat, qui ſpeculantur actus omnium, & qualiter unuſquiſque cum ſuis in domo, qualiter in civitate cum civibus vivat, intentione religioſæ curioſitatis explorant: quos bonos probaverint, honorando confirmant, quos deprehenderint vitioſos, arguentes emendant; aut ſi emendari noluerint, æquanimiter portant, habituri uberrimum fructum, aut de ſua diſtrictione, ſi correpti profecerint; aut de ſua patientia, etiam ſi illi quos ſuſtinent, emendari noluerint.

Ezech. 3. 17.

CAPUT III.

De teſtimoniis apoſtolicis, & expoſitione eorum.

1. SEd jam divina teſtimonia, ſicut promiſimus, proferamus. In Actibus Apoſtolorum Paulus Apoſtolus ſacerdotibus dicit: *Ecce ego ſcio, quod amplius non videbitis faciem meam vos omnes, inter quos ambulavi prædicans [f] regnum Jeſu Chriſti. Ideoque conteſtor vos hodierna die, quia mundus ſum ab omnium ſanguine. Non enim ſubterfugi, quominus annunciarem vobis omne conſilium Dei. Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus-ſanctus poſuit Epiſcopos, regere Eccleſiam Dei, quam [g] acquiſivit ſanguine ſuo.* Regnum Dei, inquit, inter vos ambulans prædicavi, ut me alienum ab omnium perditione ſervarem, qui verbo doctrinæ ſalutaris audito, nihil [h] promoventur ad ſalutem. Regnum Dei prædicat, qui de vita futura quæ non habet finem; de contemplatione divina, quæ non habet faſtidioſam ſatietatem; de ſanctorum beatitudine, quæ non habet defectionem; de angelorum ſimilitudine conſequenda prædicare non ceſſat: ita ut [i] ſi ad hæc ineffabilia bona qui audiunt, provocari noluerint, abſolutus ſit ille qui eis prædicando non tacuit.

Actor. 20. 25. & ſeq.

2. Quod autem ſecutus adjungit: *Non enim ſubterfugi quominus annuntiarem vobis omne conſilium Dei*: quid aliud facit intelligi, niſi ut Eccleſiaſticus doctor diſpoſitionem Dei (quod conſilium Dei vocat Apoſtolus) eis quos docet aperiat? Aperit ergo diſpoſitionis divinæ conſilium quando docet ut patres pietatem filiis ſuis impendendo, eam mereantur a Domino, qui eſt omnium Pater, [k] ut filii honorem debitum [l] patribus ſuis exhibeant, non exhæredationis metu deterriti, ſed futuræ remunerationis deſiderio provocati: quia præceptum [m] Domini tam patres filios diligendo, quam filii honorificentiam ſuis exhibendo patribus complent, qui utrumque juſſit ut fieret: [n] docet ut mariti fidem conjugalis thori ſuis uxoribus ſervent; [o] ut uxores maritos ſuos non ſtudio formæ lenocinantis adhibito, aut accuratione veſtium diverſarum, ſed gravitate morum delectent, & operum ſanctitate; ut domini ſervos velut eorum in Chriſto conſervi miſericorditer tractent, & ſervi dominis ita ex corde deſerviant, ut voluntatem non ſolum dominorum ſuorum, ſed etiam Dei hoc ipſum jubentis, efficiant; ut inter ſe cives cum civibus, cum amicis amici, cum parentibus parentes veram concordiam teneant; ut in nullo negotio alter alterum callida fraude decipiat, [p] aut ne in communi contractu fidem, quam ſibi ſervari aliquis cupit, ipſe corrumpat.

Ibid. 27.

3. His [q] & talibus & ſacerdos annuntiat prædicando, & obediendo populus accipit Dei conſilium, ſine quo non pervenitur ad regnum; in quo [r] ſolo executores divini conſilii, participes, Deo authore, futuri ſunt cæleſtium præmiorum. Deinde quod dicit Apoſtolus: *Attendite vobis & univerſo gregi, in quo vos Spiritus-ſanctus poſuit Epiſcopos regere Eccleſiam Dei, quam [f] acquiſivit ſanguine ſuo*; quis non videat quod tunc ſibi ſacerdotes attendunt, quando ſancte vivendo, ac voluntatem [t] Domini fiducialiter prædicando, Eccleſiæ Dei proſpiciunt; ut eis jam grave non ſit, infirmos Eccleſiæ ſuſtinere, pro quibus redimendis ſe dignatus eſt morti vitæ auctor offerre? Sed & ipſi qui docentur, ut ſapiant; qui increpantur, ut ſaltem objurgati proficiant; qui ſuſtinentur, ut de ſuis aliquando criminibus erubeſcant, & gaudium ſuis doctoribus, quorum patientia blande tractantur, [u] de utilitate ſuæ correctionis exhibeant; & ipſi, inquam, libenter audiant, quid eis apoſtolico ore [x] divinus ſermo præcipiat: *Obedite*, inquit, *præpoſitis veſtris & ſubjecti eſtote eis. Ipſi enim pervigilant, quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant & non gementes; hoc enim [y] expedit vobis.*

Act. 20. 28.

Hebr. 13. 17.

4. Ergo doctoribus ſuis debent obedire qui audiunt, atque eis cum reverentia eſſe ſubjecti.

a Mſs. ſex cum Lugd. non habent, *in Chriſtum*.
b Mſs. Colb. duo, *de præſentia*.
c Ita Mſs. Reg. duo. Alii vero cum Editis, *inflammat*.
d Mſs. Colb. tres. *quia non*.
e Mſs. Colb. unus, *ſui cogitant provectus*.
f Mſ. Colb. unus, *Jeſum Chriſtum*.
g Mſs. ſex, *acquiſivit ſibi*.
h Mſs. duo, *promovent*.
i Mſ. unus, *ſi hæc ineffabilia*, tum paucis interjectis, Mſ. quatuor, *prædicanda non tacuit*.
k Ita Mſs. ſeptem cum Edit. Lugd. In aliis vero hic inſeruntur iſta. *Aperit divina conſilium pietatis, cum docet*.
l Mſ. Colb. unus, *parentibus*.
m Mſs. ſeptem, *Dei*, quorum unus poſt pauca habet, *ſuis exhibeudo parentibus*.
n Editio Lovanienſis anni 1565. Duac. & Colon. hic & poſt quatuor lineas addunt, *Docet*: quam vocem omittunt. Mſs. omnes cum Lugd.
o Mſs. duo, *& uxores*.
p Mſs. quatuor: *ut ne*.
q Mſ. unus, *Hæc & talia ſacerdos*.
r Mſs. duo, *ſoli excuſatores*.
ſ Mſs. quatuor, *acquiſivit ſibi ſanguine ſuo*.
t Mſs. ſeptem, *Dei*.
u Ita Mſs. omnes. Editi vero, *de utilitatis ſuæ profectu*.
x Mſ. unus, *Spiritus-ſanctus, id eſt, divinus ſermo*.
y In Mſ. uno, corrigitur *non expedit*, juxta textum Apoſtoli.

jecti. Quod faciunt illi, qui castigati libenter accipiunt, nec increpantibus contradicunt. Quod
Ibidem. vero ait: *Ipsi enim pervigilant, quasi rationem reddituri pro animabus vestris*; sacerdotalem curam pro populo sibi commisso satis ostendit, qui tam in suis actibus, quam in prædicationibus vigilantes, sollicite hostis antiqui rimantur insidias, ne quem, velut dormiente pastore, lupus [a] diabolus astuta fraude subripiat, & in damnum pastoris abreptum, secum usque ad supplicia sempiterna perducat. Verum quia ex his qui arguuntur, aliqui se obedientes emendat, aliqui in sua perversitate perdu-
Ibidem. rant, ideo de sacerdotibus ait: *Ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes*. Cum gaudio sacerdotes [b] arguunt, quando correpti proficiunt; & tristes hoc faciunt, quando se nihil proficere in suis contemptoribus ingemiscunt: ac sic hoc dicit illis expedire, ut cum gaudio, non gementes eos increpent sacerdotes, qui doctores suos sua correctione lætificant, & eorum gaudia incremento sui profectus accumulant.

CAPUT IV.

OBJECTIO: *Quare sacerdotes sancti, quorum cura est perdite viventes arguere, simulatores religionis æquanimiter ferant.*

1. NEcdum sermonem de sacerdotibus sanctis, unde plura dicere conabar, impleveram, cum ecce ad me quidam de nostris ingressus, quid dictarem [c] curiosus interrogat. Cui cum recitari fecissem: Omnes, inquit, Episcopos tales esse debere, quales tuus sermo descripsit, & nunc esse plures apud nos plenos sacerdotalibus bonis, qualia veraciter prædicasti, dubium non est; sed cum ad eorum probetur officium pertinere, ut inquietos sacerdotali auctoritate corripiant, rudes doceant, contradicentes sanæ doctrinæ redarguant; [d] quid est quod non in omnes hæc eorum cura porrigitur; cur non & alios simili auctoritate castigant? Illos dico, qui velut conversi, ex pristinis moribus nihil abjiciunt, non mente mutati, sed veste, nec actu, sed habitu.

2. Hi sunt, qui sermone tantum, non opere, sæculo renuntiasse contenti sæculariter vivunt, & vitia sua inani professione vitæ melioris abscondunt, ac religionis imaginariæ nomine palliati, opinionem virtutis pro virtute suscipiunt: prædicant magna, nec faciunt; accusant vitia, nec deponunt: publice sibi displicere simulant, quod occulte committunt: magni studeant videri, non fieri: [e] laudant eos, quorum cupiunt prædicatione laudari: jejunant, ut vultus sui pallorem pernicioſis laudibus vendant. Ad reprehendendos alios promti, se non [f] patiuntur a quibuslibet vel [f] leviter reprehendi. Ad faciem publicam patientiam fingunt, & in animo iracundiæ virus abscondunt, ad nocendum parati, cum nocendi tempus invenerint: suorum actuum negligentes, fiunt aliorum procaci libertate censores. Impudenter se assuunt virginibus sacris ac viduis, quibus tanto [g] inglutinantur affectu, ut facilius ab Ecclesiæ [g] (quod dictu quoque nefas est) quam ab earum communione discedant. Qui etsi cum illis forte non [h] peccant, tamen malæ suspicionis de se præbendo materiam, vitam suam maculis sinistræ opinionis infamant. [h]

3. Taceo de illis, qui undante [i] lapsabundi [i] corporis motu, defluentibus in talos vestimentis incedunt, & vagis laterum flexibus quodammodo fluctuantes, animorum dissolutionem vestigiis sinuosa mobilitate nutantibus produnt. Illos quis ferat, qui [k] adumbratæ prætendentes honestatis imaginem, ad hoc pupillorum, ac viduarum causas, velut tuendas simulata pietate suscipiunt, ut earum facultates suis adjiciant, & divites ex pauperibus facti, vel ex divitibus ditiores, tenuem censum [l] per nefas accumulent: ut cum fuerint exundante patrimonio sumptuosiores effecti, numquam [m] materia voluptatis gulæ suæ deficiat? Hos igitur tales quare non arguunt, qui arguendi potestatem divinitus acceperunt? [n] Non verentur, ne forte cum tam flagitiose viventibus parcunt, videantur probare quæ faciunt? Quid quod eos etiam ad officium clericatus admittunt, & (proh nefas) quasi parum sit quod tales dissimulata severitate non increpant, insuper & honorant?

CAPUT V.

Responsio: Ubi ostenditur, quibus exigentibus causis, quorumdam infirmitas blande tractetur.

1. EGo vero: Si recolis, inquam, quid de sanctis sacerdotibus fuerit disputatum, sufficiens accepisti responsum. Ecclesiæ quippe doctoribus, sicut supra jam diximus, & censura inesse debet, ut arguant; & patientia, ut emendari nolentes fortiter ferant, apostolico satisfacientes imperio, qui Timotheo [o] præcepit, dicens: *Argue, obsecra, increpa in omni* [o] 1. Tim. 4. *patientia & doctrina*. Quasi diceret: Argue coæquales, obsecra seniores, increpa juniores [2]. Sed propterea addidit, *In omni patientia & doctrina*: quia leniter castigatus exhibet reverentiam castiganti; asperitate autem nimiæ increpationis offensus nec increpationem recipit, nec salutem. Item alio loco idem Apostolus dicit: *Vos qui firmiores estis, imbecillitates* [p] *infirmiorum sustinete*. Sustinent ergo æquanimiter ut infirmos, quos emendare non potuerint castigatos. Proinde quia nec [q] objurgari omnes expedit, nec omnes blande tractari; sciunt sancti sacerdotes atque discernunt, quos debeant temperata severitate corripere, & quos sacerdotali magnanimitate portare: & ideo omnium quos per Dei gratiam curant, non

a MSS. Colb. unus, *lupus, id est, diabolus*.
b MSS. unus addit, *sancti*.
c MSS. Colb. duo, *curiosius*.
d MSS. Colb. unus, *quare non ad omnes hæc eorum correctio porrigitur*.
e MSS. unus, *laudantes*.
f Edit. Lugd. *lenites*.
g MSS quatuor, *adglutinantur*.
h MSS. tres, *non pereant*.
i MSS. quatuor, *lassabundi*.
k Hæ quatuor voces, *adumbratæ prætendentes honestatis imaginem*. absunt a MSS. Camberonensi.
l MSS. quatuor, *proh nefas!*
m MSS. Colb. unus, *materiæ voluptatis gulæ suæ deficiant*. Colb. alter, *materia voluptati ac gulæ suæ deficiat*.
n MSS. Colb. unus, *nec verentur . . . approbare quæ faciunt?*
o MSS. unus, Lugd. & Lov. *præcipit*.
p MSS. sex, *infirmorum*.
q MSS. duo, *objurgare . . . tractare*.

non voluntati, sed utilitati prospiciunt.
*al. Deinde. * Denique alios honorari deformiter ambientes, quibus non expedire noverunt, non vitio alicujus invidiæ, sed altæ prudentiæ consilio prætermittunt, & alios latere cupientes honorant, ut eis aditum ad majores profectus aperiant. a Eos quos probant increpationem posse pati castigant, & impatientes objurgationis ut languidos palpant; non eis adulando, quod tales sint, sed infirmitatibus talium compatiendo, si forte aliter sanari non possunt.

2. Ceterum si Ecclesiæ communione priventur infirmi, qui curari adhibita increpatione non possunt; aut intolerabilis mole tristitiæ supra modum gravati succumbunt, & sanctorum omnium vultus, per quos possent restitui Deo, refugiunt; aut certe ad omnem peccandi impudentiam, si fuerint exacerbati, prosiliunt, & quidquid mali occulte faciebant, publice perpetrabunt, in tantam vesaniam reparandæ salutis desperatione prolapsi b ut seria verba corripientium in jocos exitiabiles impudenti urbanitate convertant, c ac male dicaces in se ex ipsa jactatione turpitudinis suæ, turpiter viventium malevolas lætitias pascant d. Propter hoc ergo, blanda pietate portandi sunt, qui increpari pro sua infirmitate non possunt. Et re vera, si peccanti salubrem pudorem, dum pro eo erubescis, incutias, ac verecundiam quam pro peccatis ejus assumis, in eum pia animi compassione transfundas; facile in illo e reprimis omnem peccandi licentiam, atque ei totam impudentiam demis licentiosæ turpitudinis hortatricem. Tunc mores ejus verecundia custos integritatis ornabit; ut ei placeat quod ante sordebat, quando f sordidus erat; g & sordeat quod ante placebat, quando ipse bonis omnibus displicebat. Sanctos viros amando sectabitur, & sectando in eorum similitudinem paulatim vitæ prioris emendatione formabitur, ut ei quam laboriosum fuit in sublimitatem virtutis evadere, tam deforme sit in vitia rursus quibus se gaudet caruisse, discendere. Quia sicut virtus onerosa est vitioso, ita virtutis amico h vitiosa voluptas amare est. Ecce quomodo peccantes omnes blande tractat aut increpat, qui nihil aliud, nisi eorum salutem, quibus vult prodesse, considerat.

CAPUT VI.

Quod illi peccata aliena impatienter accusant, qui sua non cogitant.

TAmdiu i enim quis peccata sua, quæ nosse, aut deflere debet, ignorat; quamdiu curiose aliena considerat. k Quod si mores suos ad seipsum conversus aspiciat, non requiret quod in aliis specialiter reprehendat, sed in se ipso quod lugeat. Proinde fratrum nostrorum vitia non facile debemus accusare, sed gemere: ut invicem onera nostra portantes, legem Christi possimus implere; qui utique non accusavit peccata nostra, sed tulit, Evangelista dicente: *Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* Itaque si ille qui sine ullo peccato fuit, nos peccatores ineffabili pietate sustinuit, & sustinere non desinit, non interitum nostrum desiderans, sed profectum, nec mortem peccantium, sed salutem; quare nos exemplo nostri Salvatoris & Domini non sustineamus infirmos: cum & ipsi aut infirmi sumus, & volumus a Deo portari; aut si sani sumus, possumus adhuc ut fragiles infirmari. *Gal. 6.2.* *Joan. 1.29.*

CAPUT VII.

Quantum remedii habeat confessio peccatorum: & quale mereatur occultatio dolosa supplicium.

1. HUc accedit quod & ipsa peccata sic habentur occulta, vel aliena nobis, vel aliis nostra, ut plerumque & sanctus inter peccatores lateat, & famam sancti obtineat peccator. Innocentem si se tueri non potest, suspicio judicis l incauta condemnat, & reum calliditas ingenii vivacis excusat. Verumtamen non divinum, sed humanum fallunt ista judicium. Et quid mirum, si animos aliorum quales sint, sine ipsorum confessione nescimus, cum nos ipsos ita hodie noverimus, ut quales futuri simus m crastino nesciamus? Cum vero nobis fratres quilibet nostri peccata sua, tamquam medicis vulnera quibus urgentur, aperiunt; operam dare debemus n ut quantocius ad sanitatem, Deo auctore, perveniant; ne in pejus dissimulata curatione proficiant. Ea autem crimina quorumlibet si ipsis criminosis confiteri nolentibus undecumque claruerint; quæcumque non fuerint patientiæ leni medicamento sanata, velut igni quodam piæ increpationis urenda sunt, & curanda.

2. Quod si nec sic quidem æquanimiter sustinentis, ac pie increpantis medela o profecerit in eis, qui diu portati, & salubriter objurgati, corrigi noluerunt; tamquam p putres corporis partes debent ferro excommunicationis abscidi: ne sicut caro morbis emortua, si abscisa non fuerit, salutem reliquæ carnis putredinis suæ contagione corrumpit; ita isti, qui emendari despiciunt, & in suo morbo persistunt, si moribus depravatis in sanctorum societate permanserint, eos exemplo suæ q perditionis inficiant. Porro illi, quorum peccata humanam notitiam latent, nec ab ipsis confessa, nec ab aliis publicata; si ea confiteri, aut r emendare noluerint, Deum quem habent testem, ipsum habituri sunt & ultorem. Et quid eis prodest humanum vitare judicium, cum, si in malo suo permanent- Excommunicationis usus.

a MSS. unus. *Et quos probant.*
b MSS. Colb. unus, *severa*; alter, *serena*. Alii codices, *salutaria.*
c MSS. Camb. *maledici in se.* MSS. Colb. unus, *maledicas in se, &c.* MSS. Colb. alter, & Reg. duo, *maledica in se, &c.* Sic & Edit. Lugd.
d MSS. unus, *propterea ergo.*
e MSS. unus, *reprimes... demes.*
f Sic MSS. omnes, & Edit. Lugd. Lovan. vero, Duac. & Colon *quando in sordibus erat, & sordidus erat.*
g Editi, *ut sordeat.*
h Alias sic legebatur. *Ita est amara vitiosa voluntas virtutis amico.* MSS. duo Colb. *vitiosa voluntas amara est.* Reg. *vitiorum voluntas*: & ab alia manu, *vitiosa voluptas.* Colb. alter, *vitiosa est amara voluptas.*
i MSS. Colb. unus. *Quamdiu enim quis... tamdiu curiose.*
k MSS. Reg. unus, *ad seipsum conversus adspiciat.* MSS. Reg. alter. *Quod si ad seipsum conversus adspiciat.*
l MSS. unus, *incaute.*
m MSS. unus, *in crastino.*
n MSS. unus, *quantocitius.*
o MSS. sex, *processerit.*
p MSS. duo, *putridæ*; unus, *putrescentes*, MSS. quinque cum editis, *abscidi.*
q MSS. tres, *vel emendari.*
r MSS. unus, *perversionis.*

manserint, ituri sint in æternum, Deo retribuente, supplicium. Quod si ipsi [a] sibi judices fiant, & veluti suæ iniquitatis ultores hic in se voluntariam pœnam severissimæ animadversionis exerceant; temporalibus pœnis mutabunt æterna supplicia, & lacrymis ex vera cordis compunctione fluentibus restinguent æterni ignis incendia. At hi, qui in aliquo gradu ecclesiastico constituti aliquod occulte crimen admittunt, ipsi se vana persuasione decipiunt, si eis videtur propterea communicare, & officium suum implere debere, quod homines occultatione sui criminis fallunt.

a Pœnitentiæ utilitas.

3. Exceptis enim peccatis, quæ tam parva sunt, ut caveri non possint, pro quibus expiandis quotidie Deo clamamus, & dicimus, *Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris*, illa crimina cavcantur, quæ publicata suos auctores humano faciunt damnari judicio. Qui autem ea commiserint, & ideo prodere metuunt, ne sententiam justæ excommunicationis accipiant; sine causa communicant; immo vero dupliciter contra se iram divinæ indignationis exaggerant, quod & hominibus innocentiam finguunt, & contempto Dei judicio, abstinere se ab altari propter homines erubescunt. Quapropter Deum sibi facilius placabunt illi, qui non humano convicti judicio, sed ultro crimen [b] agnoscunt: [c] qui aut propriis illud confessionibus produnt, aut nescientibus aliis quales occulti sunt, ipsi in se voluntariæ excommunicationis sententiam ferunt, & ab altari cui ministrabant, non animo, sed officio separati, vitam suam tamquam mortuam plangunt, certi quod reconciliato sibi efficacis pœnitentiæ fructibus Deo, non solum amissa [d] recipiant, sed etiam cives supernæ civitatis effecti, ad gaudia sempiterna perveniant.

Matt. 6. 12.

b c d

CAPUT VIII.

Quod inique, & non simpliciter arguentes vani sint, ac divino judicio condemnandi.

JAm [e] de illis, qui levi suspicione permoti, simpliciter viventes objurgant, ut & illos incondita correptione confundant atque dejiciant, & sibi per hoc nescio cujus districtionis gloriam quærant; non est meum aliquid dicere, super quibus tam perspicue divinus sermo pronuntiat, ut [f] expositore non egeat. Ait enim in Ecclesiastico Spiritus-Sanctus: *Est correptio mendax in* [g] *ira contumelioſi: & est judicium quod non est bonum*. Utique contumelioſi hominis & superbi correptio, quæ dicitur mendax, [h] superbiæ est, *S. Prosperi*.

e

f

Eccli. 19. 28.

g

h

a Deest *sibi*, in edd. Lov. Duac. & Colon. habetur in Mss. omnibus & edit. Lugd. Ms. unus, *Qui si ipsi, &c.*

b Editi, *cognoscunt*. mss. sex, *agnoscunt*.

c Mss. tres, *quia aut*: & infra, mss. quatuor, *occulti sint*.

d Ms. unus, *recipient, sed etiam . . . . pervenient*.

e Mss. duo Colb. *Tamen*.

f Mss. duo, *expositione*.

g Mss. septem, *in ore contumelioſi . . .* & paulo post Mss. sex, *& est indicium*.

h Mss. duo, *superbia est*.

i Mss. sex, cum edit. Lugd. *indicium*.

k Edit. Lugd. *quam contumelioſum dicere*.

l In mss. duobus Reg. desunt hæc, *& mendaciter arguit*. In Colb. ms. uno, *quia & contumelioſus est*, non alicujus humilitatis [i] judicium, & ideo non est bonum. Quid potuit evidentius, quid apertius dici, quam [k] ut contumelioſum diceret mendaciter arguentem. Quia & contumelioſus est qui mendaciter arguit [l]; & mendaciter arguit, qui contumeliam facit. Item in Proverbiis: *Testis falsus non erit impunitus, & qui arguit inique, non effugiet*. Quis est falsus testis, nisi qui hominem quemlibet de criminibus indiscussis objurgat? Quem propterea inique increpantem dicit non impunitum futurum: quia innocentem nullis provocantibus meritis arguendo, [m] videri vult reum. [n] Quod autem dicit de eo qui inique arguit, *non effugiet*; quid aliud debet intelligi, nisi quia iram Dei non effugiet, qui aliquem non sic corripit, ut emendet, sed ut se procaciter jactet. Sed de contemptoribus præceptorum Dei, & de correptionis ac patientiæ virtute, sufficiant ista quæ diximus: ne in uno capitulo justo amplius immorati, aut cætera brevius quam necesse sit transcurramus, aut intentionem vestram longitudine nimium protelati voluminis oneremus. Videamus itaque quid nos etiam [o] continentia capituli sequentis edoceat. Utrum, [p] inquit, congregandis fratribus, aut alendis expediat facultates Ecclesiæ possideri, an perfectionis amore contemni.

i

k

l

Prov. 19. 5

m

n

o

p

CAPUT IX.

Quod sacerdotes [q] *nihil proprii habere debeant, & Ecclesiæ facultates quasi communes, pro quibus Deo rationem reddituri sunt, suscipiant.*

q

1 EXpedit facultates Ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes Ecclesiæ facultates; & ideo quisquis omnibus quæ habuit, dimissis aut venditis, fit rei suæ contemptor; cum præpositus fuerit factus Ecclesiæ, omnium habet Ecclesia, efficitur dispensator. [r] Deinde sanctus Paulinus (ut ipsi melius nostis) ingentia prædia, [f] quæ fuerunt sua, vendita pauperibus erogavit; sed cum postea factus esset Episcopus, non contempsit Ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensavit. Quo facto, satis ostendit, & propria debere propter perfectionem contemni, & sine impedimento perfectionis posse [t] quæ sunt communia Ecclesiæ possideri. Quid sanctus Hilarius? nonne & ipse omnia [u] bona sua aut [x] parentibus reliquit, aut vendita pauperibus, erogavit? Is tamen cum merito perfectionis suæ fieret Ecclesiæ Arelatensi Episcopus, quod illa tunc habebat Ecclesia non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium mu-

r

f

t

u

x

qui mendaciter arguit eum, qui contumeliam facit.

m Ita mss. omnes. Editi vero, *vult esse reum*.

n Ms. unus, *Qui autem*. Ms. alter, *dico de eo . . . nisi quia iram*.

o Ms. unus, *capituli sequentis auctoritas edoceat*.

p Legendum forte, *inquam*.

q Mss. duo Reg. *nihil proprium habere debeant, sed Ecclesiæ facultates tamquam communes, utpote Deo rationem reddituri suscipiant*.

r Mss. tres. *Denique*, cum edit. Lugd.

f Edit. Lugd. *quia*.

t Mss. quinque cum edit. Lugd. *posse Ecclesiæ, quæ sunt profecto communia possideri*. Ex Colb. unus, *posse Ecclesiæ facultates, quæ sunt communes possideri*.

u Ms. sex, *omnia sua*.

x Ms. unus, *pauperibus*:

meroſis hereditatibus, ampliavit. Iſti ergo tam ſancti, & tam perfecti pontifices factis evidentibus clamant, poſſe, & debere fieri quod fecerunt. Qui utique homines tam ſecularium, quam divinarum literarum ſine ambiguitate doctiſſimi, ſi ſcirent res Eccleſiæ debere contemni, numquam eas [a] debuerant, qui omnia ſua reliquerant retinere.

2. Unde datur intelligi quod tanti ac tales viri (qui volentes [b] eſſe Chriſti diſcipuli, renuntiaverunt omnibus quæ habebant;) non ut poſſeſſores, ſed ut procuratores facultates Eccleſiæ poſſidebant. Et idcireo ſcientes nihil aliud eſſe res Eccleſiæ, niſi vota fidelium, pretia peccatorum, & [c] patrimonia pauperum; non eas vindicaverunt in uſus ſuos, ut proprias, ſed ut commendatas pauperibus diviſerunt. Hoc eſt enim poſſidendo contemnere; non ſibi, ſed aliis poſſidere; nec habendi cupiditate Eccleſiæ facultates ambire, ſed eas pietate ſubveniendi ſuſcipere. Quod habet Eccleſia, cum omnibus nihil habentibus habet commune; nec aliquid inde eis qui ſibi de ſuo ſufficiunt, debet erogare: quando nihil aliud ſit habentibus dare, quam perdere.

CAPUT X.

Cum quo damno animæ ſuæ ab Eccleſia, quæ pauperes paſcit, accipiant illi, qui ſibi de ſuo ſufficiunt.

NEc illi qui ſua poſſidentes dari ſibi aliquid volunt, ſine grandi peccato ſuo, [d] unde pauper victurus erat, accipiunt. De clericis quidem dicit [e] Spiritus-ſanctus: *Peccata populi mei* [f] *comedunt*. Sed ſicut nihil habentes proprium, non peccata, ſed alimenta quibus indigere videntur, accipiunt; ita poſſeſſores, non alimenta quibus abundant, ſed aliena peccata ſuſcipiunt. Ipſi quoque pauperes, ſi ſe poſſunt ſuis artificiis aut laboribus expedire, non præſumant, quod debet debilis aut infirmus, accipere: ne forte Eccleſia, quæ poteſt omni ſolatio deſtitutis neceſſaria miniſtrare, ſi omnes etiam nihil indigentes accipiant, gravata, illis quibus debet, ſubvenire non valeat.

Oſee 4. 8.

2. Qui autem Eccleſiæ ſerviunt, & labori ſuo velut debita reddi oportere credentes, ea quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt; nimis carnaliter ſapiunt, ſi putant, quod Eccleſiæ fideliter ſervientes ſtipendia terrena, ac non potius præmia æterna percipiant. Seculáris quippe militia quia cæleſtia non habet, terrena ſtrenue militantibus præſtat. Unde ſatis indignum eſt, ſi fidelis, & operoſa devotio clericorum, propter ſtipendium temporale præmia ſempiterna contemnat. Quod ſi quilibet miniſter Eccleſiæ non habeat unde vivat: [g] non ei præmium reddat hic; ſed neceſſaria præſtet Eccleſia: ut in futuro præmium laboris ſui recipiat, quod in hac vita jam ſpe dominicæ promiſſionis [h] certus expectat. Illi quoque, qui [i] velut idonei nihil quidem ſibi dari velut debitum poſcunt, ſed tamen Eccleſiæ ſumptibus vivunt; non eſt meum dicere, quali peccato cibos pauperum præſumendo ſuſcipiant, qui Eccleſiam quam juvare de propriis facultatibus debuerunt, ſuis expenſis inſuper gravant; propter hoc fortaſſis in congregatione viventes, ne aliquos pauperes paſcant, ne advenientes [k] ſuſcipiant, aut ne ſuum cenſum expenſis quotidianis imminuant. [l] Quod ſi aliquid de fructibus ſuis Eccleſiæ, velut pro ipſa expenſa ſua contulerint; non ſe præferant inani jactantia illis, quos nihil habentes paſcit & veſtit Eccleſia: quia perfectior eſt ille, qui ſe mundi rebus expoliat, aut qui cum nihil habuerit, nec habere deſiderat; quam ille qui ex multis quæ poſſidet, Eccleſiæ aliquid præſtat, ac ſe de eo quod præſtiterit, forſitan jactat.

3. Dura ſunt quæ dico, nec ego diffiteor. Dura ſunt, ſed obſervare nolentibus. Ceterum [m] ſi fiant iſta; quæ difficilia non facientibus ſunt, ſtatim facilia facientibus fiunt. Non ergo ea quæ nolumus obſervare, impoſſibilitas nobis facit duta, ſed novitas. In uſum veniant, & neminem frequentata conturbant. Nam quæro, quid ſit eorum quæ dixi difficile? ut homo id quod opus non habet, ab Eccleſia non accipiat, an ut quod habet ſine cauſa contemnat? Si propter hoc non vult ſua relinquere ut habeat unde vivat: ut quid accipit unde rationem reddat? ut quid [n] peccatis alienis ſua multiplicat?

CAPUT XI.

Qui ſunt, qui etiam cum profectu animæ ſuæ opibus ſuſtentantur Eccleſiæ.

ITaque ſacerdos cui diſpenſationis cura commiſſa eſt, non ſolum ſine cupiditate, ſed etiam cum laude pietatis accipit a populo diſpenſanda, & fideliter diſpenſat accepta, qui omnia ſua [o] aut parentibus reliquit, aut pauperibus diſtribuit, aut Eccleſiæ rebus adjunxit, & ſe in numero pauperum paupertatis amore conſtituit: ita ut unde pauperibus ſubminiſtrat, inde & ipſe [p] tamquam pauper voluntarius vivat. Clerici quoque, quos pauperes aut voluntas, aut nativitas fecit, cum perfectione virtutis vitæ neceſſaria, ſive in domibus ſuis, ſive in congregatione viventes accipiunt: quia ad ea accipienda non eos habendi cupiditas ducit, ſed cogit vivendi neceſſitas.

CA-

a Mſſ. Colb. duo & Reg. unus, *numquam eas habuiſſent*. Alii duo cum Camb. *haberent*. Regius alter, *ſuſcipere debuerant*; & in fine omittunt vocem, *retinere*.

b Mſſ. duo, *fieri*.

c Mſſ. quatuor, *patrimonium pauperum*; quorum unus, *& omnium defenſabile patrimonium pauperum*.

d Mſ. Camb. *ea unde*.

e Mſſ. tres, *dicit Propheta*.

f Mſſ. tres Colb. *comedent*.

g Editi Lugd. & Lovan. *non ei præmium hic, ſed neceſſaria præſtat Eccleſia*. Mſſ. duo, *non ei reddidit hic, ſed neceſſaria præſtat Eccleſia*. Mſſ. tres, *non ei reddat hic, ſed neceſſaria præſtet Eccleſia*. Omnes Editi, *præſtat*.

h Mſſ. ſex non habent, *certus*.

i Editi, *qui vel idonei*. Mſſ. quinque, *velut*.

k Mſſ. ſex, *excipiant*.

l Mſ. unus, *Qui ſi*.

m Sic Mſſ. tres. Alii cum editis, *ſi faciant*.

n Ita Mſſ. omnes, & Lugd. At editi alii, *de peccatis*.

o Lugd. Edit. cum Mſ. Camb. hæc tantum habent, *aut relinquit, aut Eccleſiæ rebus adjungit; & ſe*. Mſſ. Reg. duo, & quatuor Colb. *aut reliquit, aut Eccleſiæ rebus adjunxit, & ſe*, &c.

p Mſ. unus, *& ipſe jam tamquam*.

CAPUT XII.

Quid facere debeant clerici, quorum infirmitas non poteſt ſua contemneret.

ILli autem, qui tam infirmi ſunt, ut poſſeſſionibus ſuis renuntiare non poſſint, ſi ea quæ accepturi erant, diſpenſatori relinquant, nihil habentibus conferenda, ſine peccato poſſident ſua: quia & ipſi quodammodo ſua relinquunt, quando propriis contenti rebus, nihil eorum quæ labori, vel ordini ſuo deberi arbitrantur, accipiunt. Quod ſi putant ideo [a] accipi debere eorum quæ conferuntur Eccleſiæ, portionem, ne eam videantur abjicere, ſe vero non poſſe ſua relinquere, quod eis deforme ſit inter ſuos, pauperes reddi; noverint eſſe deformius, poſſeſſores de elecmoſynis pauperum paſci.

CAPUT XIII.

Quæ ſint gaudia vera, vel veræ divitiæ: & quid impedimenti afferant bona præſentia amatoribus futurorum.

1. HEu quam ſubtiliter nos ille decipiendi artifex fallit, quanta cæcitate oculos noſtræ mentis obducit, ne diſcernamus gaudendi avidi, unde juſtius gaudeamus; aut ne cupientes augeri divitiis, noverimus, quas quibus incomparabiliter præferamus. Nam gaudere quidem bonum eſt; ſed qui gaudet, ſi non inde gaudeat unde debet, non poteſt bonum èſſe quod gaudet. Siquidem gaudet & raptor, cum deſiderata rapuerit; gaudet & ebrioſus, cum [b] exoptatæ occaſionem potationis invenerit; gaudet & adulter, cum ad delectationem fruendi corporis concupiti pervenerit: ſed cum ſit gaudere bonum, de his atque hujuſmodi gaudere grande eſt malum. Hæc & his ſimilia ſunt, unde gaudere nos vult mundus, cum ſuis amatoribus [c] periturus. Hæc ſunt quæ repudiare debemus, ut de bona conſcientia, de ſanctitate morum, de acquiſitione virtutum, de dono Dei, & de promiſſione futuri regni ineffabiliter gaudeamus.

2. Ditari quoque divitiis grande eſt bonum: [d] ſed inde ditari unde non debeas, non eſt habenda facultas, ſed deteſtanda calamitas. Nihil eſt enim calamitoſius, nihilque miſerius eo qui iniquis acquiſitionibus creſcit, quem locupletem fraudes faciunt ac rapinæ. Illæ nobis ſunt ambiendæ divitiæ, quæ nos ornare [e] poſſint pariter & munire, quas nec acquirere poſſumus inviti, nec perdere, quæ nos contra hoſtiles impetus armant, a mundo diſterminant, Deo commendant, ditant [f] animas noſtras atque nobilitant, nobiſcum ſunt, intra nos ſunt. Divitiæ noſtræ credendæ ſunt pudicitia, quæ nos pudicos, juſtitia, quæ juſtos, pietas, quæ pios, humilitas, quæ humiles, manſuetudo, quæ manſuetos, innocentia, quæ innocentes, puritas, quæ puros, prudentia, quæ prudentes, temperantia, quæ temperantes, & charitas, quæ nos facit Deo & hominibus caros [g], virtutum potentes, ſeculi contemptores, ac bonorum omnium ſectatores. Hæc ſunt non omnium, ſed ſanctorum ſanctæ virtutes; non divitum ſuperborum, ſed humilium pauperum facultates; patrimonium cordium, divitiæ incorruptibiles morum, quibus non abundant [h], niſi qui illis carnalibus ex corde renuntiat. Quæ quamvis & ipſa ſint bona, utpote a bono Deo creata; tamen quia ſunt bonis maliſque communia, ſtudent ea ſpirituales viri contemnere, quo poſſint ad illa incomparabiliter meliora, quæ ſunt bonorum omnium propria, pervenire: quoniam non eſt tale bonum quod habent & mali, quale illud eſt, quod non habent [i] niſi boni.

3. Corporale bonum quando habent iniqui, ipſorum eſt præmium [k], quando habent juſti, non eſt eorum præmium ſed temporale ſolatium. Item boni temporalis amiſſio ſit exercitium juſti, & injuſti ſupplicium: quia & juſtus deſiderio cæleſtium captus, omnia temporalia ſive habeat, ſive amittat, omnino non ſentit; & iniquus quod cum delectatione [l] habet, ſine dolore non perdit. Propter hoc igitur eis, qui militant Deo, fugiendæ ſunt ex toto corde divitiæ, quas qui habere volunt, ſine labore non quærunt, ſine difficultate non inveniunt, ſine cura non ſervant, ſine anxia delectatione non poſſident, ſine dolore non perdunt. Apoſtolus autem Chriſti militibus [m] dicit: *Volo vos ſine ſollicitudine eſſe*; &, *Radix omnium malorum eſt avaritia: quam quidam appetentes erraverunt a fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis*. Ac ſic cenſus [n] iſte terrenus eis, a quibus vitioſe diligitur, non eſt voluptatum materia, ſed dolorum. Quapropter expedit facultates Eccleſiæ [o] poſſideri, ut inde vivant, qui non ſeculo, cujus gaudia fugitiva repudiant, ſed Deo [p] ſerviunt, cujus ineffabilia bona deſiderant.

CAPUT XIV.

Qualiter intelligatur, quod dicit Apoſtolus, Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt.

DE talibus dicere videtur Apoſtolus: *Qui in ſacrario operantur, quæ de ſacrario ſunt edunt: & qui altario deſerviunt, [q] cum altario participant*. Qui niſi hoc de contemptoribus facultatum ſuarum vellet intelligi, numquam ſecutus adjungeret: *Ita & Deus ordinavit his, qui Evangelium annuntiant, de Evangelio vivere*. De Evangelio vivunt, qui nihil proprium habere volunt, qui nec habent, nec habere aliquid concupiſcunt; non ſuorum, ſed communium

1. Cor. 9. 13.

Ibid. 14.

a Mſ. Reg. *ne ea*. Mſ. Camb. *ideo partes accipi debere earum quæ conferuntur Eccleſiæ portionum, ne eas videantur abjicere*.
b Mſ. unus, *exoptatam*.
c Mſ. unus, *perituros*.
d Mſſ. Colb. duo, *ſed non inde ditari unde debeamus*. Mſ. alter, *ſed non ditari unde debeas*.
e Mſ. unus, *poſſunt*.
f Mſſ. tres Colb. *animos noſtros*.
g Mſſ. tres, *vitiorum impotentes, ſæculi contemptores*. Mſ. alter, *vitiorum impotentis ſæculi contemptores*.
h Editi, *niſi illi qui illis*. Mſſ. quatuor omittunt, *illi*. Mſ. Colb. unus, *quæ non aliis dantur, niſi qui*.
i Mſſ. duo, *iniqui*. mſ. alter, *quod habent boni*.
k Mſ. unus, *quando autem*. tum Mſ. alter caret hac voce, *eorum*.
l Mſſ. ſeptem, *habuit*.
m Mſ. unus, *dixit*.
n Mſ. unus, *cenſus æſtimatus, iſte terrenus*.
o Mſſ. quatuor, *poſſidere*.
p Mſſ. quatuor, *deſerviunt*.
q Mſs. tres, *cum altario participantur*. Mſ. duo, *cum altari participantur*.

nium poſſeſſores. Quid eſt aliud de Evangelio vivere, niſi laborantem inde ubi laborat neceſſaria vitæ percipere? Apoſtolus tamen qui ſic Evangelium prædicavit, ut nec de Evangelio viveret, ſed neceſſaria ſibi ſuis manibus miniſtraret, de ſe confidenter [a] eloquitur: *Ego autem nullo horum uſus ſum.* Et quare hoc dixerit, ſecutus aperuit dicens: *Expedit mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet.* [b] Evacuari dicit gloriam ſuam, ſi ab eis, quibus prædicabat, voluiſſet, accipere vitæ [c] corporalis expenſam: nolebat quippe in præſenti laboris ſui fructum, ſed in futuro recipere. Si ergo ille, qui nihil habebat, noluit de Evangelio ubi laborabat, ſed ſuis manibus vivere, [d] ne gloriam ſuæ mercedis amitteret; quid nos, qui & propria nolumus amore poſſidendi, non vivendi neceſſitate, relinquere, & accipere inſuper volumus, non unde vivamus, ſed unde cenſum noſtrum incrementis damnabilibus augeamus?

Ibid. 15.

CAPUT XV.

De cupiditate, qualiter eis, quos ſemel invaſerit, dominetur.

1. JUbet [e] ecce nobis imperioſa cupiditas, ut [f] divina parvipendentes poſſeſſionum terreſtrium damnoſa compendia cogitemus, [g] ut in eis totam ſollicitudinem curamque ponamus, [h] ut inde nos morbida vanitate jactemus, ut amplitudine patrimonii diffuſioris elati, fieri pauperes ſpiritu negligamus. [i] O facinus inauditum! Suavi jugo Chriſto contempto, ferreum cupiditatis imperium voluntaria mentium inclinatione ſuſcipimus; & Domini noſtri [k] levi onere, quod ſubjectos non onerat, ſed ſublevat, poſthabito, plumbeum pondus noſtris cervicibus [l] aggeramus, quod citius poteſt deponi, quam ferri: quia & ipſa cupiditas, quæ nobis ſubiici ultro volentibus hoc pondus imponit, contemni poteſt facilius quam expleri: & ideo qui ſe illi volentes dederint expugnanti, voluntatem reſiſtendi ulterius non habebunt tyrannice dominanti. Et hoc fit juſto Dei judicio, ut qui cupiditati reſiſtere [m] noluimus ingreſſuræ, jam reſiſtere nequeamus ingreſſæ.

2. O plangendum miſerabiliter mentis expugnatæ [n] ſervitium! O intolerandum [o] dæmoniacæ cupiditatis imperium! ut ex hoſtibus ſuis quos poteſt [p] vincere, victores faciat ſuos: promittit ingentia, & bonorum temporalium pollicitatione deceptos, impellit jam miſeros ac miſerandos in turpia. [q] Tenet nos lucrorum pœnaliter dulcium catenis addictos, & in ſua ditione captivos; nec trahit invitos, ſed, quod eſt deterius, [r] quocumque voluerit, volentes ducit. Vaſtat [ſ] in nobis quidquid verecundiæ ac pudoris invenerit: & quos jam ſuis triumphis addixit, adhuc tamquam [t] reſipiſcendi ſuſpectos omnibus viribus honeſtatis exarmat: ne quando contra eam qui bellare noluimus, rebellemus. Rapit nos, ac paſſim per omnia acquiſitionum genera cupidos acquirendi diſpergit. Non permittit animum liberum, non ſtabile corpus [u], vagante animo mobiliter, aut quietum: & velut quædam cadavera in pactum feris avibus beſtiiſque projecta, captivos ſuos immundis ſpiritibus [x] tradit, non lacerandos, ſed avidiſſimis mortiferorum criminum faucibus devorandos; nec tamen ut eſſe jam deſinant, ſed ut pœnaliter vivant. Denique in vivis adhuc portant funera ſua corporibus, [y] id eſt, vivi ſimul & mortui. Hinc eſt, quod peccato viventes quantum nos congeſtarum operum [z] oblectet acceſſio, ipſa fruendi carnalibus delectatione ſentimus: & quantam virtutum ſuſtineamus inopiam, velut mortui virtutibus ignoramus.

CAPUT XVI.

Quod Deum perfectius illi poſſideant, qui terrenis poſſeſſionibus ex corde renuntiant.

1 HÆc ſunt [aa] propter quæ, non explendis voluptatibus ac fovendis, ſed congregandis fratribus, aut alendis expedit facultates Eccleſiæ poſſidere: ut uno ſollicitudines omnium in ſua ſocietate viventium ſuſtinente, omnes, qui ſub eo ſunt, fructuoſa vacatione potiantur ſpiritualiter & quiete. Ideo interpoſui iſtud adverbium: quoniam qui otioſa quiete perfruitur, niſi ſpiritualiter vixerit, more pecudum vivit. Et ideo is, quem nulla corporeæ neceſſitatis cura ſollicitat, nulla occupatio domeſticæ ſollicitudinis inquietat, nullus litigator infeſtat, nullus calumnioſus exagitat; quid aliud curare debet, harum moleſtiarum & his ſimilium liber, niſi unde ad meliora proficiat, unde vitia ſua profectibus quotidianis imminuat, virtutes augeat, & pro carnalibus, quæ contempſit, ſpiritualia bona poſſideat; in his ſe divinitus adjutus exerceat, ea ſemper amplectatur ac diligat; & non ſolum omnibus aliis delectationibus ſuis, ſed etiam ipſis ſuæ carnis cruciatibus anteponat: ut qui nihil

a Mſs. duo Reg. *loquitur.*
b Ita Mſs. duo Reg. Alii cum editis, *evacuare.*
c Mſs. quinque, *temporalis.*
d Mſ. Colb. unus, *ne gloriæ ſuæ mercedem.* Alter, *mercedis ſuæ gloriam.*
e Mſs. quatuor, *Ecce enim jubet nobis.*
f Mſ. Reg. unus, *divina præcepta parvipendentes.*
g Mſ. unus, *& in eis.*
h Mſ. Camb. *unde nos.*
i Mſs. quinque, *& o facinus*; quorum duo, *& hoc facinus.*
k Mſ. Camb. *levi oneri* (*quod ſubjectos non onerat, ſed honorat, nec deprimit omnino, ſed ſublevat*) *ſubjici contemnimus; hoc ergo levi onere poſthabito*, &c. ad hunc accedunt Mſs. quatuor Colb. & Regius unus, excepto quod unus ex Colb. habet, *ſed ſublimat.* Regius alter ſic habet: *& Domini noſtri leve onus fugimus, quod ſubjectos non onerat, ſed honorat; nec deprimit omnino, ſed ſublevat, hoc ergo.* Alii codices habeant: *leve onus ſuperbe rejicimus*: cetera ut illi qui mox citantur.
l Mſs. duo, *aggerimus.*
m Mſs. quinque, *nolumus.*
n Mſ. unus, *vitium.*
o Mſs. quatuor, *o execrandum.* Mſs. item quatuor, *domina cupiditatis.*
p Mſs. omnes non habent, *vincere victores*; ſed legunt, *quos poteſt faciat ſuos.*
q Mſ. unus, *tenet nos pœnaliter lucrorum dulcium.*
r Edit. Lugd. *quoſcumqae.*
ſ Alias, *jam.*
t Mſ. Reg. unus, *reſipiſcendi ſint ſuſceptos?* Mſ. Camb. & alii, *jam reſipiſcendos ſuſceptos.*
u Alias, *vacante.*
x Mſ. quatuor, *tradet.*
y Mſs. tres, *id eſt, vivis ſimul & mortuis.* Mſ. unus, *idem?* forte, *iidem.* Mſs. duo, *ſed iidem*, cum Lugd.
z Mſs. tres, *prolectet*, Mſ. unus, *jactet.* Alias, *perlectet.*
aa Mſ. Reg. unus, addit hic, *præcepta . . . .* Et ab alia manu, *poſſideri.*

hil sibi reliquit, quod formidaret amittere; ea, pro quibus omnia quæ habebat, abjecit, tanta fidei firmitate retineat, ut si necesse fuerit, pro eis libenter suum corpus impendat.

a 2. Proinde quem possidendi [a] delectat ambitio; Deum qui possidet omnia quæ creavit, expedita mente possideat, & in eo habebit quæcumque habere sancte desiderat. Sed quoniam nemo possidet Deum, nisi qui possidetur a Deo, b sit ipse primitus Dei possessio, & [b] efficitur ei Deus possessor & portio. Et quid potest eo esse felicius, cui efficitur suus conditor census, c & hæreditas [c] ejus dignatur esse ipsa divinitas: si modo eum sanctis operibus colat, omnes fructus ex illo precipiat, in illo, & de illo jugiter vivat, & nihil terenum cum illo possideat? Quia omnium conditor, cui nihil eorum quæ fecit d valet æquari, [d] non dignatur cum his quæ condidit, possideri. e [e] Denique quid ultra quærit, f cui omnia suus conditor fit: aut [f] quid ei sufficit, cui ipse non sufficit? Hunc possidebat, ab illo possidebatur ille, qui dicebat in spiritu: *Ps.*118.57. *Portio mea* g *Dominus, dixi custodire legem* *Psal.*15.5. *tuam.* Et: *Dominus pars hereditatis meæ, &* *Num.* 18. 23. *calicis mei.* Sed & ipse cum dicit: [h] *Filiis Le-* *Deut.*18.1 *vi non dabitis partem inter fratres suos: ego* *Ibidem.* *Dominus portio eorum.* Satis ostendit, quod hi, g h qui terrenæ hereditatis contempserint portionem, Deum spiritualiter mereantur possidere: cujus ditati muneribus, omnia quæ preclara habentur in hoc mundo, fastidiunt; & ipsum possidere vel ab ipso possideri, eo solo perfrui, atque illi adhærere inseparabiliter concupiscunt.

3. Unde datur intelligi quod qui temporalia bona, qui seculi gaudia peritura sectatur ac diligit, i quæ & quanta sit [i] divinæ dulcedinis multitudo non didicit. Quis enim cui Deus dignatur esse possessio, aliquid aliud quærit? aut quis k non [k] pro amore illius omnia quæ putantur magna, contemnit? Ergo qui vult Deum possidere, renuntiet mundo, ut sit illi Deus beata possessio. Nec renuntiat mundo, is quem terrenæ possessionis adhuc delectat ambitio: quia l quamdiu sua non [l] relinquit, mundo, cujus bona retinet, servit; & utique non potest mundo servire simul, & Deo: ac sic propterea voluit Deus cultores suos omnibus renuntiare, propter quæ diligitur mundus; ut exclusa cupiditate, mundi, divina in eis caritas possit augeri, vel perfici. Et ideo decimas atque primitias frugum, primogenita & sacrificia pro peccato, m [m] vel vota quæ sibi Deus jussit offerri, sacerdotibus ac ministris distribui debere constituit; ut devotissimo populo vitæ necessaria ministrante, ipsi creatori ac pastori suo liberis mentibus ministrarent, atque in n [n] ejus cultu sine ulla solicitudine corporali proficerent: ne terrenis occupationibus implicati, officio suo dignas excubias strenue curare non possent.

4. Nunc autem, quod Christiani temporis sacerdotes magis sustinent quam curant possessiones Ecclesiæ, etiam in hoc Deo o [o] serviunt: quia si Dei sunt ea quæ conferuntur Ecclesiæ, Dei opus agit, qui res Deo consecratas non alicujus cupiditatis, sed fidelissimæ dispensationis intentione non deserit. Quapropter possessiones, quas oblatas a populo suscipiunt sacerdotes, p [p] non sunt inter res mundi deputari credendæ, sed Dei. Quoniam si vestes, ac vasa, & cetera, quæ in q [q] sacris usui ministrantibus erant, sancta vocabantur, nec in usus humanos revocari jam poterant, divinis semel ministeriis consecrata; quomodo non ea quæ conferuntur Ecclesiæ, sacra credenda sunt; quibus non ut seculi rebus luxuriose, sed sancte, ut Deo consecratis, utuntur ad necessaria sacerdotes: ut illis omnibus, qui se perfectionis amore sub uno constituunt, & sua sibi non vindicant, Ecclesiæ r [r] facultates ad hoc ipsum collectæ sufficiant; & quicquid omnibus occupationibus absoluti proficiunt, fructus illius, qui unus pro multis occupatus est, fiat; atque ita ille, qui sollicitudines omnium sub se f [f] viventium portat, in congregatione sua proficiente proficiat: ut sicut illius occupatio omnium suorum facta est frutuosa vacatio, ita omnium discipulorum perfectio glorioſa magistri honor habeatur & gloria.

CAPUT XVII.

Quod nihil proficiant, qui abstinentes a cibis, vitiis serviunt: nec prosit illis facultates abjicere, qui suas faciunt voluntates.

1. ITem quæsistis quæ sit abstinentiæ credenda perfectio: & utrum tantum corpori, an & animæ debeat necessaria judicari. Si hominem totum virtus hæc quæ abstinentia nominatur, perfecta sanctificat, non solum corpori, sed & animæ necessaria est; quia omnis homo ex corpore constat & anima. Sed in eis, qui diversis vitiis subjacentes, aliquid sibi eorum quæ usui nostro t [t] concessa sunt, interdicunt, abstinentia quidem, u [u] sed carnalis & imperfecta esse debet intelligi: ea autem spiritualis atque perfecta censenda est, quæ abstinentem tam ab illecebris carnalium voluptatum, quam a peccatis omnibus facit alienum; cujus nec animum desideriorum morbi corrumpunt, nec imperio gulæ dominantis quæsitæ delitiæ vires corporis frangunt. Proinde ille abstinens vere credendus est qui vitiorum omnium liber x [x] effectus est; ac recisis y [y] corporalibus

a Mſ. unus, *non delectat*.
b Mſs. septem, *efficitur*.
c Abest, *ejus*, a mſs. sex. Unus vero, *ipsa esse digna, nec esse divinitas*.
d Ita edit. Lugd. cum Mſs. Colb. tribus & Regio uno. Regius alter, *dedignatur*, sine particula negante. Aliæ editiones, *non dedignantur*, sed minus recte, ut videtur.
e Alias, *Deinde*.
f Mſs. Colb. duo, *quis ei sufficit*. Alius, *quid sufficit cui, &c.* Alter vero, *aut quid ei deficit*, sed male.
g Mſs. duo Colb. *Domine*.
h Mſ. Colb. unus, *de filiis Levi: Non dabitis*.
i Sic Mſs. omnes editi vero, *multitudo supernæ dulcedinis*.
k Mſs, Reg. duo, *præ amore*.
l Mſ. Camb. *reliquit*.
m Mſ. Reg. unus, *vel voto*.
n Mſ. Colb. unus, *in eo cultu*.
o Mſs. quinque, *deserviunt*.
p Mſs. omnes, *non sunt jam res mundi credendæ, sed Dei*.
q Mſs. tres, *in sacro usu ministrantibus*. Mſ. unus, *ministrationibus*.
r Mſs. quinque, *facultas Ecclesiæ ad hoc ipsum collecta sufficiat*.
f Sic Mſs. omnes. At editi, *servientium*.
t Ita omnes Mſs. At vero editi, *necessaria sunt*.
u Mſ. Camb. *quidem est, sed*, &c.
x Mſs. tres, *effectus, recisit*.
y Mſs. Sex, *corporeis*. Eodem modo lectum fuisse fuisse alias in ora Editorum observatur. Editi, *corporalibus*.

bus voluptatibus elaborat, non ut concupiscentiam
a suæ carnis [a] exsatiet, sed ut mortalem vitam ne-
cessariorum perceptione sustentet. Quoniam qui-
dem quidquid sine quo potest vivi percipitur, non
b subsistentandæ vitæ, sed [b] fovendæ luxuriæ carnis
impenditur.

c 2. Hæc [c] itaque virtus, quæ abstinentia non
solum delicatorum ciborum, sed etiam malorum
omnium nuncupatur, cum omnibus omnino ne-
cessaria sit, tum maxime illis familiarior, atque
conjunctior esse credenda est, quibus juxta illud
Act. 4. 32. quod in Actibus Apostolorum legitur factum,
unum cor, & anima una, divinæ charitatis igne
conflata, & quibus sub unius ordinatione viventi-
bus omnia omnium communia fiunt: si tamen ita
d eis [d] una fit vita, sicut fit una substantia; & nul-
la sit in eis diversitas animorum, quibus est com-
munio facultatum: quia ut fieret & esset animo-
e rum sancta conjunctio, necessaria est [e] facultatum
judicata communio. Cæterum quid eis prodest,
f quod facultates suas abjiciunt, [f] qui voluntates
proprias non relinquunt, cum sit longe præstan-
tius voluntatibus propriis abrenuntiare, quam re-
bus? Res suas etiam mundi [g] hujus Philosophi
g abjicere potuerunt, & nunc quilibet hæretici pos-
h sunt: sed nec illi, cum suæ [h] voluntatis fierent
amatores, secundum voluntatem Dei vixerunt;
& isti dominicæ voluntati suæ voluntatis studio
contradicunt. Non ergo ea res nos Deo commen-
i dat quam & inimici Dei faciunt; sed [i] illud,
quod non nisi vere Christiani, & per hoc ama-
tores Dei perficiunt. Hi sunt, qui [k] voluntati-
k bus suis rebusque projectis, suo se creatori ex
toto corde subjiciunt, ac suum velle ex ejus vo-
luntate suspendunt: & ideo quidquid eis sen-
l sus carnis sequendum faciendumque [l] suggesserit,
justitiæ capti delectatione contemnunt.

CAPUT XVIII.

Quanta bona primus homo, abstinentiæ bonum negligendo perdiderit.

m 1. QUod si primus homo voluisset [m] se in il-
la paradisi beatitudine custodire, ut a
fructu unius interdictæ arboris jejunas-
set; nec statum illum tantæ felicitatis amitteret,
nec eum voluntaria salutaris præcepti transgressio
necessitati corruptionis ac mortalitatis addiceret:
ut tanta beneficia Dei sui, quæ in natura suæ
conditionis acceperat, aut corrumperet peccato
corruptus, aut perderet. Quis enim sufficienter
n enumeret, quæ & quanta bona [n] illi abstinentiæ
o contemptus ademerit? [o] quod intellectualis men-
Damnum quod A- tis dignitate donatus, imaginem sui creatoris ac-
dam pec- cando in- curit.
cepit: quod soli Deo suo subjectus, omnia visi-
bilia sibi subjecta conspexit: quod ei ad videndi
usus affatim lignorum omnium, quæ erant in Pa-
radiso, feracitas divina jussione servivit: quod ar-
bor vitæ mysticum cibum non unde viveret, sed
unde vitam corporis non finiret, sui Creatoris Genes. 2. 9.
munere ministravit: qui cibus quandiu percipe-
retur, ita percipientem se in uno statu, sacra-
menti cujusdam latentis figurata significatione, ser-
varet; ut eum nec ulla infirmitate corrumpi, nec
ætate mutari & senescere, nec dissolui morte per-
mitteret. Non inquietabat molesta sollicitudo quie-
tum, non fatigabat labor anxius otiosum, non
somnus opprimebat invitum, non amittendæ vi-
tæ timor angebat [p] de immortalitate securum. p
Habebat facilem victum corpus ex [q] omni par- q
te sanum, tranquillum motum, cor mundum,
ignarus pœnalis mali, habitator paradisi, expers
peccati, capax Dei.

2. Postremo quid eo felicius fuit, cui erat or-
bis subjectus, nullus infestus, liber animus, & vi-
sibilis Deus? [r] Quandoquidem nisi ante peccatum r
Deum videre in assumptione visibilis creaturæ so-
leret, quomodo se jam peccator effectus, a facie [s] s
Domini, quem numquam viderat, absconderet?
Potuit ergo ita videre Deum, priusquam peccaret
Adam, sicut eum [t] Patriarchæ viderunt: sed quan- t
do ait: *Vocem tuam audivi, & timui;* ex illa jam
[u] videndi Deum sanctitate ceciderat, jam se indi- Gen. 3. 10.
u
gnum videndi Deum reddiderat. *Vocem tuam*, in- Ibidem.
quit, *audivi, & timui; eo quod nudus essem, & abscondi me*. O quantum securitatis habent, qui
sibi bene sunt conscii: & quantum perturbatos hu-
miliat perpetratio pudenda peccati, sicut isti qui
se absconderunt a facie Domini de sua turpitudi-
ne [x], non de nuditate confusi: qui non ideo eru- x
bescebant, quia veste erant extrinsecus nudi, sed
quia [y] intrinsecus protectione divina nudati. De- y
nique & ante peccatum nudi erant, & non erube-
scebant: quia nihil contra voluntatem Dei, unde
confunderentur, admiserant.

CAPUT XIX.

De peccato primi hominis, & de malis quæ illum peccantem, Deo judicante, secuta sunt.

1. SEd jam videamus, si placet, qualiter illi ho-
mines primis commiserint tam grande pec-
catum, quod & ipso de Paradiso projecit in hoc
vitæ pœnalis exilium, & in eis originaliter totum
damnavit genus humanum. Et mihi quidem vi-
detur quod non ederent de ligno prohibito, nisi
tentati; nec tentarentur, nisi deserti; nec desere-
ntur a Deo, nisi ipsi prius deserent Deum; nec de-
se-

a MSS. unus, *exacuit*.
b MS. Camb. *movendæ*.
c MSS. quinque, *namque*.
d MS. quatuor, *una fit vita*. MS. unus, *sicut est una substantia*.
e MS. Colb. unus, *unitas communium facultatum*.
f MSS. duo Reg. *Si voluntates*.
g Editi, *quivis*.
h Ita MSS. Reg. duo. Colb. unus & alii MSS. Editi vero, *suæ voluptatis fuerint*.
i MS. Reg. unus, *sed illa quam*.
k MSS. duo Colb. *voluptatibus*.
l Editi, *suggerit*.
m MSS. quatuor non habent, *se*. MS. Colb. unus, *voluisset illam paradisi beatitudinem custodire, ut, &c.*
n MS. Reg. unus, *illius abstinentiæ*.
o MS. Reg. unus, *qui*.
p MS. unus Reg. *timor angebat. De immortalitate securus habebat &c.*
q MS. omnes, *ex omnibus partibus*.
r Ita MSS. duo Reg. & Camb. Editi. *Quoniam quidem*.
s MSS. duo Reg. *a facie Dei quam numquam vidisset*.
t MSS. tres Colb. *Patriarchæ sancti*.
u Hæc verba, *videndi Deum*, absunt a MS. Colb. uno: & sat recte.
x MS. Reg. unus, *non de timiditate*.
y MSS. quatuor Colb. cum Lugd. *intrinsecus*. Alii cum Lov. Duac. & Colon. *extrinsecus*.

fererent Deum, nisi superbirent, & similitudinem
a Dei [a] damnabiliter appetissent: ad quam perven-
b turi essent, sine corporis morte, si [b] sub Deo
suo viventes, præceptum quod acceperant, cu-
stodissent: ut qui posse non mori acceperant in
natura, non posse mori consequerentur in gloria:
& ibi accepturi essent præmium non posse pec-
care, si hic eorum meritum fuisset, peccare no-
luisse. Non igitur a Creatore suo in creaturam
c divinitatis [c] affectatione collapsos moveret aper-
ta concupiscentia, nisi eos ante corrupisset occul-
ta superbia; nec eis per serpentem diabolus pro-
pinaret tam ferale consilium, nisi prius eorum
Gen. 3. 5. deprehenderet appetitum. *Si*, inquit, *gustaveri-
tis de ligno scientiæ boni & mali, aperientur ocu-
li vestri, & eritis sicut dii, scientes bonum &
malum*: Hæc sunt illa tria, quæ in mundo esse,
& diligi non debere a dilectoribus Dei, conte-
2. Joan. 2. 15. 16. statur sanctus Joannes apostolus dicens: *Nolite
diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt:
quia omne quod in mundo est, concupiscentia car-
nis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio*
d *seculi, quæ non est* [d] *ex Patre, sed ex mundo
est*. Quæ nisi illi, qui a dilectione Dei jam de-
fecerant, diligere [e] cœpissent, numquam [f] male
e suasi serpentis consilio credidissent.

f 2. Itaque concupiscentia carnis ab eis imple-
ta est, quod de ligno verito gustaverunt; concu-
piscentia oculorum, [g] quod sibi aperiri oculos
g cupierunt; & ambitio seculi, quod se fieri pos-
se quod Deus est, crediderunt. Proinde delecta-
tione carnis, & oculorum curiositate, ac seculi
ambitione corrupti; a ligno vitæ, ex quo eis ar-
h cendæ mortis, ac salutis continuandæ [h] gratia præ-
stabatur, abscisi sunt; & morbidam qualitatem
eorum corpora contraxerunt, ut juxta sententiam
Gen. 2. 17. Dei, eo die credantur mortui, quo in eis pœ-
i naliter facta est necessitas moriendi, & per li-
gnum illud, quod [i] scientiæ boni & mali ex cau-
sa nomen accepit, a quo se abstinere cum possent,
miseri neglexerunt, quid interesset inter bonum
quod amiserant, & malum quod incurrerant, ip-
k sa pœna sua [k] discernerent: qui si amisso tanto
bono, nullum malum incurrerent, quale perdi-
dissent bonum, forte nescirent. Dulcior enim fit
salus, cum dolor excruciat; & sanitatis amissæ
dulcedinem languoris amaritudo commendat: ac
sic, ad hoc illi malum non discendo, sed expe-
riendo sentire cœperunt, quod melius ignora-
re; ut ex ipsa miseria sua sentirent, quantam
beatitudinem perdidissent; atque ita quos non
moverat fortassis boni naturalis amissio, moveret
saltem mali pœnalis justa perpessio. Hæc per ex-
l cessum necessarium [l] dicta sunt nobis de primis
hominibus; ut qui nolunt damnationis eorum
subire supplicium, caveant prolapsionis exem-
plum.

CAPUT XX.

*Quod omnia bona quæ in Adam corrupti perdi-
dimus, in Christo reparati* [m] *recipimus.* m

QUamvis enim ex Adam simus carnaliter na-
ti, non ipsum tamen debemus imitari,
sed Christum, in quo renati sumus, & vivimus,
quando veterem conversationem salubriter inno-
vati deponimus. Quid est imitari Adam, nisi pro
carnalibus [n] desideriis ac concupiscentiis morte n
mulctari? Et quid est imitari Christum, nisi car-
nalibus concupiscentiis ac desideriis crucifigi? Si-
cut aliud non est veterem conversationem depo-
nere, quam non secundum carnem, quæ vetera-
scit & moritur, sed secundum Deum vivere,
qui solus potest perseverantes in se innovare pe-
renniter, & [o] beare. Quapropter, sicut quando o
in Adam fuimus omnes, ipso cadente [p] cecidi- p
mus: ita [q] quia in Christo jam esse cœpimus, q
qui pro nobis omnibus dignatus est mori; & nos
peccatis nostris illi commortui, cum illo spiri-
tualiter resurgamus. In illo omnia bona quæ po-
tuimus habere, perdidimus, in hoc etiam ma-
jora, & sine fine habenda recepturi sumus, si
perseveranter ejus vestigia teneamus. Adam nos
[r] obnoxiavit malis omnibus per propriam culpam, r
a quibus nos liberavit adventus Christi per gra-
tiam. Ille in nos culpam suam transmisit, &
pœnam: hic, [s] qui culpam nostram susc ipere, s
utpote conceptus & natus sine peccato non po-
tuit, de susceptione pœnæ nostræ culpam no-
stram simul [t] abolevit, & pœnam: & ut totum t
dicam, Adam nobis eripuit paradisum, Christus
[u] donavit cælum. u

CAPUT XXI.

*Qualiter vivere debeant, qui Christum
imitari desiderant.*

ITET ideo si in [x] illo esse volumus, quod es- x
se debemus, sicut sanctus Joannes apostolus
dicit, quomodo ille ambulavit, & nos spi-
ritualiter ambulemus. Quid est ambulare sicut
ille ambulavit; nisi contemnere omnia prospera
quæ contempsit, non timere adversa quæ pertu-
lit, libenter facere quæ fecit, fieri docere quæ y
mandavit, sperare quæ promisit, & sequi pro ip-
se præcessit? z Quid est enim sequi, nisi præsta- z
re beneficia etiam ingratis, non retribuere secun-
dum

a Ita Mss. Colb. quatuor cum aliis. Editi, *misera-
biliter*.
b Mss. duo Reg. *si sub Deo viventes*.
c Ms. quinque, *affectione*.
d Ms. Colb. unus, *de Patre, sed de mundo est*. Al-
ter, *ex Patre, sed de mundo*.
e Mss. tres, *concupiscent*. Alii, *concupiscerent*.
f Ms. Colb. unus, *male suadentis*. Camb. *malesuadi*.
g Ms. Colb. unus, *dum sibi*. Camb. *aperire oculos*.
h Ms. Colb. unus, *grande promissum pendebat*.
i Mss. tres, *scientia*. post pauca. ms. unus omittit,
miseri.
k Lugd. *decerverent*.
l Ms. Camb. *necessaria dicta sunt*. Reg. unus, *dicta
sunt necessaria*. ms. unus, *a nobis*.
m Editi, *recipiemus*. Mss. Reg. duo & Camb. *reci-
pimus*.
n Mss. Colb. tres & Camb. *concupiscentiis ac desi-
deriis*.
o Mss. tres, *habere*. Ms. alter, *beatificare*.
p Editi, *occidimus*. Mss. omnes, *cecidimus*.
q Mss. quatuor Colb. *qui in*.
r Ita mss. tres Colb. Editi, *sub noxa habuit*. Alias
legebatur, *subnoxiavit*, vel *subvocavit*. vel etiam, *ob-
noxiavit*.
s Mss. tres, *quia culpam*.
t Sola editio Lugd. *abolere potuit*.
u Mss. duo Colb. *donavit & cælum*.
x Editi, *in illo*. Mss. omnes, *in Deo*.
y Editi, *quæ docuit*: Ms. Camb. *docere quæ man-
davit fieri*; sic & ms. Colb. unus. Colb. duo, *facere
quæ fecit, fierique mandavit*. Colb. alius; *docere quæ
fieri mandavit*.
z Hæc verba, *Quid est enim sequi, nisi*, non le-
guntur in mss. Colb. quatuor, & ms. Camb. nec in
editione Lugd.

dum merita sua malevolis, & orare pro inimicis,
a amare bonos; misereri perversis, invitare [a] aver-
b sos, suscipere in charitate [b] conversos, & æqua-
nimiter pati subdolos ac superbos? Ad hoc etiam
Colos. 3.1. pertinet quod ait sanctus Paulus apostolus: *Si resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens.* Illi resurgunt cum Christo, qui moriuntur sicut ille peccato: ea tamen distinctione servata, quod ille mortuus est peccato, non suo, sed nostro;
c unusquisque autem nostrum, [c] non omnium moritur peccato, sed suo.

d 2. Quid [d] est peccato mori, nisi damnandis operibus omnino non vivere, nihil concupiscere carnaliter, nihil ambire? Ut [e] sicut qui mortuus est carne, nulli jam detrahit [f], nullum adversantur aut despicit, nullius pudicitiam callida circumventione corrumpit, nemini violentus existit, neminem calumniatur aut opprimit; non invidet bonis, aut insultat afflictis, non luxuriæ carnis inservit, non vinolentiæ deditus, in se bibendi sitim bibendo magis ac magis accendit; non odiorum facibus inardescit, non compendia injusta sectatur, non potentibus [g] aut divitibus adulatur, non inquieta curiositate raptatur; non domesticæ sollicitudinis cura distenditur, non officiosis occurentium salutationibus delectatur, nec superborum injuriis fatigatur; non eum superbia inflat, non ambitio ventosa præcipitat, non vana gloria turpiter jactat, non desiderium [h] gloriosæ opinionis inflammat, non [i] distentio alieni actus illaqueat, non ad societatem turpium turpitudinis amor invitat; non rabies insani furoris exagitat, [k] non sumptuosarum delitiarum studium mactat, non ardor animosæ contentionis exanimat; non facit impudentem audacia, iniquum injustitia, ferum inclementia, varium inconstantia, pertinacem contumacia, insanum vesania, delitiosum gula, rebellem inobedientia, vanum jactantia, infidelem perfidia, levem facilitas [l] sævum crudelitas, [m] manducatorem turpis edacitas, impatientem mobilitas, [n] mobilem instabilitas, vagum spiritualis infirmitas, iracundum animositas, suspiciosum perversitas, verbosum vanitas, [o] injuriosum malignitas: qui remotus est prorsus a secularibus illecebris, remotus ab [p] immunditiis & inimicitiis, remotus ab insidiis alicnis, remotus a rapinis vel occultioribus vel apertis, remotus a mendaciis sive perjuriis, postremo remotus ab omni genere flagitiorum [q] atque facinorum, quibus carnaliter viventes Deum offendunt, & mortui [r] peccato non serviunt. Sicut, inquam, carne mortuus nec facere potest ista quæ dixi, nec pati: ita & his, & talibus vitiis omnino non vivunt, qui [f] viventes Deo carnem suam cum vitiis & concupiscentiis crucifigunt.

CAPUT XXII.

Quali temperantia uti debeant, qui a voluptate delectabilium, vel ab immoderata perceptione ciborum communium, atque a vini immoderato usu cupiunt abstinere.

1 MEmbra sua, quæ sunt super terram, mortificant, quando insolens corpus jejuniorum continuatione castigant; quando [t] intra necessarium modum suum temperant appetitum; quando non solum se a delicatioribus cibis moderata districtione suspendunt, sed etiam in ipsis communibus nihil carni suæ pro desiderio, sed pro sustentandæ vitæ necessitate permittunt; certi quod nec delitiæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, officiunt, & viles cibi plerumque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, quod sanctus David aquæ in se concupiscentiam castigavit, atque eam sibi a suis oblatam, ne desiderio suo ex ea satisfacere videretur, effudit; & sancto Heliæ perceptio carnium [u] non concupita non nocuit. Unde datur intelligi quod veraciter abstinentes escarum non naturas, sed concupiscentias damnet, ac x voluptates suas desiderati cibi, vel potus y abusione mortifice nt. Qui autem non solum a qualitate, sed etiam a quantitate ciborum cupiunt abstinere nihil aliud studeant nisi ut quantum stomacho reficiendo, ac fami eximendæ satis esse videtur, indulgeant; nec expleant suos appetitus aviditate percipiendi, sed comprimant, atque eis non saturitas edendi finem faciat, sed voluntas: qui tam a cupiditate pretiosorum ciborum z, quam a nimia perceptione vilium [aa] continebunt; qui cibis nec lautioribus volunt [bb] carne luxuriante dissolvi, nec distentione ventris [cc] vilibus onerari: quando abstinentes viri nec delitiosi soleant esse, nec avidi. 2.Reg. 23. 16. 1. Paral. 11. 16. & seq. 3.Reg. 17. 6

2. Jam de vino abstinendo, vel percipiendo quid dicam, unde sanctus Apostolus certam fixit regulam, dicens: *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria?* Quasi diceret: Luxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura; & propterea non uti vos vino, sed inebriari prohibeo: quandoquidem infirmum stomachum moderatus usus vini [dd] confortat, ebrietas animum corpusque debilitat. Denique Timotheo suo discipulo, qui se longa abstinentiæ districtione jam fregerat, & stomachum suum aquæ perceptione corruperat, Ephes. 5. 18.

mo-

a Edit. Lugd. *adversos.*
b Mſ. Reg. unus, *perversos.*
c Mſ. Reg. unus, *non hominum.*
d Mſ. unus, *Quid est peccato mori? Damnandis*, &c.
e Mſ. Camb. *ut quoniam.* Mſ. sex, *ut sicut mortuus carne, nulli jam, &c.*
f Mſ. Reg. unus, *nullum aversatur.* Mſ. unus Colb. *nulli adversatur.*
g Mſ. unus, *ac divitibus.*
h Mſ. unus, *gloriosum.*
i Mſſ. quinque, *distinctio.*
k Mſ. Colb. unus, *non sumptuosarum litium.* Alter, *sumptuosorum lascivientium.*
l Mſ. Colb. unus, *severum.*
m Mſſ. omnes, *manduconem turpem.* Unus ex his, *manduconem turpis edacitas.*
n Mſ. Colb. unus, *immobilem stabilitas.*
o Mſſ. tres, *irrisorem.*
p Hæc verba, *ab immunditiis &*, absunt a Mſſ. septem, & editione Lugd.
q Mſſ. duo, *sive facinorum.* mſ. alter, *vel facinorum.*
r Mſ. unus, *peccando inserviunt.*
f Mſſ. omnes, *qui ut vivant Deo.*
t Mſ. unus, *quando intra necessaria.*
u Mſ. unus, *non ab eo concupita.*
x Mſſ. quinque, *voluntates suas.*
y Mſ. unus, *absolutione.*
z Editi addunt hic, *animos*, quæ vox abest a Mſſ. omnibus.
aa Mſſ. duo Colb. *continent.*
bb Mſ. Colb. unus, *carnem luxuriantem.*
cc Hæc vox, *vilibus*, abest ab editis: legitur in Mſſ. omnibus.
dd Mſ. unus ex Colb. *sanat.*

1. *Tim.* 5. 23. modico vino [a] uti debere præcipit, dicens: *Noli adhuc aquam bibere, sed modico vino utere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates.* Ac per hoc, nihil contra abstinentiam faciunt, qui vinum non pro ebrietate, sed tantum pro corporis salute percipiunt, nec hoc eis [b] offert voluntas, sed permittit infirmitas: quæ si defuerit, a vino est abstinendum, ne vini perceptio quæ infirmum sustentat, sanum corpus incendat. Quandoquidem vino uti, & usui habere oleum, nullus dixerit esse peccatum; sed hæc ideo non debemus carni desideranti præstare, ne cum illi licita concedere cæperimus, poscat illicita, & sibi obsequentes in minimis, in flagitia punienda compellat, ac naturali ordine perturbato, non spiritui corpus, sed spiritus corpori dominanti deserviat. Huc accedit quod & ipsam mentem abstinentiæ fructus alacrem facit; carnem quoque non usque ad lassitudinem fatigatam, sed spiritui [c] ordinanti subjectam mobilem reddit. Sensus etiam quos dicuntur crassos efficere, vel gravare congestæ delitiæ, consuetudo parcitatis exonerat, & velut [d] quadam politura religiosæ exercitationis attenuat.

CAPUT XXIII.

Quod utentes carnibus carnium concupiscentia polluat non natura.

1 CEterum si a quadrupedibus abstinentes [e], phasianis altilibus, vel aliis avibus pretiosis, aut piscibus perfruantur; non mihi videntur resecare [f] delectationes sui corporis, sed mutare; nec pro abstinentia, sed velut pro nescio qua [g] immunditia, vel certe, quod est verius, [h] pro stomachi nauseantis teneritudine delicias illas communes ac viles abjicere, quo possint aliis non solum carnibus, sed etiam delicatioribus, ac pretiosioribus carnibus suas voluptates explere: cum, sicut jam supra patuit, non aliquarum carnium, quæ usui humano concessæ sunt, nobis naturæ damnandæ sint, quas Deus instituit; sed carnales concupiscentiæ fugiendæ, quas sensui carnis diabolus introduxit. Illi autem qui [i] parciores videri volunt, & gloriam sibi velut de abstinentia districtiore conquirunt; sic ab omnibus animalibus judicant temperandum, ut peregrinis pomis, ac sorbitiunculis delicatis, ceterisque aliis [k] cibis immanem sui corporis impleant appetitum: cum spiritualis abstinentia non aliquorum ciborum usum, sed desiderium suadeat compescendum, & illi magis parsimoniæ servire [l] censendi sint, qui sibi non aliquarum rerum perceptiones, sed

S. Prosperi.

a Mss. unus, *uti deberi.*
b Ms. unus, *profert.*
c Mss. omnes, *ordinate.*
d Mss. tres, *quædam politura.*
e Ms. Colb. unus, *phasianis, vel aliis avibus pretiosis aut piscibus*, ms. alter, *phasianis altilibus, capsis, pavonibus, & aliis*, &c.
f Mss. quatuor, *delectationem, sed mutare.* Unus ex his, *sed invitare.*
g Ms. unus, *munditia.*
h Mss. duo, *propter stomachi nauseantis teneritudinem.* mss. tres *pro stomachi nauseantis teneritudine delicata, illas communes ac viles carnes abjicere.* mss. quatuor, *delicatas illas ac viles carnes abjicere*, cum editione Lugd.
i Ms. unus, *pauciores.*
k Mss. duo, *ceterisque inanimatis, sui corporis.* Ms. unus, *ceterisque aliis minutiis.* mss. Reg. duo, *ceterisque aliis animi sui & corporis, &c.* Ita & editio Lugd.

delectationes corporis interdicunt.

2. Illi quoque, qui [m] negata sibi vini perceptione, diversorum poculorum potionibus inundantur; nequaquam mihi abstinentiam videntur implere [n]: quia ad hoc fortassis a vino se suspendunt ut mercentur ab hominibus [o] laudem; & interdicti sibi vini perceptionem compensant suavioribus poculis voluptatum. In vini enim usu non a vino tantum, sed ab omnibus quæ accipientes inebriant, vel ab aliis quæ etsi non ebrietatem, suavitatem certe percepta conciliant, abstinebit, ut sit veritate abstinentiæ [p] perfecte consummatus; non ejus imagine foris splendidus, intus cavus, hominibus velut purus, & Deo simulatæ virtutis sordibus plenus. Nec minus a cupiditate possidendi superflua, quam a voluptate percipiendi nobis est abstinendum. Quoniam cum omnia quæ habemus, pro nostris usibus habeamus [q], ea quibus uti nolis, ardenter habere velle, vel etiam lucris hinc inde quæsitis augere, nihil est aliud, quam non tolerandæ necessitati, sed intolerandæ cupiditati servire. Nec possum dicere: Ut sit unde quotidie pauperibus erogetur, mea possideo; quando nemo perfectius erogaverit eo, qui nihil sibi perfectionis intentione [r] relinquit ex proprio.

CAPUT XXIV.

[s] *Quam utile sit, jejunio, vel abstinuntiæ, advenientium caritatem plerumque præferre.*

1. VEruntamen sic abstinere, vel jejunare debemus, ut non nos jejunandi vel abstinendi necessitati subdamus: ne jam non devoti, sed inviti rem voluntariam faciamus. Si enim quoslibet advenientes jejunio intermisso, reficio, non [t] solvo jejunium, sed impleo caritatis officium. Ceterum si propter abstinentiam spirituales fratres, quos novi mea remissione delectari, contristo; abstinentia mea non est virtus dicenda, sed vitium: quoniam quidem ipsa abstinentiæ ac jejuniorum continuatio, nisi fuerit, quando res exigit, prætermissa, & me inflat, & fratrem meum, cui caritas jubet servire, contristat; vel certe mihi nihil inesse caritatis fraternæ demonstrant; cum sine abstinentia quemlibet hominem catholicum caritas sola perficiat; & [u] omnes abstinentia aut perdat sine adjunctione caritatis aut pereat.

2. Quia ergo abstinere aut jejunare etiam Manichæi, vel quilibet alii hæretici possunt; ut pote qui omnes carnes non pro abstinentia, sed pro immunditia detestantes, corpora sua panis & a-

e quæ

l Mss. duo, *censendi sint.* Alii cum editis, *censendi sunt*: sed concinnior videtur priorum lectio.
m Mss. Reg. duo, *qui negant sibi vini perceptionem, &c.*
n Hæc verba, *ab hominibus*, supplentur: ex mss. sex: & totidem mss habent, *qui & ad hoc*, &c.
o Mss. Colb. duo, *& interdicto sibi vino comp. poculis suavioribus voluptatem.* Alius, *& interdicti sibi vini compensant poculis suavioribus voluptatem.* Alter, *& interdicti sibi vini perceptionem compensant poculi suavioris voluptate.*
p Mss. quatuor carent voce, *perfecte.* ms. unus, *vera abstinentia perfecte consummatus.*
q Edit. Lugd. *ea quibus uti nobis conceditur.* mss. Colb. duo, *ea quibus utimur.* ms. alter, *ea quibus uti nobis non licet.* ms. Camb. *uti nobis libet.*
r Mss. quinque, *reliquit.*
s Ms. unus. *Quod utile sit.*
t Ms. unus, *non solum jejunium, sed*, &c.
u Mss. duo, *omnis abstinentia.*

quæ perceptione [a] conficiunt: non pro magno ducamus, quando ab his, quæ illi quoque rejiciunt, abstinemus; sed [b] quando abstinentiam nostram fides commendat, caritasque consummat, quas virtutes illi non habentes occidere se possunt [c], ædificari autem, aut perfici taliter abstinendo non possunt. [d] Ipsis vero catholicis christianis, qui sive non valendo abstinere, sive nolendo, omnia usui nostro concessa, cum gratiarum actione percipiunt, non nos propter abstinentiam præferamus: ne forte plus humilitatis, aliarumque virtutum habeant illi, unde [e] jure nobis abstinentibus præferantur. Quocirca si volumus nobis [f] abstinentiam nostram jejuniaque nostra proficere, a superbia imprimis, quæ aut expellit omnes virtutes, aut minuit, & jactantia cunctis inimica virtutibus, atque ab omnibus omnino vitiis discedamus: ut prosit nobis quod a cibis [g] delectabilibus abstinemus. Quia tunc nobis proderit, quod corpora nostra, vel certe corporum incentiva rigore districtioris abstinentiæ castigamus; si carnalibus desideriis absoluti, sanctis virtutibus floreamus. Sed jam finem liber [h] accipiat; ut de virtutibus ac vitiis, unde hic pauca tetigimus, latius ac plenius [i] in tertio volumine, donante [k] Deo, disputemus.

a Ita Mss. tres. Editi vero, *afficiunt*.
b Mss. sex, *quod*.
c Mss. quatuor, *ædificare*.
d Mss. unus. *Ipsi vero*.
e Ms. Colb. unus, *jure abstinentiæ*.
f Ms. Colb. unus, *dum abstinemus, nostra jejunia proficere*. In uno habetur vox, *abstinentiam*, absque hac voce, *nostram*. In duobus legitur *jejunia*, sine hac voce, *nostra*.
g Ita Mss. Editi vero, *a cibis delicatioribus abstineamus*.
h Alias, *postulat*.
i Ms unus, *in ulteriore volumine*.
k Mss quinque, *Domino*.

PRÆFATIO LIBRI TERTII.

DE vita contemplativa, & quantum ab ea differat actualis; vel qualiter possitis ipsius contemplativæ virtutis fieri, [a] adjuvante Deo, participes [b], in primo volumine absolvi. De actuali quoque, vita, ubi quæ esset religiosæ increpationis utilitas, ac patientiæ virtus [c] ostensum est, & qualiter tractandæ essent Ecclesiæ facultates, vel de modo [d] spiritualis abstinentiæ, quæ dicenda visa sunt, Deo donante, in secundo libro differui. Nunc superest, ut disputationem de vitiis atque virtutibus, non ingenio fretus, cujus mihi conscius non sum, sed [e] orantibus vobis adjuvandus incipiam.

a Ms. Colb. unus, *participes, Deo adjuvante, in primo*, &c.
b Mss. sex, *primum volumen absolvi*.
c Sic Ms. Colb. unus. Alii cum Edd. *ostensa est*.
d Ita Mss. quatuor. Ms. alter, *de motu*. Editi, *de dono*.
e Ms. Colb. unus, *orationibus vestris*.

CAPITA LIBRI TERTII DE VITA CONTEMPLATIVA.

CAPUT I. *Quantum a veris virtutibus virtutum similitudines distent.*
CAP. II. *Quod superbia sit malorum omnium causa.*
CAP. III. *Quod superbia, ex qua procedunt omnia mala, humilitatis virtute vincatur, & omnia vitia tunc fugata depereant, si virtutibus cedant.*
CAP. IV. *De cupiditate* [a], *quæ ita est mixta superbiæ, ut nihil peccati fiat, quod non ex utraque procedat.*
CAP. V. *Quo animi tormento invidos affligat invidia.*
CAP. VI. *In quæ & quanta mala concupiscentia carnis erumpat, si* [b] *eis mens corrupta consentiat.*
CAP. VII. *Quod etiam hi, quos ab* [c] *impudicitia quælibet necessitas vetat, si vivere pudice consuescant, ad amorem castitatis ascendant.*
CAP. VIII. *Quibus indiciis possit ostendi superbia, quæ vel in perditis aperta est, vel in fictis occulta.*
CAP. IX. *Quibus signis invidorum declaretur invidia.*
CAP. X. *Quantis malis vanitas vanos involvat.*
CAP. XI. *De utilitate timoris, & quod efficaciter peccatis obsistat.*
CAP. XII. *De futuro judicio, vel æternitate supplicii, ac de qualitate gehennæ.*
CAP. XIII. *De laude caritatis.*
CAP. XIV. *Qualiter possint ea quæ de caritate sanctus Apostolus dixit, intelligi.*
CAP. XV. *Quantum perfectionis caritas in se fundatis exhibeat.*
CAP. XVI. *De qualitate virtutis, & qualiter sibi consentientes informet.*
CAP. XVII. *Quibus gradibus conversi in culmen perfectionis ascendant.*
CAP. XVIII. *Quæ sit quaternarii numeri credenda perfectio; & quod quatuor virtutes, quæ dictæ sunt principales, ex fide viventes a Deo collatæ justificent.*
CAP. XIX. *De temperantiæ qualitate, vel opere.*
CAP. XX. *Quales esse debeant, quos animi fortitudo nobilitat.*
CAP. XXI. *De justitia, vel fide, quæ ex ipsa procedit.*
CAP. XXII. *De æqualitate; quod ad eamdem pertineat humanæ societatis utilitas.*
CAP. XXIII. *Quod duo sint injustitiæ genera.*
CAP. XXIV. *De liberalitate, & qualiter beneficentiæ opus debeat exerceri.*
CAP. XXV. *De differentia amorum, & quantum ab eis differat perfecta dilectio.*
CAP. XXVI. *Quid sit, sua cuique tribuere.*
CAP. XXVII. *Quod actualem vitam tres virtutes, ideſt, temperantia, fortitudo, justitiaque consumment, & prudentia, quæ est quarta virtus, menti cognitionem rerum latentium præstet.*
CAP. XXVIII. *De sociali virtute: & quod non recte faciant; qui cum possint, nihil humanæ societati proficiunt.*
CAP. XXIX. *Quod de prudentiæ ac sapientiæ fonte cognitionem omnium rerum bibant, qui percipiendæ scientiæ ferventer invigilant.*
CAP. XXX. *Quod prudentes nec aliis noceant, nec sibi noceri permittant, & quod eis ibi sit sine admixtione alicujus erroris consummata prudentia, ubi erit sine ullo peccato vita perfecta.*
CAP. XXXI. *De affectionibus quatuor: quod inter vitia numerari non debeant, si earum usus ex bona voluntate procedat.*
CAP. XXXII. *Quod hi affectus, sine quibus in hac vita recte non vivitur, in illa futura beatitudine non sint, quæ nec timorem habitura est, nec dolorem.*
CAP. XXXIII. *Qualiter virtutes quatuor, quæ dictæ sunt principales, aut in præsenti nos a peccato defendant, aut in æternum nobiscum sine ullo peccato permaneant.*
CAP. XXXIV. *Ubi se loquitur de toto opere excusat.*

a Mss. Regii duo, *quod ita sit mixta*.
b Ms. Camberon. *si ei*.
c Ms. Camb. *ab impudentia*.

JULIANI POMERII.

DE VITA CONTEMPLATIVA

LIBER III.

CAPUT PRIMUM.

Quantum a veris virtutibus virtutum similitudines distent.

QUÆSISTIS [a] quantum a veris virtutibus virtutum similitudines distent. Non dico, quantum a medicamento venenum : quia medicamentum ita corpus aliquoties sanat, ut id defendere a mortis necessitate non valeat, & venenum non auferri facit vitam corpori, quasi auferenda non esset, nisi fuisset acceptum, sed accelerat corporis mortem, quod erat aliquanto diutius forte victurum. Sed plane dico, a veris virtutibus tantum similitudines distare virtutum, quantum distat a veritate mendacium : quia & similitudo virtutis, quæ videtur virtus esse, [b] cum virtus non sit, nihil est [c] aliud quam mendacium ; & ideo non est virtus dicenda, sed vitium. Et vera virtus est veritas, cui qui amanter adhæserit, a peccati morte resuscitatus, mori ultra non poterit ; nisi cum ab ea depravata voluntate recesserit. Sicut e contrario virtutis simulatio, quæ est, ut dixi, mendacium veritati contrarium, animam separat a Deo vita sua, non interituram, sed [d] in supplicio, quæ est illius mors, pœnaliter sine fine victuram : Scriptura dicente : *Os quod mentitur, occidit animam*. Ac per hoc sicut virtus animam [e] sibi veraciter inhærentem, si fuerit vera, justificat ; ita simulata condemnat. Et quid [f] justificatio animæ, nisi ejus est vita perpetue beata, ac beate perpetua? Sicut condemnatio animæ pœna ejus est sentienda, quæ mors probatur, & ipsa perpetua.

2. Itaque dupliciter rea est anima, si & bonum non faciat unde spiritualiter vivat ; & appetat similitudinem boni, sub qua male vivat & lateat. Superbus vult [g] se credi constantem, prodigus liberalem [h], avarus diligentem, temerarius fortem, inhumanus parcum, gulosus humanum, ignavus quietum, timidus cautum. [i] Impudentia fiduciæ sibi nomen adscribit, procacitas appellationem libertatis [k] obtendit, eloquentiam fingit verbositas, & curiositatis malum sub studii spiritualis colore delitescit. Hæc etsi possunt ingenio humano discerni ; tamen sine dono Dei, quantum mihi videtur, nec virtutes possunt appeti, [l] vel haberi ; nec earum similitudines, quæ sunt vitia virtutes imitantia, declinari : in tantum, ut infidelibus nihil profuisse credamus, etiamsi sunt aliquas per corpus operati virtutes, quod [m] eas nec a Deo suo se accepisse crediderunt, nec ad eum, qui est finis bonorum omnium referre voluerunt. Et quid dico, nihil eis profuerunt? immo etiam nocuerunt, dicente [n] Apostolo : *Omne quod non est ex fide, peccatum est*. Non dixit, Omne quod non est ex fide, nihil est : sed dicendo, Omne quod non est ex fide, peccatum est, declaravit quod omnia bona aut ex fide gesta virtutes sunt, quæ profecto justificant ; aut si fuerint sine fide, non sunt aliqua bona credenda, sed vitia ; quæ non juvant suos operarios, sed condemnant, inflatosque præcipitant, atque a finibus æternæ salutis eliminant. *Rom.* 14. 23.

3. Sed quid ego [o] hæc de Infidelibus, unde nullus ambigere videtur, exaggero? cum sanctus Apostolus etiam fideles quosdam, qui credentes in Deum, non secundum Deum, sed secundum hominem vivunt, carnales nominet, dicens : *Et ego, fratres, cum venissem ad vos, non vobis potui loqui, quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus : nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis, adhuc enim estis carnales*. Et tamquam quæreremus, quid carnales velit intelligi, secutus adjunxit : *Cum enim sit inter vos zelus & contentio, nonne carnales estis, & secundum hominem ambulatis*? Quid potest his duabus animi pestibus inveniri deterius, zelo & contentione ; quibus carnales, qui secundum hominem vivunt, etiam in hac vita torquentur : cum & contentio hæreticos reddat, & zelus imitatores diaboli, Paradisum primis hominibus invidentis efficiat? Ac sic, quando fideles justitia, pietate, misericordia, mansuetudine, humilitate, innocentia, ceterisque virtutibus gaudent ; aut secundum Deum vivunt, [p] & virtutes veras habere credendi sunt, quæ spiritualiter viventes adeptæ sanctificant, & Deo commendant ; aut secundum hominem vivunt, & non sunt veræ virtutes, sed virtutum similitudines, quæ nihil carnaliter viventibus prosunt. *2. Cor.* 3. 1. & 2. *Ibid.* 3.

4. Quapropter qui religiose, qui continenter, qui sobrie, qui misericorditer vivit ; si Deo, cujus munere ut bene vivat, adjuvatur, adscribit, secundum Deum spiritualiter vivit :

S. Prosperi.

e 2 si

a Ita Mss. omnes. cum Lugd. Lovan. *Quæritis*. Duac. & Colon *Quæretis*.
b Mss. quinque, *cum non sit*. Ms. unus, *& non est*.
c Mss. duo, *aliud nisi*.
d Abest, *in* a mss. quinque. Mss. duo Colb. *a Deo, vitam suam non intuituram, sed in supplicium*, &c.
e Ms. Colb. unus, *animum veritati inhærentem*.
f Mss. Colb. unus, *Et quid est justificatio animæ, nisi ejus vita*.
g Ms. unus Colb. *se videri*.
h Ms. Colb. unicus, *largum dissipator*.
i Edit. Colon. cum mss. Colb. quatuor, *Imprudentia*.
k Editi, *ostendit*, Mss. omnes, *obtendit*.
l Mss. duo Colb. *nec haberi*.
m Mss. duo Colb. *qui eas*.
n Ms. sex, *sancto Apostolo*.
o Ms. Reg. unus, *quid ego hoc*.
p Ms. unus, *& sunt virtutes quæ*, &c.

si vero omnia quæ bene facit, viribus suis adscribat, quasi etiam sine adjutorio Dei ad bene agendum sibi sufficiat; secundum hominem carnaliter vivit: & ideo aut bene non vivit, aut nihil ei proderit, quidquid boni propter homines facit: quia humanis laudibus delectatus, hic jam temporalem mercedem recipit suorum operum, quæ temporaliter fecit. Igitur ille secundum hominem vivit, [a] qui secundum seipsum vivit; quia & ipse homo est, & secundum seipsum vivit; qui si potuerit, esse cum quibus vult, pergit quo vult, dormit quando & quamdiu vult, loquitur quæ vult, & ubi vult, manducat, & bibit quando, & quod vult, & quantum vult; ridet, [b] ac jocatur inter quos vult: prostremo quidquid naribus suave est, quidquid tactui blandum, quidquid oculis delectabile, quidquid ceteris sensibus carnis suæ jucundum, exercet, ac sequitur qualiter vult, qui omnia licita vel [c] illicita carnaliter vult. Qui autem secundum Deum vivit, non quod eum carnaliter delectat, sed quod spiritualiter ædificat facit, & omnia desideria carnis spiritualis desiderii delectatione compescit, futura præsentibus anteponit, carnem spiritui subdit, & quidquid cupit aut agit, non vult ex sua, sed [d] ex Dei sui voluntate procedere, cui placere totis viribus concupiscit.

5. Itaque, si utcumque jam claurit, quod virtutes veras non videantur habere qui simulant; & illi simulant, qui non ex fide, aut non propter Deum, sed propter homines tantum boni aliquid operantur, eleemosynis ac jejuniis, vel abstinentiæ ceterisque bonis operibus serviendo, non ut boni fiant, sed ut se bonos hominibus fingant, nec ad recipiendam sempiternam mercedem, sed ad comparandam gloriam [e] popularem: videamus nunc quibus præcedentibus causis & subsequentibus incrementis, nasci soleant vitia, vel augeri; & quibus, adjuvante [f] Deo, [g] remediis possint velut quibusdam medicamentis imminui, vel sanari.

CAPUT II.

Quod superbia sit malorum omnia causa.

[h] EST quidem hoc caput valde perplexum, sed si oretis illum qui dixit: *Non vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri* [i] *qui loquitur in vobis*; & alibi, *Dilata os tuum, & ego adimplebo illud*: ea quæ mihi ut homini impossibilia sunt, illuminante Domino, vel docente, possibilia fiunt. Consideremus ergo quæ causæ præcedant, [k] quæ vitia subsequantur, Quod [l] ut credibilius videatur, [m] non hoc a me prudentia vestra perquirat; sed vobis, & mihi, vel omnibus Scriptura divina consulta respondeat: quæ velut si jam quæreremus ab ea immobilem sententiam protulit, dicens: *Initium omnis peccati superbia*. Quid potest apertius, quid probabilius dici? *Initium*, inquit, non alicujus, *sed omnis peccati superbia*: ut evidenter ostenderet quod ipsa sit peccatorum omnium causa: quoniam non solum peccatum est ipsa, sed etiam nullum peccatum fieri potuit, potest, aut poterit sine ipsa. Siquidem [n] nihil aliud omne peccatum, nisi Dei contemptus est, quo ejus præcepta calcantur. Quem contemptum Dei nulla res alia persuadet hominibus, nisi superbia: quæ etiam in ipso diabolo, ut diabolus ex angelo fieret æternæ perditionis extitit causa. Denique & ipse sciens se per superbiam de cælestibus corruisse, & in hunc caliginosi aeris carcerem trusum; homini subvertendo quem Deus fecerat sine ullo peccato, vitium persuasit serpentina calliditate [o] superbiæ, certus quod recepta superbia, quæ est malorum omnium causa, facile jam peccata omnia, quæ non nisi superbo concipiuntur animo, perpetraret.

2. Hinc est, quod idem primus homo superbi spiritus elatione corruptus, omnem posteritatem suam quæ in illo radicaliter fuit, necessitati corruptionis ac mortalitatis addixit: ut corruptibilis & mortalis effectus, corruptibiles mortalesque generaret; atque ita quod in illo egerat punienda superbia, in omnibus ex illo natis peccati fieret [p] pœna. Et propterea [q] non eo modo jam possumus peccato resistere, sicut ille potuit, [r] cui nihil aliud fuit non peccare, quam nolle. Nobis autem irreprehensibiliter vivere velle non sufficit, nisi ipsum velle nostrum, quod languida possibilitate deficit, divina virtus adjuverit. Quia illum ad non peccandum etiam juvare poterat adhuc sana natura, [s] nos jam impedit vitiata: & illum peccare fecit sola peccandi [t] voluntas: nos etiam cogit plerumque [u] peccati jam facta necessitas. Propter quod Deo clamamus & dicimus: *De necessitatibus meis* [x] *libera me*. Ac sic ideo for-

a Hæc aberant ab Edit. Colon. & Mss. Regiis duobus: leguntur autem in mss. Colb. tribus, & Editionibus Lugd. Lovan. & Duac. Mss Colb. unus, *quia & ipse homo, & secundum seipsum vivit, qui secundum seipsum vivit*. Forte legendum: *quia & ipse homo est, qui secundum seipsum vivit*.

b Mss. Reg. duo, Colb. quatuor, & Cambr. *jocatur*. Editi, *lætatur*. Totus hic locus diversimode legitur in mss. Colbert. In uno sic: *Qui si poterit esse cum quibus vult, pergit, quando vult dormit, quando & quamdiu vult loquitur, quæ vult & ubi vult manducat ac bibit; quando & quod vult, & quantum vult ridet ac jocatur inter quos vult*. In secundo. *Qui si potuerit, est cum quibus vult, pergit quo vult, dormit quando & quamdiu vult, & ubi vult; manducat & bibit quando & quod vult; ridet & jocatur inter quos vult*. In tertio: *qui si potuerit, est cum quibus vult, pergit quo vult; dormit quando & quamdiu vult; loquitur quæ vult & ubi vult, manducat & bibit quando & quod vult; & quantumcunque vult ridet ac jocatur*, &c. In quarto: *qui si potuerit, est cum quibus vult, dormit quando & quamdiu vult, loquitur quæ vult & ubi vult, manducat & bibit quando & quod vult, & quantum vult; ridet ac loquitur inter quos vult*.

c Mss. Camberonensis, *& illicita*.

d Mss. tres Colb. *ex Dei voluntate*.

e Mss. duo, *sæcularem*.

f Mss. sex, *Domino*.

g Mss. Colb. unus, *remediis possint imminui vel sanari*. Mss. alter Colb. *remediis possint imminui, & quibus medicamentis sanari*.

h Mss. omnes, *hoc capitulum*.

i Mss. duo Reg. addunt, *cælestis*.

k Mss. tres, *quas vitia*: in quorum uno ab alia manu correctum est: *quas causas vitia*.

l Mss. Colb. tres, *audiatur*; unus, *suadeatur*.

m Mss. unus, *non hoc a me*.

n Mss. Reg. unus, *omne peccatum nihil aliud*.

o Mss. unus, *vitium . . . superbiæ ingessit*.

p Mss. Camb. *causa*.

q Mss. Reg. unus, *non quomodo jam volumus, possumus peccato resistere, sicut ille potuit*. Mss. Reg. alter, *non quodammodo jam possumus*, &c.

r Mss. Colb. unus, *qui non peccaret, si nollet*.

s Mss. Colb. unus, *quæ nos jam impedit vitiata*. Mss. Regius unus, *impellit*. Alii, *impulit*. In uno ab alia manu, *jam non potest vitiata*.

t Ita Mss. sex. Editi, *voluptas*: in Mss. uno, *faciebat*.

u Mss. Reg. *peccati jam facti*. Mss. Colb. duo, *peccandi jam facta*.

x Mss. unus, *eripe me*.

Pſ.80.11. i
k
l
m
Eccli.10. n
Isa.14.13. Luc.10.18
o
Gen.3.14. p
q
r
s
t
u
Pſ.24.17. Eccl.10.15. x
h
Matt. 10. 20.

fortassis dicit Scriptura divina, *Initium omnis peccati superbia*; quod ipsa præcessit in diabolo, & [a] per ipsum subversus est homo, de quo dicit Apostolus: *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt.* Rom. 5. 11.

3. Ceterum nos qui primo homine peccante, peccavimus, non in nostra separata jam vita, sed in ejus natura, [b] in qua fuimus, [c] & corruptionem velut de radice superbiæ morbo [d] corruptæ contraximus, [e] & in ipsa corruptione nostra omnes peccatorum causas habemus: qui non corruptibiles efficimur, quia [f] peccamus; sed quia corruptibiles sumus, omne peccatum ex ipsa corruptione nostra committimus. Primus autem homo non ideo peccavit, quia corruptibilis fuit, sed cum incorruptus esset, seipsum peccando corrupit, & corruptionem suam in nos propagationes transjecit: & idcirco ibi [g] nobis auferenda est tota mortalitas, omnisque corruptio, quæ facta est ex peccato, ubi erimus sine ullo peccato: hic vero ubi non jam sanata est, sed adhuc sanatur [h] per gratiam nostra natura, quæ infirmata est per culpam; piis conatibus nostris resistit ipsa concupiscientia viciosa, non naturalis, sed naturæ nostræ indita pœnaliter & inserta: quæ peccato facta est, & peccatum, si vicerit, facit, Quam licet quamdiu mortaliter vivimus, habeamus, non eam tamen studio nostræ voluntatis adjuvemus, [i] & vincimus: quam non eam in nobis sentiendo, sed ei consentiendo, peccamus: nec ipsa statim ut nos pulsaverit vincit; sed si mentem nostram (quod absit) de sublimitate propositi sui in consensum peccati dejecerit.

CAPUT III.

Quod superbia ex qua procedunt omnia mala, humilitatis virtute vincatur; & omnia vitia tunc fugata depereant, si virtutibus cedant.

1. PRoinde si superbia est initium omnis peccati, & concupiscentia pœna peccati, non potest aliter vinci concupiscentia viciosa, nisi prius caveatur humilitatis virtute superbia, quæ ejus est inimica. [k] Superbia voluntas facit Dei præcepta contemni; [l] humilitas custodiri. Superbia ex angelis dæmones [m] fecit, humilitas homines sanctis angelis similes [n] reddit. Illa rebelles [o] diabolo subditos facit, hæc humiles Christo conjungit. Superbi cupiunt [p] in se, quod non faciunt, prædicari; humiles refugiunt, quidquid boni operantur, agnosci. [q] Illi vitia sua a se alienando, perversitatem suæ voluntatis excusant; & bona sua suis viribus deputando, semetipsos turpiter jactant: isti si qua peccata commiserint, voluntarie confitendo semetipsos accusant; & omnia bona sua divino muneri deputando, Deum jugiter laudant. Quapropter si virtus non habitat in animo viciosо, superbia humilitatis [r] cedat imperio; quia non potest mens regnum [f] habere virtutum, nisi prius jugum excusserit viciorum. Tunc enim vitia [t] fideliter expulsa discedunt, [u] si virtutibus, cedant. Alioquin vel [x] subsidunt ad tempus ejecta, vel redeunt; nisi virtutes in locis viciorum, quæ fuerint depulsa, successerint.

2. Quapropter pietas in nobis crudelitati resistat, iram patientia fundata coerceat, pudicitia libidinem vincant; animositatem tranquillitas tollat, verbositatem taciturnitas moderata compescat, delectatio spiritualis desideria carnalia imminuat, abstinentiæ rigor aculeos carnis obtundat, [y] curiositati studium spirituale succedat, sobrietati cedat ebrietas, mansuetudini succumbat immanitas, dominetur levitati maturitas, Dei & proximi caritate crescente, consumatur tota mundi cupiditas; excludat parcitas vera luxuriam, castiget industriæ virtus ignaviam, reprimat humilitas [z] profunda jactantiam, pellat simplicitas pura vecordiam, non impediat varietas [aa] fugata constantiam, emendati mores augeant disciplinam, frangat clementia religiosa sævitiam, & funditus eradicet bonitas adquisita malitiam, ut expulsione viciorum celebretur introductio gloriosa virtutum. Sed de virtutibus in [bb] capite sequenti videbimus, nunc de vitiis, ut cœpimus, prosequamur.

CAPUT IV.

De cupiditate, [cc] quæ ita mixta est superbiæ, ut nihil peccati fiat, quod non ex utraque procedat.

1. SI [dd] utcumque jam patuit, qualiter intelligatur, quod Scriptura dicit, *Initium omnis peccati superbia*: hoc etiam videamus quod sanctus Apostolus dicit; *Radix omnium malorum est cupiditas:* cum Spiritus-Sanctus, qui locutus est per Prophetam, per Apostolum quoque ipse locutus sit, nec sibi [ee] possit esse diversus. Sollicite considerare debemus, quare ille initium omnis peccati superbiam, hic radi-

Eccli. 10. 15. 1. *Tim.* 6. 10.

cem

a Mss. duo Colbert. *per ipsam.*
b Mss. quatuor, *in qua fuimus ille unus.* Mf. alter, *in qua fumus illi unus.* Mf. alius, *in qua fuimus in ipso unus.*
c Mf. unus omittit &, quod habetur in aliis omnibus. Mf. Camb. *illius corrupti corruptionem.*
d Sic Mss. sex; unus vero, *corrupti.* Editi omnes, *conceptam.*
e Deest & in Mss. duobus.
f Mf. unus, *peccavimus:* rectius alii, *peccamus.*
g Mf. unicus, *a nobis.*
h Hæc verba, *per gratiam*, absunt hic a mss. sex. Mss. vero Cambr. & Colb. quatuor sic habent: *sed sanatur nostra natura, quæ est infirmata per culpam, sanaturque per gratiam, piis*; &c.
i Mf. Reg. unus, *sed vincamus.* Mf. Cambr. *adjuvamus, sed vincimus.*
k Mf. Colb. unus, *superbia facit.*
l Mss. duo, *humilis.*
m Mf. unus, *facit.*
n Mf. Camb. *reddidit.*
o Mf. Camb. addit, *Deo.*
p Mf. unus, *ex se.*
q Mf. Reg. unus, *illi vitam suam, alienando a se perversitatem sua voluntatis, excusant.*
r Mf. Cambr. caret negatione.
f Ita Mss. quatuor. Editi, *eedit.*
t Mf. Reg. unus, *regnum haberi.*
u Mss. quinque, *fideliter expectorata.* Mf. Colb. duo, *fideliter ex pectore discedunt.*
x Mf. unus, *si virtutes succedant.*
y Mf. unus, *subsiliunt.*
z Mf. Colb. unus, *curiositatem studium spirituale succidat.*
aa Ita Mf. Reg. unus: in altero tota hæc phrasis desideratur. Alii codices habent, *varietas fucata.*
bb Mss. quatuor, *in sequenti capitulo.*
cc Mss. duo, *quod ita mixta sit.*
dd Mf. Colb. unus, *Sicut cuique.*
ee Mf. Cambr. *possint esse diversi.* Edit. Lugd. *possis esse diversus locutionis modus.*

cem omnium malorum cupiditatem [a] nominari voluerit. An forte ſermonem propheticum Paulus apoſtolus, ut ſolet expoſuit? quandoquidem ſive initium omnis peccati, ſive radicem omnium malorum dicas, unum idemque [b] ſignificas. Porro cupiditas atque ſuperbia in tantum eſt unum malum, ut nec ſuperbus ſine cupiditate, nec ſine ſuperbia poſſit cupidus inveniri. Siquidem & diabolus, in quo tenet ſuperbia principatum, propriæ [c] poteſtatis, ac perditionis humanæ cupidus fuit; & ipſe homo per appetitum arboris interdictæ, ac divinæ ſimilitudinis affectationem, [d] morboſæ affectum cupiditatis oſtendit. De ſuperbia namque naſcuntur hæreſes, ſchiſmata, detractiones, invidia, verboſitas, jactantia, contentiones, animoſitates, ambitio, elatio, præſumptio, vanitas, inquietudo, mendacium, perjurium, & cetera ejuſmodi. Sed hæc quis dubitet ex cupiditate quoque procedere: cum omnes qui fuerint illis omnibus morbis, quos nominavi, [e] corrupti, habeantur & cupidi?

2. Item cum guloſos, intemperantes, ebrioſos, avidos, rapaces, fornicarios, adulteros, ſtupratores, inceſtos flagitioſos cupiditas reddat; quando poſſunt ſine ſuperbia tales fieri, ſine qua omnino non poſſunt Dei præcepta contemni, quibus prohibentur illa omni mala, quæ ſuperius comprehendi? Ideoque ſi volumus conſummare noſtri certaminis curſum, caveamus imprimis cupiditatem atque ſuperbiam; non duo mala, ſed unum, a quo trahunt [f] omnes mali actus initium. Nam ſine ſuperbia quæ poſſunt ſaltem inchoari peccata, cum dicatur: *Initium omnis peccati ſuperbia*? Aut ſine cupiditate, quæ *eſt malorum omnium radix*, quæ poſſunt fieri mala; cum ſine radice omnia, aut nulla deputentur, aut mortua? Deinde ſi quodlibet peccatum perpetrare non poſſum, niſi [g] malæ delectationi conſentiam, quod cupiditatis eſt proprium; & Dei præcepta contemnam, quod eſt ſuperbiæ malum; quomodo non ex cupiditate, quæ eſt radix malorum omnium, & ex ſuperbia, quæ initium omnis peccati dicitur, procedit omne peccatum?

Eccli. 10, 1. 1. Tim. 6. 10.

CAPUT V.

Quo animi tormento invidos affligat invidia.

INvidus certe, qui alienum bonum, ſuum facit invidendo ſupplicium, nulla videtur ad invidendum concupiſcentia provocari, ſed tantum ſuperbiæ morbo vexari. Sed ſi animi ejus [h] peſtem, qua præcipitatur [i] incenſus, ſubtiliter alteque rimemini; invenietis eum & perditionis ejus [k] cupidine, cujus cupit interitum, & [l] ſuperbiæ malo teneri, quo ſibi jugiter ingemiſcit meliorem cui invidet, anteferri. Quis facile poteſt, [m] quale ſit hoc malum, verbis exprimere, [n] quo invidus odio hominis perſequitur divinum munus in homine: cum potius amari homo debeat, etiam pro ſui meriti ſanctitate? Tantos invidus habet [o] juſta pœna tortores, quantos invidioſus habuerit laudatores. Si quidem invidioſum facit excellentia meriti, invidum pœna peccati: nec ei ab homine poteſt adhiberi remedium, cujus eſt vulnus occultum.

Invidiæ pernicies.

CAPUT VI.

In quæ & quanta mala concupiſcentia carnis erumpat, ſi ei mens corrupta conſentiat.

1 QUid [p] concupiſcentiæ carnis addictus: numquid non videtur nihil habere ſuperbiæ; cum præſertim paſſio ipſa eum videatur humiliare luxuriæ? Et tamen niſi prius Deo rebellis exſiſteret, cujus ſalubre præceptum de pudicitia conſervanda, ſuperbi ſpiritus præſumptione [q] contemnit, nulla eum laſciviæ cupiditas provocaret. In animo ejus diu diſceptant Dei contemptus & metus: ſed aut contemptus Dei præponderat, & ſuperbus animus, recepta cupiditate, pudicitiam perdit; aut obtinet metus, & animus Deo ſubjectus cupiditati ſimul ac ſuperbiæ contradicit. Pleroſque enim gula & abundantia vini turpiter in luxuriam ſolvunt, alios in injuriam pudicitiæ ſordidæ cogitationes incendunt, nonnullos de propoſito caſtitatis occaſiones oblatæ dejiciunt, quoſdam ſub impudicitiæ jugum exempla perdite viventium mittunt. *al.* ad.

2. Sunt alii, quorum vitam lingua turpis inflammat, [r] aut turpem conſcientiam manifeſtat: qui prius inverecundos ſermones aut proferunt libenter, aut audiunt; ac deinde paulatim morbo creſcente, ab honeſtate [s] deficiunt, adtritoque pudore viles effecti, dum indecenter elegantes videri [t] volunt, paſſim jam turpibus verbis impudenter inſaniunt. Hoc enim loquuntur quique, quod diligunt; & delectabiliter audiunt, quod aſſiduis cogitationibus volvunt. Cogitatio quippe eſt, quæ mentem, ſicut turpis inquinat; ita ſi fuerit honeſta, purificat. Aut ſi non ex cogitatione facies mentis exiſtit, ſed qualitas cogitationis ex mente; non ſordidæ cogitationes mentem ſordidam reddunt, ſed ex mente ſordida ſordidæ cogitationes [u] exiſtunt. Quod ſi ita eſt, pulcrorum corporum formæ per oculos irrepentes, animum non movent incorruptum; & quando corruptibiliter movent, non corrumpunt ſanum, ſed oſtendunt propria voluntate corruptum.

3. Turpia quoque verba per aures ingreſſa, quid prævalent, ſi non fuerint arbitrio mentis admiſſa? Quando autem prævalent, non [x] ipſam

a Mſ. quatuor Colb. *nominare.*
b Editi, *ſignifices.*
c Ita Mſs. omnes. Editi autem, *voluntatis.*
d Mſs. ſex, *morbo ſe affectum.*
e Mſ. Colb. unus, *corrupti habeantur a cupiditate.*
f Mſ. Reg. unus, *omnia mala actus initium.* In eodem ab alia manu, *omnis mala actus initium.*
g Mſs. omnes, *meæ delectationi.*
h Mſ. unus, *perniciem.*
i Mſ. unus, *inflammatus.*
k Mſs. quinque, *cupidum.*
l Mſ. Cambr. & *ſuperbia mala.*
m In uno Mſ. deeſt, *quale ſit.*
n Mſ. unus, *quod invidus.*
o Mſ. unus, *juſtæ pœnæ.*
p Edit. Colon. cum Mſs. duobus, *Qui concupiſcentiæ carnis addictus eſt, numquid*, &c.
q Mſs. duo, *contemneret.* Mſ. Colb. unus, totum hunc locum ſic exhibet: *Tamen niſi prius Deo extiterit rebellis, cujus ſalubre præceptum eſt de pudicitia conſervanda, & ſuperbus ſpiritu præſumptionis contemneret, nulla eum*, &c.
r Mſs. duo, & *turpem.*
ſ Mſ. unus, *decidunt.*
t Editio Colon. *ſolent.*
u Mſ. Cambr. *exeunt.*
x Mſs. quatuor Colbert. *non corrumpunt.*

sam corrumpunt mentem, sed jam corruptam sponte reperiunt. Auribus enim castis obscœni sermones cum sono deficiunt, nec secretum pudici cordis irrumpunt. Quid palpamen [a] tenerum, quod [b] menti jam vitiosæ blanditur, numquid potest ad animum admitti per tactum, si animus incorruptum servet professionis suæ propositum? Ac sic, prius integritatem sui animus sponte vitiatus amittit, & sic delectationem tactus admittit. De cibi vel potus cavenda delectatione, jam dixi sufficienter, ut arbitror, in secundo volumine, ubi quanta potui brevitate, perfectionem spiritualis abstinentiæ commendavi.

Cap. 22. & 23. 4. Sed & hic hoc breviter dico, quod per os carnis non irrumpit delectatio gustus ad mentem, nec erumpit sermo turpis ex mente, nisi se [c] voluntate mens ante corrumpat, quam recipiat aliquid unde corrumpatur, aut proferat. Ceterum si animus sub Deo suo firmus ipsius Dei sui munere perseveret; nec quibuslibet deliciis lenocinantibus cedit [d], nec profert aliquid turpe, nec recipit. Jam de odoribus pauca perstringam, ut totam tentationem quinque pertiti sensus verbis includam. Quos odores per aditum narium aut affectat mens ægra, aut divinitus adjuta repudiat: [e] quæ si se suo creatori subjiciat, atque ei, qui est dignitas ejus & salus, amanter inhæreat, non solum nulla eam vitiorum fœditas decolorat, sed nec delectatio ulla [f] carnalis effeminat. [g] Quod si a charitate sui conditoris & illustratoris inflata resiliat, ac se, relicto interiore solidoque bono, foras in exteriora bona projiciat: quidquid in ea nervorum potest esse, resolvitur; quicquid virium, debilitatur & frangitur [h]: tuncque ei actio spiritualis efficitur onerosa, & ipsa in carnalibus fit inquieta: ita ut omnia quæ per sensum corporis sentit, non vitianda, sed jam vitiata turpiter concupiscat: & quando corpus nihil sensibilium sentit, ipsa sibi delectabiliter recordando, sensarum rerum imagines repræsentat. Apud se intus audit sine voce, quidquid [i] cantilenæ suavis ac jocationis obscœnæ per flexuosos aurium meatus influxit. Ibi ei odor [k] male suavis corruptibiliter fragrat, qui per patulas narium cavernas irrepsit. Ibi eam sapor oblectat, quem ad se per illecebram voluptuosi gustus admisit. Ibi persentit nescio quid molliter blandum, quod ei exterior tactus impressit. Ibi colores varios & illices formas concupiscibiliter videt, quas ei oculorum curiositas nunciavit.

5. Quæ mens ita, absentibus plerumque [l] corporibus, imaginibus corporum delectatur affecta carnaliter; ut nimia sordidæ cogitationis intentione defixa, non sibi imagines corporum videatur amplexari, sed corpora. Hinc est quod ille corporis fluxus, qui fit in dormientibus sine culpa, interdum vigilantibus contingat [m] ex culpa. Aliud est enim quod [n] in dormiente fit, aliud quod vigilans facit. Ibi naturaliter plenitudo humoris expellitur; hic turpiter concupiscentia publicatur. Sed hæc concupiscentia illis vigilantibus hunc elicit fluxum, quibus per fœda colloquia sordidum commoverit appetitum. Hi sunt, quibus usui est feminarum descripto: Illa rudis est, illa [o] dicacula; illa deformis, illa formosa; alterius placet ornatus, gestus alterius; illius laudatur etiam sine forma festivitas, illius sola formositas. [p] Inde transitur ad mores, & aliam talibus commendat taciturnitas moderata, aliam turpem videri facit libertas incondita. Hæc & his similia colloquentes, suggerunt concupiscentiæ suæ materiam. [q] Nec tamen ideo concupiscunt, quia aut loquuntur libenter, aut audiunt; qui nisi concupiscentiæ morbo corrupti essent, numquam vel loquerentur talia, vel audirent: quia non eos ista corrumpunt, sed corruptos ostendunt.

Lege Hieron. in primo Commentariorum Ezechielis proœmio & eumdem ad Paulinum de omnibus divinæ historiæ libris.

6. Ac ne me ista veraciter arguentem quisquam judicet arguendum; noverit propter hoc forte ab antiquis fuisse decretum, ne qui adolescentium legerent Geneseos librum, [r] ac partem pariter Ezechielis Prophetæ, vel Canticum canticorum, & cætera talia, in quibus generationes, &, actus, & nomina quarumdam scripta sunt mulierum. Quas licet secundum historiam fuisse credamus, earum tamen nominibus virtutes figurata accipimus. Quoniam sicut illæ non solum virls suis per sanctos mores, sed etiam extraneis, sine dispendio sui pudoris, ob nimiam pulchritudinem placuerunt; ita sanctæ virtutes & suos mirabiles omnibus reddunt, & extraneos quadam admiratione sui perstringunt. Hinc est quod & ipsi qui vitiose vivunt, virtutes vitiis anteponunt: quia aliud est quod faciunt morbo, aliud quod coguntur, [s] probare judicio. Sed ne forte hæc spiritualia secundum carnem adhuc carnales acciperent; nec virtutes cogitarent, quas mulieres illæ significant, sed ipsas [t] cogitando carnaliter deperirent; consulto juniores legere sunt illa prohibiti, quæ sicut spiritualiter accepta vivificant, ita carnaliter intelligentibus, ipsa carnalis intelligentia, occasiones carnalis concupiscentiæ submINistrat. Earum quisque nomina frequenter habet in ore, quarum desideria vulneraro gestat in corde, [u] ac turpitudinem quam exercere verecundatur in facto, tenet in animo, reus non humano judicio, sed divino.

CAPUT VII.

Quod etiam hi, quos ab [x] *impudicitia quælibet necessitas vetat, si vivere pudice consuescant, ad amorem castitatis ascendant.*

TAles pudicos aut temperatio corporum facit, aut timor supplicii temporalis, ab impudicitiæ

a Mss. Cambr. *terrenum.*
b Mf. Reg. unus, *quod menti jam cupidæ vitiose blanditur.*
c Mss. tres, *voluntaria mens.*
d Mss. tres addunt, *seducentibus.* Unus, *cedet* pro *cedit.*
e Mf. unus, *quia si se.*
f Mss. Reg. duo, *carnis.*
g Mss. tres. *Quæ si a caritate.*
h Mss. omnes, *tunc ei.*
i Mf. Colb. unus, *cantilena suavis aut jocationes obscœnæ.*
k Mf. Camb *odor suavis.*
l Ita Mss. Colb. tres. In aliis deerat hæc vox, *corporibus.*
m Mf. Colb. unus, *cum culpa.*
n Mf. Colb. unus, *in dorminentibus fit, aliud quod vigilans facit.* Alter, *in dormientibus fit, aliud quod in vigilantibus fit.*
o Mss. quinque, *decacula.*
p Mf. unus, *Ita transitur.*
q Ita Mss. sex. Edit. Lugd. & Lov. *Hæc tamen ideo concupiscunt, quia.* Duac. & Colon. *Hæc tamen ideo concupiscunt, qui aut, &c.* quibus concinit unus ex Colb. manuscriptis.
r Editi, Lugd. *ac pariter Ezechielis Prophetæ.*
s Editi, *placere.* Mss. omnes, *probare.*
t Mf. unus, *carnaliter cogitando.*
u Sic Mss. tres Colb. Alii cum Editis, *aut turpitudinem.*
x Mf. Camb. *ab impudentia.*

citiæ actione suspendit, aut occasio negata destituit. Sed licet voluntate sit impudicus, qui necessitate pudicus est; tamen si & ille temperati corporis, de beneficio naturæ suæ, Deo autori omnium naturarum gratias agat; & ille quem timor in bono pudicitiæ tenet; atque is cui facultatem mœchandi negat occasio, vivere pudice consuescant: in virtutem [a] plerumque de necessitate proficiunt; & paulatim ipsius pudicitiæ delectatione crescente, pudici veraciter fiunt: & ita proficiunt, ut jam non sermone, sed virtute sordes impudicitiæ detestantes, non timore pœnæ carnalibus incentivis obsistant, quod est incipientium proprium: sed exsecratione peccati refrænent inquietos carnis affectus, quod est castitatis consummatæ fastigium. Non quod animus umquam desinat in hac carne cum vitiis habere conflictum; sed quod eum alat ac provehat, & quantum fieri potest in præsenti vita, perficiat ipsa numerositas triumphorum: si modo non se in corpus sensibilium captus delectatione dejiciat; sed exsecratione delectationum sublimiter roboratus, supra corpus se corporalium victor attollat; ac Deo suo, sub quo [b] eum viventem desideria repudiata non vincunt, in æternum glorificandus adhæreat.

CAPUT VIII.

Quibus indiciis possit ostendi superbia, quæ vel in perditis aperta est, vel in fictis occulta.

1 JAm nunc videamus, quibus indiciis possit superbia deprehendi: ut sicut in superioribus claruit nullum peccatum sine illa posse committi; ita hic signa ejus eluceant, quibus cavenda possit ostendi. Omitto illos, quos etiam ipse habitus, & incessus superbos [c] ostendunt; quorum erecta cervix, facies torva, [d] cruces oculi, & sermo terribilis nudam superbiam clamant: qui libidine [e] dominandi possessi, quos possunt, violenter sibi subjiciunt, humana jura divinaque confundunt, honoribus intumescunt, passim cuncta diripiunt, suis criminibus gaudent, & seipsos, superbiæ morbo corrupti, non capiunt. Hos ergo prætereo, in quibus superbia tam aperte regnat, ut nec dignetur se occultare, nec valeat. Illos tantum dolendos ostendo, atque eorum exempla cavenda denuncio, quos jam conversos & aliquantulum proficientes superbia [f] occulte captivat, quos in profundum malorum fraudulenta [g] dominatione præcipitat, & ne inde umquam possint emergere, jugiter calcat. Ipsa in cordibus talium locum diabolo facit: ipsa ei advenienti immunitum pectus familiariter pandit: ipsa introeuntem suscipit: ipsa captis jus perdite vivendi constitutit: ipsa [h] omnes virtutibus exarmat, quos semel invaserit: ipsa quidquid in eis remanserit, quod vitiis [i] posset obniti, ne contra se forte convalescat, interimit.

2. Inde est quod hi quos [k] superbæ mentis tabes purulenta corruperit, seniorum suorum non observant imperata, sed [l] judicant; de suis negligentiis objurgati, aut rebellant [m] insolenter, aut murmurant; de loco superiori disceptant, præferri se etiam melioribus impudenter affectant; simplicitatem spiritualium fratrum irridenter [n] exagitant, suas sententias procaciter jactant, obsequia delata fastidiunt, negata pertinaciter quærunt, natales moribus anteponunt, juniores suos [o] elati despiciunt, conferri sibi aliquos posse non credunt, æquari senioribus [p] dedignantur, super eos se solo animi tumore constituunt: non servant in obsequio reverentiam, in sermone modestiam, in moribus disciplinam: habent in intentione pertinaciam, in corde duritiam, in sermocinatione jactantiam: in humilitate fallaces, in odio pertinaces, subjectionis impatientes, potentiæ sectatores, omnibus bonis odibiles: ad opus bonum pigri, ad communionem [q] feri, ab obsequium duri, ad loquendum quod nesciunt prompti, ad supplantandum parati, ad omnia quibus subsistit saterna societas inhumani: temerarii in audendo, clamosi in loquendo, fastidiosi in [r] audiendo, præsumptuosi in docendo, [f] effrenati deformiter in cachinno, onerosi amicis, infesti quietis, ingrati [t] beneficiis, inflati obsequiis, & imperiosi subjectis.

3. Hæc sunt superbiæ grassantis indicia, quibus Deus offenditur, & recedit, ac superba corda destituit. His [u] malis diabolus pastus exultat, invitatur, ut veniat, superbas mentes intrat, ut teneat; erigit, ut allidat; fovet, ut perdat: qui [x] inexplebiliter de ipsa perditorum captivitate tripudiat; ut captivos suos, quos superbiæ viribus sibi subjecit, jure possideat, & omnia illa mala, quæ superius comprehendi, per illos exerceat. Merito igitur per justum Dei judicium deseruntur hujusmodi occulto [y] damnati supplicio; quoniam non violenter addicti, sed sponte cedunt superbiæ decipientis imperio; cui utique possunt, [z] si voluerint, repugnare liberæ voluntatis arbitrio; liberati per donum Spiritus sancti, & muniti. Verumtamen etiam tales, si ad recipiendam salutem divinitus animati, spem resipiscendi concipiant, nec se in peccatis suis desperando contemnat, poterunt fructuosæ satisfactionis medicamento sanari, & superbiam, quæ eos a Deo suo tumefactos excusserat, fundatæ humilitatis assumptione damnantes, vinculis æternæ damnationis absolvi. Quod qualiter fieri possit, supra jam diximus, cum de ipsa superbia, unde processerit, quo pervenerit, & quid egerit, tractaremus. [aa] Namque a diabolo processit, ad hominem primum pervenit, & in

a MSS. quatuor non habent, *plerumque*: cujus loco duo ex Colb. habent, *tales de necessitate proficiunt*.
b Editi Lov. & Lugd. *cum viventem*.
c MSS. tres, *ostendunt*. Alii cum Editis, *ostendit*.
d MS. Colb. unus, *atroces*.
e MSS. Reg. unus, & Cambr. *dominante*.
f MSS. duo, *occulta*.
g MS. unus, *damnatione*.
h MSS. septem, *ipsa omnibus bonis exarmat*.
i MS. quinque, *possit obniti*. MS. unus, *quod virtuti ejus possit*.
k MSS. duo cum Duac. & Colon. *superbiæ mentis*.
l MS. unus, *dijudicant*.
m MS. unus, *violenter*.
n MS. unus, *exaggerant*.
o MS. unus, *elate*.
p MS. unus, *dedignati*.
q Edit. Colon. & MSS. quatuor, *ad communionem seri*.
r Editi, *in videndo*. MSS. omnes, *in audiendo*.
s Ita MSS. duo Colb. & melius quidem quam *efferati*: quod legitur in aliis codicibus.
t Edit. Duac. & Colon. cum MS. uno, *beneficis*, alii, *beneficiis*.
u MS. Colb. unus. *His signis*.
x MS. Colb. unus, *inexplicabiliter*.
y MSS. sex, *prædamnati*.
z Hæc, *si voluerint*, absunt a MSS. Reg. duobus & Camb.
aa MSS. quinque, *Namque*. Editi, *Nam quia*.

in ipso totum genus humanum, velut in radice fructum, naturæ sponte [a] peccantis vitiatione corrupit.

CAPUT IX.

Quibus signis invidiorum declaretur invidia.

1. ORdo ipse exigere videtur, ut de invidia quoque pauca dicamus, quæ in tantum de superbiæ fonte manavit, ut diabolus qui per superbiam periit, hominem primum statim, succensus invidiæ felle, perdiderit; [b] namque a diabolo processit. Proinde, quia idem diabolus superbiendo invidus, non invidendo superbus apparuit; non superbia fructus invidiæ fuit, sed invidia ex superbiæ radice processit. Unde, quoniam quantum invidos affligat invidia, [c] sermo superior jam prodidit, non hic [d] de illius supplicio dicendum videtur, quo suos animos invidi laniando conficiunt; sed hoc tantum, donante Domino, debemus ostendere, qualiter invidi sancte viventium merita, sua faciant invidenda peccata; & quantum in eis [e] bonum corrumpat invidia, qui quidquid boni fieri, vel dici a sanctis audierint, aut omnino [f] non credunt, aut res bene gestas in malum male interpretando convertunt. Omne malum, quod de illis mendax fama jactaverit, statim, tamquam [g] si ipsi viderint, credunt. Feraliter eis qui illud verum non esse probare voluerint, contradicunt. Omnia suis æmulis fingunt, eorum profectu deficiunt, odia intra se abscondunt, & in suos cruciatus enutriunt, proficientibus invident, peccantibus favent. De bonorum malis gaudent, de profectibus lugent, [h] inimicitiis gratuitis ardent, deprehendi [i] pectoris sui malitiam timent, semper amari, numquam certi: amici diaboli, inimici etiam sui, omnibus odiosi: ad gaudenda anxii, ad plangenda læti, utrobique [k] perversi. Inter amicos [l] discordias semina, [m] discordantes ad tempus, si possunt, in dissensione confirmant. [n] Opinionem bonorum mendaciis decolorant: in spiritualibus carnalia laudant, ut spiritualia bona eis deesse persuadeant: Amicitias simulant, ut eos qui se incaute sibi [o] commiserint, qua possunt arte, decipiant. Odiorum sibi occasiones pravis suspicionibus coacervant: dæmones, quorum sectantur facta, lætificant. Sanctos viros quibus sunt noti, contristant, velut amici in obsequio, hostes in animo. [p] Con-

Cap. 5.

S. Prosperi.

tinentes in verbo, turpes in facto. Prodigi secretorum, [q] tenaces malorum, prompti suspicionum malarum, inanes bonorum. Pleni sordium, præditi fraudibus. Adversarii corde virtutibus, pravi moribus, & insidiosi cunctis [r] secum in simplicitate viventibus.

2. Hæc [f] & his similia sunt, quæ omnes invidos [t] bonis voto, sive animo inimicos ostendunt. In hæc mala deveniunt, qui insectando [u] sectandos, [x] & diligendos abominando, seraliter a communione [y] bonorum omnium seipsos excludunt: ut illud bonum jure non sit in eis, quod persequuntur in bonis. Considerate, obsecro, qualiter invidos punitura sint mala sua, quos etiam bona puniunt aliena. Ubi isti fieri poterunt boni, qui sunt in bono mali? aut quando bene malis usuri sunt, qui male bonis uti non desinunt? Bene malis usi sunt Martyres sancti, in testimonio Salvatoris nostri veraces, & in castris spiritualibus strenui bellatores; qui tribulationibus & damnis, ac variis cruciatibus affecti, pariter & probati, terrenis cælestia mutaverunt; & [z] de bono usu malorum profecti ad gaudia bonorum perennium pervenerunt. Item bonis utitur invidus male, quia omnibus bonis quæ miser execratur, abjunctus, animi sui supplicio [aa] relinquetur affligendus. Et quis ei poterit subvenire, qui se sibi exhibet invidendo carnificem? Aut unde sibi [bb] parabit salutem, [cc] qui de salutis materia contrahit (bonis male utendo) perniciem? Verumtamen si invidi quoque sicut alii peccatores divinitus inspirati, in spem recuperandæ salutis assurgant, ac sibi quales sunt, Deo placituri displiceant; si non imitentur Cain, qui postquam dominantis invidiæ furore cæcatus, germano suo vitam per scelus extorsit, & animam suam fraterni corporis morte percussam supplicio æternæ mortis addixit, consequendæ veniæ desperatione depressus, ait [dd] ad Dominum, *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear*: hoc est dicere Deo; Indulgeri mihi non peto; quia peccatorum meorum magnitudine, indulgentiæ tuæ vincitur magnitudo. Denique nusquam legitur aut pœnituisse de suo scelere, aut veniam meruisse. Si ergo [ee] hujus abhorrentes exemplum se sibi auferant, & se Deo suo restituant, nec se in profundum malorum salutem desperando projiciant: quis dubitet, immo quis non firmiter credat, eis prioris malitiæ veniam posse conferri, si modo invidiæ vulnere sanato correcti, amaritudinem sui pectoris dulcedine fraternæ dilectionis expellant, eos [ff] simpliciter amando

Gen. 4. 13.

quos

a Sic Mſ. Colb. unus, cum aliis. Editi cum quibusdam Mſſ. *peccati*. mſ. Reg. unus, *peccanti*: alia manu, *peccatis*, forte pro, *peccantis*.

b Mſſ. tres, *nam quia*. Edit. Lugd. *non quia*, sed male.

c Mſ. unus, *superius sermo jam*.

d Mſ. Colb. unus, *de illorum . . . quo*. mſſ. tres, *de illius . . . quod*.

e Mſ. Camberon. *bonorum*. mſſ. Reg. duo, *quantum eis bonum corrumpat invidia. Quidquid*, &c.

f Mſ. unus, *non credant . . . convertant*.

g Mſ. unus, *si & ipsi*.

h Editi, *de inimicitiis*. mſſ. non habent *de*.

i Mſſ. duo, *peccati*.

k Editi, *dispersi*. mſ. unus, *ubique perversi*.

l Mſſ. duo, *discordiam*.

m Mſ. Colb. unus, *discordantes, si possunt, attentius in dissensione confirmant*.

n Mſſ duo, *Opiniones*.

o Editi, *commiserunt*.

p Mſ. unus, *incontinentes*. Alter, *compti*.

q Mſſ. quatuor Colb. totum hunc locum ita exhibent, *tenaces malarum suspicionum, inanes bonorum, pleni sordium*, &c.

r Mſ. unus non habet hanc vocem, *secum*.

f Mſſ. tres; *Hæc & alia sunt*. Alii tres, *& talia sunt*.

t Mſ. Colb. unus, *bonis voto sui animi*. Alter, *bonis noto sibi animo*.

u Mſ. Camb. *non sectandos*.

x Mſſ. quatuor, *diligendo abominandos*.

y Mſ. unus, *bonorum hominum*.

z Mſ. Camb. *& de bono usu, eo bono usi malorum profectu, ad gaudia, &c.* Mſ. Colb. *& de bono usu eo bene usi malorum profectu, ad gaudia, &c.*

aa Mſſ. duo, *relinquitur*.

bb Mſs. Reg. & Camb. *probet*.

cc Ita mſs. septem. Edit. Lugd. *qui de salute male utendo facit perniciem?* Editi alii, *qui de salutis materia, bonis male utendo facit perniciem*.

dd Mſs. quatuor, *ad Deum*.

ee Mſs. quatuor, *ab hujus abhorrentes exemplo*. mſ. unus, *ab hujus abhorrendi*. Alter, *abhorrentis exemplo*. Aliter, *hujus abhorrendi*, sine *ab*.

ff Abest vox: *simpliciter* a mſs. duobus Colb.

quos oderant, ut ad bonum fraternæ communionis ac pacis, bonorum omnium, quorum [a] gravabantur meritis, adjuventur exemplis?

CAPUT X.

Quantis malis vanitas vanos involvat.

1 His [b] itaque super invidia disputatis, quam gravi malo etiam vanitas vanos involvat, consequenter expediam. Quæ ut facilius vitari possit, quid in se corruptionis habeat, breviter declaremus. Est enim vanitas, inflata quædam circa delectationes varias animi languentis affectio, potiendi honoris avida, simul & nescia, morbo [c] excellentiæ inanis [d] afflata, cava, morbida, turbulenta, animorum levium domina, male fundatis omnibus blanda, repugnantibus fumea, capiendis seductoria, captis invicta, simulatio quædam virtutum, [e] anima vitiorum, fomes carnalium delectationum, labes morum, appetitio dignitatum, dulcis miseris, amara perfectis, periculosa dubiis, imperiosa subjectis, [f] infirma fundatis: [g] facile captivat, captivatos oblectat, ambitiosos vexat, angustos inflat, inflatos humiliat; cui serviunt tumidi, sub qua jacent elati, quam inveniunt perditi, ad quam currunt lapsuri, in qua sibi videntur stare, jam lapsi.

2. Hæc est vanitas, quæ non aliquas virtutes, ut putatur, [h] exantlat, sed licentiam vitiorum, cum fuerit a vitiosis recepta corroborat: ceterum mentes virtutum plenas omnino non penetrat. Vacuos ergo, ac nullis fultos virtutibus tentat; & ipsos fastu ruinosæ ambitionis inflatos, in occulta dedecora quadam publice furendi delectatione præcipitat, [i] sicut vacuam navem tempestas in diversa tumidis fluctibus jactat, & in area, frumentis sua gravitate manentibus, [k] leves ex ea ventus paleas raptat. Quod si ita est, non vitiosos facit vanitas, sed ostendit: [l] quæ illos sui afflatus vento circumsert, ac lubricis circumactos affectibus rotat: qui se ad omnes ejus impulsus studio propriæ voluntatis accommodant: qui se de operibus, quorum sibi conscii non sunt, turpiter jactant: qui se ab omnibus prædicari per nefas affectant: qui sanctos viros sui comparatione [m] depretiant: qui vitio auræ popularis elati, nihil sibi perfectionis deesse existimant. Occurrentium salutationibus gaudent, suis adulatoribus favent, [n] voluptatibus parent, omnibus turpibus placent. Gestiunt docere quod nesciunt, credi de se sublimia volunt, delectabilia gravibus anteponunt: execrantur verbo, quod animo concupiscunt: appellationes virtutum vitiis suis [o] imponunt. Se ipsos fallunt, faventes sibi [p] decipiunt. In promissione honesta veloces, in exhibitione mendaces. A bono mutabiles, mali tenaces. In verbo graves, in animo turpes, ubique fallaces. Læti ad prospera fragiles ad adversa. Inflati ad obsequia, anxii ad [q] opprobria. Immoderati ad gaudia, faciles ad humana, difficiles semper ad honesta.

3. His [r] ergo & similibus delinitos vanitas premit, nec eos aut suum morbum sentire, aut ad medicum venire permittit. Et quid est ad medicum venire, nisi infirmum suas infirmitates agnoscere, nec placere sibi, sed de factis quæ illi videbantur esse gloriosa, confundi? Quod certe illi non faciunt, qui desiderio comparandæ opinionis incensi, eis tantum operibus, quibus emitur favor humanus, inserviunt, & [f] morum bona contemnunt; tantumque eos ardor humanæ laudis inflammat, ut laboriosa operosa, quæ populus admiretur, & quibus fama diffunditur, sine labore suspiciant, & libenter exerceant. Inde est, quod jejunare, abstinere, vigilare, Ecclesiam frequentare, vel psallere, cum hæc omnia sine labore non fiant, etiam cum delectatione illi faciunt, qui ex his hominibus placere concupiscunt: non quod ista & homines Dei non faciant; sed quod illi probentur ea Deo magis, quam hominibus exhibere, qui ferventius student etiam moribus sanctis excellere.

4. Ceterum si quisquam foris, ubi potest magnus credi, [t] resplendeat, & intus ubi Deus solus videt, squalleat; quis non intelligat, [u] quod illi omnes abstinentiæ, ac jejuniorum, vigiliarumque continui labores, quos [x] nobis Dei amor, eis amor humanæ laudis, & inflammata vanitas facit tolerabiles, non sint ornamenta morum, sed velamina vitiorum? Quapropter [y] vera jejunia, abstinentiæ, vigiliæ, eleemosynæ, & cetera hujusmodi, augere debent bonum nostrum, non velare peccatum; nec pro justitia, sed cum justitia Deo sunt exhibenda: quoniam quidem multo attentius debent præcepta persicere, qui ea parati sunt perfectionis [z] amore transcendere. Alioquin si invidi, si superbi, si elati, si cupidi, hæc & his similia mala pectoris sui non reprimant, & tamen suum corpus jejuniis, ac labore abstinentiæ, quamvis continuatæ, conficiant; nec illa eos opera impensa vanitati justificant, & hæc vitia, quæ negligunt emendare, condemnat. Itaque licet [aa] ubique libri hujus singulis quibusque vitiis absolutis, remedia quoque quibus [bb] possint caveri vel emendari,

a Mss. unus, *gravantur*. Alter male, *gratulabantur*.
b Mss. Colb. tres, *His ita*.
c Ms. unus, *scientiæ*.
d Ms. Reg. unus, *inflata*.
e Ms. Camb. *amica vitiorum*. ms. Colb. unus, *amor vitiorum*.
f Hæc verba, *infirma fundatis*, absunt a Ms. uno Colb.
g Mss. duo Camb. & Colb. unus, *reddant incautos*. Mss. alii tres Colb. *faciles captivat*.
h Mss. duo Reg. & Cambr. *strangulat*, Colb. unus, *exangulat*.
i Ms. Camb. *sic*.
k Mss. quinque, *levit*.
l Edit. Lugd. *Quod illos*. Mss. duo Colb. *quia illos*: tum Mss. Cambr. & Colb. unus, *sui afflatos ventos*. Colb. alter, *sui afflatu venti*. Alius, *sui afflatos ventus*.
m Ms. Camb. *depravant*.
n Mss. tres, *voluntatibus*.
o Mss. Reg. duo, *apponunt*. ms. Camb. *anteponunt*.
p Ms. Colb. unus, *despiciunt*, *aut desipiunt*.
q Ms. Colb. unus, *ad propria*.
r In Mss. quinque deest, *ergo*.
s Ms. Reg. unus, & *majora bona*.
t Mss. duo, *splendeat*.
u Editi, *omnes illæ abstinentiæ*.
x Mss. tres Colb. & Lugd. edit. *quod nobis tolerabiles vanitas facit*: omissis intermediis. Mss. Reg. duo, & Colb. unus, *quos nobis tolerabiles eo ardore humanæ laudis inflammata vanitas facit*. Edit. Duac. Lovan. & Colon. ut in textu.
y In Mss. tribus Colb. non habetur, *vera*.
z Ita Mss. quatuor Colb. Reliqui, *opere*.
aa Hæc, *ubique libri hujus*, absunt a ms. uno Colb.
bb Mss. tres, *possunt caveri*. mss. duo, *subjecerimus*.

ri, ſubjecerim: hic tamen compendii gratia generalis quædam regula, [a] Domino illuminante, monſtranda eſt, cui regulæ [b] veraciter innitentes, omnibus peccatis obſiſtant. [c] Nulla res ſic nos ab omni peccato ſervarit immunes, ſicut timor ſupplicii, & amor Dei. Sed de charitate, [d] quod Dominus, cujus donum charitas ipſa eſt, dederit, poſtea diſſeremus.

CAPUT XI.

De utilitate timoris, & quod efficaciter peccatis obſiſtat.

NUnc [e] de timore ſupplicii pauca dicamus. Ad pœnam, quæ [f] peccatis debetur, mens ante quam peccet, aſpicit: cruciatus, ac dolores, qui ſolent ſequi peccantem, carnalibus incentivis [g] opponat; & nihil eam peccati [h] oblectat, nec ad peccandum ulla [i] delectatio corporalis inclinat. Denique non ideo cedimus illecebris, ac [k] voluptatibus noſtris, quia repugnare non poſſumus; ſed quia ſecuritatem nobis [l] occultandi criminis ipſi promittimus: & dum credimus colorari, vel redimi poſſe quod facimus; [m] ſpe præſumptæ impunitatis illecti, dominationem in nos noſtræ [n] voluptati permittimus. Ceterum, ſi eo tempore quo quis peccare deliberat, ſana mente conſideret, quæ pœna expectet in ſuis facinoribus ac flagitis deprehenſos, quod ſupplicium convictos excruciet, qui tremor membra quatiat, pallor ora perfundat, quantum denique humiliet & execrabiles omnibus reddat: etiam ipſum ſordidæ opinionis opprobrium neſcio an poſſit quibuslibet vitiis accommodare conſenſum. Quid enim mali operis fieri poteſt unde nec erubeſcant etiam illi, quos ipſa flagitia ſua delectant? Hinc eſt quod hi qui bona ſua vane ac deformiter jactant, dedecora, quibus remordentur, & humiliantur, occultant. [o] Quid quod in peccantem etiam ſine humano judicio conſcientiæ judicantis tormenta deſæviunt, & male ſibi conſciam mentem ipſæ etiam cogitationes ſecreti reatus, [p] cruciatoria recordatione conficiunt.

CAPUT XII.

De futuro judicio, vel æternitate ſupplicii, ac de qualitate gehennæ.

1 AGe jam cum ad illud ultimum judicium venerimus, ab eo judice judicandi, qui nec falli occultatione criminum poteſt, nec [q] ad impunitatem promerendam muneris alicujus oblatione corrumpi: cum cæperint omnium ſecreta revelari, & non ſolum actus ac verba, ſed etiam ipſæ cogitationes oſtendi: quid faciemus [r] ſub tanti judicis majeſtate? Quid excuſationis obtendere poterimus? Qua nos defenſionis arte purgabimus? Quæ nobis ſubventura eſt pœnitentia, [f] quam in hac carne contempſimus? Quæ nos defenſura ſunt opera [t] bona, quæ in hac vita non fecimus? [u] Ad quos apoſtolos, aut ad quos alios ſanctos confugituri ſumus, quorum exempla ſimul ac verba deſpeximus? An forte [x] aliquos ibi fragilitas corporis excuſabit? Sed excuſationi eorum reclamabunt omnium exempla ſanctorum, qui [y] cum fragilitate carnis in carne viventes, fragilitatem carnis in carne vincentes, quod fecerunt, utique fieri poſſe docuerunt: maxime, quia nec ipſi peccato ſua virtute, ſed [z] Domini miſerantis auxilio, reſtiterunt: qui ſe & non quærentibus, ut quæratur, atque in eum credatur, oſtendit; & credentes in ſe, ne a peccato vincantur, invicta protectione defendit.

2. Quid ergo reſponſuri ſunt; ſi eis Dominus dicat: Si potuiſtis, quare non reſtitiſtis deſideriis peccatorum? ſi non potuiſtis, quare meum contra peccata non quæſiſtis auxilium? aut vulnerati, quare [aa] pœnitendo non adhibuiſtis vulneri veſtro remedium? [bb] Nonne ad hæc obmuteſcentes, & quid excuſationis referant non habentes, dicet: *Ligate eos manibus & pedibus, & mittite in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium: ubi vermis* [cc] *eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur.* Et quid eſt, obmuteſcentes manibus & pedibus ligari; niſi in inferno, [dd] ubi Deo nemo confitetur, actione privari? ſicut in exteriores tenebras mitti, nihil aliud erit, niſi a Domino, qui eſt mentium lumen, expelli. Fletus autem & ſtridor dentium acerrimos eorum dolores oſtendunt, qui ſupplicio [ee] æternæ mortis addicti, non [ff] videndi ſenſum habituri ſunt, ſed

Matt. 22. 13. Iſai. 66. 24 & Marc. 9. 44.

S. Proſperi.

a Mſſ. duo, *Deo illuminante.*
b Alias, *velociter.*
c Mſ. Reg. unus, *nec ulla res.* Alius, *nos ſic.*
d Sic Mſſ. duo Colb. Editi vero, *quod Dominus ... donat.* Mſ. autem Colb. alius, *quam Dominus, qui caritas ipſa eſt donat.*
e Mſ. Colb. unus. *Hic de timore.* In uno deeſt, *ſupplicii.*
f Mſſ. tres, *peccatis.* Unus, *peccato.* Alius, *pro peccatis.*
g Mſſ. duo, *ſupponat.*
h Mſ. Camb. *delectat.*
i Mſ. Colb. unus, *delectatio carnalis.*
k Mſ. unus, *voluntatibus.*
l Mſ. unus Colb. *occultam diſcriminis.*
m Mſ. Colb. unus, *ſpe præſumpta & impunitate electi*, forte pro *illecti.*
n Mſſ. tres, *voluntati.*
o Edit. Lugd. *quidquid eſt unde in peccantem.*
p Mſ. Reg. unus, *& male ſibi conſcia mente, ipſæ etiam cogitationes ſecreti reatus, cruciatum ac recordationem conficiunt.* Mſ. Colb. unus, & Camb. *& male ſibi conſciam mentem ... cruciatu ac recordatione conficiunt.* Alter, *cruciant ac recordationibus conficiunt.*
q Mſ. unus Colb. *ab impunitate promerenda.*
r Mſ. unus Reg. *ſub tanta.*
f Mſ. unus, *quam geſtare carne.*
t Mſ. unus caret hac voce, *bona.*
u Mſ. unus: *Ad quos Apoſtolos ibimus, aut ad quos alios, &c.*
x Mſ. Colb. unus, *aliqua ſe ibi.* Reg. unus, *aliqua ſibi* Mſ. Camb. *aliqua fragilitas.*
y Hæ voces, *cum fragilitate carnis in carne viventes*, abſunt a Mſſ. Colb. quatuor, & Regiis duobus. Reg. unus: *in carne vivente*, (forte *viventes*) *ſuperaverunt: quod fecerunt, &c.* Alius, *vincentes tantum.*
z Mſſ. duo, *Dei.*
aa Mſ. unus, *non pœnitendo.*
bb Mſ. unus, *reddant.* Totum locum ſic præferunt alii codices. Mſ. Camb. *Numquid ad hæc obmuteſcentibus, & nil excuſationis habentibus dicit. Legatis manibus & pedibus mittite eos, &c.* Mſſ. Colb. duo, *obmuteſcentibus, & quid excuſationis referant* (unus ex his *reddant*) *non habentibus dices, Ligatis eorum manibus*, &c. Alius: *Ligate eos*, &c. Mſ. ex Regiis unus habet quoque: *Ligatis manibus & pedibus, mittite, &c.*
cc Mſ. Reg. unus, *vermes eorum non morientur.*
dd Mſ. Colb. unus, *ubi Deum nemo confitetur, boni operis actione privari.* Mſ. alter, *Deo confitebitur.*
ee Mſ. unus. *ſempiternæ.*
ff Mſſ. tres, *non vivendi.*

sed dolendi. Quorum continuus gemitus, cruciatus æternus, dolor summus, pœnalis sensus, torquent animas, nec extorquent; puniunt corpora damnata, nec finiunt. Quos ideo sibi deputatos ignis inextinguibilis [a] non estinguit; ut permanente sentiendi [b] vitia, pœna permaneat, & ad dolendum magis, quam [c] ad vivendum æternis corporibus compeditos habeat, quos in flammis [d] vivacibus immortalitas secundæ mortis occidat. Jam [e] vero quod dicit; *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur*, ad totam refertur damnati hominis pœnam; quem inefficacis pœnitentiæ ignis exurit, & consumentis conscientiæ vermis immortaliter rodit. [f] Proinde omnes qui in gehenna dicuntur occidi, non id cum illis agitur, ut maximis consumpti doloribus, aliquando deficiant; sed ut in illis pœnaliter vivant.

Isai.66.24

2. Hæc & his similia libenter audire vel legere, jugiter ante oculos mentis adducere, futura credere, sine ulla perturbatione metuere; cogitare quale malum sit ab illo gaudio divinæ contemplationis excludi, beatissima sanctorum omnium societate privari, fieri patriæ cælestis extorrem, mori vitæ beatæ, morti vivere sempiternæ, in æternum ignem cum diabolo & angelis ejus expelli, ubi sit mors secunda damnatis exilium, vita suplicium, non sentire in illo igne quod illuminat, sentire quod cruciat, exundatis incedii terribiles crepitus pati, barathri fumantis amara caligine oculos obcæcari, profundo gehennæ fluctuantis immergi, edacissimis in æternum dilaniari vermibus, nec finiri: hæc & multa similia cogitare, nihil est aliud, quam vitiis omnibus repudium dare, & omnia blandimenta carnalia refrenare. Sed nos jam, si videtur, ab his terribilibus malis, quæ fidelium mentes salubri terrore concutiunt, atque ab omnibus vitiosis delectationibus abducunt, & quæ amatores voluptatum suarum tunc suæ damnationis experimento probabunt, quando jam, quod est omni infelicitate miserius, se emendare non poterunt: ab his, inquam, terificis ac tristibus malis ascendamus ad illa sublimia, quibus proficientium mentes in spem promerendæ beatitudinis assurgunt [g], abjuratisque terrenis, cælestia concupiscunt. Et quoniam proficere cupientes a salubri timore incipiunt, & ad charitatem proficiendo perveniunt; nos quoque sufficere judicantes quod de incipientium timore tractavimus, etiam de charitate; quod ipse, cujus munus est, donaverit, disputemus.

CAPUT XIII.

De laude Charitatis.

CHaritas est ut mihi videtur, recta voluntas ab omnibus terrenis, ac præsentibus prorsus aversa, juncta Deo inseparabiliter, & unitas, igne quodam Sancti-spiritus, a quo est, & ad quem refertur [h], incensa [i]; inquinamenti omnis extranea, corrumpi nescia, nulli vitio mutabilitatis obnoxia, supra omnia quæ carnaliter diliguntur excelsa, affectionum omnium potentissima, divinæ contemplationis avida, in omnibus semper invicta; summa actionum bonarum, salus morum, finis cælestium præceptorum, mors criminum, vita virtutum, virtus pugnantium, palma victorum [k], anima sanctarum mentium, causa meritorum bonorum, præmium perfectorum. In peccatis suis mortuos suscitat, langentes sanat, perditos instaurat [l], spem desperatis inspirat, pacificas mentes inhabitat: fructuosa in pœnitentibus, læta in proficientibus, gloriosa in perseverantibus, victoriosa in Martyribus, operosa in omnibus omnino fidelibus. Quam fides [m] concipit, ad quam spes currit, cui profectus omnium servit, ex qua quidquid est boni operis [n] vivit; sub qua obedientia crescit, per quam patientia vincit, propter quam carnalia blandimenta devotio religiosa contemnit: sine qua nullus Deo placuit, cum qua nec potuit aliquis peccare; nec poterit. Hæc est charitas vera, germana, perfecta; quam *excellentiorem viam* nominat sanctus Apostolus. Et vere ipsa est via, quæ ducit per se ambulantes ad patriam: quia sicut sine via pervenit nullus quo tendit, ita sine charitate, quæ dicta est via, non ambulare possunt homines, sed errare.

1. Tim. 1. 8

1. Cor. 12. 31.

CAPUT XIV.

Qualiter possint ea quæ de charitate sanctus Apostolus dixit, intelligi.

1 ITaque jam qualis, & quanta sit hæc charitas, non pedum via, sed morum, Apostolo [o] docente discamus. *Si linguis*, inquit, *hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habuero; factus sum velut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens.* Hominum vel Angelorum linguis, inanem facundiam quorumdam significatam debemus accipere [p], qui omnia quæcumque voluerint, accurate quidem, atque eloquenter enuntiant: sed quamvis ornate copioseque [q] differant; tamen si docendi officium vanitate placendi magis; quam consulendi charitate suscipiant; non ut [r] aliquos doceant, sed ut se doctos ostendant; nec profectum, sed plausum a suis auditoribus quærant; si totam [s] conscientiæ diligentiam transferant male dicaces ad linguam, & studiosius eloquentiam velint curare, quam vitam; si supercilio vanæ loquacitatis elati, dicta sua magis cupiant laudari; quam fieri; nec sint de sanctitate operis, sed de sermonis [t] elucubrati venustate solliciti: numquid non tales merito æramen-

1. Cor. 13. 1.

a Mſ. tres, *non extinguet.*
b Mſ. Reg. unus, *ſentiendi pœna, vita.* Mſ. Colb. unus, *ut permanendi ſentiendique vita in pœna permaneat.*
c Mſſ. duo, *ad videndum.*
d Mſ. unus, *veracibus.*
e Hæc, *vero quod dicit*, non ſunt in Mſſ. nec in Lugd. quorum quinque: *ad totam referuntur.* Unus vero, *jam quia vermis . . . ad totam refertur.* Lugd. *reſervantur.*
f Mſ. unus, *Quoniam.*
g Mſſ. quatuor, *abdicatiſque.*
h Mſ. unus Colb. *accenſa.*
i Mſ. unus, *inquinamentis omnibus.*
k Mſ. unus, *amica*, Alter, *amor.*
l Editi Lov. Duac. & Colon. *inſtruat*, forte pro *inſtruit.*
m Mſ. unus, *concepit.*
n Mſ. Colb. unus, *viget.*
o Mſ. unus, *nos docente.* Mſſ. quinque, *dicente.*
p Mſſ. duo, *quia omnia.*
q Mſſ. tres, *differtent.*
r Mſ. unus, *alios.*
s Deeſt vox, *conſcientiæ*, in uno Mſ. Reg.
t Mſ. unus; *elucubratione ſolliciti.*

mento sonanti, aut tinnienti cymbalo comparantur? qui in modum tinnientis æramenti, vel cymbali, præclara quæque magis appetunt sonare, quam facere; nec erubescunt a seipsis aliter vivendo, quam prædicant discrepare: qui ut [a] quoquo modo [b] turpitudinem suæ conversationis obnubilent, honesta prædicare non cessant; non tamen ut auditores sui eorum prædicatione proficiant; se ut ipsi videantur curare quæ predicant.

2. Sed videamus [c] quæ his annectat Apostolus. *Ibid. 2.* *Si habuero*, inquit, *Prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam: charitatem autem non habuero, nihil sum.* Non ad hoc ista dicit, quasi aliqua bona sine charitate habere aliqui [d] non possint: sed quia nihil prosint habentibus ea, si a charitate defecerint. Ipsa autem & hic necessaria est, ut omnia bona, summum bonum [e] charitatis habentibus prosint, & ibi eis etiam [f] perfectior permanebit, cum omnes perseverantes in se ad visionem Dei perduxerit. Ceterum [g] prophetia, & mysteriorum omnium notitia, vel scientia, nec non & ipsa fides, vel cetera talia, quæ non perfectioni fidelium, sed fragilitati necessaria judicantur, in illa [h] perfectione sanctorum, quo in charitate radicati [i] pervenire contendunt, pervenientibus necessaria esse non poterunt; cum illis incomparabiliter meliora, ac perfectiora successerint. Quia nec prophetia ibi opus erit, cum ad illud quod futurum promittebat, impleta perduxerit: nec scientia, quæ velut lucerna quædam in hujus sæculi nocte fideles illuminat, cum in illius vitæ die perpetuo Sol vivus justis effulserit: nec mysteriorum notitia, aut ipsa fides necessaria erit, quando ad ea, quæ per mysterium significabantur & credebantur ex fide, perfectio Christiana pervenerit. Charitas vero hic quidem necessaria est, quæ nos separat a diabolo, purificat a peccato, reconciliat Deo: sed ibi perfecta erit, cum perfectos Deo, a quo est [k] donata, conjunxerit.

3. Adhuc Apostolus laudem divinæ charitatis *1.Cor.13.3* amplificans, adjungit & dicit: *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum* [l], *ita ut ardeam: charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest.* Nec immerito. Si enim non quid, sed propter quid faciamus, in illa ultima examinatione quærendum est; eleemosynæ, vel [m] traditio corporis in mortem, quid proderunt non habentibus charitatem? Ipsa ergo habenda est, ipsa sectanda, sine qua nec eleemosynæ, nec occisio corporis, nec illa omnia superius dicta, vel alia [n] quævis bona perducunt [o] aliquos ad salutem. Quia quælibet actio bona vel passio, nisi ex fide, quæ per dilectionem operatur [p], extiterit, nobis prodesse non poterit. Quapropter nihil eis peccati damnabilis remanere poterit, nec deerit aliquid boni, quibus charitas, omnis inquinamenti mundatio, & bonorum omnium mater affluxerit. Quoniam quidem si *charitas patiens est, benigna est, si non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, quærit quæ sua sunt; non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati; si omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet* [q]; & eos in quibus fuerit, omnibus his bonis quæ habet impertit: quid illis esse potest in hac vita perfectius, qui tantis abundant, charitate in se regnante, virtutibus?

4. Proinde quando videmus aliquos patientiæ [r] mole fundatos inconcussum pectus sævientibus malis opponere; abundantia sanctæ benignitatis [s] affectos, bonum suum velle cum omnibus habere commune, non aliquibus ardentis invidiæ facibus [t] coqui; non agere perperam, sed simpliciter cum omnibus [u] quibuslibet puritatem exhibere; nullo fastu pernicioſæ vanitatis inflari; nihil eorum quæ sunt aliena, crimine cupiditatis ambire; quæ sua sunt præ communionis bono non quærere; nulli malum, quibuslibet [x] irritatos injuriis, cogitare; non super [y] alicujus, aut sui operis iniquitate, sed de veritate gaudere; [z] omnes inquietos, vel inquietudines, fundata animi tranquillitate, sufferre, post hanc vitam pœnas divinitus comminatas credere [aa] metuendo, præmia promissa sperare gaudendo, revelationem filiorum Dei desiderare fortiter sustinendo: quando ergo videmus hæc, & [bb] talia bona aliquos posse; noverimus, non eos magnitudine virtutis suæ posse, quod volunt ardenter, & faciunt; sed de beneficio illius charitatis, quæ non est ex nobis, sed diffusa est in cordibus nostris per Spiritum-sanctum, qui datus *Rom.5.5.* est nobis.

CAPUT XV.

Quantum perfectionis charitas in se fundatis exhibeat.

1. ERgo si charitatem Deo exhibeamus & proximo, *de corde puro, & conscientia bona; & fide non ficta*, facile peccato resistimus, *1.Tim.1.5* bonis omnibus abundamus, sæculi blandimenta contemnimus, & omnia quæ difficilia sunt humanæ fragilitati, vel aspera, etiam cum [cc] delectatio-

a Mſ. unus, *quodammodo*.
b Mſ. unus, *turpitudinis suæ conversationem*.
c Mſſ. tres, *quæ hic annectat*. mſ. alter, *quid de his adjungens annectat Apostolus*.
d Mſſ. quinque, scilicet Colb. tres & Regii duo, omittunt negantem particulam, *non*. Colb. unus, *quasi non aliqua . . . . aliqui possint*.
e Mſſ. septem, *charitatem*.
f Mſ. unus, *perfectius*. mſſ. tres, *perfectio*. Male in aliis *perfectio*, aut *profectior*.
g Mſſ. quatuor, *prophetiæ*.
h Editi addunt, *sancta*; quæ vox non legitur in mſſ.
i Abest *pervenire*, a mſſ. Colb. & Edit. Lugd. mſ. unus, *intendunt*.
k Mſſ. duo, *a quo est eis donata*.
l Ita Mſſ. sex. Editi, *ut ardeat*: & infra, *non habeam*.
m Editi, *traditiones*. mſſ. *traditio*.
n Mſſ. duo, *quælibet*.
o Mſ. unus, *hominem*. Alter, *homines*.
p Mſſ. sex, *extiterint . . . poterunt*.
q Mſſ. Colb. quatuor omittunt particulam *&*; & infra tres ex his cum Reg. duobus, *& quid illis*.
r Mſ. Camb. *patientia bene fundatos*. Unus ex Colb. *patientia fundatos*.
s Mſ. unus, *affectuosius*. mſſ. Camb. *effectum bonum suum*, &c.
t Mſ. unus, *coinquinari*. Editi & mſ. unus, *non aliquibus ardentibus*.
u Mſſ. Colb. tres & Camb. *quibus debet puritas exhiberi*. mſ. Reg. unus, *sed simplicitatem cum omnibus quibuslibet puritatis exhibere*.
x Mſ. unus, *insligatos*. mſ. alter, *irrogatis*.
y Mſ. unus, *ac sui*. Alias, *alicujus adversis operis*.
z Mſs. unus, *omnes inquietudines vel inquietos fundata*, &c. mſ. alter, *omnes inquiecudines fortiter animi*, &c.
aa Mſſ. quatuor, *non metuendo*.
bb Mſ. unus, *& alia bona posse aliquos*.
cc Mſſ. tres, *cum dilectione*.

tione perficimus; si tamen Deum charitate perfecta, quæ nobis [a] ab illo est, ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus diligamus. Ex ea enim parte quis peccat, ex qua minus diligit Deum: quem si ex toto corde diligamus, nihil erit in nobis unde peccati desideriis serviamus. Et quid est diligere Deum, nisi [b] illi occupari animo, concipere fruendæ visionis ejus affectum, peccati odium, mundi fastidium; diligere etiam proximum, quem ipse in se censuit diligendum [c]: in ipso amore servare legitimum modum, nec pervertere dilectionis ordinem constitutum? Ordinem dilectionis illi pervertunt, nec modum diligendi custodiunt, qui aut mundum qui contemnendus est, diligunt, aut corpora sua minus diligenda, plus diligunt; aut proximos non sicut seipsos, aut Deum plus quam seipsos forte non diligunt.

Deut. 6. 5. *Matt.* 22. 37. *Luc.* 10. 27. *Marc.* 12. 30. *Matt.* 3. 43. *Videatur Aug. c.* 27. *l.* 1. *de doct. Christ.*

2. Sed de mundo, quod diligi omnino non debeat, ipsius Dei nostri per sanctum Joannem apostolum vox est, dicentis: *Nolite diligere mundum*. Corpus autem nostrum, quia pars nostri est, ad hoc nobis est diligendum, ut saluti ejus, ac fragilitati naturaliter consulamus, & agamus quatenus spiritui [d] ordinate subjectum, ad æternam salutem, accepta immortalite, & incorruptione perveniat: non suis voluptatibus diffluendo, animæ rigorem sibi cedentis emolliat, puritatem polluat, & totam dignitatem suæ [e] delectationis morbo corrumpat. Proximos autem tunc diligimus sicut nos, si non propter aliquas utilitates nostras, non propter sperata beneficia vel accepta, non propter affinitates vel consanguinitates; sed propter hoc tantum, quod sunt naturæ nostræ participes, diligamus: quia non eos sicut nos ipsos amamus, quando propter illa superius dicta diligimus. Neque enim [f] ideo proximum tamquam seipsum diligit quisque, quia sibi frater, aut soror, pater aut filius; mater aut filio, nepos aut neptis est. Carnaliter quippe amat, qui taliter amat: quoniam non illi tantum proximi nostri credendi sunt, quos nobis gradus sanguinis jungit; sed proximi nostri credendi sunt omnes homines naturæ nostræ, sicut dixi, participes. Nam si propinquos nostros, quamvis incompositos, turpes, ac male moratos plus quam quoslibet sanctos, quos a nobis secundum sanguinem vocamus extraneos, diligamus; non solum carnaliter diligimus, sed etiam graviter in tali eorum dilectione peccamus.

1. Joan. 2. 15.

3. Proinde secundum nos proximos omnes diligimus, quando ad mores bonos, & ad æternam vitam consequendam, sicut nobis, saluti eorum consulimus: quando nos in eorum peccatis ac periculis cogitamus; & sicut nobis subveniri [g] optamus, ita eis [h] pro viribus subvenimus; aut si facultas defuerit, voluntatem subveniendi tenemus. Quapropter hæc est proximi tota dilectio, ut bonum quod tibi conferri vis, velis & proximo; [i] & malum, quod tibi nolis accidere, nolis & proximo. Illi vero plus quam se diligunt Deum, qui pro ejus amore suæ ad tempus saluti non parcunt; seipsos tribulationibus ac periculis tradunt, nudari facultatibus propriis, patriæ suæ extorres fieri, parentibus & uxoribus ac filiis suis renunciare parati sunt; & ut totum dicam, ipsam corporis mortem non solum non refugiunt, sed etiam libenter excipiunt, ambientes a corporis sui vita magis quam a Deo, [k] vita vitæ suæ, discedere.

4. Iste igitur nobis dilectionis ordo servandus est, juxta illud quod dicit Spiritus-sanctus; [l] *Ordinavit in me charitatem*; ut sicut ordinata charitas poscit, Deum principaliter diligamus; & propter ipsum, in ipso ea quæ diligenda sunt, tantum, quantum ipse præcipit, diligamus. Ipse enim [m] præcipit ut corpora nostra propter nos, proximos [n] sicut nos, & ipsum plus quam nos diligere debeamus: ita sane, ut eis quos nobis conjunctiores familiaritas facit, si eos fama non reprobat, & vita commendat, nos amplius impendamus, omnium profectus nostros esse credamus, & de aliorum peccatis tamquam de nostris misericorditer lugeamus. Sic ergo possunt in hac vita illi esse perfecti, qui perfecte diligunt Deum: & illi perfecte Deum diligunt, qui volendo quod vult Deus, & nolendo quod non vult, nec ullis peccatis quibus offenditur, acquiescunt; & semper se ad virtutes, quas ipse dignatur donare, diligendas & habendas, extendunt. Hi sunt, qui omnia bona quæ implere potuerint, ab illo se adjutos ut possint veraciter credunt; quidquid [o] mali commiserint, vitio suæ voluntatis ascribunt; quidquid boni non potuerint implere, ab illo ut possint jugiter petunt; cum potuerint, illi gratias agunt. Bona ejus quæ fuerint consecuti, etiam aliis [p] conferri socialiter volunt, & usque in suos inimicos dilectionis suæ latitudinem porrigentes, hoc omnes cupiunt esse quod ipsi sunt. Satis de vitiis, eorumque remediis est disputatum: nunc jam qualiter unaquæque virtus possit acquiri breviter disseramus.

Cant. 2. 4. *Levit.* 19. 19. *Matt.* 22.

CAPUT XVI.

De qualitate virtutis, & qualiter sibi consentientes informet.

1 OMnis sancta virtus res est divina, incorporea prorsus atque mundissima: quam mentes inquinatæ non inquinant; sed ipsa inquinatas emaculat: cujus participatione [q] formantur informia, suscitantur mortua, [r] sanantur infirma, corriguntur prava, reconciliantur [s] aversa. Hanc non habet nisi Deus, & is cui dederit Deus. Quæ in animo habitat, sed [t] animum corpusque san-

a Editi cum quibusdam MSS. *ex illo est.*
b Editi, *illi occupare animum.* MSS. tres, *illo.* (duo *illi*) *occupari animo.* Alias, *illi copulari animo.*
c MS. Colb. unus, *in ipso servare amore legitimum morem, nec pervertere ordinem dilectionis. Constitutum ordinem dilectionis illi pervertunt*, &c.
d MS. unus, *ordinanti.*
e MSS. tres, *suæ dilectionis.*
f MSS. sex, *ideo se diligit quisque, quia sibi frater aut soror*, &c.
g MSS. tres, *optaremus.*
h In uno MS. *pro viribus nostris.* In alio desunt hæc omnino.
i Hæc verba: *Et malum quod tibi nolis accidere, nolis & proximo*, desunt in tribus manuscriptis.
k MSS. duo, *a Deo vitæ suæ.*
l MSS. sex, *Ordinate in me.*
m MSS. quinque, *præcepit.* Sic & post pauca.
n MS. unus, *proximos sicut & ipsum plusquam nos*, minus bene.
o MSS. duo, *male commiserint.*
p MSS. quinque, *conferre.*
q MSS. tres, *firmantur infirma.*
r MS. unus, *sanantur ægrota.*
s MSS. quatuor, *adversa*: unus, *eversa.*
t MSS. quatuor, *animam.*

sanctificat: ad quam nullus accedit invitus, quam nullus amittit, nisi propria voluntate deceptus. Nemo eam sibi conferre potest, cum possit auferre; alteri autem [a] nec conferre prævalet, nec auferre.

2. Itaque cum talis ac tanta virtus cuilibet inter voluptates suas adhuc marcescenti refulserit, atque [b] ei ad se concupiscendam desiderium salubre commoverit: protinus in animo ejus duarum delectationum contrariarum rixa consurgit; & mentem voluntas adversum se ancipiti delectatione [c] divisam in diversa ducit, ac reducit; modo reprehendo quod elegerat, modo quod reprehenderat eligendo: atque ita in alterutrum latus [d] se cogitationum varietate versantem, ipsa velut virtutis ac vitii [e] tepida medietas, vexat ac lacerat. Quoniam quidem quemlibet hominem, donec se in eo quod [f] elegerit certa definitione confirmet; quamdiu modo non vult quod volebat, modo velle incipit quod nolebat; velut in quodam deliberationis [g] incertæ bivio constitutum, discerpit ipsa diversitas [h] voluntatum. Hinc eum virtus admonet suæ salutis, & [i] vocat; inde consuetudo vitiosa discedere a se volentem [k] remoratur, & revocat, & pauliſper a se aversо, nec ad virtutem plene conversо, usitatæ voluptatis admonitione blanditur, & omnes illecebras, quibus olim perdite fruebatur, ostendit. Turpia quoque desideria quibus [l] vinciatur, immittit, ac jam pene fastidienti blandum nescio quid molliter insusurrat: & supplicat, ne præponat mollibus dura, lætis tristitia, certis dubia, [m] præsenti voluptati futura: cogitet quam pœnale sit atque difficile, dulcibus carere [n] deliciis, illecebris renunciare carnalibus, abstinentiæ jugis gravari laboribus, jejuniorum ac vigiliarum continuatione torqueri, certa carnis afflictione præmium dubiæ remunerationis ambire, contra diabolum decipiendi peritum [o] resistendo arma corripere, insidias ejus ac fraudes vigilantis animi cautione vitare: quam [p] denique miserum sit enormitate tantæ asperitatis evictum, ac diabolica fraude deceptum, ad repudiata redire, voluptatibus quas abjecerat frui, & omnibus, quæ incaute laboriosum suscipiendo propositum contemserat, delectari.

3. His & talibus vitiosa consuetudo, dubium [q] sanctæ definitionis affligit. Virtus contra, quæ continentia nominatur, [r] morantem confidenter objurgat, ad delectationes puras, castasque delicias, quibus fruuntur omnes sui amatores, invitat: offert nudo justitiæ vestimentum; illumina-

a MSS. Colb. unus, *nec conferri prævalet, nec auferri*

b MSS. tres, *atque eum ad se concupiscendam desiderio salubri commoverit.*

c MSS. sex, *divisa*. Editi paulo post non habent *ita*.

d MSS. Colb. unus, *mutua se*.

e MS. unus ab alia manu, *trepida*. MS. alter, *velut inter virtutes ac vitia tepida medietas*.

f MS. unus, *elegerat*.

g MS. unus, *incerto bivio*.

h MSS. duo, *voluptatum*. Colon. *voluntatem*.

i MS. unus, *& advocat*.

k MSS. duo, *moratur*.

l MS. Colb. unus, *vincatur*. Alter, *vincebatur*.

m MSS. sex, *præsentium voluptatt, futura*.

n MSS. duo, *divitiis*.

o MSS. tres Colb. *resistendi*. & post pauca. MSS. Camb. *arripere*.

p Edit. Lugd. cum mss. tribus, *deinde*.

q MS. Colb. unus, *sanctæ conversationis*.

r MS. unus, *remorantem*.

s MSS. duo, *arma arripiat*.

t MSS. sex. *Qui si persuasione*. Unus, *Qui persuasione*.

to sui apparatus demonstrat ornatum; diffidenti de se, protectionis suæ promittit auxilium: hortatur & provocat, ut definitionis ambiguitate depositа, propositum spirituale suscipiat; perseveraturum se in suscepto labore propositi sui, non sua possibilitate, sed Domini miseratione confidat, nec suis viribus, sed gratiæ omnipotentis fretus auxilio, contra diabolicas impugnationes victricia arma [s] corripiat: cogitet quanti, & quantæ potuerunt, & possunt, quod se posse desperat: unde illi, vel illæ potuerunt, inde se posse firmiter credat: certa spe spiritalia carnalibus, & terrenis cælestia, & futura præsentibus anteponat.

CAPUT XVII.

Quibus gradibus conversi in culmen perfectionis ascendant.

1 CUm [t] vero quis persuasione [u] ac pulcritudine virtutis illectus, aliquantulum a priora conversatione recesserit, statim ei alia [x] tentatio, contra quam luctetur, occurrit. Nam quem carnalis voluptas superata dimiserit, mundi vanitas occupabit; sicut nobis illi exemplo sunt qui [y] delectationem sibi sativæ libidinis interdicunt, & ventosæ vanitatis [z] licentiam suæ * voluptati permittunt, Turpitudini [aa] concubitus contradicunt, & [bb] ambitioni succumbunt: utuntur deliciis ac vestibus accuratis ad luxuriam, comatulis [cc] pueris, ac potentibus equis ad pompam, accipitribus ac saginatis canibus ad venatum, venationibus crebris ad luxum, [dd] ambitiosi apparatus jactantiam necessarium mentiuntur ornatum.

2. Jam ridere [ee] effuse, vocem procacibus cachinnis attollere, turpes jocos libenter audire, aliorum pœnam suam facere fatigando lætitiam, urbanos quosque quamvis turpes, explere deliciis, [ff] serios necessariis indigentes abjicere, domos amplissimas & ornatas exstruere, facultates [gg] suas indesinenter augere, alienis pervadendis, si possibilitas patiatur, inhiare; non rem cupiditatis, sed nescio cujus utilitatis existimant: ut illa, quæ dixi, vel alia multa similia, non solum libenter exerceant, sed etiam hinc eos objurgantes irrideant, [hh] ineptire credentes illos, qui licita & usitata nobilibus crimine ambitionis infamant. Sed [ii] qui hoc quoque malum divinitus adjutus evicerit, & spiritalis continentiæ viribus fultus, omnia quibus

po-

t

u

x

y

z

* *forte* voluntati.

aa

bb

ec

dd

ee

ff

gg

hh

ii

u MS. unus, *a pulcritudine*.

x MS. unus, *luctatio*.

y MS. Colb. unus, *delectationi sibi suæ libidinis*.

z MS. Colb. unus, *delectationes anteponunt*.

aa MS. Camb. *concupitæ*.

bb MS. Colb. unus, *& desiderio cupiditatis & ambitionis succumbunt*.

cc MSS. duo, *puerulis*. Unus, *puellis*. Alter, *cum matulis*, forte, *commatulis puerilibus*.

dd Ita MSS. quatuor. Editi vero, *& ad ambitiosi apparatus jactantiam*. MS. Colb. unus, *& ambitiosi apparatus jactantia*.

ee MS. Colb. unus. *Jam ridere, effusam vocem procacibus cachinnis adtollere*.

ff Ita MS. sex. Editi, *servos*. Sed melior jam visa erat prior lectio his qui appositа voce, *serios* in margine subjunxerant, ita legi en Camb. mi. qui forte unicus illis occurrerat.

gg MS. unus, *proprias*.

hh MS. Colb. unus, *ineptos recensentes illos, qui licita & usu consuetudinario data nobilibus*. Et paulo post, mss. quinque & Lugd. *infament*.

ii Alias, *si quis*.

poteſt a perfectione retardati, calcaverit; mentem ſuam ſanctæ virtuti, ſtudio bonæ voluntatis
a [a] inclinat: tunc delectabiliter, ac devote nutus omnes reginæ virtutis in ſe regnantis obſervat: ac ſic cum Deo ſuo unus ſpiritus factus, nihil aliud agit ſemper aut cogitat, niſi unde clarior
b [b] ac nobilior fiat, & oblectationes vitiorum omnium, puris delectationibus vincat.

CAPUT XVIII.

Quæ ſit quaternarii numeri credenda perfectio: & quod quatuor virtutes, quæ dictæ ſunt principales, ex fide viventes a Deo collatæ juſtificent.

VIdeamus nunc, an vera ſit Philoſophorum illa ſententia, qua quatuor virtutes, velut quoſdam virtutum omnium fontes; vitia quoque quatuor, velut quaſdam origines malorum omnium definiunt. Principales quatuor eſſe virtutes non ſolum Philoſophi ſentiunt, ſed etiam noſtri conſentiunt. Sed quare quatuor, vel quæ ſint opera ſingularum, hoc Domino illuminante, debemus breviter demonſtrare. Quaternarium
c [c] numerum perfectioni ſacratum pene nullus ignorat. Siquidem totus orbis Oriente &
d [d] Occidente, Aquilone & Meridie, quatuor
e [e] determinari partibus ſive angulis invenitur: & ipſe Adam qui eſt humani generis pater, vel generale nomen, quod dicitur homo, quatuor litteris explicatur. Corpus quoque quatuor elementis
f [f] extructum, quaternarii numeri in ſe continet ſacramentum. Ipſius etiam animæ quatuor eſſe affectiones, quibus vel ad bona utimur, vel ad
bb mala, & antiqui ſubtiliter invenerunt, & eorum
cc inventa probantes poſteri ſuſceperunt.

Gen. 2. 10. Ezech. 1. 5. & ſeq. 2. Sed & quatuor flumina, quæ de paradiſi fonte procedunt, vel quatuor Evangelia, divini currus rotæ quatuor, & animalia, alæ eorum quatuor ac facies, dignitatem numeri hujus abunde commendant: & ideo
g [g] virtutes iſtæ quæ tantum continent perfectionis in numero, ſollicite conſiderare debemus, quantam ſanctitatem conferant animo Chriſtiano, & quam nihil perfectionis
h [h] uſquam ſit, quod in iſtis virtutibus non ſit. Nam ſi facit temperantia temperantem, prudentia prudentem, juſtitia juſtum, fortitudo fortem; eo qui temperanter, juſte, & prudenter agit, ac fortiter, neſcio quid poſſit eſſe perfectius. Itaque difficile quidem eſt nobis nomina virtutum, quæ ex illis quatuor, quas principales diximus, oriuntur, oſtendere: ſed cum proprietates, & actus earum cœperint aperiri, ex
i [i] ipſis affectionibus ſingularum, quæ virtutes ex quibus exiſtant, forſitan apparebit.

3. Verumtamen hoc imprimis noſſe, & tenere debemus; quod iſtæ quatuor virtutes, vel omnes quæ ex illis exiſtunt, dona ſint Dei: & quod nullus eas habet, habuit, aut habebit, niſi cui Deus, qui eſt omnium virtutum proprietas & origo, contulerit. Quoniam quicumque, quocumque tempore, in quacumque gente in Deum credentes ex fide vixerunt, illius dono temperantes ac prudentes, juſti, [k] ac fortes fieri utique potuerunt. Qui autem neſcientes Deum, vel etiam blaſphemantes, ſine fide vixerunt, nihil earum virtutum a Deo accipere, vel habere potuiſſe credendi ſunt. k

CAPUT XIX.

De temperantiæ qualitate, vel opere.

1 SEd jam videamus, quæ ſit proprietas ſingularum. Temperantia temperantem facit, abſtinentem, parcum, ſobrium, moderatum, pudicum, tacitum, [l] ſerium, verecundum. Hæc l
virtus [m] ſi in animo habitat, libidines frenat, m
affectus temperat, deſideria ſancta multiplicat, vitioſa caſtigat, omnia intra nos confuſa ordinat, [n] ordinata corroborat, cogitationes pravas remo- n
vet, inſerit ſanctas, ignem libidinoſæ voluptatis exſtinguit, animi torporem deſiderio futuræ remunerationis accendit, mentem placida tranquillitate componit, & [o] totam ſemper ab omni vitio- o
rum tempeſtate defendit. Temperantia intemperantiam noſtram ad [p] honeſtum modum redigit p
in cibo ipſo vel potu, ut contenpti ſimus appoſitis: ne poſcamus impudenter, quod aut ille qui poſcitur forte [q] non habeat; aut alios quod de- q
ſiderio noſtro placet offendat, aut gulæ noſtræ intemperans appetitus appareat: nec judicemus eos qui volunt [r] cibis, quos ipſi percipimus, r
abſtinere; nec eis verecundiam faciamus, qui ea quibus ipſi abſtinemus, forte percipiunt, & Deo gratias agunt: certi quod ſatis miſerum ſit, aliquos de cibi vel potus perceptione damnare, aut nobis arrogare per abſtinentiam ſanctitatem.

2. Temperantiæ eſt quod reverentiam ſenioribus exhibemus, æquales germanitus honoramus, junioribus gratiam [s] paternæ dilectionis impendimus: quod præſtamus loquenti ſeniori ſilentium, quod ipſius ad loquendum præſtolamur imperium, quod non attollimus immoderatum in collocutionibus ſonum, quod [t] riſui prorumpere non t
permittimus in cachinnum, quod nulli detrahimus, nec [u] detrahentes æquanimiter ſuſtinemus: u
ſcientes, quod tam illi qui detrahunt, quam illi qui detrahentibus acquieſcunt, vanitatis morbo corrupti ſunt: [x] qui ad hoc alios viles vide- x

ri

a Ita M. quatuor. mſ. alter, *inclinet*. Editi, *inclinaverit*.

b Mſs. tres, *aut nobilior*.

c Mſ. unus, *perfectione*. Alter, *Quaternarium numero perfectionis ſacratum*.

d Mſs. duo hic omittunt &, quod legitur in aliis codicibus.

e Mſs. duo, *terminari*.

f Mſ. unus, *inſtructum*.

g Mſ. unus, *virtutes iſtas*.

h Mſs. quatuor, *umquam*.

i Mſ. Reg. unus, *affectibus*. Alter & Colb. unus cum Camb. *effectibus*.

k Mſs. duo, *vel fortes*.

l In Mſs. duobus Colb. deeſt vox, *ſerium*.

m Mſ. Colb. unus, *in animo ubi habitat*, abſque, *ſi*.

n Mſ. unus Colb. *infirma corroborat*.

o Mſ. Colb. unus, *& tutam ſemper ab omni vitiorum poteſtate defendit*.

p Mſ. unus, *ad omnem honeſtum*.

q Mſ. unus, *non habebat*. Mſ. unus, *aut ne alios*, &c. deſunt hæc in mſ. uno Reg.

r Mſs. duo, *a cibis*.

s Mſ. unus, *puræ dilectionis*.

t Mſ. tres Colb. *quod riſum prorumpere non permittimus*. Alter, *riſui prorumpere non permittimus*. mſ Colb. unus, & Camb. *riſu prorumpere non audemus*.

u Mſ. Reg. unus, *nec detrahentem*. mſ. Colb. unus. *& detrahentes*, mſ. alter ex Regiis, *nec detrahenti, acquieſcimus, nec æquanimiter ſuſtinemus*.

x Mſs. tres, *quia ad hoc*.

deri volunt, ut se commendent erum comparatione quos carpunt, & videantur ea vitia non habere, quæ malitiose in allis reprehendunt: quod malum temperantia tollit; cui qui servire voluerit, non quod reprehendat in fratibus, sed unde Deum laudet attendit. Ac per hoc ipsius temperantiæ est, quod non solum temperantes in omnium membrorum officiis sumus: sed etiam quod omnia libenter, quæ nos moderatos ac sobrios faciunt, observamus. Sed de temperantia hæc
a dicta sufficiant, [a] ut & de fortitudine differamus.

CAPUT XX.

Quales esse debeant, quos animi fortitudo nobilitat.

1 ANimi fortitudo ea debet intelligi, quæ non solum diversis pulsata molestiis inconcussa permaneat, sed etiam nullis voluptatum illecebris resoluta succumbat. Alioquin si impetus quidem malorum sævientium frangat si calamitatibus quibuslibet impactis [b] obsistat, si inter
b injuriarum sæva, inter procellas angentium pressurarum, inter inimicitias ac damna præsentia atque multimodas persecutiones infatigata persistat; & tamen de ipsa se adversariorum sustinentia jac-
c tet, nec dec de dono Dei [c], quo illustratur, exultet, sed carnaliter se de vulgi favore, quo prædicatur, oblectet; plusque gaudeat ex eo, quod laudatur, quam ex eo quod habet unde laudetur; d & per hoc humanam laudem divinis [d] muneribus anteponat: quis dubitet hanc animi intentionem virtutem dici non posse? Quæ si virtus esset, fortiter etiam blandimentis talibus repugnaret; nec acquiesceret molibus quæ, adjuvante Domino, dura quæque vel aspera superasser. Quosdam namque insuperabiles asperis passionibus facit mundi cupiditas: in quibus non patientia laudanda est,
e sed [e] miranda duritia.

2. Eos vero quos ad tolerantiam passionum fortes Dei charitas reddit, nulla dellectatio carnis [f], f nulla voluptas male blanda corrumpit. Quoniam g [g] si non quid, sed propter quid patiamur, plurimum refert: non in eis est patientia, qui æquanimiter patiuntur angentia, sed in eis tantum, quos fortiter facit sustinere justitia. Denique Dominus non ait, h [h] *Beati qui persecutionem patiun-*
Matt. 5. 10. *tur*, & tacuit; sed adjecit; *propter justitiam*: ut evidenter ostenderet quod patientiam veram non facit pœna, sed causa: & ideo beatitudinem non persecutionem patientibus, sed propter justitiam patientibus repromisit. Quod si ita est, superan-
i dorum [i] malorum sustinentia, tunc est vera pa-

a Ms. unus, *nunc de fortitudine.*
b Ms. unus, *subsistat.*
c Ms. unus, *qui illustratur.*
d Mss. Reg. duo & Camb. *operibus.*
e Ms. unus, *miseranda.*
f Mss. tres addunt, *mala.* Unus, *non voluptas.*
g Ms. unus, *Quoniam enim non quid.*
h Hæc vox *Beati*, aberat ab Editis: restituitur ex mss. quinque.
i Ms. omnes hic addunt, *vel superatorum.* Editi omittunt.
k Ms. Camb. *cadit.*
l Ms. Camb. *canimus.*
m Mss. quatuor, *& laudatio mea.*
n Mss. tres, *quæ ita.* mss. duo, *qui ita.*
o Mss. duo, *nec blandimenta.*
p Mss. duo Colb. *cui factus est Dominus fortitudo.*
q Ms. unus addit, *alienæ.*

tientia, si fuerit justa: & in eis justa est patientia quorum nec doloribus, nec voluptatibus [k] cedit k
mentis invictæ constantia. Sed hæc animi fortitudo ab illo est nobis, cui cum Propheta [l] cantamus: *Fortitudo mea, &* [m] *laus mea Dominus,* l *Ps.117.14.*
& factus est mihi in salutem. Fortitudo nostra m
est [n], quia ita nos contra omnia vitia invicta n
protectione corroborat, ut animum nostrum [o] o
nec blanda dissolvant, nec adversa dejiciant: & tunc laus nostra Dominus fit, si non nos de muneribus Dei, sed divina in nobis cupiamus munera prædicari. Nec illi suam possunt jactare virtutem, quibus Dominus factus est in salutem.

3. Is ergo [p] cui Dominus est animi fortitudo, p
nullis carnalibus desideriis cedat, nullis voluptatibus acquiescat, ambitionem ac popularem gloriam vincat. Non eum pecuniæ amor addicat [q], q
non acerbitas [r] passionum damnorumque subjiciat. r
Sit illi Deus laus tota, perfecta gloria [s], delecta- s
tio pura, spe certa, securitas firma, possibilitas sana, sanitas incorrupta: ut ei quidquid carnalibus placet, in hoc mundo displiceat; quidquid pretiosum videtur esse, vilescat; quidquid nitidum, futurorum [t] contemplatione sordescat: nec ab his t
quæ jam [u] per gratiam Dei elisit, se patiatur eli- u
di; quia & turpius videtur [x] animum ab his vitiis x
vinci, quæ vicerat; & nihil ei y prodest aliqua su- y
peraſſe, si alicui, quod neglexerit superare [z], sub- z
jaceat: quando non ille fortis haberi soleat, qui in adeundis laboribus periculisque claruerit, aut
aa [aa] frenandis voluptatibus ac domandis institerit; aa
sed ille magnus & sublimis, ille potens atque dignus fortitudinis appellatione censendus est, qui nihil sibi vitii rebellare, aut dominari permiserit:
bb [bb] modo absit cc [cc] ignavia, ne nos id desperemus bb
posse, quod possumus; absit præsumptio vitiosa, cc
ne nobis hoc, quod per Dei gratiam possumus, adscribamus. Quia sive de munere Dei, quo fortes efficimur, desperemus; sive nos de nostra possibilitate jactemus, idonei ad resistendum vitiis esse non possumus. Et utique animi fortitudo tam desperandi ignaviam debet excutere, quam jactantiæ contraire.

CAPUT XXI.

De justitia, vel fide, quæ ex ipsa procedit.

HActenus de virtute, cui nomen est fortitudo, [dd] disputavimus. Videamus jam quid dd
ee [ee] etiam justitia nobis afferat in hac vita præsidii, & qualiter ipsa quoque in eorum pectoribus, qui se illi ff [ff] tradiderint, nulli vitio- ff
rum valeat impugnationibus superari. Fides enim,

r Ms. unus, *passionis damnorumque abjiciat.*
s Mss. quinque, *dilectio pura.*
t Ms. unus, *comparatione.*
u Ms. unus, *gratia Dei.*
x Mss. quatuor, *animus.*
y Ms. Colb. unus, *prodest*: ceteri, *profit.*
z Ms. unus, *subjiciatur.*
aa Ms. unus, *refrenandis.*
bb Hæc vox, *modo*, inducta est in ms. Camb. in quo sic. *Absit igitur.*
cc Ms. ex Colb. unus, *pigritia misera, inertia, ignavia, ne nos.*
dd Hæc vox, *disputavimus*, abest a ms. quatuor: in altero habetur, *tractavimus.*
ee Mss. duobus deest, *etiam.* ms. Camb. post pauca, *offerat.*
ff Editi, *tradiderunt.* mss. quinque, *tradiderint.*

quæ est justitiæ fundamentum, quam nulla bona opera præcedunt [a], & ex qua omnia bona procedunt; ipsa non a peccatis omnibus purgat, mentes nostras illuminat, Deo [b] conciliat, & cunctis participibus naturæ nostræ consociat; spem nobis futuræ remunerationis inspirat, auget in nobis virtutes sanctas, ac nos in earum possessione confirmat.

CAPUT XXII.

De æquitate: quod ad eamdem pertineat humanæ societatis utilitas.

EX justitia manat & æquitas, quæ nos facit ut omnium necessitates hominum nostras esse dicamus, nec nobis tantum, sed etiam generi humano [c] nos natos esse credamus; & quidquid cuilibet homini nocere potest [d], tamquam si nobis noceat, evitemus: quia [e] qui homines sumus, nihil humani a nobis alienum putare debemus. Siquidem belluarum est [f] sibi vivere, nec suas utilitates in commune conferre. A quibus non solum mentis prærogativa, sed etiam servata juris [g] æqualitate distamus, si nos in [h] omnium commodis vel incommodis cogitantes, sicut nostris utilitatibus, ita omnium sociorum [i] naturæ nostræ vivamus. [k] Deinde si invicem persequi, lacerare, vel perdere, ferarum est proprium; quis dubitet excellentiæ humanæ competere, ut se alterutrum juvent, instruant, ædificent, & utilitatem cummunem tamquam propriam curent? Unde datur intelligi, quod qui opprimendis, [l] ac decipiendis hominibus [m], homines nati persistunt, in mores ferinos, [n] non naturæ, sed vitæ mutatione degenerent.

Terent. in Heauton.

CAPUT XXIII.

Quod duo sint injustitiæ genera.

1 DUo sunt injustitiæ genera; unum [o] quo injurias irrogamus, alterum quo [p] ab aliis irrogatas, cum possumus, propulsare negligimus. Quodam modo enim nos opprimimus quando oppressos cum defendere [q] possumus, ab oppressione, contemnimus. Nec mihi aliquid prodest, quod non circumvenio aliquem, neque decipio, si [r] decipi, aut circumveniri permitto. Hoc idem de peccatis [s] licet intelligi: quia si peccantem video, & non solum non arguo, sed etiam [t] ei peccanti consentio, participem me damnationis ejus efficio; & in omnibus peccantibus pecco, quando eos quos scio peccasse sive peccare, quadam crudelis animi malignitate non increpo.

2. Nec vero audiendi sunt illi, qui se dicunt propterea delinquentes [u] objurgare non posse, ne eos qui [x] se emendare noluerint, sibi faciant inimicos. Qui dum parcunt eorum voluntati, saluti non parcunt. [y] At si non ex jactantia; sed ex misericordia, & cum quadam pietate compatientis animi castigemus [z], & illi nos sentiant non minus peccatis suis moveri, quam nostris: aut in bonum statum reformati, nobiscum Deo [aa] gratias agunt; aut si eos in peccato tenet adhuc peccandi dulcedo, & [bb] salutem suam nobis curæ esse cernentes, malum reddere pro bono voluerint [cc]; male debemus eorum inimicitias, qui noluerint emendari, contrahere; quam Dei offensam, dum peccantes palpamus, incurrere. Sed de his quoniam in libro secundo plura jam diximus, reliquas justitiæ partes, ut cœpimus, exequamur. *Cap. 1. & 2.*

CAPUT XXIV.

De liberalitate: & qualiter beneficentiæ opus debeat exerceri.

1 DE justitiæ [dd] adhuc fonte procedunt liberalitas, beneficentia, charitas & cetera ejusmodi, quibus multipliciter juvari homines possunt. Liberalitas [ee] est quæ etiam in eos qui nihil indigere videntur, exsuberat; in qua liberalitate rei familiaris ponitur amplitudo. Beneficentiæ multa sunt opera, quibus necessitati laborantium misericorditer subvenitur, & de terreno censu regni cælestis hereditas comparatur: si modo absque ulla ostentatione opus beneficentiæ fiat, nec nos ad misericordiam faciendam turpis amor gloriæ popularis impellat. Inventi sunt quidam, qui diversis quidem diversorum necessitatibus subvenirent; sed aut appetitu comparandæ opinionis impulsi, aut carnali pietate commoti, aut spe recipiendi quod darent, aut reddendi quod accepissent necessitate [ff] constricti.

2. Sunt alii quos ad largiendum aliquid in pauperes sola movet versuta cupiditas: qui

[a] ad

[a] Sic Mss. Reg. duo, & Colb. unus. Camb. vero, *sed ex qua omnia bona procedunt*. Editi, *& ex quo omnia procedunt*. Quæ omnia absunt a duobus mss. Colb.

[b] Mss. Colb. tres, *reconciliat*.

[c] Ms. unus Colb. *natos utiles esse*.

[d] Ms. unus, *id quasi*.

[e] Ms. unus ex Colb. *quia homines sumus, unde & humanitas dicta, qua nos invicem tuemur, sicut mortales; nihil humani a nobis*, &c.

[f] Deest vox, *sibi*, in mss. uno.

[g] Ms. Colb. unus, *a quibus non solum meritis, gratia præmissa, vel propriæ dignitatis prærogativa, sed etiam . . . æquabilitate distabimus*. Mss. tres & Lugd. *æquitate distamus*.

[h] Ms. unus, *in omnium lucris, commodis*, &c.

[i] In Editis interseritur vox, *utilitate*, quæ abest a manuscriptis omnibus; quæ omissio recto sensui loci hujus proficit.

[k] Ms. unus, *Denique*.

[l] Mss. tres, *aut*.

[m] In Lugd. deest vox, *homines*. Legitur in aliis omnibus.

[n] Ms. unus, *non naturæ, sed vitii*. Ms. alter, *non natura, sed vitæ*.

[o] Mss. duo, *unum quod . . . alterum quod*.

[p] Ms. unus, *aliis irrogatas*.

[q] Ms. unus, *possimus*.

[r] Mss. tres, *si decipienti circumvenire permitto*. ms. alter, *quod non circumvenio neque decipio, sed decipi*, &c.

[s] Mss. quatuor, *debet*.

[t] Ms. unus, *ejus peccatis*.

[u] Ms. Colb. unus, *increpare, vel objurgare*.

[x] Mss. duo, *emendari noluerint*.

[y] Ms. Colb. unus, *Ac si*. Alter, *Si non*. Alius, *Aut si*.

[z] Mss. duo, *ut illi*.

[aa] Mss. duo, *gratias agant*. ms. Colb. unus, *aut in bono nobiscum statim*. Alter, *aut in bonum statim Deo gratias agunt*.

[bb] Ms. unus, *salutis suæ nobis curam esse*.

[cc] Sic editio Lugd. Aliæ, *magis malle*. Ex Colb. mss. unus, *magis debemus eorum inimicitias, qui noluerint emendari contrahere*.

[dd] Ms. unus, *De justitiæ autem adhuc*.

[ee] Additur, *est*, ex mss. quatuor, aberat ab Editis.

[ff] Mss. duo, *constricti sunt. Aliquos*, &c. Ita & Lugd. Alter, *constricti sunt. Alii quos*. ms. alius, *constricti sunt. Alii sunt quos*.

[a] ad hoc aliqua erogant, ut hic majora recipiant; & quidquid eis velut pauperum [b] pastoribus datum fuerit [c] erogandum, esurientibus illis pro quibus sustentandis accipiunt, totum, aut prope totum quod acceperint, in suas voluptates expendunt: &, quod est deterius, inter munificos ac misericordes haberi, vel etiam præ illis prædicari turpiter concupiscunt. Ab his omnibus, & horum similibus, longe diversi sunt [d] illi, qui non se in operibus suis, sed Deum cupiunt prædicari: quos ad opus bonum spes futuræ remunerationis adducit; & ipsum solum volunt habere sui operis testem, a quo se recepturos credunt tota fidei firmitate mercedem.

CAPUT XXV.

De differentia amorum, & quantum ab eis differat perfecta dilectio.

ITaque jam de charitate, unde plura in hoc libro supra disserui, quia locutus exigit, hic quoque pauca perstringam. Taceo de carnali amore, qui incipiens a conjugio, manat in filios: quia talem amorem cum pecoribus habemus, bestiisque communem. Propinquorum [e] etiam prætereo: quia & ipse adhuc ad carnem pertinere videtur, & sanguinem. Nec de illo aliquid dico, quo etsi amicos amamus, tamen etiam [f] ipse refertur ad aliquod commodum temporale. Non quod hi amores honesti non sint, cum sint omnibus naturales; sed quod his omnibus [g] sit ille incomparabili diversitate præstantior, quo Deum gratis diligimus, & amicum. Ceterum qui amicum propter commodum quodlibet amat, non amicum convincitur amare, sed commodum. Et utique qui aliquem propter rem temporalem quamlibet amaverit, cum res ipsa [h] ut pote temporalis defierit esse, amare cessabit. Qui autem diligit propter Deum, sicut Deus æternus [i] est, ita in æternum ipsa amici dilectio permanebit. Et ideo Deus, [k] quo nihil est majus aut melius propter quod diligatur, propter seipsum perfecte diligitur. Si vero saltem propter [l] illa quæ præstat, amatur; non utique gratis amatur: quia jam illud propter quod diligitur, ei, quod dictu quoque nefas est, antefertur. Ipse quippe est omnibus amatoribus suis vita beata, ac salus æterna, & regnum, gaudiumque perpetuum. Hæc accipient qui Deum diligunt: quia solus erit illis omnia, quando ipse fuerit in omnibus omnia.

S. Prosperi.

a Mss. Reg. unus, *propter hoc . . . ut hinc majora*. Alius, & Colb. unus, *ad hoc . . . ut majora*. Duo Colb. *ad hoc . . . ut hinc majora*.
b Ms. Camb. *patribus*.
c Ms. unus, *ad erogandum*.
d Ms. unus, *alii qui*.
e Mss. septem, *quoque*.
f Ms. unus, *etiam ipsi referuntur*.
g Mss. Colb. duo, *incomparabili necessitate*. Quorum unus, *dum gratis diligimus & amicos, & ceteros*.
h Mss. sex, *utpote temporalis*. Unus ex his, *ut puta*. Editi hic carent, *utpote*.
i Ms. unus caret substantivo, *est*.
k Ms. Colb. unus, *quia nihil est . . . majus aut melius, propter quid diligatur*. Colb. alter, & Lugd. cum Lovan. *quo nihil est . . . majus aut melius, propter quod diligatur*. ms. duo Reg. *propter quod diligitur, propter seipsum perfecte diligitur*. Editi, *propter quid diligitur;* alii, *diligatur? Propter seipsum perfecte diligitur*.

CAPUT XXVI.

Quid sit sua cuique tribuere.

QUapropter si in hac vita justitiam conamur implere, cujus justitiæ opus est proprium sua cuique tribuere, Deo nos, a quo sumus facti, reddamus: nec dominari nobis ea, quibus sumus naturaliter præpositi, permittamus. Dominetur vitiis ratio, subjiciatur corpus animo, animus Deo, & impleta est [m] hominis tota perfectio. Ac per hoc, & nos justitiæ facti participes, sua cuique tribuimus, si inferiora melioribus, & virtutibus carnalia oblectamenta subdamus: [n] & sicut viventia vita carentibus, sensibilia viventibus, intellectualia sensibilibus, immortalia mortalibus, ratiocinando præponimus: ita bene vivendo voluptuosis utilia, utilibus honesta, honestis sancta [o], sanctis perfecta omnia præseramus. Verumtamen nec corpus spiritui, nec appetitus obtemperare poterit rationi; nisi Deus qui ipsum spiritum creavit & corpus, delectatus cogitationibus nostris, requiescat in nobis: ac tamquam verus agricola in agro suo, [p] corde nostro proficiat: [q] ut quidquid in eo fides plantat, devotio rigat, ipse ad incrementum consummatæ maturitatis adducat: atque ita nobis voluntarie sibi subjectis desideria mala subjiciat, ut ex ipsis actibus nostris, qui sit habitator noster, & cujus in nobis [r] fiat voluntas, appareat

CAPUT XXVII.

Quod actualem vitam tres virtutes, id est, temperantia, fortitudo, justitiaque consummant: & prudentia, quæ est quarta virtus, menti cognitionem rerum latentium præstet.

HIc est ordo naturæ atque justitiæ, quem [s] qui tenere voluerit & observare, perfectionem vitæ actualis implebit. Cui actuali vitæ tres illæ virtutes (de quibus quæ dicenda [t] jussa sunt, Deo donante, dixi) proficiunt. Siquidem temperantia, & animi fortitudo, atque justitia spiritalis est actio sine qua nihil omnino valet illa quæ ad prudentiam videtur pertinere cognitio. Quia nihil nobis proderit implenda didicisse, nisi ea quæ didicimus, studeamus implere. Ergo vis [u] animi, quæ in appetitum rationemque dividitur, ad perfectionem bonæ actionis implendam, cognitionemque rerum latentium consequendam, his quatuor virtutibus, unde [x] etiam jam diu disservimus, adjuvatur. [y] Quarum tribus, temperantia scilicet, & animi fortitudine, atque justitia informatur ipse appetitus, ut actio fiat: prudentia vero rationem, quæ est acies mentis, illuminat: ut & ratio appetitum [z] guber-

l Ms. unus, *propter ipsa*.
m Mss. Colbert. unus, *omnis perfectio*. Alter, *& impleta erit in nobis tota perfectio*.
n Mss. quatuor Colb. *ut sicut*.
o Ms. Colb. unus, *sanctis & perfectis perfectiora præferamus*.
p Mss. septem, *in agro suo corde nostro*. Editi, *sic in corde nostro*.
q Mss. sex, *& quidquid*.
r Mss. tres, *sit voluntas*.
s Ms. unus, *si quis*.
t Mss. omnes, *visa sunt*. Unus ex his totum sic exhibet. *Quum actualem vitam tres illa virtutes . . . perficiunt*.
u Mss. duo, *vis animæ*.
x Mss. omnes, *unde ecce jam diu*.
y Mss. tres. *Quibus tribus*.
z Ms. unus, *juvet*. Hæc verba, *ut & ratio*, &c. desunt in Ms. uno.

bernet, & rationi appetitus obtemperet. Nam virtus omnis (sicut veteribus placet) tribus in rebus [a] fere versatur: quarum una est in perspiciendo, quid in [b] quaque re verum, sincerumque sit, quod prudentiæ munus est proprium, [c] de quo loco suo videbimus: altera, quæ animi perturbatos affectus, quos Græci dicunt πάθη [d] coercet ac temperat, ut omnes appetitiones, quas illi [e] ὁρμὰς vocant, rationi obedientes efficiat: tertia ut his quibus [f] congregamur, uti velimus [g] ad eorum salutis & nostræ plenitudinem capiendam. Quæ omnia ad reliquarum trium virtutum pertinere videntur officium: quibus temperantia & fortitudo plurimum valent in coercendis animi perturbationibus, ac frenandis, [h] quas perturbationes nonnulli passiones, alii ægritudines vocant. Quibus modificatis, & quadam temperantiæ ac fortitudinis lege compositis, omnes virtutes in homine suo creatori subjecto, sine ullis vitiorum contradictionibus regnant.

CAPUT XXVIII.

De sociali virtute: & quod non recte faciant, qui cum possint, nihil humanæ societati proficiunt.

1 JUstitia vero qua fiunt justi, qui eam fuerint operati, socialis quædam virtus accipitur eo quod ipsa beneficiis, [i] quæ aliis præstat, augetur. Quis enim non eo ipso proficit, quo proficere alium cupit? Quis non misericordem sibi Deum facit, qui misericors erga laborantes vel errantes extiterit? Aut quomodo non augebit in se omnia bona sua, [k] qui ea non solum non invidet habentibus, sed etiam non habentibus, in quantum potest divinitus inspiratus impertit? Ex quo videndum est, utrum juste faciant [l] illi, qui se removentes ab occupationibus cunctis, ac studiis spiritualibus offerentes, nihil humanæ societati proficiunt; & desideria sua commodis [m] omnium præferentes, utilitatem communem desideratæ vacationis electione contemnunt. Cum profecto laborantibus opem ferre nolle, cum [n] possis, & communi bono posthabito, otiosa quiete frui [o] velle, nihil habeat æquitatis. Cui æquitati qui serviunt, omnes omnium bono vivunt, [p] ac velut sibi invicem nati, salutem mutuam tuentur ac diligunt. Ac per hoc, contra justitiam faciunt hi, qui merito suæ conversationis vel eruditionis electi, otiosum studium fructuosæ utilitati regendæ multitudinis anteponunt; & cum [q] possint laboranti Ecclesiæ subvenire, operosæ administrationis laborem, fruendæ quietis contemplatione refugiunt.

2. Sed quoniam sunt multi, qui se impares tantæ sarcinæ norunt, tales juste se, etiam quæsiti, non offerunt; ne videantur non Ecclesiasticos labores velle suscipere, sed honores [r] ambire: cum dignitas Ecclesiastica nec ambienda sit, nec vitanda. Qui vero præesse & prodesse populis possunt, si quæsiti non fuerint, juste seipsos percipiendæ sapientiæ studiis tradunt. Verumtamen si & illi qui lucris per se proficientium crescunt, & isti qui in se ipsis sub Deo suo sapientiæ spiritalis perceptione proficiunt, in proposito suo permaneant; itineribus quidem diversis incedunt, sed ad unam patriam tendunt, & ad unum regnum disparibus [f] militantes officiis, Christo Rege omnium vocante, perveniunt. Quis enim nescit, quod sicut [t] otium studiosum ineffabilem suavitatem sapientiæ cælestis infundit a carnalibus otioso; ita spiritalis occupatio laborum sanctorum multiplices [u] afferat fructus humanæ societatis utilitatibus occupato? In ipsis quoque studiis spiritalibus quantum possint Ecclesiastici viri proficere, quis sufficienter enumeret: cum & inferiores docendo, seipsos exerceant, & conferendo cum æqualiter eruditis, cautiores in pluribus fiant; & ab eruditioribus audiendo, male sibi persuasa deponant, recta firmius teneant, occulta cognoscant; & confirmentur in eis, quorum [x] dubiis fluctuabant? Sed quoniam disputationis ordo deposcit ut etiam de prudentia, quæ principalis virtus quarta ponitur, pauca dicamus, de justitia sufficiant ista quæ diximus.

CAPUT XXIX.

Quod de prudentiæ ac sapientiæ fonte cognitionem omnium rerum bibant, qui percipiendæ scientiæ ferventer invigilant.

1 PRudentiam & sapientiam plerique in indagatione veri, & inventione constituunt, Credo propterea quod nec sapiens [y] rite dici possit, cui [z] prudentia; nec prudens, cui sapientia desit. Quapropter si nihil aliud prudentiæ ac sapientiæ munus accipitur, nisi inquisitio & comprehensio veritatis; qui veritatem prudenter quærere, & sapienter invenire [aa] potuerit, is prudens, is sapiens jure vocabitur, Hoc idcirco præmiserim, ut quidquid de prudentia fuerit disputatum, id totum etiam de sapientia dictum possit intelligi. Quia ita sibi hæ duæ virtutes implicatæ sunt & unitæ, [bb] & ita quælibet earum sine altera non po-

a Editi, *vere*. Mss. sex, *fere*.
b Mss. tres, *in quaque re*. Unus, *in unaquaque re*. Editi, *in qua re*.
c Ms. unus & Lugd. cum Lovan. *de qua*.
d Ms. unus, *vocant πάφη*. Alter, *dicunt pathos*.
e Ms. unus, *ormas dicunt*.
f Ms. unus, *congredimur*.
g Ms. unus, *ad eorum salutem nostræ plenitudine*. Alius, *ad eorum salutes, & nostram plenitudinem*.
h Ms. Colb. unus, *quas nonnulli passiones*, omissa voce hac, *perturbationes*. quæ legitur in aliis.
i Ms. unus, *augeatur*. Mss. duo, *quæ modo aliis præstat adjungitur*.
k Ms. unus, *quæ non solum*.
l Mss. duo, *aliqui se removentes*.
m Ms. unus, *commodis omnibus*.
n Ms. unus, *possit*. Alias, *possint*.
o Deest vox, *velle*, a Lugd.
p Ms. unus, *in hac velut*.
q Ms. unus, *cum possent*.
r Ms. unus, *sed ad honores*.
f Ms. unus, *militantium*.
t Ita Mss. omnes, at Editi, *otiosum studium*.
u Mss. duo, *affert*. quatuor, *afferet*.
x Mss. quatuor, *dubii*.
y Mss. tres, *recte*.
z Ms. quatuor, *deest, nec prudens cui sapientia deest*.
aa Mss. quatuor, *potuerit*. Editi cum aliis Mss. *poterit*.
bb Mss. tres, *ut ita quælibet . . . non possit*. Editi, *ut una quælibet earum sine altera non possit esse*.

potest esse; ut nec imprudens [a] sapientia, nec insipiens possit dici prudentia. Si ergo tota humanæ vitæ perfectio in actione & cognitione consistit; sicut [b] impleri actionem temperantiæ, ac fortitudinis, justitiæ consummatione probavimus; ita cognitionem rerum provenire consecutione prudentiæ comprobemus.

2. Cognitio rerum, quæ de prudentiæ [c] ac sapientiæ procedit fonte, [d] spiritale omnes a carnalibus vitiis defecatos illustrat; & ab omni delectatione noxiæ curiositatis aversos, desiderio contemplandæ [e] virtutis inflammat: ut humanarum rerum, divinarumque scientiam consecuti, prudentes ac sapientes veraciter fiant; prospiciant imminentia mala simul & caveant, nec putent ulla esse mala, nisi ea quæ malos [f] efficiant: nec eis ullæ perturbationes, velut ignaris earum, modestiæ aliquid, aut tranquillitatis excutiant: inter fallentia & solida bona discernant: nihil in hoc mundo casu aut injuste, sed omnia, Deo volente, [g] ac permittente, fieri prudenter accipiant; aliter intelligentes aut doceant sapienter, aut arguant: dolores varios ac diversas infirmitates quæ mortaliter viventes affligunt, non semper peccatis præcedentibus sequi; sed plerumque ex ipsa conditione mortalitatis [h] accidere corruptibiliter natis intelligant: & [i] scientes se non damnari adversis [k] præsentibus, sed probari: ex ipsa tolerantia passionum occasionem comparandæ sibi patientiæ viriliter agentes arripiant; nec ipsi aliis noceant, nec sibi [l] nocere permittant.

2. Tales Dominus in Evangelio fieri [m] præcepit, dicens: *Estote prudentes, sicut serpentes, & simplices sicut columbæ:* quia nec simplices circumvenire aliquos possunt, nec prudentes se circumveniri permituunt. Ceterum si in contractu quolibet, sive in colloquio, vel in alia quaque re, se decipi quisque non sinat, & alium tamen ipse decipiat; iste non habet prudentiam, quæ salutis magis quam perditionis est causa, sed simulat. Quoniam quidem [n] hoc virtus a vitio distat, quod illud corrumpit sana, hæc sanat vitii accessione corrupta: ac sic, aut omnibus [o] quibus potest, prodesse festinat veraciter prudens, ut ejus meritis omnium, qui per eum Deo acquiruntur, fructus accrescat: aut si cogitat de perditione cujuspiam, vel de casu pereuntis exultat; necesse est ut prius pereat ipse quam alium perdat, & ab ipso ea perditio, qua perire alium cupit, incipiat.

Matt. 10. 16.

CAPUT XXX.

Quod prudentes nec aliis noceant, nec sibi noceri permittant: & quod eis ibi sit sine admixtione alicujus erroris consummata prudentia, ubi erit sine ullo peccato vita perfecta.

1 HI P. ergo qui prudentiæ [q] participatione prudentes effecti, Deo suo non pedibus, sed sanctis moribus appropinquat; ex ea parte, qua sunt Dei dono prudentes, [r] nec suo perire possunt, nec alieno peccato: ex eo autem quod necdum ita est eorum perfecta prudentia, sicut in illa vita erit, ubi perfecte viventibus ullus error obrepere [s] omnino non poterit; etiam prudentes aliquoties peccatis fallentibus acquiescunt; non voluntate depravati, sed humano errore, ut homines, lapsi; nec adhuc tota prudentiæ ac sapientiæ [t] perceptione perfecti; sicut ibi erunt, ubi nec ignorare aliquid, nec peccare jam poterunt.

2. Hic vero, si potuisset a peccato recte factum perfecte discerni, [u] numquam ab occultis suis oraret ille mundari qui ait: *Ab occultis meis munda me, Domine, & ab alienis parce servo tuo.* Quibus verbis satis ostendit quod illi quoque, qui sancte per [x] donum Sancti Spiritus vivunt, tamen propter [y] aliquas infirmitates [z] humanas quas [aa] trahunt, sive scientes, sive nescientes, [bb] aliquoties aut suo peccato cedunt, aut alieno consentiunt. In hac [cc] igitur vita, ubi aut voluntate, aut errore, aut infirmitate peccatur; quicumque divinitus adjuti voluntate non peccant, utique irreprehensibiliter vivunt. Sed quia potest eos error, aut infirmitas peccatis involuere, ab illo se illuminari fideliter [dd] postulent & sanari, cui exultans ille clamabat in spiritu, dicens; *Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem* [ee] *timebo?* ut cum illuminatio, per donum [ff] prudentiæ ac sapientiæ collata detraxerit cæcitatem, & sanaverit per gratiam Dei salus [gg] refusa languorem; nunc mens illuminata divinitus & sanata, nec in eis quæ cavenda vel appetenda sunt, humano decipiatur errore, ut aut pro veris falsa defendat, aut pro falsis vera [hh] rejiciat; & sine ullo infirmitatis obstaculo bonum quod elegerit, implere prævaleat.

Psal. 18. 13.

Psal. 26. 1.

3. Sed alia est salus huius vitæ qua mortaliter vivitur, alia illius ubi mortale nostrum immorta-

a Mss. tres, *sapiens, nec insipiens possit dici prudens.*

b Ita Mss. Camb. Reg. duo, & Colb. unus. Colb. alter, *sicut impleri actionem temperantiæ, fortitudinis atque justitiæ consummatione.* Ms. alter ex Colb. *sicut in plerisque actionem temperantiæ ac forrtitudinis, atque justitiæ consummationem probavimus.* Editi, *sicut in plerisque actionem temperantiæ ac fortitudinis, atque justitiæ consummatione probavimus.*

c Sic Mss. septem, in quorum unico legitur hæc vox, *procedit:* in aliis autem, *quæ de prudentiæ fonte confertur.*

d Ms. Colb. unus, *spirituales a carnalibus.* Alius, *spiritales omnibus carnalibus vitiis*, &c. Colb. alter & Camb. *Carnales omnes a carnalibus vitiis defecatos illustrat, & spiritales omnes ab omni dilectione noxiæ curiositatis.* Unus ex Colbert. *vanæ curiositates.* Alius, *dilectione*, ut mox citati.

e Mss. tres, *veritatis.*

f Editi Duac. & Colon. *efficiunt.*

g Mss. duo, *vel permittente.*

h Mss. duo, *accedere.*

i Ms. Camb. *sciant.*

k Deest vox, *præsentibus*, in Ms. uno Colb.

l Mss. duo, *noceri.*

m Ms. unus, *præcipit.*

n Ms. Reg. unus, *hac virtus.*

o Ms. Colb. unus, *quibus potest prodesse, festine ac veraciter prodest, ut ei ex meritis omnium. quæ per eum Deo acquiruntur, fructus accrescat.* Ms. alter Colb. *festinat ut veraciter prudens.*

p Ms. Reg. unus, *si ergo qui.*

q Editi, *participes.*

r Ms. unus Colb. hic addit, *nec sua perpeti possunt, nec aliena peccata.*

s Mss. quatuor Colb. *omnino jam non poterit.*

t Ms. Camb. *perfectione.*

u Mss. tres, *numquam se ab occultis.*

x Editi, *secundum donum*, Mss. sex, *per donum.*

y Mss. sex, *reliquias.*

z Ms. unus, *humanæ vitæ.*

aa Ms. unus, *tribuunt.*

bb Alias, *aliquatenus.*

cc Ms. unus, *autem.*

dd Ms. unus, *postulant.*

ee Editi, *trepidabo.* Mss. sex, *timebo.*

ff Mss. duo, *scientiæ ac sapientiæ.*

gg Edit. Duac. & Colon. *infusa languorem.* ms. Colb. unus, *repulso languore.*

hh Ms. unus, *retineat.*

talitate donabitur; & aliter salvi facti sumus in spe, aliter salvi erimus in re. Hic ita salvi facti sumus, ut adhuc perire possimus; ibi quicumque salvus [a] fuerit, perire ultra non poterit: ac per hoc, scientia quæ cognitionem rerum nobis in hujus sæculi nocte viventibus præstet, plenitudini futuræ collata, pars scientiæ est credenda, non tota. Propter quod dicit sanctus [b] Apostolus: *Ex parte enim scimus, & ex parte prophetamus: cum autem venerit quod perfectum est, evacuabitur quod ex parte est.* [c] Hic evacuari asserit, consummari: quoniam quidem pars scientiæ [d] quæ est perficienda, perfectis non evacuanda est, sed implenda. Proinde ubi erit omnium fidelium catholicorum salus plena, corruptibilitas nulla, & immortalitas beata; ibi erit prudentiæ [e] ac sapientiæ perfectio vera, & rerum omnium cognitio tota, quando scientia ad perfectum fuerit partis evacuatione perducta.

1.Cor. 13. 9. & 10.

CAPUT XXXI.

De affectionibus quatuor: quod inter vitia numerari non debeant, si earum usus ex bona voluntate procedat.

1 VIdeamus nunc, quid diligentia disputationis inveniat etiam de quatuor affectionibus, quas vitia esse stultitia sapientium mundi hujus existimat. [f] Nam si timere, ac dolere, cupere, vel lætari omnino non possent nisi peccatores aut perditi; recte non affectus aliqui possent dici, sed morbi. At cum [g] tales animorum motus inveniantur in sanctis Apostolis & Prophetis; quis ita desipiat [h], ut eos vitia credat, ex quibus Deo placuerunt illi qui vitiis plus quam ceteri homines restiterunt? Itaque Paulus apostolus de timore sic loquitur: *Timeo autem ne sicut serpens seduxit Evam sua astutia, sic & vestri sensus corrumpantur a castitate, quæ est in Christo* [i]. Item de cupiditate fiducialiter dicit: *Cupio dissolvi, & esse cum Christo.* Sed & de tristitia, quam alii dolorem appellant, idem vas electionis & doctor gentium ait: *Quia tristitia magna mihi est, & continuus dolor cordi meo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.* [k] Sed & de lætitia ad Romanos scribens, cum dixisset, *Vestra* [l] *obedientia* [m] *in omnem locum divulgata est Gaudeo*, inquit, [n] *de vobis, sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices in malo.* Hunc timorem vel dolorem, hanc cupiditatem, hoc gaudium qui reprehendere voluerit, ipsum [o] reprehendit Apostolum, qui per tales affectiones non solum Deo placuit, sed etiam quosdam inter criminosos, quod essent [p] sine affectu, culpavit. Sed & Propheta, dicendo; *Lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi*; & ex persona Domini, *Sustinui qui* [q] *simul mecum constristaretur, & non fuit*: talem lætitiam, tristitiamque commendat. Cum vero alius dicit, *Timor Domini expellit peccatum*; &, *Concupiscentia sapientiæ perducit ad regnum*: non solum non reprehendit, sed etiam laudat spiritalis concupiscentiæ, [r] & divini timoris affectum.

Psal. 121. 1. Psal. 68. 21. Eccli. 1. 27 Sap. 6. 21.

2. Non ergo has affectiones habendo, sed eis male utendo delinquimus. Quia humanorum affectuum proprietas hominis indicat [s] Creatorem; qualitas, [t] bonam vel malam significat voluntatem: ac sic, motus hi qui in [u] hominibus affectiones sunt, iidem ipsi in bene utentibus virtutes, & in male viventibus passiones, sive perturbationes, aut, ut quidam volunt, ægritudines fiunt. Nec audiendi sunt Stoici, qui eas penitus [x] eradicari posse, & debere contendunt: quoniam omnino nullus est sensus, ubi timendi, vel dolendi, cupiendi, sive gaudendi nullus invenitur affectus. Denique quasi & ipsos pæniteret suæ sententiæ, excepta tristitia, quam cadere in sapientis animum negant, [y] reliquos affectus [z], nominibus immutatis, inesse sapientibus dicunt: cautionem pro timore, pro lætitia gaudium, & voluntatem pro cupiditate ponentes. Quasi sapiens non timeat, sed caveat; & velit, non cupiat; nec lætetur in hac vita, sed gaudeat. Non autem credunt ejus contristari animum, quod tristitia, quæ accidere solet ex [aa] commisso peccato, sapientem, quem putant nullum habere peccatum, stimulare non possit aliqua recordatione peccati. Quod esse vanissimum Dominus noster secundum carnem natus ostendit, qui & tristis fuit, & flevit: nec tamen ea tristitia qua tristis fuit, ei ex [bb] peccatis suis accessit, qui sine peccato conceptus & natus, non solum non peccavit, sed etiam peccare non potuit.

Matth. 26. 37. Luc. 19. 41. Joan. 11. 35.

3. Ut autem de suis quoque litteris istorum revincantur ineptiæ, qui putant sapientem contristari, vel dolere non posse, legant illud quod eorum „ doctissimus ait: Nam omnino non dolere, non „ sine magna mercede contingit immanitatis in animo, stuporis in corpore. De timore autem quem illi ponunt in malo, Scriptura nostra loquitur, dicens: *Timor Domini sanctus*, [cc] *permanens in sæculum sæculi*. Sed quod vere fatendum est, ab illo alio timore pœnali distinguitur, de quo dicit Apostolus: *Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras mittit timorem.* Quia ille peccare volentes deteret a malo, & invitos tenet in bono: iste autem de quo dicit Propheta, *Qui sine timore est, non potest justificari*, magis incremento [dd] charitatis augetur; & aliter quis timet, ne

Cicer. lib. 3. Tuscul. quæst. de indolentia. Psal. 18. 10. 1. Joan. 4. 18. Eccli. 1. 28.

a Editi, *fueris . . . poteris.*
b Mſ. unus, *sanctus Paulus apostolus.*
c Ita Mſſ. sex. mſ. alter, *Hic evacuari asserit, id est consummari.* Unus ex prædictis. *Hinc evacuari.* Editi, *Hic evacuari asserit, illic consummari*, ubi vox, *illic*, superflua videtur ex proxime sequentibus.
d Editio Lugd. sola, *pars scientiæ est perficienda, perfectaque non evacuanda est, sed implenda.*
e Editi, *ac scientiæ.* Mſſ. quatuor, *ac sapientiæ.* Mſſ. alii duo, *sapientiæ ac prudentiæ.*
f Mſſ. duo, *si enim . . . non possunt.* Unus, *possint.*
g Mſ. unus, *talis animorum motus inveniatur.*
h Mſ. unus, *aut vitia credat.*
i Mſs. tres. *Idem.*
k Mſſ. quatuor. *Nam & ad Romanos scribens, cum dixisset.*
l Mſſ. duo addunt hic, *autem.*
m Mſſ. duo, *in omni loco.*
n Mſſ. tres, *in vobis.* Unus, *sed tamen volo vos sapientes esse.*
o Mſ. unus, *reprehendat.*
p Mſ. Reg. unus, *sine affectione.* Edit. Lugd. *quod esset sine culpa, culpavit.*
q Mſ. unus, *qui simul contristaretur.* Alius, *qui mecum contristaretur.*
r Mſſ. duo *vel divini.*
s Alias, *creaturam*: melius, *naturam.*
t Mſs. quatuor, *bona vel mala.*
u Mſ. unus, *in omnibus*; nec male.
x Mſs. tres, *eradicare posse & debere.*
y Mſs. duo, *reliquos tres affectus.*
z Mſ. unus, *omnibus inesse sapientibus.*
aa Mſ. Colb. unus, *ex admisso peccato . . . possit aliqua recordatio peccati.* Alius, *non posse aliquam recordationem peccati.*
bb Mſ. unus, *ex peccato suo.*
cc Mſ. unus, *permanet.*
dd Editi, *veritatis.* Mſs. quinque, *charitatis.*

ne malum quo puniatur, incurrat; aliter, ne bonum quo delectatur, amittat. Non igitur omnis timor haberi debet in vitio, sed ille tantum, de quo scriptum est, *Quia timor pœnam habet*. Ceterum iste, de quo dicitur, *Timor Domini expellit peccatum*; &, *Qui sine timore est, non potest justificari*; &, *Timor Domini sanctus, permanens in sæculum sæculi*: non est inter vitia numerandus, sed potius intelligendus est vitiis inimicus. [a]

1. Joan. 4. 18.

a

4. Jam illud quod dicunt, Boni volunt, mali cupiunt; vel, Boni gaudent, mali, lætantur: quis sanæ mentis [b] admittat? immo quis sana mente non redarguat? Cum & Scriptura nostra hominem malæ voluntatis increpet dicens; *Noli velle mentiri omne mendacium*: & Tullius orator amplissimus cupiditatem ponat [c] in bono, ubi dicit; Cupio, patres conscripti, me esse clementem: & apud illos Virgilius gaudium vituperet, dicens:

b

Eccles. 7. 14.

Tull. lib. 1. invect. in Catil.

c

Virgil. l. 6. Æn. 732

Hinc metuunt, cupiuntque, dolent, gaudentque.

Item cum in malum malæ [d] mentis gaudia, & apud nos lætitia ponatur [e] in bonum, Propheta dicente: *Lætamini in Domino, & exultate justi?*

d

e

Ps. 31. 11.

5. Proinde omnes justi & tota morum sanctitate perfecti, sine aliqua Stoicorum distinctione superflua, timent & cavent, volunt & cupiunt, lætantur & gaudent, contristantur & dolent: sed interest [f] multum, quid timeant aut caveant, velint aut cupiant, unde lætentur aut gaudeant, contristentur aut doleant. Mettunt hereditatem regni cælestis amittere; cupiunt ad cælestem patriam pervenire; dolent tentati, gaudent de [g] tentationibus liberati: ac per hoc, recta mens [h] rectos habet affectus, perversa, perversos.

f

g

h

6. Sanctus Augustinus Episcopus, acer ingenio, suavis eloquio, sæcularis litteraturæ peritus, in Ecclesiasticis laboribus operosus, in quotidianis disputationibus clarus, in omni sua actione [i] compositus, in expositione [k] fidei nostræ catholicus, in quæstionibus absolvendis acutus, in revincendis hæreticis circumspectus, & [l] in explicandis Scripturis canonicis cautus; ipse ergo, quem in his libellis pro possibilitate secutus sum, hanc quæstionem; de qua agitur, hoc modo determinat, dicens. Hi motus, hi affectus de amore „ [m] boni, & de sancta charitate venientes, si „ vitia vocanda sunt, sinamus ut ea quæ [n] vere vitia sunt, virtutes vocentur. Sed cum „ rectam rationem [o] sequantur istæ affectiones, „ quando ut oportet, adhibentur; quis ea tunc „ [p] morbos, & vitiosas passiones audeat dicere? Quas affectiones ut ex mortalitatis conditione nobis inesse monstraret, & huic vitæ necessarias, non futuræ, post aliquanta idem Doctor adjungit, & dicit: Etiam cum rectas & secundum Deum [q] habemus has affectiones, hujus „ vitæ sunt, non illius quam futuram speramus.

i

k

l

Aug. lib. 14. de Civit. Dei cap. 9.

m

n

o

p

Ibidem.

q

CAPUT XXXII.

Quod hi affectus, sine quibus in hac vita recte non vivitur, in illa futura beatitudine non sint, quæ nec timorem habitura est, nec dolorem.

AC sic nisi ex conditione nostræ infirmitatis nobis inessent affectus isti, numquam plerumque dolendo, vel flendo eis [r] cederemus inviti. Sed idcirco eos huic necessarios vitæ sentimus, quia in hac mortalitate sine eis omnino recte non vivimus. Quando si non timeat quisque vel caveat, ne aut ipse quamdiu mortaliter [s] vivit, aut alius quem in Christo diligit, [t] a fide sua deficiat; si nec de suo, nec de proximi sui peccato contristetur, nec doleat, de profectu lætetur aut gaudeat, si nihil boni velit aut cupiat; non solum recte non vivit, sed etiam sensum ipsius humanitatis amittit. In illa autem vita beata, ad quam, consumpta omni corruptibilitate [u] ac mortalitate, [x] pervenient, quicumque ibi futuri sunt, [y] ubi nec fletus ullus potest, esse, nec gemitus: habebunt omnes sancti amorem perfectum timorem nullum, & gaudium sempiternum. Ibi [z] eis erit voluntas recta, cupiditas nulla: quoniam fruendo cælestibus bonis, ad quæ pervenire cupiebant, nihil eis deerit quod ulterius concupiscant, & in illa regione perpetuæ securitatis ac pacis perfecte beati, nec timoris stimulos passuri sunt, [aa] nec doloris. Sed timor ille, non quem charitas foras mittit, sed quem charitas nutrit, ideo fortassis in sæculum sæculi permanebit, quia in sæculum sæculi permanebunt illa, ad quæ timor ipse perduxerit.

r

s

t

u

x

y

z

aa

CAPUT XXXIII.

Qualiter virtutes quatuor, quæ dictæ sunt principales, aut in præsenti nos a peccato defendat, aut in æternum nobiscum sine ullo peccato permaneant.

1 PORRO illæ virtutes quatuor, de quibus pauca perstrinxi, [bb] etsi ibi erunt, longe tamen

bb

a Mss. unus. *Nam illud.* Alter, *Jam aliud.*

b Edit. Lugd. *admittit animo, quis*, &c.

c Mss. tres, *in bonum.*

d Edit. Lovan. *malæ gentis.* Lugd. *Item cum in malum malæ mentis gaudia apud nos & bonæ lætitia ponatur in bonum.* In ms. Regio desunt hæc, *cum in malum.* ms. Colb. unus, *Item malæ mentis gaudia*, Alter Colb. *Item sunt & mala mentis gaudia, & apud nos*, &c.

e Mss. duo, *in bono.* Unus ex his, *ponitur in bono.*

f Ms. unus, *malum quod timeant, bonum quod velint.*

g Ms. unus, *de tentatione.*

h Mss. quatuor, & Lugd. *rectos hos habet affectus.*

i Ms. unus, *comptus.* Duo, *compunctus.* Unus, *convictus.*

k Editi, *in expositione sua.* Deest *sua*, in Mss. quatuor, in quorum duobus habes, *fidei sanctæ.*

l Mss. tres, *in explanandis.* Unus, *in explorandis.*

m Ms. unus, *de amore bono.*

n Editi, *vera vitia.* ms. Reg. unus, *vero vitia sunt.*

o Mss. quatuor & Lugd. *sequuntur*: in quo, *ubi oporteat adhibentur.*

p Sic ms. unus Colb. & Lugd. editio: atque nova editio operum S. Augustini, tom. 10. Alii codices nostri, *morbidas seu vitiosas.* Ex Colb. unus, *quis eas morbo tunc suo vitiosas.*

q Mss. tres, *habeamus.*

r Sic mss. quinque. Unus, *concederemus.* Editi, *crederemus.* Deest, *vel flendo*, in ms. Colb. unico.

s Mss. duo, *non vivitur.*

t Particula, *a*, aberat ab Editis: habetur ex mss. quinque.

u Istud, *ac mortalitate*, abest a mss. quinque.

x Ms. unus, *pervenient.* Alii omnes, *perveniunt.*

y Ms. unus, *ibi nec.*

z Mss. quatuor carent hac voce, *eis.*

aa Ms. unus, *nec dolores.*

bb Mss. duo, *& ibi erunt.*

men alio modo quam in hac vita sunt, ubi contra vitia sine intermissione confligunt, & pro ipso ancipiti dubiæ [a] concertationis eventu, modo negligentes, qui sibi nolunt obedire, destituunt; modo ad alios, quibus displicent sua peccata, vel accedunt [b] Deo miserante, vel redeunt. Nam ibi etsi erit temperantia, non ut desideria mala vel vitia refrenet, [c] aut vincat; sed ut eos, quos hic ab [d] intemperantiæ impugnatione defendit, ibi perficiat: ut ex omni parte perfectis præmii sui beata [e] perceptio perfecte sufficiat.

2. Ibi [f] erit & animi fortitudo; non ut aliqua mala propulset, aut æquanimiter ferat, sed ut sine ullis malis beatos fortiter in æterno bono contineat. Ibi in omnibus perfectis erit perfecta justitia, non ut inter virtutes discernat & vitia, ubi nec ipsa erunt [g] jam corpora vitiosa; sed ut perfectis præmia tribuat sempiterna. Quod tunc fiet, quando omni concupiscentia carnali consumpta, nec adversus carnem spiritus, nec caro adversus spiritum concupiscet: sed animus Deo subjectus, cum carne sibi subjecta in pace sempiterna regnabit, & Creatori suo in æternum feliciter adhærebit. Jam prudentia, quæ hic quoque habetur clara, ubi in ænigmate quodam prudentes illuminat, qualis ibi erit, ubi [h] veritatem perfectis, quos hic ejus inquisitio delectabat, sine ullis figuris fallentibus demonstrabit: ut prudentiæ ac sapientiæ plenaria [i] perceptione divinitus illustrati, omnia illa, quæ hic perfecte cupiebant nosse, nec poterant, sine ullo impedimento corruptionis ac mortalitatis agnoscant: & non solum creaturarum omnium [k] rationes, sed etiam ipsam sui Creatoris eminentiam facie revelata conspiciant?

Gal. 5. 17.

CAPUT XXIV.

Ubi se de toto opere locutor excusat.

1 ITaque, si placet, hujus quoque libelli jam terminus fiat: ne amplius justo productus, non solum de [l] sui squallore, sed etiam de nimia prolixitate displiceat. Hoc sane [m] omnes, qui hæc [n] forte lecturi sunt, contestor, & obsecro, ut quidquid in rebus ipsis, quæ utcumque digestæ sunt, [o] reprehensione dignum invenerint, vitio meæ rusticitatis ascribant, & mihi dignanter indulgeant: qui dum [p] studeo præceptum jubentis implere, etiam majora viribus meis præsumpsi suscipere. Ea autem, quæ secundum fidem catholicam dicta probaverint, deputent Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat: & pro his omnibus, [q] illi mecum gratias agant.

Jacob. 1. 5.

2. Ceterum de accuratione dictionis elucubratæ non satago; nec mihi [r] pudori est, si disputatio mea, quæ forte probatur in rebus, aliquos verborum inanium sectatores horrore incomptæ orationis offendat: quia quod ab homine doctore studendo non didici, id exhibere loquendo non potui. Et tamen cum sententiarum vivacitatem sermo ex industria cultus enervet [s] & totam vim dictorum splendor elaboratus evacuet; quis non judicet me [t] affectationem compositionis debuisse contemnere, etiam si eam potuissem, velut dicendi peritus, implere? Quapropter ea mihi visa est compositio satis ornata, quæ conceptiones animi cum necessaria quadam perspicuitate proferret, non quæ illecebris aurium deserviret. Ea est enim, nisi fallor, judicata latinitas, quæ breviter & aperte, observata dumtaxat usitatorum verborum proprietate, res intelligendas enunciat; non quæ [u] vernantis eloquii venustate atque amœnitate luxuriat: & prudentibus viris non placent phalerata, sed fortia: quando non res pro verbis, sed pro rebus enunciandis verba sunt instituta.

a Edit. Lugd. *conversationis.*
b Mss. duo, *Domino miserante.*
c Ms. unus, *ac vincat.* Alter, *ut vincat.*
d Ms. Camb. *ab intemperantiæ morbo impugnante.* Ms. Colb. unus, *ab intemperantiæ morbo impugnatione defendit.*
e Mss. duo, *perceptione.*
f Editi. *Ibi enim.* Mss. quinque, *Ibi erit.* Unus, *Ibi &.*
g Mss. duo, *nec ipsa erunt corpora.*
h Ms. Camb. *veritate perfectos.*
i Ms. Camb. *perfectione.*
k Editi, *rationem.* Mss. omnes, *rationes.*
l Ms. unus, *de suo squalore.*
m Mss. tres, *omnibus.*
n In uno Ms. deest, *forte.*
o Ita Ms. Colb. unus. Alii autem codices, *reprehensionis invenerint.*
p Ms. unus, *dum studui.*
q Deest, *illi*, in editis. Habetur in omnibus mss.
r Sic mss. Regius unus. Alius, *pudor est.* Editi, *pudoris est*, minus latine.
s Aberant hæc ad Edit. Colon. & Mss. Colb. quatuor.
t Mss. quinque, *affectionem.*
u Ms. Camb. *versuta.* Ms. Reg. unus, *versutis.* Alter, *versatis eloquio*, &c.

AD-

ADMONITIO
IN LIBRUM DE PROMISSIONIBUS ET PRÆDICTIONIBUS DEI.

CASSIODORUS *in libro Inſtitut. divin. litter. capite primo, hortatur ut aſſidue & attente legantur libri tres, in quibus ſanctus Proſper omnes verbi divini auctoritates in centum quinquaginta tribus capitulis, ad inſtar centum quinquaginta trium piſcium, quos Evangelica retia de hujus ſæculi tempeſtuoſa profunditate traxerunt, complexus eſt. Quæ vix eſt ullus dubitandi locus ab eo dici de hocce opere, cui titulus eſt,* de Promiſſionibus & Prædictionibus Dei. *Hanc enim illius fuiſſe mentem, inde conjicitur, quod ipſemet, libri ejuſdem cap. 17. de Hiſtoricis Chriſtianis ſermonem perſequens, de Proſpero ita loquatur :* Sanctus quoque Proſper Chronica ab Adam ad Genſerici tempora, & urbis Romæ deprædationem uſque perduxit. *Quibus verbis hunc Proſperum qui Chronica ſcripſit, eumdem ſe exiſtimare ſatis innuit, quem tres libros totius divinæ auctoritatis elucubraſſe antea teſtatus erat : uterque enim ſanctus illi reputatur. At Chronica illa Caſſiodorum Proſperi noſtri opus intellexiſſe ex eo quiſque intelliget, quod Gennadius* Chronica ejuſdem nomine prætitulata *vidiſſe ſe teſtetur in Catalogo, ex quo ſua haud dubie mutuatus eſt Senator, qui jam citato capite, hujus operis lectionem impenſe commendat.* Cap. 84.

Hoc vero opus hodie in quinque partes, ut ab auctore exierat, diſtributum habetur. Ille autem ad centum quinquaginta tres illos piſces, quos Apoſtoli poſt Chriſti Reſurrectionem, uno retis jactu cepiſſe referuntur in Evangelio, alludens ; ſub centum quinquaginta tribus titulis (ut notavit Caſſiodorus) omnes Chriſti Domini promiſſiones, per totum Scripturæ ſacræ campum diffuſas, voluit contineri : quas ideo ille in unum collegit, ut eas vere a Chriſto fuiſſe impletas, aut imposterum certo certius implendas fore demonſtraret. Cum autem Promiſſiones illæ partim ante legem, partim ſub lege factæ, tandem tempore manifeſtatæ hominibus gratiæ, impletæ inveniantur ; non defuere qui hocce opus nomine libri ante legem, ſub lege, & ſub gratia *deſignarent. Caſſiodorus vero locum ex parte tertia petitum tamquam ſancti Proſperi dictum producit.* Joan. 21. 11. Caſſiod. Pſ. 11. p. 46. 2.

Doctiſſimus quoque Annalium Eccleſiaſticorum conditor ad annum æræ Chriſtianæ 444. *auctorem operis de Promiſſionibus & Prædictionibus Dei Proſperum eſſe ſcribit: atque ita illum longis itineribus per Italiam Africamque circumducit : tum illi nova bella contra Pelagianos attribuit, quæ omnia ex eodem fonte manant. In utriuſque ſupra memorati auctoris ſententiam multi, re maturius non examinata, toti deſcenderunt. Nec tamen facile definiam, an ex ſola utriuſque auctoritate recte concludi poſſit hujus operis auctori Proſperi nomen fuiſſe. Quæ conjectura a quibuſdam non improbata, ab aliis omnino refutatur. Hos inter Eminentiſſimus Cardinalis Noriſius, Hiſtoriæ Pelagianæ libro ſecundo, capite decimo-quarto, rem pro vero ſimili ſupponens, libri auctorem putat agnoſci poſſe ſanctum Proſperum Regienſem Epiſcopum, alium a Proſpero Aquitano, quem umquam Epiſcopali dignitate auctum fuiſſe non credit vir doctiſſimus.*

At vero de hac conjectura quidquid fuerit, ex ea illud ſaltem in res noſtras accederet, quod & ejus etiam auctoritate confirmari poſſet, Proſperum noſtrum librorum de quibus hic agitur, auctorem dici nullaetnus poſſe, ſed alterum iis eſſe neceſſario aſſignandum. Quæ res tam ex eruditorum criticorum judicio, quam ex librorum horum lectione & ſtili eorum guſtu non difficile evincitur. Nam, ut optime notarunt jam Philippus Labbeus in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, in Proſpero ; ac etiam accuratius ſupra dictus Henricus Noriſius, Hiſtoriæ Pelagianæ libro ſecundo cap. 14. vel ipſomet teſte auctore, non Aquitanus, ſed Africanus fuit : quippe qui præterquam quod inter multos hæreticos, de Donatiſtis præcipue, Maximianiſtiſque loquitur, Ticoniumque hominem inter Donatiſtas celebrem citat ; eventus quoque quoſdam ſingulares, qui in Africa contigerunt, ut teſtis eorum oculatus in medium adducit. Nam Carthagine degebat adoleſcens adhuc, cum ea in urbe ſanctus Pontifex

Aurelius templum illud Deæ Cæleſtis longe lateque diffamatum Chriſto vero cæleſti Regi dedicavit : quod ſatis indicat rem narrans, Parte tertia, Promiſſione 38. *ſubjungenſque ſtatim,* Ipſe tunc aderam cum ſociis & amicis. *Atque dum ſeſe, ut adoleſcentium ætas ſolet, impatiens circumquaque verteret, & dum ſingula curioſe cum amicis aſpiceret, mirum quoddam & incredibile ſe ingeſſit aſpectui, titulus videlicet æneis grandioribuſque litteris in fronte templi conſcriptus :* AURELIUS PONTIFEX DEDICAVIT. *Cum igitur templum Cæleſtis eodem ipſo aſſertore Africano, paucis poſt lineis, Deo conſecratum fuerit occaſione legis ab Honorio Theodoſii junioris filio latæ, qua templa omnia cum ſibi adjacentibus ſpatiis Eccleſiis contulit, ſimulque idolorum ſimulacra confringi indulſit ; ſupereſt ut hoc facinus contigerit poſt annum* 399. *quo datum hoc cum aliis iſtiuſmodi Edictum, vel talis facultas conceſſa, idque, ut obſervat, Paſchali ſolemnitate recurrente.*

De promiſſ. & prædict. dimid. tempor. c. 6

Eodem etiam Carthagini conſtituto, Aſpare VI. Conſule (ſi recta codicum cenſeri poſſit lectio,) contigit ſignum, ut ait, monſtruoſum diabolicumque, quod, *inquit,* quis illius patriæ civis ignorat ? *Hoc deinde fuſius narrat, de juvencula quadam Araba natione, quæ in pœnam aſpectus impudici, a dæmone arrepta, nihil cibi vel poculi per ſeptuaginta ferme dies trajicere valens, in monaſterio puellarum a Sacerdote collocata eſt, ubi per duas hebdomadas nihil cibi aut potus ſumens cum manſiſſet, die tandem quinto-decimo :* aſcendentem nobiſcum (*ait ille*) Sacerdote, ut matutinum ſacrificium illic offeretur, puellam Præpoſitus ad altare perduxit, *&c. Quibus verbis inſignis facti teſtem oculatum ſe prædicat, qui in Africæ metropoli tunc temporis degeret, & aliqua forte apud Clerum illum dignitate vel officio aliquo cohoneſtatus eſſet ; quod innuere videntur illa narrationis verba :* Aſcendente nobiſcum Sacerdote, *&c. Ibi ergo degebat Aſpare VI. Conſule, hoc eſt ad annum* 434. *quo contra Genſericum invaſorem acriter armis decertabatur. Proſper vero hoc eodem anno adverſus Maſſilienſes pertinacius in ſancti Auguſtini doctrinam tumultuantes calamum reſumens, Caſſiani illorum anteſignani ſcripta nervoſa reſponſione percellere tandem coactus fuerat.*

Ibidem.

Refert quoque ſe noviſſe cum Carthaginem advenit quidam ſub ſpecie Monachi, qui quædam ſigna curationum ſe operari jactabat circa ægros, quos oleo, neſcio cujus mortui eſſe infuſo, liniebat : qui tamen cum fraudem ſuam proditam cognovit, ſtatim ex illa urbe aufugit.

Si autem ſcriptor iſte anno circiter 400. *in adoleſcentia conſtitutus Carthaginem incoluit, & ibi ſedem adhuc fixam retinebat anno* 434. *difficile eum alium quam Carthaginenſem, vel ſaltem Africanum dixeris : multoque minus in tanto temporis intervallo eumdem, non mediocris nominis virum, Auguſtino tum in hac metropoli, tum ex Provinciæ Synodorum occaſione in his regionibus ſæpius diverſanti, de facie notum fuiſſe negaveris. At Proſper noſter & Aquitanus fuiſſe omnium hucuſque conſenſione perhibetur, & Hipponenſi Antiſtiti de facie ignotus ſuomet teſtimonio proditur. Nam ad eumdem ſcribens, ſic habet :* Ignotus quidem tibi facie, ſed jam aliquatenus, ſi reminiſcaris, animo ac ſermone compertus, &c. *Hinc patet eum qui hos libros,* de Promiſſionibus & Prædictionibus Dei *elucubravit, eſſe omnino diverſum a ſancto Proſpero Aquitano. Ne dicamus Gennadium in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, alioſve qui poſt ipſum Eccleſiaſticos Scriptores recenſuerunt, nuſquam eos tractatus Proſpero tribuiſſe.*

In Epiſtola ad Auguſt. in capite hujus voluminis, in ipſo epiſtolæ principio.

His omnibus teſtimoniis adde etiam non dubiam in ſtilo dicendique charactere diverſitatem inter auctorem iſtorum librorum, & Proſperum Aquitanum ; de qua quivis æquus rerum æſtimator facile judicabit. Auctoris quippe oratio humilis, jejuna, & ſimplex ; Proſperi loquendi genus abundans, dives viribus, & nervis valens, locupleſque ſententiis. Fruſtra vero quis dixerit exaratum hoc opus a Proſpero juniore : cum ſit hominis ætate provecti, ut ipſe auctor de ſe teſtatur, & ex multis locis conſtat. Scribebat autem regnante Valentiniano III. at, ut videtur, defuncta jam Placidia : & ſic poſt annum 450. *& ante* 455. *In multis Auguſtinum ſequitur, & identidem ipſum citat. Denique Lovanienſes Doctores, qui ſancti Proſperi opera typis mandari curarunt, fatentur hoc opus ſtilo & eruditioni ſancti Proſperi ſibi videri imparem, textumque in multis locis depravatum & mutilum. Cui nos vitio, in quantum licuit, ope manuſcripti Remigiano-Remenſis annorum* 800. *& veterum editionum mederi conati ſumus.*

Id autem nunc cum aliqua cura expendere non pigebit, unde tandem factum ſit,

ſtili

ut hic Prospero fœtus adscriptus, & inter ejus opera fuerit recensitus. Nam etsi ex stili similitudine non potuerit error prodire, cum tanta sit inter utrumque auctorem diversitas stili; ne quid etiam dicatur de loquendi formulis plane disparibus: non sic tamen lapsus occasio nasci nequivit ex affectuum studiorumque satis magna inter utrosque affinitate. Nam præterquam quod hic scriptor in Augustini lectione satis se versatum prodit, cujus adeoque verba & auctoritatem assumit in hoc opusculo, non secus ac Prosper in suis; id etiam ingenue fatendum est, Africanum istum in aliis multis Prosperi genium quasi sibi proposuisse sequendum & imitandum. Patet id primo ex prima operis linea, ubi toties laudatam a Prospero Pauli 1. *Corinth.* 3. ℣. 7. *sententiam*, Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, &c. *adducit & ipse præfationis initio: tumque* de agricultura cælestis & regalis patrimonii, *quam excoluerunt Apostoli, loquitur ad mentem omnino Prosperi, quem in istis frequentem fuisse facile animadvertitur. Sed & alia suppetunt hujus imitationis argumenta. Nam* 2. *tum in præfatione totius operis, tum in sequenti prologo, distributionis præscriptæ methodus Prosperianum genium aliquatenus spirat, quod vel ex hac loquendi formula satis elucescit:* Sub gratia manifesta, quæ occultis semper interfuit: *ubi* occultum manifesto *opponitur, ad eum modum quo sæpe sæpius in Prospero hæ voces sibi invicem correspondentes leguntur. Et paulo post sententia Augustiniana citatur ab illo, quam Prosper antea defloraſſe, & suis ex Augustino excerptis inseruisse reperitur.* 3. *In multis operæ titulis quædam assumuntur argumenta pertractanda, quæ Prosper ocoupaverat, immo & interdum illius verba depromuntur. Namque Prosperiana penitus est hæc phrasis parte* 1. *Præd.* 3. *ubi diaboli sententiam eos manere dicit, qui ejus faciunt voluntatem. Quæ frequenter in Prosperi nostri responsis adversus calumniatores Gallos usurpatur. Sed & alii consequenter tituli.*

Ex his igitur aliisque similibus, quæ facile in his libris reperientur, pronum est credere, sciolos quosdam hac argumentorum consonantia delusos, viri Augustinianæ doctrinæ studiosi, sed anonymi, fœtum non contemnendum, Aquitano ejusdem fideli discipulo & acerrimo vindici tribuere primum cœpisse, unde & in illius operum collectionem titulus ille, cum aliis similiter adulterinis tractatuum inscriptionibus irrepsit. Id certe proclivius est credere, quam alium Prosperum, eumque sanctitatis fama decoratum admittere, cujus nulla supereſt memoria, nullus in horum temporum monumentis apex reperiri perhibetur,

IN LIBRUM PROMISSIONUM ET PRÆDICTIONUM DEI.

INCERTI AUCTORIS.

PRÆFATIO.

1. Cor. 3. 7. PAulus Apostolus dicit: *Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus.* In hac igitur agricultura cælestis & regalis patrimonii, quam excoluerunt Apostoli, Patriarchæ, & Prophetæ, inter ceteros dominicos canes, ipse catellus dum limites circumeo; ex divinis Scripturis, duce gratia, centum quinquaginta tria capitula venando confeci: in quibus sunt promissiones Dei centum & tres: prædicta quinquaginta, distributa hoc modo. Populus ante legem promissiones quas credendo vidit, & videndo credidit, habuit, XIX. Quas credidit, & populo post se [a] videndas reliquit, VI. Prædicta quæ vidit, XII. Quæ credidit, III. Populus sub lege promissiones quas credendo vidit, & credidit, XVIII. Quam creditam post se videndam reliquit, unam. Prædicta quæ vidit, XIX. Quæ credidit II. Populus sub gratia Promissiones [b] habebat, XL. Quas ante nos vidit, XXXII. Nos quas vidimus, & videmus impleri, VII. Et unam, finis mundi, quam omnes credimus. Dimidium temporis, Prædicta quæ in fide sunt, XII. Quæ vidimus, II. Promissiones quæ in fide & in fine venturæ sunt, VI. Tredecim [c] etiam gloriæ Sanctorum in fide sunt: quia soli Sancti ea percipient [d] facta. Promissiones impletæ, LXXXIV. Implendæ XIX. Prædicta impleta, XXXV. Implenda XV. Quis igitur durus [e] adco & [f] ferrei ferreus sensus est qui dubitet impleri pauca, cum tot jam cernat impleta.

a Editiones Lugd. & Lovan. *videnda*. mſ. Remigianus, *videndo*.

b Mſ. Remigianus, *habet*, nec male. Editi omnes, *habebat*.

c Mſ. Remigianus, *autem*.

d Mſ. Remig. *Fratres promissiones implete*.

e Mſ. Remig. *adhuc*.

f Edit. Lugd. non habet hanc vocem, *ferrei*; sic & mſ. Remigianus.

CAPITA PRIMÆ PARTIS.

1. PROMISSIO: *Ex libris Geneseos creaturæ, est in Adam, & in Evam: Christum, est Ecclesiam.* [a]
2. PREDICTIO: *In mandato contempto duas sequi mortes.*
3. PRÆD. *Diaboli sententiam* [b] *eos manere, qui ejus fecerunt* [c] *voluntates.*
4. PRÆD. *In maledicto mulieris sequi originale peccatum.*
5. PRÆD. *In Adam omnibus posteris labor, sudor, & dolor.*
6. PRÆD. *In Cain & Abel duorum populorum, Christianorum & Judæorum.*
7. PRÆD. [d] *In diluvio, arcæ, quæ significavit Ecclesiam.*
8. PRÆD. *In tribus filiis Noe, gentes quas Christus Dominus sparsas invenit, collegit.*
9. PRÆD. *In Heber, gens Hebræa, quæ primatum Christiano populo tradidit.*
10. PROM. *In Abrahæ vocatione, terra viventium Christianorum populo futura.*
11. PROM. *In Abrahæ semine multiplicari ut stellas populum Christianum.*
12. PROM. *In sacerdotio Abrahæ, regale Ecclesiæ sacerdotium.*
13. PROM. *In nominis perfectione, qua in fide pater gentium est Abraham.*
14. PRÆD. *In circumcisione, qua corde circumciditur Christianus.*
15. PROM. *In Isaac nato, qui risus dicitur, quid* [e] *ostendat in Christo.*
16. PRÆD. *In Sodoma & Gomorrha, futuri judici* [f] *diem.*
17. PRÆD. *In Isaac immolando, Christi Passio.*
18. PROM. *In juratione Dei, qua semen ejus in Christo supra numerum extenditur.*
19. PRÆD. *Ex semore Abrahæ Christum hominem susceperunt.*
20. PROM. *In geminis Rebeccæ, populos duos, Christianos & Judæos.*
21. PROM. *In eosdem, quæ gesserint per figuram.*
22. PROM. *In Esau, ex cujus semine Job, & Christus in gentibus per fidem.*
23. PROM. *In Jacob, cui per visum Christus lapis angularis ostensus est.*
24. PROM. *In ipsius Jacob claudicatione, non credituros omnes Judæos.*
25. PROM. *In filiis Jacob, & in Joseph, qui gessit figuram Christi.*
26. PROM. *In eodem, qui ut Christus Dominus, missus est ad visitandat oves.*
27. PROM. *In eodem, in quo castitas patiendo* [g] *muneratur.*
28. PROM. *In eodem Joseph: quia Christi passio figuratur.*
29. PROM. *In eodem, Christus resurrectio est figurata.*
30. PROM. *In eodem, qui ut Christus Dominus suos dilexit inimicos.*
31. PROM. *In eodem figuratæ gratiæ.*
32. PROM. *Descensionis Jacob in Ægyptum, & Christi Domini in mundum.*
33. PROM. *In Moyse, qui personam habuit mediatoris Christi Domini.*
34. PRÆD. *In* [h] *eodem, qui ut Christus pacem intulit jurgantibus.*
35. PRÆD. *In eodem, qui ut Christus Dominus diabolum interfecit.*
36. PRÆD. *In eodem, cum flagris, ut Pharao, cæditur diabolus.*
37. PROM. *Paschæ figuratæ, transitus Christi ad Patrem.*
38. PROM. [i] *In baptismo, in mari Rubro.*
39. PROM. *Panis cælestis in manna, quod est Christus.*
40. PROM. *In signo crucis expugnare inimicos.*

a Mſ. Remigiano-Remensis totum sic habet: *Promissio creaturæ, quæ & in Adam & Evam, Christum & Ecclesiam significat.*
b Mſ. Remigianus, *in eos.*
c Mſ. Remig. *voluntatem.*
d Editi. *In diluvium*, mſ. & *arcam*. Edit. Lugd. Lovan. & Duac. *Arca.*
e Mſ. Remig. *ostenditur.*
f Mſ. Remig. *diei.*
g Edit. Colon. *numeratur.*
h Edit. Lugd. & Lov. *In eo.*
i Mſ. Remig. *Figurata in baptismo; utin mari rubro.*

DE PROMISSIONIBUS ET PRÆDICTIONIBUS DEI

INCERTI AUCTORIS LIBER

PARS PRIMA.

PROLOGUS.

1 OMnis fidei ratio ſpe dilectioneque concluditur. Etenim diligendo quiſque promiſſum quod credit, [a] fidem commodat, donec potiatur omni quod ſperat. Convictionem rerum, quæ non videntur eſſe fidem, Paulus Apoſtolus definiit: cujus diſpenſatione Creator omnium Deus, omnia ex nihilo formare dignatus eſt (ut Scriptura ſancta [b] loquitur) ex materia inviſa, ſumma mediis, & media imis libratione perpendens. Nam quædam inviſibilia viſibilibus præferens, rationalia irrationabilibus, & ſenſata inſenſibilibus, & viventia vitæ expertibus, in menſura, numero, & pondere cuncta diſpoſuit. Quibus pro modo ſubſiſtentibus rebus, rationale animal hominem terrenis præferens creaturis: & ſoli ad imaginem & ſimilitudinem ſuæ divinitatis condito [c] tribuit liberam voluntatem. Huic & legem dedit ſemper vivendi, ſi mandata ſervaret; [d] moriendi, ſi ſui Creatoris præcepta contemneret. Verum ſerpentina fraude [e] diabolus, ſuperbia qua ipſe cum ſociis ceciderat, homine decepto, dum ſe cum tota ſtirpe humani generis Adam per inobedientiam præcipitaret in mortem, Creatori præjudicium, bene condita natura, inferre non potuit. Mortem licet cauſa prævaricationis invenerit, vitæ tamen eſſentiam, in quantum eſt, nec in morte dimiſit. Immortalis quippe anima creata, in hoc ſtadio mundi labe [f] vitiata, corporis ſubverſa eluvie, flagitiorum gravata ponderibus, niſi ſanguine redempta fuerit Salvatoris, ablutaque ſpiritali unda, contagio inflicti vulneris carens, decorem collatæ gratiæ [g] inviolata fide ſervaverit, eam in æternam pœnam cum carne victuram Evangelica fides adnuntiat. Quæ bonis æternam vitam, malis æternam pœnam, ea auctoritate firmavit, qua omnia, quæ a principio mundi prædixit, implevit.

2. Verum ne longum procœmium hujus libri humanus ſteriliſque ſenſus extendat, quem in tres partes & dimidiam diſtributum, juvante illo cujus munere loquimur, divina teſtimonia collecta undique, conjunctaque ſupplebunt; ex omnibus divinis ſcripturis, quæ Prædicta, quæve ſint Promiſſiones Dei, ut occurrerint, per capitula decerpenda ſuſcepimus; ſignantes triſaria tempora ab exordio mundi uſque in finem, in diverſis populis conſiſtere, ante legem, ſub lege, ſub gratia manifeſta, quæ occultis ſignis ſemper interfuit. Quorum tripartita diviſio hæc eſt. A prima conditione primi hominis uſque ad Moyſen, ante legem eſt. A Moyſe, cui lex data eſt in monte Sina, uſque in adventum Salvatoris Domini noſtri Jeſu Chriſti, ſub lege eſt. Manifeſtato autem eo in carne, crucifixo, reſurgente, atque aſcendente in cælum, uſque nunc, & in finem mundi, cum illo ipſo brevi ſpatio [h] Antichriſti, tempus agitur gratiæ. Quibus tribus temporibus moderatione ſui Creator juſtiſſimus Deus ita jura promiſſaque ſua ordinavit; ut non omnia fidei tantum credenda committeret, ſed pleraque intuenda oculis commendaret; e quibus illa, quæ futura ſperabantur, ex his quæ videbantur, crederentur implenda. Singulis igitur prædictis temporibus ſingulas partes hujus libri, ut promiſimus, [i] conſignabimus, quæ promiſſa ſunt, quæve Chriſto & Eccleſiæ figuratæ exhibita: quæ credita relicta ſint, intuenda futuris, capitula per ordinem poſita demonſtrabunt.

Heb. 11.1.
Exod. 20.1 *& ſeqq.*
Geneſ. 1, 2. *Sap.* 11. 18
*Ibid.v.*21.
Gen. 1. 26. *Eccleſ.* 1. 16 *Gen.* 3. 1. *Rom.* 5. 12.
Matt. 25. *Joan.* 5. 29.
Sententia eſt apud Proſperum 214. in lib. ſent.

CAPUT PRIMUM.

PROMISSIO: [k] *Ex libro Geneſeos creaturæ, eſt in Adam, & in Evam; Chriſtum, & Eccleſiam.*

IN principio [l] fecit Deus cœlum & terram, mare, omniaque eorum; in cælo fulgentia, gradientia in terris, in aere volantia, natantia in aquis. Quibus perfectis, dixit Deus: *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram.* [m] Eoque formato ex limo terræ, *inſufflavit in faciem ejus ſpiritum vitæ, & factus eſt homo in animam viventem. Et dixit Deus: Non eſt bonum ſolum hominem eſſe: Faciamus ei adjutorium* [n] *ſimile illi, conſiliarium.* Et paulo poſt: *Immiſit Deus ſoporem in Adam, & obdormivit. Et ſumpſit unam de coſtis ejus,*

Geneſ. 1.
*Ibid.v.*26.
Gen. 2. 1.
*Ibid.v.*18.
v. 21.

a Mſ. Remig. *fide commendat.*
b Editi, *proloquitur.* mſ. Remig. *loquitur.*
c Mſ. Remig. *atribuit.*
d Mſ. Remig. *moriturum.*
e Sic Lugd. & mſ. Remig. Aliæ editiones, *diaboli.*
f Mſ. Remig. *vitiato.*
g Mſ. Remig. *inviolata fides.*
h Mſ. Remig. *ante iſtum.*
i Mſ. Remigiano Remenſis totum locum ſic præfert. *conſignavimus: quæ promiſſa ſint intuenda futuris, quæve Chriſto & Eccleſiæ figurate exhibita, quæ credita relicta ſint, capitula per ordinem poſita demonſtrabunt.*
k In Mſ. Remigiano titulus talis eſt: *Promiſſio ex libri Geneſeos, credita & viſa.*
l Edit. Colon. *creavit.*
m Mſ. Remig. *eumque formatum . . . inſufflavit, dictum eſt, in faciem.*
n Mſ. Remig, *ſimilem illi conſiliarium.*

ejus, & formavit eam in mulierem: & adduxit eam ad Adam, [a] ut videre quid eam vocaret. *Dixitque Adam: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea; hæc vocabitur,* [b] *Virago, quoniam de viro suo sumpta est. Propter hoc,* inquit, *relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Hoc [c] itaque factum esse, ut rem gereret & figuram, Apostolus Paulus testis est. Exponens quippe hunc locum in epistola ad Ephesios, ait: *Sacramentum hoc magnum est; ego autem dico in Christo & in Ecclesia.* Sacramentum igitur magnum quod promissum speravit Adam, sibi conjunctam vidit, quam credidit conjugem: nobis per fidem [d] vivorum signavit futuram Ecclesiam; matrem appellavit omnium vivorum; ea scilicet causa, qua ex latere Adæ dormientis formata Eva, ex latere Christi in cruce pendentis formandam, ut factum est, prævidit Ecclesiam, quæ vere est mater omnium vivorum. Hæc est enim illa *mulier, quæ custoditur per tempus & tempora,* [e] *& dimidium temporis a conspectu serpentis,* ut in Apocalypsi de Ecclesia dicitur.

v. 22. v. 23. v. 24. b c Ephes. 5. 32. d Gen. 3.20. e Apoc.12.14

CAPUT II.

PRÆDICTIO: [f] *In mandato contemto duas sequi mortes.*

PRædixit Deus Adæ & mulieri ejus mortem secuturam, si vetita tetigissent, dicens: *Ex omni ligno Paradisi edetis, de ligno autem dignoscentiæ boni & mali non edetis ex eo. Qua die autem ederitis, morte moriemini.* Præceptum autem, fallente diabolo, contemnentes, vetitum tetigerunt. Quod peccatum dum vit excusat per mulierem, mulier per serpentem, mortem prædictam non tantum sibi; quantum suis etiam posteris propinarunt. Hanc enim expendit omne simul genus humanum, aliam significans perpetuam mortem, cujus expers erit omnis qui mandata Christi servaverit: eum vero qui monita salutaria Domini nostri Jesu Christi [g] temnenda duxerit, sine ulla dubitatione suscipiet. *Beatus enim & sanctus* (ait Joannes apostolus) *qui habet partem in hac prima resurrectione,* [h] *in quo secunda mors non habet potestatem.* Et Dominus: *Qui audit,* [i] inquit, *verba mea, & credit ei qui me misit, habet vitam æternam; & in judicium non veniet, sed transiliet a morte ad vitam.*

Gen. 2.16. Gen. 3.6. Rom.5.14. Joan.8.51. g Apoc.20.6. h Joan.5.24. i

CAPUT III.

PRÆDICTIO: *Diaboli sententiam eos manere, qui fecerint ejus voluntates.*

In Genesi credita & visa.

SEquitur in serpentem diabolum prolata prædictaque sententia, in qua metuendum quidam reperitur, quod ei inter cetera dictum est: *Terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ.* Terrenis enim cupiditatibus inhiantes animæ, terræ similes comparantur, easque impias Propheta David in primo Psalmo designat, dicens; *Erunt tamquam pulvis, quem projicit ventus a facie terræ.* Et Jeremias Propheta: *Recedentes a te,* ait, *in terra scribentur.* Job etiam dicit: *Terra tradita est in manus impii.* Item David: *Memento Domine, quoniam terra sumus.* Se vero exui a terra, quam peccati merito serpens comedendam accepit, in alio Psalmo dicit; *Salva me de luto, ut non inhæream.* Item alibi: *Hæsit in terra venter noster: exsurge, Domine, auxiliare nobis, & redime nos propter nomen tuum.* Item alibi: *Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori.* propter quod, quotidie monendos nos per sacerdotes censuit divina clementia, cor sursum erigere; nosque profitemur habere ad Dominum: si tamen sponsio nostra firma sit, ut quod verbis proferimus, [k] jugi gratia factis etiam compleamus.

Gen.3.14. Jerem. 17. 13. Job.9.24. Ps.102.14. Ps.68.15. Is.43.25. Ps.139.9. k

CAPUT IV.

PREDICTIO: *In maledicto mulieris sequi originale peccatum.*

Prædictum peccatum originale. In Genesi credita & visa.

MUlieri autem dixit Deus: *Multiplicans multiplicabo* [l] *gemitus & dolores tuos: in tristitia paries filios.* Sic nasci trangressorum filios David Propheta confirmat: *In iniquitatibus* inquit, *conceptus sum,* [m] *& in peccatis in utero me aluit mater mea.* Salomon quoque paria testatur: *Grave,* ait, *jugum super filios Adam, a die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturæ in matrem omnium.* Item ipse: *Et ego natus accepi,* dicit, *communem aerem, & in similiter factam decidit terram, primam vocem similem omnibus emisi plorans, in involumentis nutritus sum & curis magis. Nemo enim ex Regibus aliud habuit nativitatis initium. Unus est enim omnibus introitus ad vitam, & similis exitus.* Et paulo post: *Semen enim erat maledictum ab initio.* Et Isaias: *Semen nequam,* ait, *filii scelesti, dereliquistis Dominum.* Job etiam dicit: *Nullus est immunis a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram.* Item ipse: *Nemo potest facere mundum de immundo conceptum semine, nisi tu qui solus mundus es.* Pro cujus expiatione maledicti seminis, immunditia parientis mulieris & infantis, sacrificia sunt legalia institutа, usque ad Christum regnantem: qui sui corporis oblato sacrificio, salvos facit pusillos cum magis. *Ipse enim salvum faciet populum suum,* dictum est, *a peccatis eorum.* Hæc tamen quæ prædicta sunt, ita cernuntur impleta, ut usque in finem mundi supplenda doceantur.

Gen. 3.16. l Ps.50.7. m Eccli.40.1. Sap.7.3. v. 4. v. 5. v. 6. Ibid.c.12. 11. Isai.1.4. Job.14.4. sec. LXX. Ibidem. sec. Vulg. Levit.cap. 12. Matt. 1. 21.

CA-

a Hæc non sunt pars textus sacri, in Vulgata, nec in Hebreo.

b Ms. Remig. *mulier.*

c Ms. Remig. *Hoc ita.*

d Ms. Remig. *virorum signavit futuram Ecclesiam matrem, propter quod eamdem mulierem suam Adam matrem appellavit omnium virorum. Hæc est enim,* &c. Omissis quæ intermedia leguntur in editis codicibus.

e Ms. Remig. *& dimidium tempus a conspectu serpentis.* Reliqua desunt.

f In Ms. Remig. titulus. *Prædixit Deus Adæ & mulieri ejus mortem secuturam, si vetita tetigissent* tum: a linea; *In Genesi credita & visa.* Deinde caput II. incipit: *Ex omni ligno,* &c.

g Ms. Remig *non tenenda.*

h Sic Ms. Remig. Editi veto, *in qua mors.*

i Hæc vox, *inquit,* legitur in Ms. Remigiano, non vero in editis.

k Ms. Remig. *adjuti gratia.*

l Ms. Remig. *gemitus tuos.*

m Sic Ms. Remig. Editi, *cum peccatis.*

CAPUT V.

PRÆDICTIO: *In Adam omnibus posteris labor, sudor, & dolor,*

Prædicta propagataque sententia. In Genesi credita & visa.

Gen. 3.17. & seq.

Dæ autem dixit Deus: Quoniam audisti vocem mulieris tuæ, [a] *plus quam me, & tetigisti de arbore, de qua sola præceperam tibi ne manducares ex ea, & manducasti: maledicta terra in operibus tuis, spinas & tribulos pariet tibi: in tristitia & gemitu edes pabulum agri tui, in sudore vultus tui manducabis panem tuum, donec revertaris in terram, de qua sumptus es: quoniam terra es & in terram ibis.* Hanc prædictam pœnam peccati, quam radix humani generis Adam pro sententia excepit, ac suis posteris tamquam ramis [b] transfudit, *per unum hominem*, dicit Apostolus, *peccatum* intrasse *in mundum, & ita in omnes homines* pertransisse, *in quo omnes peccaverunt*. Humus enim, quæ Creatoris imperio [c] fertilis, salubresque ex se herbas, sine ulla cultura homini ante produxit, post ærumnis sentibusque referta est; ut in sudore ac labore ex ea omnem hominem edere panem oporteat, donec recurrat in mortem. Non tantum prædicta audire ista meruimus, quam etiam probata expendere. Unde & David dicit: *Exibit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad vesperam*. Et iterum: *Labores manuum tuarum manducabis*. Apostolus quoque dicit: *Qui non vult operari, nec manducet*. Et Dominus usque in undecimam horam operarios mittit ad vineam.

Rom. 5.12.

Ps. 103 23
Ps. 127. 2.
2. Thess. 3. 10.
Matt. 20. 9

CAPUT VI.

PRÆDICTIO: *In Cain & Abel, duorum populorum, Christianorum & Judæorum.*

Prædictio figurata, duorum populorum scilicet. In Genesi credita & visa.

EX primis igitur hominibus mortalibus jam effectis, duo filii procreati sunt, ambo mortales, Cain major, minor Abel: pastor ovium unus, alius agricola. Hi dum terram incolunt laboribus jam obnoxiam judicio divinæ sententiæ, seque a propriis paternisque delictis expiare contendunt, ex primitiis frugum suarum sacrificia obtulerunt. Minoris Abel ex ovibus oblatum, acceptabile suscipitur sacrificium, repudiatur Cain, non recte divisa terræ particula. Invidia hinc nascitur: præsciaque divinitas futurorum, indicit patientiam furenti, diciturque ad Cain: *Peccasti, quiesce, ad te conversio ejus, & tu dominaberis ejus:* id est, ut peccato suo ipse dominaretur, nec fieret servus peccati, si præcipienti humilis obediret. Verum Cain contumax, suique impatiens, insiliit super Abel in campum, & occidit eum. Proh nefas! hæccine sunt, Cain, germanitatis fœdera? hæccinæ principia bonæ naturæ? hæccine bonæ indolis spes est, ut ante te norit pater homicidam quam filium? Sed his ausibus, facinus suum Cain multis [d] etiam vinculis connodavit. Effectus contemptor divini mandati, superbiæ caput, auctor invidiæ, princeps illatæ mortis, & primus in hominibus parricida.

Gen. 4.7.

2. Hic initia bellandi instituit, ut reus innoxium sanguinem [e] diffundat, livoris plenus gloriam [f] impetit alienam. Nam præclara hinc fulsere martyria, dum justi occiduntur ab impiis. Sed ut omne nobis quod actum est, proficere demonstraret divina providentia, fratrem a fratre requirit, [g] quem jam occisum noverat; negantem, [h] terra teste, convicit: *Vox*, inquit, *sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Cain figurasse Judaicum populum terrenis desideriis inhiantem, Abel Christum pastorem ovium, ab eo populo occisum, nullus jam ambigit Christianus, cujus sacrum sanguinem omnis nunc terra accipiens, [i] clamat: Amen (quod est, Verum:) ut neganti Judæo quod occiderit Christum, recte dicatur a Deo: *Vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra*. Pro Abel, quem occidit Cain, natus est Seth, ex quo per ordinem successionis venit Enoch: qui Deo dum placeret, translatus est ne gustaret mortem, Heliæ sociandus, ut duo testes idonei secundo Christi adventui præparentur, [k] in confutationem Antichristi, & in gloriam judicantis Filii Dei: de quibus suo loco testimonia proferemus.

Gen. 4.10.

Gen. 4. 25. Ibid. v. 18. 22. & 24. 4. Reg. 2.11

Apoc. 11.3

CAPUT VII.

PRÆDICTIO: *In diluvium arcæ, quæ significavit Ecclesiam.*

In Genesi credita & visa. Prædictum diluvium.

1 DUm filii Dei a proposito [l] desciscerent sanctitatis, Deus Noe justum sic admonuit: *Finis*, inquit, *universæ carnis venit coram me: repleta est enim terra iniquitate eorum, & ego disperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis quadratis, tricameratam, facies arcam, & bituminabis intrinsecus & extrinsecus; & sic facies eam. Trecentorum cubitorum erit longitudo arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo ipsius. Fenestram facies in arca, & in cubito consummabis eam. Ostium autem arcæ pones ex latere. Ecce adducam diluvium aquæ si per terram, & interficiam omnem carnem, in qua est spiritus vitæ, sub cælo*. Dum igitur fides commodat ac præparat mentem, creditque futurum quod sperat implendum, mysticæ jussioni & fabricæ obediens Noe, arcam, qua se cum mundis immundisque animalibus; ut præceptum fuerat, conderet, fabricavit: geometrica quippe mensura, quæ ut fertur, sexies tantum quam [m] nostra se extendit.

Gen. 6.13. & seq.

2. De

a Hæc verba, *plusquam me*, adduntur ex ms. Remig.
b Ms. Remig. *infudit*.
c Editi, *fertiles*. ms. Remig. *fertilis*.
d Ms. Remig. *multis ex vinculis*.
e Ms. Remig. *fundat*.
f Ms. Remig. *impetrat*: nec male, si referas ad mox sequentia: *præclara hinc fulsere martyria, dum*, &c.
g Ms. Remig. *qui jam occisum noverit*.
h Ms. Remig. *testante*.
i Ms. Remig. *clamat tamen quod verum, ut negante Judæo quod occiderat Christum*.
k Ms. Remig. *in confutatione Antichristi & in gloria*.
l Ms. Remig. *deficerent*.
m Edit. Lugd. *quam nostræ*. Ms. Remig. *geometricam quippe mensuram, quæ, ut fertur, sexies tantum quam nostra est extenditur*.

2. De his [a] autem adscriptis numeris, quantum divinis adjutus fuero, colligens pauca, architecti illius nostri Pauli apostoli sententiam introducam: qui illius arcæ figuratam fabricam, omnemque ejus spiritalem constructionem ad Ecclesiam sanctam referens, instar in ea crucis expressit. Ait enim in epistola ad Ephesios: *Flecto genua mea ad Patrem Domini nostri Jesu Christi: ut det vobis, secundum divitias gratiæ suæ, virtutem, habitare Christum per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati atque fundati, ut valeatis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit altitudo, latitudo, longitudo & profundum; scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi.* Quinque sententias [b] in quinque articulis dixit, ut pote is qui dixerat: *Volo quinque* [c] *verba mente mea in Ecclesia loqui.* Quinque ergo istæ sententiæ ad prædictæ arcæ mensuras pertinere hac ratione monstrantur. Quinarius enim numerus ex pari & impari constitutus, habet duo, & tria. Tria a trinitate; duo a duobus præceptis, quæ conjuncta quinarium formant. Huic additur unus, propter unitatem individuæ Trinitatis, & efficitur senarius perfectus, omni ex parte sibimet respondens, in primam, tertiam ac dimidiam. De quo numero multi jam dixere majores. Hi igitur quinarius & senarius conjuncti numeri, ac multiplicati in invicem, extenduntur ad prædictæ arcæ mensuras quinarias. Propter quod quinta die, excepto homine, universa quæ creata sunt [d] fecerit Deus: atque in quinque libris Moysi universa legis mandata conscripta sunt: & quod perficiendæ legis causa, quinta feria ad patibulum traditus fuerit ipse Salvator & Dominus. Senarius vero numerus hoc continet, quod sexta die formatus est homo: & sexta ætate sæculi ad redemptionem mundi hominem susceperit Verbum Dei: & sexta feria suspensus in cruce, nostrum omne pretium ex suo latere, tamquam per ostium arcæ, pretiosum sanguinem fuderit: ex quo columba Ecclesia tanto sanguine dotata processit. [e] Propter quod & corvus hæreticus exiens, humani cadaveris cupiditate naufragus, ad arcam Ecclesiam redire noluit. De quo intus posita munda animantia clamant: *Ex nobis exiit, sed non erat ex nobis: nam si ex nobis esset, mansisset utique nobiscum.* Hi igitur duo, ut dixi, numeri, quinarius & senarius, dum multiplicantur in invicem, supplent tricenarium. Quinquies enim seni, & sexies quini ductus numerus tricenarium [f] format. Et ipsi sunt triginta cubiti, qui in altitudine arcæ præcepti sunt construi, ad sublimem partem pertinentes spei: in qua caput eminus confixum est Crucifixi. Omnis enim spes in capite. Propter quod & ipsum caput nostrum triginta annorum dignatus est crucifigi. Rursum quinarius numerus in decalogo multiplicatus, propter decem præcepta legis. Decies enim quini, & quinquies deni numerus ductus, quinquaginta efficiunt. Et hi in latitudine arcæ ponuntur, qui ad charitatis spatia in cruce signantur, in qua manus infixæ sunt Crucifixi. Decem enim præcepta digito Dei [g] dicuntur esse conscripta, nosque ipsi manus nostras levare in sancta jubemur. Item quinarius & senarius numeri in quinquagenario multiplicati, arcæ longitudinem supplent. Quinquagies enim seni, & sexagies quinis trecentos efficiunt, qui nostræ arcæ [h] longitudini patientiæ adscribuntur, in qua corpus extensum est Crucifixi: cui dicitur, *Christus pro vobis passus est, relinquens vobis exemplum, ut sequamini vestigia ejus. Quoniam vetus homo noster simul cum illo affixus est cruci*: patientesque esse jubemur usque in [i] adventum Domini. Profundum vero crucis, diluvii magnitudinem significat, qua & illa & nostra arca portatur. Quoniam sunt judicia Dei (ut scriptum est) sicut abyssus multa.

3. Quod vero dictum est: *Tricameratam facios eam*: hanc fabricam prædictus architectus noster Paulus expressit: *Manet*, inquit, *fides, spes, charitatis, tria hæc.* Nam cum in prima ac secunda habitatione, bestiæ, pecora, serpentes, avesque in fide & spe manserint: in tertia Noe cum suis in charitate manens (quia *major horum omnium charitas*) diluvium formidare non potuit. *Qui enim manet in charitate, in Deo manet, & Deus in illo* [k] *permanet: quia Deus charitas est.* Feneſtram vero arcæ melius [l] accipimus respectum in salutem animarum, quæ sunt bitumine intrinsecus & extrinsecus sociatæ & colligatæ invicem in unitate Spiritus [m] sancti, & in vinculo pacis. In cubito dictum est consummari arcam: sic enim decuit [n] significare Ecclesiæ unitatem. Quoniam *finis legis Christus ad justitiam omni credenti*. Unde & ille dives in Evangelio, diluvium [o] hujus vitæ formidans, ait ipsi Domino rerum: *Magister bone, quid faciens vitam æternam consequar?* Et Dominus, prædictæ arcæ illi mensuras ostendens: *Præcepta*, inquit, *nosti*. Cumque ei plurima dixisset ex numero, ille [p] velut quadratus arcæ cupiens sociari; *Omnia hæc* [q] *mandata*, inquit, *feci: quid adhuc mihi superest?* Et Dominus perfectionem arcæ nostræ designans in uno cubito consistere: *Si vis*, inquit, *perfectus esse, vade, vende omnia quæ habes, da pauperibus, & veni sequerere me.* Quod cum ille facere nequivisset, quia omni ex parte quadratus non fuit, ad cubitum perfectionis [r] arcæ non meruit pertingere. *Abiit enim*, ut dictum est, *contristatus*.

4. Quod vero quadraginta diebus & quadraginta noctibus diluvium factum est super terram, non tantum præteriti in hoc numero, quantum etiam præsentis temporis animarum diluvium ostendit; quæ in scopulis sæculi, atque in gurgite flagitiorum, diversarumque [s] voluptatum naufragis fluctibus submerguntur. [t] Propter quæ evadenda qua-

a 1.Cor.3.10

b Ephes. 3. 14. & seq.

c 1.Cor.14. 19.

d

e Gen.8.8.

f

g Psal.133.2.

h

i 1.Pet.2.21 Rom.6.6.

k Jac.5.7.

l Psal.35.7.

m Gen.6.14.

n Ephes.4.3.

o 1.Joan.4. 16.

p 1.Cor.13. 13.

q Rom.10.4.

r Luc.18.18

s Ibid.v.20. v. 21.

t Matt. 19. 21.

u Ibid.v.22. Gen.7.17.

v Exod.4.18.

a Mſ. Remig. *tamen*.
b Mſ. Remig. *in quinque articulos dixit: ut puto hiſque*.
c Mſ. Remig. *verba mea in Eccleſiam loqui*.
d Mſ. Remig. *fecerat*: & paulo infra, *fuerat*: ubi editi, *fuerit*.
e Mſ. Remig. *Per quod*.
f Mſ. Remig. *facit*.
g Mſ. Remig. *docentur*.
h Mſ. Remig. *longitudine*.
i Hæc vox, *Domini*, habetur ex mſ. Remig.
k Mſ. Remig. *manet*.
l Mſ. Remig. *accepimus*.
m In Mſ. Remig. deeſt *Sancti*, juxta textum Apoſtoli, ad quem alludere videtur auctor.
n Mſ. Remig. *ſignificari Eccleſia in unitatem*: forte melius, *ſignificari Eccleſiæ unitatem*.
o Mſ. Remig. *hujus vitæ*. Editi, *hujuſmodi*.
p Mſ. Remig. *Ille vero velut quadratis*.
q Mſ. Remig. caret hac voce, *mandata*
r Mſ. Remig. addit. *noſtræ*.
ſ Editio Lugd. *voluntatum*.
t Editi, *propter quod*. Reliqua ſupplentur ex mſ. Remig.

quadraginta diebus Moyſes, quadraginta diebus
3. Reg. 19. 8. Helias, quadraginta diebus & ipſe Salvator jejunia conſecraſſe, hac tripartita ratione monſtrantur: tamquam prædictis tribus temporibus neceſſaria, ante legem, ſub lege, ſub gratia. Finis
Gen. 8. 13. igitur diluvii, ſexcenteſimo primo anno Noe terminatus, finem mundi ſignificat poſt ſex, ut dictum, ætates ſæculi, & breve Antichriſti ſpatium. Tot enim ætatibus etiam hominis longævi vita protenditur, donec ab infantia recurrat in ſenium. Nunc vero Eccleſia, * aut arca, velut munda & immunda animalia, bonos maloſque portare cognoſcitur, uſque in prædictum finem: de quo Dominus, & Salvator noſter in Evangelio teſtatus eſt, dicens; ſic futurum adventum ſuum quemadmodum fuit in diebus Noe, ſubito manducantibus ac bibentibus, ementibus & vendentibus. Credidit igitur Noe quæ prædicta vidit
a in arca. Credidit quæ [a] futura erat nobis præſentanda Eccleſia: nobiſcum ſperat, quæ erit ultimo judicio declaranda.

* *forte* ut. Mali quoque ſunt in Eccleſia.
Matt. 24. 37.

CAPUT VIII.

PRÆDICTIO: *In tribus filiis Noe, gentes, quas Chriſtus Dominus ſparſas invenit, collegit.*

Prædictæ gentes: [b] ex tribus filii Noe. In Geneſi creditum & viſum.
b

EX tribus igitur filius Noe, Sem, Cham, Japhet, totidemque nuribus ejus, mortalium fecunditas dum adcreviſſet; radix peccati ſuperbia, mundo pereunte diluvio, ipſa perire non potuit. Turris ſuperba a ſuperbis extruitur,
Gen. 11. 4. cujus caput cælum hactenus occuparet. Hujus cœpta a vero artifice Deo per confuſionem linguarum in irritum deducuntur: ſic enim ſcriptum eſt; *Ecce labium unum eſt omni terræ, &*
Ibid. v. 6. *hoc cœperunt facere*, [c] *& nunc non deficient ab*
c *eis omnia quæcumque aggreſſi ſunt facere.* Et dixit Deus, *Venite deſcendamus, & confundamus*
v. 7. *ibi linguas eorum.* Deus trinitas loquitur. Deſcendere vero Deum, eſt humanos actus inſpicere, vel eorum ſenſibus propinquare. Quæ [d]
d Ibid. v. 9. ut prædicta ſunt, mox impleta ſunt. Confuſæ quippe linguæ non tantum diſpoſita ſupplere nequiverunt, quantum etiam diſperſæ per orbem
e gentes quaſque ſuo [e] diſtinxere eloquio. Attamen Creatoris & judicis impleta cenſura; per humilem Chriſti gratiam, charitas uno ſub dog-
f mate congregavit, quæ ſuperba impietas [f] male
Philip. 2. 11. diſperſerat. *Omnis* ergo nunc in unum *lingua confiteatur, quod Dominus Jeſus Chriſtus*, qui eſt
Gen. 9. 21. turris fortitudinis, *in gloria eſt Dei Patris.* Quem inebriatum, ut Noe ex vinea, nudatumque in Paſſione, Cham filius irridens, in Canaam filio
Galat. 3. 13. maledictum excipiens, gentibus propinavit. Quod abſtulit Jeſus Dominus qui pro nobis factus eſt maledictum.

S. Proſperi.

a Mſ. Remig. *futura erant . . . nobiſcum. Speratque ad ultimum judicium declaranda.*

b Hæc addimus ex Mſ. Remig. in quo caput VIII. ſic incipit: *Iis nominibus Sem, Cham & Japhet, &c.* forte, *Iis hominibus.*

c Sequentia abſunt a mſ. Remig. & Edit. Lugd. uſque ad: *Et dixit Deus.*

d In mſ. Remig. *Quæ prædicta ſunt, mox & impleta ſunt.*

e Mſ. Remig. *creavere.*

f Additur, *male*, ex mſ. Remig.

g Hæc addimus ex fide mſ. Remig.

CAPUT IX.

PRÆDICTIO: *In Heber gens Hebræa, quem primatum Chriſtiano populo tradidit.*

Prædicta gens Hebræa, a quo exorta ſit, primatum habens in omnibus linguis. [g] In geneſi creditum & viſum.
g

INter ceteros quos linguarum confuſio per gentes diviſit, [h] unus Heber dictus eſt, in
h Gen. 11. 14. quo, ut fertur, Hebræa prima lingua reſedit, unde etiam Hebræa gens nomen accepit. Primam vero Hebræam eſſe linguam, myſticus ille titulus a Pilato conſcriptus oſtendit. Erat
i enim [i] is tribus linguis inſignitus, Hebræa, Græca, & Latina: quæ linguæ primatum fere
Joan. 19. 20 k in omnibus retinentes linguis, eidem Creatori [k] in titulo conſignatæ ſunt, eo ordine divino, quo prædicta ante quam fierent, Propheta Da-
Pſal. 58. 1. vid teſtatus eſt, dicens: *Tituli inſcriptionem ne*
Joan. 19. 19 *corrumpat.* Regem enim Judæorum crucifixum ille ſcripſerat Judex. Hunc ſua lingua [l] Hebræi
l dum legerent, quæ primo in loco poſita erat, poſtulantes mutandum, [m] divinitus actus Pilatus,
m *Quod ſcripſi*, inquit, *ſcripſi*: ut & tituli invio-
Ibid. v. 22. lata, ſicut promiſſum eſt, maneret integritas, & lingua Hebræa ſub teſtimonio in principalem locum, quem poſt amiſit, merito ſignaretur.
Gen. 11. 17 & ſeqq. Ex iſto igitur Heber currit progenies uſque ad Abraham, a quo, ut quidam dicunt, * Abræi,
* f. Abrahæi. ſicut ab Heber Hebræi appellati ſunt. Primitivum vero eſſe hunc populum, licet ipſe Do-
Exod. 4. 22 Deut 32. 8 minus atteſtetur, dicens, *Primitivus meus Iſrael;* in Deuteronomio libro plenius oſtenditur. *Cum*
Sec. LXX. *diſpartiretur Altiſſimus* (dictum eſt) *nationes, ſtatuit terminos gentium ſecundum numerum angelorum Dei. Et facta eſt portio ejus Jacob, ſeries hæreditatis ejus Iſrael.* Sed hic Jacob, qui appellatus eſt Iſrael, ex quo tramite veniat per ordinem recurramus, ut Abrahæ, cujus hic nepos eſt, promiſſa ſuppleantur.

CAPUT X.

PROMISSIO: *In Abrahæ vocatione, terra viventium Chriſtiano populo futura.*

Promiſſio facta & figurata. [n] In Geneſi credita & viſa.
n

EX ſemine igitur Sem filii Noe, natus eſt He-
Gen. 10. 29 ber, cujus fuit filius Phaleg, ſub quo diviGen. 11. 18 & ſeqq. ſæ ſunt linguæ. Phaleg genuit Reu: Reu genuit Seruch: Seruch genuit Nachor: Nachor genuit Thare: Thare genuit Abram, qui poſtea dictus eſt
o Abraham: cujus nepos fuit Jacob. Hunc [p] Abra-
o p ham apud Chaldæos genitum Scriptura teſtatur.
Gen. 11. 28 Rom. 4. 11. Ex qua gente vocatus, dum primus [q] crederet,
q

h Abeſt vox, *unus*, a mſ. Remig. & edit. Lugd. & Lov.

i Mſ. Remig. *bis tribus.*

k Mſ. Remig. *in titulum.*

l Editi, *Hebraici.*

m Mſ. Remig. *divinitus actus, Pilatus.*

n Supplentur hæc ope mſ. Remig. cui deeſt prior titulus.

o Ita legimus in mſ. Remig. Aberant vero hæc ab editis, *Abram. qui poſtea dictus eſt.*

p Mſ. Remig. *Abram.*

q Mſ. Remig. *crediderit.*

i pater

pater fidei, gratia vocantis, meruit appellari Chaldæi astronomiæ dediti, dum callide positiones siderum perscrutantur, multum errantes circa cultum religionemque divinam, Creatorem [a] omnium rerum minime perquirentes, *evanuerunt* ut Paulus dicit, *in cogitationibus suis, & obscuratum est in insipiens cor eorum*. E quibus Abraham non [b] callidæ creaturæ, sed calore divini cultus accensus, ab stultis & insipientibus Domini munere segregatus est. *Exi*, inquit ei Deus, *de terra tua & de cognatione tua, & veni in terram quamcumque tibi ostendero*. Ad præceptum vocantis, prima sede cognationeque relicta, per fidem credit quæ non vidit, donec videre mereatur omne quod credit. Exiens igitur de terra Chaldæorum habitavit Charræ, in qua omnibus [c] repletus est divitiis. Terræ quoque ipsius, in spe sui seminis futuram suscepit hæreditatem. Cum etiam ex anu [d] & sterili conjuge, vergens quoque ipse in senium, [e] per promissionem expectat heredem, hic nobis pater fidei ostendit, nec incolatus nostri longos exitus formidandos, & in Christo Domino semper sperandum; cujus per gratiam [f] terra viventium, sempiterna potiemur hereditate: de qua David Propheta dicit; *Credo videre bona Domini in terra viventium*.

Rom. 1. 21. Gen. 12. 3. Act. 7. 4. Psal. 26. 13.

CAPUT XI.

PROMISSIO: *In Abrahæ semine multiplicari, ut stellas, populum Christianum.*

Promissio multiplicandi seminis Abrahæ: In Genesi credita & visa.

Factus est sermo Domini ad Abraham per visum dicens: Noli timere Abraham, ego te protego, merces tua multa erit valde. Dixitque Abraham; Domine, quid dabis mihi? ego enim sum absque liberis, & filius præpositus [g] *domui meæ, hic Damascus Eliezer. Dixitque Abraham Quia non dedisti mihi semen, vernaculus meus mihi hæres erit. Statimque sermo Domini ad eum; Non erit hic heres tuus; sed qui egredietur de utero tuo, ipsum habebis heredem. Eduxitque eum foras, & ait illi: Suspice in cælum, & numera stellas, si poteris numerare eas. Et dixit: Sic erit semen tuum. Credidit autem Abraham Deo, & deputatum est ei ad justitiam*. Hæc Paulus [h] firmat Apostolus dicens: *Igitur fides*, ait, *ex auditu; auditus autem per verbum Christi*. Et Isaias ait: *Nisi credideritis, non intelligetis*. Fundamentum omnis rei futuræ, fides est: cujus culmen ædificii terras cælumque obtinuit in Christo Jesu, qui est ex semine Abrahæ.

Gen. 15. 1. & seqq. Rom. 10. 17. Isai. 7. 9. sec. LXX.

a Mss. Remig. *rerum omnium munimine*.
b Mss. Remig. *callide creatura*; sola editio Lugd. *non calidæ creaturæ*.
c Mss. Remig. *repletus divitiis, terræ quoque*.
d Mss. Remig. *& ex sterili*.
e Mss. Remig. *promissionis*.
f Mss. Remig. *terram viventium, sempiternam potiemur hereditatem*.

CAPUT XII.

PROMISSIO: *In sacerdotio Abrahæ, regale Ecclesiæ sacerdotium.*

Promissio qua Abraham, poscente Deo sacrificium, sacerdos ostenditur. [i] In Genesi credita, & visa.

1 SEcundo oraculo dixit Dominus ad Abraham: *Ego sum qui eduxi te de terra Chaldæorum, ut darem tibi terram istam, & possideres eam. At ille ait: Domine, unde scire possum quod possessurus sum eam. Et Dominus: Sume, inquit, vaccam triennem, & capram trimam, & arietem trimum, turturem quoque & columbam.* [k] *Qui tollens universa hæc, divisit ea per medium, & utrasque partes contra invicem posuit: aves autem non divisit. Descenderuntque volucres super cadavera divisa, & abegit eas Abraham. Cumque sol occumberet; sopor irruit super Abraham, & horror magnus & tenebrosus invasit eum. Dictumque est ad eum: Sciens prænosce, quod peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & subjicient eos servituti, & affligent annis quadringentis. Gentem autem cui servierint, judicabo ego; dicit Dominus. Post hæc egredientur cum magna substantia. Tu autem ibis ad patres tuos nutritus in senecta bona. Quarta autem generatione revertentur huc: necdum enim impletæ sunt iniquitates Amorrhæorum*. In hac promissione, & in hoc sacrificio tripartito, (quod in præsenti ita actum est, ut tamen alia futura signaret;) tria tempora quæ superius dicta sunt, in tribus his animalibus, spiritalis lector, agnosce: vaccam trimam, ante legem lascivientem plebem sine jugo legis: capram trimam, sub lege quam immolare debet plebs legem transgrediens, pro peccato: arietem trimum, sub gratia perfectum sacrificium, quod figurate pro filio idem offerens Abraham, arietem nostrum Christum triennem, tribus temporibus prædicatum, pro peccato populi ara crucis excepit. Quoniam *pro iniquitate populi*, ait Isaias, *ductus est ad mortem, & livore ejus omnes & sanati sumus*.

Gen. 15. 5. & seqq. k Vide Aug. lib. 16. de civit. Dei, cap. 24. Isai. 53. 5. & 8.

2. Quod vero hæc animalia contra invicem divisa posita sunt, divisiones & schismata, quæ sese invicem impugnarent, futura apostolus Paulus ostendit, dicens: *Oportet & hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis*. Nam & ante legem, ut hæreticorum, Cain repudiatum est sacrificium: & in lege, Chore, Dathan, & Abiron, dum hæresum schismatumque auctores, vivos terra voravit. Et sub gratia, multarum hæresum dogmata, & aves circa divisa cadavera mortuorum residentes, abiguntur a Paulo, cum dicit; *Divisus est Christus?* [l] *Numquid Paulus pro vobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis?* Præceptum est autem Abrahæ in illo sacrificio; ut turturem castum, & simplicem columbam non divideret. Quoniam spiritales filii casti, & simplices virgines, dum in charitate sacrificium illibatæ fidei offerunt, dividi omnino non possunt. Peregrinum vero esse in hac vita semen [m] eorum, qui Domino suo canunt, testatur David dicens: *Inquilinus sum & peregrinus, sicut omnes patres mei*. [n] Et ve-

1. Cor. 11. 19. Gen. 4. 5. Num. 16. 32. 1. Cor. 1. 13. l Psal. 38. 13. m n

g Mss. Remig. *domus meæ*.
h Editi Lovan. Duac. & Colon. *affirmat*.
i Hæc addita ex mss. Remig. in quo omittitur prior titulus.
k In mss. Remig. *Tollensque*.
l Mss. Remig. addit, *in vobis*.
m Mss. Remig. *Sanctorum*.
n Ita mss. Editi vero, *Ut vexati*.

vexari in Ægypto annis quadringentis, dum gemunt & dicunt ; *Heu me, quia peregrinatio mea elongata est*, satis in promptu est. Quarta vero generatione ad libertatem reverti ex hac Ægyptia servitute : nostra a peccato eruta libertas ostenditur, quæ tribus sæpe dictis expletis temporibus, [a] in quartam, quam regenerationem Dominus appellat, declarata per resurrectionem veram, omnis nostra libertas exurgat : impletis [b] peccatis Amorrhæorum, eorum scilicet qui non credunt Dei Evangelio. Quoniam *qui non credit*, ut Dominus dicit, *jam judicatus est*.

Ps. 119. 5.

a *Matt.* 19. 28.

b *Joan.* 3. 18.

CAPUT XIII.

PROMISSIO : *In nominis perfectione, qua in fide, pater gentium est Abraham.*

In Genesi credita & visa. Promissio figurata.

TErtio oraculo promissio divina, etiam in ejus nomine firmatus. [c] Abram ante vocatus, Abraham cum creator Dominus nuncupat, cujus nominis proprietas designatur : *Patrem*, inquit, *multarum gentium posui te* : ut hæc promissio, non ad solam progeniem carnis Abrahæ, ex qua populus Judaicus veniebat, crederetur pertinere. De qua gloriati in Evangelio [d] dixerunt : *Nos patrem habemus Abraham* : responsumque est ab eo, qui & vocabulum tale dederat & fidem : *Nolite*, inquit, *in hoc gloriari ; potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ* : ut esset Abraham in Christo pater multarum gentium per fidem : cum unius tantum gentis fuerit per generationem.

c

Gen. 17. 5.

d *Matt.* 3. 9. & *Luc.* 3. 8

Rom. 4. 18.

CAPUT XIV.

PRÆDICTIO : *In Circumcisione, qua corde circumciditur Christianus.*

Prædictio figurata.

HUic Abrahæ jam vocato per fidem, pactum quoddam circumcisionis indicitur, in signo veteris testamenti, quod ipse, suique posteri servare præcipiuntur : omnemque animam perituram de populo, quæ circumcisionem minime celebrasset. Quæritur fortasse, cur [e] placuerit Deo circumcidi omne dumtaxat masculinum, eorum qui se ad obediendum Deo voverant. Grandi autem sacramento res hæc acta est, quæ media & præterita tempora respiceret, ac futura. Nam primæ prævaricationis causa, [f] ea parte corporis serpentis veneno homo percussus ; ardore libidinis æstuans puduit ex his, quæ pudenda creata non erant ; eaque [g] operienda verecundia statuit, quæ fuerant inverecunde nudata. Idcirco creator & judex Deus, in ea parte corporis signum circumcisionis indixit, tempe-

Gen. 17. 10 & *seq.*

v. 14.

e

f

g

S. Prosperi.

a Mss. Remig. *in quarta.*
b Mss. Remig. *subpletis.*
c Mss Remig. *Abram ante vocitatus Abraham, creator Dominus voluit nuncupari : cujus.*
d Mss. Remig. *dixerant.*
e Mss. Remig. *placuerat.*
f Sic Mss. Remig. Editi omnes, *a parte.*
g Locum emendamus ex mss. Remig. alias, *parere verecundiæ statuit.*

rans morbum male conceptæ libinis ex copula [h] debita : ut per continentiæ bonum atque integritatis decus id repararet, quod fuerat vitiatum. Circumcisio quippe cordis, quæ in novo fulget testamento, in illo signo figurata est : quia *sunt spadones, qui se ipsos castraverunt propter regnum Dei*. Et filios Israel, incircumcisos corde, Deus increpat, & objurgat.

h

Matt. 19. 14.

Jerem. 9. 26.

CAPUT XV.

PROMISSIO : *In Isaac nato, qui risus dicitur, quid ostendat in Christo.*

Promissio figurata. [i] In Genesi credita & visa.

i

RUrsum eidem Abrahæ ad ilicem Mambræ in tribus viris divina majestas apparuit, proxime de filio suscipiendo ferens promissionem, ac supra dicta confirmans ; a quo etiam Sara uxor ejus inquiritur. Dixit enim Deus Abraham : *Ubi est Sara uxor tua ? Qui dixit ; In tabernaculo est. Dixitque illi Dominus : Revertar ad te hoc tempore opportune, & habebit Sara filium ? Audiens vero hæc Sara, cum esset in ostio tabernaculi post eum, risit intra seipsam dicens : Noudum factum mihi est usque in hoc tempus, & dominus meus senior est. At Dominus ad Abraham : Quare risit Sara intra seipsam dicens ; Ergo ego vere pariam quæ senui ? numquid nihil potest verbum Dei ? Rursumque confirmat ; Revertar igitur ad te opportune, & habebit Sara filium.* Timendo negat Sara risisse, quod riserit convincitur veritate. Quæ concipiens & pariens, appellatum est nomen ejus Isaac, quod interpretatur risus. Ob quam rem & ipsa Sara, cum jam parvulum portaret in manibus : *Risum*, inquit, *mihi fecit* [k] *Deus. Omnis enim qui audierit* senem & sterilem peperisse, *congratulabitur mihi in risu*. [l] Proles risus excipitur, [m] in qua benedictionem promissam omnium gentium suscepit Abraham. Gentes enim quæ Christo [n] per illum senem in carne venienti nunc credunt, [o] in risum a Judæis suum Salvatorem confitentur, eumque glorificantes, agnoscunt illius contumeliosam Passionem suam esse veram libertatem.

Gen 18. 1. & *seq.*

Ibid. v. 9. & *seq.*

Ibid v. 15.

Gen. 21. 2.

k

Ibid. v. 6.

l

m

n

o

CAPUT XVI.

PRÆDICTIO : *In Sodoma & Gomorrha futuri judicii diem.*

In Genesi credita & visa. Prædictio facta & figurata.

IMpiarum civitatum subversionem prædictam Sodomorum & Gomorrhæorum, eidem fideli famulo Abrahæ Dominus demonstravit dicens ; *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum multiplicatus est, & peccata eorum val-*

Gen. 18. 20 & *seq.*

h Ita mss. Remig. Editi, *debitum.*
i Suppletur ex mss. Remig. qui priori titulo mutilus legitur.
k Mss. Remig. *Dominus.*
l Mss. Remig. *Prolis risus.*
m Editi, *in quo.*
n Mss. Remig. *per illam feriem in carne venientem.*
o Forte una voce, *inrisum*, pro *irrisum.*

de [a] *nimia. Descendens*, inquit, *videbo si clamorem, qui venit ad me*, [b] *consummaverint: sin autem, ut sciam*. Descendit, ut hic dictum est, Deus: quia famulo gratissimo non celavit suum justum judicium, ac per quamdam pactionem, quam supplex humilisque intercessor acceperat, Deum cognoscens jure prædictas velle perdere civitates, ut irascentem mitigaret, hoc modo: *Ne perdas*, inquit, [c] *pariter justum cum impio. Et erit justus quomodo & injustus? Si fuerint quinquaginta justi in civitate, perdes illos? Non remittes* [d] *omnem locum causa illorum quinquaginta justorum?* [e] Cumque promisisset Deus non se perditurum, si quinquaginta justos in illis reperisset locis; ex eo loquendi sumpsit audaciam, pias precantis adhibens voces, limum pulveremque se se confitens, Dei sententiam, [f] a quinquaginta uno ad decem, mira serenitate suspendit. Quorum exiguum numerum minime reperiisse dicitur. Eruensque Loth cum uxore & duabus filiabus ejus, de populis & civitatibus quas cælesti igne consumpturus erat; eos, quos liberavit, admonuit non stare in tota regione illa, neve retro respicerent. Quæ uxor Loth præcepta contemnens retroque respiciens, statua salis effecta, suo exemplo fatuos condivit, in proposito sancto quo tendunt proficientes, noxia curiositate retro non debere respicere, nec posse evadere tales statura supplicia, hæc femina demonstravit, quæ quod evaserat, perdidit. Tales Dominus in Evangelio increpat dicens: *Remissius erit terræ Sodomorum in die judicii, quam vobis*. Quos vero Christi gratia liberat, admonet per Apostolum: *Exite de medio eorum, & separamini, dicit Dominus*. Item ipse: *Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus. Nemo enim in retro attendens, & ponens manum suam super ararum, aptus est regno Dei*. Cum Dominus diceret: *Mementote*, ait, *uxoris Loth*. Securi igitur diem judicii expectant, [g] quibus in cruce Domini gloriantibus, mundus eis crucifixus est, & ipsi mundo. Terruit enim Dominus corda fidelium, dicens, *Ut factum est in diebus Loth, ita futurum adventum filii hominis*; ne gravatos in crapulis & ebrietatibus eos subitaneus inveniat dies. De quo dicit Apostolus: *Quia dies Domini*, [h] *sicut fur in nocte, ita veniet*.

Ibid v. 23. & 24. c d e — *Ibid.v.*26. & 27. & *seq.* f — *Gen.*19 17 & *seq.* — *Luc.* 17. 32. — *Matth.*10. 15. & 11. 24. — 2. *Cor.* 6. — 17. *Philip.* 3. 13. — *Luc.*9. 62. — g — *Luc.*17. 32 — *Gal.*6. 14. — *Luc.* 17. 28. — *Luc.* 21. 34. — 1. *Thes.*5. 2. h

CAPUT XVII.

PRÆDICTIO: *In Isaac immolando, Christi Passio.*

i [i] Prædictio figurata. In Genesi credita & visa.

Gen. 22.1. 2. TEntavit Deus Abraham dicens. *Abraham, Abraham. Et dixit: Ecce ego. Et Dominus: Accipe filium tuum unigenitum, quem diligis, Isaac, & vade in terram excelsam, & offer ibi eum holocaustum super unum montium, quem tibi dixero*. Eum sibi jubet offerri holocaustum in quo semen Abrahæ ut stellas cæli multiplicari, & in eo gentes benedici, tot jam oraculis [k] divinitus ipse promiserat. Non tamen cunctatur pater in filio implere quæ jussa sunt; *sciens*, ut Paulus dicit, *quod etiam ex mortuis posset eum Dominus excitare*. [l] Sed ejus qui tentatur in filio, non tantum collatæ fidei virtus demonstratur, quantum etiam nobis imitanda proponitur: [m] & ut præcepti novi ex Evangelio maneret auctoritas; *Qui amat patrem aut matrem super me, non est me dignus, aut qui amat filium aut filiam plus quam me, non est me dignus*. Nam cum eum nec dum proli sciret idoneum, Deo tamen [n] jubenti ea intentione paruit Abraham, qua sciebat Deum nec immemorem promissionum suarum, & mysticum quoddam futuræ Passionis dominicæ geri sacramentum: illum scilicet respiciens diem nostræ redemptionis, de quo Dominus in Evangelio increpans Judæos dicit: *Abraham pater vester* [o] *concupivit videre diem meum; & vidit, & gavisus est*. Diem scilicet Passionis Filii Dei in suo filio figuratum vidit Abraham: quod unico filio non pepercit: quod velut ad aram crucis triduo cum insonti victima convolavit; quod patiens, ac sine voce, [p] similis agno coram tondente se, filius patri, ut percuteret, pia colla præbuit; quod se ligno quod portaverat ipse, suspendi Isaac non reluctatus est; quod aries cornibus in vepre detentus, spinis coronatum Christum ostendens, pro Isaac immolandus apparuit; quod ideo Isaac immolatus non est, quia resurrectio Filio Dei servata est. Hæc omnia credens Abraham videre meruit per figuram, quæ nos per gratiam impleta esse cognoscimus.

Ibid v. 23. & 24. — *Heb.*11.19 — *Matth.*10 37. *Luc.*14.26 — *Joan.*8.56. — k — l — m — n — o — p

CAPUT XVIII.

PRÆDICTIO: *In juratione Dei, qua semen ejus in Christo supra numerum extenditur.*

Promissio figurata Abrahæ. [q] In Genesi credita & visa.

PEr [r] *memetipsum juravi, dicit Dominus*, [s] *propter quod non pepercisti filio tuo dilectissimo propter me; benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut: arenam quæ est in littore maris. Et possidebit semen tuum civitates inimicorum suorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terræ, quia obedisti voci meæ*. Multiplicatum quidem semen Abrahæ, atque ad grandem numerum perveniisse, liber Numerorum ostendit: non tamen scimus esse innumerum. Promissio vero Dei ut stellas cæli, & ut arenam maris, quæ numerari nequeunt, continet: quam in Christo per fidem gentium, quarum pater est Abraham, benedictionem esse suppletam, & ipse rerum ordo demonstrat; simul & oracula Prophe-

*Gen.*22.16 & *seqq.* — r — s — q

a Sic Mſ. Remig. Editi, *invisa*.
b Mſ Remig. *consummabunt*.
c Mſ. Remig. addit vocem, *Domine*.
d Mſ. Remig. *omni loco causam illorum*.
e Mſ. Remig. *Cumque promittentis Dei sumpsisset audaciam, non se*.
f Ita omnino in Mſ. Remigiano. In editis vero: *pro quinquaginta justis, addens quadraginta quinque, mira celeritate suspendit*.
g Mſ. Remig. *qui in cruce Domini gloriantes, mundus eis*, &c.
h Mſ. Remig. *sicut fur, ita in nocte veniet*.
i Mſ. Remig. *Promissio*. idemque addit hæc: *In Genesi, &c.*
k Mſ. Remig. *divinitas ipsa*.
l Mſ. Remig. *sed ei qui tentatur in filio, non tanta conlata fidei virtus*.
m Mſ. Remig. *quibus præcepti novi ex Evangelio maneret auctoritas*.
n Mſ. Remig. *jubente*.
o Mſ. Remig. *cupivit*.
p Mſ. Remig. *similis agni, tundenti se Filius Patri*, &c.
q Additio hæc habetur ex Mſ. Remig. in quo desideratur anterior titulus.
r Editi, *Per me juravi*.
s Editi, *propterea*.

phetarum, quæ filios Abrahæ, non tantum ex semine carnis, sed fide vocari ad infinitum numerum, *Ps.71.17.* per David, ceteroſque teſtantur. *Benedicentur*, inquit, *in eo omnes tribus terræ. Omnes gentes* *Ibid.v.11.* *beatum dicent eum.* Item; *Adorabunt eum omnes Reges terræ: omnes gentes ſervient illi.* Et Iſaias. *Iſa.11.10.* *Erit radix Jeſſe, & qui exurget* [a] *regnare in gentibus, in eo gentes ſperabunt.* Apoſtolus quoque *Rom.15.* *12.* Paulus, fractos, ramos, Judæos dicit per incre- a *Ibid.v.19.* dulitatem, atque [b] in fide radicis Abrahæ gentes, *& 20.* ut oleaſtro, fuiſſe inſertas. Item ipſe: *Gentes au-* b *Rom.15 9.* *tem ſuper miſericordiam glorificare Deum:* miſeri- *Ezech.11.* cordia qua ablato, ut promiſit, corde lapideo, *19. & 36.* daret eis cor carneum. Lapides enim appellat, la- *26.* pideos deos colentes, cum dicit: [c] *Dico vobis,* c *Luc.19.48* *ſi hi tacuerint, lapides clamabunt.* Mirum in modum qui erant lapides, per gratiam facti filii clamant: *Matt.6.9.* *Pater noſter qui es in cœlis*: & qui erant *Exod.32.1* filii, effecti lapides dicunt; *Fac nobis deos, qui nos præcedant*; quia derelinquentes Deum vivum, ſervierunt Baal, & idolis gentium. Gentes e contrario, ſpretis idolis, ſecuti ſunt Deum vivum. d Quæ nos videmus impleri. [d] Illa ſcilicet [e] quæ e promiſſa ſunt in ſemine ſuo futuro per Chriſtum, quæ & credidit Abraham.

CAPUT XIX.

PRÆDICTIO: *Ex femore Abrahæ Chriſtum hominem ſuſcepturum.*

Prædictam carnem Chriſti ex femore Abrahæ venturam, ſequens myſtica actio oſtendit. In Geneſi credita & viſa.

f *Gen.24.2.* VOcat [f] Abraham præpoſitum domus ſuæ, & *3.* ait illi: *Pone manum tuam* [g] *ſub femore meo,* g *& jura per Deum cæli, quia non accipies uxorem filio meo, ex filiabus terræ hujus, cum quibus ego habito; ſed ex tribu mea accipies illi uxorem.* In femore Abrahæ Deum cæli fuiſſe, hic ordo oſtendit, quod Abraham genuit Iſaac; Iſaac Jacob; Jacob, duodecim Patriarchas; in quibus Judas, ex cujus tribu David: de quo per ſeriem generatio- *Joan.1. 3.* num, virgo Maria quæ peperit Chriſtum, qui eſt Deus cæli, quia per ipſum facta ſunt omnia.

CAPUT XX.

PROMISSIO: *In gemiuis Rebeccæ populos duos, Chriſtianos & Judæos.*

In Geneſi credita & viſa. Promiſſio facta & figurata.

h *Gen.25.21* CUm [h] idem Iſaac Rebeccam propinquam ſibi accepiſſet uxorem, eam ſentiens ſterilem, pro gignenda prole, Deum, qui multiplicem promiſerat, deprecatus eſt: ſtatimque ut [i] popoſcit, i accepit. Cum autem concepiſſet Rebecca; gemini geſtiebant in utero ejus. At illa [k] ægre ferens, k *Si ſic mihi futurum erat*, ait, *ut quid mihi hoc?* *Ibid.v.22* Abiit autem Iſaac cum ea interrogare Dominum, atque hujuſmodi reſponſum accepit: *Duo*; inquit, *Ibid.v.23.* *populi in utero tuo ſunt, & duæ plebes de ventre tuo* l *prodibunt: & populus populum ſuperabit, & major ſerviet minori.* Suſcepit duos promiſſos filios Iſaac, duoſque populos fide tantum futuros agnoſcens, quos illa myſtica actio nobis revelatos exhibuit. Eſau quippe, dum prior piloſus prodiret ex utero, minoris Jacob manus emiſſa poſt eum, *Ibid.v.25.* plantam ejus apprehendit: quod factum mirum magnumque viſum præbuit. Idem igitur Jacob [m] m minor lenis, in ipſa jam pueritia per cocturam *Ibid.v.30.* rubram lenticulæ majorem fratrem ſupplantans, *& ſeq.* abſtulit ejus primatus; nec vacuum eſſe potuit tanti myſterii ſacramentum. Lenis ille minor Jacob, lenem mitemque [n] ſignabat populum Chriſtianum, n ea lenitate præditum, qua innocuum gentilis furor crediderat [o] abſumendum. Hic igitur lenis po- o pulus per cocturam [p] rubram, Paſſionem ſcilicet p Chriſti ſanguine rubratam, edaci & ſævienti Judaico populo, cujus figuram geſtabat Eſau, qui etiam Edom dictus eſt, petenti voluntarie obtulit: ac primatus quos habuit ille, vendidit, iſte ſuſcepit. Judæus quod naſcendo habuit, per concupiſcentiam perdidit: Chriſtianus per gratiam, [q] q quod in natura non habuit, acquiſivit.

CAPUT XXI.

PROMISSIO: *In eoſdem, quæ geſſerint per figuram.*

In Geneſi credita & viſa. Promiſſio facta & figurata.

1 EA vero quæ in duobus iſtis geminis acta ſunt, quam mira, quam grandia, quam juxta promiſſiones Dei [r] ſacramentis omnia plena r ſint, breviter, ut juſtum fuerit, explicare contendam. Cæcatus Iſaac pater eorum exterioribus *Gen.27.1.* oculis, lumine vero interiore fulgente, promittit *& ſeq.* Eſau primitivo filio benedictionem, ſi deſideratas eſcas ex ſua venatione filius præpararet patri. Pergit ille implere quæ juſſa ſunt. Mater, quæ *Ibid.v.5.* audierat benedictionem majori promiſſam, divi- *& ſeq.* nitus acta, ut minori Jacob proveniat, prophetica arte compoſita myſticam [f] artem parat. Veſtem accepit primogeniti ſui, quæ erat apud illam f in domo, hac juniorem induit: ac ſuper brachia ejus, & nudam cervicem pelles hœdorum impoſuit: [t] aptavitque cum qui erat, ut poſſet intueri t quod non erat; tamquam jam nobis illum figuratum oſtenderet Chriſtum, qui accepit non carnem peccati, ſed *ſimilitudinem carnis peccati*. Legem *Rom.8.3.* quo-

a Mſ. Remig. *regere . . . in eum.*
b Mſ. Remig. *in fidem radices.*
c Mſ. Remig *cum dicit Judæis: Si vos tacueritis, lapides clamabunt.*
d Hæc duo verba: *Illa ſcilicet*, abſunt a mſ. Remig.
e Mſ. Remig. *quæ promiſſa in ſemine ſuo futura per Chriſtum credidit Abraham.*
f Mſ. Remig. *vocans.*
g Mſ. Remig *ſuper.*
h Mſ. Remig *Et idem . . . eamque ſentiens . . . Dominum, qui multiplicem*, &c.
i Mſ. Remig. *poſci. Concipiens namque Rebecca.*
k Ita mſ. Remig. Editi vero, *hæc referens.* Tum mſ. *Si ſic mihi incipiet fieri, ut quid.*
l Mſ. Remig. *prodient.*
m Editi hic & intra, *junior*, ubi mſ. Remig. habet *minor.*
n Mſ. Remig. *deſignavit.*
o Editi, *ab Eſau*, nullo recto ſenſu, ut videtur: at mſ. Remig. *ad ſumendum*, forte pro *abſumendum*, ut notat vox, *furor*, prævia.
p Vox, *rubrum*, eſt ex mſ. Remig.
q Mſ. Remig. *quam.*
r Mſ. Remig. addit, *Dei*, deeſt in editis.
f Mſ. Remig. *fraudem.*
t Mſ. Remig. *aptabatque eum . . . ut poſſe invenire*, forte pro *inveniri.*

quoque veteris testamenti, tamquam vestem primogeniti excipiens, non eam se solvere Dominus venisse dixerit; sed implere. Sic compositus minor filius, ille Jacob, qui fratri jam primatus abstulerat, usurpat insuper [a] & benedictionem, offerens patri paratas a matre escas, & dicit: *Pater. At ille: Quis es tu fili? Ego sum, inquit, primogenitus tuus Esau. Feci sicut locutus es mihi.* Cumque pater vocem filii minoris agnosceret, palpandum æstimans, [b] habitu membra majoris invenit. Turbatusque in filiis, factus est (ut ait quidam) gratus error parentibus. [c] Acceptis igitur epulis quas paraverat mater, filius offerebat: pater quas libenter accepit, hujusmodi benedictionem minori filio dedit. *Ecce*, inquit, *odor filii mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Det tibi*, inquit, *Deus a rore cæli & a fertilitate terræ multitudinem frumenti, vini, & olei: & serviant tibi gentes, & adorabunt te principes: & eris dominus fratris tui, [d] & adorabunt te filii patris tui: & qui te benedixerit, erit benedictus; & qui te maledixerit, erit maledictus.* Hæc omnia Christo Domino conveniunt, post ejus odorem benedictæ concurrunt omnes gentes.

Matt. 5. 17 — a Gen. 27. 18 — b Virgil. — c Ibid. v. 27. & seq.

2. Venit, peractis illis, & filius primogenitus Esau ex minoris gratia jam reprobus. Offert & ipse escas patri, & dicit: *Exurgat pater meus, & manducet de venatione filii sui, ut benedicat me anima tua.* Ad hæc pavefactus pater: *Et quis est*, inquit, *qui venatus est mihi, & intulit prius quam tu introires; & benedixi illum, & benedictus est?* Benedictus posterior populus Christianus, jam patri [e] dicit: *Dedisti lætitiam in corde meo: [f] a fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt.* Majori autem populo Judæo pater dicit: *Non accipiam de domo tua vitulos, neque de gregibus tuis hircos. Sacrificium enim laudis glorificabit me. Venit enim frater tuus cum dolo, & accepit benedictionem tuam.* Quia igitur Jacob Deus dilexit, Esau autem odio habuit: propterea suppleto tempore, sacrificiis Judeorum explosis; sacrificium mundum, ut prædictum est, offerri nomini ejus omnis nunc populus Christianus agnoscit, qui per gratiam Judæo & primatum & benedictionem abstulit. [g] De isto enim dictum est: *Eris dominus fratris tui.* Ceterum [h] in illis geminis non provenit. Minor enim & munera majori obtulit, & famulum [i] se esse professus, eum humilis adoravit; ut res, quæ tunc signata est per litteram, nobis nunc [k] manifestaretur in gratia.

Ibid. v. 31. & seq. — d — e — f Ps. 4. 7. 8. — Ps. 49. 9. & 23. — Gen. 27. 35 — Malac. 1. 3 — Rom. 9. 13. — Malach. 1. 11. — g Gen. 27. 29 — h Gen. 33. 3. — i — k

a Editi carent hic particula, &.
b Mss. Remig. *habitum majoris invenit.*
c Mss. Remig. *Satiatus igitur epulis, quas paraverat mater, filius offerens* (forte *offerebat*), *pater libenter accepit, hujusmodi benedictionem.*
d Mss. Remig. *fervient tibi.*
e Mss. Remig. *dixit.*
f Mss. Remig. *A tempore.*
g Mss. Remig. *Ad istum.*
h Mss. Remig. *illis*, sine *in.*

CAPUT XXII.

PROMISSIO. *In Esau, ex cujus semine Job, & Christus in gentibus per fidem.*

In Genesi credita & visa. Promissa præmia virtuti, & patientiæ.

EX semine Esau Idumæa gens, in qua inter ceteros duces, Job ille fortissimus athleta Dei enituit, in exemplum omnis patientiæ productus, ut agnonistico certamine principem totius militiæ diabolum superaret fultus auxilio Dei. Vir namque cum esset justus, ac sine querela Deo, eumque in confusione diaboli qualis esset, Deus ostendere dignaretur; *Animadvertisti*, inquit Deus diabolo, [l] *ad puerum meum Job? non enim est similis illi* [m] *quisquam in terris. Et diabolus; Numquid Job*, ait, *gratis colit Deum? Nonne tu benedixisti domum ejus, & pecora ejus multiplicasti? Sed mitte manum tuam, & tange* [n] *omnia quæ habet, & scies an in facie benedicat tibi. Ecce*, inquit Deus, [o] *omnia quæ habet in tuas manus do, sed ipsum cave ne tangas.* Fit grande certamen. Perfidus apostaticusque angelus, fidelem Dei famulum insectatur, atque, ut illi est plena a seipso procreata malitia, vastat, fugat, disperditque omnia innocentis [p] bona; & cum omni hereditate, omnem simul [q] consumpsit heredem. Tot tamen jaculis emissis, illæsus manet Job; cujus, ut militis Dei, uno ictu percutitur diabolus. *Nudus exii*, inquit, *de utero matris meæ, nudus revertar in terram. Dominus dedit, & Dominus abstulit: sicut Domino placuit, ita factum est. Sit nomen Domini benedictum.* Hoc superatus certamine, aliud majus inimicus indicit. *Mitte*, inquit Deo, *manum tuam, & tange carnes illius, & ossa, & scies an* [r] *in facie benedicat tibi.* Mitte manum tuam, nihil est aliud quam, Da potestatem. Hanc enim nec in porcis habuit diabolus, nisi ille dedisset, qui sub hac auctoritate & Job ei tradidit, ut præcepti non excederet modum. *Ecce*, inquit Deus *trado tibi illum; tantum animam illius custodi.* Quem percussum gravi vulnere, putrefacta totius corporis compagine, omnibus, artubus solutis, sanie profluente, ebullientibus vermibus, dum in corrupto corpore integer animus consisteret, sentiretque diabolus intrinsecus fortem, quem forinsecus debilem æstimabat; mulierem viro suo, illo articulo quam sibi necessariam dimiserat, armat, atque per uxorem fortissimum virum suo pulsat ex latere.

Gen. 36. 1. — Job. 1. 12. — Ibid. v. 8. & seq. — l — m — n — o — p — q — Ibid. v. 21. — Job. 2. 5. — c — Matt. 8. 32. — Job. 2. 6.

2. Cum & mulier venenata jacula, quæ ab inimico sumpserat, infunderet, ait inter cetera: *Dic aliquod verbum* [f] *in Dominum, & morere.* Statimque ille ruinam primi hominis recordatus, Evam novam, atque in illa illum inimicum qui præliabatur expugnans, ait: *Tamquam una ex insipientibus mulieribus locuta es. Si bona accepimus de manu Domimini, mala quare non tolera-*

f — Ibid. v. 9. — Ibid. v. 10.

i Mss. Remig. *se se professus.*
k Mss. Remig. *manifestetur gratia.*
l Mss. Remig. *in puero meo.*
m Mss. Remig. non habet, *quisquam.*
n Mss. Remig. *cuncta quæ habet.*
o Mss. Remig. *omnia quæcumque.*
p In Edit. antiquis deest hæc vox, *bona.*
q Mss. Remig. *concluſit.*
r Mss. Remig. *in faciem.*
s Editiones veteres, *in Domino.*

ramus ? His divinis jaculis[a] proſtratus inimicus, ſuperatuſque per gratiam, pio homini perverſus angelus ceſſit, & humilis patientiæ pietas omnem moleſtiam ſuperbiæ debellavit. Jam enim[b] per juſtum virum potentem tranſitura Chriſti veſtigia in gentes ſignabantur: de quibus David ex perſona ejus dicit: *In Idumæa extendam calciamentum meum*. Jacobus quoque Apoſtolus ad exemplum patientiæ credentium corda confirmans ait: *Patientiam Job audiſtis, & finem Domini vidiſtis, quia miſericors Dominus & miſerator eſt*. Dupla enim præmia Job victos accepit. Pugnantibus vero ſuis, & ſua gratia juvante vincentibus, centula[c] hic ſe daturum Dominus pollicetur, & vitam æternam in futuro ſæculo largiturum. Quod in[d] Valentiano Valentis fratre videmus impletum: qui dum pro Chriſto militiam tribunatus ſprevit, hujus mundi regnum adeptus eſt, & verus Chriſti confeſſor vitam adquiſivit æternam.

a
b
*Pſ.*107.10
*Jacob.*5.11.
c
Matt. 19. 29.
Marc. 10. 30.
d

CAPUT XXIII.

PROMISSIO, *In Jacob; cui per viſum Chriſtus, lapis angularis, oſtenſus eſt.*

Promiſſio figurata. In Geneſi credita & viſa.

Gen 28.10 *& ſeq.* JAcob quoque filius Iſaac, nepos Abrahæ, per quaſdam res ſecum mirabiliter geſtas accepit promiſſionem. Fugiens enim fratris inſidias, locum ei manſionis præbuit ſolis vergentis excurſus. Illic[e] lapidem capiti ſuppoſitum, talia ſibi revelata in ſomnio narrat. Scalam miræ granditatis, cujus caput cælum hactenus occuparet, oſtenſam: per quam Angeli Dei aſcendentes & deſcendentes erant, Dominum quoque incumbere in ipſam, ſibique dixiſſe: *Terram in qua dormis, tibi dabo eam & ſemini tuo poſt te*. Qui evigilans, in ſacramento lapidem quem ad caput habuit, eminus erigens, cumque liniens oleo, Chriſtum nobis lapidem angularem conſecravit: de quo Propheta dicit: *Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli*. Et Iſaias, *Ecce, inquit, pono in Sion lapidem angularem, electum, pretioſum; & qui crediderit in illum, non confundetur*. Hic lapis angularis Chriſtus Nathanaeli venienti ad ſe, ſomnium quod Jacob viderat, expoſuit; *Videbitis*, inquit, *cælos apertos, & angelos Dei aſcendentes & deſcendentes ad filium hominis. Qui* enim *deſcendit*, Chriſtus *ipſe eſt, & qui aſcendit ſuper omnes cælos, ut adimpleret omnia*. Scalam vero anguſtam viam ponens, quæ ducit ad vitam.

e
*Ibid.v.*13.
*Pſ.*117.22
*Iſa.*28.16.
*Joan.*1.51.
Epheſ. 4. 10.
*Matt.*7.14

CAPUT XXIV.

PROMISSIO: *In ipſius Jacob claudicatione, non credituros omnes Judæos.*

Promiſſio facta & figurata. In Geneſi credita & viſa.

IPſi quoque Jacob revertenti de Meſopotamia cum uxoribus, filiis, famuliſque ſuis, angelus in via occurrit; qui cum eo ſacratam luctam gerens,[f] & angelus ab homine ſuperari ſe paſſus eſt, victorque a victo exegit benedictionem. *Non te*, inquit, *dimittam niſi benedixeris me. Dixitque ei angelus; Quod tibi nomen eſt? At ille ait, Jacob. Jam*,[g] inquit; *non vocaberis Jacob, ſed erit, Iſrael nomen tuum; quia prævaluiſti cum Deo, & cum hominibus potens eris. Tetigitque angelus latitudinem femoris ejus, claudusque effectus eſt Jacob per omnes dies*. Claudicatio iſta, quæ ex femore ejus facta eſt, populum ipſum[h] Hebræum ſignificat claudicantem: quibus[i] ait Helias Propheta; *Quid claudicatis ambobus inguinibus? Si Deus eſt, ite poſt illum*. Et David dicit; *Filii alieni, inveteraverunt, & claudicaverunt a ſemitis ſuis*: quod[k] recto itinere ex illo populo, viam Chriſtum ſequi non voluit, claudicans per errores variis ſemitis aberravit; quem Videns Deum (quod Iſrael appellatur) per gratiam Chriſtianus populus apprehendit.

f
*Gen.*32.26 *& ſeq.*
g
h
i
*3.Reg.*18. 21.
Pſ. 17.46.
k
Gen. 3.28.

CAPUT XXV.

PROMISSIO: *In filiis Jacob, & in Joſeph, qui geſſit figuram Chriſti.*

Promiſſio facta & figurata. In Geneſi credita & viſa.

1 DUodecim filios, quos duodecim Patriarchas Scriptura teſtatur, ex ſuis feminis ſuſcepit Jacob. Non quod[l] liberet ſanctos viros plurimas habere mulieres, concupiſcentiæ ſcilicet cauſa, ſed quod gratia multiplicandæ prolis daret Deus licentiam,[m] qui & unam permiſit, & poſtea aliquando prohibuit. Nam cum in lege dixerit: *Maledictus homo qui non ſuſcitaverit ſemen in Iſrael*; per Salomonem autem prophetam huic licentiæ terminum dedit. *Tempus*, ait, *mittendi lapides, & tempus colligendi lapides. Tempus amplectendi, & tempus continendi ab amplexu*.[n] In his igitur duodecim Patriarchis Judas dictus eſt, ex quo Judæi, Joſeph & Benjamin germani, ex patre Jacob & ex matre Rachel: quorum actio[o] omnis Chriſtum ſonat, & Eccleſiam. Dictum eſt enim: *Jacob diligebat Joſeph*. Dicit & Deus de Filio; *Hic eſt Filius meus dilectus, in quo bene complacui. Fecit*, inquit, *Jacob Joſeph tunicam variam*.[p] Dicitur & huic noſtro Joſeph Chriſto: *Adſtitit regina a dextris tuis in veſtitu deaurato, circumamicta varietate*. Somniavit Joſeph ſomnium, narravitque fratribus ſuis. *Putabam nos*, ait, *ligare gremia in campo. Surrexit gremium meum & erectum eſt. Converſa autem gremia veſtra adoraverunt gremium meum*.

l
Gen. 35.
m
*Deut.*25.9
*Eccle.*3.5.
n
o
*Gen.*37.3.
*Matt.*3.17
*Gen.*37.3.
p
Pſ. 44.10.
*Gen.*37.5.

2. Hoc in Chriſto futurum, idem[q] Jacob oſtendit in benedictione, quam a patre acceperat Judas, dicente: *Adorabunt te filii patris tui*. Hi enim dicunt; *Venite, adoremus & proſternamus ei*, qui jam dicunt: *Pater noſter qui es in cælis*. Et ipſe in Evangelio; *Cum exaltatus fuero a terra, trahaam omnia*, ait, *ad me ipſum*. Rurſum alia ſacra-

q
Gen. 49.8.
Pſ. 94.6.
*Matt.*6.9.
*Joan.*12.32.
Gen. 37.9.

a Sic Mſ. Remig. At Editi: *proſtratus eſt inimicus, ſuperatuſque per gratiam, per hominem, perverſus angelus & humilis, &c.*
b Editio Lugd. & mſ. Remig. *per iſtum.*
c Mſ. Remig. *centuplicia.*
d Forte *Valentiniano*: mox mſ. Remig. *vidimus impletum.*
e Mſ. Remig. *ſuo illic . . . appoſitum.*
f Mſ. Remig. non habet particulam, *&.*
g Mſ. Remig. addit hic, *ultra quidem.*
h Mſ. Remig. *Hebræorum.*
i Mſ. Remig. non habet vocem, *ait.*
k Sic mſ. Remig. Editi. *Quod.* Tum mſ. *noluit.* Editi, *non voluit.*
l Mſ. Remig. *non quod liber & ſanctus vir*: forte, *liberet ſanctos viros plurimas habere*, &c. *ſed quod multiplicandæ proli daret Deus licentiam.*
m Mſ. Remig. *qui & tunc permiſit, & poſtea prohibuit.*
n Mſ. Remig. *His igitur inter duodecim Patriarchas.*
o Mſ. Remig. *omnem Chriſti ſonat Eccleſiam.*
p Mſ. Remig. *Dicetur.*
q Mſ. Remig. *idem Jacob in benedictione acceperat, dicente: Adorabunt.*

cramenta videt in somnio, & hæc suis fratribus indicavit. *Quasi sol*, inquit, *& luna & undecim stellæ adorabant me*. Dicitur & de nostro Joseph Christo Domino per prophetam: *Laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumen:* &; *Cæli enarrant gloriam Dei*. Et Habacuc: *Elevatus est*, inquit, *sol, & luna stetit in ordine suo*. Luna ex decedentibus mortalibus constans Ecclesia, postea quam sol Christus exaltatus est, resurgens ordine integro; hæc stetit in fide, fulgentibus stellis ei qui numerat eas. Discipulis enim suis, quorum [a] certus est numerus, ait, *Luceant opera vestra, sicut luminaria in mundo*.

Pſ. 148.3. *Pſ.* 18.1. *Habacuc.* 3. 11. *ſec. LXX.*

a *Matt.* 5.16 *Philip.* 2. 15.

CAPUT XXVI.

PROMISSIO: *In eodem, qui ut Christus Dominus missus est ad visitandas oves.*

In Genesi credita & visa. [b] Præfigurata promissio.

b

1 MIttitur Joseph a patre ad visitandos fratres, suos, & oves. Dicit & noster Joseph Christus Dominus, *Non sum missus nisi ad oves quæ periere domus Israel*. Dictum est: *Oderunt Josepb fratres ejus, propter somnia ejus*. Clamat & hic noster Joseph Christus de Judæis fratribus: *Quoniam odio habuerunt me gratis*. [c] Viso Joseph, fratres ejus dixere: *Ecce somniator ille venit: venite, occidamus illum, & videamus quæ erunt somnia ipsius*. Et apud Salomonem de nostro Joseph impios dixisse refertur: *Venite, occidamus justum, quoniam insuavis est nobis*. Et sequitur: *Promittit scientiam Dei se habere, & filium Dei se nominat. Videamus si sermones illius veri sunt, & tentemus* [d] *an succedant quæ ventura sunt illi*. Hæc quoque in Evangelio ipse confirmat de filio qui ad cultores vineæ missus est, quomodo dixerint: *Hic est heres: venite occidamus illum, & nostra erit hereditas*. Accipientes Joseph fratres ejus expoliaverunt [e] illum tunicam illam variam, & misere illum in lacum. Hoc & noster Joseph de sua Passione per Prophetam dicit: [f] *Projecere me*, inquit, *in lacum exteriorem, in tenebris & in umbra mortis*.

*Gen.*37.13 *Matt.* 15. 24. *Gen.*37.11. *Pſ.* 24.19. *Joan.*15.25 c *Gen.*37.19 *Sap.*2.12. *Ibid.*13.& *ſeq.* d *Matt.* 21. 38. *Geneſ.* 37. 23. 24. e f *Pſ.* 87.7.

2 Tunicam vero [g] expoliatam de super contetam Evangelica auctoritas narrat: quam etiam milites dividere noluerunt, unitatem Ecclesiæ firmantes, a cujus sorte excluduntur hæretici: quoniam sorte provenit, ut eam unus, id est, unitas possideret. *Accipientes*, inquit, *hœdum de capris fratres Joseph, inquinaverunt tunicam ejus sanguine*, quam patri sub falsa testatione [h] proserunt, quod bestia nequam comedisset illum. Tria illa genera sacrificiorum, quæ Abraham obtulit mutato ordine, omne suum tempus observat. Pro Isaac, aries: pro Joseph, hœdus ex capris: pro filio perdito redeunte ad patrem, [i] ex juvenco vitulus saginatus occiditur. *Venite*, inquit, unus ex fratribus, *venumdemus Joseph, & non occidamus illum*. Hoc & Judæi de Christo, quem venditum tradiderunt Pilato ad necem, dixerunt: *Nobis non licet interficere quemquam*. Et vendiderunt Joseph fratres ejus Ismaelitis negotiatoribus euntibus in Ægyptum [k] viginti aureis. Venditum autem nostrum Joseph Christum, Zacharias & Jeremias Prophetæ testantur. *Dederunt*, inquit, *pretium* [l] *adpretiati triginta aureos*. Quod etiam Judam a Judæis accepisse Evangelia narrant: ea ratione, qua distractus Christus a Judæis transiret ad gentes. Judas enim simul cum pretio & vitam perdidit: Judæi & pretium & Christum quem [m] comparaverant, amiserunt: gentes vero lucrum gratiæ possidendo possessæ sunt.

*Gen.*37.31 g *Pſ.*2.23. h i *Luc.*15.23 *Gen.*37.27 k *Joan.*18.31 *Gen.*37.28 k *Zach.* 11. 12. *Matt.*27. 9. *Matt.* 26 15. *Marc.* 14 11. *Luc.* 22.5 l m

CAPUT XXVII.

PRÆDICTIO: *In eodem, quo castitas patiendo muneratur.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata, qua afflictus non deseritur [n] Joseph.

n

1 ISmaelitæ vendiderunt Joseph in Ægypto cuidam præposito [o] cocorum Pharaonis. Nec hoc quidem vacat, quod dictum est. Præposito cocorum. [p] Coco enim illa rubra vestis Passionis Christi signatur, qua posterior populos Christianus, ut sæpe dictum est, primatum auferat populo qui semper vendere, nec novit Christum gratia comparare. Fuit dictum: *Dominus est Joseph:* & noster dicit; *Non sum solus, quia mecum est qui misit me Pater. Immisit uxor Domini ejus oculos in Joseph; & ait illi: Dormi mecum*. Cumque ille resisteret, gratiam quam apud suum dominum invenerat narrans, [q] & sancto timore Dei, quo plenus erat, metuens offendere, aliud opportunum tempus mulier auscultans, attraxit illum a vestimentis, dicens: *Veni, dormi mecum*. At ille relinquens vestimenta sua in manibus ejus, fugit & exiit foras. Cumque ejus dominus, suus maritus, advenisset: [r] (notum quid furens femina possit:) mentita est iniquitas sibi, falsa pro veris affir-

*Gen.*37.36 o *Gen.* 39.2. *Joan.*8.16. *Gen.*39.7. p q *Ibid.*v.12. r

a Mſ. Remig. *certus est numerus*: Editi, *nullus est*. Et infra, *in mundum*.

b Primus titulus non legitur in mſ. Remig. Secundus autem sic habet. *Per figuratam promissionem mittitur Joseph a patre, ad visitandos fratres & oves: In Genesi credita & visa*. Tum vero caput 26. incipit ab his verbis: *Dicit*, &c.

c Mſ. Remig. *Videntes fratres ejus, de Joseph dixerunt: Ecce.*

d Hæ duæ voces, *an succedant*, non leguntur in mſ. Remig.

e Vox, *illum*, habetur ex edit. Lugd. mſ. Remigiano, *expoliaverunt eum tunica illa varia, & miserunt illum*.

f Mſ. Remig. *projecerunt*.

g Mſ. Remig. *expoliatum de super textam*.

h Mſ. Remig. *proferrens*.

i Verba hæc, *ex juvenco*, absunt a mſ. Remig.

k Mſ. Remig. *triginta aureis*.

l Mſ. Remig. *appretiatum triginta argenteos*.

m Mſ. Remig. *comparaverunt*.

n Mſ. Remig. *justus*.

o Mſ. Remig. & Lugd. hic & paulo post, *coquorum*. Qui edit. Lovan. Duac. & posteriores curarunt, hic notant in margine, quod in hoc opere Prosper (quem illi hujus libri auctorem crediderunt) lectione LXX. Interpretum utatur. Quod observandum non solum de hocce loco, sed etiam de pluribus aliis, in quibus auctor scripturas aliter citat quam in Vulgata nostra legi consueverit.

p Edit. Lovan. Duac. & Colon. *Cocco enim*. Lugd. *Cocco enim*. mſ. Remig. *coctura illa rubra, & hic Passionis Christi signatur*.

q Mſ. Remig. *& spiritum timoris Dei*.

r Alludere videtur auctor ad hunc versum initio libri quinti Æneidos Virgilianæ:

Notumque furens quid femina possit.

affirmat, violentiam se dicit perpessam fuisse quam fecerat. O impudica mulier! Ardet amans, [a] vulnus alit venis, & cæco carpitur igni: amat, & persequitur: concupiscit, & sævit. Et quia ei ad stuprum non consentit, trucidandum cum statuit, quæritquæ perire quem [b] diligit. Hanc impudicam mulierem Ægyptiam impiæ idolatriæ merito comparaverim. Immisit enim & hæc oculos in Josephum nostrum; vidit speciosum forma præ filiis hominum, cumque ad illicitum consensum a vestimentis suis adstraxit.

2. Quæ sunt vestimenta nostri Joseph Christi, nisi sancti Martyres? de quibus per Isaiam prophetam suo corpori Ecclesiæ dicit: *Vivo ego, dicit dominus, quia omnibus illis vestieris.* Et in Canticis canticorum: *Quam rubicunda sunt tibi vestimenta?* Et Jacob benedictione prophetica: *Lavabit*, inquit, *in vino stolam suam, & vestem suam in sanguine uvæ.* Cum igitur adtrauntur Christiani, ut sacrificantes idolis in anima fornicentur, quid aliud quam in suis vestimentis Christus adtrahitur? Teneantur Christiani, dicit impia, impudicaque doctrina; aut consentiant, aut eis carceres, exilia, gladii, ignes, bestiæ ceteraque suplicia præparentur. In his noster Joseph Christus a vestimentis adtrahitur. Cum vero suis dicit, *Nolite timere eos qui corpus occidunt*; eique respondent, *Propter te morte afficimur tota die*; reliquit vestimenta sua in manibus ejus. Quod vero dictum est, *Fugit & exiit foras, relinquens vestimenta sua*; animam liberatam ostendit, quæ clamat per David: *Anima nostra sicut passer erepta est de laqueo venantium.*

a

b

Psal. 44.3.

Isai. 49.18
Cant 5.10

Gen. 49.11

Matt. 10. 29.
Ps. 43.22.
Rom. 8.36.
Gen. 39.12

Ps. 123.7.

CAPUT XXVIII.

c PROMISSIO: *In eodem Joseph,* [c] *qua Christi Passio figuratur.*

In Genesi credita & visa. Promissa Christi Passio per figuras.

Gen. 39.20
Isa. 53.12.

Sap. 10.13

Psal. 87.5.
Gen. 39.21

d

Phil. 2.10.

Gen. 40.3.

TRaditur Joseph in carcerem. Noster Joseph Christus, ut Isaias dicit, *inter iniquos deputatus est.* Inter fontes insontem Dei sapientia dum gubernat, quæ *descendit cum illo*, ut scriptum est, *in foveam, in vinculis non dereliquit illum.* Exclamat hic noster Joseph Christus: *Factus sum sicut sine adjutorio, inter mortuos liber.* Quod vero sequitur; gratiam, qua plenus erat, invenisse apud præpositum carceris, universasque claves, totumque custodiam traditam suisse manibus Ioseph: illud [d] intelligendum fuit, ut cui cælum in sole, stellis, ac luna, & in manipulis terra, inferna quoque carceris subderentur: ut nostro Ioseph Christo *omne genu flectatur, cælestium, terrestrium, & infernorum.* Neque illud a sacramento Dominicæ Passionis esse æstimo alienum, quod duo Pharaonis spadones, cum eo in illa passione detrusi sunt: ut trium crucifixorum quodam modo numerus suppleretur. Equibus noster Ioseph Christus revelando mysteria, unum puniret per debitum supplicium, alterum per indebitam gratiam liberaret. Hæ sacratæ actiones tunc in rebus actæ sunt figuratis, ut nobis revelanda omnia servarentur.

Ibid. 21,22

CAPUT XXIX.

PROMISSIO: *In eodem Joseph Christi Resurrectio est figurata.*

In Genesi credita & visa. [e] Promissa Resurrectio figurata. e

POst duos annos dierum, tertio incipiente, de carcere educitur Ioseph. Et noster Ioseph Christus Dominus die tertio a mortuis resurrexit. Præsentatur Pharaoni: mundo resurrectio declaratur. Exponit Ioseph Pharaoni somnia, ac futuræ famis arcendæ gratia, ex abundantia annorum septem, per sapientem virum condi debere frumenta, & impleri horrea salubri consilio instruit. Et noster Ioseph Christus Dominus mundo per septenarium numerum currenti in finem tale consilium dedit. *Nisi* enim, ait, *granum tritici cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit,* [f] *multum fructum adfert. Quia qui seminant in lacrymis, in gaudio metent.* Data est Ioseph a Pharaone [g] in tota Ægypto potestas. Et noster Ioseph Christus Dominus post Resurrectionem dicit: *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra.* Misit Ioseph suos per totam Ægyptum, & collegit frumentum multum quasi arenam maris. Et noster Ioseph Christus Dominus misit suos per mundum, dicens: *Ite, baptizate gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti.* Et collectus est credentium numerus sine numero, quasi arena maris. Constituit Ioseph horrea per universam Ægyptum: & per totum mundum Christus Dominus consecravit ecclesias, de quo Ioannes dicit: *Frumenta recondit in horreo.* Aperuit Ioseph horrea tempore famis, & ministrabat populis. Hoc & de nostro dictum est: *Oculi Domini super justos.* Et sequitur; *Ut eruat a morte animas eorum, & pascat eos in fame.* Famem vero animæ Amos Propheta ostendit: *Dabo eis, ait Dominus, famem, non panis & aquæ, sed famem audiendi verbum Dei.* Et in Evangelio ipse Dominus: *Quia abundavit iniquitas: refrigescet charitas multorum.* In hac fame positis, noster Ioseph Christus Dominus ex horreis suis nobis divinam sui corporis [h] annonam administrat, quam gustantes, videmus quam suavis est Dominus. Dictum est, quod adquisierit Ioseph Pharaoni totam Ægyptum. Et de nostro dicitur: *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.*

Gen. 41.1.

f

Ps. 125.5.

g

Matt. 28. 18.
Gen. 41.47 48. 49.

Matt. 28. 19.

Luc. 3.17.

Gen. 41.56
Ps. 33. 16.

Amos 8.11

Matt. 24. 12.

h

Psal. 33.9.
Gen. 47.20
2. *Cor.* 5.19

a Hic quoque versus integer inseritur ex primis libri quarti ejusdem Æneidos.
b Ms. Remig. dilexit.
c In Ms. Remig. *Promissa Christo Passio, præfigurata, in Genesi credita & visa.*
d Ms. Remig. *supplendum.*
e Ms. Remig. *Promissio resurrectionis figurata. In Genesi &c.*
f Ms. Remig. *multum fructum.*
g Ms. Remig. *In tota terra Ægypti.*
h Ms. Remig. *præbet annonam.*

CAPUT XXX.

PROMISSIO : *In eodem, qui ut Christus Dominus suos dilexit inimicos,*

a In Genesi credita & visa . Promissa [a] sublimitas eis qui benefecerunt inimicis,

Gen. 42.3. VEnerunt in Ægyptum fame compulsi fratres Joseph, ab eo quem vendiderant, sub pretio comparare frumenta. Venerunt ad nostrum Joseph Christum Dominum, qui eum crucifixerunt, ut ejus refecti cibario, famem, qua eorum animæ vexabantur, auferrent. Adorant illi; adorant isti: Videns Ioseph fratres suos, agnovit eos, ipsi vero non cognoverunt *Ibid.v.*8. illum. Hoc & in nostro impletum est, quod sui b fratres non cognoverunt illum; *Si enim* [b] *eum* 1.*Cor.*2.8. *cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Alienatus est Ioseph a fratribus suis eisque *Gen.* 42.2. per interpretem dixit: *Exploratores estis, consi-* c *derare* [c] *vestigia hujus terræ venistis.* Hoc & noster Ioseph Christus Dominus per interpre- *Act.* 3.14. tem Petrum ait persecutoribus: *Vos sanctum &* & 15. *justum negastis, & principem vitæ æternæ interemistis.* Pænitent fratres Ioseph ex his quæ gesserunt. *Ibid.v.*19. Dicitur his: *Pænitemini.* Dicunt illi, *In peccato fumus de fratre nostro*: & Ruben illis: *Gen.*42.21 *Numquid non dixi vobis, nolite vexare puerum?* *Ibid.v.*22. *& non me audistis. Ecce sanguis ejus exquiritur.* *Matt.* 27. Et Iudæi qui Pilato dixerant, *Sanguis ejus super* 25. *nos, & super filios nostros*; dicunt Apostolis; *Act.*2.37. *Quid faciemus, viri fratres, monstrate nobis.* Ut exploratores non esse crederentur fratres Ioseph, d duodecim [d] se filios unius patris esse testantur, unum non esse, cum ipse esset cui ista narrabant, alium minorem apud patrem esse confirmant. Au- *Gen.*42.15 diens Ioseph germani sui factam mentionem, & *seq.* ejus desiderio inardescens: In hoc, inquit, probabo exploratores vos non esse, si frater vester junior venerit vobiscum. Accipiensque Simeonem ab eis, vinxit coram ipsis, tradiditque in custodiam. Si nostrum Beniamin juniorem fratrem, quem requirit Ioseph noster Christus, advertas; ipse est ille Paulus ex Saulo, ex tribu, ut ipse dicit, Beniamin, qui se asserit minimum Apostolorum. Simeonem ligatum, tribus vinculis negat- *Phil.* 3.5. tionis quem timor ligavit, & amor soluit, pos- *Act.*13.21 semus accipere Petrum. Sed melius per ipsum li- 1.*Cor.*15.9 gari & solvi peccata cognoscimus, cui dictum est: *Quæcumque ligaveris super terram, ligata* *Matt.* 16. 19. *erunt & in cælo: & quæ solveris super terram, soluta erunt & in cælo.*

CAPUT XXXI.

PROMISSIO : *In eodem Joseph figuratæ gratiæ.*

In Geneſi credita & visa . [c] Promissio facta & figurata. c

JUssit Ioseph fratrum suorum saccos impleri *Gen.*42.25 frumento, & reddi unicuique pretium quod *Rom.*11.6. attulerant, ut gratia [f] nostri Christi non *Gen.* 43.2. esset ex operibus; alioqui gratia jam non esset f *Act.* 2 41. gratia. Secundo fratres Ioseph cum Beniamin 1.*Cor.*15.9 veniunt, ut promiserant; secundo ex Judæis [g] g tria millia veniunt ad Christum, subsequente mi- *Gen.*43.29 nimo Apostolorum Paulo. Vidit Ioseph Beniamin fratrem suum ex una matre & lacrymatus est: vidit [h] Iesus Paulum sævientem in Eccle- h siam matrem; & miseratus est. Idem enim Pau- 1.*Cor.*15.8 lus tamquam abortivo sibi dicit apparuisse Iesum. Beniamin autem [i] eo exitio natus est, ut ma- i trem præcipitaret in mortem: unde *filius dolo is* *Gen.*35.18 dictus est. Dicit & Beniamin Paulus noster: *Non sum dignus vocari Apostolus, quia perse-* 1.*Cor.*15.9 *cutus sum Ecclesiam Dei.* Dixit Ioseph [k] præpósi- k to domus suæ de fratribus suis: *Introduc istos* *Gen.*43.16. *in domum: mecum enim manducabunt panem:* dicit & noster per Prophetam fratribus suis: *Ve-* *Prov.*9.5. *nite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis.* Munera dedit Ioseph fratri- *Ps.* 67.19. bus suis: & noster Ioseph Christus dedit dona hominibus, cum Sanctum spiritum dedit [l] disci- l pulis suis. Beniamin autem minori fratri amplio- *Gen.*45.22 ra Ioseph dedit, quam fratribus munera. Hoc prædicat & Beniamin Paulus noster; *Plus*, in- 1.*Cor.* 15. quit, *omnibus* [m] *illis laboravi: non ego autem,* 10. *sed gratia Dei mecum*, Rursum jubet Ioseph sac- m cos fratrum suorum impleri frumentis, & reddi *Gen.* 44.1. pretia. Hoc & fratres nostri Ioseph clamant, ac- n cepisse [n] se *gratiam pro gratia*. Poculum suum *Joan.*1 16. Ioseph in sacco Beniamin clam jussit immitti; *Gen.* 44.2. quod requisitum, cum fratres perturbaret suos, inventum est poculum in sacco Beniamin. Calix Passionis Christi datus occulte per gratiam in corpore Pauli cognoscitur, quem prædicans, cum omnem synagogam perturbaret in dictis, inventum etiam in suo sacco ipse fatetur, cum dicit; *Ego enim stigmata Domini nostri Jesu Christi in* *Gal.*6.17. *corpore meo porto.* Cum autem jam vellet cognosci Joseph a fratribus suis, emisit vocem, dicens: *Ege sum Joseph frater vester. Adhuc pater meus* *Gen.* 45.3. *vivit?* Et noster Ioseph Christus, ut se ostenderet fratribus suis, dixit in Psalmis: *Adnuntiabo* *Ps.* 21.23. *nomen tuum fratribus meis:* quos docuit dicere; *Pater noster qui es in cælis.* Dixit Ioseph fratri- *Matt.*6.9. bus suis; *Nolite* [o] *metuere, non vos huc me misi-* *Gen.*45.5. *stis, sed Deus:* Dicit [p] & de nostro Joannes Apo- o stolus; *Ad hoc enim misit Deus Filium suum in* p *mundum, ut vivamus per eum.* Et ipse in Evan- 1.*Joan.*4.9 gelio: *Sic scriptum est*, ait, *& sic oportebat pa-* *Luc.*24.26 *ti Christum, & introire in gloriam suam.*

CA-

a Mſ. Remig. *sublimitatis eis qui benefaciunt. In Genesi*, &c.
b In Mſ. Remig. deest, *eum*.
c Hæc lectio est LXX. Interpretum.
d Editi, *sed filios*.
e In Mſ. Remig. *Promissa gratia sub figurata*, forte pro *sub figura. In Genesi*, &c.
f Mſ. Remig. *nostro Joseph Christo*.
g Mſ. Remig. *quinque millia*.
h Mſ. Remig. *vidit Deus*.
i Editi Lovan. & Duac. *ex eo exitio*, minus bene.
k Mſ. Remig. *ad præpositum*.
l Sic Mſ. Remig. Editi vero, *hominibus suis*.
m Mſ. Remig. caret voce, *illis*.
n Hoc pronomen, *se*, aberat ab editis, legitur in Mſ. Remig.
o Mſ. Remig. *timere*.
p Particulam & addit mſ. Remig. cum edit. Lugd.

CAPUT XXXII.

PROMISSIO: *Descentionis Jacob in Ægyptum, & Christi domini in mundum.*

In Genesi credita & visa. Promissio facta & figurata.

Gen. 46.1. *& seq.* a JUbetur Jacob visitatus in Luza descendere in Ægyptum: apparuit [a] enim illi Deus, dicens; *Ne timeas descendere in Ægyptum: in gentem enim magnam constituam te illic, & filius tuus Joseph ponet digitos suos super oculos tuos. Descendit autem Jacob in Ægyptum cum animabus* b [b] *septuaginta quinque, occurritque illi Joseph filius suus, quem cum vidisset: Video te, fili, amodo libenter moriar.* Quiddam subsimile in nostro Joseph reperitur. Cum enim venerabilis ille senex Simeon, pater ætate, non generatione, vidisset Christum, cujus ex causa in hac luce, velut in Ægipto, decrepitus tenebratur; *Luc.* 2.29. c *Nunc*, inquit, [c] *dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum.* In animarum numero septuaginta quinque descendit. Davidicus etiam Psalmus exclamat: *Pſal.*75.1. *Notus in Judæa Deus, in Israel magnum nomen ejus.* Quia igitur Israel, videns Deum interpretatur, d [d] omnis illuminatus gratia, Judæus & Græcus, necesse est ut ex hac Ægyptia servitute liberetur, tametsi duro jugo diaboli deprimitur Pharaonis. Crevit, dicit liber Exodi, plebs, & multiplicata est in Ægypto. *Exod.* 1.7. Hoc fit per fidem seminis Abrahæ, ut in Christo multiplicetur, sicut promissum est, tamquam are- *Gen.*22.17 na maris: licet Pharao diabolus sæviens pœnas *Exod.*1.22 exquirat, quibus interficiat innocentes, necandos in fluvio, e [e] quod multiplicari videt, minuendos arbitrans, ne populus augeatur. Augetur Dei jussu moriendo populus, frustrata potentia sævientis: quod etiam nostris provenit Martyribus, *Matt.*2.16 & maxime parvulis; qui pro Christo ab Herode occisi, pretiosa grana dum sata sunt, fidei seges multa surrexit Ecclesiæ.

CAPUT XXXIII.

PROMISSIO: *In Moyse, qui personam habuit Mediatoris Christi Domini.*

In Exodo credita & visa. Promissio facta & figurata Mediatoris.

*Exod.*2.21 *Act.* 7. 21. IN *illo tempore natus est Moyses, & erat acceptus Deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris sui.* Et hi tres menses tribus sepe dictis temporibus respondent. Cumque eum amplius *Exod.* 2.3. celare non possent, accepit mater ejus capsam, linitque a foris bitumine, & misit infantem in eam, projecitque in amnem. Figuræ succedunt figuris, dum tamen omnes actiones Christum Ecclesiamque significent. Tria quædam etiam *S. Prosperi.* in isto Moyse acta, nostro mediatori comparanda [f] reperimus, futurum scilicet in carne sacerdotem, aquam fluminis in baptismo, lignum etiam quo pependit in cruce. Descendens filia Pharaonis [g] lavari in flumine, cujus noster Moyses per lignum consecraverat aquas, *Ibid. v.*5. [h] agnovit quod de infantibus Hebræorum esset, *& seqq.* eumque susci piens educavit ut filium. Dum descenderet ad Christum doctrina hujus mundi, abluta spiritali unda deposuit superbiam, susci piensque quasi grandis parvum per humilem gratiam, Ecclesiæ sociata personæ, quæ filia Christi, efficitur mater. Propter quod scriptum est: *Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*: Sic dum *Pſ.*44.17. erudiendum suscepit, eruditur. *Stulta* enim *mun-* 1.*Cor.*1.27 *di elegit Deus, per quæ sapientiam mundi evacuet.* Omnis etenim philosophia Christianæ cessit doctrinæ, quam utiliter expugnans, inimicorum jaculis destruxit inimicos. Sicut Moyses ab Ægyptiis eruditus, illico expugnavit Ægyptios, ut in rubro mari tamquam in baptismo, omnis superbia mergeretur. Per Moysem filii Israel ab *Exod.* 14. Ægyptiis, & per Christum a spiritibus immun- 22. dis animæ liberantur. Adultus factus Moyses vi- *Exod.*2.11. dit quemdam Ægyptium injuriam facientem cui- *& seq.* dam ex gente sua; quem vindicavit, ac defensionem dedit, mactando Ægyptium, eumque obruit in arena. Hoc agit & Moyses noster Mediator Christus, eruens animas de potestate tenebrarum, in illa multitudine [i] spiritalis seminis i Abrahæ, quæ crevit ut arena maris. Obruit Ægyptum, dum clamant dæmonia expulsa: *Quid* *Matt.* 8. *nobis & tibi, Jesu fili David? venisti ante tem-* 29. *pus perdere nos?*

CAPUT XXXIV.

PRÆDICTIO: *In eodem Moyse, qui ut Christus pacem intulit jurgantibus.*

Prædictio facta & figurata, qua cum his qui oderunt pacem, jubemur esse pacifici. [k] In Genesi credita & visa. k

1 VIdit *Moyses alia die secum Hebræos al-* *Exod.*2.13 *tercantes, cœpitque eos componere ad* *Act.*7.26. *pacem, dicens: Viri fratres, ut quid alterutrum nocetis? Dixitque ille qui alteri injuriam faciebat: Quis te statuit judicem, vel principem nobis? Numquid & me vis occidere, quemadmodum occidisti hesterna die Ægyptium?* Et noster Moyses Mediator Christus clamat per David: *Cum his qui* l *oderunt pacem, eram pacificus: cum loquebar illis, impugnabant me gra-* *Pſ.*119.7. *tis.* Et alibi: *Retribuebant mihi mala pro bo-* *Pſ.*34.12. *nis.* Fugit Moyses in illo sermone, & factus est *Exod.*2.15 transfuga in terra Madian. Dicit & noster: *Ec-* *Pſal.*54.8. *ce elongavi fugiens, & mansi in eremo.* Accepit Moyses uxorem filiam Jethri sacerdotis Ma- *Exod.*2.21. dian; ut nostrum Mediatorem ex alienigenis sumpsisse conjugem signaret Ecclesiam. *Pasce-* *Exod.*3.1. *bat,*

a Mſ. Remig. addit, *enim*, solus.

b Auctor sequitur editionem LXX. Interpretum, & Stephanum Actuum cap. septimo versu decimo quarto. Eaque de re invenies gravem disputationem apud Augustinum de Civitate Dei, libro decimo sexto, capite quadragesimo.

c Mſ. Remig. *dimitte.*

d Mſ Remig. *omnes illuminatos gratia, Judæos & Græcos, necesse est ut ex hac Ægyptia servitute liberentur.*

e Melius forte legeretur, *quos multiplicari*. mſ. Remig. statim, *vidit.*

f Mſ. Remig. *reperimus*. Editi, *reperiuntur*: minus congruenter mox secuturis: tum a mſ. abest vox, *scilicet.*

g Mſ. Remig. *lavare.*

h Mſ. Remig. *cognovit.*

i Mſ. Remig. *spiritali.*

k Hæc supplentur ex mſ. Remig.

l Mſ. Remig. *oderant . . . debellabant me gratis.*

bat, dictum est, *Moyses oves Jethri soceri sui in eremo*. Et noster Mediator Christus pascens oves
*Joan.*10.11 dicit : *Pastor bonus animam suam ponit pro ovi-*
Exod. 3.2. *bus suis*. Terribili visione motus Moyses pergit videre, cur ignis in montem descenderat, rubum minime concremaret. [a] Noster Moyses te-
a *Luc.*22.49 statur ignem se venisse mittere in terram, quem utiliter vult amplius inflammari. Ipse enim dicit: Ego sum ignis, vitia, non homines consumens. Vocatus Moyses dum pergit [b] in montem con-
b *Exod.* 3.5. scendere, dicitur ei ; *Solve calciamenta de pe-*
*Isai.*52.7. *dibus tuis* : ut sint liberi & specioſi pedes Mediatoris [c] annuntiantes bonum.
c *Rom.*10.15 2. Jubetur Moyses pergere ad filios Israel, &
Exod. 37. *&* ſeqq. ad Pharaonem Regem Ægypti, ut populum Dei (quorum clamor duræ servitutis ascenderat) dimitteret ex terra sua, [d] mediationemque futuram
d susciperet. Per Matthæum dicit noster Media-
Matt. 15. 24. tor : *Non sum missus, nisi ad oves quæ perierunt domus Israel*. Excusat Moyses ; quod sit [e]
e *Joan.*8.37. impeditus lingua & gracili voce. Dicit & noster Judæis : *Sermo meus non capit in vobis*. Rursum instanti Deo ut pergeret, omni ex parte excusat Moysen dicens ; *Domine, provide alium*
*Exod.*4.13 *quem mittas* : ut vox Mediatoris nostri, infirmitatis humanæ susceptæ signaretur dicentis : *Pa-*
Matt. 26. 39. *ter, si fieri potest, transeat a me calix iste*. Di-
*Gen.*4.14. citur Moysi, ut sibi ſociet Aaron fratrem suum, ipseque ad Deum agenda suscipiat, ille ad popu-
f lum : [f] eique signa & prodigia in manu & in virga traduntur. Dicitur & nostro Mediatori : *Da-*
Psal. 2. 8. *bo tibi gentes hereditatem, & possessionem tuam fines terræ : reges eos in virga ferrea*. Paulum
g vero electum qui loqueretur ad populum, [g] per Aaron significatum possumus intelligere, de quo Mediator noster in Deum, ipse ostendit Ananiæ
Act. 9. 15. dicens : *Vas est mihi electionis homo iste, ut fe-*
rat nomen meum coram gentibus, & Regibus, &
h *filiis Israel*. Sic enim Moyses & Aaron [h] Hebræo populo prædicantes, missos se a Deo, ut eos ex Ægypto eruerent, firmaverunt : quos audiens po-
i pulus [i] ingeniculans adoravit ; quibus & signa fa-
*Exod.*4.30 cientibus credidit. Prædicante vero Paulo gentibus, ac Judæis salutem animarum per Christum
k fiducialiter [k] promittente ; signa dum faceret, ad agnitionem Dei populum mira celeritate convertit, ipsosque Reges ex futuro Dei judicio [l]
l eruit.

CAPUT XXXV.

PROMISSIO : *In eodem Moyse, qui ut Christus Dominus, diabolum interfecit.*

In Exodo credita & visa. Prædictio facta & figurata, qua diabolus a Dei ministris expugnatur.

INgressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, non tantum jussione divina verba quæ audie- *Exod.* 5. 1. *&* ſeqq.
rant narraverunt, quantum signa quæ data fuerant exhibentes. Virga quam manu Moyses por- *Exod* 7.10
tabat, coram Pharaone projecta, effecta est ser- *&* ſeqq.
pens. Magi quoque Pharaonis, ut [m] divina po- m
tentia superarentur, talia signa facere permissi, n
projicientes virgas suas [n] etiam ipsi serpentum species ostenderunt, voravitque serpens Moysi
Magorum serpentes ; ut nostri ducis Christi [o] vir- o
ga doctrinæ omnium paganorum hæreticorumque dogmata, divina virtute consumpsit. Non tantum
P ut hac actione figurata signarent, quantum p
etiam prophetæ David præconia resonarent dicentis: *Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion,* *Ps.* 109. 2.
dominare in medio inimicorum tuorum. Aliud si- *Exod.* 4. 6.
gnum Moyses coram populo ostentat, in sinum suum manum mittens, [q] eaque producta, lepro- q
sa sicut nix effecta est ; rursum reducta productaque, restituta est in colore suo. In sinu signatur
oratio pro peccato, dicente David : *Oratio mea* *Ps.* 34. 13.
in sinum meum convertebatur. Quod vero manus de sinu producta nivem demonstravit, significavit Mediatoris Christi Domini fusa oratione pro nobis, nostra etiam peccata purgari. Sic per Isaiam ipse ostendit : *Si fuerint peccata vestra* [r] *ut* *Isai.*7.18.
coccinum, ut nivem dealbabo. [s] Eique cantat Eccle- r
sia : *Lavabis me, & super nivem dealbabor. Advo-* s
catum enim *habemus apud Patrem, Jesum Christum* *Psal.*50. 9
Dominum, & ipse est exoratio pro delictis nostris. 1.*Joan.*2.1

CAPUT XXXVI.

PRÆDICTIO : *In eodem, cum flagris, ut Pharao, cæditur diabolus.*

[t] Jam prædictæ plagæ indurato Pharaoni, ejusque populo præsentatus, quibus judicatus. In Exodo credita & visa. t

ISicut promissum est Abrahæ, filios Israel, *Gen.*15.14
quos captivos diu tenuerant, inviti tandem aliquando dimittant : mox quoque ipse Pharao digno exitio cum suis supplicioque periturus dimisit. Decem sane plagas illatas Ægypto, com- *Exod.* 7.
parandas decem præceptis quæ accepit populus *&* ſeqq.
in deserto, hac ratione, Domino adjuvante, susscepimus demonstrare, qua sibimet respondentia [u] comprobentur. PRIMA PLAGA ÆGYPTIORUM, per Moysem aquas fuisse in u
san-

a In Mſ. Remig. hæc phrasis longe aliter habetur : scilicet, post vocem, *concremaret*. *Ignem se venisse mittere in terram noster Mediator affirmat, quem utiliter vult amplius inflammari.*

b Mſ. Remig. *montem conscendere.*

c Sic legimus in mſ. Remig. Editi vero: *Ut sint liberi & specioſi pedes Mediatoris annunciantis bona.*

d Mſ. Remig. *Mediatoris susciperet personam : dicit*, &c.

e Mſ. Remig. *tardus lingua, & gracilis voce.*

f Emendamus ex mſ. Remig. In editis hactenus. *Et quæ signa*, sensu minus cohærente.

g Mſ. Remig. statim post ista, *ad populum, cum noster Mediator*, &c.

h Mſ. Remig. *Hebræorum populum.*

i Mſ. Remig. *in geniculis.*

k Mſ. Remig. *promittentem.*

l Mſ. Remig. *terruit*, nec male ; nam videtur auctor ad id forte alludere quod legitur Act. c. 24. v. 25. *Disputante illo* (Paulo) *de justitia & castitate, & de judicio futuro tremefactus Felix respondit*, &c.

m Mſ. Remig. *ut divina potentia superaretur, talia signa facere permissi sunt, projicientes.*

n Mſ. Remig. *etiam ipsæ*, referendo ad virgas.

o Mſ. Remig. *virga doctrinaque.*

P Hæc particula, *ut*, abest ab editis veteribus & mſ. Remigiano, etsi loci hujus recto sensui utilis videatur. Idem vero mſ. *Non tantum hæc actio figurata signare, quantum etiam Propheta David præconia resonare dicentes.*

q Mſ. Remig. *eamque producens nix effecta est.* Tum *reducens producensque.*

r Mſ. Remig. *phœnices.*

s Mſ. Remig. *Eique.* Editi, *Et quæ.*

t Abest hic titulus a mſ. Remig. in quo titulus prior sic legitur : *Prædictio facta & figurata, in eo cum flagris, ut Pharao, ceditur diabolus. In exodo credita & visa* ; quæ postrema verba aberant ab editis.

u Edit. Duac. *comprobantur.*

sanguinem conversas : & primum præceptum [a] continet : *Audi Israel. Ego sum Dominus Deus tuus, qui te eduxi de terra Ægypti. Non erunt tibi* [b] *dii præter me. Non facies tibi ullam similitudinem.* Qui igitur relicto uno vero Deo, diis falsis serviunt, in carne & sanguine voluntantur: *& caro & sanguis, regnum Dei non hereditabunt.* Corrupti enim mores elementum aquæ corruptum habere meruerunt. Ideo aquæ in sanguinem mutantur, quia sacrificantes filios & filias suas [c] dæmoniis, effuderunt sanguinem innocentem, puri liquoris fontem verum Deum Christum repudiantes: cujus gratia ex fluxu sanguinis mulier sanata, animam ab idololatriæ fluxu erutam demonstravit. [d] SECUNDA PLAGA ÆGYPTIORUM EST, scaturiens ranarum multitudo, fœtido squalore omnem contaminans Ægyptum. Secundum quoque mandatum in lege est: *Non accipies nomen Domini tui in vanum.* [e] *Non enim mundabit Dominus talem,*

2. Omnis itaque hæreticus, perjurus, sacrilegusque, dum aliud sonat lingua, [f] quam nomen Domini, fœtore disputationis suæ, ranarum in similitudinem clamitat contra Deum. *Labia dolosa in corde & corde* loquuntur mala. Nec immerito his animantibus comparantur, qui in lacunar rebaptizatorum confectas sordes non abuunt, sed potius cumulant delicta. TERTIA PLAGA ÆGYPTIORMM EST, cynifes toto aere vibrantes, morsu quoque pestifero mediis æstibus [g] infestantes Ægyptios: in qua plaga omnis magorum doctrina defecit; professique sunt digitum Dei esse in illa; [h] ipsis quoque vexatis, vacua inanisque eorum remansit astutia. Et tertium præceptum in lege est: Vacatio sabbati nisi fuerit observata, perituram animam de populo suo. Quam vacationem Propheta David, ex persona Domini [i] adnuntiat dicens: *Vacate, & videte quoniam ego sum Deus.* Hi igitur qui votum voventes sese offerunt Deo, ejusque verbo vacantes; spiritale sabbatum observant: ut Maria quæ meliorem partem elegit. A quo declinantes in strangulatione, dum mundanis curis innodantur, morsu pestifero prædictæ plagæ læduntur [k] in anima redimenda per ducem Jesum, qui Dominus est sabbati.

3. QUARTA PLAGA ÆGYPTIORUM EST, cynomyia, caninæ scilicet muscæ, secretis etiam membris pœnas morsibus infligentes. Et quartum mandatum in lege est: honorandos esse parentes. Quod primum ad homines refertur mandatum, quoniam [l] superiora divinitati videntur adscripta. Hi vero qui non ea honestate venerantur parentes, qua mandatum est, canibus similes, rabiem suæ fœditatis exercentes, [m] longævi in terra esse non possunt. Neque talibus sanctum dandum Dominus in Evangelio dicit: a quorum consortio Chananæa fide mundata, humili pioque latratu, & sibi gratiam & filiæ salutem, nullis præcedentibus meritis, impetravit.

QUINTA PLAGA ÆGYPTIORUM EST, omnium pecorum jumentorumque repentinus interitus. Et quintum mandatum legis est: *Non occides.* Non igitur qui gladio tantum, verum etiam qui odio sæviunt, homicidæ sunt. Dicit enim Joannes Apostolus: *Qui odit fratrem suum, homicida est.* Tales veluti Ægyptia animalia repentino impetu corruunt. Quia *omnis homicida non habet in se vitam* [n] *manentem.* SEXTA PLAGA ÆGYPTIORUM EST, vesicæ ebullientes, ulceraque manantia. Et sextum mandatum legis est: *Non mœchaberis.* Quid enim mœchi in anima patiantur, compacta plaga demonstrat. Nisi enim ulcera [o] turpissimi amoris ebullientsque libido rationem animi perturbarent, adulter utique non esset: neque, ut scriptum est, per inopiam sensus perditionem animæ suæ acquireret. Et licet hujusmodi puniantur etiam hic legibus humanis; *fornicatores* [p] etiam *& adulteros*, ut Paulus noster dicit, *judicabit Deus.* SEPTIMA PLAGA ÆGYPTIORUM EST, grando cum igne permixta, non tantum omne animal, quantum etiam arbusta ipsa virgultaque subvertens. Septimumque mandatum est; *Non furaberis.* [q] Comparatio hæc est. Fur parietibus domibusque infert alienis quod sæviens grando agit in campis: obnoxiusque est legi generali, qua dictum est: *Quod tibi fieri non vis, alii ne feceris,*

4. OCTAVA PLAGA ÆGYPTIORUM EST, locustarum multitudo vexans omnia, radicitusque exterminans. Et mandatum octavum in lege est: *Falsum testimonium* [r] *non dices adversus proximum tuum.* Falsarius enim multa variaque confingens, rodit ut locusta famam, vitam, actusque alienos, donec totum adversus quem falsa confingit, radicitus exterminet. Sed *falsus testis non erit impunitus.* NONA PLAGA ÆGYPTIORUM EST, tenebræ densissimæ, plenæ imaginibus terroribusque ferali-bus. Et nonum mandatum legis est: *Non concupisces uxorem proximi tui.* Quid deterius [s] est concupiscentia mala, quæ ita totam excæcat mentem, ut non tantum timorem Dei, quantum etiam ipsas pœnas legum infamemque mortemque oblivioni dans, nihil in mœcho remaneat luminis, [t] quem totum ferales occupant tenebræ? Quos vero ex his gratia liberat, admonet & per Apostolum dicens: *Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: sicut filii lucis ambulate.* DECINA PLAGA ÆGYPTIORUM EST: omnium primogenitorum mors: Et decimum mandatum est in lege, *Non concupisces ullam rem proximi tui.* Primitivam vero esse concupiscentiam malam, Pharaoni diabolo [u] ostendit illud, quod & ipse concupivit esse quod non erat; & Adam, [x] qui per cupiditatem præcipitavit se in mortem. Vitia vero angelorum ejus per quem mors introivit in orbem terrarum, [y] ut primitiva Ægyptiorum in hoc mundo tamquam in Ægypto, dux no-

Deut. 6. 4. *Exod.* 20. 2 — a, b
1. *Cor.* 15. 50. — b
Psal. 105. 37 38. — c
Matt. 9. 22. *Luc.* 8. 44. — c, d
Exod. 8. 3. — d
Exod. 20. 7 — e
Ibidem: — f
Psal. 11. 3. — f
Exod. 8. 17. — g
Ibid. v. 18. — h
Exod. 20. 9 10. — i
Psal. 45. 12. — i
Luc. 10. 43 — k
Luc. 6. 5. — k
Exod. 8 24 — l
Exod. 20 32. — l
Matt. 7. 6. *Matt.* 15. 27. — m
Exod. 9. 6. — n
Exod. 20. 13. — n
1. *Joan.* 3. 15. — n
Ibidem. — n
Exod. 9. 9. — n
Exod. 20. 14. — o
Prov. 6. 32 — p
Hebr. 13. 4 — p
Exod 9. 23 — p
Exod. 20. 15. — q
Tob. 4. 16. — q
Exod. 20 13. — r
Exod. 20. 16. — r
Prov. 19. 5 & 9. — s
Exod. 20. 17. — s
Ibid. 20. — s
Ephes. 5. 8. — t
Exod. 12. 19. — t
Ibid. 20. 18 — u
Isai. 14. 12. *Gen.* 3. 5. — x
— y

a Mſ. Remig. *continetur.*
b Mſ. Remig. *dii alii.*
c Mſ Remig. *dæmonibus.*
d In Mſ. Remig. hic interseruntur hæc verba: *In Exodo credita & visa.*
e In Mſ. Remig. *Non enim mandavit Dominus Deus tale.*
f Mſ. Remig. *quam est nomen Domini Dei.*
g Mſ. Remig *infectantes.*
h Mſ. Remig. *ipsi quoque vexati.*
i Mſ. Remig. *denuntiat.*
k Sic Mſ. Remig. pro quo editi, *in animam redimendæ.*
l Mſ. Remig. addit hic, *tria superiora.*
m Emendamus ex mſ. Remig. Editi hactenus, *longe.*
n Mſ. Remig. addit hic vocem, *æternam.*
o Editi habebant, *pessimi.* Mſ Remig. *turpissimi.*
p Mſ. Remig. *vero . . . judicat.*
q Longe aliter in mſ. Remig. *Comparatur enim fur grandini: hoc enim & iste, clam effractis parietibus, domibus infert . . . obnoxius fur.*
r Sic Mſ. Remig. Editi, *non dices.* Recentiores editiones, *noli dicere.*
s Mſ. Remig. omittit verbum subſtantivum, *est.*
t Sic legitur in mſ. Remig. In editis vero, *quod non totum occupent ferales tenebræ.*
u Ita Mſ. Remig. At vero editi codices, *Pharaoni diabolus per illud ostendit:* excepto Lugd. in quo particula, *per*, non habetur. In aliis vero quasi additicia diverso caractere, aut uncis duobus designatur.
x Sic Mſ. Remig. At vero Lugd. *qui cupiditate præcipitavit in mortem.* Duac. & Colon. *qui cupiditate præcipitavit*, omisso *se*, Lugd. vero, *qui cupiditatem præcipitavit in mortem.*
y Ita Mſ. Remig. Alias editi, *in primitiva.*

noſter interfecit; dum nos docet renuntiare diabolo, pompis, [a] & angelis ejus: ut ubi abundavit peccatum, ſuperabundet gratia. *Rom.5.20.*

CAPUT XXXVII.

PROMISSIO: *Paſchæ figuratæ, & tranſitus Chriſti ad Patrem.*

In Exodo credita & viſa. [b] Promiſſio facta & figurata.

[1] PAſcha, quod eſt tranſitus, in quo omnis actio fidei noſtræ, Paſſioniſque dominicæ agitur ſacramentum, jubet Deus Moyſi ſic fieri, ut ab Ægyptiis Hebræi vaſa aurea, & argentea, & veſtem poſcerent: quibus ſublatis expoliarent Ægyptios, commodantes urgente neceſſitate primæ amiſſe ſobolis. Si quoque dum metuunt, ocyus Hebræos cum univerſis quæ dederant, pepulerunt: ut *redderetur juſtis*, ait Propheta, *merces laborum* illorum. Duas enim Ægyptiis conſtruxerunt civitates, pro quibus ſpolia illa non ſunt furto ablata, ſed merces eſt reddita. Tranſitus vero ipſe myſticus hic fuit: agnum ſine macula, anniculum juſſione divina per tabernacula occidendum, ac de ejus ſanguine poſtes domus linendos, non comminuendo os ex illo, cum picridibus & azymis, ſuccinctis lumbis in omni feſtinatione comedendum, nihil ex eo relinquendum in mane. Quæ omnia figurata dum fuerint, quomodo ſunt impleta, Evangelica auctoritas narrat, quæ nobis carnes Agni uſque in mane quod veſperum non habebit, id eſt, uſque in reſurrectionem, comedendas præcipit, *non in fermento veteri, ſed in azymis ſincerităţis*: [c] ſignatis ſane ſanguine poſtibus, quorum in frontibus [d] Crux ejus elucet. Cum picridibus dictum eſt, amaram vitam lugendo agentibus. Sed beati, quia ipſi conſolabuntur.

Exod. 12. 29. *Sap.10.17* *Exod.12.4. & ſeqq.* *1.Cor. 5.8.* *Matt.5.5.*

2. Sane expoliatos Ægyptios a noſtris, hac ratione colligimus, quod omnis mundialis ſcientia, qua inflati ſuper ea ſuperbiebant, moraliſque ſapientia tranſiit ad Chriſtum, ut ea humilis [e] recta fide poſſideat, populuſque jure ſuperbus amittat. Expulſi Hebræi per eremum ductitantur: quia omni Chriſtiano renuntianti mundo, arcta illi anguſtaque neceſſaria eſt via, quæ ducit ad vitam. Huic populo columna nubis in die; & columna ignis per noctem iter oſtendit: quoniam [f] Chriſtiani hominis greſſus a Domino diriguntur, & vias ejus volet. Ubi vero populum eremus ac rubri maris litus excepit, induratus Pharao, ut totus cum ſuis periret, curribus equitibuſque conjunctis, ſecutus eſt fugientes. Hoc agit ſæviens diabolus cum vitiis angeliſque ſuis, dum noſtros a ſe fugientes inſequitur. Omnis enim qui his renuntiat, ad baptiſmum tamquam ad Rubrum mare feſtinans hoſtem fugit, [g] ut Salvator cum inveniat.

Exod. 13. 21. *Pſ.36.23.* *Exod.14.6*

CAPUT XXXVIII.

PROMISSIO: *In baptiſmo, ut in mari Rubro.*

In Exodo credita & viſa. Promiſſio [h] facta & figurata in baptiſmo.

DIxit Dominus ad Moyſem: Quid clamas ad me? Dic filiis Iſrael, & jungant ſe, & tu leva virgam tuam ſuper mare, & divide illud, & intrent filii Iſrael per medium mare, per ſiccum. Ego enim indurabo cor Pharaonis & Ægyptiorum omnium, ut inſequantur eos, & magnificabor in Pharaone, & in omni exercitu ejus. Cumque id fieret, mare exſequendo judicium ſui Creatoris & Regis, [i] ſententiæ divina juſſa complevit. Dein puniendo rebelles, innocuis viam, reſciſis undis, ſuſpenſoque gurgite, ſicco pulvere gradientibus præbuit: reductaque in ſeſe unda hoſtes in ima demerſit. [k] Et vindex aqua ſacrata verbo, rubrata ſanguine, ligno Crucis in myſterio virgæ percuſſa, ſalutem ad Salvatorem [l] venienti miniſtravit, peccata vero cum auctore diabolo, ut Ægyptios cum ſuo rege, in profundo detruſit. Hic eſt Deus noſter de quo Micheas [m] dicit Propheta: *Ipſe convertetur, & miſerebitur noſtri, & demerget in profundum maris omnia peccata noſtra.* Poſt dura [n] exilia, poſt labores eremi, ac Rubri maris tranſitum, Dei populum victrix palma ſuſcepit: quamvis Marath aqua amara fatigaverit ſitientem: quæ ligno in eam miſſo, dulcis effecta oſtendit, ſitientem Chriſtianum ſtatim ut amarum Paſſionis poculum biberit, ligni [o] Crucis dulcedine, omni amaritudine liberandum. Unde & Paulus dicit: *Mihi abſit gloriari; niſi in Cruce Domini* [p] *noſtri Jeſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo.* Idem enim locus, qui illi populo requiem præbuit in duodecim fontibus aquarum, ex ſeptuaginta palmarum arboribus, noſtris in myſteriis ſacratus fuit. Namque poſt baptiſmum, duodecim Apoſtolorum fontium fluenta puræ doctrinæ exuberant ſatiandis [q] pectoribus, quibus ſacer pſalmus inſonat: *In Eccleſiis benedicite Dominum Deum de fontibus Iſrael.* In ſeptuaginta vero arboribus palmarum, omnis numerus ſanctorum Martyrum in millibus conſignatur, qui pro veritate uſque ad mortem certantes, palmam *ſupernæ vocationis* accipiunt. Hos etiam Apocalypſi Joannis apoſtoli deſignat dicens: *Vidi turbam multam, quam dinumerare nullus hominum poterat, ex omni tribu, populo, & lingua. Et induti erant alba veſte, & palmæ fuerunt in manibus eorum*, quas vincentibus illa palma [r] Sapientia dedit, quæ exaltata eſt in Cades.

Exod. 14. 15. & ſeq. *Ibid.v.22. & ſeqq.* *Mich.7.19* *Exod. 15. 17.* *Ibid.v.23.* *Gal.6.14.* *Exod. 15. 17.* *Eſ.67.27.* *Phil.3.14.* *Apoc.7.9.* *Eccli. 24. 18.*

CA-

a Mſ. Remig. caret his vocibus, & *angelis*, legitque, *diabolo & pompis ejus*.
b Sic Mſ. Remig. & Lugd. edit. Alii codices, *Prædictio*.
c Mſ. Remig. addit, *& veritatis*.
d Mſ. Remig. omittit pronomen, *ejus*.
e Mſ. Remig. *recte*.
f Mſ. Remig. diverſo ordine legit ſic, *Chriſtiani a Domino greſſus hominis . . . & viam ejus volet*.
g Mſ. Remig. *ut Salvatorem inveniat*.
h Hæc verba, *facta &*, deſunt in mſ. Remig.
i Mſ. Remig. *ſententia divina*, forte legendum, *ſententiæ divinæ juſſa*.
k Editio Lugd. *En vindex aqua*.
l Mſ. Remig. *venientibus*.
m Mſ. Remig. *dixit*.
n Mſ. Remig. *exitia*.
o Mſ. Remig. omittit particulam, &, quæ legitur in editis.
p Mſ. Remig. *Domini mei*.
q Sic Mſ. Remig. Editi, *peccatoribus*.
r Mſ. Remig. *ſapientiæ*.

CAPUT XXXIX.

PROMISSIO: *Panis cæleſtis in manna, quod eſt Chriſtus.*

a [a] Promiſſa manna de cælo.

Exod.16.2 COnſumptis panibus quos ſecum attulerat ex Ægypto, panem a Moyſe murmurando poſcit, carnes etiam deſiderans Ægypti. Verum mediator ille Moyſes panem eis & carnem [b] ocyus
b *Ibid. v.8.* a Domino impetravit. Jubetur populus [c] mane
c panem, in veſperum carnes accipere. Sed hæc figuræ noſtræ fuerunt. Panem enim illum ſanctum qui de cælo deſcendit, ſuſcepit primo populus manducandum, poſtea carnem Chriſti in Paſſione confectam: de qua ipſe Dominus dicit;
Joan.6.54 *Niſi manducaveritis carnem filii hominis, non habebitis vitam in vobis.* Sane ſub certa diurna
Exod. 16. 10. menſura, manna ſanctus populus veſcebatur;
d quam ſi quis [d] excederet, vermibus corruptum putrefactumque projiciebat; avaritiæ atque intemperantiæ ſuæ cupiditate fruſtratus. Tales doctor
1.Tim. 6. 8. 9. gentium Paulus exprobat dicens: *Victum & tegumentum habentes, his contenpti ſimus: Nam qui volunt divites fieri, incidunt in deſideria multa ſtulta & noxia; quæ mergunt hominem in*
e *interitum & perditionem.* [e] *Radix enim omnium malorum eſt cupiditas.* Hæc eſt putredo & hi vermes eorum, qui pereunte mundo cupiunt ſuas augeri divitias, nec ſunt diurno pane contenpti Sed idem populus in deſerto potandæ aquæ cauſa, adverſus Moyſem rurſus murmuravit. Petenti Moyſi a Domino dictum eſt: *Præcedam te,*
Exod.17.6 ſec. LXX. inquit, *in Coreb: & ſtabo ſuper petram, & tu*
f *veniens percuties petram,* [f] *& exibit aqua, & bibet populus meus.* Hoc factum eſt: Et David
Pſ.77.15. teſtatur. *Diſrupit in diſerto petram, & potavit eos, ſicut in abyſſo multa.* Quæ ſit vero hæc petra, Paulus exponit apoſtolus, omne quod tunc actum eſt in myſterio, Chriſto Domino adſignans: *Patres,* inquit, *noſtri omnes ſub nube nu-*
1.Cor. 10. & ſeqq. *be fuerunt, & omnes per mare tranſierunt, & omnes in Moyſen baptizati in nube & in mari. Et omnes eſcam ſpiritalem manducaverunt, & omnes eumdem potum ſpiritalem biberunt.* [g] *Bibebant*
g *enim de ſpiritali ſequenti petra: petra autem erat Chriſtus.* Hæc petra etiam nos ſatians dicit: *Qui*
Joan.4.13. 14. *biberit ex aqua quam* [h] *ego dedero, non ſitiet um-*
h *quam: ſed fiet in eo fons aquæ ſalienti in vitam*
Joan. 19. 34. *æternam.* Hæc petra percuſſa in Cruce, ſanguinem produxit & aquam, [i] quibus ſobrie inebriamur. i

a Ita Editiones antiquæ omnes, licet neutrius generis modo cenſeatur hæc vox, *manna*, ſi pro cæleſti pane uſurpetur.
b Mſ. Remig. *toties.*
c Mſ. Remig. *in mane.*
d Mſ. Remig. *ſcateſcere.*
e Hæc reliqua loci Apoſtolici verba deſumuntur ex mſ. Remig. omiſſa ſunt in editis.
f Mſ. Remig. *& exiet.*
g Mſ. Remig. *Bibebant de ſpiritali petra.*
h Vox *ego*, abeſt a mſ. Remig.
i Mſ. Remig. *quibus Sacramentis quotidie ſobrie debriamur.*

CAPUT XL.

PROMISSIO: *In ſigno Crucis expugnare inimicos,*

In Exodo credita & viſa. Promiſſio figurata, qua omnes noſtros adverſarios ſigno Crucis expugnare præcipimur.

1 HUic populo, in quo omnis noſtra figurata actio [k] eſt, Amalech & omnis cum ſuo duce gens adverſa occurrit, bellum rudi plebi indicens, [l] quam a ſe credebat facile ſuperandam. Conſerta pugna, adverſarii dum plurimum *Ibid.v.11.* prævalerent, extendens Moyſes manus ad Deum, *& ſeqq.* Crucifixi inſtar expreſſit. Quo ſigno cadentes hoſtes, [m] dum manus Moyſi inclinarentur, adverſarius fortior vincebat. Ut autem manus Moyſis ſtabiles fierent, Aaron & Ur ſuſtentantibus manus ejus, & quadam ſtabilitate firmantibus, cadens fugienſque Amalec omnis exſtinctus eſt. Si noſtri Mediatoris hic reſpiciamus ſignum, cum per David canentem recordemur, *Elevatio ma-* *Pſ.140.2.* *nuum mearum ſacrificium veſpertinum*, cujus in *Luc.23.44* Paſſione, ſol & luna habitum curſumque mutavit; quis ſpiritus adverſarius, quæve inimica poteſtas huic ſigno poterit obviare, ac non potius [n] omnis aufugiat? Si tamen ſpes pugnantis ex manibus Crucifixi pendeat, per quam quotidie [o] eruimur de poteſtate tenebrarum.

2. Nunc jam recurrentes omnes figurata actiones temporis ante legem, cum omnia quæ geſta *Coloſſ. 1. 13.* ſunt, ita ille populus promiſſa ſuſceperit: ut ipſe quoque fide multo [p] longius proſpiciens ſibi credenda, poſteris videnda reliquerit. Quia igitur ad montem Sina per certas prædictiones promiſſioneſque perductus eſt populus, in quo Moyſes legem [q] a Domino percipiens, regendis tribubus jura cæleſtia [r] panderet (unde æſtimo quod ideo nuncupentur, Judæi, tamquam portantes vel ſequentes jus Dei:) huc uſque tempus ante legem concluſum lector, agnoſce, tamquam unum diem quatuor ex cardinibus mundi ſurgentem, Patriarcharum ſcilicet procerum, Abraham, Iſaac, & Jacob, Orientis radio fulgente [ſ] Melchiſedech rege & ſacerdote, in duodenario horarum numero. Qui ex illis progeniti, noſtri quoque Patriarchæ nuncupantur: ut in veſperum concluſum aliud tempus ſub lege, velut alius dies per ceteros numeros inchoatus exurgat.

k Mſ. Remig. *verſabatur.*
l Mſ. Remig. *quam ſe credebat facile ſuperare.*
m Mſ. Remig. *dum manus Moyſi ſtabiles fierent, Aaron & Ur ſuſtentabant manus ejus, & quadam ſtabilitate firmantes, cadens*, &c.
n Mſ. Remig. addit vocem, *omnis.*
o Mſ. Remig. *eruemur.*
p Deeſt vox, *longius*: ab antiquioribus editionibus, & mſ. Remigiano, in quo pro voce, *multo*, legimus, *multa.*
q Mſ. Remig. *legem Domini.*
r Mſ. Remig. *panderentur.*
ſ Mſ. Remig. *Melchiſedech Regem & Sacerdotem.*

FINIS PRIMÆ PARTIS.

[a] INCIPIT PARS SECUNDA LEGIS TEMPORE, QUO per Moysem Legislatorem annis XL. gubernatus in eremo est populus Dei, & deinceps usque in adventum Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi. Quæ pars promissa prædictaque continens, connexis capitulis subsequitur.

CAPITA SECUNDÆ PARTIS.

1. PRÆDICTIO: *In monte leges datæ, & Christi Domini mandata in monte.*
2. PROMISSIO: *Facta & figurata domus Dei in Ecclesia sancta.*
3. PROM. *In Aaron: sacerdotium figuratum in Christo.*
4. PRÆD. *In populis vindicta, qua prævaricati, & qui mandata Christi non servaverunt,*
5. PROM. *In sacrificiis omnibus Christum Dominum figuratum.*
6. PRÆD. *In lepræ inspectione: hæreticos varios simulasse.*
7. PRÆD. *In escis mundis & immundis, eleemosynis munda omnia fieri.*
8. PRÆD. *In escis desideratis Ægypti, Christum mannam renuisse.*
9. PRÆD. *In Moyse, Christo Domino & Ecclesiæ fratres detraxisse.*
10. PRÆD. *In virga Aaron germinante, confirmatio sacerdotii Christi Domini.*
11. PRÆD. *In æneo serpente, Christum Dominum a morsu diaboli liberantem.*
12. PROM. *In eis, qui pro Christo parentes contemserint, venire benedictionem.*
13. PRÆD. *In Moyse transeunte, Jesum signasse Dominum rectorem.*
14. PROM. *In Jesu Nave, Jesu Domini figuram ostendit, terrenam expugnantem civitatem.*
15. PROM. *Per Jesum Dominum animæ a prostitutione idolorum liberantur.*
16. PROM. *Per Jesum Dominum omnia vitia expugnanda.*
17. PRÆD. *In figura Ecclesiæ Delbora hostem superavit.*
18. PROM. *In figura Gedeon Gratiam Domini Christi commendat.*
19. PRÆD. *In Abimelech concubinæ filium, hæreticos signat.*
20. PROM. *In Jephte, figuratæ carnis Christi, immolatio virginis.*
21. PROM. *In Samson, Nazareus Dominus Christus, sortis in capite.*
22. PRÆD. *In eodem, quod ligatus Christus Dominus a Judæis, vincula omnia disrupit.*
23. PRÆD. *In Ruth, Ecclesia ex gentibus Judæis illudens.*
24. PROM. *In Samuele, Christus Dominus dux, sacerdos & Propheta sacerdotes arguens.*
25. PROM. *In David, Christum pastorem cytharizantem.*
26. PROM. *In eodem, inimicos diligentem, lapsos reparantem.*
27. PRÆD. *In Abisac, animas Christi gratia calore ferventes.*
28. PRÆD. *In Roboam, scissuram hæreseon, e quibus Christus suas colligit oves.*
29. PROM. *In Helia Christum, & in vidua misericordiæ principatum.*
30. PROM. *In Helisæo, discipulos Christi duplum accipientes spiritum.*
31. PROM. *In eodem, cum mortuum figuratum Christus Dominus gratia suscitavit.*
32. PRÆD. *In Ezechia, quam suos Christus docet in bono non debere efferri.*
33. PRÆD. *In regibus peccantibus, qui secum populum in captivitatem ducant.*
34. PRÆD. *In Daniele, qui Christum Dominum suis visionibus enarravit.*
35. PRÆD. *In eodem, dum eumde lacu leonum eruit, ut Christum Dominum a Judæis.*
36. PROM. *In Ezechiele, manifesta resurrectio per Christum Dominum.*
37. PRÆD. *In Esdra, domus Dei, id est, per Christum Dominum restauratio.*
38. PRÆD. *In eodem, cum in figura Ecclesiæ parabolam pandit.*
39. PRÆD. *In Tobia, ex pisce Christo & dæmonia fugari, & illuminari cæcos.*
40. PRÆD: *In Machabæis, qui & martyria, & ipsum Christum Regem natum susceperunt.*

[a] Mſ. Remig. *Præfatio partis secundæ. Legis tempora populi Dei, quibus per Moysem legislatorem annis XL. gubernatus in eremo est, & deinceps usque ad adventum Domini & Salvatoris nostri Jesu Christi pars secunda: ipsius legis promissa prædictaque continens, connexis capitulis subsequatur.*

INCERTI AUCTORIS,

DE PROMISSIONIBUS ET PRÆDICTIONIBUS DEI.

PARS SECUNDA.

CAPUT PRIMUM.

PRÆDICTIO: *In monte leges datæ: & Christi Domini mandata in monte.*

Prædictio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

Exod.c.19. 20. & 34. 1 VOcans Deus Moysem in monte Sina, legem in tabulis lapideis conscriptam, ut populo traderet, dedit, quam rite servans terram promissionis acciperet. Noster vero Mediator Jesus Dominus (cujus figuram gestabat etiam Moyses) ad-
Matt.5.1 scendens montem cum discipulis suis, quibus modis beati homines fierent, legem non in tabulis la-
2.Cor.3.3. pideis, sed in tabulis cordis carnalibus Dei spiritu scripsit; qua [a] non terra, sed cælo atque vita potiantur æterna qui ejus mandata servaverint. Sed
a *Exod c.21. & seqq.* eidem cetero populo, prælatis decem præceptis, per Moysem cælestia jura traduntur: de successione heredum: de cessante herede: fidelem amicum
b & domesticum [b] loco heredis debere succedere: de furto in quadruplum restituendo: de depositis seu commodatis, casu vel vi aliqua sublatis: de puniendis adulteris: de virgine vitiata in agro, vel in civitate: de muliere prægnante percussa: oculum pro oculo; dentem pro dente,
c & cetera quæ [c] in his juris divini tenet auctoritas. Populus sub lege ea testificatione suscepit a Moyse, qua spopondit omnia esse facturum.
Exod.24.8 Heb.9.19. Mactans itaque Moyses in sacrificio vitulum, sanguinem ipsius in testimonium accipiens cum hyssopo & lana coccinea, populum ipsumque li-
Matt.5.17 brum asperst, dicens: *Hic sanguis testamenti*
d *quod vobis mandavit Deus.* Ad hæc [d] Mediator noster Christus Dominus, legem non vacuans, sed adimplens, non tantum liberis & potentibus, quantum etiam ignobilibus serviscque facientibus præcepta sua; Testamentum novum suo sanguine consecravit, non sine hyssopo, quod [e] mix-
e *Matt. 27. 48. Marc. 15. 36. Joan.19.29 Gal. 3.28.* tum aceto in Passione bibit: in quo Testamento, discretio nulla est personarum. Ait enim Apostolus Paulus: *Non est Judæus, neque Græcus, non est servus, neque liber, non est masculus, neque femina. Omnes enim vos estis unum in Christo Jesu*: qui est fidelium indivisa sempi-
f ternaque hereditas. Fidem servandam proximo [f] commodanti, vel deponenti, per eumdem Apostolum mandat. *Bonum*, inquit, *ô Timothee, depositum custodi.* Et iterum: *Non quæ sua sunt quisque intendentes,* [g] *sed & quæ aliorum.* Et per Prophetam Salomonem: *Fideli homini totus mundus divitiarum est: infideli autem, nec obolus.* Item Paulus: *Qui furabatur, jam non furetur.* Ipse quoque virgini castæ timet serpentinam diaboli corruptionem, cum se, pio affectu concipiens, spiritu prægnantem esse confirmat, dicens: *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Christus formetur in vobis.* Hos omni ex parte illæsos edere cupit, cum dicit: *In Christo enim Jesu per Evangelium ego vos genui.*

2.Tim. 1. 14. 1.Cor.13.5 Philip.2.4 g Ephes. 4. 28. 2.Cor.11.3 Gal.4.19. 1.Cor.4.15

2. [h] Addidit quoque noster Mediator novæ legis mandata, veteris [i] Testamenti temperans vindictam. Nam cum [k] illic adulteros punien-
Levit. 20. 10. dos statuit, hic adulteram ea pietate liberat, qua legem non destruit, dicens: *Vade, & noli amplius peccare.* Non solum non mœchandum; sed nec oculis consentiendum ad concupiscentiam. Homicidium non tantum perpetrandum non esse, quantum qui odit fratrem, homicidam esse. Oculum pro oculo nullatenus expetendum, verum insuper malum pro malo reddendum non esse. Qui abstulerit tunicam, dimittendum illi & pallium. Qui percusserit in maxillam, præbendam illi & alteram. Qui angariaverit, duplum cum illo eundem. Benefaciendum inimicis. [l] Orandum pro persequentibus; & cetera quæ ab ipso cælesti juris conditore mandantur in Evangelio; non esse contraria legi hinc ostenduntur, quod ibi mandatum fuerit animal in via si ceciderit inimici, erigendum esse, nec prætereundum: dolose non loquendum cum proximo: neque pignus pauperis retinendum usque in vesperum: septimo anno fata frumenta non metenda, fructusque omnes ejusdem anni, proselytis, viduis & orphanis relinquendos: eodemque anno dandam Hebræis servis libertatem. Decimas omnium fructuum primitiasque in domum Domini inferendas: debitum, septimo suppleto anno, non repetendum; relaxatis etiam pignoribus. Quinquagesimo vero anno reddenda omnia prædia, quæ cautionum nexu obstrinxerant, pecunia non recepta. Et omnia, quæ, ut dixi, novi ac veteris mandata continent, discussa, nulla ex parte sibimet repugnantia inveniuntur. Cum & in novo Testamento non parva terribiliaque exempla vindictæ processerint:

h *Matt. 5. 27.* i *1.Joan. 3. 15.* k *Joan.8.11.* l *Matt. 5. 38. & seq. Exod.23.4 5. & seq.*

l dum

a Mss. Remig. *non terram, sed cælum atque vitam potiantur æternam, qui . . . servaverint.*
b Mss. Remig. *locum heredis succedere.*
c Mss. Remig. *in ea lege.*
d Mss. Remig. *Mediator Dei Christus.*
e Mss. Remig. *mixto aceto.*
f Mss. Remig. *commendanti.*
g Mss. Remig. *sed de ea quæ.*
h Mss Remig. & Lugd. *Addit quoque.*
i Abest vox hæc *testamenti*, a mss. Remig.
k Mss. Remig. *ille . . . non destruat.*
l Mss. Remig. *orando.*

dum ſpiritui immundo ſuperbus traditur *ut diſcat non blaſphemare*. Dum adulteri traduntur *Satbanæ* [a] *in æternum interitum carnis, ut ſpiritus ſalvus ſit in die Domini noſtri Jeſu*. Dum fraudantes mendaceſque Anania & Saphira ſubita morte plectuntur. Dum manibus pedibuſque ligatis in tenebras exteriores mittitur, qui veſtem non habuerit nuptialem: quæ eſt *charitas de corde puro, conſcientia, bona & fide non ficta*. Et quæcumque alia ex veteribus ſignis in novo ſuppleta noſcuntur, ſacro, ut dictum eſt, ſanguine Mediatoris, ſimul cum ipſo populo conſecrata ſunt.

1. *Tim.* 1. 20. — a 1. *Cor.* 5. 5. *Act.* 5. 5. 9. — *Matth.* 20. 12. — 1. *Tim.* 1. 5.

CAPUT II.

PROMISSIO: *Domus Dei in Eccleſiam ſancta.*

[b] Promiſſio facta & figurata. [b] In Exodo credita & viſa.

1 EIdem Moyſi dicitur: *Vide ut facias tabernaculum, quemadmodum tibi monſtratum eſt in ſancto monte*. Et ex quibus rebus oblatis illud tabernaculum ſurgat indicitur. *Dabunt*, inquit Deus, [c] *in oblatione filii Iſrael lanam hyacinthinam, byſſum tortum, purpuram, coccum bis tinctum*. E quibus opere vario tentoria tabernaculi, ſimulque & veſtis ſacerdotalis confecta, myſtica omnia in tempore futuræ Eccleſiæ revelarentur. In opertoria ſane tabernaculi pelles hyacinthinas, aliaſque rubratas, & undecim vela ex pilis caprarum conficienda, divina auctoritas mandat. Quæ omnia ſigna fuiſſe, ipſius legis reſonant teſtimonia. In hyacinthino colore pallor quidam eſt cum ſplendore concordans, jejuniis eleemoſyniſque conveniens. Unde & ſanctus Raphael archangelus ad Tobiam: *Bona eſt*, inquit, *oratio, cum jejunio, & eleemoſyna*. In jejuniis pallor, in eleemoſynis ſplendor reſulget, qui hyacinthi figuram [d] oſtendunt. *Byſſum* vero, *mundum*, ut Apocalypſis dicit, *juſtitiæ ſanctorum ſunt*. Quod dictum eſt, *tortum: per multas tribulationes oportet* juſtos *introire in regnum Dei*. Purpura veſtis eſt regia, qua ipſe Rex noſter Chriſtus Dominus, in ſua Paſſione indutus eſt. In cocco bis tincto martyria ſancta rutilant: quæ ſemel baptiſmo Chriſti in ſanguine tinguntur, atque ſuo effuſionis cruore [e] denuo ſunt retincti. Sic enim & ipſe tinctus eſt Dominus ſemel in Jordane, iterum in Paſſione, de qua dicit diſcipulis ſuis: *Baptiſma habeo baptizari quod vos ignoratis*. Hoc pelles rubratæ, hyacinthinæque teſtantur. Centum per centum cubitos duo latera tabernaculi protenduntur: aliaque duo frontalia, quinquaginta: per quinquaginta: tamquam miſericordia & veritas occurrentes ſibi, juſtitia & pax oſculantes invicem; quatuor ex partibus conjunctis angulis dignum tabernaculum [f] demonſtrarent; futurum templum Dei Eccleſiam, quæ in centenario & quinquagenario numero Pſalmorum miſericordiam & judicium ſuo Domino cantat.

Exod. 26. 30. — c *Ib. c.* 25. 3. — *Exod.* 26. 1. & *ſeqq.* — d *Apoc.* 19. 8. — *Act.* 14. 21. — e *Luc.* 12. 50. — *Exod.* 26. 31. — *Pſal.* 84. 11. — f *Pſ.* 100. 1.

2. Neque [g] ſine myſterio undecim velis cilicinis tabernaculum de ſuper operitur; quo reum eſſe oſtendat totum mundum Deo, ac ſub [h] pœnitentiam degere. Ipſius enim numerus Pſalmi habet principium: *Salvum me fac, Deus, quoniam defecit ſanctus*. Et cur [i] defecerit narrat: *Quoniam diminutæ ſunt*, ait, *veritates a filiis hominum*: pro quibus ſalvandis Veritas ipſa [k] de cælo deſcendit, quæ dignata eſt habitare cum hominibus in terra. Interiora vero tabernaculi, his ex rebus ornantur. Bis denæ in parte columnæ ex lignis imputribilibus, non tam ſanctos apoſtolos, quam doctores quoque Eccleſiarum præſignant, quos etiam Paulus oſtendit, dicens: *Petrus & Joannes, qui videbantur columnæ eſſe, dextras dederunt mihi & Barnabæ ſocietatis*. Barnabas enim in apoſtolatum eſt ſuſceptus in ordine, Domino præcipiente & dicente: *Separate mihi Barnabam & Paulum in opus, in quod provocavi eos*. In quo opere ipſa Sapientia fabricans ſibi domum, ſubdidit columnas ſeptem: quas, terra cum defluxiſſet peccatis incurſantibus, columnas ejus ipſa confirmavit. Harum igitur columnarum numerus in duabus partibus tabernaculi [l] quadraginta ſunt, quadrageſimum diem Aſcenſionis Domini demonſtrantes, in qua ſuis ait diſcipulis: *Vos ſedete in civitate, donec induamini* [m] *virtute ex alto*. [n] Ternis ſeriis connectuntur columnæ: quoniam fidei, ſpei, & charitatis trinitatis vinculo doctores Eccleſiarum ſalubriter adſtringuntur: ex [o] baſis argenteis, capitibuſque aureis, tamquam in operibus [p] miſericordiæ: ut ſanctitate virginali columnarum omne decus exurgat. Sancta Sanctorum in interioribus ſunt tabernaculi, habentia arcam Teſtamenti refertam myſteriis. In quam [q] ingreditur ſacerdos in anno ſemel cum ſanguine alieno: ex qua accipiens reſponſum divinum, illud verbum reſonat; Quod Verbum carnem ſuſcipiens, noſtram ob redemptionem, conſecravit arcam non veteris, ſed novi Teſtamenti: *In qua ſunt omnes theſauri ſapientiæ* [r] *& ſcientiæ abſconditi*. Ad quam cum ſuo ſanguine verus ipſe Princeps ſacerdotum introiit ſemel in ſancta: quoniam ſemel Chriſtus oblatus eſt, ut multorum peccata portaret. Cui dicit Propheta: *Exurge, Domine, in requiem tuam, tu & arca ſanctitatis tuæ*. Menſam quoque poſitam [f] & aram, quæ carnem ſacram & ſacrificantis exciperet; quid aliud in his quam Crucem intelligimus, in qua noſter Agnus immolatus eſt? ipſe Sacerdos & victima panem ſanctificatum, ſuum ſacratum corpus, in ſua

g *Exod.* 26. 14. — h *Pſal.* 11. 2. — i — k *Exod.* 27. 10. — l — m *Luc.* 24. 49 — n — o — p — *Hebr.* 9. 3. — q *Ibid. v.* 7. — r *Coloſſ.* 2. 3. — *Hebr.* 9. 12. — *Ibid. v.* 28. — *Pſal.* 131. 8. — f

a Mſ. Remig. *in interitu*.
b Mſ. Remig. omiſſo primo titulo, hic addit, *domus Dei*, cetera habet ut editi.
c Mſ. Remig. *in oblationem*.
d Sic Mſ. Remig. Editi omnes, *oſtendit*.
e Mſ. Remig. *denuo tincti*.
f Mſ. Remig. *demonſtrant*.
g Mſ. Remig. *ſine hoc myſterio*.
h Mſ. Remig. *pœnitentia*.
i Mſ. Remig. *deficeret*.
k Mſ. Remig. *deſcendit de cælis*.
l Emendamus ope mſ. Remigiano-Remenſis: & quidem ad fidem textus Exodi cap. 27. num. 10. & 11. Editi habebant, *undecim*: cui lectioni repugnat applicatio quadrageſimi diei Aſcenſionis, quæ ab auctore ſtatim inſtituitur.
m Mſ. Remig. *virtutem*.
n Mſ. Remig. *Externis*.
o Sic mſ. Remig. Editi, *vaſis*, mendoſe, ut videtur ex Exodo.
p Mſ. Remig. non habet vocem, *miſericordiæ*, ſed legit, *in operibus & in ſanctitate*.
q Mſ. Remig. *ingreditur ſacerdos*. Editi, *ingrediuntur ſacerdotes*. Vide Hebr. c. 9. v. 7.
r Mſ. Remig. addit, *& ſcientiæ*.
f Ita Mſ. Remig. Editi, *& arcam*.

sua mensa confirmans. Cui lucerna septiformi Spiritu accensa toti lucet tabernaculo. Quoniam fulgur illius, ut lumen [a] est: atria vero hujus spiritalis tabernaculi, corda piorum sunt confitentium & laudantium Deum. De quibus Prophe- *Psal.99.4.* ta dicit David: *Atria ejus in hymnis, confitemini ei.*

CAPUT III.

PROMISSIO: *In Aaron, sacerdotium figuratum in Christo.*

Promissio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

Exod. 29. 21. PRæcepit Dominus Moysi, ut Aaron fratrem suum ex oleo sanctificato unctum, sacerdotio consecraret: ut unctum, nostrum præ participibus suis [b] Christum Dominum, nomen ipsum unctionis ostenderet. Ipsius quoque Aaron vestis, *Exod.28.4* mystica taxatione describitur. *Indues*, inquit, *eum tunicam talarem ex lana hyacinthina, scapulisque ejus superhumerale impones. Duos lapides* [c] *smaragdos, sculptos singulos singulis* [d] *nominibus filiorum Israel, e quibus catenulæ ex aureo purissimo, percurrentes umbones ultimos humeralis apportent.* Quadratum quoque ex diversis coloribus pretiosisque duodecim lapidibus, fibulam rationalem sacerdotis in pectore collocandam, quæ duas principales partes superhumeralis astringat. Cingulum quoque lumbis ejus dandum, atque in ora talaris tunicæ quinquaginta tintinnabula aurea, totidemque mala granata in medio tintinnabulorum poni jubentur: ut omnis vestis ex supradictis [e] speciebus vario opere confecta fulgeret. Capiti quoque ipsius hæc imponenda præcepta sunt. Cidarim ex byssо mundo, mitram quoque ex qua lamina conscripta in titulum pendens, caput frontemque sacerdotis consecraret. Quæ singula nostro Christo Domino sacerdoti conveniunt. Nam cidaris ex byssо in capite ejus, justitiæ, ut diximus, sanctorum sunt. Quoniam *omnis viri caput Chris- Joan. 19. tus est*, a quo est omnis justitia. Quod mitram 19. regalem, indicat sacerdotium spiritaleque connubium. Quod titulus conscriptus, in Passione sacerdoti nostro Pilatus imposuit. Tunica talaris, viscera sunt misericordiæ Dei nostri: de quibus *Coloss.3.12* Apostolus dicit; *Induite vos, sicut electos Dei, viscera misericordiæ.* Superhumerale vero, prin- *Isai.9.6.* cipatum ejus ostendit de quo dicit Isaias: *Datus est vobis filius, & factus est principatus super humeros ejus.* Duo lapides in humeris, duo præcepta sunt dilectionis Dei & proximi, quibus duodecim tribuum sculpta nomina continentur, duodecim discipulos in hoc numero jam designantes, quos noster Sacerdos in humeris perfecta dilectione portavit *Cum* enim *dilexisset*, ait evangelista *Joan.13.1.* Joannes, discipulos *suos, usque in finem dilexit eos.* [f] Ex his catenulæ portantes umbones: *fructus* sunt *Gal. 5.22.* *spiritus: charitas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo, continentia.* Rationalis in pectore, ex pretiosis moribus omnis est doctrina pontificis: ut sit, sicut Apostolus dicit, habens rationale obsequium. Præ- *Rom.12.1.* cinctum sane nostrum Sacerdotem nonagesimus se- *Psal.92.1.* cundus Psalmus ostendit; *Induit*, inquit, *Dominus fortitudinem & præcinctus est.* In quinquaginta vero tintinnabulis, totidemque malis granatis, linguæ sunt Ecclesiarum, quæ per Sanctum spiri- *Act.2.3.* tum die Pentecostes in specie ignis divisæ discipulis insederunt. Ut etiam numerus ipse ostendit: ex quo mala granata omnis Ecclesia per mundum, *Ephes.4.3.* connexos, ut grana intrinsecus, continens populos in vinculo pacis, & gratiæ, unum eos [g] tegmen operiat charitatis. Resonantibus enim in tintinnabulis Apostolis, mala granata statim mota sunt, in Actibus Apostolorum dicentia: *Nonne hi qui lo- Act.2.7.* quuntur, natione sunt Galilæi? *Et quomodo agnoscimus in illis sermonem in qua nati sumus?* Et sequi- *Ibid.¥.4.* tur: *Variis enim linguis magnificabant Deum.* Sed hæc [h] omnia gressibus liberi sacerdotis movetur, dum ingreditur in Sancta Sanctorum, quo pro nobis noster jam Mediator ascendit, apparere ante faciem Dei. *Heb.9.12.*

CAPUT IV.

PRÆDICTIO: *In populis vindicta, qui prævaricati, & qui mandata Christi non servavere.*

Prædictio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

1 DUm hæc quæ supra diximus, in monte Si- *Exod.30.1* na Moysi facienda mandantur, populus prævaricatus a Deo, idololatriæ crimen incurrit. Fingit [i] per Aaron vitulum ex auro, eique in contumeliam Dei veri victimas sacrificiaque obtulit, dicens: *Hi dii tui, Israel, qui te eduxerunt de* *Ibid.¥.4.* *terra Ægypti. Et obliti sunt Deum qui liberavit* *Ps.105.29.* *eos, qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, & terribilia in mari rubro.* Per nostrum quoque Sacerdotem hujusmodi apostaticæ animæ in Evangelio increpantur. Sic enim ait: *Joan. 15.* *Nisi feciſſem in eis signa quæ nemo alius fecit, pec-* *24.* *catum non haberent: nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Sequiturque ex gravi culpa vindicta: *Dixit autem Dominus ad Moysem; De-* *Exod.32.7* *scende celeriter: prævaricatus est enim populus tuus,* *& seqq.* *quos eduxisti ex Ægypto. Fecerunt sibi deos aureos, eisque dixerunt: Hi dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti. Et nunc sine me, deleam eos, & faciam te in gentem magnam, ampliorem- que quam hæc est.* Pius Dominus [k] dat intercedendi tempus, cum dicit: *Sine me.* Non enim Deus *Ibid.¥.11.* [l] ex hominis, sed homo ex Dei voluntate pende- *& seqq.* bat. Cumque multis modis precaretur Dominum Moyses, seipsum pro peccato populi offerens, nostrum Mediatorem sub figura expressit, qui animam suam pro impiis posuit. *Christus* enim, ut Apostolus dicit, *pro impiis mortus est.* *Rom.5.6.*

a Mſ. Remig. addit, *est*: tum idem Mſ. *corda piorum sunt*: ubi Editi, *piorum scilicet*.
b Mſ. Remig. addit, *principem sacerdotem*, forte, *sacerdotum*.
c Vulg. *Onychinos*. LXX. Interpretes, *smaragdos*.
d Mſ. Remig. *singulis humeris, e quibus*.
e Mſ. Remig. *rebus*.
f Mſ. Remig. *Et his*.
g Mſ. Remig. *tegumen*.
h Mſ. Remig. *omnibus*.
i Sic Mſ. Remig. At editi, *Fingitur per Aaron vitulus*: sed concinnior videtur lectio mſ. codicis.
k Mſ. Remig. *dat locum intercedendum*: forte *intercedendi sibi, cum dicit*.
l Mſ. Remig. *ex homine*.

2. Nec tamen illud tam grande peccatum caret vindicta : quoniam peccatum impunitum esse non potest. Descendens enim de monte Moyses, diffluentem populum dum videret, stans in medio castrorum, ait: *Si quis est* [a] *Domini, veniat ad me*. Cumque una tantum ex duodecim tribubus ad eum transiret, præceptum ei tale dedit: *Hæc dicit Dominus : Accipiat unusquisque vestrum gladium in manu sua, & pertranseat a castris usque in castra, & percutiat unusquisque patrem, fratrem, filium*. Quod cum incunctanter feciſſent : *Implevistis*, ait Moyses, *manus vestras hodie Domino unusquisque in filio & in fratre*, [b] *ut daretur super vos benedictio*. Tales in his discipulos nostri Mediatoris ostendit, quibus ait [c] Dominus Jesus: *Si quis venit ad me, & non odio habet patrem, matrem,* [d] *fratres, filios, insuper & animam suam, non potest meus discipulus esse*. Et iterum scriptum est: [e] *Qui dicit patri suo & matri suæ ; Nescio vos, & fratribus suis ; Ignoro illos ; & filios suos oderunt ; ii testamentum tuum servabunt*. Quod sancti fecere Martyres vocati per gratiam, felicitate perpetua munerati.

Exod. 32. 26.
a
Ibid. ℣. 27. & seqq.
b
c
Luc. 14. 26
d
e
Deut. 33. 9

CAPUT V.

PROMISSIO : *In sacrificiis omnibus Christum Dominum figuratum*.

Prpmissio facta & figurata. In Exodo credita & visa.

[1] RUrsum Moyses secundo montem jubetur ascendere. Eique [f] mandatur, quæ in sacrificiis ex animalibus avibusque populus offerat, sub certa mensura similaginis consperſæ ex oleo, pro peccato, pro solemnibus, pro votivis, vel certis Neomeniis, diebusque festivis. Vitulum, dictum est, sine macula, referens ad Christum veritatem, quæ signa sunt rerum. *Placebit*, dictum est, *Deo super vitulum novellum cornua producentem & ungulas*. Agnum anniculum sine macula : ipse est *Agnus Dei, qui tollit* [g] *peccata mundi*, [h] Ovem ex grege, idem ipse de quo Isaias dicit : *Sicut ovis ad immolandum ductus est*. Arietem ex grege, [i] idem ipse est Christus Dominus, qui dicit per Prophetam : *Exaltabitur sicut unicornis cornu meum*. Et Habacuc ; *Cornua*, inquit, *in manibus ipsius sunt*. Hœdum ex grege : ipse est Christus Dominus, qui non propria, sed aliena peccata portans, [k] pelles, e quibus cilicia collatæ pœnitentiæ texuntur, suo intulit tabernaculo : qui & per David dicit ; *Omnia cornua peccatorum confringam, & exaltabuntur cornua justi*. In turture vero & columba Ecclesiam agnoscimus. *Quoniam turtur invenit sibi nidum ubi ponat pullos suos* : Unamque dicit esse columbam, sponsam, electam suam. Cujus pullos in sacrificium offerri jubet dum dicit Dominus Jesus : *Sinite parvulos venire ad me ;* [l] *talium est enim regnum cælorum*. Quoniam & parvuli dum ejus baptismo consecrantur, simul cum illo sepeliuntur in morte, ut etiam in eis evacuetur corpus peccati.

Exod. 34. 2
f
Ibid. ℣. 19. & seqq.
Psal. 68. 32.
Joan. 1. 29.
g
h
Isa. 53. 7.
i
Psal. 91. 11.
Habac. 3. 4
k
Psal. 74. 11.
Psal. 83. 4.
Cant. 6. 8.
Matt. 19. 14.
l
Rom. 6. 4. 6

2. Illa vero distinctio peccatorum ignorantiæ & scientiæ, pro quibus sacrificium contriti cordis, ut similago frixa ex oleo, offertur ; etiam in nostro sejungitur sacrificio, cum dicit anima: *Delicta juventutis & ignorantiæ meæ ne memineris*. Quæ beatus Petrus minus cautus incurrit, dum prædicenti Domino passionem suam, ignorans eam per Legem atque Prophetas promissa fuisse: *Absit a te*, ait, *Domine, propitius tibi esto, non fiet istud*. [m] Et Dominus, *Vade retro Sathana ; non enim sapis* [n] *quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum*. Quod peccatum ignorantiæ, & scientiæ negationis, simul & juventutis (de qua præsumens dixerat Domino ; *Animam pro te ponam*) respectus atque compunctus omnia flendo [o] delevit, Docuitque in his peccatorem præsumptoremque dicere ; *Avertisti faciem tuam, & factus sum conturbatus. Sana animam meam, quia peccavi tibi*. Pro votivis vero [p] & solemnibus quæ [q] Christi Domini offerat populus, Paulus apostolus ostendit. [r] *Offeramus* inquit, *sacrificium laudis semper Deo, id est, fructum labiorum confitentium nomini ejus. Beneficentiæ autem & communionis nolite oblivisci : talibus enim sacrificiis placatur Deus*.

Levit. c. 2. 3. 4. & seq.
Psal. 24. 7.
Matt. 16. 22.
m
Marc. 8. 33.
n
Joan. 13. 37.
o
Psal. 29. 8.
Psal. 40. 5.
p
q
r
Hebr. 13. 15 16.

CAPUT VI.

PRÆDICTIO ; *In lepræ inspectione, hæreticos varios similasse*.

Prædictio facta & figurata. In Levitico credita & visa.

[1] JUbet Deus Moysi, ut lepræ inspectio atque purgatio, hujusmodi sacrificiis expietur : Par gallinarum offerendum sacerdoti, ex quibus unam offerrat, [f] aliamque relinquat. Similiter quæ ex hircis ceteriſque pecudibus. Sed hæc mysteria noster Sacerdos Jesus [t] Dominus evidenter ostendit in Evangelio dicens ; *Duo erunt in agro, unus assumetur, alius relinquetur ; & duæ in molendino, una assumentur, alia relinquaetur* : Quantum autem [u] interſit inter assumi & relinqui, columba corvusque dimissi ex arca ostendunt. Columbam enim Noe ad se recipiens in arcam, servandam sacrificio custodivit ; corvum vagantem errantemque relinquens. Sic agnos ab hœdis discerni, sic virgines sapientes a stultis voluit segregari : animas scilicet per gratiam ; quas digna oblatione purificans, sacrificio contriti cordis (quod similago frixa ex oleo signavit) secum in æternam Jerusalem, cujus spiritalis sponsus est, [x] introducit in patriam ;

Levit. cap. 13. & 14.
Ibid. ℣. 4.
f
t
Matt. 24. 40.
u
Gen. 8. 9.
Matt. 25. 2.
x

re.

a Mſ. Remig. *ad Dominum*.
b Mſ. Remig. *dari vobis benedictionem*.
c Mſ. Remig. addit vocem, *Dominus*.
d Editi, *fratrem*. Mſ. Remig. *fratres*.
e Mſ. Remig. *Qui dicit patri & matri, Non novi vos ; insuper & filios suos oderunt*.
f Mſ. Remig. *mandantur*.
g Sic Mſ. Remig. Editi, *peccatum*.
h Mſ. Remig. *ipse est*.
i Mſ. Remig. *in manu*.
k Mſ. Remig. *pilos . . , texuerunt*.
l Hæc adduntur ex Mſ. Remigiano,

m Mſ. Remig. *Et Christus ; Redi*.
n Mſ. Remig. addit ; *ea, ait*.
o Mſ. Remig. *abluit*.
p Mſ. Remig. *vel solemnibus*.
q Mſ. Remig. *Christo Domino*.
r Mſ. Remig. *Offerimus*. Et paulo post ; *Bene autem facere, & communicatores esse, nolite oblivisci*.
ſ Mſ. Remig. *alterumque*.
t Mſ. Remig. *Jesus Christus*.
u Mſ. Remig. *interesset*.
x Mſ. Remig. *introducat*.

repulsis hæreticis: quia leprosi foras extra castra mittuntur. Nec prætereundum existimo, ipsam distinctionem lepræ, ut datum fuerit, aliqua ex parte discutere. Nam lepra in capite Manichæos, Priscillianos, complicesque eorum demonstrat. Etenim cum *viri caput Christus* sit, *caput vero Christi Deus*; Deo ipsi capiti dum adversarium nescio quem principem tenebrarum disputantes opponunt; ipsi in capite sui erroris adspersi lepra, foris extra castra pelli meruerunt. Lepra in barba, Arrianos, Photinianos, Nestorianosque designat; qui nostrum Pontificem Christum, dum minorem in divinitate, aut solum hominem, non Deum & hominem prædicant, aliterque de Christo sentiunt, quam tenet, [a] tradiditque fides Catholica; leprosi in barba eum lacessunt, quem in similitudinem Aaron, David Propheta introducit; verum Principem sacerdotum Christum Dominum dicens: *Ecce quam bonum, & quam jucundum habitare fratres in unum. Sicut unguentum in capite, quod descendit* [b] *in barba, in barba Aaron.* Hi igitur qui unitatem Catholicam relinquentes, unguentum quod in nostri Pontificis barbam descendit, erroris sui dogmate fœdandum existimarunt; ut leprosi in barba inventi, etiam ipsi extra castra pulsi sunt. Lepra in corpore, Donatistæ, Maximianistæ, Luciferiani, ceterique similibus erroribus obvoluti, dum per totum mundum Christi corpus, Domini Ecclesiam, humanis calumniis insectantur, [c] in lepra corporis sui ejecti, nisi a vero Sacerdote [d] Christo charitate mundati fuerint, castra eos populi Dei non suscipiunt.

Levit. 13. 46.
1.*Cor.* 11. 3
Ps. 132. 1. 2

2. Pelagiani vero omni ex parte lepræ macula turpantur, dum capiti & corpori nebulas [e] suas perversæ doctrinæ infundere contendunt. Capiti; quod Deus ante peccatum, morralem hominem fecerit: qui *mortem non fecit, nec lætatur in perditione vivorum: creavit enim, ut essent, omnia.* Corpori: quod gratia Dei necessaria [f] homini non sit, quod Christus gratis mortuus sit, quod unum baptisma in minoribus majoribusque divisum sit: cum unum consecratum sit in remissionem omnium peccatorum. Sic in toto lepræ macula vitiati, e castris dominicis etiam ipsi pulsi sunt. Cum vero hæc noster Sacerdos inspicit, variasque dirimit plagas, utrum sit tetra in Manichæis, an rubea in Arrianis, an in Pelagianis alba, vel varia; *Quoniam oportet*, ait Paulus, *& hæreses esse, ut probati manifesti fiant in vobis.* Quamdiu in his variis erroribus, velut in lepræ maculis animæ detinentur, castra eos, ut dictum est, dominica non admittunt. Ex quibus omnibus hæresibus, compuncti Dei gratia, dum mundandi redeunt, in illis quodammodo decem leprosis nostro se offerunt Sacerdoti. Eosque juxta Legis præceptum dum ad sacerdotem Judæorum mittit, euntes in via, id est, in hac vita, potentia Verbi mundavit. Pro quorum mundatione sacrificium seipsum obtulit gallina illa pretiosa, quæ dicit: *Quoties volui, Jerusalem, colligere filios tuos, sicut gallina colligit pullos suos sub, alas, & noluisti?* Colligit sane etiam [g] illa nolentes, quos ad unitatis suæ membra pertinere cognoscit; quoniam *novit Dominus qui sunt ejus.* Unus enim ex decem mundatis reversus gratias egit nostro Pontifici: quia unitas cognoscit, non in se, sed in Domino gloriandum, quæ spem noluit habere in homine, quæ intellexit [h] bonam voluntatem a Domino præparari, quæ vere libera esse voluit, quoniam cognovit [i] quod eam Filius liberavit. Hi vero qui [k] mundanti ingrati, vel in erroris sui lepræ maculis persistunt, in castris dominicis suscipi omnino non poterunt, [l] Contra quos exclusos claudens ostium dicturus est noster Pontifex; *Non novi vos*: ut a longe illi dimissi foris remaneant, carnes, malefici, & omnes homines qui operantur & faciunt mendacium. Multa [m] hic dicere non oportuit, cum * Origenes singula discutiens, quæ recta fide sensit Domino consignaverit Christo.

Gal. 2. 21.
1.*Cor.* 11. 19.
Luc. 17. 12 *& seqq.*
Matt. 23. 37.
g 2. *Tim.* 2. 19.
Luc. 17. 15
1.*Cor.* 1. 31
h *Jerem.* 17. 5.
Prov. 16.
sec. LXX.
Joan. 8. 36
i
k
l
Luc. 13. 25
Apoc. 22. 16.
m
* *Super Leviticum.*

CAPUT VII.

PRÆDICTIO: *In escis mundis, & immundis, eleemosynis munda omnia fieri.*

[n] Prædictio facta & figurata. In Levitico credita & visa. n

1 INter omnia mandata quæ ad erudiendum Dei populum, Moysi in monte Sina a Deo tradebantur, expleto ordine sacrificiorum, animalia munda ab immundis quæ populus in escam sumeret, ista sunt [o] distinctione signata. Ruminantia, quæque fissa ungula, habenda munda esse, & in escam sumenda. Quæ animas signant ruminantes verbum Dei, ex fissa ungula, duorum scilicet præceptorum. De avibus quoque vel piscibus nominatim mandata sunt, quæ contingere, quæve abnuere populus debuisset. Quam legem in tabulis lapideis, juxta duritiam cordis Judæorum, datam, Dominus in Evangelio testatus est. Verum cum de [p] his singulis priores nostri patres, quibus revelatum est, allegoricas omnes disputationes longo volumine splendidoque stylo conscripserint, quid opus fuit cuncta persequi? cum de compendio noster Mediator Jesus Dominus, in quo ista omnia personabant, vecordes Judæos, qui Legem littera, non spiritu sequebantur, increpaverit, dicens: *Væ vobis Scribæ & Pharisæi hypocritæ: quia decimatis mentam, cyminum, & omne olus, mundantes catinum & calicem, cum intus pleni sitis rapina & iniquitate.* Eisque singularis ipse transiens, singulare sacrificium ostendit, dicens: *Verumtamen dico vobis, date eleemosynam, & ecce vobis munda sunt omnia.*

Levit. 11. 3 *& seqq.*
o
Matt. 19. 8
p
Matt. 23. 25.
Ps. 140. 10
Luc. 11. 41

2. O quam breve compendiosumque sacrificium, quod intrinsecus atque extrinsecus totumque hominem mundat! *Eleemosyna a morte liberat, & ipsa purgat peccata.* [q] *Eleemosyna non patitur ire in tenebris*, Eleemosyna munus bonum
q *Tob.* 4. 11.

a Mſ. Remig. *traditque.*
b Mſ. Remig. *in barbam barbam.*
c Mſ. Remig. *ex lepra.*
d Mſ. Remig. *Chriſti charitate.*
e Mſ. Remig. *ſuæ.*
f Mſ. Remig. addit, *homini.*
g Mſ. Remig. *illa nolente*, ſcilicet Ieruſalem.
h Mſ. Remig. *bona voluntate ad Dominum præparari.*
i Sic Mſ. Remig. At editi, *etiam.*
k Editi, *mundati* Mſ. Remig. *mundanti.*
l Mſ. Remig. *Contra quos claudens dicturus eſt.*
m Mſ. Remig. *hinc dicere.*
n Mſ. Remig. *Promiſſio.* Idem vero caret priori titulo.
o Mſ. Remig. caret hac voce, *diſtinctione.*
p Mſ. Remig. habet hanc vocem. *bis*. Editi non habent.
q Hæc pars additur in Mſ. Remigiano.

num est omnibus facientibus eam, coram summo Deo. Hæc est quæ perpetuos ignes extinguit: hæc est quæ resistit peccatis: hæc est quæ Christum pascit esurientem in paupere: hæc vestit nudum: hæc visitat infirmum: hæc peregrinum hospitio [a] recipit: hæc quæ omnem angustiam [b] carceris tollit: hæc omnem inopiam finit: hæc divitibus confert remedia: hæc vitam æternam comparat: hæc fœnerat Deum: hæc continet regnum cælorum: hæc est quæ discernit agnos ab hœdis: hæc est quæ ad dexteram collocat Judicis: hæc angelis sociat: hæc ex servis filios Dei fieri præstat. Concurrite omni ex genere peccatores, concurrite omnes ex vitiis erroribusque leprosi: concurrite omnes quolibet flagitio maculati atque immundi, pœnitentes, voventesque: concurrite ad tam magnum, compendiosum, utileque sacrificium, cum omni lætitia offerentes. *Hilarem enim datorem diligit Deus*. Prout quisque [c] quod offerat habuerit, hoc offerat munus. [d] Quod ita noster Princeps sacerdotum instituit, acceptumque præ omnibus esse mandavit, ut usque ad duo minuta calicemque aquæ frigidæ mensuras hujus perduxerit sacrificii: pacem promittens, etsi hæc desunt, hominibus bonæ voluntatis. Ista sunt posteriora Dei, quæ faciem ejus dum videre non posset Moyses, spiritu sunt ei revelata prophetico, in Christo Jesu Domino & homine, qui est æternus Princeps omnium sacerdotum. [e] Hæc in Levitico suppleta noscuntur.

Matt. 25. 35. — Ibid. ℣. 32. — Ibid. ℣. 34. — 1. Cor. 9. 7. — Marc. 12. 42. — Matt. 10. 42. — Luc. 2. 14. — Exod. 33. 20.

CAPUT VIII.

PRÆDICTIO: *In esca desideratis Ægypti, Christum manna renuisse.*

Prædictio facta & figurata. In libro Numerorum credita & visa.

IN Numerorum libro populus, principibus sibimet a Moyse constitutis, certa sub descriptione quantus sit designatur. Immemor quoque factus libertatis & [f] gratiæ Ægyptiæ, idem escas desiderans, adversum Deum & Moysem murmurasse compertus est. *Quis nos*, inquiunt, *cibabit* [g] *carne? Rememorati enim sumus piscium quos manducabamus in Ægypto gratis, cucumeres, porros, allium, & cepas. Nunc autem*, aiunt, *arida facta est anima nostra, nihilque aliud nisi manna in oculis nostris*. Repudiantur dulcia, desiderantur amara. Hoc periculosa gravisque animæ ingerit ægritudo, ut noxia sumere [h] velit, & quæ utilia sunt ac saluti proficiunt, spernat ac renuat. Sic repudiaverunt manna Christum, dicentes: *Nos scimus quia cum Moyse locutus est Deus, hic vero nescimus unde sit*. Eosque increpans dicit: *Si crederetis Moysi, crederetis* [i] *utique & mihi: de me enim ille scripsit. Ego enim sum panis vivus, quæ de cælo descendi*. Nonne manna sanctum repudiaverunt, quando Pilato volenti Jesum dimittere, dixerunt: *Noli ipsum dimittere, sed Barrabam*. Barrabas autem fuit insignis latro, quem sibi dimitti poscentes, velut porros, cepas, allium, [k] asperas lacrymosasque Ægyptias escas, ex latronis sceleribus se desiderasse professi sunt. Sane murmurantibus, carnes divina majestas exhibuit, non quæ reficerent, sed quæ vexarent potius comedentes. Quoniam igitur *animalis homo non percipit quæ sunt spiritus Dei*, &, *in concupiscentiis est omnis segni*, recteque spiritalis petiit auferri a se *ventris concupiscentias*; ostensum est, impium esse [l] ea desiderare vel peti a Deo quæ sunt animæ pernicioſa; & maxime quod cum murmure postulatur. [m] Fugiat anima tali desiderio Deum offendere, si terram promissionis cupit intrare.

Num. c. 1. & 26. — Num. 11. 1. — Ib. 4. 5. — Joan. 9. 29. — Joan. 5. 46. — Joan. 6. 51. — Joan. 18. 40. — Num. 11. 33. — Ps. 77. 30. — 1. Cor. 2. 14 — Prov. 21. 25. — Eccli. 23. 6

CAPUT IX.

PRÆDICTIO: *In Moyse, Christo Domino & Ecclesiæ fratres detraxisse.*

Prædictio facta [n] & figurata. In libro Numeri credita & visa.

ERAT, dicit Scriptura, *Moyses mitis præ omnibus hominibus* [o] *qui erant super terram*. In hac mansuetudine noster resonat Mediator, cui dicit David: *Tu, Domine, suavis ac mitis es*. Et ipse in Evangelio; *Tolite jugum meum super vos, & discite a me quia mitis sum & humilis corde*. Detraxerunt Aaron & Maria Moysi germano suo, quod Æthiopissam accepisset uxorem. Detraxerunt & nostro Domino sui fratres, quod cum publicanis & peccatoribus vesceretur. Quibus cum dixisset, *Non est opus sanis medicus, sed male habentibus; Non veni vocare justos, sed peccatores in pœnitentiam*; ostendit illam Æthiopissam se accepisse ex gentibus, quæ dicit, *Fusca sum, & decora, filiæ Jerusalem*. Maria quæ detraxerat, illico ex vindicta pœnam lepræ suscepit, quam metuere animæ debent, quæ Christo detrahunt & Ecclesiæ. Dicit enim de talibus per prophetam: *Pro eo ut diligerent me, detrahebant mihi, ego autem orabam*. Oratione enim Moysi, Maria mundata indulgentiam meruit, ut talis anima tanto exorante Pontifice, omni ex culpa sanetur. Jussu tamen divino Moyses, duodecim electos de plebe viros explorandam Chananæorum terram misit, quibus in mandatis dedit, non tantum civitates hominesque prospicere, quantum etiam secum ex terræ fructibus asportare. Pergentes dum agunt quæ jussa sunt, vallis eos quædam excepit; ex qua botrum abscindentes pro magnitudine phalangæ impositum, simul cum malis granatis sicusque portantes ad castra redeunt, fructus ostendunt, ea narrantes quæ viderant. In tribus his fructibus, mysteria Christi Domini resonant Ecclesiæ, Botrus in Christo, vox Ecclesiæ in Canticis Canticorum: *Botrus cypri, fratruelis*

Num. 12. 3 — Ps. 85. 5. — Matt. 11. 29. — Num. 12. 1 — Luc. 15. 2. — Matt. 9. 12 — Cant. 1. 4. — Num. 12. 10. — Ps. 108. 4. — Num 12. 13. — Num. 13. 3 & seqq. — Cant. 1. 13. — Habac. 3. 2 sec. LXX.

a Editi, *accipit*. Mſ. Remig. *recipit*.
b Mſ. Remig. *etiam carceris*.
c Mſ. Remig. omittit has voces, *quod offerat*.
d Mſ. Remig. *Quod dicat noster princeps Sacerdotum instituit*.
e Hæc ultima verba capitis non legimus in Mſ. Remig. sed adduntur secundo titulo capitis subsequentis.
f Mſ. Remig. & gratias Egiptias. *Forte pro, & gratiæ*, Egiptias idem escas desiderans.
g Mſ. Remig. *carnibus*.
h Mſ. Remig. *vellet*.
i Hæc particula, *utique*, additur ex Mſ. Remig.
k Sic Mſ. Remig. Editi vero, *asperas lacrymas, absque Ægyptiis escis . . . desiderasse*. sine particula, *se*.
l Mſ. Remig. *ea desideria*.
m Mſ. Remig. *Fugiat animo tale desiderium . . . cupit videre*.
n Hæc supplentur ex mſ. Remig.
o Sic Mſ. Remig. Editi vero, *qui sunt*.

Cant.7.12 *lis meus*. Quod ligno portatur, [a] crucifixum agnoscé. Quod in medio duorum exploratorum; Habacuc Propheta; *In medio*, inquit, *duorum animalium cognosceris*, [b] Item Ecclesia de seipsa in eodem Cantico: *Floruit*, inquit, *vitis, floruerunt mala granata*. Ficus vero, cujus ex foliis transgressores primi homines sibi succinctoria fecerunt, ostendunt originale peccatum, quod per mala granata Ecclesiæ, botrique sanguinem absolvitur, qui fusus est in remissionem omnium peccatorum.

Num. 13. 28. & seq. [2] Hi autem qui cum exploratoribus adscenderant, his dictis populum terruerunt; Terræ illius promissæ audaces esse homines, magnosque viros, civitatesque munitas. Gigantes se quoque illic vidisse confirmant, quorum in conspectu ipsi ut locustæ fuerint super terram. Horum metu perculsus populus, rursum adversus Moysem murmuravit, sibique statuit eligere ducem, qui eos reduceret in Ægyptum. Hoc malum eorum est, qui liberati per baptismum metu dæmonum, non ante, sed retro respiciunt, Dei beneficia ejusque mira facta obliti: [c] desperantes erga se impleri promissa Dei, eligunt ad eum reverti, cui jam renuntiaverant; illum cui crediderant spernentes, ejusque potentiam abnegantes. Hos increpans dicit: [d] *Verterunt ad me dorsum suum, & non facies suas*. Et Petrus apostolus: *Melius illis erat non cognoscere viam salutis, quam cognoscentes retro respicere a tradito sibi sancto mandato*. *Contingit illis res veri Proverbii: Canis reversus ad vomitum, & sus lota in* [e] *volutabro luti*. Jesus vero filius Nave, & Caleph [f] Jephonæ qui terram inspexerant, simul cum Moyse & Aaron sacerdotibus prostrati, agunt pietatis officia, ab intentione desperatæ voluntatis populum revocant, dicentes: *Nolite metuere populum terræ: quoniam devotio* [g] *nobis sunt. Discessit enim* * *tempus ab illis, Dominus autem in nobis est: nolite timere eos*. Quæ omnia subversione idolorum etiam [h] populo resonant Christiano, ne sint homines apostatæ a Deo, qui [i] dæmones metuunt, a quibus jam per Dei gratiam liberati sunt. Quorum pompam inanem describens Jeremias, ait: *Inter cetera ingressi in Babyloniam, videbitis ibi deos aureos & argenteos portari in humeris*. Ipsi autem sunt manufacta & inania; sed neque præstare, neque nocere possunt, ideo quod nihil sint: *ne ergo timueritis eos. Dominum autem sanctificate in cordibus vestris, & ipse erit vobis timor*, [k] sicut Isaias ait. De dæmonum autem cultoribus Jeremias scribens ait: *Ibi fuerunt gigantes illi nominati scientes prælium. Nos hos elegit Dominus, nec viam scientiæ dedit eis. Et perierunt, propter quod consilium non habuerunt*. Et Salomon: *Ab initio*, ait, *cum perirent superbi gigantes*. Contra quorum superbiam humilis Christi populus victor [l] exurgit.

Num. 14. 10. 3. Sed cur Hebræus populus, indignatus vellet lapidare precantes [m] se, honor Domini apparuit in tabernaculo. Sic enim semper audacia malorum comprimitur præsentia divinæ virtutis. Cumque exacerbantes se Dominus perdere voluisset, mitis ille præ omnibus Moyses, gratiæ intercessionis verba quæ proferret, invenit: *Audient*, inquit, *Ægyptii, cum contriveris hunc populum, & dicent: Quoniam non potuit illos introducere in terram quam juravit illis, prostravit illos in deserto. Et nunc exaltetur manus tua, Domine, sicut dixisti: Ego sum Deus patiens, & multum misericors, & verax*. Quibus precibus propitiatus Deus, ita temperavit iram suam, ut tamen peccantes sequeretur digna vindicta. Non ipsos intraturos in requiem promissæ terræ, testificando prædixit: excepto Jesu Filio Nave, & Caleph filio [n] Jephonæ. Omnesque defuncti in eremo, filii eorum obedientes susceperunt hereditatem, quam illi amiserant contumaces. Sic noster Mediator Jesus Dominus, rebelli adversum se eodem populo, & cum Herode de sua nece conferente; spretis atque [o] in hujus vitæ eremo mortuis, etiam in anima, Judæis, filiis eorum sempiternam hereditatem dedit, quos pro eo impius Herodes occidit.

Ibid.v.13. *Ibid.v.20. & seqq.* *Ibid.v.37.* *Matt.2.16*

CAPUT X.

PRÆDICTIO: *In virga Aaron germinante, confirmatio sacerdotii Christi Domini.*

Prædictio facta & figurata. In libro Numerorum credita & visa.

1 CONtemptores præceptorum suorum, officiumque sacerdotale usurpare volentes Chore, Dathan & Abiron, præsens Dei judicium dum puniret, [p] condemnans in illis omnes hæreticos (ut jam supra * posuimus) signum quoddam [q] indicit Moysi, quod a se electum confirmet principem sacerdotum. *Dixit Dominus Moysi:* [r] *Sic dices filiis Israel, ut dent omnes principes illorum singuli* [s] *in tribubus virgas suas*. Duodecim igitur virgas accipiens Moyses, & virgam Aaron inter virgas illorum, posuit eas coram Domino, intulitque in tabernaculum testimonii. Et factum est, in crastinum introiit Moyses & Aaron in tabernaculum. Et ecce germinavit virga Aaron ex domo Levi, & produxit germen, florem, germinavit & nuces. Quo profecto signo quietum populum esse jubet, dicens; [t] *Desinat murmuratio eorum a me, & non morientur sic omnes*. Hæretici pereunt contra Domini Sacerdotem legitimum murmurantes. Quod vero florescens virga Aaron produxit nuces, nostrum hæc Christum Dominum indicant Sacerdotem: de quo dicit Isaias: *Exiet virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet*. In nuce vero mundum, Ecclesiamque in mundo ostendi, qui pie quærit, intelligit. Ex duabus quippe partibus conjunctis, tamquam intra cameram cæli, & spatia terræ, velut

Num. 16. & seq. *Ibid.v.10.* *Ibid.v.8.* *Isai.11.1.*

a Sic Mſ. Remig. Editi, *crucifixum significat. Agnosce quod, &c.*
b Mſ. Remig. *Inter hæc.*
c Sic Mſ. Remig. At vero Editi, *deprecantes.*
d Mſ. Remig. *Posuerunt.*
e Mſ. Remig. *in volutabris ceni.*
f Mſ. Remig. *Sephone.*
g Mſ. Remig. *nobis est.*
h Mſ. Remig. *populum resonant Christianum.*
i Mſ. Remig. *dæmones*: Editi, *homines.*
k Mſ. Remig. *Esaias autem dæmonum cultores describens, ait.*
l Mſ. Remig. *exurgeret.*
m Ita Mſ. Remig. At editi, *pro se.*
n Mſ. Remig. *Sephone.*
o Mſ. Remig. *in hujus vitæ eremo*. Editi, *in hac vita.*
p Mſ. Remig. *contemnens.*
q Mſ. Remig. *prædicit.*
r Mſ. Remig. *Dic.*
s Editi, *in tribus.*
t Mſ. Remig. *desinet.*

velut quatuor partes orbis, [a] intrinsecus cum populis continentur: tenue quoddam corium habens in medio sui, ut maria diffusa per partes.

2. Ecclesiæ quoque mysteria hæc in ea sunt, duorum veteris & novi Testamentorum operta secretis, quatuor cornua Crucis, quibus orbis redimitur: & aquam baptismi in medio sui habens, qua virens semper fructificansque floresci. Hujus pomi arbor celsa petens, opacis ramis, adspersa per tenues mollesque surculos, aut singulas in unitate, aut [b] binas in duobus præceptis, aut ternas in trinitatis numero, quatuorve connexas in quatuor Evangeliis, gemmarum in modum producens, sui artificis pulcritudinem, operaque mira declarat. Harum expressus succus [c] ex tegmine, quædam in se tincta alba colorat, ac medendi gratia exasperatis faucibus adhibetur. Hæc virentium nemorum fronde vestita tegmina fovent æstuanter, in requiem suorum scilicet [d] foliorum, temperantque flatu suo ægrotantis incendia. Nec immerito Jeremiæ Prophetæ jubet Dominus [e] baculum sibi nuceum facere debere, in quo omnis Ecclesia in mundo, [f] & mundus in ea Christi sustentetur auxilio, ejusque gratia sufferatur, quæ canit in Psalmis, & dicit: *Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt*, pletis peccatis jam finis advenerat, fatigatus itinere adversum Dominum murmurans serpentum morsibus vexatus in eremo est, pœnitensque Moysem supplicem pro se Domino fieri precibus exorat. Verum ille semper pius & misericors Deus, qui partibus judicans dat locum pœnitentiæ, remedium exaltati serpentis in ligno, contra mortiferos serpentum morsus dedit. Jubetur enim Moyses æneum formare serpentem, eumque alto ligno confixum, populo præcipere, ut si quis se vulneratum cujuslibet serpentis morsu sentiret, statim æneum respiceret serpentem, cujus adspectu continuo [l] sanaretur. Hic etiam sic ille illuditur serpens diabolus, de quo per David dicitur: *Draconem quem finxisti, ad illudendum ei.* Cum enim in hujus vitæ eremo diversis ex vitiis, jam consecratis in baptismo tamquam in mari rubro, pestiferos morsus infixerit diabolus, statim exaltatum in ligno Crucis Jesum Dominum respiciat, id est, a cælesti medico non recedat, ut *omnis qui viderit & crediderit in eum* (sicut ipse in Evangelio dicit) *non pereat, sed habeat vitam æternam.*

Psal.22.4.

Jer.1.11.

Sap.12.10

Psal.103. 26.

Joan.3.15.

CAPUT XL.

PRÆDICTIO: *In æneo serpente, Christum Dominum a morsu diaboli liberantem.*

Prædictio facta & figurata. In Numerorum libro credita & visa.

1 SItiens rursum in alia eremi parte populus, adversus Moysem & adversus Dominum murmuravit. [g] E petra qua, ut prius aderat, Moyses produci posse aquam diffidit, is qui talia vel ampliora signa jam fecerat, ex hoc offensam incurrens, quod non [h] clarificaverit Deum coram filiis Israel; non ipsum introducturum populum in terram promissionis, vindex sententia divina confirmat. Ibi Aaron in Or monte defunctus, Eleazarum filium sacerdotemque dimisit. Moyses paululum reservatur, cujus in locum [i] Jesus Nave filius transit, qui populum in terram promissionis induxit. Recte huic nomini etiam terrena hereditas distribuenda servata est: quoniam non *esse aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo nos operteat salvari*, Apostolica est sententia præfinitum, quæ nostrum ducem Christum Jesum Dominum ostendit, suis hereditatem perpetuam seipsum distribuentem, & qui [k] eum percipientes, dicunt: *Hereditas mea præclara est mihi.*

Num.20.2 Exod.17.5

Num. 20. 12.

Ibid.¥.29.

Act.4.12. Phil.2.10.

Psal.15.6.

2. Dum vero idem populus pergit per certas gentes, quas ei Dominus mandaverat extirpandas, quarum scilicet ex culpa idololatriæ, sup-

Num.21.5 & seqq.

CAPUT XII.

PROMISSIO: *In eis, qui pro Christo parentes contempserit, venire benedictionem.*

Promissio facta & figurata. In Numeris credita & visa.

1 BEnedictum a Deum populum, Balaac Rex Moab conducens Balaam prophetam ex gentibus (licet unius veri Dei vatem) ut malediceret invitavit: quem maledictum exitimabat se facile superaturum. Sed propheta a Domino requirit, utrum pergat an maneat. [m] Prohibeturque a Domino ne veniat, ac Regi mandat, sibimet interdictum. Aliis nuntiis Rex, ampliora munera promittens, prophetam hortatur ut veniat. Rursum ille ab eo qui jam prohibuerat, corde perverso quærit tentans, utrum locus daretur eundi. Huic recte resonat Scriptura: *Non tentabis Dominum Deum tuum.* Datur igitur jam mente saucio pergendi potestas, ita ut [n] si quid Dominus in os ejus dedisset, hoc ipse proferret. Dum vadit [o], avaritiæ suæ jam corde captivus; obvius ei angelus, jumento ipsius quo [p] vehebatur se potius manifestare voluit, quam illi: quia *homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est jumentis insensatis, & non similis*, sed pejor *factus est illis. Subjugale enim* (ut Petrus apostolus dicit in epistola sua) *humana voce respondens, vetuit prophetæ dementiam.*

Num.22.5 & seqq.

m

Ibid.¥.15. & seq.

Deut.6.16 Matt.4.7.

n

o

p

Num. 22. 28.

Ps.48.21.

2.Petr. 2. 16.

2. Tunc coram Rege conductus ille propheta, dum cogitat maledicere, benedixit: illorum deputatus ex numero, quos propheta David designat, dicens: [q] *Maledicent illi, & tu benedices:* & *Ps.108.28 Ps.61.5.*

Num. 22. 36.cap.23. & 24.

q

a Mſ. Remig. *intrinsecus continetur, cum populus tenue*, &c.
b Mſ. Remig. *geminas.*
c Mſ. Remig. post hæc verba, *ex tegmine, fovet æstuantes* subjicit, ceteris prætermissis.
d Mſ. Remig. *filiorum.*
e Alludit Auctor ad Jerem. 11. 1. *Virgam nuceam*, seu *baculum amigdalinum, ego video.*
f Hæc verba, *& mundus in ea*, omittuntur in mſ. Remig.
g Editio recentior: *E petraque.*
h Edit. Colon. *glorificaverit.*
i Mſ. Remigianus, *Jesus Nave transeat . . . repromissionis.*
k Mſ. Remig. *qui ei.*
l Mſ. Remig. *sanabatur.*
m Mſ. Remig. *prohibituſque regi mandat, ne veniret ad non sibimet interdictum.*
n Mſ. Remig. *sicut.*
o Mſ. Remig. addit vocem, *iter.*
p Mſ. Remig. *vectabatur.*
q Mſ. Remig. *Maledicunt illi, & tu benedicis.*

& alibi; *Ore suo benedicebant*. [a] Hoc exitus posterior docuit. Suppletam enim benedictionem propheticam, [b] qua etiam per talem, Adventum unici Filii sui ex illo populo Deus gentibus promittebat. Quo vaticino actus dixit inter cetera: *Num. 24. 17.* *Orietur stella ex Jacob, & exurget homo ex Israel, & confringet omnia regna terræ.* Quæ de Christo *Matt. 2. 2.* Domino dicta, Evangelia divina attestantur. Is igitur qui maledicere voluit, [c] nec valuit, consilium nequissimi serpentis exquisitum Regi dedit. Speciosas quasque feminas, quarum forma ornatusque ferrum virtutemque [d] molliret, electas e suo populo ad concitandam libidinem [e] Hebraico populo dimittendas. Harum ex concupiscentia persuasi, sacrificantes idolis ac sacrificata vescentes, offenso Deo, totum pene Israel in mortem duxere captivum. Divina quippe manu percussi, dum plurima multitudo caderet in deserto, tota pene *Num. 25. 8* synagoga periisset, nisi Phinees sacerdos, adulteros mente & corpore ferro transfodiens, iram Dei [f] hoc facto placasset. Admonetur Joannes apo- *Apoc. 2. 14.* stolus in Apocalypsi, scribere angelo, id est, rectori Ecclesiæ Pergami, quod in plebe ejus essent *tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Ballac mittere scandalum* [g] *sub oculis filiorum Israel, edere de sacrificio, & fornicari*: esse etiam nunc tales ostendens, quos aut vindex ira [h] consumit, *Num. 25. 2* aut objurgatos sub pœnitentia, indulta gratia liberat Sacerdotis.

CAPUT XIII.

PRÆDICTIO: *In Moysæ transeunte, Jesum signasse Dominum rectorem.*

Prædictio facta & figurata. In Deuteronomio credita & visa.

Deut. c. 31 & 32. MOyses vicinum se dum cognosceret sepulturæ, populo omnem recapitulans legem, benedictionibus maledictionibusque, atque terribili illo Deuteronomii cantico, totam synagogam astrinxit, testem inducens cælum & terram, nihil se ex mandatis Domini celasse, omnique vigili cura egisse, ne quid existeret, quod læderet populum: monetque a præceptis Domini non discedendum, neque ab eo in aliquo declinandum; metuendumque esse [i] prosperis, ne sequantur adversa. Addit quoque prophetico spiritu eis futura designans, post suum obitum relicto vero Deo, post gentium eos vana & noxia *Deut. 31. 16.* concursuros [k] simulacra: quorum ex cultu peccatorum ponderibus gravati, in ima [l] mergantur: eosque dimitti a Deo, si ipsi dimiserint Deum. Quibus dictis, omnes tribus mystica be- *Deut. 33. 1 & seqq.* nedictione consignans, Jesu filio Nave tradita gu- *Deut. 31. 7* bernanda plebe, ipse jam provectus ætate, ad *Deut. 34. 5* Dominum ex hac vita migravit. Commendavit *S. Prosperi.*

quoque noster Mediator Jesus Dominus fidem ac pacem suam discipulis suis transiens de hoc mundo ad Patrem, eosque, ut Joannes evangelista *Joan. 14. 2.* *Joan. 13. 1.* dicit, usque in finem diligens erudiit. Illud quoque propheticum futurum discentibus per suum Paulum apostolum mandans, quod post ejus obitum introirent graves lupi non parcentes gregi, *Act. 20. 29.* & ex ipsis discipulis exurgerent pseudoprophetæ *Matt. 24. 5.* loquentes perversa. De quibus in epistola sua dicit: *Videte canes, videte malos operarios, videte concisionem*. Commendansque [m] omnes Deo *Phil. 3. 2.* & verbo gratiæ ejus, ulterius non visuros faciem suam Paulus affirmat, eosque Domino Jesu tradi- *Act. 20. 32.* dit gubernandos, qui est cum suis usque in con- *Matt. 28. 20.* summationem sæculi.

CAPUT XIV.

PROMISSIO: *In Jesu Nave, Jesu Domini figuram ostendit, terrenam expugnantem civitatem.*

Promissio facta & figurata. In Jesu Nave credita & visa.

1 JEsus Nave filius, jubente Deo, manu Moysi consecratus, dux effectus est populi. *Deut. 31. 7* Neque enim, quod sæpe dicendum, & decebat Dei populum in terram promissionis alium introducere, nisi illum qui & nominis & rei [n] sacramenta salutemque portaret. Hic exploratores duos in Jericho mittit, quæ prima in civita- *Josue 2. 1.* tibus promissæ terræ esse videbatur. Misit & noster Jesus Dominus exploratores duos, qui sui primi adventus terram [o] prædicando concuterent, Zachariam scilicet sacerdotem, ejusque filium Joannem: de quo idem pater sacerdosque eidem suo filio dicit: *Tu puer Propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini,* *Luc. 1. 76.* *præparare vias ejus*. Item de ipso Joanne angelus: *Præcedet*, inquit, *ante eum in spiritu & virtute Heliæ*. *Ibid. 17.* Exploratores terræ illius excepit Rahab meretrix, quæ eos abscondens, a suis *Josue 1. 1.* persequentibus liberavit. Et quos [p] Dominus Jesus misit, suscepit anima fornicaria, quæ nominis Jesu expectans salutem, a prostitutione idololatriæ, per coccinum, signum ejus [q] sacri sanguinis, liberata est.

2. Has animas ex hac fornicatione [r] venientes, etiam Thamar illa nurus Judæ in suis [s] ge- *Gen. 38. 27* minis signat, dum minor ejus filius manum prior ex utero [t] cœpit mittere, & accepto signo coccino, posterior natus est: gentium in se populum ostentans, qui vagus, dum prior manum misisset in sacris idolorum, posterior ad Christum per signum ejus sanguinis baptismo renatus advenit. Sub lino illa Rahab exploratores *Sec. LXX. Interpretes.* abscondit. Sub lino [u] & nostri Jesu Domini ex-

m plo-

a Mss. Remig. addit, *& corde suo benedicebant*; forte, *maledicebant. Hoc enim.*
b Mss. Remig. & Edit. Lugd. *quam etiam.*
c Hæc verba, *nec valuit*, supplentur ex Mss. Remig. Aberant ab editionibus antiquioribus dempta Lugd. in qua habetur, *nec potuit.*
d Mss. Remig. *mollesceret.*
e Mss. Remig. *Hebræo.*
f Mss. Remig. cum recent. edit. *hoc modo.*
g Mss Remig. *in oculis.*
h Mss. Remig. *consumet.*
i Mss. Remig. *prospera.*
k Mss. Remig. addit vocem hanc, *simulacra.*
l Editi, *merguntur.*
m Mss. Remig. supplet vocem, *omnes.*
n Mss. Remig. addit, *futura.*
o Mss. Remig. *prædicandam.*
p Mss. Remig. *noster Jesus Dominus.*
q Mss. Remig. *sacro sanguine.*
r Emendamus ope Mss. Remigiani. Alias editi, *vehementer.*
s Mss. Remig. *criminibus.* Sed ut, videtur, minus bene.
t Mss. Remig. *mitteret.*
u Mss. Remig. *& nostros.*

ploratores fuisse absconsos Isaias Propheta testatur, dicens : *Arundinem quassatam non comminuet, & linum fumigans non extinguet* ; gentem ipsam Judæam signans, quæ ut linum, fumigans in sacrificiis, omnem usque ad Christum [a] tectam celavit prophetiam : ipsosque præcursores nostri Christi Jesu : a quo non extincta nunc usque servatur ; ut quæ in ea adhuc tecta latent, [b] futuro in tempore revelentur. Metu [c] enim Jesu ducis suos territos cives mulier illa explorantibus prodidit, ut etiam illud impleretur, quod de nostro Jesu Domino dictum est : *A facie tua gentes turbabuntur, cum feceris mirabilia*. Reversi exploratores ad Jesum, cum omnia quæ egerant, retulissent ; jussu divino duodecim tribuum Israel jubet castra moveri, simulque omnes transire Jordanem, arca præeunte : quæ [d] jam in figura, ut dictum est, nostri Jesu ducis [e] sacramenta portaret.

Isa.42.3. *Matt.12.20.* *Josue 3 1.*

3. Hæc dum in medio fluminis moraretur, divisas in partes inferior unda dum iret, superiorque immota subsisteret, solum siccum ipse alveus præbuit transeuntibus. Statimque præcepto Domini duodecim lapides a singulis tribubus de medio fluminis Jesus jussit auferri : quibus, in sacrato numero duodecim Apostoli nostri Jesu signarentur. Transeunte autem populo ; famulatu, quem unda Dei jussu præbuerat, suppleto : rursum recurrens in se se fluvius lætos per se reddidit transeuntes. Baptismi & hic instar expressum, ut hi qui in eremo nati rubri maris Sacramenta non noverant, Jordanis in transitu abluti, circumcisionem ex cultellis [f] susciperent petrinis. Omnis enim sub nostro Jesu consecratus in baptismo, ex petra corde circumciditur : quia omnis virtus ejus in petra firmatur. Quam petram Christum esse jam supra [g] ostenditur.

Ibid.℣.16. *Josue 4. 1.* *Ibid.℣.18.* *Josue 5. 2.* *1.Cor.10.4*

CAPUT XV.

PROMISSIO : *Per Jesum Dominum animæ a prostitutione idolorum liberantur.*

Prædictio facta & figurata. In Jesu Nave credita & visa.

1 JEriconta Dei populus cum Iesu duce veniens, eamque munitam omni ambitu prospiciens civitatem, obsidione vallavit. Mirabilis autem in divinis præceptis illic videtur [h] initus esse conflictus : actumque est quodammodo certamen spiritale, septem tubarum clangoribus septies in die septimana tota recurrente, die ultimo [i] tubis concrepantibus, jubilantibus cunctis, omnis illa superba murorum constructio, non humana, sed divina manu concussa intercidit. Subversa civitas, concrematque cum populis incendio, sola [k] ex eo Rahab cum suis per signum sanguinis potuit liberari. His tubis, hoc fremitu jubilantum, præcepto Jesu Domini etiam nostri pugnat exercitus. Nam septiformi spiritu, sapientiæ & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ & pietatis, ac timoris Dei, dum resonant qui canunt in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ, jubilatque populus in conspectu Regis Domini, septies in die dum laudes dicunt super judicia justitiæ ejus, omnis Jerico civitatis [l] terrenæ superbia debellatur. Concrematur incendio ab eo de quo dicitur : *Ignis ante eum* [m] *præcedet ; & inflammabit in circuitu inimicos ejus*. In qua spes salutis datur fornicariæ animæ pœnitenti, dum signo sanguinis Jesu Domini liberata, dicitur elatis & tumidis : *Meretrices & publicani præcedent vos in regnum Dei*. Tales quippe animas invenit Jesus Dominus noster, sive in Judæis, sive in gentibus. Quarum exemplo ut a sua prostitutione transiret ad legitimum virum, jubetur Osee Propheta mulierem accipere fornicariam, atque ex ea procreare filios, ut sit jam uxor, quæ paulo ante fuerat meretrix, habeatque filios, quæ studebat filios non habere, nec jam libidini, sed suscipiendæ serviat proli.

Josue 6. 1. & seqq. *Ibid.℣.16.* *Ibid.℣.17.* *Isai.11.2.* *Psal.97.6.* *Psal.118.164.* *Josue6.24.* *Psal.96.3.* *Matt.21.31.* *Osee 1. 2.*

2. Evidentius hoc per Jeremiam prophetam exponitur, cum tota arguitur Judæa : *Si contaminata fuerit mulier*, ait Dominus, *numquid revertetur ad eum vir suus ? Et tu fornicata es in pastoribus multis, & sic revertere ad me, dicit Dominus*. Et per Oseam : *Vocabo non plebem meam, plebem meam ; & non dilectam, dilectam*. Apostolus quoque Paulus, hujusmodi animas salubriter objurgat, dicens : *Auditur in vobis fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec* [n] *inter gentes*. Sed tales etiam sua gratia Jesus noster Dominus dum suscipit ad salutem, divinitate illa potentiæ suæ fornicariam, virginem facit. Quam pronubus in se Paulus casto spiritualique connubio componit, dicens : *Aptavi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo*. De qua filios non carne, sed spiritu excipiens, facit Ecclesiam virginem, matrem filiorum secunditate [o] lactantem. Quos secum admonet Joannes apostolus dicens : *Carissimi, filii Dei sumus, & necdum apparuit* [p] *quid erimus*. Conjungit & Paulus : *Si autem filii, & heredes ; heredes quidem Dei, coheredes autem Christi*.

Jerem.3.1. *Osee 1.10. & c.2.24.* *Rom.9.25.* *1.Cor.5.1.* *2.Cor.11.2* *Ps.112.9.* *1.Joan.3.2.* *Rom.8.17.*

CAPUT XVI.

PROMISSIO : *Per Jesum Dominum omnia vitia expugnanda.*

[q] Promissio facta & figurata. In Iesu Nave credita & visa.

EXpugnat Jesus Nave filius Chananæum, Cethæum, Pheresæum, ceterasque gentes, quarum terras populo suo Dominus in hereditatem promiserat. Expugnat & noster Jesus Dominus idololatriam, superbiam, invidiam, luxuriam, ceteraque vitia, ut suis seipsum præpa-

Josue 11.3 & seq. cap.

a Mss. Remig. *texit & celavit.*
b Sic Mss. Remig. Editi, *latent futura, in temporo revelentur.*
c Mss. Remig. *Metu tamen Jesu duce.*
d Mss. Remig. habet, *in figura.* Editi carent particula, *in.*
e Mss. Remig. *omnia sacramenta.*
f Mss. Remig. *susceperint.*
g Mss. Remig. *ostendimus.*
h Corrigimus ex fide Mss. Remig. In editis legebatur, *illic videtur virtus fuisse. Conflictus, actumque,* &c.
i Mss. Remig. addit vocem, *tubis.*
k Mss. Remig. *ex ea.*
l Mss. Remig. *terrena.*
m Mss. Remig. *ardebit.*
n Mss. Remig. *in gentibus.*
o Editiones antiquiores, *lactantem*, recentiores vero, *lætantem* : prioribus favet Mss. Remig.
p Editiones veteres, *quod erimus.*
q Sic Mss. Remig. cum Edit. Colon. & posterioribus Antiquiores vero, *prædictio.*

Ps.77.64. paret æternam hereditatem. In funiculo Jesus Nave filius, victori populo terram divisit. Dicit & *Ps.15.6.* noster triumphans in Christo Jesu populus; *Funes ceciderunt mihi in præclaris. Nam & hereditas mea præclara est mihi.* Jubet Dominus filiis *Num.27.6* Salphat, quia virum heredem non reliquit, paternam suscipere hereditatem: ut in his animæ auxilio [a] humano destitutæ signarentur, quas dum *Psal.15.5.* respicit Deus, dicunt: *Dominus portio hereditatis meæ & calicis mei; tu es, qui restitues mihi hereditatem meam.* Terminos positos quæque tribus inviolata fide custodit. Dicitur & nostro populo. *Prov. 22. 28.* *Non transgredieris terminos æternos quos posuerunt patres tui:* E mundo migraturus Jesus, *Josue cap. 23.* ultima contestationis suæ verba, sicut Moyses, hæc populo tradidit: A mandatis Domini non discendendum, si vellent semper esse liberi, & ab inimicorum insidiis alieni: nihilque se ab eis accepisse, vel eos in aliquo læsisse confirmat. Et suos Jesus noster Dominus transiens, hac pactione [b] constringit: *Si feceritis*, inquit, *quæ mando vobis, vere mei discipuli estis, & cognoscetis* *Joan.8.31.* *veritatem, & veritas liberabit vos.* Quibus cum dedisset exercendorum miraculorum potestatem, ne quid ab aliquo sperarent, quod ipsi non dederant, [c] dixit, *Gratis date.* Post abscessum Jesu *Matt. 10. 8.* populus ille non Ducem, sed Judices regendos *Judic. 1.2.* accepit. Et cum noster Jesus Dominus transiret de hoc mundo ad Patrem, rectores Ecclesiæ suæ per universum instituit mundum.

CAPUT XVII.

PRÆDICTIO: *In figura Ecclesiæ Delbora hostem superavit.*

[d] Prædictio facta & figurata. In Judicium [e] credita & visa.

Jud. 1. 2. PRimus Judas inter ceteros Judices fuit qui judicarunt Israel. De cujus tribu, ut sæpe diximus, Dominus Christus huic mundo in carne, Judex omnium animarum præsentatus est. Relicto vero *Jud. 2. 11. & seq.* Deo, populus Israel oblitus mandatorum Moysi & Jesu famulorum Dei, servivit idolis gentium, [f] eosque sequens vindicta, per confines inimicos vexavit. Hoc & nunc agitur, dum renati per baptismum filii Dei, vanis superstitionibus curisque hujus sæculi implicantur, vinculisque peccatorum *Prov. 5.22* suorum unusquisque constringitur. *Clamaverunt* *Ps. 106. 6.* filii Israel *ad Dominum*, cum pressuram paterentur: *& de necessitatibus eorum liberavit eos.* Di- *Isai. 58. 9.* cit etiam noster Dominus per Prophetam: *Erit cum* [g] *clamaveritis ad me & dixeritis, Pater! exaudiam vos ut populum sanctum.* Cujus in manifestatione, clamantem ad patrem filium perditum, cum magna miseratione pius pater in Evangelio [h] pœnitentem suscipit redeuntem. [i] Subsequens in judicibus [k] Delbora prophetes, mater *Luc.15.21* *S. Prosperi.* surrexit in Israel, quæ judicavit populum annis *Jud.v.4.* quadraginta. Hujus in tempore Sizaram Regem Jabin adversus plebem Domini rebellantem, divina virtus in manu feminæ concluſit [l]: illum scilicet terribilem curribus, equitibus, populisque metuendum. Nec eum [m] ferro, sed femina virum ligno confixit, palo ac malleo tempora illius *Ibid.v.21.* transfodiens: quæ nostræ matris Ecclesiæ similitudinem gerens, [n] voce resonaret in Psalmis: *Hi in curribus & hi in equis, nos autem in nomine* *Psal.19.8.* *Dei nostri magnificabimur. Ipsis obligati sunt pe-* *9.* *des, & ceciderunt, nos vero surreximus & erecti sumus.* Hæc & alia cantat sancta Ecclesia expugnans idola, idolorumque cultores, nec non & vicinos hostes suos hæreticos. Qui dum adversus eam castra constituunt, non timere cor suum dicit; &, *Si exurgat*, ait, *in me bel-* *Psal.26.3.* *lum, in illud ego sperabo.* Et in alio Psalmo: *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea*, ete- *Ps.128.1.* *nim non potuerunt mihi.* Quia *Dominus justus*, *4.* [o] per Crucis lignum *contrivit cervices peccatorum.*

CAPUT XVIII.

PROMISSIO: *In figuræ Gedeon gratiam Domini Christi commendat.*

Promissio facta & figurata. In Judicum credita & visa.

1 RUrsum pro peccato idololatriæ affligitur populus, eum deprimente Madian. *Jud.6.1.* Missus angelus Domini ob redemptionem eorum, Gedeon filium Joas unum ex Hebræis ad judicandum præliandumque pro eo mittens, hoc dicto instruit: *Dominus tecum, potens in virtute,* *Ibid.v.12.* Et Gedeon. *Si Dominus nobiscum est*, ait, *13.* *quare nos invenerunt mala hæc?* Et angelus: *Vade*, [p] ait: *in manu enim tua liberabitur* *Israel, de manu Madian.* Cumque Gedeon [q] *Ibid.v.14.* ex minima tribu se esse in Israel coram Domino fateretur, ab eo qui exaltat humilem, eumque *Ps.112.8.* sedere facit cum principibus populi sui, roboratus, statim aram Baal, quam filii Israel con- *Jud.6.27.* struxerant, subvertit. Hunc populus pro hoc *& seq.* facto insectatus, [r] in domum patris sui fugientem obsedit. Cumque impetum populi declinasset, pater ejus Joas furentem plebem his mitigavit verbis: *Numquid vos*, ait, *judicatis* *Ibid.v.31.* *Baal, aut salvum facitis eum? Qui* [s] *in eum injurias ingessit, morietur* [t] *in mane. Si Deus est; ipse se vindicabit.* Verum cum populus *Ibid.v.36.* placatus abscederet, spiritus Domini induit Gedeon, eumque virtute subsultum ad præliandum mittit, signum victoriæ voluntati ejus assignans. Duo tamen ipse popposcit, quæ in magno mysterio usque in tempus velata noscerentur. *Volo*, inquit, *Domine, ut vellus quod est in area, im-*

m 2 *plea-*

a Mss. Remig. addit vocem hanc, *humano.*
b Mss. Remig. *constringens.*
c Mss. Remig. *Gratis, dixit, date.*
d In Editione Colon. & recentioribus, *Promissio.*
e Mss. Remig. & recentiores editiones hic, & in sequentibus capitulorum titulis addunt vocem, *libro*, quæ licet omissa, subintelligitur in antiquioribus editionibus.
f Mss. Remig. *eumque.*
g Mss. Remig. *Cum clamantes ad me dixeritis.*
h Deest vox illa, *pœnitentem* in Mss. Remig.
i In Mss. Remig. præsens caput dividitur ante hoc verbum: *Subsequens*: cui præfigitur titulus, *Prædictio facta & figurata: in Judicum credita & visa.*
k Mss. Remig. legit, *Debbora.*
l Editi addebant hic vocem, *illum*; quæ ex Mss. Remig. judicatur superflua.
m Mss. Remig. *ferrum . . . lignum.*
n Mss. Remig. *vocem.*
o Mss. Remig. *Crucis ligno.*
p Mss. Remig. *inquit.*
q Editi, *in minima.*
r Mss. Remig. caret particula, *in.*
s Mss. Remig. *qui ei.*
t Mss. Remig. *usque mane.*

pleatur aqua, & area ſicca ſit. Factum eſt. Sicca area, ros [a] omne deſcendit in vellus: quod expreſſum pelvim replevit aqua. Vellus repletum in area ſicca, [b] agnoſcimus ſynagogam, Eccleſia tunc ſicca in fide gentium: quæ cum nullo imbre ſupernæ doctrinæ rigaretur; ſynagoga, ut vellus, repleta erat divinis oraculis ſacriſque myſteriis. *Joan.13.5.* Quod vera virtus Jeſus Dominus eo uſque expreſſit in pelvim, ut propinquante Paſſione, pedes in ea lavans ſuis diſcipulis, omnem ſynagogæ gloriam vacuans, tamquam vellus expreſſum inanem relinqueret: gentibus gratiam novi Teſtamenti miniſtrans, quam in ſecundo ſigno evidenter oſtendit. *Judic.6.39.* *Volo Domine*, inquit Gedeon, *ut vellus ſiccum ſit, & area omnis compluatur.*

2. Utrumque factum, futurumque in Chriſto & per Chriſtum, David Propheta [c] confirmat dicens in Pſalmo ſeptuageſimo primo: *Deſcendet ſicut pluvia in vellus*; (quod pertinet ad ſynagogam:) *& ſicut guttæ diſtillantes ſuper terram*; (quod pertinet ad Eccleſiam.) Et in Deuteronomio: *Excipiatur*, inquit, *ſicut pluvia pronuntiatio mea, & deſcendant, velus ros, verba mea.* In vellere ros, tunc refertam ſynagogam; & pluvia in area, nunc repletam Eccleſiam gratia oſtendit. Dicit & Iſaias propheta: *Sicut ros aut pluvia* [d] *deſcendens non diſcedit, quouſque inebriet terram & germinet, & det panem ad edendum bis qui eam colunt: ita* [e] *& verbum quodcumque exierit ex ore meo, non revertetur, quouſque perficiat quæ volui.* Perfectis igitur univerſis ſacramentis, quæ aliis [f] condita tegebantur in vellere: Judæorum ſcilicet ſynagogam inanem remanſiſſe, omnis jam mundus [g] agnoſcit: aream vero, Eccleſiam per omnes gentes gratia repletam, fecunditate credentium populorum. Sed eidem Gedeoni præceptum eſt, congregato agmine [h] egredi ad præliandum contra inimicos populi Dei. Verumtamen quia ſacramentis omnia tegebantur, idem qui ductabatur exercitus, ad aquam probandus acceſſit. *Judic.7.4.* *Dixit* enim *Dominus ad Gedeon*: [i] *Deduc populum ad aquam; adhuc enim multi ſunt tecum: eritque, qui lambens lingua,* [k] *ut canis biberit, ſtatues eos ſeorſum, ceteros dimittes* [l] *e caſtris.* *Ibid.v.2.* Repertique ſunt trecenti viri. *Hos*, inquit Dominus, [m] *adduces tecum: ne dicat Iſrael, Quoniam manus meæ ſalvum me fecerunt.* Sic enim [n] agit divina providentia gratiam commendans, ut non *1.Cor.1.31* in ſe quiſquam, ſed in Domino glorietur. *Quo-* *1.Reg.14.6* *niam non in multitudine exercitus potentia eſt belli, ſed de cælo eſt fortitudo Dei.*

3. Præliantur autem milites Domini hoc modo, *Judic.7.16* ſuccincti lumbis, hydriaſque portantes in manibus, faces quoque [o] ſuccenſas, igniti mente & corpore, in hoc victoriæ [p] ſigno: *Gladius Domini & Gedeon.* Explorans igitur Gedeon per noctem caſtra partis adverſæ, ſentienſque quibus ſomniis Dominus eorum terruerit adverſarios, diluculo ſuos ad milites [q] redit, eoſque ut certa victoria potitos, adloquitur: jubetque Dei milites hydrias [r] e ſuis manibus in terram projicere, ac protinus in adverſarios omni cum fiducia proſilire. Ita etiam ſub noſtro Judice Jeſu Domino, noſter vicit & vincit exercitus. Cui præcipitur: *Sint lumbi veſtri accincti & lucernæ ardentes portantes, gladium bis acutum, verbum Dei.* Quorum fortium corpora martyrum [f] in terra illiſa, velut hydriæ, dum concrepant, eorum ſcilicet qui pro veritate certant uſque ad mortem, ſuo grandi ſonitu omnes fugavere inimicos. Horum triumphus ſuavi cantu reſonat dicentius: *Habemus theſaurum iſtum* [t] *in vaſis fictilibus, ut eminentia virtutis ſit Dei, & non ex nobis.* Gratias agentes *Deo, qui dedit* eis *victoriam: per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum.* Tranſierunt enim & noſtri probandi per ignem & aquam, lambentes lingua ut canes Domini: quos David memorat, dicens: *Lingua canum tuorum ex inimicis ab ipſo.* Hi enim pro eo nunc latrant, qui eum aliquando [u] oderant, quorum latratu omnis Chriſti fugatur adverſarius.

Luc.12.35 *Apoc.1.16* *1.Cor.4.7.* *1.Cor.15.57.* *Pſ.65.12.* *Pſ.67.14.*

CAPUT XIX.

PRÆDICTIO: *In Abimelech concubinæ filium, hæreticos ſignat.*

Prædictio facta & figurata. [x] In Judicium credita & viſa.

ABimelech filius ex concubina, poſt obitum patris ſui Gedeon, interfectis a ſe ſeptuaginta legitimis ejus filiis, ſollicitato populo, Judex effectus eſt in Iſrael. Unus e ſeptuaginta dum evaſiſſet abſconditus, tranſeuntem, ſub quadam parabola, totum increpat Iſrael: quod infructuoſa ligna ſilveſtria, vitem & ficum dum ſibi peterent regem, reſpondiſſe fructuoſa infructuoſis, non ſe poſſe relinquere fructus pinguedinis ſuæ; & y ire regnare in lignis. Hæc figura [z] præſumptam audaciam hæreticorum oſtendit: qui cum ſint non *Gal.4.31.* filii liberæ, ſed ancillæ; ut ſilveſtria ſilveſtribus, id eſt, infructuoſis animabus, ea intentione, delictorum ſpinis obruti, potentantur, ut filios veri Regis & Judicis in anima [aa] rebaptizando interficiant. Hunc tamen Abimelech audacem *Judic. 9.* principem mulier [bb], e muro miſſo fragmento *53.* molæ, quaſſato capite occidit. Sic [cc] etiam de-

Judic.9.1. *& ſeq.* *Ibid.v.7.*

cet

a Mſ. Remig. addit, *omne*: tum pro voce, *pelvim*, habet, *lebetem*.
b Mſ. Remig. *agnoſcimus Eccleſiam tunc ſiccam in fide gentium.*
c Mſ. Remig. *confirmans dicit.*
d Mſ. Remig. addit, *Propheta*: deinde locum Iſaiæ ſic habet: *ſicut ros aut pluvia deſcendit quouſque . . . & dat.*
e Mſ. Remig. *ita ut verbum quocumque . . . non revertitur quoadusque quod volui.*
f Mſ. Remig. *abſcondita tangebantur.*
g Mſ. Remig. *agnoſcet.*
h Mſ. Remig. *egrediatur præliando.*
i Mſ. Remig. *Adduc.*
k Sic Edit. Mſ. Remig. vero; *ut canes biberint.*
l Mſ. Remig. *in caſtris.*
m Mſ. Remig. *adduc.*
n Mſ. Remig. *ait.*
o Mſ. Remig. addit hic: *portantes.*
p Mſ. Remig. *ſignum.*
q Mſ. Remig. & Lugd. editio, *rediit, eoſque ut certam jam victoriam potitos.*
r Mſ. Remig. *e ſuis.* Editi, *ejus.*
ſ Mſ. Remig. *in terram reliſa*; forte, *illiſa.*
t Mſ. Remig. addit hic, *abſconditum.*
u Editi, *adorant.*
x Hæc adduntur ex Mſ. Remigiano.
y Mſ. Remig. addit, *ire.*
z Mſ. Remig. *præſumpta.*
aa Ita Mſ. Remigiano, cum edit. Lugd. Ceteri, *baptiſando.*
bb Mſ. Remig. *muro emiſſo fragmento molæ*: Editi carebant voce hac: *molæ.*
cc Editi, *enim.* Mſ. Remig. *etiam.*

cet perire hæreticos, qui caput noſtrum Chriſtum Dominum, contumelioſa diſputatione expugnare [a] dum nituntur; quoniam heredes eſſe non poterunt ancillæ filii, ſed liberæ: Eccleſia ut mulier ex gentibus, molam aſinariam eorum collo adligans, eos mergit in profundum.

a *Gen.*21.10 *Gal.*4.30. *Matt.*18.6

CAPUT XX.

PROMISSIO: *In Jephthe, immolatæ carnis Chriſti immolatio virginis.*

Promiſſio facta & figurata. In Judicum credita & viſa.

1 JEphthe [b] quoque ordine ſubſequente, Dei populum per annos ſex judicavit. Hic dum bellum gerit adverſus filios Ammon, viditque ſibi adverſarios prævalere, temeraria præſumptione votum vovit, quod ſi inimicos vincere contigiſſet, quidquid ei primitus ex domo ſua obviam fieret, offerret in ſacrificium. Cujus audacia hoc modo correpta eſt, ut non animal cujuſque pecoris [c] exiſtimatum, ſed unica filia virgo, triumphantis more occurrens affligeret graviter de promiſſione victorem. Quam reſpiciens: *Heu mihi*, ait, *filia! Offenſio facta es in oculis meis. Vovi enim ſuper te votum Deo, & non poterit averti. Dixitque ei filia: Si in me aperuiſti os tuum, pater, ad Dominum, fac ita ut promiſiſti: propter quod fecit* [d] *Dominus vindictam de inimicis ſuis.* Induciaſque petit a patre, quibus in monte cum ſodalibus ſuis fleret virginitatem ſuam. Quæ conſummato tempore reverſa, [e] ſui ſacrificii ex ea Jephthe vota complevit. *Et hæc*, ut dictum eſt, *non noverat virum.* Quærirur fortaſſe, cur non ei præceperit Deus parcere debere unicæ filiæ, ſicut Abrahæ unico juſſit [f] ut parceret filio? Naſciturque famoſa illa & ad ſolvendum difficilis quæſtio, quam revelante Domino, hoc modo perſolvam. Primo quod Deus non popoſcerat a Jephthe, tentando eum, [g] ſicut ab Abraham: ſed hic ſponte vovit, non, ut dixi, tentatus a Deo, ſed ipſe quodammodo tentans Deum. Secundo, * dignum fuit ut non taxata victima, canem, vel ſubjugale, aut quodlibet aliud [h] indignum pecus ſibi primitus occurrens, ut promiſerat, immolaret. Quia ergo non tentatus tentare voluit Deum, hoc ei occurrit quod [i] probaret virtutem, votum, & animum promittentis.

b *Judic.*11.6

c

Ibid.¥.29.

d

Ibid.¥.35.

e

Ibid.¥.39.

f *Gen.*22.12

g

**forte*, indignum.

h

i

2. Sed hunc Jephthe Paulus Apoſtolus in epiſtola ad Hebræos, inter ceteros fide plenos, ex hoc ipſo operatum dicit fuiſſe juſtitiam: commemorans Barach, Samſon, Samuelem, ceteroſque heroas noſtros; ne ſola terrena civitas plauſu vanitatis ſuos extolleret cives, ſi pro ea filium Torquatus occidit, ſi Mutius dexteram porrexit in flammas, ſi Curtius ſe præcipitem dando voragini, pro ejus [k] ſævitia vita privavit: cum longe [l] celſiora noſtri, & multi ac multiplicia fecerit cives Jeruſalem cæleſtis civitatis magnæ. Hujus tamen Jephthe operatio juſtitiæ admonet nos inquirere myſteria actionis Dominicæ, velut [m] datum fuerit tantæ rei explicare ſecretum. Hæc itaque figurata myſteria ad Judicem Ducemque noſtrum Jeſum Dominum ita [n] referunt, ut cognoſcamus eum pro noſtra redemptione de inimicis noſtris vindictam volentem ſuſcipere, unicam virginem carnem ſuam, [o] tamquam filiam immolaſſe. Et a ſeipſo quippe formatus in utero dicitur per David prophetam: *Mater Sion dicet; Homo & homo factus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus.* Hæc occurrit in hora Paſſionis, cum Creator ejus, *principatus & poteſtates aeris hujus* [p] *exemplaret, fiducialiter triumphans eas in ſemetipſo.* Occurrit, inquam, in hora de qua [q] in Evangelio dicit: *Pater, quid dicam? Tranſeat hæc hora. Sed propterea veni in banc horam*, [r] ut is, qui eam creaverat, immolaretur.

k

l

m

n

o

*Pſal.*86.5.

*Coloſſ.*2.15

p

q *Joan.* 12. 29.

Judic. 11. 37.

r

2. Quod vero illa petit inducias, ut fleret in monte virginitatem ſuam cum ſodalibus ſuis: aſcendit in montem Jeſus cum [f] ſodalibus propinquante Paſſione, illic orans, ut Evangeliſta teſtatur, ſudans: pro lacrymis, guttæ ſanguinis ſtillare videbantur in terram. Admonuitque ſodales ſuos vigilare, & orare, ne intrarent in tentationem: adjiciens, triſtem eſſe animam ſuam uſque ad mortem. Deſcendens vero de monte, hanc quam pro nobis ſuſceperat carnem, ſine corruptione virginem, quæ non noverat virum, obtulit ſacrificium Deo Patri. Quoniam & hic aperuit os ſuum ſuper carnem ſuam, dicens per Prophetam: *Quæ* [t] *procedunt de labiis meis, non reprobabo.* Et ipſe in Evangelio: *In hoc me*, ait, *diligit Pater meus, quoniam animam meam pono pro ovibus meis.* Et iterum: *Majorem hac charitatem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.* Neque enim vel in morte, caro illa corrupta eſt: de qua dicit in Pſalmo; *Caro mea* [u] *requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques animam meam apud inferos, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem.* Vivit itaque Deo, qui vitam iſtam finit propter Deum. *Mihi enim vivere*, ait Apoſtolus, *Chriſtus eſt, & mori lucrum.*

f *Matt.* 26. 30.

*Luc.*22.44

Matt. 26. 38. 40.

t *Pſ.*88.35. *Joan.*10.17 *Joan.*15.13

u *Pſ.*15.9.10

Philip. 1. 21.

CA-

a Mſ. Remig. addit, *dum:* & poſt pauca, *adligans:* ubi aliæ editiones habebant, *adſignans*, in hoc ultimo mſ. concinit editio Lugd. ſola.

b Mſ. Remig. *Ipſo quoque ordine ſubſequente Jephthe Dei populum.*

c Mſ. Remig. *æſtimatum.*

d Mſ. Remig *fecerat . . . de inimicis tuis.*

e Mſ. Remig. *ſua ſacrificia ex ea Jephthe votum implevit.*

f Mſ. Remig. *parcere.*

g Mſ. Remig. *ſicut Abraham.*

h Ita Mſ. Remig. & quidem melius, ut videtur, quam quod legebatur in editis, *dignum* tum mſ. *immolari.*

i Mſ. Remig. *provocaret.*

k Editiones antiquiores, & Mſ. Remig. *ſævitia*, recentiores, *ſervitio.*

l Mſ. Remig. *celſiores.*

m Mſ. Remig. *doctum . . . explanare.*

n Mſ. Remig. *ita feram*, forte, *referam.*

o Editi, *eamque*: emendantur ex Mſ. Remig.

p Id eſt, palam traduceret, ac oſtentui ludibrioque haberet: id enim ſignificat, παραδειγματίζειν.

q Mſ. Remig. *Evangelium dicit.*

r Mſ. Remig *ut eam qui creaverat immolaret.*

f Mſ. Remig. *cum diſcipulis ſuis . . . . illa orans.*

t Mſ. Remig. *procedent . . . non faciam irrita, non reprobabo.*

u In Mſ. Remig. *requieſcit . . . derelinquis.*

CAPUT XXI.

PROMISSIO: *In Samſon, Nazaræus Dominus Chriſtus, fortis in capite.*

a Promiſſio facta & figurata. [a] In Judicum credita & viſa.

*Judic.*13.2 1 MAnue dictus eſt in tempore illo, quo Judices Dei populum gubernabant, cujus uxor ſterilis fuit. Huic angelus Domini aſtitit promittens filium talem futurum. *Ferrum*, inquit, *non aſcendet ſuper caput ejus, & vinum & ſiceram non bibet: quoniam Nazaræus erit puer a die nativitatis, uſque in finem mortis.* Jam Nazaræus, virtus ſonat in capite: quoniam *viri caput Chriſtus.* Natus eſt igitur Samſon ille fortiſſimus, plenus, ut dictum eſt, virtute ex coma capitis ſui, qui judicavit Iſrael annos viginti. Hujus omnis actio in figura Chriſtum Dominum reſonat. Cujus geſtorum ordinem adjutus Dei gratia [b] ita percurram. *Deſcendit*, dicit Scriptura, *Samſon in* [c] *Taumatha, & dilexit illic mulierem alienigenam*, ſuoſque parentes petiit ut eam ſortiretur uxorem. Deſcendit & noſter de cælo fortiſſimus, de quo dicit angelus ad Mariam; *Quoniam Nazaræus vocabitur:* ut ſibi dilectas ex gentibus animas ſociaret, & fide conjungeret. Dum pergit Samſon videre deſponſatam ſibi, catulus leonis ei obviam factus eſt, quem repletus ſpiritu [d] diſcerpſit, eumque miſit per partes. Rurſum rediens declinanſque viam, dum cadaver inſpicit animantis, favum mellis in ore leonis ſuſpiciens abſtulit: idque comedens ſuis ex eo parentibus dicit, neque illis factum ſui operis intimavit. Hoc & noſter Nazaræus Jeſus Dominus egit. Diſcerpſit populum Judæorum, [e] ut catulum leonis, miſitque per partes: de quo Balaam propheta gentilis ait: *Catulus leonis* [f] *in via fortiſſimus Iſrael.* Hujus particulas per orbem ſparſas propheta David teſtatur: dicens ipſi forti noſtro Domino: *Diſperge illos in virtute tua.* [g] Quod factum non credimus, ſed videmus.

Matt. 2. 23. *Judic.* 13. 5. 6. *Ibid.*¥.8. *Num.* 23. 24. *Pſ.*58.12.

2. Favum vero mellis, quod in ore leonis hujus invenit, legem ſpiritalem populi ejus, auditor, intellige, quod apes Patriarchæ atque Prophetæ conſtruentes, in eum mella infuderint divini eloquii. Hoc ex ore leonis mortui abſtulit; qui repulſis Judæis, legem ipſam etiam gentibus miniſtravit. Idque [h] comedens corpus fortiſſimi noſtri Judicis Chriſti Domini, dicit *Quam dulcia* [i] *faucibus verba tua, ſuper mella & favos ori meo.* Et Salomon ait: *Favi mellis, ſermones bo-*

Pſal. 118. 103. *Prov.* 16. 24.

ni. Dedit ex eo, dictum ut eſt, parentibus ſuis, ſive diſcipulis, cum *aperuit ſenſum eorum, ut intelligerent ſcripturas*; ſive his qui ex Judæis tranſierunt ad fidem Chriſti, ut etiam ipſi guſtantes viderent, *quam ſuavis eſt Dominus.* Hujus actionis ænigma Samſon in convivio nuptiarum protulit, ſub certa ſponſione triginta ſindonum, totidemque ſtolarum viris qui aderant, ſi propoſita narraviſſent. *Ex devorante*, inquit, *exiit eſca, & ex forti* [k] *dulce.* Quam propinquante ſolutionis die cum intelligere nequiviſſent, ejus mulierem [l] minis terroribuſque coactam explorare faciunt ſenſus viri, ac per ipſam propoſitionis ſolutione comperta, parabolam pandunt, dicentes: *Quid dulcius melle, & fortius leone? Quibus ille ait: Si non* [m] *domaſſetis vitulam meam, numquam intelligeretis parabolam meam.* Magnum igitur illud pietatis dominicæ ſacramentum, quod in Lege fuit velatum, fuitque, abſconditum a ſæculis in Deo; revelatum per Chriſtum, manifeſtatum eſt in gentibus. Sane a ſe proſtratos exuens ſpoliis, promiſſa Samſon omni celeritate perſolvit: ut de noſtro quod dictum fuerat etiam ſignaretur, *Fortium dividet ſpolia.* Salubriter enim noſter ſuos occidit inimicos, dum peccato peccatum occidit in carne, reddens ſpoliorum promiſſiones, non merita meritis, ſed pro malis bona conferens miſeris.

Ibid.¥.14. k l *Ibid.*¥.18. m *Coloſſ.* 1. 26. *1.Tim.* 3. 16. *Judic.* 14. 19. *Iſa.*53.12. *Rom.*8.3.

3. Pergens vero Samſon ad diem feſtum Hebræi populi, ut cum ſuis agere potuiſſet, mulierem ejus viro alii parentes tradiderunt. Hoc faciunt leves vileſque animæ, quæ conſortium unici ſponſi Chriſti caſto fidelique corde minime retinentes, cuilibet ſe hæreticæ tradunt ſociantque doctrinæ. Admonetque Apoſtolus animas unius ſponſi Chriſti, pudico amore, cubile ſervantes: *Videte ne quis vos ſeducat ullo modo.* Reverſus igitur Samſon, cum cognoſceret uxorem ſuam alteri viro fuiſſe conjunctam, inſidiis illam gentem pro dolore confecit. Trecentis itaque vulpibus apprehenſis, earum in invicem caudas innectens, faces his ardentes poſuit, [n] eaſque per ſegetes Allophilorum ire dimiſit, omneſque eorum fruges miro compendio ſuccendit. Dicit quidem & noſter fortis Dominus, hæreticos ſignans: *Capite nobis vulpes puſillas exterminantes vinea:* quibus ſunt faces incendii potius erroris, quam divini amoris. Nec ſunt in capite, ſed in cauda. Ardent enim ſtudiis perverſiſque doctrinis, quibus imperitos vel potius [o] peritos vaporis ſui aſperſione afflantes, omnes eos, quaſi ignis [p] agreſte fœnum, conſumunt. Quoniam in conſpectu noſtri Judicis Chriſti Domini ignis ardebit, *eruntque*, ut dicit Propheta, *omnes alienigenæ, ſtipula: & ſuccendet eos adveniens dies, dicit Dominus.* Illa vero mulier, quæ relicto tan-

*Judic.*14.1 *Judic.*15.1 *2.Theſſ.* 2. 3. *Judic.*15.3 *Cant.*2.15 *Pſal.*96.3. *Mal.*4.1. *Judic.*15.6

a Editi, *In Iuda*. Emendantur ope Mſ. Remig.
b Abeſt vox, *ita*, a Mſ. Remig.
c Mſ. Remig. *in Tamna.*
d Editio Lugd. *diſcerpſit*. Aliæ omnes, ſuffragante Mſ. Remig. *diſperſit*. At patet ex textu Scripturæ & ſequentibus, ubi dicitur; *Diſcerpſit populum*, priorem lectionem anteponendam.
e Editi, *& catulum.*
f Sic. Mſ. Remig. Editi vero, *Iuda.*
g Mſ. Remig. *Quod factum nos credimus dum videmus.*
h Ita Mſ. Remig. At editi, *Idque comedit . . . ut dicit.*
i Sic legitur in editionibus veteribus & Mſ. Remig. licet recentiores addant vocem, *meis*: in quo mſ. habetur: *eloquia tua ſuper mel & favos.*
k Mſ. Remig. *dulcis.*
l Sic Mſ. Remig. cui accedere videntur Lugdun. & Lovan. ubi legitur, *nimis terroribus.* Alii codices, *nimiis terroribus.*
m Mſ. Remig. *dominaretis vitulæ meæ, numquam intellexiſſetis.*
n Hæc verba, *eaſque per ſegetes Allophylorum ire dimiſit, omneſque eorum ſegetes miro*: quæ habebantur in Mſ. Remig. & editione Lugdunenſi, ab editionibus illi poſterioribus exciderant, non ſine ſenſus loci iſtius detrimento.
o Mſ. Remig. *perituros.*
p Mſ. Remig. *ut agreſte fœnum.*

tanto viro, alii se credidit sociandam, incendio cum suis parentibus a suis civibus dignoscitur esse consumpta: ut omnis anima hæretica cum suis parentibus, id est, doctoribus, igni [a] inextinguibili, peccatis traducentibus, exuratur. Quoniam *traducent illos ex adverso iniquitates illorum*, cum eis dixerit Dominus: *Discedite a me in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis ejus*.

a

Sap. 4.20.

Matt. 25. 41.

CAPUT XXII.

PRÆDICTIO: *In eodem Samson, quod ligatus Christus Dominus a Judæis, vincula omnia dirupit.*

b Prædictio facta & figurata. [b] In Judicum credita & visa.

Judic. 15. 15. 1 IDem Samson in illo populo aliam dilexit mulierem, quam dum pergeret accipere, soli transeunti viam inimicorum insidiæ irruerunt. Cui virtus divina statim adfuit. Adprehensa etenim asini maxilla, milla viros ex ea prostravit, *Ibid.* ℣. 18. ceteroscque vertit in fugam, Qui cum siti præliando deficeret, invocato Deo, ex rima ejus maxillæ aqua profluens priscæ virtuti reddidit satiatum, eumque adversariis superatis fecit esse victorem. Si nostrum fortem Dominum respicias hoc animali vectatum, tantumdem, atque ampliorem numerum ab eo prostratum invenies inimicorum: cum ei dicit David propheta: *Cadent a latere tuo mille, & decem millia a dextris tuis: tibi autem non appropinquabunt*. Quoniam sitienti corpori ejus, ex latere, tamquam ex rima, sanguis & aqua manavit, qua satieta omnis anima Christiana dicit: *Super aquas refectionis educabit me, animam meam convertit*. Post illud mirabile prælium, Samson sociavit sibi aliam quam dilexit mulierem, nomine Dalila. Duas istas mulieres (ut ipsa actio mystica multipliciter discussa revelat) duas illas existimo civitates, quas Ezechiel propheta his vocabulis consignavit, Oolla & Ooliba, Samariam scilicet & Hierusalem: Samariam, quæ scissuram regni in undecim particulis suscepit, tamquam illa prima mulier, quæ relicto legitimo viro, se hæreticis tradidit: Hierusalem vero, ut hæc Dalila, quæ mysteria Passionis Christi Domini, ordinata omni actione concluſit.

Pſal. 90. 7.

Joan. 19. 34.

Pſal. 22. 2.

Judic. 16. 4

Ezech. 23. 4.

3. Reg. 12. 16.

2. Quæ res gestæ ita sequuntur. Dixerunt Allophyli ad Dalilam: Seduc virum tuum, & indicet tibi in quo sit virtus ejus, & dabimus tibi singuli mille centum argenteos. Ecce est illa triplex venditio. Venditur Christus in Joseph ante Legem, venditur in Samson sub Lege, venditur a Juda Judæis sub gratia. Seducit Dalila mulier virum illis suadentibus, & dicit: *Indica mihi in quo infirmari possit virtus tua*. Aperuit quodam modo os suum Samson in parabolis, & dixit: *si ligatus fuero nervis humidis*, id est, recentibus, *infirmabor, & ero sicut omnes homines*. Sinit se fortis his vinculis colligari: insidiantibusque adversariis, [c] ac dicente illi uxore, *Philistiim* [d] *super te, Samson*; ita illa vincula virtute dissolvit, tamquam stupa cum tetigerit ignem; adversariosque omnes vertit in fugam. Noster etiam Dominus [e] fortitudinis, apud Jerusalem velut his vinculis se ligari permisit. Adducunt enim ad eum [f] Pharisæi muliere in adulterio deprehensam, & dicunt tentantes: *Magister, moda hanc deprehendimus. Moyses jussit hujusmodi lapidari: ut vero quid de ea statuis?* Nervorum velut ex Lege vinculis se crediderant ligasse Jesum, & maxime recentium cum dixerunt, *modo*. [g] Quæ noster fortis hoc responso disrupit: *Qui*, inquit, *vestrum sine peccato est, prior in illam lapidem mittat*. Quo audito, unus post alterum discesserunt, ut illud vinculum, quo ligaverant, ita solveretur; quemadmodum dixit Propheta: *Sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei*.

Judic. 16. 5

Gen. 37. 28

Matt. 26. 15.

Judic. 16. ℣. 7.

c

d

e

f

Joan. 8. 1.

g

Ibid. ℣. 7.

Pſal. 67. 3.

3. Rursum Allophyli per mulierem insidias tendunt; dicitque mulier ad Samson: *Indica jam mihi, in quo infirmetur virtus tua*. Et Samson: *Si ligatus fuero*, ait, *funibus novis, infirmabor, & ero sicut omnes homines*. Cumque id fieret, *Adversarii ad te*, [h] inquit, *Samson*. At ille repletus spiritu [i] disrupit funes a brachiis suis, tamquam filum, sparsit, omnesque fugavit adversarios. Ligari se sinit & noster Dominus, fortis, [k] dum secundo veniunt ad eum Pharisæi & dicunt: *Magister, scimus quia in veritate doces; & nullius personam accipis. Licet tributum dare Cæsari, an non?* In hac tentatione fortem nostrum bicipiti quasi laqueo ligaverunt. Sed spiritu virtutis, fortis noster nodos omnes ista voce disrupit: *Quid me*, inquit, *tentatis, hypocritæ? adferte mihi numisma census. At illi attulerunt ei denarium. Et Dominus: Cujus est imago & superscriptio. Dixerunt, Cæsaris. Reddite*, ait Dominus, *Cæsari quæ sunt Cæsaris, & Deo quæ Dei sunt:* His dictis mira celeritate vincula illa disrupit, ille susceptus homo, qui Deo suo canit in Psalmis: *Dirupisti vincula mea, tibi sacrificabo sacrificium laudis*.

Judic. 16. 11.

h

i

k

Matt. 22. 16.

Ibid. ℣. 18.

Pſal. 115. 16.

4. Tertio sollicitat mulier virum. [l] *Quousque*, inquit, *illudis me? Indica jam mihi in quo infirmetur virtus tua*. Pene eadem verba & Judæi dixerunt nostro Judici Christo. *Quousque*, inquiunt, *animas nostras* [m] *tollis? Si tu es Christus, dic nobis palam*. Sed Samson tertio se ligari hoc modo permisit: *Si alligati fuerint*, ait, *capilli capitis mei in palo orsorio, infirmabor, & ero, sicut omnes homines*. Quod cum faceret mulier: *Iidem insidiantes ad te*, [n] inquit, *Samson*. At ille exurgens, disruptis omnibus, fugatos plagatosque inimicos prostravit. Fit & nostro forti Jesu Domino hujusmodi colligatio, velut in orsorio palo contextio capillorum. Dicunt Scribæ & Pharisæi ad Jesum: *Scripsit nobis Moyses, quod si quis mortuus fuerit non habens filios, accipiat uxorem ejus frater ipsius, & suscitet semen fratri suo. Septem autem fratres erant:*

Judic. 16. 13.

Joan. 10. 24.

Matt. 22. 24. *& seq.*

l

m

n

[a] ac-

a Mſ. Remig. *inæstimabilis*.
b Hæc supplentur ex Mſ. Remig. cui deest prior titulus.
c Mſ. Remig. *ac dicentibus*.
d Mſ. Remig. *ad te*.
e Mſ. Remig. *forti manu*.
f Mſ. Remig. Editi, *foris*.
g Mſ. Remig. *Quod*... & paulo post, *Si quis, inquit*.
h Mſ. Remig. *inquiunt*.
i Sic Mſ. Remig. Editi. *disrumpens . . . spargit*.
k Mſ. Remig. *hoc secundo; veniunt ad eum rursum*.
l Mſ. Remig. *vel quo usque . . . indica jam mihi*. Editi; *indica, inquit, mihi*.
m Mſ. Remig. *suspendis*.
n Mſ. Remig. *inquiunt*.

[a] *accepit uxorem fratris secundus & tertius, & mortui sunt non relictis filiis; postea vero omnes eam acceperunt; sine liberis mortua est & mulier: in resurrectione*, aiunt, *cujus erit uxor?* Quanto vehementius se ligasse nostrum sortem crediderunt, tanto velocius solvit quam intulerant quæstionem. Et vere sicut potestatem habens; quia nec ligari his tentationibus posset, nisi ipse permitteret. *Filii*, inquit, *sæculi hujus generant & generantur: qui autem digni fuerint sæculum illud contingere, neque nubent neque nubentur. Non enim jam mori poterunt, quoniam sunt similes angelis & filiis Dei.* Quibus dictis, omni confusione prostrati, ejus fugati sunt inimici. Et venit hora mortis Samson. Dicit & noster: *Venit hora ut clarificetur filius hominis. Nisi* enim *granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.*

5. Instante, & flente mendaciter coram se muliere, *pusillanimis factus est*, ait Scriptura, *Samson usque ad mortem*: ut [b] nostri figurata actio impleretur, dicentis: *Tristis est anima mea usque ad mortem. Si rasi*, inquit Samson, *fuerint capitis mei capilli, infirmabor, & ero sicut omnes homines.* Ante quam hæc fierent, mittit mulier ad viros dicens *Adferte argentum, jam enim mihi omnia veraciter indicavit.* Fit certa traditio, quam supplevit Judas percepto argento: impleturque in Samson per figuram, quod [c] in nostro Christo Domino actum est etiam manifeste. Nam quod eum accipiens mulier dormire fecit in sinu suo, hoc est, quod noster fortis Dominus dicit: *Non expedit mori Prophetam extra Jerusalem.* Quod eum inebriavit poculo mortifero, hoc est quod & Dominus noster dixit: *Dederunt in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto.* Quod vero novacula adhibita rasit caput ejus, hoc est quod eum in loco Calvariæ crucifixit. Raso capite Samson, discessit & virtus: & noster pendens in ligno clamavit: *Deus, Deus meus, respice me, quare me dereliquisti?* Et iterum: *Multiplicati sunt super capillos capitis mei qui me oderunt gratis.* Effoderunt inimici Samson duos oculos ejus. Duæ partes, velut [d] lumina, discipulorum effusæ sunt ad tempus, [e] alii negando, alii fugiendo: pro quibus clamat noster fortis; *Oculi mei defecerunt sperando in Deum meum*; & iterum: *Illumina oculos meos, ne umquam obdormiam in mortem.* Quod factum in discipulis novimus, quando illo resurgente, *aperti sunt oculi eorum, eumque cognoverunt in fractione panis.* Accipientes inimici Samson, ligaverunt eum ferro. Hoc clavi indicant Crucifixi.

6. Quæ vero illudentes fecerunt, dando palmas in facie, sputis linire, flagellis cædere: hæc omnia Isaias propheta prædixit, & impleta in Christo Domino sancta Evangelia testantur, ubi velut cæcatum illudunt Judæi, dum calamo percutientes caput ejus, dicunt: *Prophetiza nobis, Christe, quis te percussit?* Unum vero extremum in morte sua miraculum fecit Samson, quod etiam noster Dominus & fortis implevit. Crescente coma capitis, cum ei crevisset & virtus, ad templum ductus ab inimicis, quo omnis populus ille convenerat dare laudes & victimas diis suis, quod eis acerrimum suum tradiderant hostem; illic positus, puero qui sibi ducatum præbebat, ut ejus manibus columnas supra quas totum illud ædificium ferebatur, traderet imperavit. Quas [f] singulis manibus adprehendens, invocato Deo, semel se adhuc confirmari petit: atque impetu spiritus columnas evellens, omne illud ædificium cum populis cadens, plures Samson occidit in morte sua, quam occiderat in vita sua. Noster etiam Dominus manifestius quod ille mystice fecerat exhibuit: duos angulos mundi, circumcisionem scilicet ac præputium, velut duas columnas, in sua morte movens. omnem culturam idololatriæ subvertit: *solvens inimicitias in carne sua, ut duos conderet in se, in unum novum hominem*; *faciens pacem*, [g] *ut reconciliet utraque in uno corpore Deo, per Crucem, interficiens inimicitias in semetipso.* Hucusque [h] in Judicum figurate, quæ acta sunt, occurrerunt.

CAPUT XXIII.

PRÆDICTIO: *In Ruth, Ecclesia ex Gentibus Judæis illudens.*

Prædictio facta & figurata. In Ruth credita & visa.

Ruth in illo populo dicta est, quæ cum esset alienigena, id est, ex Moabitis veniens, sub lege Dei & populo posita, ea egit, quæ figuram gestarent Ecclesiæ venientis ex gentibus. Cuidam enim ex populo Hebræo se in conjugio matrimonii obtulit. At ille servans mandata legis, non specie tractus juvenculæ, non adolescentiæ suæ captus ardore, sese ingerentem ad eum mittit, cui propinquiori ex lege debebatur. Recusat eam is qui jure divino pulsatus est. Excalciandum lex censuit qui propinquam accipere noluisset: qua nota iste vexatus, illa illi sociata est, qui locum [i] in propinquiori servaverat. Sic Ecclesia [k] gentium etiam populo Israelitico in fide Christi Domini, in propinquiori sese obtulit: quam suscipere nolens rite excalciatus est gloria collatæ legis, & infamiæ nota inustus: quoniam *noluit benedictionem, & longe fiet ab eo.* Sicut Apostolus eidem populo dicit: *Vobis primo oportuit* [l] *adnuntiari verbum Dei: sed quoniam expulistis illud, nec vos dignos vitæ æternæ judicastis, ecce convertimus nos ad gentes.* Domus enim excalciati in illo populo, hoc crimine notabatur. Qui vero eam posterior accepit, populus est, *calciatos pedes* habens *in præparatione Evangelii pacis.* Quod Evangelium adnuntiat, Booz & Ruth Obed genuisse, cujus per successionem seminis, usque ad Joseph & Mariam, ipsiusque Christi Domini nativitatem perventum est.

Luc. 22. 63. Matt. 26. 68. Judic. 16. 22. & seq.

Ephes. 2. 14. & seq.

Ruth. 1. 4.

Ibid. c. 3. ℣. 9. & 12.

Deut. 25. 5. Ruth. 4. 8. 10.

Psal. 108. 18.

Act. 13. 46.

Ephes. 6. 15. Matt. 1. 5. & seq.

CA-

a Mſ. Remig. *accepit unus ex eis uxorem, & secundus & tertius, & omnes mortui sunt.*

b Ita Mſ. Remig. cum edit. antiquis: recentioribus addita fuerat hic vox, *Domini.*

c Mſ. Remig. hæc habet in accusandi casu: *in nostrum Christum Dominum.*

d Mſ. Remig. *luminum.*

e Hæ voces, *alii negando*: supplentur ex Mſ. Remig.

f Mſ. Remig. *singulas singulis.*

g Mſ. Remig. & *commutare utroque inane . . . in semetipsum.*

h Sic Mſ. Remig. subintellecto, *libris*: Editi vero, *in Judiciis.*

i Mſ. Remig. *propinquo reservaverat.*

k Mſ. Remig. *ex gentibus.*

l Mſ. Remig. *annunciare . . . convertimur ad gentes.*

CAPUT XXIV.

PROMISSIO: *In Samuele Christus Dominus, Dux, Sacerdos, & Propheta, sacerdotes arguens.*

Promissio facta & figurata. In Regum [a] credita & visa.

1 ANna uxor Elchanæ, quæ sterilis fuit, votum vovit Deo; si ei daret filium, eum ab infantia usque ad senium futurum in domo [b] Domini. Datus, atque ex ea natus est Samuel, quem ablactatum, ut promiserat; reddidit Domino. Ejusque gratiæ fuit, dum parvulus versaretur in templo, ut & divina responsa acciperet, & ei futura Dominus nuntiaret. Sed is non tantum in figura mutavit ordinem sacerdotii, quantum in illo tria quædam inveniuntur, quæ Christo sunt Domino consignanda. Dux enim & sacerdos atque propheta effectus est populi. Ducem si quæris Christum, Daniel Propheta de ipso: *Dux*, ait, *militiæ cælestis*. Sacerdotem si quæris Christum, David dicit: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*. Prophetam si quæris Christum, ipse de seipso in Evangelio dicit: *Non est propheta sine honore nisi in patria sua*. Dum igitur filii Heli sacerdotis maligne agerent, indebite præsumentes partes alias vesci ex carnibus immolandis, quas illis non mandaverat Deus: ac primitus sibi, postea Deo debere offerri: insectantes etiam mulieres venientes ad templum, cum eis flagitia perpetrabant. Quibus sceleribus confectis iratus Deus, prælium eis adversæ gentis immisit. In quo non tantum cæsus populus, quantum etiam illi ipsi sacerdotes interfecti. Ipsa quoque arca Dei ab hostibus capta est. Sic enim Deus Israel irascitur peccantibus sacerdotibus, ut etiam sacratis locis suis vasisque non parcat. Dicit enim David: *Repulit Deus tabernaculum suum, in quo habitabat in hominibus: & tradidit eos in manus gentium & dominati sunt eorum, qui oderunt eos*. Et iterum: *Repulit eos Deus sanctificationem suam*. Item alibi: *Si peccaverit populus, exorabit pro eo sacerdos; si autem sacerdos [c] peccaverit, quis exorabit pro illo?*

2. [d] Hei mihi! Cum magno gemitu & inexplebili fletu dicam: dicam præcurrentibus peccatis, impieque agentibus nobis, nostris quoque hæc mala provenire temporibus. Arcam vero Dei quam cœperant hostes, ea veneratione colendam esse crediderunt, ut in templo Dei sui Dagon, collocandam arbitrarentur. Sub cujus potentia, sequenti die idolum suum elisum prostratumque viderunt. Sed hoc casui dantes, eum rursum uncis fortioribus, validioribusque defigunt. Quem postera die confractum comminutumque coram arca intuentes, quidnam illud esset minime repererunt: ipsaque gens graviori atrocique plaga percussa est, quam David Propheta sub quodam pudore testatur, dicens: *Percussit inimicos suos retrorsum, opprobrium sempiternum dedit illis*. Nec valuerunt hujus turpitudinis evadere ultimam pœnam, nisi arcam Dei quam ceperant, [e] donis appositis, reddidissent. Videant, metuantque reges & gentes, quæ penes se sacrata omnipotentis Dei vasa nunc usque captiva retinent, eaque reddere detrectant. Quæ enim mala ventura credimus eis, qui nomen illud quod est super omne nomen, in vasis ejus sacratis honorare noluerunt: cum sic punitos arcam Dei honorantes divina testetur historia, ob quam visam & hic cœperit vindictam facere Deus de inimicis suis?

3. Idem vero ille contumax Hebræus populus, spreto Samuelis ducatu, sibi Regem fieri petiit. Iratusque Dominus ait Samueli: *Non te isti, sed me spreverunt:* ut illud tunc signarentur quod post dixerunt Pilato, spernentes Dominum Jesum Regem: *Nos non habemus regem nisi solum Cæsarem*. Dedit tamen eis Dominus regem Saul, filium Cis de tribu Benjamin, qui eos regia potentia afflixit annis quadraginta. Omnis itaque anima quæ [f] legem Christi Domini & jugum repudiat, sic meretur affligi, quibus dum dominatur mali duces, principes, sacerdotes, audiunt: *Dedi vobis regem secundum cor vestrum*. Ipsi quoque caveant qui has accipiunt potestates, si cupiditate dominantis, nec consulentis affectu suscipiunt: si ministrari eligunt, ac non potius ministrare. Quod Dominus per semetipsum, & per Prophetam Osee increpat, dicens: *Chanaan in manu ejus statera [g] injustitiæ, dominationem [h] enim elegit*. Et in Evangelio ipse: *Qui voluerit major esse in vobis, erit vester servus: sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare*.

CAPUT XXV.

PROMISSIO: *In David, Christum pastorem cytharizantem.*

Promissio facta & figurata. [i] In Regum credita & visa.

1 CUm idem ipse rex Saul superbia captus, Dei præcepta contemneret, spretus a Deo, David ille (quod dicitur manu fortis?) parvus licet in fratribus, [k] unctionis regiæ sacramenta susceptit: pastor sane ovium, ut nostrum signaret pastorem unctum Christum Dominum, qui dicit: *Ego sum Pastor bonus*. Eripuisse se prædam ex ore leonis David fatetur. Et nostrer manu fortis de ore leonis diaboli, & Petrum negantem, & latronem eripuit confitentem. Suavi sono cytharizans David, non tantum animalium mulcebat auditus, quantum etiam in ipso Saule vexationem [l] mali spiritus temperabat. Si nostri manu fortis Christi Domini cytharam respicias personantem; [m] quam ligno Crucis, carnis membrorumque suorum chordis aptatam, plectro dum tan-

S. Prosperi.

1.Reg 1.11 & seq. — b — 1.Reg.3.4. — Dan 9.25. — Ps.109 4. — Luc. 4.24. — 1.Reg.2.12 — 1.Reg.4.1. — Ps.77.60. 61. — Ps.88.40. — 1.Reg.2.25 — c — d — 1.Reg.5.2. — Ibid.v.5. — Ibid.v.6. — e — Philip.2.9 — Ibid.v.19. — 1.Reg.8.5. — Ibid.v.7. — Joan.19.15 — 1.Reg.9.1. — f — 1.Reg.12. 13. — Osee 12.7. — g — h — Matt. 20. 27. 28. — i — 1.Reg.15.1 & seq. — 1.Reg.16. 13. — k — Joan 10.11. — 1.Reg.17. 35. — Luc.22.61 & 23.43. — 1.Reg.18. 10. — l — m

a Recentiores addiderant hic vocem, *libris*; & in sequentibus quibusdam capitum titulis, quam uno consensu omittunt antiquiores codices, cum Ms. Remig. etsi subaudienda non dubitetur.

b Ms. Remig. *Domino*.

c Ms. Remig. addit vocem, *peccaverit*.

d Edit. Colon. & Ms. Remig. *Heu mihi*.

e Ms. Remig. *anis appositis*.

f Ms. Remig. *quæ leve Christi Domini jugum*.

g Ms. Remig. cum Lugd. edit. *justitiæ*.

h Ms. Remig. *minime elegit*.

i Hæc adduntur titulo huic, & aliquot aliis ope Ms. Remigiano Remensis.

k Ms. Remig. *unctionem regiam sacramento*.

l Ms. Remig. *maligni*.

m Ms. Remig. *quam lignum Crucis . . . aptat, plectro dum tangit sanctus Spiritus*.

*Ps.*144.16. tangit sancti Spiritus, omne animal replens benedictione, ipsum quoque diabolum fugavit de cordibus inimicorum, pro quibus orans in Cruce suavem illum sonum protulit, dicens: *Pater,* *Luc.*23.34 *ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt.* Idem tamen David dum Sauli regi gratus esset ex cythara, eumque turbatum nuntiis Goliæ cognosceret, qui sub conditione servitutis provocaret singulare certamen, contra potentem illum virum hic se David parvus opponit. *Non*, inquit, *cor-* *1.Reg.*17. *ruat cor domini mei: ego ibo,* [a] *& pugnabo huic* 32. a *Allophylo.* Cui Saul; *Non potes*, ait: *quia tu puer es, & ille vir bellator est a juventute sua.* *Ibid.*¥.36. *Et leonem*, ait David, *& ursum occidit servus tuus: Sic erit iste unus ex illis:* ex semine suo, ut promissum fuerat, signans illum esse venturum, *Ps.*90.13. qui conculcavit leonem & draconem.

3. Suscepto itaque prælio, renuit David Sau- *1.Reg.*17. lis arma quibus erat indutus: Quinque enim si- 39. bi lapides leves eligens de torrente, [b] fundibula b manu capta, non in specie regis regem, sed magnum hostem parvus pastor expugnat. Ita noster Pastor Christus Dominus, sapientiam hujus mundi; tamquam illa arma rejiciens, in quinque la- *1.Cor.*1.27. pidibus *stulta mundi elegit quibus confunderet for-* *1.Reg.*17. *tia.* Omnis etenim ille terribilis ambitus super- 49. 51. bi, uno ictu lapidis fronte percussus prostratus est, suoque gladio dignoscitur esse truncatus. Ex quinque enim libris Legis unus lapis prædictus, fundibula carnis locutus, manu forti expressus, totam superbiam diaboli elisit, suoque peremit gladio; dum mortem morte occidit: *Invidia* *Sap.*2.24. *enim diaboli mors introiit in orbem terrarum.* Hanc suscepit innocuus Pastor ille bonus; qui *Joan.* 10. pro suis animam posuit, ut sua morte diabolum 11. debellaret. Extincto, prostratoque hoste, adver- *1.Reg.*18.8 sus David Saul inique invidiam concepit ex victoria: retribuensque mala pro bonis, fugat, odit, persequitur innocentem. Dicit & noster Dominus de talibus: *Retribuebant mihi mala pro bo-* *Ps.*34.12. *nis, & odium pro dilectione mea.* [c] Quod ve- & 108.5. c ro David per latebras montium, per speluncas *1.Reg.*c.20 & per deserta, Saule persequente, discurrit: & *seq.* corporis sui noster Dominus, id, est, sanctorum membrorum suorum, Martyrum videlicet in hac figura persecutiones expressit: de quibus apostolus Paulus dicit: *Cum his dignus non esset orbis* *Hebr.* 11. *terrarum, per deserta errabant, & per spelun-* 38. *cas, & per cavernas terræ.*

*1.Reg.*24. 4. Quod vero persecutorem suum Saulem non 4. occidit David, cum ei traderetur in manibus, abscindensque pinnam chlamydis ejus, se odienti pepercit: hoc quotidie agit noster Pastor [d] & d Rex Christus Dominus, circa osores persecutoresque suos: a quibus dum abscindit vitium magnum superbiæ, parcit etiam regibus sævientibus: e quia non vult mortem impiorum, [e] sed ut re- *Ezech.* 18. vertantur, & vivant. Quod in omnibus suis fe- 23. cit, & facit inimicis ille, ille [f] qui non ex me- *Rom.*3.4. f ritis, sed gratis justificat impium. Eumdem Da- *1.Reg.*21. vid declinantem rursum insidias Saulis, gentes 10. excipiunt. Sic se noster Christus Dominus sæ- *1.Reg.*26.1 vientibus subtrahens Judæis, gentibus dedit. Prodiderunt Allophyli Sauli regi, quod David esset penes eos absconditus in Geth. Proditum & no- *Psal.*40.8. strum Regem idem propheta, dicens: *Adversum me*, inquit, *susurrabant omnes inimici mei, adversum me cogitabant mihi mala.* Et iterum: *Astiterunt reges terræ, & principes convenerunt* *Psal.*2.2. *in unum, adversus Dominum, & adversus Chri-* *stum ejus:* Sed David proditum se se cognoscens, *1.Reg.*21. agit quædam, immo per cum aguntur futura 13. mysteria, arreptitium simulans; salivæ ejus in barbam [g] defluebant, ferturque, ut dicit Scriptura, g *totus in manibus suis.* Talem gentis illius rex adspiciens, a se projiciendo dimittit, dicens: *Quid mihi introduxistis istum fanaticum?* Nihil *Ibid.*¥.14. enim in Lege dictum gestumve est, quod vacuum esse possit, aut a figurata actione sit aliquatenus alienum. Dicunt enim & nostro Domino Judæi inimici: *Samaritanus es, & dæmonium* *Joan.*8.48. *habes.* Quem conspuentes etiam de quibusdam *Luc.*4.19. civitatibus miserunt foras. Portatus est quippe & Jesus Dominus in manibus suis, dum suum corpus in sanctificato pane gestans manibus suis, dixit: *Hoc est corpus meum quod pro vobis trade-* *Luc.*22.19 *tur.* De quibus mysteriis, qui etiam illud nosse *1.Cor.*11. desiderat, quomodo sit David saltans ante arcam 24. nudatus coram servis & ancillis suis, ut Christum crucifixum præsentibus viris & feminis demonstraret *, venerandæ memoriæ Augustini * *Vide Au-* Episcopi dicta inspiciat, quibus latius in his per- *gust.Enar.* vagatus pene omnia comprehendit. *in Psal.*33 *n.*5. *&seq.*

CAPUT XXVI.

PROMISSIO: *In eodem David, inimicos diligentem, lapsos reparantem.*

Promissio facta & figurata. In Regum credita & visa.

UT promissionis ordo poscebat, unctus David [h] in totum Israel, non partem, ut h prius, excepit gubernandum, exstincto Saule in prælio. Quem graviter occisum doluit, eumque *1.Reg.*31.6 insuper vindicavit, omnisque ad eum congrega- *2.Reg.*1.17 tus est Israel. Hoc etiam nunc agitur, dum no- & 16. ster Rex Christus Dominus suos plurimum diligit inimicos, & vindicat: totus ad eum, ut promissum est, colligitur mundus: cui dictum est; *Dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem* *Psal.*2.8. *tuam terminos terræ.* Et licet jam pene omnes occupaverit gentes, supereset tamen, ut plenitudo gentium eum intraverit, totus prædestinatus Is- *Rom.* 11. rael salus fiat; ut per eum omnis mundus recon- 25. 26. cilietur Deo. Ea vero quæ David sublimatus gessit in regno, eos respiciunt qui præsumptione quadam superbiæ lapsi, per pœnitentiam emendati Christi corpori sociantur Ecclesiæ * secun- * *forte*, *se-* dæ. Quippe res, ut ait quidam, sapientum ani- *cundo.* mos fatigant. Quibus hic David elatus, duo principalia quæ Lex prohibet, adulterium, homici- *2. Reg.*11. dium*que* [i] commisit. Monitusque per Nathan *1.&seqq.* i prophetam, dum magna compunctione cordis [k] *Ibid.*12.1. actus ageret pœnitentiam (quoniam peccata im- *&seqq.* punita esse non possunt) mortem licet repenti- k nam evaserit, in his tamen quæ gessit, constat graviter vindicatum. Jam enim ex ore prophetæ audierat: *Feci sti in abscondito, patieris in so-* *2.Reg.*12. *le.* Qua sententia omnis status domus ejus isto or- 12. dine perturbatus est. Unus e filiis ipsius, soro-

ris

a Ms. Remig. *expugnabo hunc Allophylum.*
b Ms. Remig. *fundibulo manu capto.*
c Ms. Remig. *Quid vero.*
d Ira Ms. Remig. Editi, *& rerum*, nullo sensu.
e Ms. Remig. *tantum ut revertamur & vivamus.*
f In Ms. Remig. legitur semel, *ille.*
g Ms. Remig. *recurrunt.*
h Ms. Remig. omittit particulam, *in*, nec male.
i Ms. Remig. addit, *simul.*
k Ms. Remig. *tactus.*

ris suæ, ex alia licet matre, turpi concupiscentia, captus clam oppressit, vitiavitque virginem. Germanus puellæ Absalom, stupratorem interfecit fratrem. 2.Reg.13.14. Quo facto perculsus Absalom, a facie sui patris ausugiens, totum sollicitat Israel, Ibid.℣.30. rebellisque effectus fugat, atque insequitur patrem, Ibid.℣.36. c.15.2.16. thorum quoque ejus in concubinis scelerate contaminans. & c.16.22 Quæ patienter David ferens, ea in se puniri justitia vindicante cognovit, quæ sibi ut videbatur, [a] abscondite commiserat. Quorum gesta lex divina dum resonat, speculum se esse ostendit, non celans ipsorum quoque facta majorum, ac splendoris sui serenitate, ut pulcritudines, ita [b] etiam fœditates quorumcumque demonstrans: ea veritate pollens, quæ reatus etiam suorum & probat, & vindicat, non sane sine misericordia, quæ totum [c] tegit totumque ostendit; & lapsus tanti viri, & sententiam justi Judicis, & indulgentiam clementissimi Patris. Positus [d] est hic vero exemplum sobriis animabus: ut discant amplius metuere prospera, quam formidare adversa. Osee 6.1. In tribulatione quippe, ut propheta dicit, memores sumus Dei. Periculosum est autem animæ dimitti in voluptatibus suis, cum ipse dicat Dominus: Apoc.3.19 *Ego quos amo redarguo, & castigo.*

a b c d

CAPUT XXVII.

PROMISSIO: *In Abisac, animas Christi gratia calorem ferventes.*

Prædictio facta & figurata. In Regum credita & visa.

1 HUic ipsi David jam senili ætate consecto Abisac Sunamitis virgo, quæ regem calefaceret, applicatur, nullam ob causam [e] concubitus: quæ etiam post obitum ejus virgo reperta est. Hæc [f] similitudo animam signat Dei gratia castitatis calore succensam, quæ frigidas in fide animas, ut membra Regis magni suo accendit affectu. Psal.16.3. Canit enim de se ipsa in Psalmis: *Igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.* Alioque suo flatu calefaciens, dicit: Ps.65.16. *Venite, & audite, & narrabo vobis omnibus, qui timetis Dominum, quanta fecit animæ meæ.* [g] Defecto itaque rege, Salomon patri David successit in regnum. In cujus nomine multa divina promissa dum resonant, ne quis ipsi personæ deputaret quæ fuerant figurata, dum [h] a præceptis Domini declinaret, & vitam in senectute & sapientiam simul amisit: Ibid.11.4. ut pacifico Christo Domino (quod Salomon interpretatur) omnia illa quæ [i] figurata fuerant, servarentur. Quæ tamen, ut propheta ex persona Christi Domini gesserit, ut donatum fuerit, parumper excurram.

3.Reg.1.1. & seqq. e f g h i

2. In principio regni ejus visus est ei Dominus per somnium dicens: 3.Reg.3.5. *Pete tibi aliquam petitionem.* Nihilque aliud [k] expetit quam sapientiam. Christum ergo petit, quia 1.Cor.1.24 *Christus est Dei virtus, & Dei sapientia. Dabis,* inquit, *Domine, servo tuo cor sapiens ad judicandum gubernandumque populum tuum.* Quæ petitio dum placeret, (ut donum collatæ sapientiæ omni populo panderetur,) duæ mulieres astiterunt regi, quæ simul in conclavi commanentes, uno in tempore filios procrearunt. E quibus una dormiens cum suum parvulum præfocasset, sociæ dormienti suppositi, [l] ejusque vivum sibimet usurpavit. Expletis igitur [m] nocturni somni officiis, dum clarus solis ortus redderet aspectibus diem, torpore omni discusso, mulier quæ vivum perdiderat, dum suis uberibus crederet applicandum, respiciens mortuum, non agnovit suum. A furante igitur dum vivum repetit, atque illa pro invaso fortiter contradicit, in hac controversia concertantes regi se pariter obtulerunt. Cumque cujus esset vivus parvulus demonstrari non posset; sapientia illa Christus quæ regi fuerat tributa, gladium afferri jussit, non quo parvulum feriret, sed quo denuo parturientis matris viscera demonstraret. *Dividite,* ait rex suis, *parvulum vivum in duas partes, & date dimidium huic, & dimidium huic.* Vera mater, ut tantum vivat, adversariæ totum cedit: falsa, ne vera possideat, dimidium petit. Sic hæreticorum nostro sub Rege Christo animæ judicantur: quibus dum vera mater Catholica nomen suum vivum jurgantibus offert totum, illi volentes discedere petunt dimidium. Sed Rex noster qui venit gladium mittere in terram, hæreticorum fraudes removens, veræ matri petenti vitam, vivum reddidit natum. Quoniam *vitam petit,* ait Propheta, *& dedisti ei.* Idem vero ipse parvulus non divisus, vere Catholicæ matris filius, judicium pacifici summi Regis Christi Domini laudat, & dicit: *Vivet anima mea, laudabit te, & judicia tua adjuvabunt me.*

k l m Ibid.℣.25. Matt. 10.34. Psal.20.5. Psal. 118.175.

3. Templum idem Salomon Domino suo fabricavit illud amplum, mirabili ambitu constructum, omni cum regia potentia dedicatum. Quod pater ejus dum voveret, implere permissus non est. Multas enim bellando prostraverat gentes, eique dictum est; quod [n] plurimum sanguinis effudisset in terra, non ipsum, sed ejus filium pacificum debere construere [o] domum Deo. Sed quoniam [p] illud, spiritale hoc ædificium signat, scriptum est: Altissimum [q] non habitare in ædificiis manu hominum factis. Propter quod Rex noster vera pax Christus Dominus, ex lapidibus vivis domum construens spiritalem, fidelium corda, suorum, non tantum singula templa in singulis, sed unum ex omnibus templum fecit. Quibus dicit Apostolus; *Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus-sanctus habitat in vobis?* In quo spiritales hostiæ, per ipsum Principem sacerdotum offeruntur Deo. *Ipse enim est pax nostra qui fecit utraque unum.* Pacificus [r] Salomon omne tempus cum gentibus habuit quietum, pacem Domino largiente. Qui cum

3.Reg.3.9. Ibid.℣.16. &c. n o p q 1.Cor.3.16 1.Petr.2.5 Ephes. 2.4 r

S. Prosperi.

a Editiones antiquiores, *absolute*, nec videtur correctus error in Mſ. Remig. sed in editionibus recentioribus emendatur.

b Particula, *etiam*, additur ex edit. Lugd.

c Veteres editiones, *totum egit*, nec repugnat, Mſ. Remigianus.

d Sic Mſ. Remig. Editiones veteres, *positus verum hic*: recentiores; *positus vero in exemplum*.

e Mſ. Remig. *concupiscentiæ*.

f Editi, *in similitudinem*: recentior, *in similitudine*.

g Mſ. Remig. *Defuncto*. Editi omnes, *Defecto*.

h Mſ. Remig. *a viis*.

i Mſ. Remig. *signata*.

k Mſ. Remig. *expetiit*.

l Hæc verba; *ejusque vivum sibimet usurpabit*, addimus ope Mſ. Remig. faventibus sequentibus verbis, *quæ vivum perdiderat*, scilicet a contubernali suffuratum.

m Mſ. Remig. *nocturnis officiis*.

n Mſ. Remig. *plurimum sanguinem fudisset*.

o Mſ. Remig. *domum Dei*.

p Mſ. Remig. caret hac voce, *illud*.

q Mſ. Remig. *non habere ædificium manu factum hominum*.

r Mſ. Remig. *Salomon pacificum omne tempus cum gentibus habuit: pacem*.

se totum sapientiæ dedisset, sententias quasque [a] & icas id est, immortales partes adscribens, ænigmata etiam mystica dum conderet, [b] præclare regni ipsius fama nuntii sparsa est per orbem. [c] Ad videndum igitur talem, *Regina Austri venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis*. Cujus cum miraretur doctrinam, muneribus oblatis, laudibus præferens præsentiam, ejus a conspectu discessit.

3.Reg.10.1

4. Hoc ex facto Rex noster Christus Dominus Judæos increpat, quod regina Austri omnes moras regiasque necessitates abrumpens, neque granditate itineris præpedita, omni cum festinatione venerit videre atque audire sapientem : ipsi vero ultro ad se venientem Sapientiam ipsam contempserunt. Merito dicit exurgere hanc in judicio cum illa generatione, & condemnare eam. Sed hæc regina nostram sanctam ostendit Ecclesiam, de qua dicitur ipsi Regi nostro. *Adstitit Regina a dextris tuis*, quæ ab ortu solis usque ad occasum nunc [d] adcurrit, Christum Dominum audire Sapientiam : laudans nomen Domini muneraque offerens, quoniam sublimia fecit universa. Itaque quæ de Salomone dicta, vel ab eo prophetice gesta sunt, recte Christo Domino consignantur. Ceterum ipse, ut supra dictum est, elatus, in senio fornicatus mente & corpore, Domino ipsum deserente, male obiit : metuendum exemplum posteris relinquens, ne felicitate hujus vitæ turbati Christum deserant, qui est suorum æterna felicitas.

Matt. 12. 42. Luc.11.31

Ps.44.10.

CAPUT XXVIII.

PRÆDICTIO : *in Roboam, scissuram hæresum, e quibus Christus suas colligit oves.*

Prædictio facta & figurata. In Regum credita & visa.

1 REgnante Roboam filio Salominis, & tam suo quam etiam peccato paterno constricto, cum pene totum post idolorum culturam perverteret Israel, regnum e manibus ejus scissum est. Jeroboam [e] quippe servus Salomonis, judicio divino in [f] undecim tribubus ampliorem regni partem suscepit. Per quam divisionem Samaria & Jerusalem regum Juda & Israel suorum principum per successionem ordinem servaverunt. Sed hæc hæreticorum schismaticorumque, sicut sæpe dictum est, ostentat figuram, donec ille qui unitatem facit, & diligit, alias oves quas habet extra suum ovile, sua gratia illustrante adducat, ut, sicut promittere dignatus est, sit *unus grex & unus pastor*. Non omnes nunc in ordine exequimur reges ; sed eos tantum quorum temporibus aliqua vel gesta vel dicta sunt, quæ Redemptoris nostri nunciaverunt adventum, brevitatis intuitu, & lectori fastidium minime inferentes.

3.Reg.12. 16. & seq.

e

f

Joan.10.16

2. Achab igitur pessimo rege regnante in Judæa, Elias propheta ad arguendum regem & populum mittitur, quod relicto Deo secuti fuerint Baal. Cumque Jezabel uxor Achab regis, incomprehensibili judicio illo Dei quo datur potestas malis, prophetas Domini occidisset, Elias orando [g] in sterilitate a facie se regis abscondit. Suppletoque triennio & sex mensibus, cum totam Judæam sæva fames affligeret, Elias jubetur seipsum præsentare regi. Cumque Domino, interfectis omnibus prophetis, solum se relictum esse dixisset, ait ei responsum divinum : *Reliqui mihi septem millia virorum, qui non curvaverunt genua ante Baal*. Hinc [h] etiam sanctorum comprimitur elatio, ne quis se in quolibet bono opere arbitretur necessarium Deo : cum omne [i] opus suum per quem vult, impleat Deus, *quoniam omnia serviunt* illi. Homo enim Deo, non Deus homine indigere monstratur. Unde ait ille sanctus propheta : *Dixi Domino, Deus meus es tu : quoniam bonorum meorum non eges*. Elias vero quæ fuerant divinitus imperata, coram rege & populo, per mysticum illud sacrificium vespertinum, ignem cælitus impetrando perfecit. Quo noster per figuram vitulus immolatus, sacerdotes omnes idolatriæ, sicut Elias, cum ipso errore Baal simul extinxit, replens terram [k] gratiæ pluvia, qua fames fidelis animæ repellatur.

3.Reg.18. 1. & 21.

3.Reg.19. 1. &c.

g

3.Reg.19. 14.

h

Rom.11.3.

i

Ps.118.91

Psal.15.2.

3.Reg.18. 36.

Ibid.v.38.

k

3. Quod vero in eremo constituto eidem Eliæ, jussu divino corvi mane panem & carnes vespere ministrarunt, totius corporis Domini figura monstrata est, [l] quando prius in præceptis panem, postea carnem dominicæ Passionis Judæi, ut corvi, gentibus ministrarunt, tetri colore, voce [m] rauciſona, odore fœtidi, horrentes aspectu. Quibus avibus similes Judæi, carnem Crucis ex ligno decoctam gentibus præparantes, ut corvi, una & rauciſona voce Pilato clamaverunt : *Crucifige, Crucifige*. Hanc comedunt, qui audiunt dicentem : *Nisi manducaveritis carnem filii hominis, & biberitis sanguinem* [n] *ejus, non habebitis vitam in vobis*. Tria tamen etiam hic tempora & dimidium temporis in tribus annis & sex mensibus (sicut & superius memoravimus) cælestis pluvia, Dei alto judicio, negatur eis qui carnem ejus non comedentes, neque ejus sanguinem bibendo redempti, ab ejus corpore inveniuntur alieni.

3.Reg.17.6

l

m

Joan.19.6

Joan.6.54.

n

CAPUT XXIX.

PROMISSIO : *In Elia Christum, & in vidua misericordiæ principatum.*

Prædictio facta & figurata. In Regum credita & visa.

DIxit Dominus Eliæ : *Vade in Sarepta Sidoniæ : ecce enim mandavi mulieri viduæ, ut pascat te illic*. Et hic mysticas actiones spiritalis lector [o] agnoscit. Neque enim defecerat omnipotens, quanto vellet tempore per easdem aves suum pascere prophetam. Quem tamen necessarium vi-

3.Reg.17. & seqq.

o

duæ

a Ita editiones omnes, & Ms. Remig. qui pro, *immortales*, habet, *mortales*, forte pro ; *morales* ; unde suspicamur legendum esse, *sententias quasque ethicas*, *id est*, *morales scribens*.

b Ms. Remig. *præclara . . . fama nuntiis sparsere per orbem*. Vocem *nuntii*, aut *nuntiis*, superfluam esse suspicamur : & forte legendum : *præclara regni ipsius fama sparsa est per orbem*.

c Ms. Remig. *ad visitandum . . . videre*.

d Ms. Remig. *nunc occurrit Christo Domino*, forte, *Domini audire Sapientiam*.

M s. Remig. *quoque*.

f Ms. Remig. *in duodecim tribus*, forte, *in decem tribus*.

g Ms. Remig. *indicta sterilitate* : id est, cum prophetasset futuram mox sterilitatem.

h Ms. Remig. *enim*.

i Sic Ms. Remig. cum edit. Lugd. & Lovan. Duac. vero & Colon. *omne tempus*.

k Ms. Remig. *gratia & pluvia*.

l Ms. Remig. *quæ* : forte, *qua*.

m Ms. Remig. *carnisona*.

n Editi, *hujus*.

o Ms. Remig. *agnosce*.

duæ sciebat, cui ex fame copiam, potentia verbi, per suum ministrum voluit præparari. Hanc viduam in agro duo minuta, ut duo præcepta, colligentem divino nutu prospiciens Elias, actus etiam spiritalis sitis ardore, aquam a muliere popoſcit. Quæ dum pergit afferre, & pusillum panis petit ab ea prophcta. Illa vero testando dicit modicum
a se farris habere in hydria, & [a] parum olei in olea-
b rio, unius scilicet & cum liberis [b] dici victum,
c [c] quo absumpto, esset moritura cum liberis. Ex hoc ipso sibi propheta prius offerri jubet, tum etiam sibi suisque filiis præparandum: [d] ut misericordia primum occupet locum: quam præire ante faciem Dei Scriptura testatur. [e] Ex ipso enim
d *Ps.88.15.* e *3.Reg.17.* omnis copia. *Quoniam hæc dicit Dominus*, ait *14.* Elias, *Hydria farinæ non deficiet, & capsaces olei non minuetur, usque in diem quo dabit Dominus pluviam super terram.* Sic anima misericors fœneratur Deum, sic dum dat in necessitate, sibi consulit ad salutem. Sic repletur anima, quæ corpore abscedente, Domino, [f] castigantem diligens,
f unius thori fidem pudico amore custodit, sacramento sarris, & olei unctione munita; secura expectans [g] gratam pluviam, cum ei dixerit Do-
g *Matt. 25.* minus: *Euge, bone serve & fidelis, quoniam in* *21.* *modico fidelis fuisti, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.* Cujus in similitu-
Luc.21.2. *& seqq.* dinem & illa laudatur a Domino, quæ duo minuta vidua dum mitteret in gazophylacium, plus
h omnibus eam misisse dixit ille [h] qui vidit, quia sibi nihil dimisit.

CAPUT XXX.

PROMISSIO: *In Elisæo, discipulos Christi duplum accipientes spiritum.*

Promissio facta & figurata. In Regum credita & visa.

i 1 ELias discipulum Elisæum reliquit, [i] quia tempus assumptionis suæ, Domino revelante, cognoscens ait discipulo: *Pete tibi aliquam*
4.Reg.2.9. *& 10.* *petitionem, prius quam tollar a te. At ille ait:*
k *Volo ut spiritus qui in te est,* [k] *duplex in me sit. Dixitque ei Elias: Dure petisti: verumtamen si me respexeris euntem, fiet tibi.* Hac promissione
l factus certior Elisæus [l] ut optato petitionis suæ omni ex parte potiretur, ita inhæsit magistro, ut nulla eum ab illo necessitas sequestraret. Cumque propheta studium vellet exercere discipuli, necessario se per devia sequi illum sustinentem imperat.
Ibid.v.2. At ille ait: *Vivit Dominus, & vivit anima tua,*
4. & 6. *si dimisero te quocumque jeris.* Hoc actum est; donec ad eum perventum est locum, ubi curru igneo susceptus, quasi usque in cælum pervectus est. Atque ita intentio discipuli vigilavit, ut raptum sibi magistrum fletu ac voce magna sequeretur dicens: *Pater mi Elias, Pater mi, auriga*
Ibid.v.12. *Israel!* His vocibus perculsus Elias, spiritale ill viaticum ac pignoris donum, suum [m] palliolum
m dimisit. Quo percepto, rescisso ex eo, & percus- *Ibid.v.14.* so ex eo Jordane fluvio, quem per seipsum non valuerat, pallii adjutorio pertransiit. Unde & prophetarum filii dicunt: [n] *Requievit spiritus Eliæ*
n *super Elisæum.* *Ibid.v.15.*

2. Et in hac mystica actione, similitudo Domini & magistri nostri Jesu Christi. Cum enim dixisset discipulis suis: *Qui credit in me, opera* *Joan.14.12* *quæ ego facio, & ipse faciet:* ut dupla se dona Christus dedisse ostenderet, adjecit: *Et majora horum faciet.* Sed hoc inhærentibus [o] sibi, nec
o in aliquam partem a se declinantibus: quos edocuit dicens: *Si quis mihi ministraverit me sequatur, & ubi ego fuero, illic erit & minister meus.* His, & duplum spiritum hoc modo insudit: semel post Resurrectionem, quando insufflavit in faciem eorum, dicens: *Accipite Spiritum-sanctum.* *Joan. 20* *Si cui dimiseritis peccata, dimissa erunt: si cui* *22. & 23* *detinueritis, detenta erunt in cælis:* secundo vero cum nube susceptus, vectantibus angelis, ipsis quoque discipulis oculis [p] deducentibus, ait: *Vos*
p *sedet in civitate, donec induamini virtutem ex* *Luc.24.49* *alto.* Isque die Pentecostes in linguis igneis do- *Act.2.4.* num Sanctum-spiritum misit. Non hic duos Spiritus intelligere debemus, cum unus sit Spiritus-sanctus; sed ipse idem Spiritus est, carismatum dona dispensans: ita multipliciter prærogatus ab ipsa individua Trinitate, ut in ea non duo, sed unus sit Spiritus. Quoniam, ut Paulus apostolus dicit: *Unus Deus, una fides, unum baptisma,* *Ephes.4,5.* *unus Spiritus.* Unde & ipse Elisæus non ait magistro; [q] *Spiritus qui in te est* duo sint, sed, *du-* q *plo sit in me.* Hoc duplum exposuit Dominus cum dixit: *Donec induamini virtutem ex alto:* ut ampliora per eos faceret, quam fecerat per seipsum. [r] Tactu suæ fimbriæ a fluxu sanguinis mu- r lierem sanavit: discipulorum vero umbra infirmi- *Matt. 9.* tates omnes. Ipsi resurgenti, [s] palpantes viden- *20.* tesque vix crediderunt, etiam ipsi discipuli: ascen- *Act.3.15.* denti in cælum, illis prædicantibus, in eum, s quem non viderunt totus credidit mundus. Postremo, amplius est impium justificare, quam resuscitare mortuum. Quæ omnia per suos discipulos idem ipse fecit, qui eis hanc tribuit potestatem, dicens: *Sine me nihil potestis facere.* *Joan.15.5.*

CAPUT XXXI.

PRÆDICTIO: *In eodem Elisæo, cum mortuum figuratum Christus Dominus gratia suscitavit.*

[t] Prædictio facta & figurata. In Regum credita & visa. t

1 IDem ipse Elisæus dum excurrit per diversa, *4 Reg.4.8.* annuntians verbum Domini, quædam eum mulier Sunamitis hospitio suscepit. Cui pro munere

a Mſ. Remig. *& perparvum*, forte, *perparum*.
b Mſ. Remig. *in die*.
c Mſ. Remig. *quo sumpto esse morituram*.
d Mſ. Remig. addit, *postea*.
e Mſ. Remig. *Ex ipsa enim omnis domus replebatur*.
f Mſ. Remig. *castitatem*.
g Mſ. Remig. *gratiæ pluviam*.
h Mſ. Remig. *qui dedit*.
i Mſ. Remig. *qui tempus ... agnoscens ait ad discipulum*.
k Veteres editiones, *duplum*, ut Mſ. Remig. Recentiores, *duplex*.
l Mſ. Remig. *in aviditatem petitionis*.
m Mſ. Remig. *pallium*.
n Mſ. Remig. *Spiritus Domini resedit in Elisæo*.
o Hæc verba: *sibi nec in aliquam partem ...* usque ad ista; *illic erit & minister meus*, supplemus ex fide Mſ. Remigiano-Remensis.
p Mſ. Remig. *oculis elevantibus*, forte, *oculos elevantibus*. tum infra, post 11. lin. idem. Mſ. *Eisque*.
q Restituimus locum hunc ex Mſ. Remig. antea legebatur: *Fiant in me duo spiritus, sed duplex spiritus. Quem exposuit*. In edit. Lugd. *ait magistro spiritu*. Cetera per parenthesim quamdam, ut dubia addiderant Lovan. Duac. & Colon. & his recentiores editiones.
r Sic Mſ. Remig. At Editi, *Tactus namque*.
s Mſ. Remig. *palpantibus videntibusque*.
t In Mſ. Remig. *Promissio*.

nere sterilitate sublata, filium ei impetravit a Domino. Quæ suscipiens parvulum enutriit. Adultus vero [a] ad patrem in agrum dum pergeret, solis ardore percussus recurrens domum, æstuans in sinu matris spiritum emisit. Statim mulier ad hominem Dei recurrit, in Carmelo pedibus ejus provoluta, filium, quem ejus gratia susceperat, [b] nuntiat fuisse defunctum. Celatum sibi hoc a Domino propheta miratur: ut nostri Domini Jesu totam figuram impleat [c] propheta, qui cum omnia [d] norit, aliqua se nescire simulat. Ut illud de Lazaro: *Ubi posuistis illum*? Et: *De die & hora nemo scit, neque Angeli, neque Filius*: cum eo die & ea hora ipse venturus sit Filius. Et illud, narrantibus duobus discipulis de Passione ejus & dicentibus ei: *Nescis quæ facta sunt in Jerusalem ante tertium diem*? & ipse in quo facta sunt, nescienti similis dicit, *Quæ*? Sed hæc quæ celantur, aut in magno aguntur mysterio, aut intentio cordis extenditur in Deum, ut quantum non capit, avidius nosse quærat: & cum quæsita non intellexerit, amplius metuat, sciens divinum esse atque profundum, quidquid mortalibus nosse fuerit denegatum.

Ibid. ℣. 16. & seq. — a — b — c — d — *Joan. 11. 34* — *Marc. 13. 31.* — *Luc. 24. 18 & 19.*

2. Agit vero Elisæus quæ sunt dominicæ actionis sacramenta. Mittit per servum suum baculum, quod supra exanime corpus positum, mortuum vitæ restituat. Misit & Dominus per Moysem servum tuum Legem, quæ mortuum mundum, sicut illud baculum, vivificare non potuit: quia *si data esset lex, quæ posset vivificare*, ut Apostolus dicit, *omnino ex Lege esset justitia*: quia *littera occidit, spiritus autem vivificat*. Postea ipse Elisæus descendit [e] magnus ad parvum, salvator ad salvandum, vivus ad mortuum. Descendit & noster Dominus. *Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia*. [f] Quæ omnia? Quæ mystice gessit Elisæus. Ut enim mortuum parvulum suscitaret, juvenilia membra [g] contexit. Et Dominus Jesus *semetipsum exinanivit formam servi accipiens*: parvum se illi parvo coaptavit; ut efficeret [h] istud *corpus humilitatis nostræ conforme corpori gloriæ suæ*. Jacens subter se frigidum, suo calore succendit. Similiter & noster [i] Salvator Dominus mundum, a cujus calore non est jam qui se abscondat, insufflavit [k] ille tertio jacenti, ut trina confessio infunderetur credenti. Sic suscitatus est mortuus, dum a morte perpetua justificatus est impius.

4. Reg. 4. 29 — *Gal. 3. 21.* — e — *2. Cor. 3. 6.* — *Ephes. 4. 10* — f — *4. Reg. 4. 34.* — g — *Philip. 2. 7* — h — *Phil. 3. 21.* — *4. Reg. 4. 34.* — i — *Psal. 18. 7.* — k

3. Multa & varia signa Spiritus Domini fecit per Elisæum, sicut eadem Regum narrat historia. Quæ omnia persequi longum est. Pauca tamen exequar, cum sint [l] cuncta signa futurorum Christo Domino coaptanda, qui per Isaiam dicit: *Spiritus Domini super me: propter quod unxit me, bene evangelizare pauperibus misit me, dimittere quassatos in requiem, reddere captivis libertatem, & cæcis visum*. Jordanem Elisæus eo Spiritu operante, transiit, quo noster Dominus Jesus eumdem fluvium suo in baptismo consecravit. In-

Isa. 61. 1. — *Luc. 4. 18.* — l — *4. Reg. 2. 14.*

a Editi, *cum patre*. Mſ. Remig. *ad patrem*, melius.
b Mſ. Remig. *nuntians*.
c Editi, *prophetia*.
d Mſ. Remig. *noverit, aliquid*.
e Hæc ipsa leges apud Augustinum sermone 26. de verbis Psalmi 94. & Apostoli Galat. 3. pag. 141. novæ editionis: & eumdem sensum reperies in sermone 136. de verbis Evangel. Joannis 9. pag. 663. item novæ editionis.
f Hæc verba, *Quæ omnia*, addit Mſ. Remig.
g Mſ. Remig. *contraxit*.
h Mſ. Remig. *iste*, scilicet, Christus.
i Vox hæc, *Salvator*, abest a Mſ. Remig.
k Mſ. Remig. *illi . . . ut trina confessione*.
l Mſ. Remig. *tota*.

sultantes sibi propheta bestiis tradidit pueros. Et noster Jesus Dominus [m] de parvulis in Paulo dicit: *Nolite pueri effici mentibus*. E quibus quosdam bestiis, [n] id est, immundis spiritibus tradidit, *ut discant non blasphemare*. Rex Israel ad perimendum Eliam quinquagenos viros tribus vicibus cum tribunis misit, quos cælesti incendio propheta consumpsit. Dicitur etiam de nostro Propheta & Domino, quod *ignis ante eum ardebit, & inflammabit in circuitu inimicos ejus*. Ipsum postea regem cum omni exercitu se obsidione vallantem, quadam cæcitate percussos hostes, captivos in Samariam induxit. Quibus reddito visu, simul & indulgentiam impetravit. Hæc licet in multis signentur, evidentius tamen in Paulo, & qui cum eo Ecclesiam [o] persequebantur, Dominus ostendit. Cæcatus quippe prostratusque in via, captivus Dei dum fieret, reddito lumine, qui fuerat persecutor, factus est prædicator: atque in ipso ostendit *Deus omnem longanimitatem ad informationem eorum, qui credituri sint illi in vitam æternam*.

Matt. 3. 13. — m — *4. Reg. 2. 24.* — n — *1. Cor. 14. 20.* — *1. Tim. 1. 20.* — *4. Reg. 1. 9. 11. & 13.* — *Psal. 96. 3.* — *4. Reg. 6. 18.* — *Ibid. ℣. 22.* — o — *Act. 9. 8.* — *1. Tim. 1 16.*

4. Item Naaman Syrus amicus regis ad regem Israel directus est, ut ab Elisæo lepræ macula mundaretur: Quem respiciens homo Dei jussit eum [p] septies in Jordane tingi; si vellet corporis sui maculas auferri. Quod cum faceret, mundatus est. Munera homini Dei offerenda credidit: quæ jure divino renuens, gratiam gratis datam nostri præsignavit Christi Domini, quam in Evangelio suis discipulis commendavit, dicens: *Gratis accepistis, gratis date*. Septiformi Spiritu mundari animam a vitiis, quibus interior exteriorque homo polluitur, aqua etiam ipsa demonstrat, qua tinguntur consecrati *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti*. Giezi vero puer Prophetæ, qui secutus Naaman Syrum, composito mendacio, vendere voluit quod propheta gratis dederat, ea lepræ percussus macula, qua ille mundatus fuerat, hæreticorum figuram ostendit: qui suæ rapacitatis cæcitate compulsi, dum venditant suis velut expiationes videlicet peccatorum, ipsi quoque maculis quibus illi fuerant aspersi, insigniuntur. Ut merito audiant a Domino: *Non novi vos. Discedite a me omnes qui operati estis iniquitatem*.

4. Reg. 5. 1. & seqq. — p — *Ibid. ℣. 16.* — *Mat. 10. 8.* — *Matt. 28. 19.* — *4. Reg. 5. 20. & seq.* — *Matt. 7. 23.*

p Mſ. Remig. addit, *septies*, quod aberat ab editis.
m Mſ. Remig. *per Paulum dicit*, nec habet, *de parvulis*.
n Hæc verba, *id est, immundis spiritibus*, addit Mſ. Remig.
o Editi, *insequebantur*. Mſ. Remig. melius, *persequebantur*.

CAPUT XXXII.

PRÆDICTIO: *In Ezechia, qua suos Christus docet in bono non debere efferri.*

Prædictio facta & figurata. In Regum credita & visa.

DUm [q] alternanter reges Israel, alii a viis Domini declinantes erroribus implicantur, alii fideliter viam Domini gradiuntur, ad Ezechiam regem ordo perductus est. Hic exterminans omnia simulacra, omnemque idolorum culturam subver-

4. Reg. 18. 1. & seqq. — q — *Ibid ℣. 4.*

q Ita antiquiores editiones, cum Mſ. Remig. Recentiores vero, *alternantes*.

vertens, pene totum Israel errantem convertit ad
4.Reg.20.3. Dominum. Huic divinum datum est responsum, ut ordinare ac disponere deberet domum suam, quod ipse jam iret in mortem. Qui cum flens
Ibid. ℣.3. & 6. oraſſet dicens: *Memento Domine, quomodo ambulaverim in via tua:* quindecim anni sub hoc
a signo ei adjiciuntur ad vitam. [a] Duodecim enim
Ibid.℣.12. gradus sol, cursu quo ascenderat, descendit. Quod mire evenisse finitimi dum adverterent reges; nuntios ad Ezechiam miserunt, quærentes quidnam illud esset ostenti. Elatusque in bono, non tantum pro se factum narrat, quantum & jac-
Ibid.℣.13. tantiæ gratia universa regalia eis domus suæ & vasa ostendit. Indignatusque Dominus per prophetam Isaiam regem increpat; testans venire
Ibid.℣.16. dies, quibus illa omnia quæ monstraverat, captiva in Babyloniam cum populo ducerentur. Nec immerito noster Rex per apostolum Joannem in
Apoc.3.11 Apocalypsi nos admonet, dicens: *Tene quod habes, ne quis alius accipiat coronam tuam.* Item
Ibid.c.16. ℣. 15. alibi: *Beatus qui vigilat, & servat vestimenta*
Matt.6.3. *sua; ne nudus ambulet.* Et in Evangelio: *Non*
2.Cor.1.31 *sciat sinistra tua quid faciat dextera tua*: admonens in bonis operibus, quæ Dei dona sunt, non esse in homine, sed in Domino gloriandum; ne quod humilis
b [b] accipit, superbus amittat.

CAPUT XXXIII.

PRÆDICTIO: *In Regibus peccantibus, qui secum populum in captivitatem ducunt.*

Prædictio facta & figurata. In Regum credita & visa.

4.Reg.22.1.& 13. REgnante Josia, atque Sedechia filio ejus, populus omnis Israel utilia vincla legis, quibus regebatur, abrumpens, multis ex gravi-
c bus [c] culpis totius pietatis auctorem Deum ad
Jer. 22.2. & seqq. magnam iracundiam provocavit. Jeremiam Prophetam ad objurgandum, corrigendumque regem & populum Dominus misit, prædicens, si conversi legis mandata servarent, suo in loco semper manere illæsos: si vero monentem se contemnerent, in Babyloniam ire captivos. Spretis igitur & mandatis & prædicantis verbis, dum malis ausibus rex & populus suis peccatis urgentibus premerentur, sententiam divinam Jeremias plebi jam captæ, & regibus per epistolam expressit dicens: *Propter peccata quæ pec-*
Baruch.4.1.& 2. *castis ante Deum, ducemini in Babyloniam: & eritis illic per tempus longum, usque ad generationes septem.* Rex igitur Nabuchodonosor, com-
4.Reg.21.1.& seq. prehensis regibus Juda, totum Israel captivum transmigravit in Babyloniam, effossis oculis in itinere regi Sedechiæ: ut duorum prophetarum de eodem Rege prædicta implerentur. Jeremias
d [d] dixit, visurum regem Babyloniam: Ezechiel,
Jer.24.3. Ezech.12.13. non visurum. Qui dum sibi quasi contrariare visi essent, hoc modo utrumque videtur impletum: cum exemptis oculi adductus Sedechias Babyloniam, & vidit, quia præsens fuit, & non vidit, quia in via oculos perdidit. Admonet noster Dominus suos hujus exemplo, & dicit: *Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebræ comprehendant.* Contemptores vero mandatorum suorum, etiam reges, cæcos esse idem Dominus in Evangelio dicit; *Cæci sunt duces cæcorum. Cæcus autem dum* e *cæcum ducit, simul in foveam cadunt*, quæ est dura captivitas animæ impænitenti: de qua dicitur; *Dedi illi tempus, ut pœnitentiam ageret, & pœnitere non vult.* Sic donec suppleretur mensura per annos septuaginta, in Babylonia populus ille captivus fuit.

Joan. 12. 35. Matt. 15. 14. e Apoc.2.21

2. Vasa sane omnia templi Dei idem rex Nabuchodonosor per suos abripuit. Væ peccatis hominum, dum pro his sacrificia ipsa conculcantur ab exteris, quæ semper pro remediis fuerunt in salutem. Quo gemitu, quibus amarissimis fletibus, qua animi angustia hæc descripserit Jeremias, Threni ejus indicant: tabernaculum Domini fuisse pollutum, diem festum ductum in oblivionem, sabbata omniaque solemnia exterminata; sacerdotes & principes, parvulos, senes, juvenes, virgineſque suas [f] partem gladium comedisse, partem remansisse captivam. En dolorum nostrorum ulcera; en luctus nostri opprobrii, en peccata grandia, quorum ex causis etiam nos hæc videre meruimus, amplioreque pœnarum plaga quasi vulnerati curari nolumus. Elisi stare nos credimus, expulsi exiliatique, ut opportuit, non dolemus; satisfactio [g] nulla, mœstitia nulla, manet ira, nec veniam postulamus. *Hereditas nostra conversa est alienis: domus nostræ peregrinis.* Sic castigati non plangimus, sic emendati nolumus suscipere disciplinam. Recedamus a malis quibus Dominum offendimus, pœniteamus in his quæ sacratis ejus contumelioſa ingessimus. Superbia nostra humilitate curetur. Collatum tempus [h] remediis non spernamus: [i] ne is cujus placidam mitemque sensimus misericordiam, non pœnitentibus æternam constituat, pœnalemque sententiam. Paratus est enim ignoscere ille Dominus qui dicit; *Convertimini ad me, & convertar ad vos:* si modo voces filii cum pœnitentia revertentis pius Pater agnoscat.

4.Reg.25. 13.14.15. Threni 1.1. & seqq. f g Ibid.c.5.2. h i Zach.1.3. Luc.15.18

3. [k] In eadem captivitate, Danielem & Ezechielem narrat historia prophetasse. Daniel vir desideriorum, (qui Balthasar a rege nuncupatus est) tres viros gentis suæ amicos habuit Ananiam, Azariam, Misaelem. Omnis vero ejus prophetia mysteriis licet plena sit, quædam tamen pars ejus ita elucet claritate sui fulgoris, ut etiam tempus signaverit quo venturus esset ipse Salvator & Dominus. Duodecim sane cum sint propheticæ visiones ejus, in Hebræo decem reperiuntur. Quas duodecim, Domino donante, certa cum comparatione percurram. In prima, contra impudicos seniores castitatem Susannæ defendit. Hoc agit Jesus Dominus, dum adversus sceleratos hæreticos Ecclesiæ suæ integritatem tuetur, quam perversis suis disputationibus vitiare contendunt. Quos etiam per apostolum Paulum notat, dicens: *Ex his sunt qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis.* In secunda ipse Daniel, sui-

k Dan.10.11 c.1.v.7. Dan 9.25. Dan.13.51 2.Tim.3.6 Dan,1.8.

a Mſ. Remig. *quindecim*. In Vulgata leguntur tantum, *decem*.
b Mſ. Remig. *accepit*.
c Mſ. Remig. *culpis*. Editi, *causis*.
d Editi, *dicit*.
e Mſ. Remig. *cæcum ducens*.
f Mſ. Remig. addit hanc vocem, *partem*.
g Mſ. Remig. *nullæ mœstitia manet iram, nec veniam*.
h Mſ. Remig. *remedii*.
i Ita Mſ. Remig. Editi vero, *ne is quem placidum timemque sentimus, iracundiam non pœnitentibus æternam constituat, pœnalemque sententiam*.
k Emendatur locus hic ad Mſ. Remig. Editi, *in eandem captivitatem*.

suique amici statuerunt legis suæ mandata servantes, ex cibis mensæ regis, quibus ceteri eorum sodales vescebantur, non contaminari. Desideriis hujus mundi non solum contaminatus non est noster Magister & Dominus, verum etiam
Joan. 2. 15. & 16. suos amicos prohibuit, dicens: *Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo sunt. Omne enim quod in mundo est, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi.* Quæ omnia, velut escas illas regias, repudianda ostendit. Et per apostolum Paulum evidentius
1. Cor. 6. 13 mandans: *Esca ventri*, ait. *& venter escis. Deus autem & hunc, & has evacuabit*: ut sit animæ unus cibus ipse Salvator, qui ei varios diversosque sapores exhibeat.

2. In tertia, sacramentum divinæ dispositionis, quod regi ostensum fuerat, itaque erat [a] oblitus;
a
Dan. 2. 1. & c. non humana doctrina Daniel qua instructus erat, sed Domino revelante, & somnium & interpretationem somnii regi narravit. Quatuor regna in
Ibid. ℣. 30. & c. quatuor metallis, e quibus statua formata ante faciem ejus [b] aderat, mundo exurgere. Caput aureum, ipsum esse Babylonicum Orientis: Pectus & brachia ejus argentea, Macedonicum Septentrionis: Venter & femora ærea, Punicum Meridiani: Crura ferrea & digiti pedum partim ferrei, partim fictiles, ultimum Romanum, videlicet Occidentis: sicut & vir eruditissimus Orosius historiographus posuit. Quod regnum tamquam ferrum
b
Ibid. ℣. 44. & 45. comminuit omnia, & domuit. Christi quoque regnum subjungit Daniel in lapide abscisso de monte sine manibus concidentium; tamquam sine manibus complectentium, Deum hominem ex Virginem natum. Qui cum illam statuam percussisset, omnes ejus partes redegit in pulverem, eaque auferens spiritus venti, locus ejus inventus non est: ipsum autem lapidem, qui percussit statuam, factum esse montem magnum & implesse omnem faciem terræ. [c] Vacuatis enim omnibus regnis, re-
c
Ibid. ℣. 35. gnum Christi Domini exurget, quod nulli alteri populo relinquetur: quoniam permanebit in æternum. Hoc nunc orando omnis ejus petit Ecclesia, cum dicit: *Adveniat regnum tuum*. In quar-
Luc. 11. 2. Dan. 3. 16. & c. ta, statuam, imaginemque suam Nabuchodonosor quam statuerat adorandam, cum tres prædicti amici Danielis adorare noluissent, camino detrusi, illud mirum divinitus præbuit, quod fugato incendio, ipsos potius ministros regiæ jussionis vorax flamma consumpsit, Tres vero viri illæsi, hymnum Regi vero dum canerent in medio camini, secum Filium Dei habere meruerunt. Quem re-
Joan. 4. 23. velante gratia rex ipse cognovit, qui suos veros adoratores figmenta vanissima contemnentes, a flammis præsentis sæculi, ad cælestem gloriam perducit triumphantes.

CAPUT XXXIV.

PRÆDICTIO: *In Daniele, qui Christum Dominum suis visionibus enarravit.*

Prædictio facta & figurata. In Daniele credita & visa.

1 QUinta vero visio continet somnium ejusdem regis, quod Daniel ita interpretatus est. Arborem magnificam quam viderat, sub cujus ramis omnes bestiæ, pecora, avesque habitarent, ipsum esse regem. Præcidendam vero cum Dominus jussisset, servata dumptaxat radice: regnum ejus auferendum ab eo, ipsumque cum bestiis mansurum. Capillos ejus ut mulieris, & ungues ejus ut aquilæ crescere, fœnum ut bos edere, donec septem divinitus tempora jussa complerentur: dans consilium regi eleemosynis sua peccata redimere debere. Quod cum facere neglexisset, prædicta omnia regi advenerunt, suppletaque mensura temporum, regnum quod amiserat, recuperavit. Sic præsumptores cæduntur, *Ibid. ℣. 31. Psal. 79. 6. Psal. 118. 39. Luc. 22. 61.* sic castigantur superbi ab eo *qui potat in lacrymis, in mensura:* quia sunt judicia ejus suavia. Sic Petrum apostolum negantem, dum respectum flentem videret, in eum locum restituit, quem præsumptor amiserat. Sic in suis interfectoribus sacrum ejus sanguinem [d] fundentibus, pro quibus oravit
d
eumdem sanguinem propinavit bibendum, quo regiam susciperent dignitatem. Sic quotidie Rex noster lapsos reparat, quibus collatæ gratiæ cælestis regni donum servat in posterum. In sexta ex quatuor sibi apparentibus bestiis [e] illius supradictæ, *Dan. 7. 4. & c.*
e
quatuor partium orbis regna confirmat. Quibus quartam bestiam grandiorem fuisse atque terribilem, idem propheta testatur, habentem cornua decem, ac de medio eorum cornu aliud parvum ascendens, tria ex illis ante faciem ejus excussa sunt cornua, donec vetustus dierum sedit in judicio. Sed hæc eo modo [f] sunt exposita, quo regna illa
f
quatuor sibimet succedentia. Bestia quarta, quæ *Ibid. ℣. 23.* omnibus regnis eminens domavit omnem terram, subjecitque eam. Post ipsam uno tempore decem reges exurgent: & post eos, ille qui nomen perditionis suæ, id est, Antichristi, portaturus est. De quo suo loco, ut jam promissum est, divina testimonia proferentur. In septima ex ariete & hirco, Persarum atque Græcorum sibi prælia revelata describit. Sub persona quoque Antichristi, qui *Dan. 8. 3. & c.* corde suo dum magnificabitur, dolo corrumpet multos, donec veniat qui venturus est Jesus Dominus, & non tardabit. *Ibid. ℣. 25. Habacuc. 2. 3.*

3. In octava, idem vir desideriorum Daniel, providam justitiam Dei judicantem reges superbos ea ratione insinuat, qua Baltasar Rex cœnam fa- *Dan. 5. 1. & c.*
ciens principibus suis, vasa templi Dei quæ Nabuchodonosor pater ejus abstulerat * prolata, biberit in eis concubinis, principibusque suis, laudans deos suos aureos & argenteos, ligneos & la- *Ibid. ℣. 5.*
* Editi *sublata.*
pideos: statimque in conspectu ejus exierunt articuli manus hominis, & scripserunt in pariete regis domus: qua visione turbatus rex, cum omnes quos habuit curiosos, scripturam legere nequi-

a Editi, *oblatus*: sed melius Ms. Remig. *oblitus*.
b Editi, *aderat*. Ms. Remig. *erat*.
c Ms. Remig. *Vacuatisque*.
d Hæc verba, *fundentibus, pro quibus oravit, eumdem sanguinem*, in Ms. Remig. repetita huic loco restituimus. In illo tamen paulo post legitur, *susceperit*, non *susciperent*, ut in editis.
e Ms. Remig. *illi supradictæ*.
f Ms. Remig. *sint expositæ*.

quiviſſent, Daniel accitus, cauſa vaſorum domus Dei id factum ſuiſſe, regem conſtanter objurgans, ſcripturam etiam recitavit: *Mane, Thecel, Phares*: eamque interpretatus eſt, *Mane; Numeravit Deus regnum tuum, & implevit illud. Tecel:* [a] *Ponderatus es, & inventus es minus habens. Phares; Diviſum eſt regnum tuum, & datum eſt Medis & Perſis.* Promiſſa itaque munera quæ Daniel abnuerat, cum rex contuliſſet prophetæ, ſuppleto vitæ curſu, ut prædictum fuerat, regnum reliquit Medis & Perſis. Videant, videant ſuperbi reges, qui auſu mentis ſuæ vaſa domus Dei diripientes, quæ juſte ille miniſtris peccantibus tradidit, ſine ulla reverentia contrectantes, Deo, cujus nomine conſecrata ſunt, videntur contumelias irrogaſſe. Quorum finis utique mors eſt, quæ non habet finem.

Ibid. ℣. 25.

a

CAPUT XXXV.

PRÆDICTIO: *In eodem, dum eum de lacu leonum eruit, ut Chriſtum Dominum a Judæis.*

[b] Prædictio facta & figurata. In Daniele credita & viſa.

b

Dan. 6. 1. &c.

1 IN nona: Darius Medus ſucceſſit in regnum: qui cum ſatrapas centum viginti ſtatueret in regno ſuo, tres ei præpoſitos conſtituit. Daniel unus erat ex tribus, gratiam habens in oculis regis. Exquirunt [c] invidi adverſum Dei ſervum conſilium, ac regi perſuadent diebus triginta petitionem a nullo deo vel homine, niſi a ſolo rege eſſe poſcendam: in eo pœna interpoſita, qua ſi quis præceptum regis contemneret, in vivarium miſſus leonibus in eſca daretur. Quod præceptum propoſitum reperiens propheta, Dominum ſuum tribus temporibus diei ſolita oratione precatus eſt. Detentum ut contumacem regi offerunt, quem cum eripere invidis non valeret, Deo ſuo prophetam ſub hac confeſſione dimiſit, qua cum de mortis periculo ſolus poſſet eruere. Quod & factum eſt. Ex hac tamen mœſtitia incœnatus rex dum neque cibum neque ſomnum caperet, diluculo ad videndum Danielem ipſe perrexit. Quem vivum illæſumque reſpiciens, Deo vero dans gloriam, educi de lacu præcepit, eoſque, qui Danielem criminati erant, in lacum miſit, & devorati ſunt continuo in conſpectu ejus. In his etiam ſuppleta eſt prophetia, dicens: *Qui foveam fodit proximo,* [d] *incidet in eam. Et qui ſtatuet laqueum proximo, peribit in illo.* Et ipſe noſter Jeſus Domino, in quo omnia iſta figurata ſurgebant, per prophetam dicit: *Foderunt ante faciem meam foveam, & inciderunt in eam.* Et iterum: *Miſit Dominus miſericordiam ſuam & veritatem ſuam, & liberavit animam meam de medio catulorum leonum.*

Ibid. ℣. 7. &c.

c

Eccli. 27. 29.

d

Pſal. 56. 7.

Ibid. ℣. 4.

2. In Decima: Propinquante fine temporis ſeptuaginta annorum deſolationis Jeruſalem, quam per Jeremiam prophetam Dominus prædixerat: Daniel cum omni fletu & jejunio orationem fudit pro ſe ac pro delictis populi ſui, miſeratio-

Dan. 9. 2. Jerem. 25. 11. & 29. 10.

Ibid. ℣. 21.

nem Domini implorans. Oranti Gabriel aſtitit archangelus, eique futura myſteria revelavit, ſeptuaginta hebdomadas breviatas eſſe in populo ejus, & [e] in civitate ſancta, ut conſummentur peccata, & ſignentur delicta, & ut finiatur injuſtitia, & adducatur juſtitia ſempiterna. Impleri quoque viſus prophetarum, & ungi Sanctum ſanctorum ab exitu ſermonis in reſpondendo. Et iterum ædificabitur Jeruſalem, uſque ad Chriſtum ducem hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ [f] ſexaginta duæ. Et rurſum ædificabitur platea & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomadas ſeptuaginta duas, interibit chriſma; & judicium non erit in eo: vel ſicut Hebræus habet interpres: *Occidetur Chriſtus, & non erit ejus populus, qui eum negaturus eſt. Et civitatem & ſanctuarium diſſipavit populus cum duce veniente, & finis ejus vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmavit autem pactum* [g] *multis hebdomada una, & in medio hebdomadæ deficiet hoſtia & ſacrificium, & in templo erit abominatio deſolationis, & uſque ad conſummationem & finem perſeveravit deſolatio.* Ad confutandum errorem Judæorum hæc ſibi revelata ſcripſit Daniel. Qui ergo expectant adhuc venturum Chriſtum, credituri ſunt Antichriſto. Sic enim eos Dominus Jeſus in Evangelio increpat, dicens: *Ego veni in nomine Patris mei, & non credidiſtis mihi: alius veniet in nomine ſuo, & ipſi credetis.*

e

f

Ibid. ℣. 26.

g

Joan. 5. 43.

3. Labore ingenioque magno beatæ memoriæ Hieronymus, [h] per ſupputationes annorum regum Babyloniæ ſeptuaginta hebdomadas, uſque ad noſtri Redemptoris nativitatem Chriſti Domini annos quadringentos nonaginta perduxit: [i] ſejungens ſeptem in reſtauratione templi hebdomadas, ſexaginta & duas uſque ad Domini nativitatem, & uſque ad Paſſionem ipſius, & unam vaſtationis quæ facta eſt a Veſpaſiano duce, vel Tito filio ejus. Inimici igitur Domini Judæi fallentes ſemetipſos, cum multiplicia prophetata de Chriſto, ad quaſque ſuorum regum perſonas referre contendunt; huic prophetæ Danieli volentes nolenteſque colla ſubmittunt: qui non tantum ſigna omnia ſupra ſcripta conſcripſit, quantum etiam tempora ipſa adventus Domini deſignavit. Quæ omnia luce clarius impleta omnis jam mundus [k] agnoſcit. Gloriam igitur Chriſti Domini diffuſam in gentibus, eumque, ut ſcriptum eſt, omnem terram adorantem, Judæi adhuc credere nolunt, nobiſcum intuentes impleri omnia, quæ prædicta ſunt oraculis prophetarum.

h

i

Pſ. 65. 4.

4. In undecima, eidem Prophetæ revelata ſunt ſub perſona bellantium regum, ipſius facta Antichriſti, anguſtiæque ultimi temporis, reſurrectio etiam mortuorum, qualiter impii, qualiter vel ſancti reſurgant. Hæc & Iſaiæ, & Ezechieli ita oſtenſa ſunt, quemadmodum eorum dicta Evangelica firmat auctoritas.

Dan. 11. 1. &c. Iſa. 6. 11. &c. 13. 9. 16. Ezech. c. 38. & 39.

5. In duodecima, ſpectaculum quoddam lætiſſimum, non tantum regi, quantum etiam ſpiritalibus mentibus exhibuit Daniel. Bel quippe idolum, quod omnes Babylonii ſimul cum rege cultui habebant, magnos regios apparatus velut quotidie

Dan. 14. 2. &c.

a Mſ. Remig. *Ponderatum eſt in ſtatera, & inventum eſt.*

b Mſ. Remig. *Promiſſio.*

c Mſ. Remig. *invidia . . . . conſilia.*

d Mſ. Remig. *incidit . . ſtatuit . . deperiet.*

e Editi, *in civitatem ſanctam, ut conſummarentur peccata, & ſignarentur.*

f Mſ. Remig. *hebdomadas VI. & hebdomadæ LXXII.* Lugd. *hebdomadæ ſeptem, & hebdomadæ ſeptuaginta duæ.*

g Mſ. Remig. *multum . . . & in medio hebdomadis.*

h Lege hanc ſeptuaginta duarum hebdomadarum expoſitionem apud Hieronymum, libro in Danielem prophetam, capite nono.

i Mſ. Remig. *ſed jungens . . . ſeptuaginta duas.*

k Mſ. Remig. *agnoſcent.*

tidie eomedens, quos sacerdotes cum suis per occultum intrantes ostium consumebant. Daniel
a corum fraudem subtili arte demonstrans, [a] seri
b in pavimento templi cinerem suis præcepit. Signatis igitur foribus annulo regis, in posterum diem venientibus, non illa ab illo figmento consumi, virorum ac mulierum impressa vestigia demonstrarunt. Confessione etiam sacerdotum occultum est illud ostium proditum, per quod in-
Ibid. ℣. 22. *&c.* troeuntes omnia devorabant. Confracto itaque regia jussione figmento; draconem, quem simul ut divinum suspiciebant, sine gladio & fuste ita peremit Daniel, quemadmodum sciebat corruptibilem posse corrumpi: docens & ostendens, unum & solum verum Deum esse colendum, relictis vanis superstitionibus, quibus non tantum Babylonios, quantum etiam totum mundum sub potestate dæmonum captivum teneri propheta cernebat. [b] A quorum dominatu Christi Domini gratia liberandum, præconio etiam suo [c] futuro tempore designavit. Sed quoniam, ut ait quidam, Veritas odium parit (unde & Paulus noster dicit: *Inimicus factus sum vobis verum prædicans;*) pro
Gal. 4. 16. munere veræ religionis ostensæ, in lacum leonum
Dan. 14. 30. *&c.* Babylonii devorandum propheta miserunt. Nec
d defuit divina potentia, quæ & custodiam [d] solitam suo, & prandium per ejus socium ministraret incluso. Cujus ob meritum gratiæ, ferales leonum impetus in ovium mansuetudinem commutavit. Educto itaque Daniele, cum rex miraretur illæsum, inimici ejus in escam leonum dati sunt ut perirent. Non sine signo ejus Domini hæc acta sunt
Ps. 73. 19. qui pro suis orat, dicens: *Ne tradideris bestiis ani-*
1. *Petr.* 5. 8 *mam confitentem tibi. Rugiens* enim ille *leo* diabolus qui *circuit quærens quem devoret*, [e] inimicos nostri Prophetæ Christi Domini quos reperit, accepta potestate consumit.

CAPUT XXXVI.

PROMISSIO: *In Ezechiele, manifesta resurrectio per Christum Dominum.*

Promissio facta & figurata. In Ezechiel credita & visa.

1 EZechiel quoque propheta inter cetera quæ arcanis recondita scripsit, resurrectionem sibi ostensam, quæ futura est mortuorum, hoc modo [f] intimavit. In campum se quemdam adf
Ezech. 37. ductum, qui erat plenus ossibus mortuorum, illic
1. *&c.* potentia verbi Dei unum quodque os suis partibus conjungi, carnes, nervos, cutesque ascendere, eisque vitales auras insundi eo Spiritu ipse vidit, quo nos futuram speramus & credimus resur-
Ezech. 28. 2. *&c.* rectionem. Multa quoque sub figura regis Tyri de Antichristo narrans, describit etiam civitatem, quæ congregatur [g] ex gentibus ex lapidibus vivis,
g
Ezech. 44. 2. Jerusalem cælestem: cujus portam Orientalem
h clausam semper ostendit, dicens: *Hæc porta clausa erit, solus princeps sacerdotum* [h] *transibit per eam, & ipsa clausa erit principi;* Mariæ virginalem uterum signans, quæ semper virgo integra protulit Salvatorem. Solus enim Christus Dominus, ut ait beatæ memoriæ Augustinus Episcopus, [i] per inviolata matris, virginea viscera, membra i
infantis eduxit, qui post Resurrectionem per clausa ostia membra juvenis introduxit: solus peccatum non habens infantilis ætatis exortu, qui peccatum non habuit grandioris ætatis accessu, ipso dicente: *Ecce venit princeps hujus mundi, & in* *Joan.* 14. 30. *me nihil inveniet.*

2. In hac captivitate Babyloniæ etiam Esdra sa- 2. *Esdr.* 2. cerdos & propheta fuit, qui gratus in conspectu 1. *&c.* regis dum esset, & cum flentem rex aspiceret, qua ex causa tristis esset ab eo perquirens, solemnia [k] religionis ac populi sui agi solere eo k
tempore firmat, a quibus se alienum esse [l] docel
bat. Dat rex eundi licentiam, jubetque [m] restaum
rari templum Dei. Veniens quoque Esdras ad Jerusalem, zelo legis accensus, purgandam a vitiis primitus plebem statuit. Quoniam *Rex sapiens*, *Sap.* 6. 26. ut propheta dicit, *populi stabilimentum est*. Reperto itaque libro Moysi, ostendit inter cetera, 1. *Esdr.* 10. etiam hinc iram Dei fuisse succensam, quod con- 1. *&c.* tra Dei mandatum ex alienigenis sibi populus accepisset uxores: persuasitque censura qua valuit, suas quisque cum filiis projiceret mulieres. Nulla itaque [n] detenti carnali dulcedine, cum sibi vel- n
lent Deum esse propitium, incunctanter quæ fuerant imperata, fecere: ut populi Christiani figuram ostenderet, quos admonet & Princeps omnium sacerdotum dicens: *Si quis dimiserit domum,* *Matt.* 19. *aut agrum, aut uxorem, aut filios causa nominis* 29. *mei, & hic multiplicia accipiet, & vitam æternam consequetur.*

CAPUT XXXVII.

PRÆDICTIO: *In Esdra, domus Dei, id est, per Christum Dominum restauratio.*

Prædictio facta & figurata. In Esdra credita & visa.

1 TEmplum quoque Dei dum restauraret Es- 1. *Esdr.* 4. dras, invidia quorumdam malorum, qui 1. *&c.* socii fabricæ, nec tamen socii religione esse voluerunt, cum eos incircumcisos non susciperet Esdras, malitiose regni insinuantes, ab opere tem- *Ibid.* ℣. 24 pli cessatum est usque ad Cyrum regnantem. Qui *Jer.* 25. 12. divino actus imperio, suppletis annis septuaginta, & 29. 10. quos Jeremias ex ore Domini prædixerat, omnem populum, simulque & vasa domus Dei ex Babylonica captivitate ad Jerusalem dimisit, adjiciens munera rex, e quibus præcepit ut fabrica surgeret templi. Quod sub Dario cœptum, usque ad 1. *Esdr.* 5. perfectionem ejus quam Cyrus fieri & jussit & ju- 13. vit, anni evoluti sunt quadraginta sex. De quibus Judæi, Domino restaurationem sui corporis o promittenti, ac dicenti, *Solvite templum hoc,* o
& in triduo suscitabo illud; non intelligentes il- *Joan.* 2. 19 lius dicti sacramentum, dixerunt: *Quadraginta* *Ibid.* ℣. 20. *& sex annis constructum est*. Et quomodo hic dicit: *Triduo suscitabo illud?* [p] A Salomone p
enim ea celeritate constructum est, qua omnia

præ-

a Mss. Remig. *sterni*.
b Mss. Remig. *A quarum*; intellige, *superstitionum*.
c Mss. Remig. *futura tempora*.
d Mss. Remig. *solidam*.
e Mss. Remig. *inimicus . . . sumit*.
f Sic. Mss. Remig. At vero editi, *initiavit*.
g Editi, *in gentibus & lapidibus*.
h Mss. Remig. *transiit*.
i Hæc leguntur apud Augustinum epist. ad Volusianum, alias 3. nunc 137. c. 2. pag. 405. novæ editionis. Et lib. 5. contra Julianum cap. 15. pag. 656. n. 57. item nov. edit.
k Editi, *regionis*.
l Recentiores edit. *dicebat*.
m Mss. Remig. *restaurare*.
n Editi, *tenenti*.
o Mss. Remig. *promittenti ac dicenti*. Editi, *promittente ac dicente*.
p Editi, *A Salomone autem . . . qui*.

præparante David patre repererat. Non ergo Salomonis fabricæ [a] emensa tempora Judæi dixerunt, sed Esdræ, cui, ne perficeret, fuerat interdictum.

2. Reparato itaque templo ac muro Jerusalem, juxta Danielis tempora constituta (quo exorante simul cum Zacharia populus mansit in Jerusalem) septuaginta hebdomadarum usque ad Christi Domini nativitatem, ut supra * diximus, tempora [b] cucurrerunt. Cujus indulgentia, etiam nunc animæ de captivitate sæculi [c] in compunctione cordis suppleta [d] mensura, gratia & misericordia liberantur. Jucundantur enim pro illis diebus, quibus sunt humiliati, [e] annis quibus viderunt mala, donec aspiciat Dominus super servos suos, & in opera sua. Serviamus igitur Domino in timore, & exultemus ei cum tremore, quousque reducamur ad civitatem, quam Rex & Sacerdos noster restaurat Jerusalem cælestem : ut in templo corporis ejus, quod triduo suscitavit, sacrificium laudis ei jugiter offeramus.

a

* Cap. 3.

b

c

d

Ps. 89. 15. & 16.

e

Psal. 2. 11.

CAPUT XXXVIII.

PRÆDICTIO : *In eodem, cum in figura Ecclesiæ parabolam pandit.*

[f] Prædictio facta & figurata. In Esdra credita & visa.

f

3. Esdr. 3. 4 &c. 1 REX Babyloniæ Artaxerxes dum suos vellet exercere captivos, tres elegit prudentes Judæos, quorum sententias Esdras sacerdos scripsit. Unus vinum omni rei prætulit : alius regem : tertius Zorobabel mulieres, ac super omnia veritatem. Qui cum suas sententias protulissent, sapientior omnibus judicatus est Zorobabel, qui mulieres, ac supra omne veritatem astruxerat.

Gen. 3. 6. Et re vera quid muliere fortius, quæ primum Adam ita illexit virum, ut Dei præcepta contemneret ? Quid fortius muliere, cujus species omni se [g] cupiditati extollit ? Quid fortius muliere, quæ & regiam fortitudinem emollit, & virum ? Quid etiam in bono, fortius muliere ; quæ

Luc. 1. 45. credidit integram se Christum parere veritatem ?

Joan. 19. 25 Quid fortius muliere, quæ fugientibus discipulis, mysteria ipsius Crucis intrepida ac plena fiducia [h]

Marc. 16. 9 aspexit ? Quid fortius muliere, quæ prima præ omnibus viris excurrens, videre meruit Dominum resurgentem ? Quæ cum in typo Ecclesiæ hæc

Esdra [i] scripserit, subsecuta est etiam actio figurata. Esther enim quæ a Mardochæo fuerat in filiam educata, dum aulam regiam Mardochæus curaret, a Deo qui exaltat humiles ad regiam

Ibid. 7. 3. Esther perducta est dignitatem. Hæc cum populum suum, agente amico regis Aman causa Mardochæi, [k] donatum intelligeret morti, gladiusque

Esther 5. 1. &c. eorum cervicibus immineret, animam suam Esther pro suo populo ponens, invocato divino auxilio penetralia regis ingressa est, quo mulieri non vocatæ accedere non licebat. Quam cum rex indignatus aspiceret, illa quoque [l] pudore tabuisset : *Convertit*, ut dictum est, *cor ejus Deus in lenitatem* : eique rex multa bona promittens, dum ejus salutem reparare contenderet, ad convivium cum Aman venturum se, ut regina popoſcerat, non negavit. Illic narrans quæ secum & cum suo populo acta erant. Aman eo ligno crucifigi rex statuit, quo Mardochæum idem Aman suspendere statuerat innocentem : [m] ut cogitanti nequissima, sicut ait propheta, super ipsum volverentur.

2. Sic Ecclesia sancta ligno Crucis perimit inimicos. Sic se pro suis, periculis [n] hujus mundi opponit. Sic datis in morte, suis laboribus vitam conferendo ministrat : ut pote regina, quæ a suo Rege sponso & Domino admonetur, eique dicitur : *Libera eos, qui ducuntur ad mortem, & redime eos qui occiduntur*. Cujus beneficiorum refugia, ipsi quoque ejus appetunt inimici. Nec impari etiam loco Judith sancta, ordine subsequente ponitur, quæ etiam ipsa figuram sanctæ Ecclesiæ personamque [o] suscipiat. Nam cum dux militiæ regis Babylonis Betulliam Holofernes obsidione cinxisset, sublatisque aquis siti totam afligeret civitatem, primores ejus in deditionem statuerunt tradere Holoferni.

l

Esther 5.

Ibid. c. 7. 3. &c.

Ibid. ℣. 9.

m

Psal. 53. 7.

n

Prov. 24. 11.

o

Judith. 7 10. &c.

3. Hæc disponentibus Judith obstitit, paucorum dierum inducias poscens. Quibus jejuniis orationibusque supplex Regem regum & Dominum dominorum exoravit. Exuta igitur veste viduali, sese omni ex parte, mente, corpore, moribusque componens, mirabilem cunctis exhibuit : eo usa consilio, quo, custode Deo, credebat pulchritudine captum hostem posse perimere, suam pudicitiam illo servante, qui dator & custos est castitatis. Quæ cum illæsa caput hostis afferret, quam viri non valuerant, femina patriæ reddidit libertatem. Nostram, ut diximus, cujus hæc figuram gestabat, si [p] agnoscas Ecclesiam, vides quemadmodum postea quam ejus vir Christus Dominus passus resurgensque ascendit in cælum, omni mœstitia, ut recte viduali depulsa, sit induta pulcritudine ab eo, de quo in Isaia Propheta dicit : *Induit me vestimento* [q] *salutari, & stola jucunditatis circumdedit me, sicut sponsam ornatam monilibus suis*. Missa est enim & hæc in vulnere capitis inimicorum ; quoniam corpus illius est qui confregit caput draconis magni. Non pepercit & hæc animæ suæ sicut illa, quoniam ipsa est quæ dicit per Ioannem apostolum : *Sicut Christus pro nobis animam suam posuit, ita & nos debemus pro fratribus* [r] *animas ponere*. Quod fecisse in sanctis martyribus constat, quæ est benedicta apud omnipotentem Deum.

Judith. 8. 1 10. &c.

Ibid. c. 9. ℣. 1. &c.

Ibid. c. 10. 3. &c.

Judith. 13. 10.

p

Isai. 61. 10

q

1. Joan. 3. 16.

r

a Editi, *priora*. Mſ. Remig. *tempora*.
b Editi, *concurrerunt*. Mſ. Remig. *cucurrerunt*.
c Mſ. Remig. *in compunctionem*.
d Mſ. Remig. *mensura gratiæ liberantur*.
e Mſ. Remig. addit vocem, *annis* ; & paulo post, *restauret*, ut edit. recentiores.
f Mſ. Remig. *Promissio*.
g Mſ. Remig. Duac. & Colon. *cupiditate*.
h Mſ. Remig. addit, *constanter*.
i Mſ. Remig. *scripserat*.
k Mſ. Remig. *donatum* : Editi, *damnatum*.

l Editi, *tacuisset* : Mſ. Remig. *pudore tabuisset*.
m Ita Mſ. Remig. ac editi, *ut qui cogitant in me nequissima, sicut ait Propheta, super ipsos volverentur*.
n Sic Mſ. Remig. At vero in editis, *hujusmodi*.
o Mſ. Remig. *figuratam sanctam Ecclesiam, personamque suscipiat*. Colon. & recentiores, *figuram sanctæ Ecclesiæ, personamque significat*.
p Mſ. Remig. *si agnoscis*.
q Mſ. Remig. *salutaris, & stolam*.
r Mſ. Remig. *animam*.

CAPUT XXXIX.

PRÆDICTIO: *In Tobia, ex pisce Christo, & dæmonia fugari, & illuminari cæcos.*

[a] Prædictio facta & figurata.

Tob. 1, 1. *&c.* 1 TObias quoque captivus apud Ninivem fuit, [b] ea religionis suæ patientia præditus, quia sciebat iram Domini æquo animo sustinendam. Dignis operibus confessionibusque satisfaciens Deo, *Tob.* 4, 23. moribus quoque sanctis filium erudiit. Cui in mandatis dedit neque penuriam paupertatis, neque labores diuturni exilii formidandos, si modo in mandatis Domini perseverans discederet ab omni iniquitate, & bene ageret. Et hæc, fulgente justitia interioris luminis, itinera dum cæcus *Tob.* 2, 11. corpore, filio recta monstraret; Raphael archan- *Tob.* 5, 1. *&c.* gelus missus a Deo, non tantum captivis solatia, quantum etiam beneficia cælestia orantibus minis- *Tob.* 6, 12. travit: filio pro recipienda pecunia ducatum præ- *Tob.* 8, 3. stans, filiam Raguelis ei uxorem dedit, a qua Asmodeum dæmonium nequissimum expulit, qui illi jam septem occiderat viros. [c] Reductus locu- *Tob.* 6, 14. ples cum uxore filius, ipsi quoque Tobiæ ex je- *Tob.* 11, 13. cinioribus piscis quibus, & dæmonium fugaverat, oculorum maculas auferens, pristinum reddidit visum. Eosque monuit semper glorificare Deum, & in bonis operibus permanere. Hic Tobias Christum Dominum inter cetera præconia suæ laudis *Tob.* 14, 14. prophetavit, dicens: *Nationes multæ de longinquo venient, habitatores a novissimis partibus terræ ad nomen Domini Dei, & munera sua in manibus habentes Regi cælorum offerent cum lætitia:* quod nos nunc videmus impleri. Mysticum vero actionis hujus hoc est, quod ex interioribus piscis & dæmon fugatus est & Tobias illuminatus.

2 Hoc [d] egit piscis magnus ex Passione sua *Luc.* 8, 2. Christus purgans Mariam, a qua expulit septem *Matt.* 12, 45. dæmonia: animæ sic captæ desperationem tollens, quam septem spiritus nequiores dum vexaverint, purgari, sanarique etiam talem necesse est per jecinora nostri piscis, si pœnitens reversa intelligat, quia ex illa spiritus maligni fugentur, eosque caveat inimicos. Nam spiritus malus, est spiritus superbiæ: nequior illo simulatio humilitatis. Spiritus malus, spiritus invidiæ: nequior illo simulatio caritati. Spiritus malus, spiritus mendacii: nequior illo simulatio veritatis. Spiritus malus, spiritus luxuriæ: nequior illo simulatio castitatis. Spiritus malus, spiritus avaritiæ: nequior illo simulatio misericordiæ. Spiritus malus, spiritus intemperantiæ: nequior illo simulatio parcitatis. Spiritus malus, spiritus erroris: nequior illo simulatio religionis. His igitur possessa, cum sint posteriora ejus deteriora prioribus, piscis nostri liberatur medicina: quia *ubi* *Rom.* 5, 20. *abundavit delictum, superabundavit & gratia.* *Matt.* 17, 26. Qui tributum pro se & pro Petro, & cæcato lumen reddidit Paulo, satians ex se ipso in littore *Act.* 9, 18. *Joan.* 21, 13 discipulos, & toti se offerens mundo ἰχθῦϊ. Namque Latine piscem sacris litteris, majores nostri hoc interpretati sunt, ex Sibyllinis versibus colligentes, quod est, *Jesus Christus Filius Dei Salvator*, piscis in sua Passione decoctus, cujus ex interioribus remediis, quotidie illuminamur, & pascimur.

CAPUT XL.

PRÆDICTIO: *In Machabæis, qui & martyria, & ipsum Christum Regem natum susceperunt.*

[c] Prædictio facta & figurata. In Machabæis credita & visa.

1 POst redditam libertatem ex captivitate Babyloniæ, Machabæi ducatum Hebræo populo præbuerunt. Quorum virtus ita enituit, ut non tantum Macedones & * Ptolomæus rex Ægypti, quantum eos ipsi Romani in amicitiarum fœdera convocarent. Illic apud Judæos in quadam parte quam Romani jam ceperant, Antiocho regnante, præclara illa femina Machabæorum mater, pro spe æternæ vitæ, legitimisque suis, ne vetitas carnes suillas filii sui tangerent, uno die septem martyres edidit Deo, quos terra contempta, non huic mundo, sed [f] ipsi peperit cælo: suo exemplo nos admonens pereuntia contemnere, appetere sempiterna, velocius finienda finire, quo possent certantes atque vincentes illud apprehendere, quod non habet finem. Sic ipsa *Ibid.* ℣. 41. statim secutura, filios præmisit ad vitam, quam veram sciens, omnique metu carentem, sibi suisque filiis fideli testimonio acquisivit. Propter quam & alios in bello mortuos Judas Machabæus duode- *2. Mach.* cim millia talentorum Jerosolimam misit offerre *12. 43.* sacrificium pro mortuis, bene & optime de resurrectione cogitans. Hac exoratione sancta Ecclesia suos agit filios, quibus contemptum, mortis inculcans, ad veram vitam Christum transire compellit, ut sit ipsa in regno Dei perfecta cum filiis qui ei dicunt: *Quis nos separabit a caritate Christi? Rom.* 8, 35 *Tribulatio? an angustia? an persecutio? an fames? an nuditas? an periculum? an gladius?*

2 Sane apud Machabæos ultimus dux & Pon- *1. Mach.* tifex fuit Hircanus. Nam fratrem ejus Aristobo- *16. 24.* lum Ponpegius magistratus populi Romani dum Jerosolymam expugnaret, vinctum cum liberis Romam misit, sicut Josephi narrat historia [g]. Impleta tamen Jacob patriarchæ prophetia dicentis: *Non deficiet princeps ex Juda, neque dux de femoribus ejus, donec veniat cui reposita sunt omnia,* *Gen.* 49, 10. *& ipse erit expectatio gentium.* [h] Intuemur quiescente ordine regum Juda & Israel, vel Levitico sacerdotio, cum Herodes rex alienigena Hebræo populo imperavit, cessante etiam unctione, quam Daniel propheta prædixerat cessaturam: ne unctos reges vel sacerdotes sequeretur ille populus, [i] præsente jam æterno Rege & Sacerdote Christo, qui est *expectatio gentium*. Herodes igitur (cujus patrem ex Idumæis, matrem vero ex Arabia fuisse idem Josephus [k] dicit) a Cæsare Augusto attributum sibi illius gentis, eo tempore sumpsit imperium,

a Mſ. Remig. *Promiſſio.*
b Mſ. Remig. *ea religionis ſuæ potentia.* Colon. & recent *ea religione ſua patientia.*
c Mſ. Remig. *Reductum locupletem . . . filium.*
d Editi, *agit.*
e Mſ. Remig. *Promiſſio.*
f Mſ. Remig. *ipſa.*
g Rem fuſe narrat Joſephus libro 14. Antiquitatum, cap. octavo.
h Mſ. Remig. *Intueamur quieſcentium ordinem regum.*
i Ita Mſ. Remig. Editi vero, *præſertim veniente Rege*, &c.
k Libro Antiquitatum 14. capite duodecimo, in fine.

Luc. 2,1. rium, quo Cæsar pacati orbis totius sub edicto descriptionem fieri præcepit. Itaque eo anno professionis illius quæ facta est præside Syriæ Cirino, natus est Christus Dominus, in qua descriptione venit & Paulus. Sic enim intelligendum est, quod *Act.* 22.28. Tribuno Lysiæ dixit: *Ego autem natus sum* Romanus. Omnes enim pretio comparabant hujus nominis dignitatem; hic vero Judæus cum dixit natum se esse Romanum, clarius ostendit in illa se descriptione venisse, nato jam [a] Johanne præcursore & præcone [b] veri Regis & Judicis, a quo tempus gratiæ sumpsit initium.

3 Huc usque, juvante Domino, sub Lege figuratas promissiones prædictaque ut datum est colligere valui. Secundum & hic tempus, velut secundum diem ex quatuor partibus mundi surgentem prophetarum [c] patrum, orientali plaga migrante, Isaia, Jeremia, Ezechiele, ac Daniele tribus in partibus constitutis: duodenario & hic Prophetarum minorum, tamquam horarum numero diem secundum velut in vesperum concludens: ut tempus tertium manifestatæ gratiæ simul cum ipso æterno die, ascriptis capitulis, tertia pars libri sumat initium. Amen.

a Mss. Remig. addit hanc vocem, *Johanne*.
b Editi, *Domini regis*.
c Mss. Remig. *procerum*.

FINIS SECUNDÆ PARTIS.

INCERTI AUCTORIS.

DE PROMISSIONIBUS ET PRÆDICTIONIBUS DEI.

PARS TERTIA.

DE TEMPORE GRATIÆ.

PRÆFATIO.

QUoniam Christi Domini gratia rutilante, illustratus jam mundus eluxit; non reor adhuc, ut supra factum est, figuratas promissiones, seu prædicta discutiens, huic tertiæ parti prælatis capitulis consignare. Præsertim quia Lex omnis & prophetia Christum Dominum sonuit & Ecclesiam. Cujus cælestis Regis & Judicis adventum, præconia omnium spirituum eo ordine nuntiarunt, quo per linguas etiam inimicorum suorum veritas clamitaret. Quia *& dæmones credunt & contremiscunt:* [a] confessique sunt præsenti: *Scimus qui sis, quid veneris ante tempus torquere nos.* Quare, juvante Domino, placuit huic operi non tantum eorum vaticinia inserere, qui Dei Spiritu acti sunt, quantum & eorum, qui errantium spirituum seductione decepti, *cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt.* Pauca itaque de multis expendens, & quædam Sibyllæ, vel quorumcumque congrua de Christo Domino dicta subjungens, primo in loco Joannem præconem præcursoremque ipsius singularis Regis & veri Judicis introducam: Cui testimonium ipsa Veritas præbuit, quod *in natis mulierum nemo exurrexit major Joanne Baptista;* in quo Lex omnis & Prophetia cessavit.

Jacob. 1.19 *Luc.* 4.24 *Rom.* 1.21. *Matt.* 11. 11. *Ibid.* ℣. 13.

a Editi, *fassique . . . qui adveneris*.

PARTIS TERTIÆ ARGUMENTA.

1. PROMISSIO: *De Joanne Baptista Præcursore Christi.*
2. PROM. *De cælo venturi Regis & Judicis Christi.*
3. PROM. *De Verbo Deo & homine.*
4. PROM. *De nato Christo ex Virgine.*
5. PROM. *De Christo posito in præsepio.*
6. PROM. *De stellæ signo.*
7. PROM. *De pace & salute Nativitatis ejus.*
8. PROM. *De fuga in Ægyptum.*
9. PROM. *De parvulis pro Christo occisis.*
10. PROM. *De Christo, quod in templo ex Isaia Judæos convicit,*
11. PROM. *De uncto Christo per columbam.*
12. PROM. *De electione Discipulorum.*
13. PROM. *De miraculis Christi.*
14. PROM. *De Christo, quod mare pedibus ambulavit.*
15. PROM. *De Christo, quod populos mirabiliter pavit in eremo.*
16. PROM. *De Christo, quod portatus asello est.*
17. PROM. *De Christo, quod expulit de templo mercatores.*
18. PROM. *De traditore Christi ostenso.*
19. PROM. *De injuriato Jesu.*
20. PROM. *De Christo spinis coronato.*
21. PROM. *De Christi Cruce & vulneribus.*
22. PROM. *De eo, quod inter latrones crucifixus est.*
23. PROM. *De vestimentis sorte divisis.*
24. PROM. *De felle & aceto.*
25. PROM. *De Christo lancea in latere percusso.*
26. PROM. *De obscurato Sole in Passione.*
27. PROM. *De sepultura Christi Domini.*

28. PROM.

28. PROM. *De Sanctorum corporibus in morte Domini ſuſcitatis.*
29. PROM. *De diei tertiæ Reſurrectione.*
30. PROM. *De incredulis Diſcipulis increpatis.*
31. PROM. *De Aſcenſione Chriſti in cælum, & donis Spiritus-ſancti.*
32. PROM. *De exortu Eccleſiæ.*
33. PROM. *De teſtamento, cantico, & homine novo.*
34. PROM. *De Martyribus.*
35. PROM. *De vocatione Gentium.*
36. PROM. *De fide regum.*
37. PROM. *De jugo legis Chriſti, quod reges, genteſque acceperunt.*
38. PROM. *De ſubverſione idolorum, atque templorum.*
39. PROM. *De menſa Chriſti generali Regibus & pauperibus.*
40. PROM. *De Evangelio omnibus gentibus prædicato, & fine.*

TEMPUS GRATIÆ.

PROMISSIO PRIMA IMPLETA.

De Joanne Baptiſta præcurſore Chriſti.

a [a] Credita & viſa.

ISaias Propheta: *Vox*, ait, *clamantis in eremo; Parate viam Domino, rectas facite ſemitas Deo noſtri. Omnis rivus implebitur, & omnis mons & collis humiliabitur. Et erunt tortuoſa in directum, & aſpera invias plenas. Et videbit omnis caro ſalutare Dei.* Firmat hæc Joannes Evangeliſta, dicens: *Hoc teſtimonium eſt Joannis* de Chriſto, *quando ad eum miſerunt* Principes ſacerdotum interrogantes, utrum ipſe eſſet Chriſtus. *Et confeſſus eſt, & non negavit, dicens: Quia non ſum. Qui ei dixerunt; Elias es tu? & dixit, Non. Quis ergo es?* aiunt: *dic, ut habeamus renuntiare his qui nos miſerunt: quid de teipſo dicis? Qui dixit; Ego ſum vox clamantis in eremo, parate viam Domino, ſicut dicit Iſaias Propheta.* Teſtatur & Petrus in Actibus Apoſtolorum, dicens; *Cum impleretur curſus,* [b] *Joannes dicebat; Quem me ſuſpicamini eſſe non ſum ego, ſed ecce venit poſt me de cujus pedibus non ſum dignus ſolvere corrigiam calciamentorum ejus.* Fatetur & [c] Sibylla Erythræa, dicens:

Judicii ſignum: tellus ſudore madeſcet.
Jam æquantur campis montes, & cærula ponti.

Seque ipſam exponens adjunxit.

Non erit in rebus hominum ſublime, vel altum.

Quod impletum per Chriſtum Dominum ipſi cognoſcimus & videmus.

Iſa. 40. 3. *&c.*
Joan. 1. 19. *&c.*
Act. 13. 25.
b
c

PROMISSIO II. IMPLETA.

d [d] *De cælo venturi Regis, & Judicis Chriſti.*

Credita & viſa.

DAvid Propheta: *A ſummo cælo*, ait, *egreſſio ejus.* Et iterum: *Regnum tuum, regnum omnium ſæculorum.* Item ipſe: *Regnavit Dominus ſuper omnes gentes.* Et Iſaias: *Regem cum claritate videbitis.* Item: *Ecce Rex tuus*, ait, *venit ſedens ſuper nubem levem:* carnem ſcilicet nullum pondus habentem peccati. Firmat hæc Evangelium Matthæi, dicens: *Magi ab Oriente venerunt dicentes: Ubi eſt qui natus eſt Rex Judæorum?* Teſtatur & Paulus: *Regi*, ait, *ſæculorum.* Et iterum: *Oſtendet beatus & ſolus potens Rex regum, & Dominus dominorum.* Fateturque Sibylla.

Pſal. 18. 7. *&* 144. 13 *Pſal.* 46. 9.
Iſa. 33. 17. *&* 19. 1.
Matt. 2. 1.
1. *Tim.* 1. 17. *&* 6. 15

E cælo Rex adveniet per ſæcla futurus.

PROMISSIO III. IMPLETA.

[e] *De Verbo Deo & homine.* e

Credita & viſa.

DAvid Propheta; *Miſit*, ait, *Verbum ſuum, & ſanavit eos.* Et Jeremia; *Hic Deus noſter, & non eſt alius abſque eo, qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob* [f] *electo ſibi: poſt in terris viſus eſt & cum hominibus converſatus eſt.* Et Habacuc Propheta: *Ambulavit*, ait, *Verbum & exiit in campos.* [g] Firmat hæc Joannes Evangeliſta, dicens; *Verbum caro factum eſt; & habitavit in nobis.* Teſtatur & Paulus; *Cum in forma Dei eſſet; non rapinam arbitratus eſt* [h] *eſſe æqualis Deo; ſed ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo.* Fateturque Sibylla:

Pſ. 106. 20 *Baruch.* 3. 36. *&c.*
f
Habac. 2. 3. *ſec.* LXX.
g
Joan. 1. 14. *Philip.* 2. 6 *&c.*
h

Scilicet [i] *in carne præſens ut judicet orbem.* i

PROMISSIO IV. IMPLETA.

[k] *De nato Chriſto ex Virgine.* k

Credita & viſa.

ISaias Propheta: *Ecce*; ait, *Virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitis nomen ejus, Emmanuel:* quod [l] interpretatur, Nobiſcum Deus. Firmat hoc Lucas Evangeliſta, dicens: *Miſſus eſt Gabriel Angelus ad Virginem deſponſatam, cui nomen erat Maria: qui & ingreſſus ſic eam ſalutavit:*

Iſa. 7. 14. *Luc.* 1. 26. *&c.*
l

a Hæc verba adduntur huic titulo & paucis ſequentibus ex Mſ. Remigiano-Remenſi. Abſunt vero a deditis.

b Mſ. Remig. *Johannis.*

c De Sibyllarum dictis citatis hic, & in capitulis ſequentibus legi poterit Auguſtinus, capite 23. libri decimi octavi de Civitate Dei.

d Mſ. Remig. *E cælo venturi judicis Regis Chriſti. Credita & viſa.*

e Mſ. Remig. *Verbum Dei hominem ſuſcepiſſe.* Lugd. & Lovan. *De Verbo Dei & homine.*

f Mſ. Remig. *electo ſuo.*

g Mſ. Remig. hic inſerit iſta. *Iſaias etiam propheta dicit: Grave cor per omnia; & homo eſt, & quis cognoſcet illum?* Quæ cum non legantur in Iſaia, ſorte alludit ad Jeremiæ cap. 17. verſ. 9. *Pravum eſt cor omnium & inſcrutabile, quis cognoſcet illud?*

h Mſ. Remig. cum recentioribus edit. *eſſe ſe æqualem.*

i Ita legitur apud Auguſtinum loco ſupra citato. Lugdun. *ſcilicet ut carne præſens, & judicet orbem.* Lov. Duac. Colon. cum recentioribus, *Scilicet in carnem præſens, & judicet orbem.*

k Mſ. Remig. habet tantum iſta. *Ex Virgine natus.*

l Editi, *interpretatum*; ſorte, *eſt interpretatum*, ut Matth. 1. v. 23.

tavit: Ave, inquit, *gratia plena, Dominus te-*
Ibid.¥.31. *cum*. Et paulo post: *Spiritus-sanctus*, ait, *supe-*
veniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi:
proptærea quod nascetur ex te sanctum, vocabitur
Gal. 4.4. *Filius Dei*. Testatur & Paulus, dicens: *Cum au-*
tem venit plenitudo temporis, misit Deus Filium
suum factum ex muliere: Hebræam locutionem se-
quens, quæ omnes feminas mulieres nominat. Fa-
tetur & Sibylla:

Dum cernent, inquit, *incredulus, atque fi-*
delis.

Dicit Maro: *Jam nova progenies cælo demitti-*
tur alto.
Jam redit & virgo.

Redit, dixit, quia virgo adhuc Eva mortem
a intulit mundo, rediens virgo Maria [a] protulit
Salvatorem.

PROMISSIO V. IMPLETA.

b [b] *De Christo in præsepi posito.*

Credita & visa.

Isa.1.3. ISaias Propheta: *Agnovit*, ait, *bos possessorem*
Habac. 3. *suum, & asinus præsepe domini sui*. Et Aba-
2.sec. LXX. cuc: *In medio*, inquit, [c] *duum animalium cogno-*
c *sceris*. Firmat hæc Lucas Evangelista dicens: *Cum*
Luc. 2.6. *autem impleti sunt dies Mariæ, peperit filium, &*
& 7. *pannis eum involuit, & posuit in præsepe, quo-*
niam non erat locus in diversorio. Et Angelus ad
d pastores: *Natus est* [d] *vobis*, ait, *Christus Domi-*
Ibid.¥.11. *nus in civitate David: & hoc vobis signum. In-*
venietis infantem pannis obvolutum & positum in
1.Cor.8.9. *præsepe*. Testatur & Paulus, dicens: *Pauper fa-*
ctus est, cum dives esset, ut ejus paupertate nos di-
taremur. Fatetur & Sibylla:
e *Cum jacet incultus densis* [e] *in vepribus Orbis.*

PROMISSIO VI. IMPLETA.

f [f] *De stellæ signo.*

Credita & visa.

Num. 24. BAlaam Propheta ex gentibus, *Orietur*, inquit,
17. *stella ex Jacob, & exsurget homo ex Israel,*
& confringet omnia regna terræ. Et Isaias Pro-
Isa.7.2. pheta: *Gemtium populus*, ait, *sedens in tenebris*
g *vidit* [g] *lucem magnam*. Et David dixit: *Reges*
Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum
& Saba dona adducent. Item Isaias: *Omnes a Sa-*
Ps. 71.10. *ba venient, ferentes aurum, thus & lapidem pre-*
Isa.60.6. *tiosum, salutare Domini bene nuntiabunt*. Firmat
Matt. 2.9. hæc Mattheus Evangelista dicens: *Ecce stella quam*
&c. *viderant Magi in Oriente, præibat eos, donec ve-*
nit & stetit supra locum, ubi erat puer. Videntes
autem stellam, gavisi sunt gaudio magno. Ingres-
si itaque invenerunt puerum & matrem ejus. Aper-
tisque thesauris obtulerunt ei munera: aurum, ut
h Regi: *thus*, ut Sacerdoti: *& myrrham*, [h] ut mo-
2.Cor.4.6. riturο pro nobis. Testatur & Paulus: *Deus*, in-
quit, *qui dixit de tenebris lumen clarescere, cla-*
ruit in cordibus nostris: ad illuminationem gloriæ
scientiæ ejus [i] *in faciem Christi Jesu*: Fateturque i
Sibylla: dicens:

Exuret terras ignis, [k] *pontumque, polumque.* k

Dicit & Maro quædam congrua.

Stella facem ducens multa cum luce cucurrit: *Æneid. 2.*
[l] *Muneribus cumulant, & sanctum sidus ado-* *¥. 694.*
rant. *lb. ¥.700.*
l

PROMISSIO VII. IMPLETA.

m [m] *De pace & salute Nativitatis ejus.* m

Credita & visa.

PEr Isaiam Prophetam: *Datus est*, ait, [n] *no-* *Isa.9.6.*
n *bis filius*. Et paulo post: *Adducam pacem* *Ibid.¥.7.*
super principium ejus, pax & salus illi magna est,
potestatis & pacis ejus non erit terminus. Firmat
hæc Lucas Evangelista dicens: *Continuo facta est* *Luc.2.13.*
cum Angelo multitudo exercitus cælestis, laudan-
tium & dicentium; Gloria in excelsis Deo, & in
terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et ipse: *Pa-* *Joan. 14.*
cem meam, ait, *do vobis*, [o] *pacem meam relinquo* *27.*
o *vobis*. Testatur & Paulus apostolus, dicens: *Ipse* *Ephes. 2.*
est enim pax nostra, qui fecit utraque unum. Fa- *14.*
tetur & Maro:

Pacatumque reget patriis virtutibus orbem. *Eclog. 4.*
v. 17.

PROMISSIO VIII. IMPLETA.

p [p] *De fuga in Ægyptum.* p

Credita & visa.

PEr Oseam Prophetam: *Ex Ægypto*, ait, *vo-* *Osee 11.1.*
cavi Filium meum. Hoc firmat Evangelista *Matt.2.15*
Matthæus: *Angelus Domini*, ait, *apparuit Jo-*
sepb in somnis, dicens: Surgens accipe puernm
& matrem ejus, & fuge in Ægyptum. Quæsitu-
rus est enim Herodes puerum, ut eum perdat. Ad
hoc enim in Ægyptum Christus introductus est,
ut, sicut apostolus Paulus dicit: *Ubi abundavit de-* *Rom.5.20.*
lictum, superabundaret gratia.

PROMISSIO IX. IMPLETA.

De parvulis pro Christo occisis.

IN Jeremia Propheta: *Vox*, inquit, *in Rama* *Jerem. 31.*
audita est, fletus & ululatus, Rachel plorans *15.*
filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Et
per David dicens: *Innocentes & recti adhæserunt*
mihi. Item [q] alibi: *Ex ore infantium & lactentium* q
perficisti laudem. Firmat hæc Evangelista Matt hæ- *Ps.24.21.*
us. *Herodes vero*, [r] ait, *ut vidit quia illusus est* *Psal.8.4.*
a Magis, iratus est valde, & misit, & occidit r
omnes pueros qui erant in Bethlehem & in omni- *Matt.2.18*
bus regionibus ejus, a bimatu & infra, secundum
tempus quod exquisierat a Magis. Testatur & Joan-
nes in Apocalypsi: *Hi sunt*, dictum est, *qui ve-* *Apoc.7.14*
nerunt ex magna tribulatione, & laverunt stolas
suas,

a Mſ. Remig. *vitam protulit.*
b Mſ. Remig. *In præsepe positum.*
c Sic editiones veteres omnes. Mſ. Remig. & poſteriores, *duorum.*
d Mſ. Remig. *nobis.*
e Ita Mſ. Remig. & Auguſt. liber de Civitate Dei. At ediri, *cum vepribus.*
f Mſ. Remig. *per stellam declarata*, &c.
g Mſ. Remig. *lumen magnum.*
h Sic Mſ. Remig. At ediri, *pro dominica sepultura.*
i Hæc duo, *in faciem*, addimus ex Mſ. Remig.
k Corrigimus ex libro Auguſtini de Civitate Dei, & ejuſdem verſus lectione, infra Promiſ. 14. in Mſ. Remig. Editiones omnes noſtræ præferebant, *pontum populumque.*
l Prima pars hujus verſus non reperitur in Virgilio.
m Mſ. Remig. ſic habet titulum hunc: *Promiſſio impleta conlatæ in nobis saluris & pacis*, &c.
n Mſ. Remig. *vobis.*
o Mſ. Remig. *pacem relinquo.*
p Mſ. Remig. *qua in Ægypto ductus est parvulus.*
q Mſ. Remig. *ibi.*
r Mſ. Remig. & Lugd. addunt, *ait.*

suas, & caudidas eas fecerunt in sanguine Agni. Numerusque eorum ex omni tribu Israel ostensus est *centum quadraginta quatuor millia signati:* quos etiam a nolente Jerusalem Christus suo numero sociavit: quia, sicut Paulus dicit: *Quos præ-* Ibid. ℣. 4.
Rom. 8. 30 *destinavit, illos & vocavit.* Ad hæc Maro:
Æneid. 6. ℣. 426. *Infantumque animæ* [a] *flentes in limine primo.*
a Item: *Ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.*
Eclog. 4. vers. 23.

PROMISSIO X. IMPLETA.

b [b] *De puero Jesu, qui in templo seniores Judæorum ex Isaia propheta convicit.*

Isai. 61. 11 ISaias propheta ex persona Christi Domini; *Spritus Domini*, ait, *super me. Propter quod unxit me, bene evangelizare pauperibus misit, me curare contribulatos corde, prædicare captivis remissionem, & cæcis visum.* Firmat hæc Evangelium Lucæ, dicens; *Venit Jesus in templum, &*
Luc. 4. 16. *accepit librum Isaiæ.* Qui cum legisset ea quæ supra posita sunt, ait illis: *Amen dico vobis, quia hodie impleta est Scriptura ista in auribus vestris.*
Joan. 7. 15. *Et mirabantur omnes qui erant in templo, dicentes: Quomodo hic legit, qui litteras non didicit?*
2. Pet. 1. 21 Testatur apostolus Petrus. *Non enim*, ait, *voluntate humana allata est umquam prophetia, sed Spiritu sancto acti locuti sunt homines Dei.* Dicit
Ephes. 2. 20. & Paulus; *Superædificati super fundamentum apostolorum & prophetarum, ipso summo angulari lapide existente Christo Jesu.*

PROMISSIO XI. IMPLETA.

c [c] *De Christo uncto per columbam, postea quam eum Joannes in Jordane baptizavit.*

d ISaias propheta: [d] *Exaltabuntur*, ait, *deserta*
Isa. 26. 44. sec. LXX. *Jordanis.* Et sequitur: *Plebs mea videbit al-*
Psal. 45. 5. *titudinem Dei, & claritatem Domini.* Dicit &
Psal. 44. 8. David: *Fluminis impetus lætificat civitatem Dei* Item ipse. *Unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Firmat hæc Evangelium
Matt. 3. 13. &c. Matthæi, dicens: *Venit Jesus a Galilæa in Jordanem, ut baptizaretur a Joanne. Et prohibebat eum Joannes dicens: Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me. Respondit ei Jesus: Sine modo, sic enim decet implere nos omnem justitiam. Tunc tinxit eum: & baptizato Jesu,* [e] *statim ascendit de*
e *aqua, & aperti sunt ei cæli, & vidit Spiritum sanctum descendentem de cælo sicut columbam, & manentem super eum. Et vox facta est de cælo, dicens, Hic est Filius meus dilectus, in quo bene*
2. Petr. 1. 18. *complacui.* Testatur in hoc Petrus apostolus, dicens: *Et hanc vocem audivimus de cælo delatam, cum essemus cum illo in sancto monte.* Tertio enim hæc de cælo sonuit vox, sicut norunt qui Evangelia
f [f] intente legunt, vel audiunt. Per colum-
Gen. 8. 11. bam vero unctionem intelligit, qui novit post diluvium ramum oleæ columbam ad arcam portasse.

PROMISSIO XII. IMPLETA.

g [g] *De electione discipulorum.*

PEr Jeremiam prophetam: *Mittam*, inquit, Jer. 16. 16.
ad eos piscatores, & piscabuntur eos, & venatores, & venabuntur eos. Firmat hoc Evangelium Marci: *Invenit Jesus*, ait, *Simonem Petrum,* Marc. 1. 16
& Andream fratrem ejus, juxta mare Galilææ componentes retia, & ait illis; Venite post me, & faciam vos piscatores hominum. [h] Venantibus h
dedit montes altissimos cervis, petram refugium Ps. 103. 18
erinaciis, & leporibus: piscantibus vero, *Volu-* Psal. 8. 9.
cres cæli, & pisces maris, qui perambulant semitas maris. Quod breviter exponit David dicens:
Ps. 46. 10. *Principes populorum convenerunt cum Deo Abraham.* Fatetur & Sibylla.

Celsum cum sanctis; ævi jam termino in ipso.

PROMISSIO XIII. IMPLETA.

i [i] *De Miraculis Christi.*

Credita & visa.

ISaias propheta: *Exhortamini*, ait, *qui estis pu-* Isa. 35. 4.
sillanimes, confortamini, & jam nolite time- &c.
re. Ecce enim Deus noster retribuet judicium, ipse veniet, & salvos nos faciet. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc [k] *saliet claudus sicut cervus, & plana erit* k
lingua mutorum. Firmat hoc Evangelium [l] Mar- l
ci dicens: *Venerunt discipuli Joannis missi ab eo* Matt. 11.
ad Jesum, & dicunt ei: Hæc dicit magister; Tu 2. &c.
es qui venisti, an alium expectamus? Respondit eis Jesus: Ite, dicite Joanni quæ vidisti & audistis. Cæci vident, claudi ambulant, surdi audiunt, leprosi mundantur, pauperes evangelizantur: & beatus qui non fuerit scandalizatus in me. Testatur & Petrus in Actibus apostolorum: *Jesus,* Act. 10. 38.
ait, qui venit benefaciens & curans in plebe omnem infirmitatem, quia Deus erat in eo. Dicit
Eadem ad hæc & Maro:
Eclog. 4. v. 15. *Ipse deum vitam accipiet.*

PROMISSIO XIV. IMPLETA.

m [m] *De Christo, quod mare pedibus ambulavit.* m

Credita & visa.

DAvid propheta: *In mari est via tua, & se-* Ps. 76. 20.
mitæ tuæ, in aquis multis. Dicit & Haba- Habac. 3.
cuc; *Dispergens aquas* [n] *itineris, dedit abyssus vo-* 10.
cem suam. Firmat hæc Evangelium Matthæi, di- n
cens; *Quarta autem noctis vigilia venit Jesus ad* Matt. 14.
discipulos suos, ambulans supra mare. Videntes ve- 25. &c.
ro eum discipuli timuerunt, dicentes, Quia phantasma est. Accedens autem ad eos Jesus dixit eis: Ego sum, nolite timere. Salomon etiam dicit: *Dedisti in mari viam, & inter fluctus semi-* Sap. 14. 3.
tam firmissimam: ostendens quoniam potes etiam si-
ne

a Sic Mſ. Remig. conformiter textui Virgiliano. Editi noſtri, *ſtantes.*
b Mſ. Remig. *qua puer in templo.*
c Mſ. Remig. *In Chriſtum unctum*, &c.
d Alludere videtur auctor ad locum Iſaiæ 44. 26. ſecundum LXX. ubi tamen ſermo eſt de deſertis Idumeæ, non Jordanis. Vide Græca.
e Mſ. Remig. *ſtatim ut aſcendit de aqua, aperti ſunt.*
f Mſ. Remig. *intente legunt.* Editi, *intelligunt.*
g Mſ. Remig. *Qua diſcipulos Chriſtus piſcatores elegit.*
h Mſ. Remig. *Venantibus*, cui reſpondet mox, *piſcantibus vero*: Editi, *Venientibus.*
i Mſ. Remig. *Mirabilium quæ fecit Jeſus*, &c.
k Mſ. Remig. *aſcendit.*
l Fortaſſe legendum, *Evangelium Matthæi.* Hæc enim non leguntur in Marco, ſed in Matthæo cap. 11. v. 2. & ſequentibus. Quem errorem, nullo codice Mſ. aut edito juvante, emendare non tentavimus.
m Mſ. Remig. *qua Chriſtus mare*, &c.
n Mſ. Remig. *inceſſu.*

ne rate transeuntes mare servare. Quod etiam in Petro Jesus fecisse cognoscitur. Testatur & Paulus in naufragio astitisse sibi Jesum dicentem: *Ne timeas, Paule: ecce enim donavit tibi Deus omnes qui tecum navigant*. Ex quibus nullus hominum periit nisi navis tantum. Sibylla vero [a] supra dicta ad utrumque respondit:

Exuret terras ignis, pontumque [b] *polumque*.

Matt. 14. 3. Act. 27. 24. a b

PROMISSIO XV. IMPLETA.

[c] *De Jesu, quod mirabiliter populos pavit in deserto.* c

Credita & visa.

DAvid propheta: *Satiavit*, ait, *animam inanem, & animam esurientem bonis replevit*. Et Isaias dicit: [d] *Cibabit te in hereditate patris tui Jacob*. [e] Firmant hæc Evangelistæ: quod Jesus jussit discipulis suis, quinquagenos in fœno discumbere; & ex quinque panibus & duobus piscibus, hominum quinque millia pavit in eremo, & ex reliquiis duodecim cophini repleti sunt. Testatur & Paulus: *Omnes*, ait, *enim de uno pane participamus*. Et iterum: *Sanctificantur omnia per verbum Dei & orationem*. Et ad hoc signum supra dicta Sibylla resonat.

Ps. 106. 9. Isa. 58. 14. d Marc. 6. 14 e Luc. 9. 12. 1. Cor. 10. 17. 1. Tim. 4. 5

PROMISSIO XVI. IMPLETA.

[f] *De Jesu, quod portatus asello est.* f

Credita & visa.

ZAcharias propheta: *Dicite*, ait, *filiæ Sion: Ecce Rex tuus venit tibi justus & salvans* [g] *ipse mansuetus, sedens super subjugalem asinam & pullum novellum*. Hæc omnes Evangelistæ confirmant, quod Jesus sederit in pullo asinæ, eique indumenta sua populus straverit. In hoc facto Jesus Cornelium ostendit ex gentibus venientem ad fidem, in quo sedit gratia vocantis. Quoniam in disco illo gentes mundatas Petro Dominus ostendit, credente Cornelio.

Zach. 9. 9. g Matt. 21. 5 Marc. 11. 7 Luc. 19. 35 Joan. 12. 14 Act. 10. 1. &c. Ibid. ℣. 15.

PROMISSIO XVII. IMPLETA.

[h] *De Jesu, quod de templo Dei expulit* * *mercatores.* h * *alias*, pecatores.

Credita & visa.

PEr David prophetam ipse dicit: *Comedit me zelus domus tuæ: quoniam obliti sunt verborum tuorum inimici mei*. Item ibidem: *Quoniam non cognovi* [i] *negotiationem, introibo in potentiam Domini*. Et hæc Evangelistæ confirmant: Jesum Dominum ex flagello resticulæ pepulisse de templo ementes & vendentes columbas; & mensas nummulariorum evertit dicens: *Domus mea domus orationis vocabitur, vos autem fecistis eam spelunçam latronum*. Testatur & Paulus: *Si quis*, inquit, *templum Dei violaverit, violabit illum Deus*. Et iterum: *Scripta autem sunt hæc ad correptionem nostram, in quos finis sæculorum obvenit*. In quo etiam amatores pecuniæ notat inter cetera; & proditores, qui, ut columbas, innocentes prodendo distrahunt. Hinc est etiam illud Maronis:

——*Paulatim ac decolor ætas,*
Et belli rabies & amor successit habendi

Ps. 68. 10. Psal. 118. 139. Ps. 70. 15. i Matt. 21. 12. Joan. 2. 15. Matt. 21. 13. 1. Cor. 3. 17 1. Cor. 10. 11. Æneid. 8. ℣. 325.

PROMISSIO XVIII. IMPLETA.

[k] *De Christo Domino, qui sui traditorem ostendit.* k

Credita & visa.

PEr David prophetam ipse dicit: *Qui edebat panes meos,* [l] *amplificavit super me calcaneum*. Item ibi: *Egrediebatur*, ait, *foras, & loquebatur in eodem: adversum me susurrabant omnes inimici mei, adversum me cogitabant mihi mala*. Et iterum: *Si inimicus maledixisset mihi, sustinuissem utique: & si is qui oderat me, super me magnum verbum dixisset, absconderem me utique ab eo. Tu autem homo unanimis, dux meus & notus meus, qui simul mecum dulces capiebas cibos.* Et apertius: *Traditus sum*, ait, *& non egrediebar*. Dicit & per Zachariam: *Dederunt mercedem meam triginta argenteos*. Hæc omnes Evangelistæ confirmant: quod Jesus Dominus discumbentibus discipulis dixerit: *Scitis quia unus ex vobis* [m] *tradet me?* Cumque singuli dicerent: *Numquid ego sum Rabbi?* ait; *Cui intinctam buccellam debero, ipse est*. Dicente vero Juda: *Numquid ego sum, magister? ait illi Jesus: Tu dixisti. Et continuo cum accepisset buccellam, introiit in eum satanas. Et abiit, & exiit foras, ut eum traderet Judæis. Et iterum abiit Judas, & retulit argentum principibus sacerdotum, dicens: Peccavi tradendo sanguinem justum*. Testatur & Paulus: *Dominus Jesus*, ait, *ea nocte qua tradebatur, accepit panem:* & cetera quæ usque ad traditionem acta sunt. Fateturque Sibylla:

Tradetur, fontes [n] *æternum flamma cremabit.*

Ps. 40. 10. 1 Ibid. ℣. 7. Ps. 54. 13. Psal. 87. 9. Zach. 11. 12. Matt. 27. 9. Joan. 13. 21 m Marc. 14. 18. Luc. 22. 21 Matt. 27. 4. 1. Cor. 11. 23. n

[o] PROMISSIO XIX. IMPLETA. o

De contumeliis in Jesum.

PEr Isaiam prophetam: *Ipse dorsum meum:* ait, *posui ad flagella, maxillas vero meas ad palmas, faciem vero meam non averti a fœditate sputorum*. Et Jeremias dicit: *Dabit percutienti se maxillam,* [p] *saturabitur opprobriis*. Et hæc omnes Evangelistæ confirmant; quo flagellatum Jesum eis Pilatus tradidit crucifigendum, eique palmas & colaphos dabant, dicentes: *Prophetiza nobis, Christe, quis te percussit?* Testatur in his & Petrus apostolus dicens: *Christus pro* [q] *nobis passus est, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia ejus. Qui cum malediceretur, non remaledicebat; cum pateretur, non comminabatur;*

Isa. 50. 6. p Thren. 3. 30. Matt. 26. 67. q 1. Petr. 2. 21. &c.

p com-

a Edit. Lugdun. *supradictum*.
b Mſ. Remig. *pontumque polumque*: Editi, *pontum populumque*. Vide supra notam in hunc eumdem versum Promiſ. 6.
c Mſ. Remig. *Qua Jesus mirabiliter*, &c.
d Lugd. *Cibavit te*. Mſ. Remig. *in hereditatem*.
e Mſ. Remig. *Firmat hæc Evangelista*.
f Mſ. Remig. *Qua Jesus portatus asello est*, &c.
g Mſ. Remig. *Salvator*.
h Mſ. Remig. *Qua Jesus de templo*.
i Mſ. Remig. *negotiationem*. Editi, *litteraturam*.
k Mſ. Remig. *Qua Christus Dominus suum proditorem ostendit*.
l Mſ. Remig, *ampliavit*.
m Mſ. Remig. *tradit*.
n Emendamus ex libro Augustini de Civ. Dei 18. c. 22. Codices nostri Prosperiani habebant, *æterna*, contra leges carminis.
o Mſ. Remig. *Promissio facta & figurata, & impleta contumeliarum Jesu*.
p Mſ. Remig. *satiabitur*.
q Mſ. Remig. *pro vobis*.

a *commendabat autem* [a] *judicanti se juste*. Fatetur
b „ Sibylla alia; [b] In manus, inquit, impiorum
„ postea veniet, dabunt Deo alapas manibus in-
„ cestis, & impurato ore expuent venenatos sputos.
„ Dabit vero ipse ad verbera sanctum dorsum, &
„ colaphos accipiens tacebit; ne quis agnoscat quod
„ Verbum, vel unde veniat. Quæ omnia impleta
„ in Christo Domino, omnis jam mundus agnoscit.

PROMISSIO XX. IMPLETA.

c [c] *De Christo spinis coronato.*

d *Psal.* 21.4. *Matt.* 27. 29. e *Marc.* 15. 17. *Joan.* 19. 18. *Gen.* 22.13 * *Apud* Augustin. cod. c. 22. l. 18. de Civ.

PEr David [d] ipse: *Conversus sum*, ait, *in ærumna, dum infigeretur spina*. Et hoc Evangelistæ confirmant, quod spineam coronam [c] imposuerunt capiti ejus, & Crucem suam portans exiit. Hoc etiam aries ille signavit, qui in spinis cornibus detenptus immolatus est pro Isaac. Fatetur & Sibylla: * Ut inferis loquatur, & corona spinea coronetur.

PROMISSIO XXI. IMPLETA.

f *De Christi Cruce & vulneribus.*

f g *Isa.* 53.7. *Ibid.* ℣. 8. *Psal.* 21.17. *Thren.* 4. 20. *Jer.* 11. 19. h *Matt.* 27. 33. 1. *Petr.* 2. 24. 2. *Cor.* 13.4

ISaias propheta: *Sicut ovis*, ait, *ad victimam ductus est, & sicut agnus coram tondente* [g] *se, non aperuit os suum*. Et iterum: *Pro iniquitate populi mei ductus est ad mortem*. Dicit & per David: *Foderunt manus meas & pedes; dinumeraverunt omnia ossa mea*. Jeremias etiam dicit: *Ante faciem nostram Christus Dominus comprehensus est in corruptionem eorum*. Item ipse: *Venite*, ait, *mittamus lignum in panem ejus*. Firmant hæc omnes Evangelistæ, quod *venientes ad locum* [h] *qui dicitur Golgotha, quod est Calvariæ locus, ibi eum crucifixerunt*. Testatur in hæc Petrus apostolus dicens: *Peccata nostra pertulit in corpore suo super lignum*. Dicit & Paulus: *Etsi crucifixus est ex infirmitate; sed vivit in virtute Dei*.

PROMISSIO XXII. IMPLETA.

Quod Christus in medio latronum sit crucifixus.

Isa. 53.12. & 5. 1. *Cor.* 15.3 *Joan.* 19. 18. 1. *Petr.* 4. 15. & 16.

ISaias propheta: *Inter sceleratos*, inquit, *deputatus est, qui peccatum non fecit, cujus livore sanati sumus omnes*. Firmat hoc Evangelium Joannis dicens: *Cum eo alios duos hinc & inde latrones crucifixerunt, in medio autem Jesum*. Dicit ad hæc Petrus apostolus: *Nemo autem vestrum patiatur quasi homicida, aut fur, aut maledicus: si vero quasi Christianus, non erubescat, glorificet autem Dominum in hoc nomine*.

PROMISSIO XXIII. IMPLETA.

Quod vestimenta ejus divisa, & sortem super tunicam ejus miserunt.

Psal. 21.19. *Joan.* 19.23 & 24. i *Ephes.* 5. 25. *&c.*

PEr David prophetam: *Ipsi diviserunt sibi*, ait, *vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Firmat hæc Joannes Evangelista: *Milites vero*, ait, *crucifigentes Jesum, acceperunt vestimenta ejus, & fecerunt quatuor partes. Similiter & tunicam, quæ erat de super contexta per totum, dixerunt; Non scindamus eam, sed sortiamur de illa cujus sit*. Hanc tunicam [i] unam esse Ecclesiam Catholicam, apostolus Paulus ostendit, dicens: *Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit, pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lavacro aquæ in verbo: ut exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid hujusmodi, sed ut sit sancta & immaculata*.

PROMISSIO XXIV. IMPLETA.

De Christo, [k] *qui felle & aceto potatus est.* k

Psal. 68.22. *Joan.* 19. 28. *&c.* l *Psal.* 50.9. *Apud Augustin. ubi supra.* m n *Eclog.* 4. *v.* 44.

PEr David prophetam ipse: *Dederunt*, ait, *in escam meam fel, & in siti mea potaverunt me aceto*. Et hæc omnes Evangelistæ confirmant. *Sciens Jesus*, ait Joannes, *quia omnia consummata sunt, ut impleretur Scriptura, ait, Sitio. Vas positum erat aceto plenum, &* [l] *spongia plena aceto: hyssopo circumponentes, obtulerunt ori ejus. Cum ergo accepisset Jesus acetum* plenum felle, *ait; Consummatum est, & inclinato capite, tradidit spiritum*. Et per David hanc herbam non tacuit dicens: *Asperges me hyssopo, mundabor*. Fatetur & Sibyla: „ Ad cibum autem, ait, „ fel, „ &ad sitim acetum dederunt, [m] inhospitalitatis hanc „ monstrabunt mensam. „ [n] Ad hæc quoque Virgilianum illud respondet:

Occidet & serpens, & fallax herba veneni. *Occidet:* tunc enim diabolus victus est.

PROMISSIO XXV. IMPLETA.

o *De Christo, quod lancea percussus, & ex latere ejus, sanguis & aqua manavit.* o

Zach. 12. 10. *Exod.* 12. 46. *Thren.* 3. 30. p *Joan.* 19. 33. *&c.* 1. *Petr.* 1. 18.

ZAcharias propheta: *Videbunt in quem pupugerunt*. Et iterum in lege dictum est. *Os non comminuetis ex eo*. Jeremias vero dicit: *Dabit in fossura os suum*. Firmant hæc [p] Evangelistæ, dicente Joanne: *Ad Jesum autem cum venissent milites, eumque vidissent mortuum, non fregerunt ejus crura*, ut latronum; *sed unus e militibus lancea latus ejus aperuit, & continuo exiit sanguis & aqua*. Testatur in his Petrus apostolus: *Scientes*, ait, *quia non auro vel argento redempti estis a vana vestra conversatione paternæ*

[a] *tra-*

a Mſ. Remig. *judicanti juſte*, quod melius reſpondet voci *commendabat*: & conforme eſt Græco textui: editi vero antiquiores; *commendabat autem judicanti ſe injuſte*. pro quo recentior quædam editio, *commodabat autem judicanti ſe injuſte*.

b Hæc eadem Sibyllæ verba fuſius refert S. Auguſtinus citato libro 18. de Civitate Dei cap. 22. num. 2. tamquam a ſe deſumpta ex libro Lactantii primo c. 6. *Inſerit etiam Lactantius* (ait ſanctus Doctor) *operi ſuo quædam de Chriſto vaticinia Sibyllæ, quamvis non exprimat cujus: ſed quæ ipſe ſingillatim poſuit, ego arbitratus ſum conjuncta eſſe ponenda, tamquam unum ſit prolixum, quæ ille plura commemoravit & brevia*.

c Mſ. Remig. *Quia ſpinis coronatus eſt Chriſtus*.

d Editi, *ipſum*. Melius Mſ. Remig. *ipſe*: ſcilicet Chriſtus dicit: tum *configeretur*.

e Hæc verba, *impoſuerunt capiti ejus*, deſunt in Mſ. Remigiano, nec male.

f Mſ. Remig. *Crucis & vulnerum*.

g Mſ. Remig. *coram tondente, ſic non*.

h Mſ. Remig. non habet, *qui dicitur*, nec hanc vocem, *locus*.

i Mſ. Remig. *unicum eſſe*.

k Mſ. Remig. *quod fel & acetum accepit*.

l Ita legimus in Mſ. Remig. In editis vero, *aceto plenum: ſpongiam plenam aceto, hyſopum circumponentes*.

m Mſ. Remig. *inhoſpitalitatem hanc monſtrabant*.

n Mſ. Remig. *Ad hæcque . . . Occidit . . . Occidit*.

o Mſ. Remig. *De percuſſione lateris ejus lancea*.

p Editi addunt vocem, *omnes*. Mſ. Remig. omittit. Solus Joannes e quatuor, latus Chriſti lancea apertum fuiſſe narrat.

a * *traditionis, sed pretioso sanguine Agni immaculati*. Dicit & Joannes apostolus: b *Tria sunt quæ testimonium dicunt, spiritus, sanguis & aqua*. Et sequitur: *Si testimonium hominum* c *acceperimus, testimonium Dei majus est*. Fatetur & * Sibylla increpans Judæam gentem: „ Ipse enim insipiens, ait, tuum Deum non intellixisti, ludentem mortalium d sensibus, & spinis coronasti, & horridum fel miscuisti.

1. Joan. 5. 8
Ibid. v. 9.
b
c
* Ubi supra.
d

PROMISSIO XXVI. IMPLETA.

e *Quod in Christi Passione sol lunaque obscurati sunt.*

f JOel propheta: *Ante faciem ejus*, ait, *confundetur terra & movebitur cælum, sol & luna contenebrescent, & sidera abscondent lumen suum.* Et hæc Evangelistæ dicentes confirmant: *Postquam crucifixus est Jesus, tenebræ factæ sunt per universam terram a sexta hora usque in nonam*. Et iterum; *Postquam emisit spiritum Jesus, velum templi scissum est in duas partes a summo usque ad deorsum*. Dicit & Paulus apostolus: g *Cum conversi fuerint ad Christum, auferetur velamen*. Fatetur & Sibylla: Templi vero velum, ait, scindetur, & medio die nox erit tenebrosa nymbis in tribus horis.

e
f Joel. 2. 10. Isai. 13. 10
Matt. 27. 45.
Ibid. v. 51.
g 2. Cor. 3. 16

PROMISSIO XXVII. IMPLETA.

De sepultura Christi Domini.

PEr David prophetam ipse: *Factus sum*, ait, *sicut homo sine adjutorio* h *in mortuis liber, & sicut vulnerati dormientes projecti* i *in monumentis*. Item k in eodem: *Non derelinquens*, ait, *animam meam apud inferos, neque dabis Sanctum tuum videre corruptionem*. Hic etiam Matthæus & ceteri Evangelistæ testantur, quod Joseph ab Arimathia, permittente Pilato, acceperit corpus Jesu, & linteaminibus l obvolutum posuerit in monumento novo. Testatur & Paulus dicens Corinthiis: *Tradidi enim vobis in primis quod & accepi, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum Scripturas, & quia sepultus est, & quia resurrexit tertia die secundum Scripturas*. Fatetur „ & * Sibylla. „ Et morte morietur, ait, tribus diebus, somno suscepto.

Psal. 87. 5. & 6.
h
i
k
Ps. 15. 10.
Matt. 27. 57.
l
Marc. 15. 42.
Luc. 23. 50
Jean. 19. 38.
1. Cor. 15. 3
* Ubi supra.

PROMISSIO XXVIII. IMPLETA.

m m *Quod in morte Christi sanctorum corpora surrexerunt.*

n ISaias prophèta dicit: *Exurgens mortui, &* n *excitabuntur qui in monumentis sunt, &* o *exultabunt omnes qui sunt in terra. Ros enim qui a te, est, medicina illis est*. Hæc firmat Matthæus Evangelista, dicens: *Terra mota est, & petræ scissæ sunt, & monumenta aperta sunt, & multa corpora sanctorum dormientium surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post Resurrectionem ipsius, venerunt in sanctam civitatem & apparuerunt multis*. Dicit & Paulus: *Si consurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ubi Christus est in dextera Dei sedens*. Testatur & Petrus apostolus dicens: *Ideo & mortuis evangelizatum est*. Fatetur & Sibylla:

Tartareumque chaos monstravit terra debiscens.
Inquirens tetri portas p *infringet averni.*
Sanctorum sedenim cunctæ lux libera carni.

n Isa. 26. 19.
o
Matt. 27. 51. &c.
Coloss. 3. 1.
1. Petr. 4. 6
* Apud Augustin. n. 1.
p effringet.

PROMISSIO XXIX. IMPLETA.

q *Quod tertia die a mortuis resurrexit.*

OSee Propheta dicit: *Post biduum* r *sanabit nos. Die tertia surgemus, & ante lucem paratum eum inveniemus*. Dicit s & per David. *Ipse exurgam ante lucem*. Item ibi: *Exsurrexit tamquam dormiens Dominus, quasi* t *potens crapulatus a vino*. Hæc Matthæus & ceteri Evangelistæ confirmant quod *venientes principes sacerdotum dixerunt Pilato; Domine rememorati sumus, quod seductor ille* u *dixerit adhuc vivens; Post tertium diem resurgam: Jube ergo custodiri sepulcrum*. Dixerat enim eis. *Generatio hæc generatio nequam est, signum quærit,* x *& signum non dabitur illi, nisi Jonæ Prophetæ. Sicut enim Jonas fuit in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus; ita oportet & Filium hominis in corde terræ esse* y *tribus diebus & tribus noctibus. Vespere autem sabbati, quæ lucescit in prima sabbati venit Maria Magdalene & alia Maria videre sepulcrum*. Et *ecce terræ motus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de cælo, &* z *accedens revolvit lapidem & sedebat super eum. Fuit autem ad spectus ejus* aa *metuendus, & vestimenta ejus velut nix: metu autem ejus expaverunt custodes & facti sunt veluti mortui. Dixit autem agelus mulieribus: Nolite timere vos, scio enim quod Jesum, qui crucifixus est, quæritis: non est hic; surrexit enim, sicut dixit*. Testatur & Paulus Timotheo: *Memor esto*, ait, *Christum Jesum resurrexisse a mortuis secundum Evangelium meum*. Et Corinthiis: *Christus*, ait, *resurrexit a mortuis primitiæ dormientium*. Quæritur hic quomodo primitiæ dicatur, cum & ipse suscitaverit mortuos, & Elias atque Elisæus a mortuis bb excitaverunt? Respondetur quod hi qui suscitati sunt, denuo mortui, cum sic dormientibus hodieque requiescunt: Christum autem Paulus apostolus dicit ideo primitias dormentium, quia *surgens ex mortuis, jam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur*. Fatetur & Sibylla: * Tunc ab inferis regressus, ad lucem veniet primus, resurrectionis principio revocatis ostenso.

q
r Osee 6. 3.
s Psal. 62. 2. Ps. 77. 65.
t Matt. 27. 62. &c.
u
x Matt. 12. 39. & 40. Matt. 28. 1. &c.
y
z
aa
bb
Rom. 6. 9.
2. Tim. 2. 8
1. Cor. 15. 20.
* Apud August. n. 2.

a Mſ. Remig. *traditionis vestræ*.
b Mſ. Remig. *Tres sunt qui testimonium dant*.
c Mſ. Remig. *accepimus*.
d In Augustino, *mentibus*, *sed & spinis*. Mſ. Remig. *sed spinis*. Editi, *mortalium sensibus*, *& spinis*.
e Mſ. Remig. *De obscurato sole in Passione*.
f Sic Mſ. Remig. & quidem melius quam editi, qui habent, *Isaias*. Hic enim locus expressius & fusius habetur in Joele, quam in Isaia.
g Mſ. Remig. *Cum transieris*.
h Mſ. Remig. *inter mortuos*.
i Mſ. Remig. *in monumentis*. Editi, *in monumento*.
k Mſ. Remig. addit hoc, *in eodem*.
l Mſ. Remig. *linteaminibus novis*.
m Mſ. Remig. *De corporibus sanctorum resuscitatis*.
n Mſ. Remig. *suscitabuntur*.
o Mſ. Remig. *& lætabuntur quæ super terram sunt*.
p Mſ. Remig. *& frigida*.
q Mſ. Remig. *De die Resurrectionis tertia*.
r Mſ. Remig. *sanavit . . . resurgemus*.
s Mſ. Remig. *per prophetam David*.
t Mſ. Remig. cum recentioribus edd. *potens*. Antiquiores edit. *potans*.
u. Editi, *dixerat*.
x Mſ. Remig. *& non dabitur illis, nisi signum Jonæ*.
y Hæc verba, *tribus diebus & tribus noctibus*, absunt a Mſ. Remigiano.
z Mſ. Remig. *& accessit . . . & sedit*.
aa Mſ. Remig. *glorioſus*.
bb Mſ. Remig. *resuscitaverint*. Editi, *excitaverunt*, forte, *excitaverint*.

PROMISSIO XXX. IMPLETA.

[a] *De Incredulis discipulis increpatis.*

Osee 11.10. OSee Propheta dicit; *Sicut leo ructavit Dominus, quia ipse rugiet & obstupescent filii aquilarum.* Juxta illud dictum Jacob: *Adscendisti recumbens, dormisti ut leo.* Firmat hoc Evangelium Marci: *Discumbentibus illis* [b] *undecim,* ait, *apparuit illis Jesus, & increpavit incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia eis qui viderant eum* [c] *resurrexisse, non crediderunt.* Et Thomæ in Joanne dixit: *Injice huc digitum tuum, & vide manus meas: & manum tuam mitte in latus meum, & noli esse incredulus, sed fidelis.* Testatur & Joannes in Epistola sua, dicens: *Quod audivimus, quod vidimus nostris oculis, & manus nostræ contrectaverunt de verbo vitæ, & vita palam facta est nobis.* Et Paulus dicit: *Apparuit Cephæ, postea undecim. Deinde apparuit plus quam quingentis fratribus simul, ex quibus plures manet usque adhuc.* Item: *Si Christus prædicatur quia resurrexit a mortuis, quomodo dicunt quidam in vobis, quia resurrectio mortuorum non est?* Dicit & Maro:

Gen. 49.9. b Marc. 16.14. c Joan. 20.27. 1.Joan. 1.1. 1.Cor. 15.5 & seq. Ibid. ℣. 12.

Te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
Irrita perpetua solvent formidine terras.

Eclog. 4. v. 13. & 14.

PROMISSIO XXXI IMPLETA.

[d] *De Ascensione Christi in cælum; & donis Spiritus-sancti.*

DAvid propheta dicit: *Ascendit in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus.* [e] Item ipse: *Ascendit super Cherubin & volavit, volavit super pennas ventorum.* Et iterum: *Domini est* [f] *assumptio & Sancti Israel regni nostri.* Item dicit: *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Firmant hæc Evangelistæ, dicente ipso in Marco: *Signa autem credentes hæc subsequentur; in nomine meo dæmonia ejicient, linguis loquentur novis.* Et alibi: *Ego*, inquit, [g] *promissum Patris mei mittam vobis, vos autem sedete in civitate, donec induamini virtute ex alto. Et postquam hæc locutus est, ascendit in cælum, & sedet ad dexteram Dei.* Testantur & Actus apostolorum. *Nubes*, ait, *suscepit eum, &* [h] *sublatus est a discipulis: Et quomodo contemplantes erant, cum iret in cælum, duo viri astiterunt eis in albis, qui & dixerunt: Viri Galilæi, quid statis intuentes in cælum? Hic Jesus, qui assumptus est a vobis; sic veniet quemadmodum eum vidistis euntem in cælum.* Et iterum: *Die autem Pentecostes fuerunt omnes discipuli eadem* [i] *animatione simul in unum. Et factus est de cælo subito sonus, quasi ferretur flatus vehemens, & implevit totum illum locum, in quo erant* [k] *sedentes. Et visæ sunt illis linguæ divisæ quasi ignis, & insedit in unumquemque eorum, & loquebantur variis linguis, prout Spiritus dabat eis pronuntiare.* Et iterum: *Spiritu-sancto*, ait, *misso de cælo, quem ditissime effudit super nos, & super omnes credentes.*

Pf. 67.19. Pf. 17.11. c f Pf. 88.39. Pfal. 103.30. Marc. 16.17. Luc. 24.49. g Marc. 16.19. & 20. Act. 1.9. h Ibid. ℣. 10. & 11. Act. 1.1. & seqq. i k 1.Pet. 1.12. Tim. 3.6.

PROMISSIO XXXII. IMPLETA.

De exortu Ecclesiæ.

DAvid propheta dicit: *Qui habitare facit sterilem in domo matrem filiorum lætantem.* Et Isaias: *Lætare*, ait, *sterilis, quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis; quia multi filii desertæ magis quam ejus quæ habet virum.* Et quomodo hæc pariat, in Evangelio [l] Marci ipse Dominus ostendit; *Ite*, ait discipulis, [m] *baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus-sancti.* [n] Item ait: *Si quis non renatus fuerit ex aqua & Spiritu, non intrabit in regnum Dei.* Et in Actibus apostolorum: *Eritis*, inquit, *mihi testes* [o] *in totam Judæam & Samariam, & usque in fines terræ.* Dicit & petrus: *Sicut modo geniti infantes* [p] *rationale & sine dolo lac* [q] *concupiscite, ut in eo crescatis in salutem.* Testatur & Paulus: *Si decem millia pædagogorum habeatis in Christo, sed non multos patres. In Christo enim Jesu per Evangelium vos genui.*

Pf. 112.9. Isa. 54.1. Gal. 4.27. Matt. 28.19. l m n Joan. 3.5. Act. 1.8. o p q 1.Petr. 2.2 1.Cor. 4.15

PROMISSIO XXXIII. IMPLETA.

[r] *De Testamento novo, cantico novo, homine novo.*

JEremias propheta: *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super domum Israel, & super domum Juda Testamentum novum,* [s] *non secundum Testamentum quod dedi patribus eorum.* Et paulo post: *Hoc est Testamentum quod dispono ad eos, dans leges meas in mentibus eorum, & in cordibus eorum* [u] *superscribam eas: & non docebit unusquisque fratrem suum dicens; Cognosce Dominum. Quia omnes cognoscent me a majore, usque ad minorem eorum.* Et per Isaiam; *Ecce ego nova facio, quæ nunc orientur.* E iterum: *His vero qui mihi serviunt, nomen nominabitur novum.* Intelligitur utique Christianum, quod nomen terras obtinuit Dicit & David: *Cantate Domino canticum novum: cantate Domino omnis terra.* Quis hæc nisi cæcus corde, impleta non videat: Firmat [x] hæc Dominus in Evangelio Matthæi. *Omnis*, ait, *scriba, eruditus in regno Dei, similis est viro proferenti de* [y] *thesauris suis nova & vetera.*

Et

Jer. 31.31 Hebr. 8.8. r s Jer. 31. ℣. 33. & 34. t u Isa. 43.19. Isa. 62.2. Psal. 95.1. x y

a Mſ. Remig. *Qua incredulos discipulos increpat.*
b Mſ. Remig. addit hic; *undecim.*
c Mſ. Remig. *resurrexisse a mortuis non crediderant.*
d Mſ. Remig. hoc habet dumtaxat, *Ascensionis Domini.*
e Mſ. Remig. *Item: Ipse ascendit:* ut & recentiores distinxerant.
f Mſ. Remig. *Assumptio nostra, & Sancti Israel Regis nostri.*
g Mſ. Remig. *promissionem . . . virtutem . . . . & sedit.*
h Mſ. Remig. *sublevatus est a discedentibus.*
i Mſ. Remig. *admiratione*: ium editi, *in uno.*
k Sic Mſ. Remig. At editi, *credentes.*
l Hæc verba Christi, baptismi formam discipulis præscribentia leguntur in Matthæo, non vero in Marco: unde vero acciderit hic error, an ex amanuensium vitio, an eo quod auctor ipse ibi memoria sit lapsus, plurium Manuscriptorum defectu judicare nobis non licuit.
m M. Remig. *baptizate omnes gentes.* Editi, *baptizantes in nomine*, &c.
n Mſ. Remig. *Et illud.*
o Mſ. Remig. *in tota Judæa.*
p Mſ. Remig. *rationabiles.*
q Edit. Duac. Colon. & recentiores, *concupiscentes.* Mſ. Remig. cum Lugd. & Lovan. *concupiscite.*
r Mſ. Remig. *In testamento*, &c. ut in editis.
s Hæc verba, *non secundum testamentum*, supplet Mſ. Remigianus.
t Mſ. Remig. *Et Paulus apostolus.* Hunc Prophetæ locum ex parte recitat Apostolus, Hebr. 10. 16.
u Mſ. Remig. *scient.*
x Mſ. Remigianus, *autem & Dominus.*
y Mſ. Remig. *de thesauro suo.*

Et iterum: *Quod naſcitur* [a] *de Spiritu, ſpiritus eſt.* Teſtatur & Paulus: *Primus*, ait, *homo de terra terrenus, ſecundus homo de cælo,* [b] *cæleſtis. Quomodo portavimus imaginem terreni; induamus & imaginem ejus qui de cælo eſt.* Et iterum: *Renovamini*, ait, *ſpiritu mentis veſtræ, & induite novum hominem,* [c] *eum qui ſecundum Deum creatus eſt.* Item: *Si qua*, ait, *in Chriſto nova creatura, vetera tranſierunt, & ecce facta ſunt nova.* Dicit & Maro:

Quo ferrea primum;
Deſinit, ac toto ſurgit gens aurea mundo.

PROMISSIO XXXIV. IMPLETA.

[d] *De Martyribus.*

PEr David prophetam dicunt: *Propter te morte afficimur tota die, deputati ſumus ut oves occiſionis.* Et iterum; *Dediſti nos tamquam oves ad eſcam.* Item ibi; *Prætioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum ejus.* Firmat hæc ipſe in Evangelio, dicens: *Ecce ego mitto vos ſicut oves in medio luporem.* Et iterum; *Qui perdiderit animam ſuam, propter me, in vitam æternam conſervabit illam.* Item: *Trademini autem a fratribus, cognatis & amicis, & morte afficient ex vobis: & eritis odio omnibus propter nomen meum. Qui autem ſuſtinuerit uſque in finem, hic ſalvus erit.* Et in Joanne: *Niſi* ait, *granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolum manet; ſi autem mortuum fuerit, multum fructum adfert.* Teſtatur & Joannes apoſtolus, dicens: *Sicut Chriſtus pro nobis animam poſuit, ſic & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Dicit & Paulus; *Certus ſum enim, quia neque mors, neque vita, neque* [e] *angeli, neque principatus, neque præſentia neque futura* (& concludit) *neque creatura alia poterit nos ſeparare a charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Jeſu Domino noſtro.*

Ad hæc illud Maronis:

[f] *Permixtoſque*, ait, *Divis videbit*
Heroas divis, & ipſe videbitur illis.

Decem ſane perſecutiones a Nerone uſque ad Diocletianum & Maximianum fuiſſe Oroſius Hiſtoriographus, veluti decem plagas Ægyptias, ſcripſit. Alias ſane quamplures, beatæ memoriæ Auguſtinus [g] ſcriptis ſuis inſeruit. [h] Quas haud procul a nobis & ſenſit & vidit, nobiſque memorias ſui martyrii conſecratas tradidit venerandas, credens & ipſe augmenta Eccleſiæ, quæ nos videmus impleri. Sane noſtris temporibus apud Perſas perſecutionem factam novimus, imperante Arcadio [i] religioſo & Chriſtiano principe: qui ne traderet ad ſe confugientes Armenios, bellum cum Perſis confecit. Eo ſigno, ante quam potitus victoria, jam coeuntibus in prælium mitibus, aeriæ cruces in veſtibus paruere. Unde etiam victor auream monetam eodem cum ſigno Crucis fieri præcepit, [k] quæ in uſu totius orbis & maxime Aſiæ hodieque perſiſtit.

PROMISSIO XXXV. IMPLETA.

[l] *De Vocatione Gentium.*

DAvid propheta dixit: *Deus Deorum Dominus locutus eſt, & vocavit terram. A ſolis ortu uſque ad occaſum.* Et Iſaias: *Mirabuntur gentes multæ ſuper eum, & continebunt os ſuum reges. Quibus non eſt nuntiatum* [m] *de eo, videbunt; & qui non audierunt, intelligent.* Item: *Virtutes ejus in inſulis pronuntiabunt.* Item [n] Iſaias dicit: *Gentes quæ non noverunt te, invocabunt te, & populi qui ignorabant te, ad te confugient.* Item ipſe de apoſtolis: *Qui ſunt hi, qui ut nubes volabunt, adducere filios tuos de terra longinqua?* Et iterum: *Ecce hi de longinquo veniunt; hi autem ab Aquilone & mari; hi autem de terra Perſarum.* Et per David dicitur: *Populus quem non cognovi, ſervivit mihi, in ob auditu auris obaudivit mihi*, Firmat hæc Dominus in Evangelio: *Multi*, ait, *ab Oriente, & Occidente venient, & recumbent, cum Abraham & Iſaac & Jacob in regno Patris* [o] *ſui.* Teſtatur & Petrus: *Qui aliquando*, ait, *non populus, nunc autem populus Dei.* Dicit & Paulus: *Vobis dico gentibus; Quandiu quidem ego ſum gentium apoſtolus, miniſterium meum* [p] *glorificabo, ſi quo modo ad æmulationem provocare potero carnem meam, ut ſalvos faciam aliquos ex illis.* Et iterum: *Cæcitas*, ait, *ex parte Iſrael ſalvus* [q] *fieret. Omnis*, dicit, *qui ſcriptus eſt in libro vitæ Agni, qui occiſus eſt ab origine mundi.*

PROMISSIO XXXVI. IMPLETA.

[r] *Quod reges Chriſtum in Eccleſia perſequentes, ad eam humiles adducentur.*

IN David propheta: *Adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes ſervient illi.* Et Iſaias propheta: *Gentes*, ait, *& reges qui tibi non ſervierint, peribunt.* Et iterum: *Ecce*, ait Dominus, *tollo in gentes manum meam, & in inſulas tollam ſignum meum: & adducent filios tuos in gremio, filias autem tuas ſuper humeros* [s] *tollent. Et erunt reges nutritores tui, & principes feminæ eorum pſaltrices tuæ. Et ſuper faciem terræ adorabunt te, & pulverem tuorum pedum lingent.* Firmat hæc Dominus in Evangelio, dicens: *Regina Auſtri exurget* [t] *in judicio cum generatione hac, & condemnabit eam. Venit enim a finibus terræ audire ſapientiam Salomonis. Et ecce plus quam Salomon hic.* Ideo, *plus hic*, quia ad illum una, ad iſtum omnia regna venerunt. Sicut nunc nos, [u] qui tanta cre-

a Mſ. Remigianus his interſerit, *ex carne caro eſt, quod naſcitur:* quæ ab editis omnibus omittuntur.
b Hæc vox legitur in Mſ. Remig. & recentioribus editis, non vero in antiquioribus, Lugd. Lovan. Duac. & Colon.
c Mſ. Remigianus caret hac voce, *eum.*
d Mſ. Remig. *In Martyres.*
e Editi, *angelus.*
f Apud Virgilium ——— *diviſque videbit.*
Permixtos heroas, & ipſe videbitur illis.
g Legatur cap. 52. libri decimi octavi de Civitate Dei ubi ex profeſſo differit ſanctus Auguſtinus: an impletis decem perſecutionibus, quæ præceſſerunt, nulla ſuperſit, præter eam quæ in ipſo antichriſti tempore eſt futura.
h Mſ. Remig. *quas ut procul aliis populus ſentit, nobiſque memoriæ ſuæ.*
i Mſ. Remig. *glorioſo.*
k Mſ. Remig. *qui uſus.*
l Mſ. Remig. *Advocationis gentium.*
m Editi, *a Deo.*
n Mſ. Remig. *ipſe.*
o Mſ. Remig. *Patris mei.*
p Mſ. Remig. *honorificabo, ſi quando.*
q Editi, *fiet.*
r Mſ. Remig. *Qua Reges . . . adducuntur.*
s Mſ. Remig. *portabunt.*
t Mſ. Remig. addit, *in judicio.*
u Mſ. Remig. *qui tanta credimus impleri, & cernimus & videmus.*

credidimus & credimus, hæc impleri & cernimus & vidimus. Fatetur & Sibylla, dicens:

* *Apud Auguſt. ubi ſupra.* * *Et coram hoc Domino reges ſiſtentur ad unum.*

PROMISSIO XXXVII. IMPLETA.

Jugum legis Chriſti etiam reges ſuſcepiſſe.

DAvid propheta dicit: *Nunc reges intelligite,* [a] *erudimini omnes qui judicatis terram. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Continete* [b] *diſciplinam, ne quando iraſcatur Dominus, & pereatis de via juſta.* Et iterum: *In conveniendo populos in unum,* [c] *& reges ut ſerviant Domino.* [d] Dicit & Salomon: *Diligite juſtitiam, qui judicatis terram.* Firmat hæc Dominus in Evangelio, dicens: *Tollite jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde.* Et iterum: *In qua menſura menſi fueritis, in ea remittetur vobis.* Teſtatur in hæc Jacobus apoſtolus: *Judicium,* [e] inquit, *ſine miſericordia illi qui non fecerit miſericordiam. Superexaltat enim miſericordia judicio.* Paulus etiam orandum *pro regibus* [f] cenſet, *& pro his qui in ſublimitatibus ſunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus.* Ad hæc Maro, ait:

Diſcite juſtitiam moniti, & non temnere divos.

a *Pſal.* 2. 10. &c.
b *Pſ.* 101. 23
c
d *Sap.* 1. 1.
Matt. 11. 29.
Matt. 7. 2.
Jacob. 2. 13.
e
1. *Tim.* 2. 2
f
Æneid. 6. v. 620.

PROMISSIO XXXVIII. IMPLETA.

g *De ſubverſione idolorum, atque templorum.*

IN lege ſua Dominus per Moyſem dicit: *Aras eorum ſubvertetis, & lucos eorum* [h] *ſuccidetis, & ſculptibilia eorum igni concremabitis.* Et Iſaias propheta: *Fugient omnia manufacta Ægypti.* Item ipſe: *Abſcondent deos ſuos in ſpeluncis & cavernis petrarum,* [i] *neque ibi celabunt eos.* Jeremias etiam dicit: *Dii qui cælum & terram non fecerunt, pereant* [k] *de ſub cælo & terra.* Et per Zachariam Dominus dicit: *Perdam nomina idolorum de terra.* David quoque dicit: *Omnes dii* [l] *gentium dæmonia.* Hæc Dominus in Evangelio Lucæ firmat, dicens: *Omne regnum diviſum in ſemetipſum deſolabitur.* [m] *Quod ſi & Sathanas in ſemetipſum diviſus eſt, quomodo ſtabit regnum ejus? quia dicitis in Beelzebub ejicere mea dæmonia. Quod ſi ego in Beelzebub ejicio dæmonia, filii veſtri in quo expellunt? Propterea ipſi judices erunt veſtri.* Teſtatur & Paulus dicens: *Scimus quia nihil eſt idolum* [n] *in hoc mundo, & quia nullus Deus, niſi unus.* Fatetur & * Sibylla:

Rejicient ſimulacra viri, cunctam quoque gazam.

2. Multa igitur hæc, quæ de Chriſto dicta, [o] & in Chriſto acta ſunt, nos credimus, quæ ante nos populus videns iſta credidit, quæ nos videmus impleri. Namque, ut de noſtris temporibus aliquid dicamus: Conſtantino Chriſtiano Imperatore regnante, & ſchiſma Donatianum confutatum eſt [p] ejus judicio, & Arius eſt divina auctoritate punitus. Theodoſii vero religioſi principis imperio, per Jovium & Gaudentium comites [q] templa omnia clauſa, expoliataque vana figmenta, quis noſtrum permittitur ignorare? Cui Symmachus ille, mirabili eloquio & ſcientia præditus, tamen paganus, [r] præconio laudum in conſiſtorio recitato, ſubtili arte qua valuit, aram Victoriæ in Senatu reſtitui, Chriſtiano, ut noverat, principi intimavit. Quem ſtatim a ſuis aſpectibus pulſum, in centeſimo lapide, rhedæ non ſtratæ impoſitum ea die, manere præcepit. Eutropius quoque, præpotens [f] patricius, & animo ac mente paganus, cum in contumeliam Eccleſiæ edictum obreptitie ab Arcadio Chriſtiano Imperatore exculperet; ut ſi quis ad eam confugeret, etiam ab altari ſublatus pœnas lueret ampliores; divino judicio ſuæ ſententiæ prior ipſe propinatus eſt. Offenſam quippe prædicti regis incurrens, ad ejus refugium quam oderat convolavit. Quem ſancta mater pietatis gremio ſuum excepit inimicum. Cui per venerabilem ſacerdotem Joannem impetrans veniam, [t] oſori & ſuperbo vitam contulit & ſalutem: ejus exemplo cunctos admonens inimicos, *vanum* eis *eſſe contra ſtimulum calcitrare.* Honorius etiam Theodoſii minor filius Chriſtiana religione ac devotione præditus, templa omnia cum ſuis adjacentibus ſpatiis, Eccleſiis contulit, ſimulque eorum ſimulacra confringenda in poteſtatem dedit.

3. Quæ [u] vero eodem imperante in hac Dei promiſſione acta ſint, quantum memoriam gratia divina juverit, duo vel tria loca [x] memoriter ac breviter excurram. Apud Alexandriam in templo Serapis hoc argumentum dæmonis fuit. Quadriga ferrea nulla baſi ſubfulta, nullis uncis infixis parietibus colligata, in aere pendens cunctis ſtuporem, ac velut divinum ſubſidium oculis mortalium exhibebat. Quam tamen lapis magnes, qui ferrum ſibimet [y] attributum ſuſpendit, eo loco cameræ affixus, totam illam machinam ſuſtentabat. Itaque cum quidam Dei ſervus inſpiratus intellexiſſet; magnetem lapidem ſtatim ut cameræ ſubtraxit, omne illud oſtentum cadens confractum comminutumque, oſtendit divinum non eſſe, quod mortalis homo [z] firmaverat.

4. Apud urbem Romam ſpecus quidam fuit, in quo draco miræ magnitudinis mechanicæ arte formatus, gladium ore geſtans, oculis rutilantibus, gemmis metuendus, ac terribilis apparebat. Huic annue devotæ virgines floribus exornatæ, eo modo [aa] in ſacrificio dabantur, quatenus inſciæ munera deferentes gradum ſcalæ, [bb] quo certe

p *Act.* 9. 5.
q
r
s
t
u
x
y
z
aa
bb
* *Ubi ſup.*
n
o

a Mſ. Remig. ſupplet verbum, *erudimini.*
b Mſ. Remig. *& doctrinam.*
c Editi antiquiores, *& regna.* Mſ. Remig. cum recentioribus, *& reges.*
d Mſ. Remig. *Item & Salomon.*
e Mſ. Remig. *facit . . . judicium.*
f Mſ. Remig. *cenſuit.*
g Mſ. Remig. *In ſubverſione.*
h Mſ. Remig. *ſuccendetis.*
i Hic locus Iſaiæ ſecundum verſionem 70. Interpretum ita refertur, ut pars poſterior, *neque ibi, &c.* ejuſdem verſionis ſenſum magis quam verba exprimat.
k Mſ. Remig. *de cælo.*
l Mſ. Remig. addit, *gentium.* Aberat ab editis.
m Ita Mſ. Remig. At editi, cum diſtinctione. *Etſi Sathanas.*
n Mſ. Remig. *in mundo.*
o Sic Mſ. Remig. Editi vero, *& de Chriſto.*
p Sic Mſ. Remig. At editi, *ex judicio.*
q Reſtituimus ex Mſ. Remig. Antea editi, *omnia templa expoliata, quæ vana figmenta.*
r Mſ. Remig. *præconia . . . recitans.*
f Sic Mſ. Remig. Editi, *plurimum, anima & mente.*
t Mſ. Remig. *illuſori.*
u Mſ. Remig. *viro eodem.*
x Mſ. Remig. *memorans.*
y Editiones poſteriores, *attritum.*
z Mſ. Remig. *formaverat.*
aa Colon. & recentiores edit. *in ſacrificium.*
bb Sic Mſ. & Remig. Editi, *quo tota illa diaboli arte pendebat.*

te ille arte diaboli draco pendebat, contingentes, impetus venientis gladii perimeret, ut sanguinem funderet innocentem. Et hunc quidam monachus bene ob meritum cognitus Stiliconi tunc patricio, eo modo subvertit. Baculo, manu singulos gradus palpando, inspiciens; statim
a ut illum tangens fraudem diabolicam [a] reperit; eo transgresso descendens, draconem scidit, misitque in partes; ostendens & hic deos non esse qui manu fiunt.

5. Apud Africam Carthagini Cælestis inesse ferebant templum nimis amplum, omnium deo-
b rum suorum ædibus vallatum. Cujus platea [b] lithostrata, pavimento ac pretiosis columnis & mœnibus decorata, prope in duobus fere millibus passuum protendebatur. Cum diutius clausum incuria, spinosa virgulta circumsepta obruerent, velletque populus Christianus usui veræ religionis vindicare, [c] dracones, aspidesque illic esse
c ob custodiam templi, gentilis populus clamita-
d bat. Quo magis [d] Christiani fervore succensi, ea facilitate omnia amoverunt illæsi, qua templum suo vero cælesti Regi & Domino consecrarent. Nam cum sancta Paschæ solemnis ageretur festivitas, collecta illic, & undique omni curiositate etiam adveniens multitudo Sacerdotum multorum, pater & dignæ memoriæ nominandus antistes Aurelius, cælestis jam patriæ civis, cathedram illic loco Cælestis & habuit, & sedit. Ipse tunc aderam cum sociis & amicis: atque (ut se adolescentium ætas impatiens circumquaque vertebat;) dum curiosi singula quæque pro magnitudine inspicimus, mirum quoddam & incredibile nostro se ingessit aspectui; titulus æneis grandioribusque litteris in frontispicio templi conscriptus: AURELIUS PONTIFEX DEDICAVIT. Hunc legentes populi mirabantur. Præsago tunc spiritu acta, quæ præscius Dei ordo certo isto fine concluserat. Cumque a quodam pagano falsum vaticinium, velet ejusdem Cælestis, proferretur, quod rursus & via, & templa prisco sacrorum ritui redderentur: Ille, ille, inquam, verus Deus, cujus prophetica vaticinia nesciunt omnino mentiri nec fallere, sub Constantio & Augusta Placidia, quorum nunc filius [e] Valentinianus pius & Christianus imperat, Urso insistente tribuno, omnia illa templa ad solum usque perducta, agrum reliquit in sepulturam scilicet mortuorum, ipsamque viam sine memoria sui nunc Vandalica manus evertit.

Nota tempus quo hos libros scripsit.

6. Novi quoque ipse in quadam parte Mauritaniæ provinciæ de spelæis & cavernis ita antiqua producta simulacra, quæ fuerant absconsa, ut omnis illa cum clericis in sacrilegio perjurii civitas teneretur. Quid vero per ceteras provincias in re hac actum sit, & omnibus notum est, & exitus ipsi demonstrant. Doluit hæc futura Hermes ille Trismegistus: & mœrens inter cetera scripsit, dicens: „ Tunc terra ista, san-„ ctissima sedes delubrorum atque templorum, „ mortuorum erit cadaverumque plenissima su-„ tura. At Spiritus Dei ante prædixit: spiritus etiam dæmonum confitendo tacere nequiverunt, & maxime qui ipsi dixerant Domino: *Quid venisti ante tempus* [f] *perdere nos*: Hic tanta deorum illa turba certorum atque incertorum quos Varro prodit: illi etiam proceres & electi dii cum ipso rege suo Jove fulmina vibrante consilio potentiaque (ut eorum cultores ferunt) metuendi, armisque terribiles, hic hic aliquid, si non pro mundo, saltem pro se [g] oportebat agere, ne scilicet unus eos perderet Crucifixus. Periisse vero & nos novimus, & David propheta confirmat dicens: *Periit memoria eorum cum strepitu, & Dominus in æternum manet.* f *Marc.1.24* g *Psal.9.8.*

PROMISSIO XXXIX. IMPLETA.

Reges, mediocres, [h] *& pauperes ad unam Christi mensam pariter conventuros.* h

ISaias propheta: *Tunc*, ait, *una pascent simul lupus cum agno, & pardus acquiescet hœdo, & bos & leo & agnus simul manducabunt paleas, & puer pusillus pascet eos.* Et David dicit: *Quoniam ecce reges terræ collecti sunt & convenerunt in unum, ipsi videntes ita admirati sunt.* Item ipse: *Quis est*, ait, *qualis Dominus Deus noster, qui in altis habitat, & humilia respicit? Qui erigit a terra inopem, & de stercore exaltat pauperem. Ut collocet eum cum principibus, eum principibus populi sui?* Dicit & Salomon: *Pusillum & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi pro omnibus.* Et iterum: *Sapientia*, ait, *fabricavit sibi domum & subdidit columnas septem, mactavit* [i] *suas hostias, miscuit in cratere vinum suum, & paravit suam mensam, misit servos suos convocans & dicens; Venite, edite de meis panibus, & bibite vinum quod miscui vobis.* Firmat hæc Dominus in Evangelio, in cœna illa quam dives ipse magnus paravit filio suo. *Misit*, ait, *servos, ut venirent invitati, & excusaverunt hoc modo. Unus dixit: Villam emi, eo* [k] *videre illam, habe me excusatum. Alius dixit; Quinque juga boum emi. Alius dixit; Uxorem duxi.* In his tribus excusationibus *concupiscentia carnis* est, *& concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi*: quibus detenti Judæi, vocati ad cœnam Christi venire noluerunt. *Ite*, ait pater familias, *circa plateas & vicos, & quos inveneritis adducite.* Ex his adductæ sunt gentes. *Adhuc*, inquit, *locus vacuus est. Ite*, ait, *circa sepes ac vias, & quos inveneritis, cogite intrare.* Et ex his divites, reges, & quosdam hæreticos (quos habet extra ovile suum) coactos [l] adducit ille qui dicit: *Nemo venit ad me nisi Pater qui misit me, traxerit eum.* Etiam venientibus dicit: *Qui manducat carnem meam & bibit sanguinem meum, habet vitam æternam, & ego suscitabo illum in novissimo die.* Qui vero isti sunt, Paulus apostolus ostendit: *Non est*, inquit, *Judæus neque Græcus, non est servus, neque liber, non est masculus & femina. Omnes enim vos unum estis in Christo Jesu.* Huic etiam capitulo, quæ supra posuimus, verba Sibyllæ conveniunt dicentis.

i *Isa.11.6.* *Psal.47 5 & 6.* *Pf. 112.5. & seq.* *Sap. 6. 8.* *Prov. 9. 1. & seqq.* *Luc.14.16 & seqq.* *1.Joan. 2. 16.* *Mat.22.9.* *Luc.14.22 23.* *Joan.6.44. Ibid. ℣ 55.* *Gal.3.28.*

[m] *Dejiciet colles, valles extollet ab imo.*
Non erit in rebus hominum sublime, vel altum.

Cui consonans Maro dicit:

Nec magnos metuent armenta leones.

m *Apud Augustin. ubi supra.* *Ecloga 4. v. 22.*

PRO-

a Editi, *respexit.*
b Mſ. Remig. *lithostrato pavimento.*
c Mſ. Remig. *draconem . . . ad custodiam:*
d Mſ. Remig. *Christiano . . . templum suum.*
e Emendamus ex Mſ. Remig. Antea legebatur, *Valentinus* in omnibus editis.
f Mſ. Remig. *torquere nos.*
g Mſ. Remig. *agerent.*
h Mſ. Remig. addit, *& pauperes.*
i Mſ. Remig. *suis hostias.*
k Mſ. Remig. *& ideo non possum venire, & alius.*
l Mſ. Remig. *adducet.*
m Apud Augustinum, & in Mſ. Remig. *dejiciet.* In editis vero, *dejecit.*

PROMISSIO XL. IMPLETA.

Quod cum omnes crediderint gentes, veniet finis.

a *Sophon. 2. 11.* *Malac. 1. 11.* a Isaias Propheta: *Adorabunt*, inquit, *eum de locis suis omnes insulæ gentium*. Et per Malachiam prophetam. *A solis ortu usque ad occasum, clarum erit nomen meum in gentibus, dicit Dominus*. b *Et sacrificium mundum inferetur nomini meo in omni loco*. Item Isaias; *Quia repleta est terra ut cognoscat Deum, quasi aqua multa tegens mare*. Firmat hæc Dominus in Evangelio Matthæi, dicens; *Et prædicabitur Evangelium hoc in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet finis*. De fine mundi per Aggeum Prophetam hæc signa data sunt; c *Ecce ego, dicit Dominus, Jemel adhuc commovebo cælum ac terram, & ponam orbem terræ desertum, & civitates ita ut non habitentur*. Et Habacuc dicit: *Consummatio in impios veniet*. Et iterum: *Ficus*, ait, d *non dabunt fructum suum, & non erunt nascentia in vineis. Mentietur opus olivæ & campi non adferent escas. Deficient ab esca oves, non erunt in præsepibus boves. Ego autem*, ait, *exultabo in Domino*. Ipsi quoque sapientes mundi in hæc attestati sunt, ut „ est illud Sallustii: „ Necesse est ut omnia or- *Sallustius Præfat. in bellum Jugurt. circa initium.* „ ta occidant, & aucta senescant. Accademici „ etiam novi, omnia vergentia e in interitum „ incerta esse putaverunt. Et Plato: Si initium „ mundo dedit, dedit & finem. Unde f & alius „ dicit: g Quid est hoc? istud in quo est aliquid „ extremum. „ Quæ Dominus ipse rerum omnium dans signa confirmat; *Cum videritis*, h ait, *hæc omnia fieri, scitote quoniam in proximo est finis*. Dicit & Joannes apostolus; *Mundus transibit & concupiscentia ejus*. Extrema autem futura, dimidium temporis quod subsequitur, i adnexis capitulis demonstrabit: ut hoc tertium tempus, tamquam tertium diem, ex quatuor Evangelistis, velut cardinibus mundi, surgentem, orientali radio migrante Joanne Evangelista, Matthæo, Marco, Luca, tribus in partibus constitutis, & in duodenario k discipulorum horarum numero, vesperum quo passus est Dominus, concludamus. Ut ipse dies qui a mortuis resurrexit, cum æternus venerit in majestate, æternos nos faciat secum l vivere, semperque Deum donet sine fine laudare.

c *Agg. 2. 7. sec. LXX. Isa. 13. 9.* d *Habac. 1. 9 sec. LXX. Habac. 13. 17. & seq.* e *Matt. 24. 33.* f *1. Joan. 2. 17.* g h i k l

a Si auctor ipse citavit Isaiam, lapsus memoriæ est. Ipsa verba sunt Sophoniæ 2. ℣. 11. secundum LXX.

b Mss. Remig. *& David sacrificium*.

c Mss. Remig. *Zachariam*. At vero prima pars, *Ecce ego . . . terram*, verba continet Aggæi 2. 11. juxta LXX. Secunda pars, *& ponam, &c.* est Isaiæ 13. 9.

d Sic Mss. Remig. Editi, *non dabit . . . nascentia in eis*.

e Forte Ciceronem loquitur, qui lib. de senectute n. 69. ait, *Quid est in hominis vita diu . . . sed mihi ne diuturnum quidem quidquam videtur, in quo est aliquid extremum*.

f Hæc duo verba, *in interitum*, absunt ab editionibus antiquis, nec legimus in Mss. Remig. habentur autem in recentioribus, nec male: optandum tamen ut alicujus codices antiquioris auctoritate fulciantur.

g Mss. Remig. *& Tullius*.

h Ita legitur in Mss. Remig. In editis omittuntur hæc duo, *ait . . . fieri*.

i Editi, *connexit*.

k Mss. Remig. addit hic, *etiam*.

l Mss. Remig. *invenire*, forte, *inveniri*.

Finis tertiæ partis, de tempore sub gratia.

a DIMIDIUM TEMPORIS,

AD CUJUS FINEM IMPLENDÆ SUNT VISIONES

in Scripturis sanctis factæ de Antichristo.

PROLOGUS.

b IN hoc dimidium temporis, finem mundi, & signa quæ b futura sunt, ipsiusque Antichristi facta, superbiam ejus, brevisque temporis potestatem, Domino donante, & operante ejus gratia, adscriptis capitulis ex divinis testimoniis probanda suscepimus, ostendentes sane prius ac demonstrantes quid fuerit qui nunc diabolus dicitur, qualisve ab auctore bonorum omnium formatus sit, tum etiam lapsus ejus ruinam & finem, ex omni prophetiæ c vel novi Testamenti auctoritate breviter c intimabo: ne sint fastidio, si cuncta fuerint huic operi ascripta.

DIMIDII TEMPORIS CAPITA:

1. PRÆD. *De angelo per superbiam effecto diabolo.*
2. PRÆD. *De elatione ejus.*
3. PRÆD. *De præcipitio ejus, & aerio carcere.*
4. PRÆD. *De diabolo ligato, & misso in abyssum.*
5. PRÆD. *De mysteriis iniquitatis, quæ diabolus agit per suos.*
6. PRÆD. *De signis Antichristi.*
7. PRÆD. *De muliere, & bestia qua portatur.*
8. PRÆD. *De decem regibus.*
9. PRÆD. *De moribus Antichristi.*
10. PRÆD. *De persecutionibus ejus.*
11. PRÆD. *De superbia Antichristi.*
12. PRÆD. *De Antichristo convincendo, quod Christus non sit.*
13. PRÆD. *De missione Eliæ & Enoch.*
14. PRÆD. *De vestimento Christi.*
15. PRÆD. *De passione Eliæ & Enoch.*
16. PROM. *De eorum resurrectione.*
17. PRÆD. *De adventu Filii Dei & hominis.*
18. PROM. *De resurrectione carnis.*
19. PROM. *De judicio Christi Domini.*
20. PROM. *De igni purificatorio.*

DI-

a In Mss. Remig. sequens opus sic summatur. *Incipit sub gratia dimidium temporis. in signis Antichristi.*

b Mss. Remig. *ventura sunt*.

c Mss. Remig. *intimanda*.

DIMIDIUM TEMPORIS.

CAPUT PRIMUM.

Quomodo creatus est angelus, qui per superbiam diabolus factus est.

a [a] Prædictio impleta.

Ezech. 28. 12. *&c.* PEr Exechielem dicit de eo Dominus: *Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia & perfectus decore, in paradiso Dei tui fuisti. Omnis lapis pretiosus operimentum tuum, in medio lapidum igneorum ambulasti, perfectus in viis tuis a die conditionis tuæ, donec inventa est iniquitas tua.* Et Isaias: *Quomodo*, ait, *cecidit Lucifer, qui mane oriebatur?* Firmat. hæc Dominus in Evangelio: *Vos*, ait Judeis, *a patre diabolo estis. Ille enim homicida fuit ab initio, & in veritate non stetit.* In veritate [b] factus est in qua non stetit: quia subditus Creatori esse noluit, cujus potentiam nec malus evasit.

Isa. 14. 12.

Joan. 8. 44.

b

CAPUT II.

Qua elatione ceciderit diabolus.

Prædictio impleta.

c *Isa.* 14. 13. & 14. ISaias propheta de eo: [c] *Dicebas* ait, *in corde tuo; In cælum adscendam super astra Dei, exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti in lateribus aquilonis. Ascendam super altitudinem nubium, & ero similis Altissimo.* Et [d] in Ezechiele: *Levatum est*, ait, *cor tuum in decore tuo, perdidisti* [e] *omnem sapientiam.* [f] Firmat hæc Dominus in Evangelio: *Nunc*, ait, *judicium est mundi, nunc princeps hujus mundi missus est deorsum.* Testatur & Petrus apostolus in epistola sua ad gentes: *Deus enim*, ait, *angelis peccantibus non pepercit.* Parcit tamen peccantibus hominibus: quia homo diabolo seducente peccavit, ille vero seipsum peccando seduxit.

d *Ezech.* 28. 17.

e

f *Joan.* 12. 13.

2. Petr. 2. 4.

CAPUT III.

Quo fuerit præcipitatus diabolus.

g Prædictio impleta. [g]

Isa. 14. 15. *Ibid.* ℣. 19 ISaias propheta: *Veruntamen*, ait, *in infernum demergeris, in profundum laci.* Et paulò post: *Tu autem projectus es de sepulcro tuo, quasi stirps inutilis.* [h] Et per Ezechielem Dominus de eo: *In terram projeci te, ante faciem regum dedi te, ut cernerent te, & multitudinem iniquitatum tuarum. Et iniquitate negotiationis tuæ perdidisti sanctificationem tuam.* Firmat hæc Dominus in Evangelio dicens: *Videbam Sathanam sicut fulgur de cælo cadentem.* Tunc enim amplius cecidit, quando se ab eo Jesus [i] tentari permisit, ostendens nequitias seductionis ejus, & docens suos quemadmodum debeant resistere tentatori. Dicit & Petrus apostolus: *Carceribus caliginis inferi retrudens, tradidit in judicio puniendos servari.* Et in Apocalypsi Joannis dicitur: *Missus est draco ille magnus, ille serpens antiquus qui vocatur diabolus & Sathanas, qui seducit totum orbem terræ: & præcipitatus est in terram, & angeli ejus cum eo missi sunt*, ruinosam ejus superbiam sequentes. *Væ* dictum est *terræ & mari: quoniam descendit diabolus ad vos, iram magnam habens, sciens quia breve tempus habet in* [k] *negotiatione seductionis suæ.* Quæ egerit decipiendo [l] elatos & cupidos, superiores partes hujus libri continent. Nunc vero in brevi, id est in fine temporis, quæ futuræ sint ejus fallaciæ, signis, ut dictum est, præcurrentibus exsequamur.

h *Ezech.* 28. 17. & 18.

Luc. 10. 18

i

Matt. 4. 1.

1. Pet. 2. 4.

Apoc. 12. 9 & *seqq.*

Ibid. ℣. 12.

k

l

CAPUT IV.

De diabolo ligato, & misso in abyssum.

Prædictio impleta. [m] m

DAvid propheta dicit: *Draconem quem finxisti ad illudendum ei.* Et iterum: *Tu contrivisti capita draconum super aquas, tu confregisti caput draconis magni, & dedisti eum in escam populis Æthiopibus.* Et in libro Job dicitur: *Hoc est initium figmenti Domini, quod fecit ut illudatur ab angelis ejus.* Firmat hæc [n] Evangelista dicens: *Rogabant Jesum dæmonia, ne eos mitteret in abyssum.* Et alibi dixit Jesus discipulis suis: *Ecce dedi vobis potestatem calcandi serpentes & scorpiones, & [o] non vobis nocebunt.* Item Dominus: *Nemo*, ait, *intrat in domum fortis, ut vasa domus ejus diripiat, nisi prius alligaverit fortem.* Super hæc testatur Apocalypsis Joannis: *Vidi*, ait, *angelum descendentem de cælo habentem* [p] *catenam magnam in manu sua: & apprehendit draconem illum magnum, illum serpentem antiquum, qui vocatur diabolus & Sathanas, & alligavit eum mille annis, & misit in abyssum. Et clausit, & signavit super eum, ne ultra seduceret nationes, donec finiantur mille anni: post hæc oportet eum solvi in brevi tempore.* Hic expositum quod in eodem libro [q] dictum est Gog, & Magog, verba Hebræa, (quæ Latine Tectum & Detectum dicuntur:) ut sic accipiamus Tectum, quod in abyssum missus sit diabolus clausam signatamque super eum: Detectum vero, *quia oportet eum solvi* & produci *in brevi tempore.*

Psal. 103. 26

Psal. 73. 13. & 14.

Job 40. 14.

n *Luc.* 8. 31.

Luc. 10. 19

o

Matt. 12. 19.

Apoc. 20. 1 & *seq.*

p

q *Ibid.* ℣. 7.

2. Mille vero anni, aut a parte totum accipiendi sunt, (ut Petrus dicit apostolus: *Unus dies enim Domino, sicut mille anni, & mille anni, sicut dies unus;*) aut *ab exitu sermonis*, quando a Daniele *septuaginta hebdomadæ* taxatæ sunt futuræ *usque ad Christum ducem.* Nam tunc esse bellum factum, ut Michael & angeli ejus pugnarent cum dracone, & Danieli angelus ostendit dicens, missum se esse ut pugnaret cum principe regni Persarum: *Et non est*, ait, *qui me adjuvet, nisi Michael princeps vester.* In quo bel-

2. Petr. 3. 8

Dan. 9. 25.

a In Mſ. Remig. *Prædictio impleta, qua creatus est*, & ut in editis: & ita in ceteris capitibus tituli disponuntur.

b Mſ. Remig. addit hic, *a veritate.*

c Ita Mſ. Remig. At editi, *Dicebat . . . suo.*

d Mſ. Remig. & *Ezechiel.*

e Mſ. Remig. *sapientiam tuam:*

f Hæc verba: *Firmat hæc Dominus in Evangelio*, quæ exciderant ab editis, restituimus ope Mſ. Remig.

g Mſ. Remig. subjungit his, *credita tantum.*

h Mſ. Remig. addit hæc, *pollutus & obvolutus*, nec plura loci prophetici.

i Editi omnes, *tentare*: at errore manifesto: cui emendando non succurrit Mſ. Remig.

k Mſ. Remig. *in negotiatione sua.*

l Mſ. Remig. *elatus & cupidus.*

m Mſ. Remig. addit hic, *credita tantum*: omittitque hæc: & *mysso in abyssum.*

n Mſ. Remig. addit hic, *Joannes.* At quæ hic citantur, leguntur in Luca, nullibi in Joanne.

o Mſ. Remig. *non vos.*

p Emendamus ex Mſ. Remig. Editi, *cathedram.*

q Mſ. Remig. *scriptum est.*

lo diabolus victus, [a] præcipitatus & vinctus est, [b] sicut eidem prophetæ in initio, ita Joanni in fine temporis ostensum est. Ut illi quadringenti nonaginta anni, & isti qui excurrunt ab adventu Salvatoris, usque in [c] solutionem ejusdem diaboli, [d] concludant mille annos, in quibus ligatus est diabolus, ne ultra seduceret nationes, quas antea possederat in idololatriis. „ Quanta autem virtute, ut ait beatæ memoriæ Augustinus, pollebunt tunc sancti, qui luctaturi sunt cum diabolo soluto, cum quo ligato tantis periculis dimicatur? „ *Jam enim*, ut Paulus dicit, *mysterium iniquitatis operatur*. Sed quæ sint ejus mysteria, juvante Domino, subter adnexis capitulis continebitur.

De civit. Dei l. 20. c. 7. n. 2. 2. Thess. 2. 7.

CAPUT V.

[e] *Quomodo per omnes suos diabolus mysteria iniquitatis operatur.*

Prædictio impleta.

Apoc. 19. 20. APocalypsis Joannis dicit: *Apprehensa est bestia, cum illo pseudo-propheta qui fecerat signa, quibus signis seduxit eos, qui acceperunt scriptionem bestiæ in fronte & in manu sua.* Inscriptio in fronte & in manu hæc est, non tantum diaboli facta imitari, quantum & gloriari in ejus malis operibus, ut sub figura Christi, Antichristi facta exerceant. Quos etiam Dominus Jesus in Evangelio testatus est, dicens: *Multi venient in nomine meo dicentes: Ego sum Christus, & multos seducent, nolite ire post eos.* Et apostolus Joannes: *Audistis*, ait, *quia Antichristus venit: nunc multi Antichristi facti sunt.* Et qui isti sint ostendit. *Ex nobis*, inquit, *exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, mansissent utique nobiscum.* Hæreticos omnes ostendit, & maxime Arianos, quos nunc videmus multos seducere, aut potentia temporali, aut industria [f] mali ingenii, aut certe abstinentia parcitatis, vel quorumlibet signorum deceptione, dicente Apostolo: *Ipse enim Sathanas transfigurat se velut angelum lucis. Non ergo magnum, si ministri ejus transfigurantur, sicut ministri justitiæ: quorum finis secundum operationem ipsorum:* cum eis dixerit Dominus jactantibus se in mirabilibus: *Non novi vos. Discedite a me omnes qui operati estis iniquitatem.* [g] Iniquitas enim est scindere unitatem, tamquam [h] vestem Christi, tamquam retia piscantium apostolorum lacerantes. A quorum consortio alieni inveniuntur omnes hæretici, qui relicta pace communionis & panis unius [i] Dei & apostolorum, in suis non Ecclesiis, sed plateis prædicant, & eorum memoriis non communicant, separati a toto Catholicum sibi nomen adsciscunt: cum in ipsa Jerusalem Jacobus & Stephanus primus martyr, Joannes apud Ephesum, Andreas & ceteri per totam Asiam, Petrus & Paulus apostoli in urbe Roma gentium Ecclesiam (in qua Christi Domini doctrinam erudierunt) pecatam unamque posteris tradentes, sanguine, memoriisque suis ex dominica Passione sacrarunt. Huic generali Ecclesiæ communicans Christianus, est [k] Catholicus. Ab hac segregatur hæreticus est, & Antichristus: qui cum palam manifestatur fuerit, ampliora signa eum esse facturum, sequentia demonstrabunt.

Apoc. 19. 20. Apoc. 14. 9. Marc. 13. 6. 1. Joan. 2. 18. Ibid. v. 19. 2. Cor. 11. 14. & 15. Matt. 7. 23. Psal. 6. 9. f g h i k

CAPUT VI.

De signis Antichristi.

Prædictio impleta. [l]

1 IN libro Job de Antichristo dicitur: *Virtus ejus in lumbis est, & potentia ejus super umbilicum ventris.* Et iterum: *Non est*, ait, *super terram potestas quæ comparetur ei qui sic factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt, ipse est rex super universos filios superbiæ.* Dicit & Paulus apostolus: *Secundum operationem Sathanæ in omni virtute, signis & prodigiis mendacii, & in omni seductione iniquitatis his qui pereunt.* Et Dominus in Evangelio. *Exurgent*, inquit, *pseudochristi: & pseudoprophetæ, & dabunt signa magna, & prodigia, in quibus seducantur, si dici potest, etiam ipsi electi. Ecce*, ait, *prædixi vobis.* Quamquam apostolus Paulus aliquos tacite memoret *cauteriatam habentes conscientiam* alios aperte, ut Hymenæum & Philetum, Demam, Hermogenem, & Alexandrum ærarium, quorum errores, doctrinasque varias & multa mala commemorat. Nec defuturos post suum abscessum lupos graves, ipsumque qui *etiam nunc operatur in filiis diffidentiæ*, ipse testatur.

Job. 40. 1. Job. 41. 24. & 25. 2. Thess. 2. 9. & 10. Matt. 24. 24. & 25. 1. Tim. 4. 2 2. Tim. 2. 17. cap. 4. 9. c. 1. 15. & c. 4. 14. Act. 20. 29. Ephes. 2. 2. l

2. Nostris quoque temporibus [m] Aspero VI. Cos. Carthagini constituto, hoc signum diabolicum monstrosumque, quod illic accidit, quis illius patriæ civis ignorat? Quædam juvencula Araba natione, ancillæ Dei habitum gestans, [n] cum in balneo lavans simulacrum quoddam Veneris impudice respiceret & seipsam, eique se consimilans, domicilium se diabolo præbuit. Statim ille leo qui rugiens circuit, quem quærerebat, invenit. Meatus igitur gutturis ipsius occupans, nullum cibum, nullumque potum trajiciens per septuaginta ferme dies totidemque noctes, jejunium sibi diabolus ex [o] capato possessoque vase exhibuit. Hoc monstrum pa-

1. Petr. 5. 8 *Nota jejunium præstigiosum.* m n o

a Ita legimus in Mf. Remig. quæ lectio textui sacro superius allato conformior nobis visa est, quam quod Editi habebant, *victus est & principatus ejus.*

b Mf. Remig. *sicut prophetæ initio.*

c Editi antiquiores uno consensu, *solicitudinem.* Mf. Remig. & recentiores, *solutionem.* Et quidem melius: cum hoc referatur ad id quod legitur supra ex Apocalypsis, cap. 20. 3. *Post hæc oportet eum solvi in brevi tempore.*

d Mf. Remig. *concluduntur mille anni . . . antea deceperat.*

e Mf. Remig. *Promissio impleta, qua per omnes suos diabolus mysteria operatur: a nobis credita & visa.*

f Recentiores, *mala.* Veteres, *mali.* Mf. Remig. *mali ingenii.*

g Hæc verba, *Iniquitas enim est scindere unitatem*, supplemus ex Mf. Remig. Aberant ab editis omnibus.

h In editione Lugdunensi hoc in margine notatum legitur: *Vestem supra posuit pro Ecclesia, ut hic: retia vero hic μεταφορικῶς, pro doctrina Evangelica ponit, qua homines veluti piscantur apostoli.*

i Mf. Remig. *dicta apostolorum.*

k Mf. Remig. *& Catholicus.*

l Mf. Remigianus *Signorum Antichristi, nobis credita & visa.*

m Ex hoc textu, quo designatur factum Aspare VI. Consule Carthagini constituto accidisse, pronum est credere Aspari sexies Consulatum obtigisse: quod tamen fastis Consularibus repugnare contendit vir doctissimus. Unde merito suspicatur legendum potius V. C. *Viro Clarissimo*, aut V. I. Cons. *Viro Illustri Consule*, quod in annum cadet 434. Quamquam ægre concedi posse putet tunc temporis fuisse Asparem Carthagini.

n Mf. Remig. *quæ cum in balneo lavans, simulacrum quoddam Veneris in puero respiciens . . . ut domicilium se diabolo præbuit, statim ille*, &c.

o Edit. Lugd. Lovan. Duac. & Colon. *ex capta possessoque vase.* Recentiores, *ex capto.* Mf. Remig. *ex appetito possessoque.*

parentes puellæ per tot dierum ſpatia auferri poſſe ſperantes, dum juge malum ulterius tolerare non poſſent, ſimul cum filia ſeſe ingeſſerunt ſacerdoti; quæ acta erant fideliter intimantes. Hoc tantum puella fatebatur, avem quamdam noctis medio apparere, quæ ſibi ore neſcio quid infunderet. Stupor tunc inerat cunctis videre puellam nullis indiciis [a] diuturni jejunii fœdatam, nullo pallore ſeu tabe, vel debilitate confectam: quin potius robuſtam ſucco viſcerum, mole membrorum. Cumque incredibilia viderentur quæ dicebantur, habito conſilio, in monaſterio puellarum, in quo reliquiæ ſancti Stephani ſit ſunt, ſacerdos puellam [b] ſimul & præpoſito commendavit. Illic prima tantum die apparuiſſe illam avem adſervit, ſibique increpaſſe quod neque fame neque ſiti compulſa illum appeteret locum, quo ſibi accedere non liceret. Per duas ſane hebdomadas nihil cibi vel poculi ſumens in monaſterio manſit.

3. Accidit autem ut quintus decimus dominicus illuceceret dies. Adſcendente nobiſcum ſacerdote, ut matutinum illic ſacrificium ſolito offerretur; puellam præpoſitus ad altare perduxit, eo inceſſu & habitu quo ſolent rubore perfuſæ ex epulis poculiſque mulieres advenire. Sed ut ſe illa proſtravit altari, clamore fletus ſui cunctis adſtantibus gemitus lacrymaſque [c] induxit, quibus tantum malum auferendum præſens plebs Dominum exorabat. Erat enim jam indecens murmur in populo. Peracto itaque ſacrificio, cum eadem inter ceteras brevem particulam Corporis Domini tinctam a ſacerdote perciperet, ſemihora mandens trajicere non valuit, nondum illo fugato, de quo dicit apoſtolus: *Quæ conſonantia Chriſti ad Belial?* Et iterum: *Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non poteſtis menſæ Domini participare, & menſæ dæmoniorum.* Manu igitur faciem ejus ſuſtentante ſacerdote, ne ſanctum projiceret, a quodam diacono ſuggeſtum eſt, ut calicem ſalutarem gutturi ejus pontifex applicaret. Quod ut factum eſt, ſtatim ut locum illum quem diabolus obſederat, Salvatoris imperio reliquit, Sacramentum quod ore geſtebat cum laude Redemtoris tranſglutiſſe puella clamavit. Hinc lætitia, hinc voces in gloriam Dei, quod poſt [d] octoginta & quinque dies, diabolo expulſo, puella de poteſtate fuerit eruta inimici. Oblatio itaque rurſum gratiarum actionis pro ea fit, Sacrificiique percipiens certam partem, priſco eſt reddita uſui. Tunc etiam dum hæc aguntur, Spiritu divino actus diaconus ejuſdem tituli ſtatuam illam ſublatam confregit in pulverem, omnemque inſidiantis aſtutiam ſuperavit divina Majeſtas.

4. Novimus etiam adveniſſe illuc quemdam ſub ſpecie monachi, qui quædam ſigna curationum ſe operati fatebatur. Cumque circa cæcos & claudos phantaſticos quoſdam ageret luſus, eoſque oleo, neſcio cujus mortui [e] oſſe infuſo, liniret; ut ſibi viſus greſſuſque redditos æſtimabant, [f] diſcedentes in illis quibus antea tenebantur infirmitatibus *S. Proſperi*.

permanebant. Sed in his proditum ſeſe cognoſcens ſeductor ille, aufugit.

5. In Aſia vero ſive ipſum, ſive alium talia feciſſe, quidam Chriſtianus religioſus [g] & nobili enarravit. In Italia quoque, nobis apud Campaniam conſtitutis, dum venerabilis, & Apoſtolico honore nominandus Papa Leo Manichæos ſubverteret, & contereret Pelagianos, & maxime Julianum: ambiens tum quidam Florus nomine, ſpiritu ſeductionis arreptus, virtutem & meritum ſibi ſancti Soſii martyris aſſignans, cum haud procul a Neapolitana civitate in ſubverſionem animarum quædam promitteret faceretque illicita, a germano venerabilis Noſtriani epiſcopi, & Herio preſbytero, ſimul cum clericis prædictæ Eccleſiæ detentus & coercitus, [h] ſic a præfatæ provinciæ [i] liminibus pulſus eſt. Multa ſane per diverſas terras agit ille, qui ſuæ perditionis ſocios quærit. Ideoque pauca ipſius in hoc opere intimanda credidi, ut qui poſt nos futuri ſunt, legendo cognoſcant, qua cautela, Deo juvante, ſuperare valeant inimicum.

CAPUT VII.

De muliere, & beſtia a qua portatur.

Prædictio implenda.

IN Apocalypſi Joannes apoſtolus dicit: *Venit unus ex ſeptem angelis ſanctis, & locutus eſt mecum, dicens: Veni, oſtendam tibi judicium meretricis magnæ ſedentis ſuper aquas multas. Et duxit me in ſpiritu, & vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam habentem capita ſeptem & cornua decem, ferentem poculum in manu ſua, plenum execrationibus immunditiæ & fornicatione totius terræ.* Et paulo poſt: *Vidi mulierem illam ebriam ſanctorum ſanguine, & ſanguine Martyrum Chriſti Jeſu.* Hæc eſt [k] Babylon illa magna per mundum expolianda trophæis: ejuſque filia eſt miſera, quæcumque facta ejus & ſuperbiam imitatur. Nec eam uno in loco exiſtimes civitatem, quæ tota eſt ſparſa in orbe. De qua dicit & propheta David: *Filia Babylonis miſera, beatus*, ait, *qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis.* Et in Apocalypſi Joannis dicitur: *Reddite ei ſicut & ipſa reddidit vobis: in poculo, quo miſcuit vobis, miſcete ei duplum. Et in quantum ſe clarificavit & [l] poteſtatis habuit, in tantum date ei cruciatus, & luctus. Quia dicit: Sedeo regina, & vidua non ſum, nec luctus viſura ſum. Ideoque una hora plagæ ejus advenerunt, mors, fames, & luctus.* [m] *Et ipſa igni cremabitur, quoniam fortis eſt Dominus qui eam judicabit.*

Apoc. 17. 1. &c.

Ibid. v. 6.

Pſ. 136. 8.

Apoc. 18. 6 & ſeqq.

2. Quis autem non intelligat, quam dicat ferentem poculum plenum execrationibus immunditiæ, & [n] fornicationis totius terræ? Æterna cum [o] dicitur quæ temporalis eſt, utique nomen eſt blaſphemiæ: cum mortales licet reges, [p] in ea dicantur Divi, eiſque ſupplices dicunt, Numini ve-

2. Cor. 6. 15. 1. Cor. 10. 20. & 21.

a Mſ. Remig. *diuturno jejunio.*
b Supplendam hic credimus vocem, *incluſit*, aut aliquam ejuſdem ſenſus.
c M. Remig. *indixit.*
d Hunc numerum deſignat Mſ Remig. qui ex ſeptuaginta & quindecim diebus jejunii puellæ illius ſupra notatis exurgit: Editi omnes, *Octoginta & duos*, nec difficile fuit LXXXII. ex LXXXV. fieri a Librariis.
e Sic Mſ. Remi. Editi, *oſſis liniret.*
f Mſ. Remig. *diſcedentibus illis.*
g Sic Mſ. Remig. Editi, *& nobis.*
h Mſ. Remig. *coercitus digne.*
i M. Remig. *hominibus.*
k Editi antiquiores, & Mſ. Remig. *Babylonia*: recentiores, *Babylon.*
l Mſ. Remig. *poteſtates . . . luctum.*
m Mſ. Remig. *Et ipſam igni cremabunt . . . qui eam judicavit.*
n Mſ. Remig. *fornicatione.*
o Mſ. Remig. *diceretur.*
p Mſ. Remig. *in hoc dicuntur.*

vestro, altaribus vestris, perennitati vestræ, & cetera: quæ vanitas, non veritas [a] tradit, atque
a execrabilia sunt. Hæc enim æterno Deo debentur. Sane in sacris sacrilegis, & mollibus tunc sacerdo-
b tibus, ad fornicationem idololatriæ omnes gentes
Ps.72. 27. invitans, seipsam in subditis contaminavit. De quibus sacer insonat Psalmus: *Perdidisti omnes qui fornicantur abs te.* Verumtamen quia sunt in ea
Ibid.¥.28. cives supernæ patriæ Jerusalem, qui dicunt: *Mi-*
Apoc.18.1 *hi autem adjungi Deo bonum est:* dicitur eis; *Exi de ea populus meus, ne particeps sis delictorum ejus, & ne perstringaris plagis ejus.* Exeunt enim
b hi qui non [b] fastus ejus, sed humilem viam Christum sequuntur: qui non rapinam, sed misericor-
Hebr. 12. 14. diam diligunt, qui *pacem & sanctificationem* cu-
Ezech.9.4. stodiunt, *sine qua nemo poterit videre Deum*, qui gemunt, & dolent ob iniquitates quæ fiunt in medio eorum, nec sunt jugum ducentes cum infide-
2.Cor. 6. 14. libus. Quos etiam Dominus in Evangelio, suo exhortatur alloquio, dicens inter cetera: *Beati*
Matt. 5.4. & seq. *mites, quia ipsi possidebunt terram. Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Beati pacifici, quia ipsi filii Dei vocabuntur. Beati lugentes, quia ipsi consolabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum.* Testatur &
2.Thess.2. 7. &c. Paulus, dicens: *Tantum qui modo tenet, teneat:*
Isa.11.4. *donec de medio fiat: & tunc revelabitur iniquus, quem Dominus Jesus interficiet spiritu oris sui, & evacuabit in illuminatione præsentiæ suæ.*

CAPUT VIII.

De decem regibus, quos Antichristus inveniet.

Promissio [c] implenda.

Apoc.17.7 & 8. 1 IN Apocalypsi Joannes, *Dixit*, ait, *mihi Angelus: Propter quid admiratus es? Ego dicam tibi sacramentum hujus mulieris, & bestiæ qua portatur. Bestia quam vidisti, fuit, & non est; sed ascensura est ex abyssо & iura in interi-*
Ibid. ¥.9. & seq. *tum. Illa septem capita ejus, septem montes sunt, supra quos mulier sedit; & reges septem sunt; unde quinque ceciderunt, unus superest, alius nondum venit, & cum venerit, oportet* [d] *brevi tempore illum manere. Bestia quæ fuit & non est, & ipsa octavo loco est, cum sit ex septem, & in*
d *perditionem ibit. Et decem cornua quæ vidisti, decem reges sunt: hi regnum nondum acceperunt, sed potestatem regni una hora accipient post bestiam.* Hoc a Daniele ostensum est, bestia quar-
Dan.7.7. ta, quæ grandior omnibus bestiis fuit, tot cornua habens.

2. Sed quod ibi dicit, cornu minus surrexisse, [e] & tria cornia exclusisse ante se, hic septem re-
e ges nominat, illis tribus expulsis: ipsum autem
Ibid. ¥.8. octavum Antichristum esse, cum sit ex septem. Ergo, in quantum datur existimatio, aut priores reges memorat, qui truculentiores fuerunt [f] in
f religionem Christianam; aut ex decem, tribus extinctis, septem futuros, qui & ipsi sæviant in Ecclesiam. Omnes sane hæreticos Arianos vult intelligi, cum dicit; *Hi adversus Agnum pugna-*
Ibid.¥.14. *bunt, & Agnus vincet eos.* Pugnant enim exsuf-

a Editio Lugd. *tradidit, atque*. Mſ. Remig. *tradidit, utique*. Ceteri codices, *tradit*.
b Mſ. Remig. *fastus eos*.
c Mſ. Remig. *implenda*. Editi, *impleta*.
d Mſ. Remig. *breve tempus*.
e Hæc verba, *& tria cornua exclusisse*, desumuntur ex Mſ. Remig.
f Edit. antiq. *in religione Christiana*, nec emendantur a Mſ. Remig. Sed recentiores casum accusandi posuere.

flando & rebaptizando membra Agni, quæ jam Christus suo sanguine sacraverat. *Sed nemo periit,* *Joan. 17. 12.*
ait Dominus, *nisi filius perditionis.* Octavum igi-
g tur [g] regem, quem dicit Antichristum, quidam Neronem intelligi volunt: ut ipse sit bestia, *quæ fuit & non est, & iterum venturus est.* Sed sive ipsius formam & speciem corporis sumat, & in ea appareat (sicut e contrario angelus sanctus in Tobiæ libro, speciem & similitudinem Azariæ, *Tob.5.8.* Ananiæ magni suscepit,) sive in alterius speciem appareat Antichristus; ipsius tamen Neronis luxuriem & spurcitiam sævitiamque morum habiturum, Daniel propheta testatur, quæ in sequenti capitulo demonstranda sunt.

CAPUT IX.

De moribus Antichristi.

Prædictio implenda.

DAniel propheta dicit angelum dixisse sibi: *Dan. 11. 14.*
Filii quoque prævaricatorum populi tui extollentur, ut impleant visionem. Et paulo post:
Stabit, ait, *in loco regis vilissimus & indignus* *Ibid.¥.20. &c.*
decore regio, & in paucis diebus conteretur, non in furore, nec in prælio. Et faciet juxta voluntatem suam rex, & elevabitur, & magnificabitur adversus omnem Deum, & adversus Deum deorum loquetur magnifica, & diriget, donec compleatur iracundia: perpetrata est quippe definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis feminarum, & Deum quem ignoraverunt patres ejus colet, & Deum Moazi in loco suo statuet. Hic ostenditur quod ex Judæis de tribu Dan, quæ hodieque in Perside est, veniat Antichristus, juxta propheticam benedictionem Jacob patriarchæ dicentis: *Dan judicabit populum, sicut aliæ tribus. Fiat Dan coluber* *Genes. 49. 16. & 17.*
in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro. Statimque verum Christum Dominum venturum ostendit, dicens: *Ibid.¥.18.*
Salutare tuum expectabo, Domine. Hoc etiam in Evangelio quod supra posuimus, testatur est Dominus Judæis dicens: *Veni ego in nomine Patris* *Joan.5.43.*
mei, & non credidistis mihi; alius [h] *veniet in* h
nomine suo, & ipsi credetis. Quos prævaricatores legis Paulus redarguens, ostendit Antichristo credituros. *Pro eo quod dilectionem veritatis non re-* *2.Thess. 2. 10. & 11.*
ceperunt ut salvi fierent, ideo mittet illius Deus operationem erroris, ut credant mendacio, & judicentur omnes, qui non [i] *crediderunt veritati,* i
sed consenserunt iniquitati. Notandum sane, post bestiam hæc omnia esse ventura: id est, sublato regno in quo mulier [k] sedet ebria sanctorum san- k
guine, quæ nos credentes, posteris videnda relinquimus.

CAPUT X.

[l] *De persecutionibus Antichristi.* l

Prædictio implenda.

IN visione Danielis angelus de Antichristo: *Cor* *Dan. 11. 30.*
ejus, ait, *adversus testamentum sanctum.* Item
ibi: *Ibid.¥.31. &c.*

g Mſ. Remig. *regem*. Lugdun. & Colon. *regum*. Lovan. & Duac. *regum*.
h Mſ. Remig. *venit . . . & ipsi creditis*.
i Mſ. Remig. *credunt*.
k Mſ. Remig. *sedit*.
l Mſ. Remig. *Ad persecutionem*.

ibi: *Brachia ex eo exurgent, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent juge sacrificium; & dabunt abominationem in desolatione, & impii in testamentum simulabunt fraudulenter.* Et hic Arianos signat præcursores Antichristi. *Populus autem*, ait, *sciens Deum suum obtinebit*, [a] *& docti in populo plurimi. Et erunt in gladio, & in flamma, & in captivitate, & in rapina dierum. Cumque corruerint, sublevabuntur auxilio modico, et applicabuntur eis plurimi fraudulenter. Et de eruditis ruent, ut conflentur et eligantur et dealbentur sancti usque ad tempus præfinitum.* Item ibi: *In tempore illo*, dictum est, *consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: et veniet tempus, quale non fuit ab initio ex quo gentes esse cœperunt, usque ad tempus illud. Et in tempore illo salvabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro vitæ.* Firmat hæc [b] Dominus in Evangelio: *Cum videritis*, ait, *vastationem desolationis, quæ dicta est in Daniele propheta, qui legit intelligat.* Et iterum: *In diebus autem illis erit tribulatio & angustia, qualis non fuit ab initio. Et nisi breviasset Deus dies illos, non remansisset omnis caro: sed propter electos breviabuntur dies illi.* Testatur & Joannes in Apocalypsi. *Data est*, ait, *potestas bestiæ loquendi magna, & aperuit os suum in blasphemia adversus Deum, blasphemare nomen ejus & tabernaculum ejus. Et data est ei potestas faciendi bellum cum sanctis, & vincere, & occidere eos. Et data est ei potestas in omni tribu, & lingua, & gente, & adorabunt eam omnes, qui non sunt scripti in libro vitæ Agni* [c] *qui occisus est ab origine sæculi.* Hic etiam martyria Christi Domini refulgent, ut sicut primus ejus adventus millia infantium, ita secundus electorum suppleat [d] numerum.

Dan. 12. 1. &c. — Matt. 24. 15. — Dan. 9. 27 — Matt. 24. 21. & 22. — Apoc. 13. 2 &c.

CAPUT XI.

De superbia Antichristi.

[e] Prædictio implenda.

Ezechiel propheta: *Elevatum est*, ait, *cor tuum, & dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedeo in corde maris: cum sis homo & non Deus. Et dedisti cor tuum quasi cor Dei.* Dicit & Paulus apostolus: *Cum venerit refuga primum, et revelatus fuerit homo peccati filius perditionis, qui superextollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita ut in templo Dei sedeat, ostentans se tamquam sit Deus.* Et Dominus in Evangelio: *Cum vobis dixerint, Ecce hic est Christus, ecce illic,* [f] *nolite credere.* Et in Apocalypsi Joannis: *Vidi*, ait, *bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo Agni similia, & loquebatur sicut draco.* Et paulo post: *Et fecit signa magna, ita ut ignem faceret de cælo descendere in terram sub oculis hominum, & seduxit eos, qui habitant terram, propter signa quæ data sunt ei facere.* Hic metuant curiosi, & maxime Judæi. Qui *Judæi signa petunt*, ut Apostolus dicit, *& Græci sapientiam quærunt.* Unde quidam conjiciunt in templum Salomonis Antichristum esse sessurum, vel se efferre signis, quibus Christus esse credatur. Nam & præcones mendacii sui habiturum ostensum est, cum dictum sit duo cornua habiturum Agni similia. Dicit etiam Joannes in Apocalypsi: *Vidi*, inquit, *ex ore draconis & ex ore bestiæ, & ex ore pseudoprophetæ spiritus tres immundos exeuntes velut ranas: sunt enim spiritus dæmoniorum, facientes signa. Exibunt ad reges totius orbis terræ congregare illos in pugnam, ad diem illum magnum Omnipotentis.* Quod enim in Daniele dictum est; [g] *Examina ex eo exurgent*; hic aperte dictum est, exire velut præcones ejus spiritus tres immundos, tamquam in tres partes orbis, id est, Asiæ, Europæ, & Africæ: qui & signis persuadeant Antichristum ipsum esse Christum. Sed cum non esse, sequentia demonstrabunt.

e — Ezech. 28. 2. — 2. Thess. 2. 3. & 4. — Marc. 13. 21. — f — Apoc. 13. 11. — Ibid. v. 13. & 14. — 1. Cor. 1. 22. — Apoc. 15. 13. & 14. — g — Dan. 11. 31.

CAPUT XII.

De Antichristo convincendo, quod Christus non sit.

Prædictio implenda.

Antichristus in qua superbia sit venturus, superius dicta declarant. Non ergo erit humilis ejus adventus, sicut de Christo omnis resonat prophetia, Isaia dicente: *In humilitate judicium ejus sublatum est,* [h] *generationem autem ejus quis enarrabit? quia tolletur a terra vita ejus* Non ducetur sicut ovis ad victimam, id est, ad Passionem, ut Christum ductum Evangelia testantur & prophetiæ. Non dabit percutienti se maxillam, nec sputa & colaphos accipiens tacebit: quæ in Christo facta ita credimus, ut ea omnis prædicit prophetia. Non ponet dorsum suum ad flagella, nec satiabitur opprobriis: quod Christum impleſſe, omne Evangelium prædicat & prophetia. Non dividentur vestimenta ejus, & in tunicam sortem nemo missurus est: quod in Christi veste factum [i] Evangelia testantur & prophetiæ. Non crucifigetur, nec fel [k] & acetum accipiet: quod Christum percepisse & Evangelia dicunt & prophetiæ. Non suscipiet latus ejus lanceam, & vulnera clavorum in eo non erunt: quæ in Christo etiam post Resurrectionem fuisse, & Evangelia testantur & prophetiæ. Sanguine suo non redimet mundum: quod in Christo omnis prædicat prophetia. Non morietur, & tertia die resurget: quod Christum fecisse & Evangelia testantur apostolicæ quoque litteræ & prophetiæ. Non ascendet in cælum, nec Spiritum sanctum in linguis igneis super discipulos effundet: quod Christum impleſſe, omne Evangelium sonat & prophetia. Super hæc mundus ipse jam testis est totus.

Isa. 53. 8. — h — Ibid. v. 7. — Thren. 3. 30. — Ibidem. — i — k — Joan. 19. 23. — Ps. 21. 19. — Matt. 27. 34. — Ps. 68. 22. — Joan. 19. 29. — Ps. 21. 17. — Matt. 27. 31. — Matt. 27. 50. & 28. 6 — 1. Cor. 15. 3. & 4. — Osee 6. 3.

2. Quare his examinatis atque perspectis, [l] intelligant qui post nos futuri sunt, Antichristum non esse Christum. Cujus finem Apocalypsi ipsa demonstrat. *Venit*, ait, *angelus & apprehendit draconem, & bestiam, & pseudoprophetas. Isti vivi simul missi sunt in stagnum ardens igne*

l — Joan. 16. 5 & 7. — Act. 2. 3. — Joel. 2. 28. — Isa. 44. 3. — Apoc. 10. 2 & 10.

a Mſ. Remig. *& docebunt plurimos.*
b Mſ. Remig. addit, *Dominus.*
c Mſ. Remig. *qui est ab origine.*
d Editi, *numerus.* Mſ. Remig. melius, *numerum.*
e Editi, *Promissio.* Mſ. Remig. *Prædictio.*
f Mſ. Remigianus, *nolite credere.* Editi, *nolite ire post eos.*
g Sic Editi cum Mſ. Remig. At vero in textu Græco LXX. quem sequitur auctor noster, legitur *semina*, σπέρματα: quæ vox facile ab amanuensi minus cauto mutari potuit in aliam vocem, *examina.*
h Mſ. Remig. *nativitatem . . . quis enarravit? quia tollitur*, &c.
i Mſ. Remig. *& Evangelium testatur.*
k Mſ. Remig. *vel acetum.*
l Editi, *intelligunt.* Mſ. Remig. *intelligant.*

igne & sulphure, & cruciabuntur illic in sæcula sæculorum. Hic finis erit diaboli & angelorum ejus, & eorum hominum, qui sub nota & signo, [a] ad ejus societatem transierunt. Sicut etiam Daniel & Ezechiel prophetæ de ejus fine testantur. In his autem quæ dicta sunt, bene facient qui 2. Petr. 1. 19. tunc fuerint intendere prophetiæ, *sicut lucernæ in obscuro loco, donec* ipse *dies* qui venturus est, *clarescat in cordibus* credentium. Alia vero signa ultima, quæ futura sunt, sequentia demonstrabunt.

CAPUT XIII.

[b] *De missione Eliæ & Enoch.*

Promissio implenda

Mal. 4. 5. & 6. IN Malachia propheta *Ecce*, ait, *dicit Dominus; mittam vobis Eliam Thesbitem, prius quam veniat dies Domini magnus & manifestus, qui restituet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum, ne veniens percutiam terram funditus.* Sic enim isti prophetæ convertent corda patrum ad filios, ut ostendant, quæ patriarchæ vel prophetæ dixerunt de Christo in humilitate venturo, convincentes Anticristum non esse Christum. Hoc [c] evidentius Apocalypsis Joannis ostendit. *Dabo* ait Dominus, *duobus martyribus meis,* Apoc. 11. 3. & 4. *& prophetabunt diebus mille ducentis sexaginta,* Ibid. ℣. 6. *amicti saccis. Hi sunt duæ olivæ, & duo candelabra consistentia in conspectu Domini terræ.* Et paulo post: *Hi* [d] *habent potestatem claudendi cælum, ne imbrem pluat per dies prophetiæ eorum. Et potestatem habent omnium aquarum convertendi eas in sanguinem, percutere terram in omni plaga, quotiescumque voluerint.* Ecce & hic tripartita Exod. 5. 1. 2. Tim. 3. 8. etiam testium divisio. Contra Pharaonem duo testes Dei missi sunt, Moyses & Aaron: & duo Magi Pharaonis, Jamnes & Mambres resistentes Moysi, qui simul cum suo rege perierunt: & contra Neronem duo, Petrus & Paulus apostoli; at e contrario, Simon magus, qui & se perdidit, & Neronem decepit: & contra Antichristum duo, Enoch & Elias prophetæ, adversus quos tres pseudoprophetæ Antichristi consurgent. Apocal. 16. 13. Ideo hic plus unus, quia supra unus minus: ut senarius numerus ex utrisque partibus suppleatur, Apoc. 8. 6. & cap. 5. 1. & seqq. propter sex dies creaturæ in principio dispositos, & sex angelos canentes tubis, totidemque plagas mundo inferentes; ut septimus finem laborum, requiemque sanctorum significet, tamquam septimus dies, qui mane tantum, [e] & vesperum non habebit. Quam requiem sabbati omni præcepto divinitas ipsa servandam commendat, ut vacantes Psal. 5. 5. Ps. 102. 4. ab omni opere malo mane adstemus: ut contemplemur eum, *qui coronat in miseratione & misericordia omnes*, juste judicans, & inique neminem damnans. Sed de his Tyconius multa conscripsit. Consummationem vero perfectionemque temporum trium annorum & sex mensium, qui dicti sunt dies mille ducenti sexaginta, & menses faciunt quadraginta & duos, non tantum Apocalypsis Joannis, quantum & Daniel propheta commendant: quibus civitatem sanctam calcari [f] ut existimatur ab hæreticis, & maxime Arianis, qui tunc plurimum Dan. 12. 11. & c. 11. 2. poterant: Gog & Magog, ut quidam dixerunt, Gothos & Mauros, Getas & Massagetas, [g] per Ezech. 39. 1. & 6. quorum sævitiam ipse jam diabolus Ecclesiam vastat, & tunc amplius [h] persequentur. Cessare etiam facient juge sacrificium, propter admonet Dominus, dicens: *Venio cito. Beatus qui vigilat,* Apoc. 16. 15. *& servat vestimenta sua, ne nudus ambulet.* Quæ autem sint vestimenta servanda, sequens capitulum demonstrabit.

CAPUT XIV.

De veste servanda Christianis.

[i] Prædictio implenda.

PAulus apostolus dicit: *Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis.* Et Dominus in Evangelio: *Qui semel*, ait, *lotus est, non* Gal. 3. 27. Joan. 13. 10. *opus habet lavare nisi pedes tantum, quia est mundus totus.* Omnis itaque ab hæreticis rebaptizatus, aut voluntarie vestem suam Christum amisit, aut in persecutione deficiens indumentum quod habuit, [k] perdit. Dum igitur tempus est, recurrat expoliatus & nudus pœnitendo ad pium Patrem, qui redeunti perdito filio, & primam Luc. 15. 22. stolam reddi jubet, simul & annulum dignitatis. Qui adhuc [l] tortuosis hæreticorum disputationibus, velut siliquis porcorum pasci desiderat, pa- Ibid. ℣. 15. nis recordetur & patris, fugiat latrones expoliatores suos, [m] pudeat Dei filium Antichristi factum esse mancipium. Sponte vel compuctus redeat, ut vestiatur, ne nudus exhibitus judicetur. [n] Hæc illi cum perditis filiis acturi sunt Dei testes. In his Elias & Enoch suum martyrium Apoc. 11. 5. & 10. consummabunt, sicut capituli sequentis narrat auctoritas.

CAPUT XV.

[o] *De passione Eliæ & Enoch.*

Prædictio implenda.

IN Apocalypsi Joannis dicitur: *Cum finierint* Apoc. 11. 7. & 8. *martyrium suum, bestia quæ* [p] *ascendet de abysso, faciet cum his bellum, & vincet eos, & occidet eos, & corpora eorum jacebunt in platea civitatis illius magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma, & Ægyptus, ubi & Dominus eorum crucifixus est.* Hæc platea conscientia est omnium impiorum, in mundo plaudentium in morte sanctorum, quod acerrimis quasi caruerint inimicis. Propter quod *corpora eorum non sinent poni* [q] *in sepulcris, quia hi videlicet duo prophetæ cruciaverunt* Ib. 9. & 10. 1. Thess. 5. & 2. 3. *eos, qui habitant terras*: quibus occisis, *Cum dixerunt, Pax & securitas, tunc illis adveniet repen-*

a Mss. Remig. *ejus societatis.*
b Mss. Remig. *In missione.*
c Mss. Remig. *evidenter.*
d Editi, *habebunt*: & postea Mss. Remig. *claudere.*
e Mss. Remig. *nam vesperum.*
f Sic Lugdun. & Lovan. qui tamen habent, *poterunt*, non *poterant*. Mss. Remig. *ut æstimatur . . . poterunt*. Colon. & recentiores, *ut existimatum . . . qui plurimum poterant*. Intelligendum videtur, quo tempore de his Tyconius scribebat.
g Videri potest hac de re S. Augustinus, libro 20. de Civitate Dei cap. 11.
h Mss. Remig. *persequitur*, forte, *persequetur.*
i Mss. Remig. *Promissio implenda in veste servanda.*
k Editi, *perdidit*. Mss. Remig. *perdit.*
l Mss. Remig. *tortoriosis*, quod nomen si latine dicatur, a torquendo ductum credetur.
m Mss. Remig. addit hic: *pudeat Christum* (forte, *Christianum*) *nudatum.*
n Mss. Remig. *Hæc i-lis.*
o Mss. Remig. *In passione.*
p Mss. Remig. *ascendit.*
q Mss. Remig. *in sepulcris.* Editi, *in sepulcro.*

pen-

pentinus interitus, ſicut dolor partus [a] *habenti in utero, & non effugient. Quia dies Domini* (ut Paulus dicit apoſtolus) *ſicut fur ita in nocte veniet.*

CAPUT XVI.

De reſurrectione Eliæ & Enoch.

[b] Promiſſio implenda.

Apoc. 11. 1. APocalipſis Joannis dicit: *Poſt tres & dimidium diem ſpiritus vitæ a Deo intravit in illos, & ſteterunt ſuper pedes ſuos.* De his arbi-
1. Theſſ. 4. 5. tror apoſtolum dixiſſe Paulum: *Et mortui in Chriſto reſurgent primi.* Tres igitur & dimidius dies, tribus annis & ſex menſibus reſpondent, quibus poteſtas erit Antichriſto: eiſque ſuppletis, coram
Apoc. 11. 2. oculis inimicorum Elias & Enoch adſcendentes in
2. Theſſ. 2. cælum, ibunt in occurſum Chriſto vero Regi &
Luc. 1. 32. & 33. judici venienti: Qui Antichriſtum omneſque ejus
Mich. 4. 7. *interfeciet ſpiritu oris ſui, ut regnet in domo Jacob* ipſe, de quo dictum eſt; *Regni ejus non erit finis.*

CAPUT XVII.

[c] *De adventu claritatis Filii Dei & hominis.*

Promiſſio implenda.

Pſal. 49. 3. 1 DAvid propheta dicit: *Deus manifeſtus veniet, Deus noſter, & non ſilebit. Ignis ante eum ardebit, & in circuitu ejus tempeſtas valida.* Dici & propheta Malachias: *Væ deſiderantibus diem Domini, & ut quid vobis illam?* Item:
Amos 5. 18 Malac. 3. & c. *Ipſe ſubito veniet in templum ſuum Dominus, quem vos ignoratis, et Angelus teſtamenti, quem vos vultis. Ecce veniet, dicit Dominus. Et quis ſuſtinebit introitum ejus? aut quis* [d] *reſiſtet in aſpectu ejus? quia ipſe introibit ſicut ignis conflatorii.*
Iſa. 66. 15. Dicit & Iſaias: *Ecce dies Domini ſicut ignis veniet, & ſicut procella currus ejus, reddere in ira vindictam, & retributionem in flamma ignis.* Di-
Matt. 24. 27. cit & Dominus in Evangelio: *Sicut enim fulgur exiens ab Oriente pergit in Occidentem, ſic erit & adventus filii hominis.* Et iterum: *Sol tenebrabi-*
Ibid. ℣. 29. & 30. *tur, & luna non dabit lumen ſuum, & ſtellæ de cælo erunt decidentes, & virtutes cælorum movebuntur: & tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cum virtute magna & gloria.*

Apoc. 6. 12 & c. 2. Teſtatur & Apocalypſis Joannis dicens: *Sol factus eſt niger ut ſaccus cilicinus, & luna ſanguinea facta eſt, & ſtellæ ceciderunt, eo modo quo ficus vento magno agitata amittit acerbos fructus ſuos. Et cælum receſſit, ut liber cum evoluitur, & omnis mons & inſulæ* [e] *de locis ſuis motæ ſunt, & reges terræ maximique tribuni, & divites, & nobiles, & ſervi abſconderunt ſe in ſpeluncis & petris montium, dicentes montibus et petris: Cadite ſuper nos, et abſcondite nos a conſpectu Patris ſedentis ſuper thronum, et ab ira Agni, quoniam venit dies magnus iræ illorum. Et quis poterit ſtare?* Dicit & Paulus apoſtolus: *Ipſe Dominus in juſſu, in voce Archangeli, & in tuba Dei deſcendet de cælo.* 1. Theſſ. 4. 15. Fatetur & Sibylla inter cetera dicens: Apud Auguſt. lib. 18 de civit. c. 22.

Eripitur ſolis jubar, & chorus interit aſtris: f
Volvetur cælum: [f] *lunaris ſplendor obibit.*
Sed tuba tum ſonitum triſtem [g] *demittet ab alto* g
Orbe, gemens facinus miſerum varioſque labores.
Tartareumque chaos monſtrabit terra debiſcens.

3. Multa per ſingula capita etiam neceſſeria teſtimonia prætermiſi, ſuſcepti operis modum cogitans. Quare adventus Filii Dei, ſicut bonis lætitiam infert, ita malis exitium. Nunc enim cum vivimus, & tempus eſt corrigendi, actus moreſque mutemus. Sequitur autem reſurrectio mortuorum.

CAPUT XVIII.

[h] *De reſurrectione carnis.* h

Promiſſio implenda.

Ezech. 37. 4. & ſeqq. EZechiel propheta. *Dixit mihi Dominus: Fili hominis, prophetiza ſuper oſſa hæc, & dic: Hæc dicit Dominus: Ecce ejiciam vos de monumentis veſtris, &* [i] *indueam ſuper vos nervos, & imponam carnes, & extendam cutem. Et dabo ſpiritum meum in vos, & vivetis, & ſcietis quia ego ſum Dominus.* Et Iſaias: *Exſurgent mortui,* Iſa. 26. 19. *& excitabuntur qui in monumentis ſunt.* Et ipſe in Evangelio: *Veniet,* inquit, *hora quando omnes* Joan. 5. 25. *qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei, & procedent qui bona egerunt, in reſurrectionem vitæ, qui mala egerunt, in reſurrectionem judicii.* i
Teſtatur & Paulus hæc in *ictu oculi* fieri, *in noviſſima tuba:* [k] *Canit enim,* ait, *tuba, & mortui reſurgunt incorrupti, & nos immutabimur.* Et Apo- k
1. Cor. 15. 52. calypſis, *Exhibuit,* ait, *mare quos penes ſe habebat mortuos, ſimiliter et mors, et infernus.* Hic Apoc. 20. 13. illa abſolvenda ſeſe ingerit quæſtio, quæ inſipientium gentiliumque ore profertur. Quomodo reſurgant ii, quorum cadavera belluæ beſtiæque comederint, ipſæque ab aliis beſtiis, avibus, canibuſque conſumtæ ſint. Ignorantes omnia quæ ex terra creata ſunt, [l] in eamdem materiam reſoluta recidere: ac facile eſſe potentiæ Creatoris, ex ea rurſum reparare quæ fuerant, qui potuit inter cetera primum ex illa hominem formare qui non erat. Si quem vero movet, [m] quod ſcriptum eſt in primo Pſalmo quod non reſurgunt *impii in ju-* Pſal. 1. 5. *dicio*: intelligat non eos ad judicium, ſed ad pœnam reſurgere, juxta illam Domini ſententiam: *Qui non credit,* ait, *jam judicatus eſt.* Fatetur Joan. 3. 18. & Sibylla.

Sic animæ cum carne aderunt, quas [n] *judicat ipſe.* n

Reſurgentibus cunctis, judicium ſequitur. *Ubi ſupra.*

CA-

a Editi, *habentis.*
b Mſ. Remig. *Promiſſio, in eorum reſurrectione Eliæ & Enoch.*
c Mſ. Remig. *In adventu*, &c.
d Mſ. Remig. *reſiſtit.*
e Mſ. Remig. *de loco ſuo.*
f Editiones noſtræ, *luminaris*, contra leges verſuum. Correximus ex Auguſtini lib. 18. de Civit. Dei cap. 23.
g Editi Proſperiani, *dimittit*; & infra, *monſtravit.* Emendamus ex libro Auguſtini mox citato.

h Mſ. Remig. *Reſurrectionis.*
i Mſ. Remig. *induam.*
k Mſ. Remig. *Canet . . . & mortui reſurgant.*
l Mſ. Remig. *in eadem materia reſoluta recedere.*
m Mſ. Remig. *Ex quo quem movet.* Hæc vero quæ ſequuntur, *quod ſcriptum eſt in primo Pſalmo*, ex eodem Mſ. codice ſuppletur. In editis hoc ſolum legebatur: *Si quem vero movet quod impii in judicio non reſurgunt, intelligat*, &c.
n Mſ. Remig. *animæ a carne.* Apud Auguſtinum poſtea, *quas judicet ipſe.*

CAPUT XIX.

a [a] *De judicio Christi Domini.*

Promissio implenda.

Psal.49.6. Ibid.¥.4. 1. DAvid propheta dicit: *Annuntiabunt cæli justitiam, quoniam Deus judex est.* Item; *Advocavit cælum sursum, & terram; ut discerneret populum suum.* Item: *Ipse judicavit orbem terræ in æquitate.* Firmat hæc Dominus in Evangelio. *Cum venerit*, ait, *Filius hominis in claritate sua, congregabuntur ante eum omnes gentes, et separabit eos ab invicem, sicut separat pastor oves ab hœdis. Oves ponet a dexteris, hœdos autem a sinistris. Tunc dicet bis qui a dextris sunt; Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi. Esurivi enim & dedistis mihi manducare*, & cetera quæ pertinent opera misericordiæ, in quibus est sacrificium magnum purgans omne peccatum, ipso dicente Domino: *Misericordiam volo* [b] *magis quam sacrificium.* Sinistris autem dicturus est: *Ite in ignem æternum quem præparavit Pater meus diabolo & angelis ejus. Esurivi enim*, ait, *& non dedistis mihi manducare*: & cetera similiter quæ ad crudelitatis exitia pertinent, *quæ mergunt hominem in interitum et perditionem*, dum avari non pascunt Christum esurientem in paupere, qui dicit: *Quamdiu uni ex minimis meis non feciſtis, neque mihi feciſtis.* Sequiturque inter partes lata sententia judicantis. *Ibunt*, dictum est, *impii, in combustionem æternam.*

Matt.9.13 b *Matt. 25. 41. & 42.* *1.Tim.6.9* *Matt. 25. 45.* *Ibid.¥.46.*

2.Cor.5.10 2. Testatur & in hæc Paulus apostolus. *Omnes*, ait, *astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum.* Et Apocalypsis Joannis dicit: *Vidi mortuos tam magnos quam minimos, stantes in conspectu throni Dei. Debinc aperti sunt libri, & alius liber apertus est, qui est vitæ* uniuscujusque hominum: *& judicati sunt mortui ex ipsis scripturis librorum, secundum facta sua.* Libri aperti, conscientiæ singulorum. Alius liber qui omnium continet actus, justitia Dei est cuncta producens in lucem: [c] de qua dicit Paulus: *Donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuique a Deo.* Concludit Joannis Apocalypsis: *Mors & infernus missi sunt in stagnum ignis, & qui non sunt inventi in libri vitæ, missi sunt in stagnum ignis*, in quo *cruciabuntur in sæcula sæculorum.* Sicut dicit & Isaias: [d] *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt usque* [e] *ad satietatem visionis universæ carni.* [f] Fatetur & Sibylla:

Apoc. 20. 12. & 13. c *1.Cor.4.5.* *Apoc. 20. 14. & 15.* d *Ibid.¥.10* *Isa.66.24* e f *Ubi supra.*

Occultos actus retegens tunc quisque loquetur
Secreta, atque Deus reserabit pectora luci.
Tunc erit et luctus, stridebunt dentibus omnes.

Et paulo post:

Et coram hic Domino reges sistentur ad unum.
Recidet e cælis ignisque et sulphuris amnis.

Post hæc sequitur, per ignem purificatorium, quosdam fideles homines ipsaque elementa purgari.

CAPUT XX.

*De igne * purificatorio.* **Mſ.Rem.* purgatorio.

Promissio implenda.

DAvid propheta: *Omnia sicut* [g] *vestimentum veterascent: & sicut opertorium mutabis ea, & mutabuntur, tu autem ipse idem es.* Item ipse: [h] *Igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.* Et iterum: *Transivimus per ignem & aquam, & induxisti nos in refrigerium.* Et Malachias propheta: *Ipse* [i] *introit*, ait, *sicut ignis conflatorii, & sedebit conflans, & purgans sicut argentum et aurum,* [k] *et purgavit filios Levi.* Et in Evangelio Matthæus hæc de Domino confirmat dicens: *Hic est qui baptizat in Spiritu-sancto et igni, ferens ventilabrum in manu sua, et purgabit aream suam. Frumenta recondet* [l] *in horreo, paleas comburet igni inextinguibili.* Et iterum ipse Dominus dicit: *Prius quam cælum et terra transeat, jota unum, aut unus apex non cadet ex lege,* [m] *qui non impleatur.* Et Petrus apostolus: *Qui autem nunc sunt cæli, eodem verbo repositi sunt, igni reservandi in diem judicii.* Et paulo post: *Properantes*, ait, *ad præsentiam Domini, per quam cæli ardentes solventur, et elementa ignis ardore decoquentur.* Dicit & Paulus: *Quia et ipsa creatura liberbaitur a servitute* [n] *corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei.* Fatetur & Sibylla dicens:

g *Psal.101.27. & 28.* h *Psal.65.10. Ibid.¥.12.* *Malac. 3. 2. & seq.* i k *Matt. 3. 11. & 12.* l *Matt. 5. 18.* m *2.Petr.3.7* *Ibid.¥.12.* *Rom.8.21.* n

Omnia cessabunt, tellus confracta peribit. *Ubi supra.*
Sic pariter fontes torrentur, fluminaque igni.

His igitur peractis, cum respicientes impii justos dixerint: *Hi sunt quos habuimus aliquando* [o] *in derisum, & in similitudinem improperii. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore: quomodo computati sunt inter filios Dei, & inter sanctos sors illorum est!* infructuosam tunc agentes pœnitentiam, cum scriptum sit! *In inferno autem quis confitebitur tibi?* redactisque malis in tenebris exterioribus, in quibus nulla lux, nullusque dies erit, ac vox illa terribilis & metuenda sonuerit; *Auferatur impius, & non videat claritatem Domini sanctorum*: tunc [p] sequetur eminens illustrisque gloria, quæ aliis est intimanda capitulis.

o *Sap. 5. 3. & seqq.* *Psal.6.6.* *Isa.26.10.* p

a Mſ. Remig. *In judico.*
b Mſ. Remig. *pluſquam.*
c Editi, *De quo.*
d Mſ. Remig. *Vermes eorum non morientur, & ignis eorum non extinguitur.*
e Mſ. Remig. *& erunt ad visionem universæ carni.*
f Hunc locum restituimus ex libro Augustini sæpe citato. In editis nostris legebatur: *Fatetur & Sibylla, occultos actus tunc detegens. Quis loquetur secreta?*
Atque Deus reserabit pectora luci;
Tunc erit & luctus, stridebunt dentibus omnes:
Et paulo post:
Et coram hoc Domino reges sistentur ad unum.
Decidet e celo ignis & sulphuris amnis.
Ubi auctori libri hujus tribuebatur quod ex Sibylla fuerat ab eo citatum, & leges metri infringebantur.
g Mſ. Remig. *sicut vestimenta . . . & sicut opertoria.*
h Mſ. Remig. *Igniſti nos, sicut ignitur argentum.*
i Recentiores editiones, *introibit.*
k Editi, *purgabit.* Mſ. Remig. *purgavit.*
l Mſ. Remig. *in horrea.*
m Mſ. Remig. *donec omnia impleantur.*
n Mſ. Remig. *interitus in libertate.*
o Mſ. Remig. *in risu & in similitudine.*
p Mſ. Remig. *sequitur . . . quæ aliis est intimanda capitulis.* Editi, *alio est intimanda capitulo.*

FINIS DIMIDII TEMPORIS.

GLO-

GLORIÆ REGNIQUE SANCTORUM CAPITA.

1. PROMISSIO. *De cælo novo, & de terra nova.*
2. PROM. *De commutatione sanctorum.*
3. PROM. *De nova Jerusalem.*
4. PROM. *De eo quod sancti fulgebunt ut sol.*
5. PROM. *De sanctorum, sicut stellarum, in gloria differentia.*
6. PROM. *De virginitate sanctorum.*
7. PROM. *De inexplicabiti dono sanctorum.*
8. PROM. *De facie ad faciem videndo Deum.*
9. PROM. *De revelata facie sanctorum.*
10. PROM. *De eo quod tradat Filius regnum Deo & Patri.*
11. PROM. *De jugi cantico* Alleluja.
12. PROM. *De innovatione omnium.*
13. PROM. *De eo quod Deus sit omnia in omnibus.*

DE GLORIA REGNOQUE SANCTORUM.

CAPUT PRIMUM.

De cælo novo & de terra nova.

[a] Promissio implenda, credendaque.

Apoc. 21.1 *2. Petr.* 3. 13. APocalypsis Joannis dicit: *Vidi cælum novum & terram novam.* Testatur & Petrus: *Novos vero cælos & novam terram, secundum ipsius promissa, expectamus, in quibus justitia inhabitat.* Et Da- *Ps.* 26.13. vid dicit: *Credo videre bona Domini in terra viventium.* Hæc impii non videbunt.

CAPUT II.

De commutatione sanctorum.

Promissio implenda, atque primo credenda.

Ephes. 4.13 PAulus dicit apostulus: *Donec occuramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.* In quam sancti, omnis ætas, & uterque sexus, cum hac gloria ad tricennalem juventutem (in qua Christus Dominus passus) transeant cum ipso Rege suo, quem impii non videbunt.

CAPUT III.

De nova Jerusalem.

Promissio implenda, & credenda prius.

Apoc. 21.2 APocalypsis dicit: *Jerusalem novam vidi a Deo descendentem, aptatam & exornata,* [b] *ut sponsa marito.* Dicit & Paulus: *Quæ sur-* b *Gal.* 4.26. *sum est Jerusalem, libera est, quæ est mater no-* *Apoc.* 22.5 *stra.* In hac civitate *non erit nox, nec lumen lu-* *&c.* 20.4. *cernæ opus erit, non luctus, neque mors, neque* c *clamor, sed nec dolor* [c] *ullus, quia priora abierunt.* Et hujus patriæ gloriam impii non videbunt.

CAPUT IV.

De eo quod sancti fulgebunt ut sol.

Promissio implenda, & credenda.

DOminus in Evangelio: *Tunt*, ait, *justi fulgebunt sicut sol in conspectu Patris sui:* *Matt.* 13. 43. quoniam *erunt æquales Angelis Domini.* Et hanc *Luc.* 20.36 gloriam impii non videbunt.

CAPUT V.

De sanctorum, sicut stellarum, in gloria differentia.

Promissio implenda, & credenda.

PAulus apostolus dicit: *Stella a stella differt* *1. Cor.* 15. *in gloria, sic & resurrectio mortuorum.* 41. & 42. Quomodo alii pro [d] confessione martyrii, alii pro integritate virginali, alii pro continentia viduali, alii pro pudicia conjugali, diversis honoribus sine invidia fulgeant, impii non videbunt. d

CAPUT VI.

De virginitate sanctorum.

Promissio implenda, & credenda.

APocalypsis Joannis dicit: *Hi sunt qui cum mulieribus se non coinquinaverunt, virgi-* *Apoc.* 14.4 *nes enim permanserunt. Hi sunt qui sequuntur Agnum quocumque ierit.* Quo sequantur virgines, quo eum sequi nequeant non virgines, impii non videbunt.

CAPUT VII.

De inexplicabili dono sanctorum.

Promissio implenda, & credenda.

PAulus dicit apostolus: *Quod oculus non vidit,* *1. Cor.* 2 9. *et auris non audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus se.* Sancti cum hæc acceperint, impii non videbunt.

a Omnes tituli 13. capitum sequentium in Ms. Remig. his duabus vocibus continentur, *Promissio implenda.*

b Edit. posteriores *ut sponsam.*
c Editi omnes, *dolus.*
d Sic Ms. Remig. At vero editi, *pro consentione.*

CAPUT VIII.

De facie ad faciem videndo Deum.

Promissio implenda.

1. Cor. 13. 12. PAulus dicit Apostolus: *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* Quemadmodum sancti videant Deum Trinitatem, Patrem in Filio, Filium in Patre, Spiritum-sanctum & in Patre & in Filio, impii non videbunt.

CAPUT IX.

De revelata facie sanctorum.

Promissio implenda.

4. Cor. 3. 18. PAulus dicit apostolus: *Nos*, ait, *revelata facie gloriam Domini speculantes, in eamdem imaginem transformamur a gloria in gloriam tamquam a Domini spiritu.* Et hæc impii non videbunt.

CAPUT X.

De eo quod tradat Filius regnum Deo & Patri.

Promissio implenda.

a 1. Cor. 15. 24. QUomodo [a] tradat Filius regnum Deo & Patri, sicut Paulus dicit apostolus, impii non videbunt.

CAPUT XI.

De jugi cantico Alleluja.

Promissio implenda.

Apoc. 19. 1. 3. 4. 6. QUomodo jugi cantico: ut Apocalypsis dicit, sancti cantent *Alleluja* sine defectu, sine fine; impii nec audient, nec videbunt.

CAPUT XII.

De innovatione omnium.

Promissio implenda.

Isa. 43. 19. Apoc. 21. 5 Ibid. c. 22. 14. QUomodo innoventur omnia (ut Isaias Propheta & Apocalypsis dicunt) permaneantque in æternum: & quomodo ex ligno vitæ sive corruptione cibum sancti capiant, & de fonte Christo, non necessitate, sed potestate bibant, impii non videbunt.

CAPUT XIII.

Quod Deus sit omnia in omnibus.

Promissio implenda.

1. Cor. 15. 28. QUomodo erit *Deus omnia in omnibus*, ut paulus dicit apostolus, impii non videbunt: quia soli sancti & redempti his voluptatibus & deliciis cælestibus perfruentur. Hæc est civitas, virtus & salvatio nostra. Hæc est Jerusalem cælestis petua. His in ea positis sanctis verus Deus Rex.

Nec metas rerum, nec tempora ponit,
Imperium sine fine dedit. Æneid. 1. v. 85. & 286.

Hi sunt qui regnant cum Rege Christo: de quo dicit Daniel: *Regnum ejus alteri populo non derelinquetur!* quoniam regnabit in infinita sæcula, *& regni ejus non erit finis.* Dan. 2. 44. & 3. 100. Luc. 1. 33.

Peroratio [b] *sancti Prosperi, et conclusio hujus fidelissimi utilissimique libri sui.* b

1 JUvante [c] gratia Dei, hunc concluси librum, tribus ejus primis partibus quadragena capitula adnotando, velut quadragenos dies, quibus in hujus vitæ curriculis Moyses, Elias & Dominus Jesus jejunia celebrarunt. Ter enim quadragies ducta centum viginti faciunt. Accedunt alia viginti, in Dimidia parte finis mundi, & sunt centum quadraginta. Tredecim quoque in gloria sanctorum superadduntur, & perficiunt centum quinquaginta tria. In quo numero sacrati illi pisces reti veritatis incorrupto, post Resurrectionem Domini jussione capti sunt, millia sanctorum significantes, quos Dominus ex omni genere, tribu, & lingua, per omne tempus congregans, nobis infinitum sibi cognitum numerum consecravit. Habes primam piscandi voluptatem, si hujus rei amator es, Lector spiritalis; præsertim quia in hoc libro, ut existimo omnes [d] voluptates, omnesque affectiones invenies. Ingredere ergo huc, *adolescens, et huc avocare, hic laude, et age conceptiones tuas.* Nam si te fortassis tabulæ lusus invitat, [e] in asse uno duo & tria, quina & sena habes quibus numeris mensuræ arcæ consurgunt, trinæ unitatis tesseras volvens; calculos [f] movens etiam in bonis operibus candidos, in passione purpureos, [g] spectante illo qui dicit: *Vincenti dabo calculum, et per calculum nomen novum, quod nemo scit, nisi qui accipit.* In calculis eburneis nomina Proconsulum conscripta Carthagini in foro coram populo a præsenti judice sub certis vocabulis citabantur, & erat solemnis dies albi citatio. Hi qui avaritiam superantes rempublicam fideliter egerant absque flagitiis [h] favoribusque, etiam absentes honorabantur. Eos vero quos rapacitas vicerat, populus convitiis sibilisque notabat. Joan. 21. 11. d Eccli. 32. 15. e Gen. 6. 15. f g Apoc. 2. 17 h

2. Habes igitur quid vincas, qui rempublicam gubernando ludis in sæculo. Avaritiam vince, quæ *radix est omnium malorum:* nec jam terrenæ, quæ quocumque modo labuntur, sed cælestes æternæque [i] alliciant potestates. Si venandi est affectio, habes montes altissimos, cervos velociter apostolorum prophetarumque dicta percurrentes. Habes & in campis *petram, refugium eryciis & leporibus*, quos in simplicitate cordis Christus Dominus per suos canes venatur, ut spinis careant delictorum. Si spectandi voluptas, est habes hic aurigam spiritalem Christum Eliam, qui curru igneo usque ad metas pervectus est cæli, curruque pharaonis demersos in profundo. In munere habes Danielem sanctum, leonem non ferro, sed oratione vin- 2. Tim. 6. 10. i Ps. 103. 18 4. Reg. 2. 11. Exod. 14. 25. Dan. 6. 22. 4. Reg. 2. 24.

a Editi, *tradidit*. Mss. Remig. *tradat*.

b De Prospero nulla hic mentio in codice Mss. Remigianus-Remensi, sed in editis tantum. An vero cuidam hujusce nominis tribui possit, etsi Prospero Aquitano omnino non debeat tribui hoc opus, vide in Admonitione prævia huic libro.

c Mss. Remig. *Jubente gratia Dei in* CL. *capitulis concluси.*

d Mss. Remig. *voluntates*.

e Ita Lugd. & Lovan. cum Mss. Remig. Duac. & Colon. *in esse uno*: sed minus bene, ut videtur.

f Mss. Remig. addit hoc nomen, *movens*.

g Mss. Remig. *expectante*, melius Mss. Remig. *spectante*.

h Mss. Remig. *absque suffragiis*.

i Mss. Remig. *illuceant*.

vincentem; ursosque vexantes eos, qui Elisæum
Gen 25.2. 2.Reg.6.5. prophetam contumeliis lacesserant. Habes quoque in sancto spectaculo non mimicas turpitudines, sed
a Christo sacratas virgines. Habes [a] Caballistarum loco, Rebeccæ geminos mysticæ ludentes. Habes David coram arca saltantem, & nudatum in Passione Christum, coram servis & ancillis suis, illa ipsa sua historia exhibentem. Habes postremo fletus, planctusque Jeremiæ decantatos, non arte tragica, sed prophetica.

b 3. Ædificandi si est [b] affectus, habes fabricam
Gen. 6.14. Exod. 26.1 &c. mundi, mensuras arcæ, ambium tabernaculi, fastigium templi Salomonis, [c] ipsius per mundum
c membra Ecclesiæ, quam illa omnia figurabant.
3.Reg.6.1. &c. Prov.9.1.2 Epulandi si est delectatio; habes hic Sapientiæ paratam mensam, in qua est Panis Angelicus, & vitulus saginatus, sobrieque inebrians poculum salutare. Neque flores sancti desunt huic convivio,
d lilia virginum, [d] continentium violæ, & rosæ coronæ martyrum. Restat, ut arbitror, musicorum voluptas; habes organum ex diversis fistulis sanctorum apostolorum, doctorumque omnium Ecclesiarum, aptatum quibusdam accentibus, gravi, acuto, & circumflexo, [e] quod musicus ille
e Dei Spiritus, per Verbum tangit, implet, & re-
Apoc. 3.7. sonat; habens *clavem David, qui claudit, & nemo aperit; aperit & nemo claudit:* chrismatis oleo & aqua baptismi cuncta consecrans, ac decorans. Ad hujus organi suavissimas & dulcissimas voces
Ps.67.26. pervenerunt *Principes conjuncti psallentibus, in medio adolescentularum tympanistriarum.* Et quæ sint hæc sequitur: *In Ecclesiis benedicite Dominum.* Hæ adolescentulæ Ecclesiæ dum tympanum tangunt, id est, pellem mortui animantis extensam in ligno, scilicet Christum prædicant crucifixum. Hujus tympani tam magnus sonus totius mundi jam mulcet auditus.

4. Nec decem chordarum Psalterium huic deest convivio, dum [f] in conclusione centum quinquaginta Psalmorum laudant sancti Dominum *in sono tubæ, in psalterio & cithara, in tympano & choro, in chordis & organo, in cymbalis bene sonantibus, in cymbalis jubilationis*, quoniam *omnis spiritus laudat Dominum.* Hæc in templo Dei mei prospiciens in quo omni quisque dicit, Gloria: quoniam adhuc passiones, quæ per legem sunt, operantur in membris nostris, ut fructum ferant morti, multisque vitiis implicati tenemur in hac vita quæ tota tentatio est, sacrificium ex adipibus vitulorum patriarcharum & prophetarum, caprarum pinguium, & arietum, apostolorum ducum gregis, pro peccato animæ meæ, ac mundatione totius hominis mei in hoc libro & confessionem vovi, & in ara contriti cordis immolavi holocausta, non sine incenso orationum omnium sanctorum, quibus me ab omni peccato expiari posse confido. Quiescat invidus lector, ne sicut Cain ferro, iste dente, vel lingua percutiat. *Filii* enim *hominum dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum gladius acutus.* Si quid autem displicet, si pius est, emendet in misericordia, & arguat in lenitate, oretque pro nobis, ut simul in arca inter munda animalia reperti, in cubito perfectionis ejus pariter adnexi, charitatem Domini, trinæ majestatis unitatem [g] supereminentem viam, duce gratia, sequamur omnes; eodem manente in nobis, & nobis in illo: *A quo omnia, per quem omnia, qui est Deus benedictus in sæcula,* [h] *Amen.*

Ps.143.9. f Ps.150.3. & seqq. Psal.28.9 Rom.7.5. Job.7.1. Apoc.8.4. Gen.4.8. Psal.56.5. Ps.140.5. 1.Cor.12. 31. g Rom. 11. 36. Rom.1.25. h

a Lugd. & Lovan. *Cadalistarum*; sed melius legitur, *Caballistarum* ex Ms. Remig. & Duaci Coloniensique editionibus. *Caballistarum* vero nomine intelligi credimus ab auctore eos qui equorum agitatione & cursu in arena contendebat.

b Ms. Remig. *affectio.*

c Ms. Remig. *ipsiusque.*

d Editi, *continentiæ.* Ms. Remig. *continentium.*

e Editi, *quos*: melius Ms. Remig. *quod*, scilicet organum.

f Sic Ms. Remig. At editi, *inclusione.*

g Emendamus ex Ms Remig. Editi, *per eminentem.*

h Ms. Remig. *in sæcula sæculorum. Amen.*

Promissionum & Prædictionum Dei, Finis.

ADMONITIO
IN CHRONICON ALTERUM
SUB TIRONIS PROSPERI NOMINE VULGATUM, quod a quibusdam vocatur.
PSEUDOCHRONICON.

PRÆTER Chronicon illud sancti Prosperi, quod ad calcem genuinorum ejus operum exhibuimus, quodque Prospero Aquitano sancti Augustini discipulo omnes, si perpaucos exceperis, libenter tribuunt; prodiit etiam Chronicon aliud, sub nomine Tironis Prosperi a viro eruditissimo Petro Pithœo e Manuscripto codice Bibliothecæ sancti Victoris Parisiensis primo in lucem editum. Quod quidem, sicut ordinarium sancti Prosperi Chronicon, ab anno 379. incipiens, ad annum usque 455. protenditur. Auctori operis istius nomen Prosperi indidit Pithœus, motus auctoritate Manuscriptorum Sigeberti & Mariani: sed de suo addit; illud ipsum esse verum Prosperi Chronicon, cujus ita ingenium referre contendit, ut non immerito sibi videatur membrum esse amplioris ejus, quod ipsius nomine ab orbe condito, ad captam

Duchesn. tom. 1. Hist.Gall. p. 196.

a VVandalis Romam Gennadius Massilienſis Presbyter ſe legiſſe teſtatur ; miretur-que unde factum ſit, ut aliud Chronicon (ſcilicet antea vulgatum) per Conſules digeſtum, hactenus in omnibus Hieronymiani Chronici editionibus Proſperi titulo ſub-jungeretur : quod etſi cum iſto non pauca habet communia, ut pote ad ejuſdem ætatis hiſtoriam pertinentia, alterius tamen genii eſſe facile intelliget, qui utrumque attentius legerit.

Equidem non ægre fatebimur Pithœo, utrumque hoc Chronicon unius ejuſdemque auctoris fœtum dici non poſſe. Alias, ut ait Bucherius, concedendum eſſet, ab uno eodemque ore calidum frigidumque (ut ajunt) flamen ſimul poſſe prodire. Sed mi-rum omnino talem virum eam in opinionem veniſſe, quod iſtud Chronicon, etſi val-de confuſum perturbatumque (quod ipſe lubens agnoſcit ;) licet mendis in rectam Chronologiæ rationem refertum ; in quo vix aliquid delibatur de Pelagianis; in quo id unum de Auguſtino obſervatur, quod plurima libris innumeris diſſeruerit; in quo demum ex Auguſtino orta dicitur Prædeſtinatorum hæreſis, ſancto Proſpero certo cer-tius ignota, cum talem nullibi impugnaſſe aut retuliſſe legatur : mirum (inquam) quod tale opus Proſpero dignius haberi debeat, ejuſque ingenium magis referre, quam alterum illud Chronicon, quod profecto & clarius eſt, & majori ordine digeſtum ; ex quo lux maxima aſpergitur in omnem ſancti Auguſtini & Pelagianæ hæreſeos hi-ſtoriam : & in quo denique cum maxima venerationis teſtificatione laudantur ſanctus Auguſtinus, ſanctuſque Leo, qui ambo ſancti Proſperi magiſtri jure merito poſſunt appellari. Unde in hoc a Pithœi opinione diſſentit omnino Jacobus Sirmondus ; no-vumque hoc Chronicon Magni Proſperi libris accenſeri non patitur.

Pithæus vero, cui contrarium pro perſuaſo erat, Chronici ſui auctorem Tironis Proſperi nomine deſignaverat ; etſi ſolum Proſperi nomen præferrent illi codices ma-nu exarati, unde opuſculum iſtud hauſerat. Quod quidem immerito ab illo factum agnovit Sirmondus. Hinc eſt quod hoc Tironis nomen ſortitum fuiſſe non legatur in editionibus a Du-Cheſnio, vel Scaligero procuratis. Cum autem hoc Proſperi nomen ſine alio addito, videatur ſanctiſſimo gratiæ Chriſti defenſori deſignando conſecratum; vulgo auctor Chronici Pithœani ſub hoc nomine Tironis Proſperi ſolet notari ; ne cum altero Proſpero confundi putetur.

At vero in hoc maxime lapſus eſt Pithœus, quod præſtitit, cum de Prædeſtina-tianis actum eſt. Etſi enim eo loci legebatur in duobus, quos in manibus habuit, Manuſcriptis ; Prædeſtinatorum hæreſis, quæ AB AUGUSTINO accepiſſe dici-tur initium, his temporibus ſerpere exorſa : [a] *& in altero tantum horum pro di-verſa lectione appoſitum fuerat,* AB AUGUSTINI LIBRIS MALE INTEL-LECTIS ; *eademque in Chronico Sigeberti habebantur : quo unico argumento ſatis evincebatur, auctorem operis non Proſperum agnoſci debere, ſed quemdam ſancti Au-guſtini adverſarium ; & omni fide indignum eſſe, qui hæreſim aliquam ab Augu-ſtino ortum habuiſſe dixerit : Pithœus tamen, neglectis Manuſcriptis, lectionem Si-geberti ſubſtituit : quæ licet minus odii ſcriptori conciliet, tamen nec ipſa a ſancto Proſpero prodire ullatenus potuit. Unde etiam Sirmondus, cujus intererat Pithœi pa-trocinium ſuſcipere, ut ejus quem Hæreſis Prædeſtinatianæ teſtem primarium aſſump-ſerat, fidem ſartatectam tueretur, Pithœum hac in re culpare coactus, confeſſuſque eſt, ab illo in Chronico ſuo ſcribi debuiſſe,* Ab Auguſtino *: ut poſtea a Philippo Labbeo editum habetur, in Bibliotheca nova Manuſcriptorum : etſi ille (quod non facile credat, niſi qui legerit) dubitet adhuc numquid tale Chronicon pro Proſpe-riano non ſit agnoſcendum.*

Nec deſunt qui hoc operis Proſperiano nomini ſuppoſitum putent, ut inde tum ip-ſe, tum ſanctus Auguſtinus in contemptum & invidiam venirent. Quæ conjectura nec ſolidis fundamentis, nec probationibus debitis inniti videtur. Hincmarus enim, quem obſervant de hoc Chronico tacuiſſe, aut illud fortaſſe non noverat, aut certe eo uti aliis de cauſſis noluit. Igitur magis pronum eſt credere, aut illud a Proſpe-ro quodam ſancti Proſperi gratiæ vindicis æmulo concinnatum ; aut, cum in primis exemplaribus cujuſvis auctoris nomine careret, impoſitum ei poſtea fuiſſe nomen ſan-cti

Buch. Cycl. p. 212.
Noris hiſt. Pelag. l. 2. cap. 15. p. 218.
Prædeſt. c. 5. p. 31.
Ibidem.
Pap. 29.
a
Pap. 29.
Lab. Bibl. nov. to. 1. p. 58. & 59.
Idem de Script. Eccl. to. 2. pag. 260.
Maug. to. 2. p. 519.

a Sic legitur etiam in Manuſcripto codice annorum forte 500. qui fuerat V. C. Claudii Joli Præcentoris, & Canonici Eccleſiæ Metropolitanæ Pariſienſis : poſtea vero ex ejus dono factus eſt Venerabilis Capituli ejuſdem Eccleſiæ. In hoc enim a prima manu habetur, *ab Auguſtino* : a poſteriori vero, & caractere recentiori ſubſtitu-tum eſt, *ab Auguſtini libris male intellectis*. Idipſum quoque quaſi pro correctione notatum in margine Mſ. ſan-cti Victoris per nos viſi : & ſimiliter a manu recentiori ſubſtitutum in Codice Oyſelliano notat Ph. Labbeus, in Bibl. nov. Mſſ.

Eli Prosperi, qui Chronicon ejusdem ætatis scripsisse palam noscebatur ; aut denique a Semipelagiano quodam e Provincia, penes quem erat germanum sancti Prosperi Chronicon, illud pro libito mutatum, diminutum, aut interpolatum fuisse: licet forte is homo de illo umquam in lucem emittendo non cogitaret. In hanc ultimam sententiam descenderunt tum Jos. Antelmius Dissertatione octava, de veris operibus sanctorum Patrum Leonis & Prosperi, tum doctissimus auctor Bibliothecæ Auctorum Ecclesiasticorum tomo 4. in Prospero : Quorum judicio adhærendum nos quoque facile credimus.

Antelm. De op. Leon. & Prosp. p. 396. Dupin. Biblioth. to. 4. p. 405

CHRONICON PROSPERI TIRONIS AQUITANI.

A morte Valentis Imperatoris, ad Captam a Genserico Urbem, longe aliud ab eo quod hactenus B. Hieronymi Chronico subjunctum est : ex edit. Pithœi.

a GRATIANUS I.

I. GITUR [a] Valente a Gothis in Thracia concremato, Gratianus cum fratre Valentiniano regnat annos sex. Hic parvulum fratrem habens, regni consortem, probatæ ætatis virum Theodosium in societatem regni adsciscit. Hic Gratianus valde religioni favens & Ecclesiis per omnia promptus fuit.

Martinus Turonensium Episcopus apostolicis virtutibus insignis habetur.

THEODOSIUS.

II. Theodosius in Orientis partibus lassam Rempublicam reparavit.

III. Maximus Tyrannus in Britannia a militibus Imperator constituitur.

IV. Incursantes Pictos & Scotos Maximus strenue superavit.

Priamus quidam regnat in Francia, quantum altius colligere potuimus.

V. Ambrosius libros contra Arianorum perfidiam luculentissimos ad Gratianum Augustum scribit.

VI. Maximus in Gallias transfretavit & conflictu contra Gratianum habito, eumdem fugitantem Lugduni interfecit.

THEODOSIUS.

Theodosius annis XI.

I. Maximus timens Orientalis Imperii Principem Theodosium cum Valentiniano fedus iniit.

Apud Treveros Manichæi deprehensi, summo Maximi studio exterminati.

II. Justina mater Valentiniani Arianis favens, in Ambrosium & omnem Mediolanensem Ecclesiam diversa injuriarum genera congerit.

b Reliquiæ Gervasii & Prothasii [b] Martyrum, ab Ambrosio primum Mediolani repertæ.

Hymni Ambrosii compositi, qui numquam ante in Ecclesiis Latinis modulis canebantur.

III. Maximus indignum ducens contra Ecclesiæ statum agi, locum irrumpendi quod cum Valentiniano junxerat fedus, invenit. Valentinianus veritus imminentem jam cervicibus suis Tyrannum, ad Theodosium confugit.

Hæc putantur translata ex margine.

Honorius & Arcadius XXXII. CCC.

Theodosius & Joannes XXV. & XXII.

Valentinianus & Martianus III. CCCC. XXV.

Augustinus Mediolani rethoricam adprime docens, omissis scholis, ad fidem rectam convertitur, cum ante Manichæus fuisset.

IV. Theodosius cum exercitu ad Italiam transgrediens, Maximum interfecit, & Valentinianum proprio regno reddidit.

Justina, quæ Ecclesias vexaverat, ne regnum cum filio reciperet, morte præventa est.

Immane Thessalonicæ gestum facinus extincti populi, egregio pœnitentiæ exemplo Imperator religiosus eluit.

V. Hæresis Apollinaristarum ab Apollinare cœpta.

Arriani, qui totum pene Orientem [c] atque Occidentem commaculaverant, Edicto glorioso Principis Ecclesiis spoliantur, quæ Catholicis deputatæ sunt. c

VI. Joannes Ægyptius Monachus, qui ob vitæ puritatem prophetiæ gratiam a Domino meruit, insignis habetur.

Post Damasum Romanæ Ecclesiæ regimen XXXVI. Syricius [d] suscipit. d

VII. Apud Alexandriam defuncto Petro Timotheus, & post hunc Theophilus Episcopi constituuntur.

Jerosolymis post Cyrillum Joannes Ecclesiam recipit.

Apud Antiochiam defuncto Miletio substituitur Flavianus.

Ingens inter nostros contentio oborta, quod scilicet Episcopi, qui ab hæreticis depulsi fuerant, nollent his ab Imperatore dejectis, alios quam se substitui Sacerdotes.

Terribile in cælo signum columnæ per omnia simile apparuit.

VIII. Apud Alexandriam templa destructa, in quibus Serapis antiquissimum & notissimum templum, quod quasi quædam columna ruentem sustinebat idololatriam.

IX. X. Valentinianus Viennæ ad Arbogaste Comite suo extinguitur, in cujus locum tyrannidem Eugenius invadit.

XI. Ad vindicandum Valentiniani interitum, &

a In Mss. Jolienſi, hæc præfixa leguntur. *Hucusque Hieronymus Presbyter ordinem præcedentium digessit annorum. Quæ sequuntur Prosper digessit.*

b Aberat vox hæc, *martyrum*, ab edit. Pithœana.

c Desunt in Mss. Victor. hæc verba, *atque occidentem.*

d Uterque Mss. Victor. & Jol. *suscepit.*

& opprimendam Eugenii tyrannidem, Theodosius in Italiam transgreditur, aperto Dei favore conspirantibus in idipsum elementis.

Eugenio superato Theodosius XI. regni sui anno [a] diem obit.

[a] ARCADIUS & HONORIUS Arcadius & Honorius XXXII. annis.

I. Constantinopolis eminentem iram Dei, igne super nubem terribiliter fulgente formidans, toto ad pœnitentiam animo conversa subterfugit.

Rufinus Bosphoritanus cum ad summam militiæ pervenisset, præferri sibi Stiliconem non ferens, ab eodem interficitur, Hunnorum, quo fulciebatur, præsidio [b] superato.

[b] II. Claudianus Poeta admiratione dignus habetur.

[c] Gildo Africanus in rebellione commota consueta Romanis stipendia subtraxit.

[d] Prudentius Lyricus poeta noster, Hispanus genere illustri, ingenii sui robur exercet.

III. Stilico magister militiæ Gildonem Mauritaniæ interfecit, Africa ad pristinum jus redacta.

Romanæ Ecclesiæ Cathedram XXXVII. Innocentius tenet.

IV. Toto orbe Romano antiquæ superstitionis templa destructa.

Paulinus, Nolanus postmodum Episcopus, admirabili exemplo, venditis omnibus, cum esset dominus innumerabilium prædiorum, religionem expeditus elegit.

V. Joannes Constantinopolites Episcopus dictis factisque claresçit.

Martinus post egregie actam vitam, corpore exuitur.

VI. Pelagius vesanus doctrina execrabili Ecclesias commaculate conatur.

VII. Contentio ex doctrina Origenis Synodum apud Alexandriam movit, cujus extitit sententia, ut extra Ecclesiam fieret, quicumque supradicti viri opera probavisset.

VIII. Solis facta defectio.

[e] Augustinus plurima libris [e] innumeris differit.

IX. Severus ex disciplina S. Martini ejus vitam tribus explicat libris.

X. Sæva Italiæ Barbarici motus tempestas incubuit. Si quidem Radagaius rex Gothorum Italiæ limitem vastaturus transgreditur. Ex hoc Ariani, qui Romano procul [f] fuerant orbe fugati, barbararum nationum, ad quas se contulere præsidio erigi cœpere.

XI. Multis ante vastatis urbibus Radagaius occubuit: cujus in tres partes per diversos principes divisus exercitus aliquam repugnandi Romanis aperuit facultatem. Insigni triumpho exercitum tertiæ partis hostium, circumactis Hunnorum auxiliaribus, Stilico usque ad internecionem delevit.

XII. Archadius Orientis Imperium gubernans vitam explet, parvum admodum Theodosium filium Imperii successorem relinquens.

Cælestinus XXXVIII. Romanam Ecclesiam gubernavit.

XIII. Diversarum gentium rabies Gallias dilacerare exorsa, immissu quam maxime Stiliconis, indigne ferentis filio suo regnum negatum.

XIV. Uticæ in foro Trajani terra diebus septem mugitum dedit.

Inter alia multum Reipublicæ Stiliconis morte consultum est, qui saluti Imperatoris tendebat insidias.

Nestorius Constantinopolites Episcopus ad hæresim, quæ in Christo Deum ab homine separat, vertitur.

Joannes Comes Africæ occisus est a populo.

XV. Proculus Massilienses Episcopus clarus habetur, quo annuente magna de suspecto adulterio Remedii Episcopi quæstio agitatur.

Hac tempestate præ * valetudine Romanorum, vires funditus attenuatæ Britanniæ. * Mſ. *viribus*, forte *invaletudine*.

XVI. Saxonum incursione devastata Galliarum partem Vvandali atque Alani vastavere: quod reliquum fuerat Constantinus tyrannus obsidebat.

Hispaniarum partem maximam Suevi occupavere.

Ipsa denique orbis caput Roma deprædationi Gothorum fœdissime occiditur.

XVII. Constantinus tyrannus patuit.

XVIII. Rursum alia prædatio Galliarum, Gothis, qui Alarico duce Romam ceperant, Alpes transgredientibus.

XIX. Jovinus tyrannidem post Constantinum invadit, [g] industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit, * Dardani. * *Consule notas Philippi Labbei ad Olympiodorum.*

Atauulfus, qui post Alaricum Gothis imperitabat, a societate Jovini avertitur.

Salustius quoque & Sebastianus occisi.

Valentia nobilissima Galliarum civitas a Gothis effringitur, ad quam se fugiens Jovinus contulerat.

XX. Ingens in Galliis fames.

Aquitania Gothis tradita.

Patroclus Arelatensis Episcopus infami mercatu Sacerdotia venditare ausus.

Heraclianus Comes Africæ, qui in Romanæ urbis reparationem strenuum exhibuerat ministerium, nova quædam molitus interimitur.

XXI. Placidia soror Imperatoris diu captiva, postea etiam Regis uxor, Rege fraude sublato, [h] Constantis connubio copulatur.

XXII. Gothi cum se iterum Atauulfo peremptо movissent, Constantis repelluntur occursu.

XXIII. Prædestinatorum hæresis, quæ [i] ab Augustino accepisse dicitur initium, his temporibus serpere exorsa.

XXIV. Tricesimus nonus Xistus Romanam Ecclesiam regit.

XXV. Solis hoc anno facta defectio.

XXVI. Faramundus regnat in Francia.

XXVII. Signum in cælo mirabile apparuit.

Maximus tyrannus Hispaniarum dominatum vi obtinet.

XXVIII. Honoratus, Minervius, Castor, Jovianus singulorum monasteriorum Patres in Galliis florent.

XXIX. Constantio dignitas Imperii ab Honorio

a Mſ. Victor. *diem obiit*.

b Sic restituimus ex Mſ. Victor. & Jol. antea legebatur apud Pithœum, *superatur*.

c In Biblioth. Mſſ. Phil. Labbei non legitur, *Gildo Africanus*, sed *Africa*.

d In Mſ. Jol. *Hispanum genere, illustre ingenii sui*, &c. Sic & Bibl. Labbei.

e Duo Mſſ. Victor. Jol. *innumerabilibus*.

f In editione Pithœana aberat hæc vox, *fuerant*.

g In Biblioth. Mſſ. Labbæi statim a linea habetur. *Industria viri strenui, qui solus tyranno non cessit, Dardani, Atauulfus, qui post*, &c.

h Biblioth. Mſſ. Labbei hic & articulo sequenti, *Constantii*.

i Pro his verbis, *ab Augustino*, Pithœus scripserat, *ab Augustini libris male intellectis*: qua de re vide Admonitionem prævіam huic opusculo.

rio sponte delata, qua vix octo mensibus usus interiit Valentiniano * octo annorum filio derelicto.

* *Labb. in marg.* non octo.

XXX. Maximus tyrannus de regno dejicitur, ac Ravennam perductus sublimem spectaculorum pompam tricennalibus Honorii præbuit.

XXXI. Placidia cum insidias fratri tenderet, deprehensa est, & [a] Romam exilio relegata.

a

XXXII. Honorius Ravennæ defunctus.

Nullo jure debitum Joannes ex Primicerio Notariorum regnum sumit, qui vulneratum multis cladibus reliquit Imperium.

THEODOSIUS.

Theodosius annos XXVII.

I. Placidia ad Theodosium auxilium precatum mittit.

Sigisvultdeus ad Africam contra Bonifacium properavit.

II. In Galliis Exuperantius Præfectus a militibus interficitur.

Muro Carthago circumdata, quæ ex tempore, quo vetus illa destructa est, sanctione Romanorum, ne rebellioni esset, munimento murorum non est permissa vallari.

Joanne ab exercitu Orientis victo & perempto, Ravenna deprædatione vastata est.

Aetius, Gaudentii Comitis a militibus in Galliis occisi filius, cum Chunnis Joanni opem laturus Italiam ingreditur.

III. Valentinianus Romæ Imperator factus.

IV. Arelas a Gothis per Aetium liberatur.

V. Placidia tandem illata optato regno.

Clodius regnat in Francia.

b

VI. Cassianus compertas in Ægypto [b] vitas Patrum, doctrinasque & regulas, libris ad plurimos datis exprimit.

c

VII. Aetius Ihutungorum gentem [c] delere intendit.

VIII. Viginti ferme millia militum in Hispaniis contra Vvandalos pugnantium cæsa: Vvandali in Africam transferantes ingentem, lacerata omni provincia, Romanis cladem dedere.

d

IX. Consulatu Aetius edito, [d] Bonifacium, qui ab Regina accitus ex Africa fuerat declinans, ad munitiora ascendit.

Asperitas nimii frigoris etiam saluti plurimorum pernicies exstitit.

e

Bonifacius contra Aetium certamine habito [e] perculsus, victor quidem, sed moriturus abscedit.

X. Cum ad Chunnorum gentem, cui tunc Rugila præerat, post præliunt se Aetius contulisset, impetrato auxilio ad Romanum solum [f] regreditur.

f

Gothi ad ferendum auxilium a Romanis acciti.

g

Germanus Episcopus [g] Antissiodori virtutibus & vitæ districtione clarescit.

XI. Aetius in gratiam receptus.

Rugila Rex Chunnorum, cum quo pax firmata, moritur, cui Bleda succedit.

XII. Gallia ulterior Tibatonem principem rebellionis secuta, a Romana societate discedit, a quo tracto initio, omnia pene Galliarum servitia in Bagaudam conspiravere.

XIII. Bellum contra Burgundionum gentem memorabile exarsit, quo universa pene gens cum Rege * Peretio deleta.

* *forte*, per Ætium, sicut legitur in Bibloth. Labbei.

XIV. Capto Tibatone, & ceteris seditionis partim principibus vinctis, partim necatis, Bagaudarum commotio conquievit.

XV. Theodosianus liber, omnium legum legitimorum Principum in unum collatarum, hoc primum anno editus.

Silvius turbatæ admodum mentis, post militiæ in Palatio [h] exacta munera, aliqua de religione conscribit. h

XVI. Ecclesiæ Romanæ xl. Leo suscepit principatum.

XVII. Pacatis motibus Galliarum, Aetius ad Italiam regreditur.

Deserta Valentinæ urbis rura Alanis, quibus Sambida præerat, partienda traduntur.

XVIII. Britanniæ usque ad hoc tempus variis cladibus, eventibusque lacceratæ, in ditionem Saxonum rediguntur.

XIX. Alani, quibus terræ Galliæ ulterioris cum incolis dividendæ a Patritio Aetio traditæ fuerant, resistentes armis subigunt, & expulsis dominis terræ, possessionem vi adipiscuntur.

XX. Sabaudia Burgundionum reliquiis datur, cum indigenis dividenda.

XXI. Carthago a Vvandalis capta cum omni simul Africa lacrymabili clade & damno Imperii Romani potentiam dejecit. Ex hoc quippe a Vvandalis possidetur.

XXII. Thracia Hunnorum incursione concutitur.

XXIII. Bleda Chunnorum rex Attilæ fratris fraude percutitur, cui ipse succedit.

XXIV. Nova iterum Orienti consurgit ruina, qua septuaginta non minus civitates Chunnorum deprædatione vastatæ, cum nulla ab Occidentalibus ferrentur auxilia.

XXV. Meroveus regnat in Francia.

Eudoxius arte Medicus, pravi sed exercitati ingenii, in Bagauda id temporis mota delatus, ad Chunnos confugit.

XXVI. Eucherius Lugdunensis Episcopus, & [i] Hilarius Arelatensis egregiam vitam morte consummant. i

XXVII. Hæresis nefaria a quodam Archimandrita commota, cui favorem præbens Theodosius obiit, septem super viginti annis in Imperio exactis. Cui Marianus substituitur.

Placidia quoque post irreprehensibilem [k] conversationem hoc anno vitam explevit, filio vicesimum quintum annum [l] in imperio consummante. k

Valentinianus & Martianus.

VALENTINIANUS & MARTIANUS.

I. Hac tempestate valde miserabilis Reipublicæ status apparuit, cum ne una quidem sit absque barbaro cultore provincia: & infanda Arianorum hæresis, quæ se nationibus barbaris miscuit, Catholicæ nomen fidei, [m] toto orbe diffusa, præsumat. m

At-

a Bibl. nov. Mss. Labb. *Roma in exilium*.
b Ita Ms. Victor. Editio Pithœana vero, *vias Patrum . . . exponit*.
c Ms. Victor. *deleri intendit*.
d Mss. Victor. & Jol. hic & aliis in locis, *Bonifacium*. Iidemque postea, *conscendit*.
e Ms. Jol. & Bibl. Labb. *percussus*.
f Ita Mss. Vict. & Jol. Editi, *revertitur*.
g Ms. Jol. *Antissiodori*.
h Mss. Jol. *exactæ munera*. Sic & Labb. in Bibl. Mss.
i Vox hæc, *Hilarius*, desideratur in edit. Pithœana.
k Ms. Jol. *conversionem*.
l Edit. Pith. *in ipso*.
m Ms. Jol. *toto orbe diffusæ*. Idem notatur a Labb. in margine Bibl. Mss.

Attila Gallias ingreſſus, quaſi jure debitam poſcit uxorem: ubi gravi clade inflicta & accepta, ad propria recedit:

II. Plurima hoc anno ſigna apparuerunt.

a [a] In ſperata in Galliis glade accepta, furiatus Attila Italiam petit, quam incolæ metu ſolo terriți præſidio nudavere.

III. Synodus Chalcedonenſis, ubi Eutyche Dioſcoroque damnatis, omnes qui ſe ab eis retraxerunt, in communionem recepti, confirmata univerſaliter fide, quæ de Incarnatione Verbi, ſecundum Evangelicam & Apoſtolicam doctrinam per ſanctum Papam Leonem prædicabatur.

Attila in ſedibus ſuis mortuo, magna primum inter filios ipſius certamina de obtinendo regno exorta, deinde aliquot gentium, quæ Hunnis parebant, defectus ſecuti, cauſas & occaſiones bellis dederunt, quibus ferociſſimi populi mutuis incurſibus conterentur.

IV. Inter Valentinianum Auguſtum & Aetium patricium, poſt promiſſæ invicem fidei ſacramenta, poſt pactum de conjunctione filiorum, diræ inimicitiæ convaluerunt; & unde fuit gratia charitatis augenda, inde exarſit fomes odiorum; incentore, ut creditum eſt, Heraclio Spadone, qui ita ſibi Imperatoris animum inſincero famulatu adſtrinxerat, ut eum facile in quæ vellet impelleret. Cum ergo Aetius placita inſtantius repetit, & cauſam filii [b] communis agit, Imperatoris manu & circumſtantium gladiis crudeliter confectus eſt, Boetio Præfecto Prætorii ſimul perempto, qui ei multa amicitia [c] copulatus erat.

b

c

V. Mortem Aetii mors Valentiniani non longo poſt tempore conſecuta eſt, tam imprudenter non declinata, ut interfecti Aetii amicos armigeroſque ejus ſibimet ſociaret. Qui concepti facinoris opportunitatem diſſimulante aucupantes, egreſſum extra urbem Principem, & ludo geſtationis intentum inopinatis ictibus confoderunt, Heraclio ſimul, ut erat proximus, interempto; & nullo ex multitudine regia ad ultionem tanti ſceleris accenſo.

Ut autem hoc parricidium perpetratum eſt, Maximus vir gemini Conſulatus & Patriciæ dignitatis ſumpſit Imperium. Qui cum periclitanti Reipublicæ profuturus per omnia crederetur, non ſero documento quid animi haberet probavit: ſic quidem, ut interfectores Valentiniani non ſolum [d] non plecteret, ſed etiam in amicitiam reciperet, uxoremque ejus Auguſti amiſſionem viri lugere prohibitam, intra pauciſſimos dies in conjugium ſuum tranſire cogeret. Sed hac incontinentia non diu potitus eſt. Nam poſt alterum menſem, nunciato ex Africa Genſerici Regis adventu, multiſque nobilibus ac popularibus ex urbe fugientibus, cum ipſe quoque, data cunctis abeundi licentia, trepide vellet abſcedere, a famulis Reginæ dilaniatus & membratim dejectus in Tyberim, ſepultura quoque caruit.

d

Poſt hunc Maximi exitum, confeſtim ſecuta eſt multis digna lacrymis [e] Romana captivitas, & Urbem omni præſidio vacuam Genſericus obtinuit, occurrente ſibi extra portas ſancto Leone Epiſcopo: cujus ſupplicatio ita eum, Deo agente, lenivit; ut cum omnia in poteſtate ipſius eſſent, tradita ſibi civitate, ab igne tamen & cæde atque ſuppliciis abſtineret. Per quatuordecim igitur dies ſecura & libera ſcrutatione omnibus opibus ſuis Roma vacuata eſt: multaque millia captivorum, [f] prout quique aut ætate, aut arte, placuerunt, cum Regina & filiabus ejus Carthaginem [g] abducta ſunt. [h]

e

f

g

h

a Editio Pithœana, *Inſperata Galliis.*

b Mſ. Jol. *cominus agit.* Labbeus in marg. Bibl. Mſ. *cominus, alias, commotius.*

c Mſ. Vict. *copulatus fuerat.*

d Abeſt ab edit. Pithœana particula, *non*; ſed errore manifeſto.

e Mſ. Victor, & edit. Pith. *Romana captivitas.* Jol. Mſ. *Romæ captivitas.*

f Hæc Verba, *prout quique aut ætate, aut arte placuerunt*, non leguntur in Mſ. Victorino.

g Mſ. Victor. *abducti ſunt.*

h In Mſ. Jolienſi in fine hujus operis ſubjungitur, ſive ab ipſo auctore, ſive a ſcriba amanuenſi, rubro caractere: *Hucuſque Proſperi Chronographia, in qua Dominicæ Incarnationis annos non annotavimus: quia in ſubſequenti Chronographia, eadem pene, & eo amplius, quæ a Proſpero, a Sigeberto Monacho ſub annis Domini recitantur a CCC. LXXXI. Dominicæ Incarnationis incepta, quo Jeronimus Presbyter Chronicorum ſuorum finem fecerat.* In utroque vero Manuſcripto, Jolienſi & Victorino, ſequitur Chronicon Sigeberti Monachi Genblacenſis.

FINIS PRIMÆ PARTIS APPENDICIS.

AP-

APPENDICIS

PARS SECUNDA.

CONTINENS VARIA SCRIPTA ET MONUMENTA:

Quorum lectio operibus ſancti Proſperi, ac Hiſtoriæ Semipelagianæ lucem affert.

ADMONITIO

IN SECUNDAM PARTEM APPENDICIS

OPERUM SANCTI PROSPERI.

APpendicis operum ſancti Proſperi ſecundam partem compegimus ex multis ſcriptis & monumentis, quorum pars maxima ex ſancti Auguſtini operibus deſumitur : quibus quidem Opera ipſa ſancti Proſperi, totaque Semipelagianorum Hiſtoria lucem accipient (niſi nos fallit opinio) lectoribus profuturam.

Id vero conſilii tunc maxime cepimus, dum attendimus ſanctum Proſperum, cujus nova inſtauratur Editio, in omnibus libris ſuis ſe ſancti Auguſtini exhibuiſſe diſcipulum, vindicem, immo & in pleriſque, ut ita loquamur, abbreviatorem. Ex his vero quæ exhibituri ſumus Auguſtini excerptis : 1. non infidelis diſcipulus agnoſcetur ; ſi Proſperi ſcripta cum his Auguſtini locis, quæ de eadem materia tractant, attente conferantur. 2. vindex æquus laudabitur ; cum animadvertetur, ea tantum Auguſtinianæ doctrinæ capita, quæ ab æmulis carpebantur, ex ipſis ſanctiſſimi Magiſtri ſui principiis, immo ſæpius & verbis, ab ipſo clare & ſolide fuiſſe defenſa. 3. denique, abbreviatæ Auguſtini ſententiæ explicationeſque plures, quæ apud Proſperum aliquid obſcuritatis ex brevitate contraxiſſe poſſent forte videri, lectis ipſiſſimis, unde hauſtæ ſunt, Auguſtini locis, plenæ luci, in gratiam tardioris etiam ingenii hominum, ſine dubio reſtituentur.

Hoc ipſum quoque a nobis præſtandum ferme exigit ſanctus Proſper ipſe, cum libro contra Collatorem, capite alias quadrageſimo tertio, nunc vigeſimo primo reſpondet illis qui, ut pondus omne quod conciliabatur ab Auguſtini diſcipulis doctrinæ ab ipſo defenſæ, ex inſigni illo præconio, quo ſanctus Cæleſtinus Pontifex Auguſtinum, ejuſque libros ornaverat, in ſua ad Epiſcopos Galliarum epiſtola, uno verbo elevarent : Contra iſtam (*ut ait ſanctus Proſper, loco mox citato*) clariſſimæ laudationis tubam, contra iſtam ſacratiſſimi teſtimonii dignitatem audebant malignæ interpretationis murmur emittere, & perſpicuæ ſinceriſſimæque ſententiæ, nubem obliquæ ambiguitatis obtendere : ut ſcilicet quia in Epiſtola Papæ librorum, pro quibus actum eſt, non eſt expreſſus titulus, hinc eos appareret non probatos, & iſtam in ſanctum Auguſtinum laudationem pro anteriorum ſcriptorum meritis fuiſſe collatam. *Loquebatur autem ibi ſanctus Proſper de libris de Prædeſtinatione Sanctorum, & de dono Perſeverantiæ, ad ſe & ad Hilarium a ſancto Pontifice directis: nec non de libris de Baptiſmo parvulorum, ſive de peccatorum meritis & remiſſione.*

Ut ergo ſancti Doctoris conſonum in omnibus libris ſenſum evincat, tamquam de cauſa ſua ſecurus, ſubjicit : Maneat plane, maneat iſta conditio, ut horum librorum novitas repudiata videatur, ſi in eadem cauſa ejuſdem viri diſſentit antiquitas ; & ut inutile aut incongruum judicetur, quod ab his quæ contra Pelagianos

condidit dissonans invenitur. *Tum statim subdit* : Ut itaque omittamus ea volumina, in quibus ab exordio Episcopatus sui, multo prius quam impugnatores gratiæ exurgerent, pro gratia disputavit : LEGANTUR tres ad Marcellinum ipsius libri : Ad sanctum Paulinum Nolanum Episcopum epistola retractetur : Ad beatissimum quoque Apostolicæ Sedis tunc Presbyterum Xistum, nunc vero Pontificem, emissæ paginæ recurrantur. Ad sanctum Pinianum, ad Valerium comitem, ad servos Christi Timasium & Jacobum distinctim edita volumina revolvantur. Sex libri priores contra Julianum : unus ad Aurelium Carthaginis Episcopum, de gestis Palestinis : alius ad Paulum & Eutropium Sacerdotes ; contra Pelagii & Cælestii quæstiones : & ad beatæ memoriæ Papam Bonifacium quatuor volumina recensentur. Et si in his omnibus operibus, multisque aliis, quæ enumerare longum est, idem doctrinæ spiritus, eadem prædicationis forma præcessit ; agnoscant Calumniatores superfluo se objicere, quod his libris non speciale, neque discretum testimonium sit perhibitum, quorum in cunctis voluminibus norma laudatur. Apostolica enim Sedes, quod a præcognitis sibi non discrepat, cum præcognitis probat, & quod judicio jungit, laude non dividit. Qui ergo hos proxime editos libros refutant, anterioribus acquiescant, & iis quæ pro gratia Christiana sunt scripta consentiant.

Quo sancti Prosperi loco moti lectores studiosi, desiderabunt forte ipsos causæ hujus titulos sibi statim exhiberi. Quod ut facilius præstetur, visum est ea supradictorum librorum loca, cum quibusdam affinibus, quæ disputata Prosperum inter & Semipelagianos capita spectarent, fusius hic exhibere, annexis quibusdam ejusdem sancti Doctoris locis, quibus Semipelagianorum tela, etiam antequam ipsi orirentur, elisa deprehenduntur. Quo fiet ut a nemine vana tanti doctrinæ Augustinianæ vindicis defensio judicetur.

Eadem de causa librum de Correptione & Gratia totum in ipso hujus partis Appendicis nostræ principio damus. Quia cum ab Augustino scriptus esset, ad sedandos Adrumetinorum tumultus, & a discipulis ejus in Gallias adlatus fuisset ad comprimenda Massilienssium murmura ; illis quidem satisfecit, his vero novorum tumultuum occasio extitit, & totius concertationis, quæ maximam Prosperianorum operum partem occupat caput & initium effectus est.

Cetera fere omnia quæ infra edentur, in hunc usum destinantur, ut Sententiæ plures ex Augustino per Prosperum nostrum excerptæ ; illæ maxime, quæ magis sensum quam verba ipsa sancti Augustini referrent, omni obscuritate discussa, indubitato intellectui redderentur. Quod ipsum de excerptis Expositionum quarumdam in Psalmos a centesimo ad centesimum quinquagesimum dici omnino desideramus.

Quod quidem pene necessarium onus imposuisse nobis videntur eruditissimi sancti Augustini operum Editores Monachi Ordinis sancti Benedicti e Congregatione sancti Mauri (quorum doctis vigiliis tot nominibus devinctos se agnoscunt litterarum Sacrarum & Ecclesiasticarum studiosi (cum illi in margine eorum operum S. Prosperi, ex quibus tertiam partem Appendicis tomo decimo Editionis novæ sancti Augustini suffixæ confici voluerunt, pluribus in locis in margine apposuere hanc vocem VIDE *: cum alia Augustini loca citarent absque tali monito. Qua quidem agendi ratione satis indicarunt hujuscemodi locis aliquid difficultatis obscuritatisve superesse, unde fusiori Augustini locorum lectione indigerent. Tam doctorum Virorum judicio adhærere, & eorumque vestigiis (quoad licuit) insistere utile sanumque nobis fore visum est. Lectorum denique commodo prospicientes, singula ex infra secuturis Excerptis in ipso opere Prosperiano ad oram libri adnotare curavimus.*

S. AU-

S. AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI,
DE CORREPTIONE ET GRATIA,
AD VALENTINUM ET CUM ILLO MONACHOS ADRUMETINOS,
LIBER * UNUS.

* Scriptus anno Christi 426. aut 427. paulo post Pascha

Principio dicit quænam sit catholica fides de lege, de libero arbitrio & de gratia. Gratiam Dei per Jesum Christum eam esse docet, qua sola homines liberantur a malo, & sine qua nullum prorsus faciunt bonum, non solum monstrante ipsa quid faciendum sit, sed etiam præstante ipsa ut id cum dilectione faciant, cum iis Deus inspirationem bonæ voluntatis atque operis largiatur. Correptionem hominum malorum, qui hanc gratiam non acceperunt, nec injustam esse, cum sua voluntate mali sint; nec inutilem, tametsi fatendum est nonnisi per Deum fieri ut prosit. Perseverantiam in bono magnum re vera esse Dei munus: nec tamen ideo ejus qui non perseveraverit, negligendam esse correptionem: & qui non accepto hoc dono fuerit sua voluntate relapsus in peccatum, eum non correptione tantum, sed si usque ad mortem in malo permanserit, etiam æterna damnatione dignum esse. Cur hoc donum ille accipiat, ille non accipiat, esse inscrutabile. Ex prædestinatis nullum perire posse: ac subinde perseverantiam, quam non omnes accipiunt qui hic filii Dei appellantur, iis omnibus dari qui vere filii sunt præscientia & prædestinatione Dei. Respondet ad quæstionem quæ de Adamo se offert, quomodo ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit. Ostendit tale primum ipsi datum esse adjutorium, sine quo non posset permanere si vellet, non quo fieret ut vellet: nunc vero per Christum dari, non solum sine quo permanere non possumus, etiam si velimus, verum etiam tantum ac tale, quo fiat ut velimus. Prædestinatorum, quibus proprium est hujusmodi donum, probat certum esse numerum, neque augendum, neque minuendum: & cum ignotum sit quis ad eum numerum pertineat, qui non pertineat, medicinalem correptionem adhibendam esse omnibus peccantibus, ne vel ipsi pereant vel alios perdant. Concludit demum, nec gratia prohiberi correptionem, nec correptione negari gratiam.

1 LEctis litteris vestris, Valentine frater dilectissime, & qui simul servitis Deo, quas per fratrem Florum, & eos qui cum illo ad nos venerunt, misit caritas vestra, egi Deo gratias, quod vestram in Domino pacem, & in veritate consensionem, & in caritate flagrantiam vestro nobis redditio sermone cognovi. Quod autem ad subversionem quorumdam apud vos molitus est inimicus, Deo miserante & ejus insidias in suorum servorum provectum mirabili bonitate vertente, ad hoc potius valuit, ut nulli vestrum destruerentur in pejus, sed nonnulli instruerentur in melius. Non itaque opus est omnia idemtidem retractare, quæ sufficienter vobis pleno libro * disputata transmisimus: quem quomodo susceperitis, rescripta indicat vestra. Veruntamen semel lectum nullo modo arbitremini satis vobis innotescere potuisse. Si ergo eum fructuosissimum habere vultis, non vos pigeat relegendo habere notissimum, ut diligentissime sciatis quibus & qualibus quæstionibus solvendis atque sanandis, non ibi humana, sed divina occurrat auctoritas, a qua recedere non debemus, si volumus pervenire quo tendimus.

* *Lib. de gratia & libero arbitrio.*

De lege, gratia, & libero arbitrio fides catholica.

S. Prosperi.

2. Dominus autem ipse non solum ostendit nobis a quo malo declinemus, & quod bonum faciamus, quod solum potest legis littera: verum etiam adjuvat nos, ut declinemus a malo, & faciamus bonum, quod nullus potest sine spiritu gratiæ: quæ si desit, ad hoc lex adest, ut reos faciat & occidat. Propter quod dicit Apostolus, *Littera occidit, spiritus autem vivificat.* Qui ergo legitime lege utitur, discit in ea malum & bonum, & non confidens in virtute sua confugit ad gratiam, qua præstante declinet a malo, & faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam, nisi cum a Domino gressus hominis diriguntur, & viam ejus volet? Ac per hoc & desiderare auxilium gratiæ, initium gratiæ est: de quo ait ille, *Et dixi, nunc cœpi; hæc est immutatio dexteræ excelsi.* Liberum itaque arbitrium & ad malum & ad bonum faciendum confitendum est nos habere: sed in malo faciendo liber est quisquæ justitiæ servusque peccati; in bono autem liber esse nullus potest, nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit, *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis.* Nec ita ut, cum quisque fuerit a peccati dominatione liberatus, jam non indigeat sui liberatoris auxilio: sed ita potius, ut ab illo audiens, *Sine me nihil potestis facere*; dicat

Ps. 36 27.

2. Cor. 3. 6. Legitimus legis usus.

Ps. 36. 23. Desiderare gratiam initium gratiæ est.

Ps. 76. 11.

Liber in bono nullus, nisi per Christi gratiam fuerit liberatus.

Joan. 8. 36.

Joan. 15. 5.

Psal. 26. 9.

cat ei & ipſe, *Adjutor meus eſto, ne derelinquas me*. Hanc fidem, quæ ſine dubio VERA & PROPHETICA & APOSTOLICA & CATHOLICA FIDES eſt, etiam in fratre noſtro Floro inveniſſe me gaudeo: unde hi potius corrigendi ſunt, quos quidem propitio Deo correctos eſſe jam exiſtimo, qui eum non intelligebant.

CAPUT II. Gratia Dei per Jeſum Chriſtum quænam ſit.

3. INTELLIGENDA eſt enim gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum, qua ſola homines liberantur a malo, & ſine qua nullum prorſus ſive cogitando, ſive volendo & amando, ſive agendo faciunt bonum: non ſolum ut monſtrante ipſa quid faciendum ſit ſciant, verum etiam ut præſtante ipſa faciant cum dilectione quod ſciunt. Hanc quippe inſpirationem bonæ voluntatis atque operis poſcebat Apoſtolus eis, quibus dicebat, 2.Cor.13.7 *Oramus autem ad Deum, ne quid faciatis mali, non ut nos probati appareamus, ſed ut vos quod bonum eſt faciatis*. Quis audiat, & non evigilet, atque fateatur a Domino Deo nobis eſſe, ut declinemus a malo, & faciamus bonum? Quando quidem non ait Apoſtolus, monemus, docemus, hortamur, increpamus: ſed ait, *Oramus ad Deum, ne quid faciatis mali, ſed quod bonum eſt faciatis*. Et tamen etiam loquebatur eis, & faciebat illa omnia quæ commemoravi; monebat, docebat, hortabatur, increpabat: ſed ſciebat hæc omnia non valere, quæ plantando & rigando faciebat in aperto, niſi eum pro illis exaudiret orantem, qui dat incrementum in occulto. Quoniam ſicut idem doctor gentium dicit, 1.Cor. 3.7. *Neque qui planta eſt aliquid, neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.*

4. Non ſe itaque fallant, qui dicunt, *Ut quid nobis prædicatur atque præcipitur, ut declinemus a malo et faciamus bonum, ſi hoc nos non agimus, ſed* Phil.2.13. *id velle et operari Deus operatur in nobis*. Sed po- Rom.8.14. tius intelligant, ſi filii Dei ſunt, ſpiritu Dei ſe agi, ut quod agendum eſt agant; & cum egerint, illi a quo aguntur gratias agant. Aguntur enim ut agant, non ut ipſi nihil agant; & ad hoc eis oſtenditur quid agere debeant, ut quando id agunt ſicut agendum eſt, id eſt, cum dilectione & delectatione juſtitiæ, ſuavitatem quam dedit Pſ.84.13. Dominus, ut terra eorum daret fructum ſuum, accepiſſe ſe gaudeant. Quando autem non agunt, ſive omnino non faciendo; ſive non ex ca- 1.Cor.4.7. ritate faciendo; orent, ut quod nondum habent accipiant. Quid enim habebunt, quod non acceperunt ſi aut quid habent, quod non acceperunt?

CAPUT III. Correptio non negligenda.

5. *Ergo*, inquiunt, *præcipiant tantummodo nobis quid facere debeamus qui nobis præſunt; & ut faciamus orent pro nobis: non autem nos corripiant & arguant, ſi non fecerimus*. Immo omnia fiant; quoniam doctores Eccleſiarum Apoſtoli omnia faciebant, & præcipiebant quæ fierent, & corripiebant ſi non fierent, & orabant ut fierent. Præci- 1.Cor.16. pit Apoſtolus dicens, *Omnia veſtra cum caritate* 14. *fiant*. Corripit dicens, *Jam quidem omnino deli-* 1.Cor.6.7. *ctum eſt in vobis, quia judicia habetis vobiſcum*. &c. *Quare enim non magis iniquitatem patimini? quare non potius fraudamini? Sed vos iniquitatem facitis, & fraudatis, & hoc fratres. An neſcitis, quia injuſti regnum Dei non poſſidebunt?* Audia- 1.Theſſ.3. mus & orantem: *Vos autem*, inquit, *Dominus* 12. *multiplicet, & abundare faciat in caritate in invicem & in omnes*. Præcipit, ut habeatur caritas: corripit, quia non habetur caritas: orat, ut abundet caritas. O homo, in præceptione cognoſce quid debeas habere, in correptione cognoſce tuo te vitio non habere, in oratione cognoſce unde accipias quod vis habere.

Uſus præcepti, correptionis, & orationis.

6. *Quomodo*, inquit, *meo vitio non habetur, quod non accepi ab illo, a quo niſi detur, non eſt omnino alius unde tale ac tantum munus habeatur?* Patimini me paululum, fratres mei, non adverſum vos, quorum rectum eſt cor cum Deo, ſed adverſus eos qui terrena ſapiunt, vel adverſus ipſas humanas cogitationes, pro cæleſtis & divinæ gratiæ veritate certare. Hoc enim dicunt, qui in ſuis malignis operibus ab hujus gratiæ prædicatoribus corripi nolunt: *Præcipe mihi quid faciam: & ſi fecero, age pro me gratias Deo, qui mihi ut facerem dedit: ſi autem non fecero, non ego corripiendus ſum, ſed ille orandus eſt, ut det quod non dedit, id eſt, ipſam, qua precepta ejus fiunt, fidelem Dei & proximi caritatem. Ora ergo pro me* Prov. 8. *ut hanc accipiam, & per hanc ex animo cum bona* ſec. LXX. *voluntate quæ præcipit faciam. Recte autem corriperer, ſi eam mea culpa non haberem, hoc eſt, ſi eam poſſem mihi dare vel ſumere ipſe, nec facerem, vel ſi dante illo ego accipere noluiſſem. Cum vero & ipſa voluntas a Domino præparetur, cur me corripis, quia vides me ejus præcepta facere nolle; & non potius ipſum rogas, ut in me operetur & velle?*

CAPUT V. Correptionis neceſſitas & utilitas.

7. Ad hæc reſpondemus: Quicumque Dei præcepta jam tibi nota non facis, & corripi non vis, etiam propterea corripiendus es, quia corripi non vis. Non vis enim tibi tua vitia demonſtrari; non vis ut feriantur, fiatque tibi utilis dolor, quo medicum quæras: non vis tibi tu ipſe oſtendi, ut cum deformem te vides, reformatorem deſideres, eique ſupplices, ne in illa remaneas fœditate. Tuum quippe vitium eſt quod malus es, & majus vitium corripi nolle, quia malus es: quaſi laudanda vel indifferenter habenda ſint vitia, ut neque laudentur neque vituperentur; aut vero nihil agat timor correpti hominis, vel pudor, vel dolor; aut aliud agat, cum ſalubriter ſtimulat, niſi ut rogetur bonus, & ex malis qui corripiuntur, bonos faciat, qui laudentur. Quod enim vult pro ſe fieri qui corripi non vult, & dicit, Ora potius pro me; ideo corripiendus eſt, ut faciat etiam ipſe pro ſe. Dolor quippe ille, quo ſibi diſplicet, quando ſentit correptionis aculeum, excitat eum in * majoris orationis affectum; ut Deo miſerante, incremento caritatis adjutus deſinat agere pudenda & dolenda, & agat laudanda atque gratanda. Hæc eſt correptionis utilitas, quæ nunc major, nunc minor pro peccatorum diverſitate ſalubriter adhibetur; & tunc eſt ſalubris, quando ſupernus medicus reſpicit. Non enim aliquid proficit, niſi cum facit ut peccati ſui quemque pæniteat. Et quis hoc dat, niſi qui reſpexit apoſtolum Petrum negantem, & fecit flentem? Unde & apoſtolus Paulus poſtea quam dixit, cum modeſtia corripiendos eſſe diverſa ſentientes, protinus addidit, *Ne quando* 2.Tim. 2. *det eis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant de diaboli laqueis*. 25.

* *f.* majorem.

Correptio ſalubris, quando ſupernus medicus reſpicit. Luc.22.61

8. Cur autem iſti qui corripi nolunt, dicunt, *Tantum præcipe mihi, & ora pro me, ut quod præcipis faciam?* Cur non potius ſecundum ſuum pravum ſenſum & iſta duo reſpuunt, & dicunt, Nec ut præcipias mihi, nec ut ores pro me volo? Quis enim hominum oſtenditur oraſſe pro Petro, ut daret ei Deus pœnitentiam, qua ſe negaſſe Dominum flevit? Quis hominum Paulum divinis præceptis ad fidem Chriſtianam pertinentibus erudivit? Cum ergo audirentur prædicans Evangelium, & dicens, *Notum enim vobis facio, fratres, Evan-* Gal.1.11.

ge-

gelium quod evangelizatum est a me, quia non est secundum hominem; neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per revelationem Christi Jesu: responderetur ei, Quid nobis molestus es, ut abs te accipiamus atque discamus, quod tu non ab homine accepisti neque didicisti? Potens est ille qui tibi dedit, sic & nobis dare quomodo tibi. Porro si hoc non audent dicere; sed patiuntur sibi Evangelium ab homine prædicari; quamvis etiam possit non per hominem homini dari: concendant etiam corripi se debere a præpositis suis, a quibus Christiana gratia prædicatur; quamvis non negetur Deus posse, quem velit etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad dolorem salubrem pœnitentiæ occultissima & potentissima medicinæ suæ potestate perducere. Et sicut non est ab oratione cessandum pro eis quos corrigi volumus, etiam si nullo hominum orante pro Petro Dominus respexit eum, & fecit eum suum peccatum flere: ita non est negligenda correptio, quamvis Deus quos voluerit, etiam non correptos, faciat esse correctos. Tunc autem correptione proficit homo, cum miseretur atque adjuvat, qui facit quos voluerit etiam sine correptione proficere. Sed quare isti sic, illi aliter, atque alii aliter, diversis & innumerabilibus modis vocentur ut reformentur, absit ut dicamus judicium luti esse debere, sed figuli.

CAPUT VI.

9. *Apostolus*, inquiunt, *ait*, *Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Cur ergo corripimur, arguimur, reprehendimur, accusamur? Quid facimus, qui non accepimus?* Qui hæc dicunt, extra culpam se videri volunt, in hoc quod non obediunt Deo: quia utique ipsa obedientia munus ejus est; quæ necesse est ut sit in eo cui caritas inest, quæ sine dubio ex Deo est, & dat eam Pater filiis suis. *Hanc*, inquiunt, *non accepimus, quid itaque corripimur, quasi nos eam nobis dare possimus, & nostro arbitrio dare nolimus?* Nec adtendunt, si nondum regenerati sunt, primam esse causam, cur objurgati quod sint inobedientes Deo, sibi debeant displicere, quia fecit Deus hominem rectum ab initio humanæ creaturæ, & non est iniquitas apud Deum. Ac per hoc prima pravitas qua Deo non obeditur, ab homine est; quia ex rectitudine, in qua eum Deus primitus fecit, sua mala voluntate decidens, pravus effectus est. An vero ideo pravitas ista corripienda non est in homine, quia non ejus propria qui corripitur, sed communis est omnibus? Immo vero corripiatur & in singulis, quod est omnium. Non enim propterea cujusquam non est, quod ab nullus immunis est. Pecata quidem ista originalia ideo dicuntur aliena, quod ea singuli de parentibus trahunt: sed non sine caussa dicuntur & nostra, quia in illo uno omnes, sicut dicit Apostolus, peccaverunt. Corripiatur ergo origo damnabilis, ut ex dolore correptionis voluntas regenerationis oriatur: si tamen qui corripitur filius est promissionis, ut strepitu correptionis forinsecus insonante ac flagellante, Deus in illo intrinsecus occulta inspiratione operetur & velle. Si autem jam regeneratus & justificatus in malam vitam sua voluntate relabitur, certe iste non potest dicere, Non accepi: quia acceptam gratiam Dei suo in malum libero amisit arbitrio. Qui si correptione compunctus salubriter ingemit, & ad similia bona opera vel etiam meliora revertitur: nempe hic apertissime utilitas correptionis apparet. Sed per hominem correptio sive ex caritate sit, sive non sit, tamen ut correpto prosit, non nisi per Deum fit.

1.Cor. 4.7.

1 Joan. 4.7. Cur juste corripiantur qui non obediunt Deo tametsi gratiam obediendi nondum acceperint.

Eccl. 7.30. Rom. 9.14

Originale peccatum quomodo alienum & nostrum

Rom. 5.12.

Ibidem.

10. An adhuc & iste nolens corripi, potest dicere, *Quid ego feci, qui non accepi*: quem constat accepisse, & sua culpa quod acceperat amisisse? *Possum* inquit, *possum omnino, quando me arguis, quod ex bona vita in malam mea voluntate relapsus sum, dicere adhuc, Quid ego feci, qui accepi? Accepi enim fidem, quæ per dilectionem operatur: sed in illa usque in finem perseverantiam non accepi. An quisquam dicere audebit istam perseverantiam non esse donum Dei, & hoc tam magnum bonum ita esse nostrum, ut quisquis id habuerit, non ei possit Apostolus dicere, Quid enim habes quod non accepisti; quoniam hoc sic habet ut non acceperit?* Ad hæc nos negare quidem non possumus, etiam perseverantiam in bono proficientem usque in finem, magnum esse Dei munus: nec esse nisi ab illo, de quo scriptum est, *Omne datum optimum & omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum*. Sed non ideo est ejus qui non perseveravit, negligenda correptio, ne forte det illi Deus pœnitentiam, & resipiscat de diaboli laqueis. Correptionis quippe utilitati hanc sententiam subjunxit Apostolus, dicens, sicut supra commemoravi: *Cum modestia corripientem diversa sentientes, nequando det illis Deus pœnitentiam*. Nam si dixerimus istam perseverantiam tam laudabilem tamque felicem sic esse hominis, ut ei non sit ex Deo; illud primitus evacuamus, quod ait Dominus Petro, *Ego rogavi pro te, ne deficiat fides tua*. Quid enim ei rogavit, nisi perseverantiam usque in finem? Quæ profecto si ab homine homini esset, a Deo poscenda non esset. Deinde cum dicit Apostolus; *Oramus autem ad Deum, ne quid faciatis mali*; procul dubio perseverantiam eis orat ad Deum. Neque enim nihil mali facit, qui bonum deserit, & a quo declinare debet, inclinatur in malum, non perseverans in bono. Illo etiam loco ubi dicit, *Gratia ago Deo meo in omni memoria vestri semper in omni prece mea pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens, super communione vestra in Evangelio a prima die usque nunc, confidens hoc ipsum, quoniam qui cœpit in vobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Jesu*: quid aliud eis quam perseverantiam in bono usque in finem, de Dei miseratione promittit? Itemque ubi dicit, *Salutat vos Epaphras, qui ex vobis est servus Christi Jesu, semper certans pro vobis in orationibus, ut stetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei*: quid est, *ut stetis*, nisi ut perseveretis? Unde dictum est de diabolo, *In veritate non stetit*: quia fuit ibi, sed non permansit. Nam utique isti in fide jam stabant. Nec aliud oramus, cum oramus, ut qui stat, stet, nisi ut perseveret. Item Judas apostolus, cum dicit, *Ei autem qui potens est conservare vos sine offensione, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in lætitia*: nonne apertissime ostendit donum Dei esse, in bono perseverare usque in finem? Quid enim aliud donat, qui conservat sine offensione, ut constituat ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in lætitia, nisi perseverantiam bonam? Quid est etiam quod in Apostolorum Actibus legimus, *Audientes autem gentes gravisæ sunt, & exceperunt verbum Domini, & crediderunt quotquot erant ordinati in vitam æternam*? Quis in æternam vitam potuit ordinari, nisi perseverantiæ dono? Quando quidem *qui perseveravit usque in finem, hic salvus erit*. Qua salute, nisi æterna? Cum vero in

1.Cor. 4.7. Perseverantia omnis donum est Dei.

Jacob. 1.17

2. Tim. 2. 25.

Ibidem.

Luc. 22.32

2. Cor. 13.7

Philip. 1.3 & seq.

Coloss. 4. 12.

Joan. 8.44. Diabolus in veritate fuit, sed non permansit.

Judæ 24.

Act. 13.48.

Matt. 10. 22.

Matt. 6.9.

in Oratione dominica Deo Patri dicimus, *Sanctificetur nomen tuum*: quid aliud dicimus, quam ut nomen ejus sanctificetur in nobis? Quod cum jam per lavacrum regenerationis effectum sit, quare quotidie a fidelibus poscitur, nisi ut in eo quod factum est in nobis, perseveretur a nobis? Nam & beatus Cyprianus hoc sic intelligit: exponens quippe eamdem orationem, *Dicimus*, inquit, *Sanctificetur nomen tuum: non quod optemus Deo, ut sanctificetur orationibus nostris; sed quod petamus a Deo, ut nomen ejus sanctificetur in nobis. Ceterum a quo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse dixit, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum; id petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus perseveremus.* Ecce gloriosissimus martyr hoc sentit, quod in his verbis quotidie fideles Christi petunt, ut perseverent in eo quod esse cœperunt. Nullo autem dubitante, quisquis a Domino ut in bono perseveret præcatur, donum ejus esse talem perseverantiam confitetur.

Lev. 19. 2.

CAPUT VII. Qui non accepto perseverantiæ dono, relapsi sunt & in peccato mortui, juste damnandi.

11. QUÆ cum ita sint, corripimus tamen eos justeque corripimus, qui cum bene viverent, non in eo perseverarunt. Ex bona quippe in malam vitam sua voluntate mutati sunt; & ideo correptione; & si nihil eis correptio profuerit, sed in vita perdita usque ad mortem perseveraverint, etiam divina in æternum damnatione sunt digni. Nec se excusabunt dicentes, sicut modo dicunt; *Quare corripimur?* ita tunc, Quare damnamur, quando quidem ut ex bono reverteremur ad malum, perseverantiam non accepimus qua permaneremus in bono? nullo modo hac excusatione a justa damnatione se liberabunt. Si enim, sicut veritas loquitur, nemo liberatur a damnatione quæ facta est per Adam, nisi per fidem Jesu Christi; & tamen ab hac damnatione non se liberabunt qui poterunt dicere, non se audisse Evangelium Christi, cum fides ex auditu sit: quanto minus se liberabunt qui dicturi sunt, perseverantiam non accepimus. Justior enim videtur excusatio dicentium, Non accepimus audientiam, quam dicentium, Non accepimus perseverantiam: quoniam potest dici, Homo, in eo quod audieras & tenueras, in eo perseverares si velles; nullo modo autem dici potest, Id quod non audieras, crederes si velles.

Rom. 10. 17

Qui perseverantiam non acceperunt, non sunt discreti a massa perditionis.

12. Ac per hoc & qui Evangelium non audierunt, & qui eo audito in melius commutati perseverantiam non acceperunt, & qui Evangelio audito venire ad Christum, hoc est, in eum credere noluerunt, quoniam ipse dixit, *Nemo venit ad me, nisi ei datum fuerit a Patre meo*, & qui per ætatem parvulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lavacro regenerationis absolvi, quo tamen non accepto mortui perierunt; non sunt ab illa conspersione discreti, quam constat esse damnatam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem. Discernuntur autem non meritis suis, sed per gratiam Mediatoris, hoc est, in sanguine secundi Adam justificati gratis. Itaque cum audimus, *Quis enim te discernit? quid autem habes quod non accepisti? si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* ab illa perditionis massa quæ facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi qui hoc donum habet, quisquis habet, quod gratia Salvatoris accepit. Hoc autem apostolicum testimonium tam magnum est, ut beatus Cyprianus ad Quirinum scribens, ipsum subjecerit illi titulo, in quo ait, In nullo esse gloriandum, quando nostrum nihil sit.

Joan. 6. 66.

1. Cor. 4. 7.

Lib. 3. testimoniorum titulo, seu cap. 4.

13. Quicumque ergo ab illa originali damnatione ista divinæ gratiæ largitate discreti sunt, non est dubium quod & procuratur eis audiendum Evangelium; & cum audiunt, credunt; & in fide quæ per dilectionem operatur, usque in finem perseverant; & si quando exorbitant, correpti emendantur, & quidam eorum etsi ab hominibus non corripiantur, in viam quam reliquerant redeunt; & nonnulli accepta gratia, in qualibet ætate, periculis hujus vitæ mortis celeritate subtrahuntur. Hæc enim omnia operatur in eis, qui vasa misericordiæ operatus est eos, qui & elegit eos in Filio suo, ante constitutionem mundi per electionem gratiæ. *Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia.* Non enim sic sunt vocati, ut non essent electi; propter quod dictum est, *Multi enim vocati, pauci vero electi:* sed quoniam secundum propositum vocati sunt, profecto & electi sunt per electionem, ut dictum est, gratiæ, non præcedentium meritorum suorum; quia gratia illis est omne meritum.

Gal. 5. 6.

Rom. 11. 6.

Matt. 20. 16.

Electio gratiæ, non meritorum.

14. De talibus dicit Apostolus, *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperatur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt: quoniam quos ante præscivit, & prædestinavit, conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos autem prædestinavit, illos & vocavit; quos autem vocavit, ipsos & justificavit; quos autem justificavit, ipsos & glorificavit.* Ex istis nullus perit, quia omnes electi sunt. Electi sunt autem, quia secundum propositum vocati sunt: propositum autem, non suum, sed Dei; de quo alibi dicit, *Ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, quia major serviet minoris:* & alibi, *Non secundum opera nostra*, inquit, *sed secundum suum propositum & gratiam.* Cum ergo audimus. *Quos autem prædestinavit, illos & vocavit*; secundum propositum vocatus debemus agnoscere: quoniam inde cœpit, dicens, *Omnia cooperatur in bonum, his qui secundum propositum vocati sunt:* ac deinde subjunxit, *Quoniam quos antepræscivit, & prædestinavit conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus:* atque his præmissis subdidit, *Quos autem prædestinavit, illos & vocavit.* Eos itaque vult intelligi, quos secundum propositum vocavit; ne putentur in eis esse aliqui vocati & non electi, propter illam dominicam sententiam, *Multi vocati, pauci electi.* Quicumque enim electi, sine dubio etiam vocati: non autem quicumque vocati, consequenter electi. Illi ergo electi, ut sæpe dictum est, qui secundum propositum vocati, qui etiam prædestinati atque præsciti. Horum si quisquam perit, fallitur Deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur Deus. Horum si quisquam perit, vitio humano vincitur Deus: sed nemo eorum perit, quia nulla re vincitur Deus. Electi autem sunt ad regnandum cum Christo; non quomodo electus est Judas ad opus cui congruebat. Ab illo quippe electus est, qui novit bene uti etiam malis, ut & per ejus opus damnabile illud propter quod ipse venerat, opus venerabile compleretur. Cum itaque audimus, *Nonne ego vos duodecim electi, & unus ex vobis diabolus est*: illos debemus intelligere electos per misericordiam, illum per judicium; illos ad obtinendum regnum suum, illum ad fundendum sanguinem suum.

Rom. 9. 11.

2. Tim. 1. 9 Rom. 8. 30.

Ibid. 28.

Vocatio duplex.

Matt. 20. 16.

Electio ad regnum.

Joan 6. 71.

Electio per misericordiam & per judicium.

15. Merito sequitur vox ad regnum electorum, *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & cum illo nobis omnia do-*

Rom. 8. 31. & seqq.

na-

navit? Quis accusabit adversus electos Dei? Deus qui justificat? Quis condemnat? Christus qui mortuus est, magis autem qui & resurrexit, qui est in dextera Dei, qui & interpellat pro nobis? quam fortis autem perseverantiæ usque in finem munus acceperint, sequantur & dicant: *Quis nos separabit a charitate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? Sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oves occisionis. Sed in his omnibus supervincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque angelus, neque principatus, neque præsentia, neque futura, neque virtus, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare a charitate Dei, quæ est in Christo Jesu Domino nostro.*

Ibid. 35. *seqq.*

Ps. 43. 22.

2 *Tim.* 2. 19. 16. Isti significati sunt ad Timotheum, ubi cum dictum fuisset, Hymenæum & Philetum fidem quorumdam subvertere: mox additum est, *Firmum autem fundamentum Dei stat, habens signaculum hoc, Scivit Dominus qui sunt ejus.* Horum

Gal. 5. 6. fides, quæ per dilectionem operatur, profecto aut omnino non deficiet, aut si qui sunt quorum deficit, reparatur ante quam vita ista finiatur, & deleta quæ intercurrerat iniquitate, usque in finem perseverantia deputatur. Qui vero perseveraturi non sunt, ac sic a fide Christiana & conversatione lapsuri sunt, ut tales eos vitæ hujus finis inveniat; procul dubio nec illo tempore, quo bene pieque vivunt, in istorum numero computandi sunt. Non enim sunt a massa illa perditionis præscientia Dei & prædestinatione discreti; & ideo nec secundum propositum vocati; ac per hoc nec electi: sed in eis vocati, de quibus dictum est, *Multi vocati*; non in eis de quibus dictum est, *pauci vero electi*. Et tamen quis neget eos electos, cum credunt, & baptizantur, & secundum Deum vivunt? Plane dicuntur electi a nescientibus quid futuri sint, non ab illo qui eos novit non habere perseverantiam quæ ad beatam vitam perducit electos, scitque illos ita stare, ut præscierit esse casuros.

Quicumque non perseverant, non sunt a massa perditionis prædestinatione discreti.

Matt. 20. 16.

CAPUT VIII. 17. HIC si a me quæratur, cur eis Deus perseverantiam non dederit, quibus eam qua Christiane viverent, dilectionem dedit: me ignorare respondeo. Non enim arroganter, sed agnoscens modulum meum, audio dicentem Apostolum, *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* &, *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus?* Quantum itaque nobis judicia sua manifestare dignatur, gratias agamus: quantum vero abscondere, non adversus ejus consilium murmuremus, sed hoc quoque nobis saluberrimum esse credamus. Tu autem quisquis inimicus ejus gratiæ sic interrogas, ipse quid dicis? Bene, quod te non negas esse Christianum, & catholicum jactas. Si ergo confiteris, donum Dei esse perseverare in bono usque in finem; cur hoc donum ille accipiat, ille non accipiat, puto quod mecum pariter nescis, & ambo hic inscrutabilia judicia Dei penetrare non possumus. Aut si ad liberum arbitrium hominis, quod non secundum Dei gratiam, sed contra eam defendis, pertinere dicis ut perseveret in bono quisque, vel non perseveret, non Deo donante si perseveret, sed humana voluntate faciente; quid moliturus es contra verba dicentis, *Rogavi pro te, Petre, ne deficiat fides tua?* An audebis dicere etiam rogante Christo ne deficeret fides Petri, defecturam fuisse si Petrus eam deficere voluisset, hoc est, si eam usque in finem perseverare noluisset? quasi aliud Petrus ullo modo vellet, quam pro illo Christus rogasset ut vellet. Nam quis ignorat, tunc fuisse perituram fidem Petri, si ea qua fidelis erat, voluntas ipsas deficeret; & permansuram, si eadem voluntas maneret? Sed quia *præparatur voluntas a Domino;* ideo pro illo Christi non posset esse inanis oratio. Quando rogavit, nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimam, invictissimam, perseverantissimam voluntatem? Ecce quemadmodum secundum gratiam Dei, non contra eam, libertas defenditur voluntatis. Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, & ut perseveret delectabilem perpetuitatem, & insuperabilem fortitudinem.

Perseverantia cur uni detur, alteri non detur, inscrutabile.

Quæstioni cur perseveret quisque vel non perseveret, quidam per liberum arbitrium, hominis sic respondent, ut id contra gratiam defendant.

Luc. 22. 32

Prov. 8. *sec.* LXX.

Voluntas non libertate gratiam, sed gratia libertatem consequitur.

18. Mirandum est quidem, multumque mirandum, quod filiis suis quibusdam Deus quos regeneravit in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit, non dat perseverantiam; cum filiis alienis scelera tanta dimittat, atque impertita gratia faciat filios suos. Quis hoc non miretur? quis hoc non vehementissime stupeat? Sed etiam illud non minus mirum est, & tamen verum, atque ita manifestum, ut nec ipsi inimici gratiæ Dei quomodo id negent valeant invenire, quod filios quosdam amicorum suorum, hoc est, regeneratorum bonorumque fidelium, sine baptismo hinc parvulos exeuntes, quibus utique si vellet hujus lavacri gratiam procuraret, in cujus potestate sunt omnia, alienat a regno suo, quo parentes mittit illorum, & quosdam filios inimicorum suorum facit in manus Christianorum venire, & per hoc lavacrum introducit in regnum, a quo eorum parentes alieni sunt; cum & illis malum, & istis bonum meritum nullum sit parvulis, ex eorum propria voluntate. Certe hic judicia Dei, quoniam justa & alta sunt, nec vituperari possunt, nec penetrari. In his est & illud de perseverantia, de qua nunc disputamus. De utrisque ergo exclamemus, *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, quam inscrutabilia sunt judicia ejus.*

Exempla quædam obstupendorum judiciorum Dei.

Rom. 11. 33.

19. Nec miremur nos vestigare non posse investigabiles vias ejus. Ut enim alia innumerabilia taceam, quæ aliis dantur, aliis non dantur hominibus a Domino Deo, apud quem non est acceptio personarum, nec tribuuntur ista meritis voluntatum, sicut sunt celeritates, vires bonæ valetudines, & pulcritudines corporum, ingenia mirabilia, & multarum artium capaces naturæ mentium; vel quæ accedunt extrinsecus, ut est opulentia, nobilitas, honores, & cetera hujusmodi, quæ quisque ut habeat, non nisi in Dei est potestate: ut non immorer etiam in baptismate parvulorum, (quod nullus istorum potest dicere, sicut illa, ad regnum Dei non pertinere,) cur illi parvulo detur, illi non detur; cum sit utrumque in potestate Dei, & sine illo sacramento nemo intret in regnum Dei: ut ergo hæc taceam vel relinquam, illos ipsos intueantur de quibus agitur. De his enim disserimus, qui perseverantiam bonitatis non habent, sed ex bono in malum deficiente bona voluntate moriuntur. Respondeant, si possunt, cur illos Deus, cum fideliter & pie viverent, non tunc de vitæ hujus periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fictio deciperet animas eorum. Utrum hoc in potestate non habuit, an eorum mala futura nescivit? Nempe nihil horum nisi perversissime atque insanissime dicitur. Cur ergo non fecit? Respondeant qui nos irrident, quando in

Rom. 2. 11.

Sap. 4. 11.

rebus

rebus talibus exclamamus, *Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Rom. 11. 33. Neque enim hoc non donat Deus quibus voluerit, aut vero Scriptura illa mentitur, quæ de morte velut immatura hominis justi ait, *Raptus est, ne malitia mutaret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet animam ejus.* Sap. 4. 11. Cur igitur hoc tam magnum beneficium aliis dat, aliis non dat Deus, apud quem non est iniquitas, nec acceptio personarum, & in cujus potestate est quamdiu quisque in hac vita maneat, quæ tentatio dicta est super terram? Rom. 9. 14. & 1. 11. Job. 7. 1. Sicut ergo coguntur fateri, donum Dei esse ut finiat homo vitam istam, ante quam ex bono mutetur in malum; cur autem aliis donetur, aliis non donetur, ignorant: ita donum Dei esse in bono perseverantiam secundum Scripturas, de quibus testimonia multa jam posui, fateantur nobiscum; & cur aliis detur, aliis non detur, sine murmure adversus Deum dignentur ignorare nobiscum.

CAPUT IX. Filii Dei quidam secundum susceptam temporaliter gradiam, quidam secundum æternam Dei præscientiam. Joan. 11. 51

20. NEC nos moveat, quod filiis suis quibusdam Deus non dat istam perseverantiam. Absit enim ut ita esset, si de illis prædestinatis essent & secundum propositum vocatis, qui vere sunt filii promissionis. Nam isti cum pie vivunt, dicuntur filii Dei: sed quoniam victuri sunt impie & in eadem impietate morituri, non eos dicit filios Dei præscientia Dei. Sunt enim filii Dei, qui nondum sunt nobis, & sunt jam Deo; de quibus ait evangelista Joannes, *quia Jesus moriturus erat pro gente, nec tantum pro gente, sed etiam ut filios Dei dispersos congregaret in unum:* quod utique credendo futuri erant per Evangelii prædicationem; & tamen ante quam esset factum, jam filii Dei erant in memoriali Patris sui inconcussa stabilitate conscripti. Et sunt rursus quidam, qui filii Dei propter susceptam vel temporaliter gratiam dicuntur a nobis, nec sunt tamen Deo: de quibus ait idem Joannes, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis; quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum.* 1. Joan. 2. 19. Non ait, Ex nobis exierunt, sed quia non manserunt nobiscum, jam non sunt ex nobis: verum ait, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis;* hoc est, & quando videbantur in nobis, non erant ex nobis. Et tamquam ei diceretur, unde id ostendis? *Quod si fuissent*, inquit, *ex nobis, permansissent utique nobiscum.* Filiorum Dei vox est: Joannes loquitur, in filiis Dei loco præcipuo constitutus. Cum ergo filii Dei dicunt de his qui perseverantiam non habuerunt, *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis*; & addunt, *Quod si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum*: quid aliud dicunt, nisi non erant filii, etiam quando erant in professione & nomine filiorum? non quia justitiam simulaverunt; sed quia in ea non permanserunt. Neque enim ait, Nam si fuissent ex nobis, veram, non fictam justitiam tenuissent utique nobiscum: sed, *si fuissent*, inquit, *ex nobis, permansissent utique nobiscum.* In bono illos volebat procul dubio permanere. Erant itaque in bono, sed quia in eo non permanserunt, id est, non usque in finem perseveraverunt, non erant, inquit, ex nobis, & quando erant nobiscum; hoc est, non erant ex numero filiorum, & quando erant in fide filiorum: quoniam qui vere filii sunt, præsciti & prædestinati sunt conformes imaginis Filii ejus, & secundum propositum vocati sunt ut electi essent. Rom. 8. 29. & 28. Joan. 17. 12. Non enim perit filius promissionis, sed filius perditionis. Matt. 20. 16.

Reprobi quidam veram habent ad tempus justitiam, etiam si non in ea perseverant.

21. Fuerunt ergo isti ex multitudine vocatorum: ex electorum autem paucitate non fuerunt. Non igitur filiis suis prædestinatis Deus perseverantiam non dedit: haberent enim eam si in eo filiorum numero essent: & quid haberent, quod non accepissent, secundum apostolicam veramque sententiam? Ac per hoc tales filii Filio Christo dati essent, quemadmodum ipse dicit ad Patrem, *ut omne quod dedisti mihi, non pereat, sed habeat vitam æternam.* 1. Cor. 4. 7. Joan. 3. 15. & 6. 39. Hi ergo Christo intelliguntur dari, qui ordinati sunt in vitam æternam. Ipsi sunt illi prædestinati & secundum propositum vocati, quorum nullus perit. Ac per hoc nullus eorum ex bono in malum mutatus finit hanc vitam; quoniam sic est ordinatus, & ideo Christo datus, ut non pereat, sed habeat vitam æternam. Et rursus quos dicimus inimicos ejus, vel parvulos filios inimicorum ejus, quoscumque eorum sic regeneraturus est, ut in ea fide quæ per dilectionem operatur, hanc vitam finiant; jam & ante quam hoc fiat, in illa prædestinatione sunt filii ejus, & dati sunt Christo Filio ejus, ut non pereant, sed habeant vitam æternam.

Dati Christo qui intelliguntur.

22. Denique ipse Salvator, *Si manseritis*, inquit, *in verbo meo, vere discipuli mei estis.* Joan. 8. 31. Numquid in his computandus est Judas, qui non mansit in verbo ejus? Numquid in his computandi sunt illi, de quibus Evangelium sic loquitur, ubi Dominus, cum commendasset manducandam carnem suam & bibendum sanguinem suum, ait Evangelista, *Hæc dixit in synagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis ejus dixerunt, Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens autem Jesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli ejus, dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius? Spiritus est qui vivificat, caro autem non prodest quidquam. Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum; & dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo venit ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ex hoc multi discipulorum ejus abierunt retro, & jam non cum illo ambulabant.* Joan. 6. 54. & seq. Ibid. 60. & seq. Numquid non & isti discipuli appellati sunt, loquente Evangelio? Et tamen non erant vere discipuli, quia non manserunt in verbo ejus, secundum id quod ait, *Si manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis.* Quia ergo non habuerunt perseverantiam, sicut non vere discipuli Christi, ita nec vere filii Dei fuerunt, etiam quando esse videbantur & ita vocabantur. Appellamus ergo nos & electos, & Christi discipulos, & Dei filios, quia sic appellandi sunt, quos regeneratos pie vivere cernimus: sed tunc vere sunt quod appellantur, si manserint in eo propter quod sic appellantur. Si autem perseverantiam non habent, id est, in eo quod cœperunt esse non manent, non vere appellantur quod appellantur & non sunt: apud eum enim hoc non sunt, cui notum est quod futuri sunt, id est, ex bonis mali.

Discipuli Christi duobus modis dicti. Joan. 8. 31.

23. Propter hoc Apostolus, cum dixisset, *Scimus quoniam diligentibus Deum omnia cooperatur in bonum:* sciens nonnullos diligere Deum, & in eo bono usque in finem non permanere, mox addidit, *his qui secundum propositum vocati sunt.* Rom. 8. 28. Hi enim in eo quod diligunt Deum, permanent usque in finem; & qui ad tempus inde deviant, revertuntur, ut usque in finem perducant, quod in bono esse cœperunt. Ostendens autem quid sit secundum propositum vocari, mox addidit ea quæ Ibid. 29.

jam

Secundum propositum vocati, soli prædestinati.

jam supra posui, *Quoniam quos ante præscivit, & prædestinavit conformes imaginis Filii ejus, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, illos & vocavit*, scilicet secundum propositum; *quos autem vocavit, ipsos & justificavit; quos autem; justificavit, ipsos & glorificavit*. Illa omnia jam facta sunt, *præscivit, prædestinavit, vocavit, justificavit*; quoniam & omnes jam præsciti ac prædestinati sunt, & multi jam vocati atque justificati: quod autem posuit in fine, *illos & glorificavit*, (si quidem illa gloria *Col. 3. 4.* est hic intelligenda, de qua idem dicit, *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc & vos cum illo apparebitis in gloria*:) nondum factum est. Quamvis & illa duo, id est, *vocavit & justificavit*, non in omnibus facta sint, de quibus dicta sunt: adhuc enim usque in finem sæculi multi vocandi & justificandi sunt: & tamen verba præteriti temporis posuit de rebus etiam futuris, tamquam jam fecerit Deus, quæ jam ut fierent ex æternitate disposuit. Ideo de illo dicit & propheta Isaias, *Qui fecit quæ futura sunt*. Quicumque ergo in Dei providentissima dispositione præsciti, prædestinati, vocati, justificati, glorificati sunt, non dico etiam nondum renati, sed etiam nondum nati, jam filii Dei sunt, & omnino perire non possunt. Hi vere veniunt ad Christum; quia ita veniunt, quomodo ipse dicit, *Omne quod dat mihi Pater, ad me veniet; & eum qui venit ad me, non ejiciam foras*. Et paulo post, *Hæc est*, inquit, *voluntas ejus qui misit me Patris, ut omne quod dedit mihi non perdam ex eo*. Ab illo ergo datur etiam perseverantia in bono usque in finem: neque enim datur, nisi eis qui non peribunt; quoniam qui non perseverant peribunt.

Præteriti pro futuri temporis verbis cur Scriptura utatur. *Isa. 45. Sec. LXX.*

Electi perire non possunt.

Joan. 6. 37. Ibid. 39.

Electis Deus facit etiam peccata proficere in bonum. *Ps. 29. 7. Ps. 2. 11.*

24. Talibus Deus diligentibus eum omnia cooperatur in bonum; usque adeo prorsus omnia, ut etiam si qui eorum deviant & exorbitant, etiam hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atque doctiores. Discunt enim in ipsa via justa cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tamquam de sua virtute fiduciam permanendi, nec dicendo in abundantia sua, Non movebitur in æternum. Propter quod eis dicitur, *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via justa*. Neque enim ait, & non veniatis ad viam justam; sed, *ne pereatis*, inquit, *de via justa*: quid ostendens, nisi eos esse commonitos, qui jam ambulant in via justa, ut in timore Deo serviant, id est, *non altum sapiant, sed timeant*? quod significat, non superbiant, sed humiles sint: unde & alibi dicit, *Non alta sapientes sed humilibus consentientes*: exultent Deo, sed cum tremore; in *nullo gloriantes, quando nostrum nihil sit; ut qui gloriatur, in Domino glorietur: ne pereant de via justa, in qua jam ambulare cœperunt, dum sibi hoc ipsum assignant, quod in ea sunt. His verbis usus est & Apostolus, ubi ait, *Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini*. Et ostendens quare cum timore & tremore: *Deus est enim*, inquit, *qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate*. Non enim habebat hunc timorem & tremorem, qui dicebat in abundantia sua, *Non movebor in æternum*. Sed quia filius erat promissionis, non perditionis, expertus Deo paululum deserente quid esset ipse: *Domine*, inquit, *in voluntate tua præstitisti decori meo virtutem; avertisti faciem*

Servien. dum Domino in timore, & exultandum cum tremore. *Rom. 11. 20. Rom. 12. 16.*

Cyprian. lib. 3. test. c. 4.

Jer. 9. 23. Philip. 2. 12. Ibid. 13.

Ps. 29. 7.

Ibid. 8.

tuam a me, & factus sum conturbatus. Ecce doctior, & ob hoc etiam humilior, tenuit viam, jam videns & confitens, in voluntate sua Deum decori ejus præstitisse virtutem: quod sibi ipse tribuens & de se præsumens in tali abundantia quam præstiterat Deus, non de illo qui eam præstiterat dicebat, *Non movebor in æternum*. Factus est ergo conturbatus, ut se inveniret, & humiliter sapiens, non solum æternæ vitæ, verum etiam in hac vita piæ conversationis & perseverantiæ, in quo spes habenda esset, addisceret. Hæc vox & apostoli Petri esse potuit: dixerat quippe & ipse in abundantia sua, *Animam meam pro te ponam*: sibi festinando tribuens; quod ei fuerat a Domino postea largiendum. Avertit autem ab illo faciem Dominus, & factus est conturbatus, ita ut eum mori pro illo metuens ter negaret. Sed rursus convertit ad eum faciem suam Dominus, & culpam lacrymis diluit. Quid est enim aliud, *Respexit eum*; nisi faciem, quam paululum ab illo averterat, revocavit ad eum? Factus ergo fuerat conturbatus: sed quia didicit non de se ipso fidere, etiam hoc ei profecit in bonum, faciente illo qui diligentibus eum omnia cooperatur in bonum; quia secundum propositum vocatus erat, ut nemo eum posset eripere de manu Christi, cui datus erat.

Joan. 13. 37.

Luc. 22. 61

25. Nemo ergo dicat, non esse corripiendum qui exorbitat de via justa, sed ei reditum & perseverantiam a Domino tantum esse poscendam: nemo prudens & fidelis hoc dicat. Si enim secundum propositum vocatus est iste, procul dubio illi, etiam quod corripitur, Deus cooperatur in bonum. Utrum autem ita sit vocatus, quoniam qui corripit nescit; faciat ipse cum charitate quod scit esse faciendum: scit enim talem corripiendum; facturo Deo aut misericordiam quidem, si a massa perditionis ille qui corripitur, gratiæ largitate discretus est, & non est inter vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem, sed inter vasa misericordiæ quæ præparavit Deus in gloriam: judicium vero, si in illis est damnatus, in his non est prædestinatus.

Rom. 9. 22. & 23.

Cap. X. An Adamus acceperit perseverantiæ donum.

26. HIC exoritur alia quæstio, non sane contemnenda, sed in adjutorio Domini, in cujus manu sunt & nos & sermones nostri, aggredienda atque solvenda. Quæritur enim a nobis, quantum attinet ad hoc donum Dei, quod est in bono perseverare usque in finem, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certe sine ullo vitio factus est rectus. Nec dico: Si perseverantiam non habuit, quomodo sine vitio fuit, cui tam necessarium Dei donum defuit? Huic namque interrogationi facile respondetur, eum perseverantiam non habuisse, quia in eo bono, quo sine vitio fuit, non perseveravit: cœpit enim habere vitium ex quo cecidit; & si cœpit, ante quam cœpisset, utique sine vitio fuit. Aliud est enim non habere vitium, & aliud est in ea bonitate, in qua nullum vitium, est, non manere. Eo quippe ipso quod non dicitur numquam sine vitio fuisse, sed dicitur sine vitio non permansisse, procul dubio demonstratur sine vitio fuisse, in quo bono non permansisse culpatur. Sed illud magis quærendum operosiusque tractandum est, quomodo respondeamus eis, qui dicunt, *Si in illa rectitudine in qua sine vitio factus est, habuit perseverantiam, procul dubio perseveravit in ea: & si perseveravit, utique non peccavit, nec illam*

Quomodo peccaverit Adam non perseverando, si perseverantiæ donum non accepit.

suam rectitudinem Deumque deseruit. Eum autem peccasse, & desertorem boni fuisse, veritas clamat. Non ergo habuit in illo bono perseverantiam : & si non habuit, non utique accepit. Quomodo enim & accepisset perseverantiam, & non perseverasset ? Porro si propterea non habuit, quia non accepit; quid ipse non perseverando peccavit, qui perseverantiam non accepit ? Neque enim dici potest, ideo non accepisse, quia non est discretus a massa perditionis gratiæ largitate. Nondum quippe erat illa in genere humano perditionis massa ante quam peccasset, ex quo tracta est origo vitiata.

Respon-sio.

27. Quapropter saluberrime confitemur, quod rectissime credimus, Deum Dominumque rerum omnium, qui creavit omnia bona valde, & mala ex bonis exoritura esse præscivit, & scivit magis ad suam omnipotentissimam bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, quam mala esse non sinere, sic ordinasse angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet, quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium justitiæque judicium. Denique angeli quidam, quorum princeps est qui dicitur diabolus, per liberum arbitrium a Domino Deo refugæ facti sunt. Refugientes tamen ejus bonitatem, qua beati fuerunt, non potuerunt ejus effugere judicium, per quod miserrimi effecti sunt. Ceteri autem per ipsum liberum arbitrium in veritate steterunt, eamque de suo casu numquam futuro certissimam scire meruerunt: Si enim nos de scripturis sanctis nosse potuimus sanctos Angelos jam nullos esse casuros; quanto magis hoc ipsi revelata sibi sublimius veritate noverunt ? Nobis quippe beata sine fine vita promissa est, & æqualitas Angelorum : ex qua promissione certi sumus, cum ad illam vitam post judicium venerimus, non inde nos esse lapsuros : quod si de se ipsis Angeli nesciunt, non æquales, sed beatiores erimus. Veritas autem nobis eorum promisit æqualitatem. Certum est igitur hoc eos nosse per speciem, quod nos per fidem, nullam scilicet ruinam cujusquam sancti Angeli jam futuram. Diabolus vero & angeli ejus, etsi beati erant antè quam caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorum adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in veritate stetissent, donec istam summæ beatitudinis plenitudinem, tam quam præmium ipsius permansionis acciperent, id est, ut magna per Spiritum-sanctum data abundantia charitatis Dei, cadere ulterius omnino non possent, & hoc de certissime nossent. Hanc plenitudinem beatitudinis non habebant: sed quia nesciebant suam miseriam, minore quidem, sed tamen beatitudine futuram sine ullo vitio fruebantur : Nam si suum casum futurum nossent æternumque supplicium, beati utique esse non possent, quos hujus tanti mali metus jam tunc miseros esse compelleret.

Angeli per liberum arbitrium steterunt.

De sua perseverantia sunt securi. *Matth.* 22. 30.

Dæmones ante lapsum beati, sed non plene.

Abundantia charitatis Dei fecit ut beati cadere non possint.

28. Sic & hominem fecit cum libero arbitrio, & quamvis sui futuri casu, ignarum, tamen ideo beatum, quia & non mori & miserum non fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto ac sine vitio, si per ipsum liberum arbitrium manere voluisset, profecto sine ullo mortis & infelicitatis experimento, acciperet illam, merito hujus permansionis, beatitudinis plenitudinem, qua & sancti Angeli sunt beati, id est, ut cadere non posset ulterius, & hoc certissime sciret. Nam neque ipse posset etiam in paradiso beatus esse, immo ibi non esset, ubi esse miserum non deceret, si eum sui casus præscientia timore tanti mali miserum faceret. Quia vero per liberum arbitrium Deum deseruit, justum judicium Dei expertus est, ut cum tota sua stirpe, quæ in illo adhuc posita tota cum illo peccaverat, damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia Dei liberantur, a damnatione utique liberantur, qua jam tenentur obstricti. Unde etiam si nullus liberaretur, justum Dei judicium nemo juste reprehenderet. Quod ergo pauci in comparatione pereuntium, in suo vero numero multi liberantur, gratia fit, gratis fit, gratiæ sunt agendæ quia fit, ne quis velut de suis meritis extollatur, sed omne os obstruatur, & qui gloriatur, in Domino glorietur.

Primus homo per liberum suum arbitrium stare & ipse potuit.

Homi-num post lapsum li-beratio gratuita. *Rom.* 3. 19. *Jer.* 9. 23.

CAPUT XI.

Distinctio gratiæ ante & post lapsum datæ.

29. QUID ergo? Adam non habuit Dei gratiam? Immo vero habuit magnam, sed disparem. Ille in bonis erat, quæ de bonitate sui Conditoris acceperat: neque enim ea bona & ille suis meritis comparaverat, in quibus prosus nullum patiebatur malum. Sancti vero in hac vita, ad quos pertinet liberationis hæc gratia, in malis sunt, ex quibus clamant ad Deum, *Libera nos a malo*. Ille in illis bonis Christi morte non eguit; istos a reatu & hereditario & proprio, illius Agni sanguis absolvit. Ille non opus habebat eo adjutorio, quod implorant isti cum dicunt: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captivitatem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum*. Quoniam in eis caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, atque in tali certamine laborantes ac periclitantes dari sibi pugnandi vincendique virtutem per Christi gratiam poscunt. Ille vero nulla tali rixa de se ipso adversus se ipsum tentatus atque turbatus, in illo beatitudinis loco sua secum pace fruebatur.

Matth. 6. 13.

Adam ante lapsum sanguine Christi non indiguit. *Rom.* 7. 23. *Gal.* 5. 17.

30. Proinde etsi non interim lætioræ nunc, verumtamen pontentiore gratia indigent isti: & quæ potentior quam Dei unigenitus Filius, æqualis Patri & coæternus, pro eis homo factus, & sine suo ullo vel originali vel proprio peccato ab hominibus peccatoribus crucifixus? Qui quamvis die tertio resurrexit, numquam moriturus ulterius; pertulit tamen pro mortalibus mortem, qui mortuis præstitit vitam, ut redemti ejus sanguine, tanto ac tali pignore accepto dicerent, *Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui Filio suo proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo non & cum illo omnia nobis donavit?* Deus ergo naturam nostram, id est, animam rationalem carnemque hominis Christi susceptit, susceptione singulariter mirabili vel mirabiliter singulari, ut nullis justitiæ suæ precedentibus meritis Filius Dei sic esset ab initio quo esse homo cœpisset, ut ipse & Verbum quod sine initio est, una persona esset. Neque enim quisquam tanta rei hujus & fidei cæcus est ignorantia, ut audeat dicere, quamvis de Spiritu-sancto & virgine Maria filium hominis natum, per liberum tamen arbitrium bene vivendo, & sine peccato bona opera faciendo meruisse, ut esset Dei Filius, resistente Evangelio atque dicente, *Verbum caro factum est*. Nam ubi hoc factum est, nisi in utero virginali, unde fuit initium hominis Christi? Itemque virgine requirente, quomodo fieret quod ei per Angelum nuntiabatur, Angelus respondit, *Spiritus-sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: propterea, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Propterea*, inquit: non propter opera, quæ nondum nati utique nulla sunt; sed *propterea* quia *Spiritus-sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi*

Incarnatio Verbi.

Hæc fuit postea Nestorianorum hæresis.

Joan. 1. 14.

Luc. 1. 35.

obum-

obumbrabit tibi, quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei. Ista nativitas profecto gratuita conjunxit in unitate personæ hominem Deo, carnem Verbo. Istam nativtatem bona opera secuta sunt, non bona opera meruerunt. Neque enim metuendum erat, ne isto ineffabili modo in unitatem personæ a Verbo Deo natura humana suscepta, per liberum voluntatis peccaret arbitrium, cum ipsa susceptio talis esset, ut natura hominis a Deo ita suscepta, nullum in se motum malæ voluntatis admitteret. Per hunc Mediatorem Deus ostendit eos, quos ejus sanguine redemit facere se ex malis deinceps in æternum bonos, quem sic suscepit, ut numquam esset malus, nec ex malo factus semper esset bonus.

Primus homo gratiam sibi ad perseverandum necessariam acceperat, sed in ejus relictam arbitrio.

31. Istam gratiam non habuit homo primus, qua numquam vellet esse malus: sed sane habuit, in qua si permanere vellet, numquam malus esset, & sine qua etiam cum libero arbitrio bonus esse non posset. Sed eam tamen per liberum arbitrium deserere posset. Nec ipsum ergo Deus esse voluit sine sua gratia, quam reliquit in ejus libero arbitrio. Quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parum est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono. Quod adjutorium si homo ille per liberum non deseruisset arbitrium, semper esset bonus: sed deseruit, & desertus est. Tale quippe erat, adjutorium, quod desereret cum vellet, & in quo permaneret si vellet; non quo fieret ut vellet. Hæc prima est gratia quæ data est primo Adam: sed hac potentior est in secundo Adam. Prima est enim qua fit ut habeat homo justitiam si velit: secunda ergo plus potest, qua etiam fit ut velit, & tantum velit, tantoque ardore diligat, ut carnis voluntatem contraria concupiscentem voluntate spiritus vincat. Nec illa quidem parva erat, qua demonstrata est etiam potentia liberi arbitrii, quoniam sic adjuvabatur, ut sine hoc adjutorio in bono non maneret, sed hoc adjutorium si vellet desereret. Hæc autem tanto major est, ut parum sit homini per illam reparare perditam libertatem, parum sit denique non posse sine illa vel apprehendere bonum, vel permanere in bono si velit, nisi etiam efficiatur ut velit.

Potentior est gratia in Christo data, qua efficitur ut homo in bono permanere velit.

Dona gratiarum Adamo in creatione collata.

32. Tunc ergo dederat homini Deus bonam voluntatem, in illa quippe eum fecerat qui fecerat rectum: dederat adjutorium, sine quo in ea non posset permanere si vellet; ut autem vellet, in ejus libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si vellet: quia non deerat adjutorium per quod posset, & sine quo non posset perseveranter bonum tenere quod vellet. Sed quia noluit permanere, profecto ejus culpa est, cujus meritum fuisset, si permanere voluisset: sicut fecerunt Angeli sancti, qui cadentibus aliis per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, & hujus permansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certissimum sit semper se in illa esse mansuros. Si autem hoc adjutorium vel angelo vel homini, cum primum facti sunt, defuisset; quoniam non talis natura facta erat, ut sine divino adjutorio posset manere si vellet, non utique sua culpa cecidissent: adjutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. Nunc autem quibus deest tale adjutorium, jam pœna peccati est: quibus autem datur, secundum gratiam datur, non secundum debitum; & tanto amplius datur per Jesum Christum Dominum nostrum, quibus id dare Deo placuit, ut non solum adsit sine quo permanere non possumus, etiam si velimus verum etiam tantum ac tale sit, ut velimus. Fit quippe in nobis per hanc Dei gratiam in bono recipiendo & perseveranter tenendo, non solum posse quod volumus, verum etiam velle quod possumus: Quod non fuit in homine primo: unum enim horum in illo fuit, alterum non fuit. Namque ut reciperet bonum, gratia non egebat, quia nondum perdiderat: ut autem in eo permaneret, egebat adjutorio gratiæ, sine quo id omnino non posset: & acceperat posse si vellet, sed non habuit velle quod posset; nam si habuisset, perseverasset. Posset enim perseverare si vellet: quod ut nollet, de libero descendit arbitrio; quod tunc ita liberum erat, ut & bene velle posset & male. Quid erit autem liberius libero arbitrio, quando non poterit servire peccato, quæ futura erat & homini, sicut facta est Angelis sanctis, merces meriti? Nunc autem per peccatum perdito bono merito, in his qui liberantur factum est donum gratiæ, quæ merces meriti futura erat.

Adjutorium Angelo & primo homini necessarium si tunc defuisset, non sua culpa, cecidissent:

Angelorum bonorum permansio, & malorum casus per liberum arbitrium.

Adjutorium sine quo aliquid non fit, & adjutorium quo aliquid fit.

34. Itemque ipsa adjutoria distinguenda sunt. Aliud est adjutorium sine quo aliquid non fit; & aliud est adjutorium quo aliquid fit. Nam sine alimentis non possumus vivere, nec tamen cum adfuerint alimenta, eis fit ut vivat qui mori volucrit. Ergo adjutorium alimentorum est sine quo non fit, non quo fit ut vivamus. At vero beatitudo quam non habet homo, cum data fuerit, continuo fit beatus. Adjutorium est enim non solum sine quo non fit, verum etiam quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adjutorium & quo fit est, & sine quo non fit: quia & si data fuerit homini beatitudo, continuo fit beatus; & si data numquam fuerit, numquam erit. Alimenta vero non consequenter faciunt ut homo vivat: sed tamen sine illis non potest vivere. Primo itaque homini, qui in eo bono quo factus fuerat rectus acceperat posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adjutorium perseverantiæ, non quo fieret ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset. Nunc vero sanctis in regnum Dei per gratiam Dei prædestinatis non tale adjutorium perseverantiæ datur, sed tale ut eis perseverantia ipsa donetur; non solum ut sine isto dono perseverantes esse non possint, verum etiam ut per hoc donum non nisi perseverantes sint. Non solum enim dixit, *Sine me nihil potestis facere*: verum etiam dixit, *non vos me elegistis, sed ego elegi vos, & posui vos, ut eatis, & fructum afferatis; & fructus vester maneat.* Quibus verbis eis non solum justitiam, verum etiam in illa perseverantiam se dedisse monstravit.

Perseverantiæ adjutorium quale primo homini datum: quale nunc datur prædestinatis.

Joan. 15. 5.

Ibid. 16.

nunc quibus deest, pœna est peccati.

Liberum tunc erit arbitrium, cum peccato servire non poterit.

CAPUT XII.

Posse non peccare, mori, bonum deserere; & non posse peccare, mori, bonum deserere, quid differant.

Gen. 2. 17.

Duplex libertas immortalitas, perseverantia.

Christo enim sic eos ponente ut eant, & fructum afferant, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere, non manebit? quis audeat dicere, Forsitan non manebit? *Sine pœnitentia sunt enim dona & vocatio Dei*: sed vocatio eorum qui secundum propositum vocati sunt. Pro his igitur interpellante Christo ne deficiat fides eorum, sine dubio non deficiet usque in finem: ac per hoc perseverabit usque in finem, nec eam nisi manentem vitæ hujus inveniet finis,

Rom. 11. 29

Major nunc & in sanctis libertas, quam ante in Adamo.

35. Major quippe libertas est necessaria adversus tot & tantas tentationes, quæ in paradiso non fuerunt, dono perseverantiæ munita atque firmata, ut cum omnibus amoribus, terroribus, erroribus suis vincatur hic mundus: hoc sanctorum martyria docuerunt. Denique ille * & terrente nullo, & insuper contra Dei terrentis imperium libero usus arbitrio, non stetit in tanta felicitate, in tanta non peccandi facilitate: isti autem, non dico terrente mundo, sed sæviente ne starent, steterunt in fide; cum videret ille bona præsentia quæ fuerat relicturus, isti futura quæ accepturi fuerunt non viderent. Unde hoc, nisi donante illo, a quo misericordiam consecuti sunt ut fideles essent, a quo acceperunt spiritum, non timoris, quo persequentibus cederent, sed virtutis & charitatis & continentiæ, quo cuncta minantia, cuncta invitantia, cuncta cruciantia superarent? Illi ergo sine peccato ullo data est, cum qua conditus est, voluntas libera, & eam fecit servire peccato: horum vero cum fuisset voluntas serva peccati, liberata est per illum qui dixit, *Si vos Filius liberaverit, tunc vere liberi eritis*. Et accipiunt tantam per istam gratiam libertatem, ut quamvis, quamdiu hic vivunt, pugnent contra concupiscentias peccatorum, eisque nonnulla subrepant, propter quæ dicant quotidie, *Dimitte nobis debita nostra*; non tamen ultra serviant peccato quod est ad mortem, de quo dicit Joannes apostolus, *Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roget*. De quo peccato (quoniam non expressum est) possunt multa & diversa sentiri: ego autem dico id esse peccatum, fidem quæ per dilectionem operatur, deserere usque ad mortem. Huic peccato ultra non serviunt, non prima conditione, sicut ille, liberi; sed per secundum Adam Dei gratia liberati, & ista liberatione habentes liberum arbitrium quo serviant Deo, non quo captiventur a diabolo. Liberati enim a peccato servi facti sunt justitiæ, in qua stabunt usque in finem, donante sibi illo perseverantiam, qui eos præscivit, & prædestinavit, & secundum propositum vocavit, & justificavit, & glorificavit; quoniam illa quæ de his promisit, etiam futura jam fecit: cui promittenti *credidit Abraham, & deputatum est illi ad justitiam*. *Dedit* enim *gloriam Deo, plenissime credens*, sicut scriptum est, *quia quæ promisit, potens est & facere*.

* *id est*, Adam.

Joan. 8. 36.

Matt. 6. 12.

1. *Joan.* 5. 16.

Peccatum ad mortem quid.

Rom. 6. 18.

Rom. 4. 3. & 20.

Deus bonos non tantum præscit sed ipse facit.

36. Ipse ergo illos bonos facit, ut bona faciant. Neque enim propterea eos promisit Abrahæ, quia præscivit a se ipsis bonos futuros. Nam si ita est, non suum, sed eorum est quod promisit. Non autem sic credidit Abraham, sed, *non est infirmatus in fide, dans gloriam Deo & plenissime credens, quia quæ promisit, potens est & facere*. Non ait, quæ præscivit, potens est promittere; aut, quæ prædixit, potens est ostendere; aut, quæ promisit, potens est præscire; sed, *quæ promisit, potens est & facere*. Ipse igitur eos facit perseverare in bono, qui facit bonos. Qui autem cadunt & pereunt, in prædestinatorum numero non fuerunt. Quamvis ergo de omnibus regeneratis & pie viventibus loqueretur Apostolus, dicens, *Tu quis es qui judices alienum servum? Suo domino stat aut cadit*: continuo tamen respexit ad prædestinatos, & ait, *Stabit autem*: & ne hoc sibi arrogarent, *Potens est enim Deus*, inquit, *statuere eum*. Ipse itaque dat perseverantiam, qui statuere potens est eos qui stant, ut perseverantissime stent; vel restituere qui ceciderunt, *Dominus* enim *erigit elisos*.

Rom. 14. 4.

Ps. 145. 8.

Voluntati sanæ commissa est perseverandi, vel non perseverandi potestas.

37. Ut ergo non acciperet hoc donum Dei, id est, in bono perseverantiam primus homo, sed perseverare vel non perseverare in ejus relinqueretur arbitrio, tales vires habebat ejus voluntas, quæ sine ullo fuerat instituta peccato, & nihil illi ex se ipso concupiscentialiter resistebat, ut digne tantæ bonitati & tantæ bene vivendi facilitati perseverandi committeretur arbitrium: Deo quidem præsciente quid esset facturus injuste; præsciente tamen, non ad hoc cogente; sed simul sciente quid de illo ipse faceret juste. Nunc vero postea quam est illa magna peccati merito amissa libertas, etiam majoribus donis adjuvanda remansit infirmitas. Placuit enim Deo, quo maxime humanæ superbiam præsumptionis extingueret, *ut non glorietur omnis caro coram ipso*, id est, omnis homo. Unde autem non glorietur caro coram ipso, nisi de meritis suis? quæ quidem potuit habere, sed perdidit; & per quod habere potuit, per hoc perdidit, hoc est, per liberum arbitrium: propter quod non restat liberandis nisi gratia liberantis. Ita ergo non gloriatur omnis caro coram ipso. Non enim gloriantur injusti, qui non habent unde; nec justi, quia ex ipso habent unde, nec habent gloriam suam nisi ipsum, cui dicunt, *Gloriam mea & exaltans caput meum*. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet quod scriptum est, *Ut non glorietur omnis caro coram ipso*. Ad justos autem illud, *Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Hoc enim Apostolus apertissime ostendit, qui cum dixisset, *Ut non glorietur omnis caro coram ipso*: ne putarent sancti sine gloria se remansisse, mox addidit, *Ex ipso autem vos estis in Jesu Christo, qui factus est nobis sapientia a Deo, & justitia, & sanctificatio, & redemptio, ut quemadmodum scriptum est, Qui gloriatur, in Domino glorietur*. Hinc est quod in hoc loco miseriarum, ubi tentatio est vita humana super terram, *virtus in infirmitate perficitur*: quæ virtus, nisi *ut qui gloriatur, in Domino glorietur?*

Majoribus donis adjuvanda nostra infirmitas.

1. *Cor.* 1. 29

Nemo gloriari potest coram Deo.

Ps. 3. 4.

1. *Cor.* 1. 29

Ibid. 31.

2. *Cor.* 10. 17.

1. *Cor.* 1. 30.

Jer. 9. 23.

Job. 7. 1.

2. *Cor.* 12. 9.

Quale nunc donum perseverantiæ datur electis.

38. Ac per hoc nec de se ipsa perseverantia boni voluit Deus sanctos suos in viribus suis, sed in ipso gloriari: qui eis non solum dat adjutorium quale primo homini dedit, sine quo non possint perseverare si velint; sed in eis etiam operatur & velle: ut quoniam non perseverabunt, nisi & possint & velint, perseverandi eis & possibilitas & voluntas divinæ gratiæ largitate donetur. Tantum quippe Spiritu sancto accenditur voluntas eorum, ut ideo possint, quia sic volunt; ideo sic velint, quia Deus operatur ut velint. Nam si in tanta infirmitate vitæ hujus (in qua tamen infirmitate propter elationem reprimendam perfici virtutem oportebat) ipsis relinqueretur voluntas sua, ut in adjutorio Dei sine quo perseverare non possent, manerent si vellent, nec Deus in eis operaretur ut vellent; inter tot & tantas tentationes infirmitate sua voluntas ipsa succumberet, & ideo perseverare non possent, quia deficientes infirmitate nec vellent, aut non ita vellent infirmitate voluntatis ut possent. Subventum est igitur infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia in-

de-

Gratia, qua infirmæ voluntati subvenitur, eam indeclinabiliter & insuperabiliter agit.

declinabiliter & insuperabiliter ageretur; & ideo, quamvis infirma, non tamen deficeret, neque adversitate aliqua vinceretur. Ita factum est, ut voluntas hominis invalida & imbecilla in bono adhuc parvo perseveraret per virtutem Dei: cum voluntas primi hominis fortis & sana in bono ampliore non perseveraverit, habens virtutem liberi arbitrii; quamvis non defuturo adjutorio Dei sine quo non posset perseverare si vellet, non tamen tali quo in illo Deus operaretur ut vellet. Fortissimo quippe dimisit atque permisit facere quod vellet; infirmis servavit, ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent, & hoc deserere invictissime nollent. Dicente ergo Christo, *Rogavi pro te ne deficiat fides tua*, intelligamus ei dictum, qui ædificatur super petram. Atque ita homo Dei non solum quia misericordiam consecutus est ut fidelis esset, verum etiam quia fides ipsa nondeficit, *qui gloriatur, in Domino glorietur*.

Luc.22.32.

CAPUT XIII. Prædestinatorum certus & definitus est numerus.

39. Hæc de his loquor, qui prædestinati sunt in regnum Dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis: non de his, qui, cum annuntiasset & locutus esset, multiplicati sunt super numerum. Ipsi enim vocati dici possunt, non autem electi, quia non secundum propositum vocati. Certum vero esse numerum electorum, neque augendum neque minuendum, quamvis & Joannes baptista significet, ubi dicit, *Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ; & nolite dicere apud vosmetipsos, Patrem habemus Abraham; potens est enim Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ*; ut ostendat sic istos esse amputandos si non fecerint fructum, ut non desit numerus qui promissus est Abrahæ: tamen apertius in Apocalypsi dicitur, *Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam*. Si enim alius non est accepturus nisi iste perdiderit, certus est numerus.

Psal.39.6.

Matt.3.8. & 9.

Apoc.3.11

Nemo de salute & prædestinatione sua certus & securus.

40. Quod autem etiam perseveraturis sanctis sic ista dicuntur, quasi eos perseveraturos habeatur incertum: non aliter hæc audire debent, quibus expedit non altum sapere, sed timere. Quis enim ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate vivitur, in numero prædestinatorum se esse præsumat? Quia id occultari opus est in hoc loco, ubi sic cavenda est elatio, ut etiam per satanæ angelum, ne extolleretur, tantus colaphizaretur Apostolus. Hinc Apostolis dicebatur, *Si manseritis in me*: dicente illo qui eos utique sciebat esse mansuros. Et per Prophetam, *Si volueritis & audieritis me*: cum sciret ipse in quibus operaretur & velle. Et similia multa dicuntur. Nam propter hujus utilitatem secreti, ne forte quis extollatur, sed omnes etiam qui bene currunt timeant, dum occultum est qui perveniant: propter hujus ergo utilitatem secreti credendum est quosdam de filiis perditionis, non accepto dono perseverandi usque in finem, in fide quæ per dilectionem operatur incipere vivere, & aliquamdiu fideliter ac juste vivere, & postea cadere, neque de hac vita prius quam hoc eis contingat auferri. Quorum si nemini contigisset, tamdiu haberent homines istum saluberrimum timorem, quo vitium elationis opprimitur, donec ad Christi gratiam qua pie vivitur pervenirent, deinceps jam securi numquam se ab illo casuros. Quæ præsumptio in isto tentationum loco non expedit, ubi tanta est infirmitas, ut superbiam possit generare securitas. Denique etiam hoc erit, sed tunc, quod jam est in angelis, etiam in hominibus erit, quando ulla superbia esse non poterit. Numerus ergo sanctorum per Dei gratiam Dei regno prædestinatus, donata sibi etiam usque in finem perseverantia, illuc integer perducetur, & illic integerrimus jam sine fine beatissimus servabitur, adhærente sibi misericordia Salvatoris sui, sive cum convertuntur, sive cum præliantur, sive cum coronantur.

2.Cor.12.7 Joan.15.7. Isa.1.19. Phil.2.13.

Propter periculum Deus perseveraturis etiam non perseveraturos admiscet.

Etiam judicio in necessaria nobis erit misericordia Dei.

41. Nam & tunc esse illis Dei misericordiam necessariam sancta scriptura testatur, ubi sanctus de Domino Deo suo dicit animæ suæ, *Qui coronat te in miseratione & misericordia*. Dicit etiam Jacobus apostolus, *Judicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam*: ubi ostendit etiam in illo judicio, in quo justi coronantur, injustique damnantur, alios cum misericordia, alios sine misericordia judicandos. Propter quod etiam mater Machabæorum filio suo dicit, *Ut in illa miseratione cum fratribus te recipiam. Cum enim rex justus*, sicut scriptum est, *sederit in throno, non adversabitur ante eum omne malum. Quis gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccato?* Ac per hoc etiam ibi Dei misericordia necessaria est, qua fit beatus, cui non imputavit Dominus peccatum. Sed tunc pro bonorum operum meritis justo judicio etiam ipsa misericordia tribuetur. Cum enim dicitur, *Judicium sine misericordia illi qui non fecit misericordiam*; manifestatur in his in quibus inveniuntur bona opera misericordiæ, judicium cum misericordia fieri; ac per hoc etiam ipsam misericordiam meritis bonorum operum reddi. Non sic est nunc, quando non solum nullis bonis, sed etiam multis malis operibus præcedentibus, misericordia ejus prævenit hominem, ut liberetur a malis, & quæ fecit, & quæ facturus fuerat nisi Dei gratia regeretur, & quæ passurus fuerat in æternum nisi erueretur a potestate tenebrarum, & transferretur in regnum Filii charitatis Dei. Verumtamen quia & ipsa vita æterna, quam certum est bonis operibus debitam reddi, a tanto Apostolo gratia Dei dicitur, cum gratia non operibus redditur, sed gratis detur; sine ulla dubitatione confitendum est, ideo gratiam vitam æternam vocari, quia his meritis redditur, quæ gratia contulit homini. Recte quippe ipsa intelligitur quæ in Evangelio legitur, *Gratia pro gratia*, id est, pro his meritis quæ contulit gratia.

2.Mach.7. 29. Prov.20 8 sec. LXX.

Psal 31.2.

Misericordia in extremo judicio pro bonorum operum meritis justo judicio piis retribuetur.

Col.1.13.

Vita æterna merces & gratia.

Rom.6.23.

Joan.1.16.

42. Hi vero qui non pertinent ad hunc prædestinatorum numerum, quos Dei gratia sive nondum habentes ullum liberum suæ voluntatis arbitrium; sive cum arbitrio voluntatis, ideo vere libero, quia per ipsam gratiam liberato, perducit ad regnum. Hi ergo qui non pertinent ad istum certissimum & felicissimum numerum, pro meritis justissime judicantur. Aut enim jacent sub peccato quod originaliter generatione traxerunt, & cum illo hereditario debito hinc exeunt; quod non est regeneratione dimissum, aut per liberum arbitrium alia insuper addiderunt: arbitrium, inquam, liberum, sed non liberatum; liberum justitiæ, peccati autem servum, quo volvuntur per diversas noxias cupiditates, alii magis, alii minus; sed omnes mali, & pro ipsa diversitate diversis supplitiis judicandi. Aut Gratiam Dei suscipiunt, sed temporales sunt, nec perseverant, deserunt & deseruntur. Dimissi enim sunt libero arbitrio, non accepto perseverantiæ dono, judicio Dei justo & occulto.

Reprobi diversi generis pro meritis puniendi.

43. Patiantur ergo homines se corripi, quando peccant, nec de ipsa correptione contra gratiam ar-

CAPUT XIV. Correptio & gratia, non se invicem tollunt.

argumententur, nec de gratia contra correptionem: quia & peccatis justa pœna debetur, & ad ipsam pertinet justa correptio, quæ medicinaliter adhibetur, etiamsi salus ægrotantis incerta est: ut si is qui corripitur, ad prædestinatorum numerum pertinet, sit ei correptio salubre medicamentum; si autem non pertinet, sit ei correptio pœnale tormentum. Sub isto ergo incerto ex charitate adhibenda est, cujus exitus ignoratur; & pro illo cui adhibetur, orandum est ut sanetur. Cum autem homines per correptionem in viam justitiæ seu veniunt, seu revertuntur, quis operatur in cordibus eorum salutem, nisi ille qui quolibet plantante atque rigante, & quolibet in agris vel arbustulis operante dat incrementum Deus, cui volenti salvum facere nullum hominum resistit arbitrium? Sic enim velle seu nolle in volentis aut nolentis est potestate, ut divinam voluntatem non impediat, nec superet potestatem. Etiam de his enim qui faciunt quæ non vult, facit ipse quæ vult.

Correptioni conjungenda oratio.

1. Tim. 2. 4 Omnes homines quomodo Deus salvos fieri velit. *Enchirid. c. 103. lib. 22. de Civ. Dei, c. 1. & 2. & supra lib. 4. contra Julian. cap. 8. Luc. 11. 42 1. Cor. 10. 33. Psal. 134. 6. Isa. 45. sec. LXX.*

44. Et quod scriptum est, quod *vult omnes homines salvos fieri*, nec tamen omnes salvi fiunt, multis quidem modis intelligi potest, ex quibus in aliis, *, opusculis nostris aliquos commemoravimus: sed hic unum dicam. Ita dictum est, *Omnes homines vult salvos fieri*, ut intelligantur omnes prædestinati; quia omne genus hominum in eis est. Sicut dictum est Pharisæis, *Decimatis omne olus*: ubi non est intelligendum nisi omne quod habebant; neque enim omne olus quod erat in toto terrarum orbe decimabant. Secundum istum locutionis modum, dictum est, *Sicut & ego omnibus per omnia placeo*. Numquid enim qui hoc dixit, placebat etiam tam multis persecutoribus suis? Sed placebat omni generi hominum, quod Christi congregabat Ecclesia; sive jam intus positis, sive introducendis in eam.

Exempla Scripturæ quibus probatur Deum magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas. *1. Reg. 10. 25.*

45. Non est itaque dubitandum, voluntati Dei, qui *in cælo & in terra omnia quæcumque voluit fecit*, & qui etiam illa *quæ futura sunt fecit*, humanas voluntates non posse resistere, quo minus faciat ipse quod vult: quandoquidem etiam de ipsis hominum voluntatibus, quod vult, cum vult, facit. Nisi forte (ut ex multis aliqua commemorem) quando Deus voluit, Sauli regnum dare, sic erat in potestate Israelitarum subdere se memorato viro, sive non subdere, quod utique in eorum erat positum voluntate, ut etiam Deo valerent resistere. Qui tamen hoc non fecit, nisi per ipsorum hominum voluntates, sine dubio habens humanorum cordium quo placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem. Sic enim scriptum est. *Et dimisit Samuel populum, & abiit unusquisque in locum suum; & Saul abiit in domum suam in Gabaa; & abierunt potentes quorum tetigit Dominus corda cum Saule. Et filii pestilentes dixerunt, Quis salvabit nos? hic? Et inhonoraverunt eum, & non attulerunt ei munera.* Numquid aliquis dicturus est, non iturum fuisse cum Saul quemquam eorum, quorum tetigit corda Dominus ut irent cum illo; aut isse aliquem pestilentium, quorum ut hoc facerent corda non tetigit? Item de David, quem Dominus in regnum successu proferiore constituit; ita legitur, *Et ambulabat David proficiens, & magnificabatur, & Dominus erat cum illo*. Hoc cum præmissum fuisset, paulo post dictum est, *Et Spiritus induit Amasai principem triginta, & dixit, Tui sumus, o David, & tecum futuri, fili Jesse. Pax, pax tibi, & pax adjutoribus tuis, quia auxiliatus est tibi Deus*; Numquid iste posset adversari voluntati Dei, & non potius ejus facere voluntatem, qui in ejus corde operatus est per Spiritum suum quo indutus est, ut hoc vellet, diceret, & faceret? Item paulo post ait eadem Scriptura, *Omnes hi viri bellatores, dirigentes aciem corde pacifico venerunt in Hebron, ut constituerent David super omnem Israel.* Sua voluntate utique isti constituerunt regem David. Quis non videat? quis hoc neget? Non enim hoc non ex animo, aut non ex bona voluntate fecerunt, quod fecerunt corde pacifico: & tamen hoc in eis egit, qui in cordibus hominum quod voluerit operatur. Propter quod præmisit Scriptura, *Et ambulabat David proficiens, & magnificabatur, & Dominus omnipotens erat cum illo*. Ac per hoc Dominus omnipotens qui erat cum illo, adduxit istos ut eum regem constituerent. Et quomodo adduxit? Numquid corporalibus ullis vinculis alligavit? Intus egit, corda tenuit, corda movit, eosque voluntatibus eorum, quas ipse in illis operatus est, traxit. Si ergo cum voluerit reges in terra Deus constituere, magis habet in potestate voluntate hominum, quam ipsi suas; quis alius facit ut salubris sit correptio, & fiat in correpti corde correctio, ut cælesti constituatur in regno?

1. Par. 11. 9 1. Par. 12. 18.

Ibid. 38.

CAPUT XV. Correptione pro culparum diversitate diversa. Excommunicatione pœna major in Ecclesia non est.

46. CORRIPIANTUR itaque a præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate venientibus, pro culparum diversitate diversis, vel minoribus vel amplioribus. Quia & ipsa quæ damnatio nominatur, quam facit episcopale judicium, qua pœna in Ecclesia nulla major est, potest, si Deus voluerit, in correptionem saluberrimam cedere atque proficere. Neque enim scimus quid contingat sequenti die; aut ante finem vitæ hujus de aliquo desperandum est; aut contradici Deo potest, ne respiciat & det pœnitentiam, & accepto sacrificio spiritus contribulati cordisque contriti, a reatu quamvis justæ damnationis absolvat, damnatumque ipse non damnet. Pastoralis tamen necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ovibus sanis morbidam: ab illo, cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione sanandam. Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat: sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes velimus salvos fieri. Hoc quippe fit, cum singulos quosque, ut occurrerint, cum quibus id agere valeamus, ad hoc conamur adducere, ut justificati ex fide pacem habeant ad Deum: quam prædicabat etiam Apostolus, cum dicebat, *Pro Christo ergo legatione fungimur, tamquam Deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo, reconciliari Deo*. Quid est enim ei reconciliari, nisi pacem ad illum habere? Propter quam pacem etiam ipse Dominus Jesus dixit discipulis suis, *In quamcumque domum intraveritis, primum dicite, Pax huic domui: & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra; sin autem, ad vos revertetur*. Cum hanc evangelizant pacem, de quibus prædictum est, *Quam speciosi pedes eorum qui annuntiant pacem, qui annuntiant bona!* nobis quidem tunc incipit esse quisque filius pacis, cum obedierit & crediderit huic Evangelio, & ex fide justificatus pacem ad Deum habere cœperit: secundum autem prædestinationem Dei, jam filius pacis erat. Neque enim dictum est, Super quem requieverit pax vestra, fiet filius pacis: sed, *Si ibi fuerit*, inquit, *filius pacis, requiescet super illam domum pax vestra*. Jam ergo & ante quam illi annuntiaretur hæc pax, filius pacis ibi erat, sicut eum noverat atque præscie-

Quoniam incertum nobis est quos Deus salvare decreverit, omnium & singulorum debemus procurare salutem, voto prædicatione, & correptione. *Rom. 5. 1. 2. Cor. 5. 20. Luc. 10. 5. & 6.*

Isa. 52. 7.

scierat non Evangelista, sed Deus. Ad nos ergo qui nescimus quisnam sit filius pacis, aut non sit, pertinet nullum exceptum facere, nullumque discernere; sed velle omnes salvos fieri, quibus prædicamus hanc pacem. Neque enim metuendum est ne perdamus eam, si ille cui prædicamus, non est filius pacis, ignorantibus nobis: ad nos enim revertetur, id est, nobis proderit ista prædicatio, non & illi: si autem super eum pax prædicata requieverit, & nobis, & illi.

47. Quia ergo nos qui salvi futuri sint nescientes, omnes quibus prædicamus hanc pacem salvos fieri velle Deus jubet, & ipse in nobis hoc operatur, diffundendo istam charitatem in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis: potest etiam sic intelligi, quod *omnes homines Deus vult salvos fieri;* quoniam nos facit velle: sicut *misit Spiritum filii sui clamantem, Abba, pater*, id est, nos clamare facientem. De ipso quippe Spiritu, alio loco dicit, *Accepimus Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater.* Nos ergo clamamus, sed ille clamare dictus est, qui efficit ut clamemus. Si ergo clamantem Spiritum recte dixit Scriptura, a quo efficitur ut clamemus; recte etiam volentem Deum, a quo efficitur ut velimus. Ac per hoc, quia & corripiendo nihil aliud debemus agere, nisi ut ab ista pace quæ est ad Deum non recedatur, aut ad eam qui recesserat revertatur, nos agamus sine desperatione quod agimus. Si filius pacis est quem corripimus, requiescet super eum pax nostra: sin autem, ad nos revertetur.

Rom 5.5. Alia interpretatio loci Apostoli. *Qui vult omnes homines salvos fieri.* 2.*Tim.*2.4 *Ga*.4.6. *Rom.*8.15

2.*Tim.* 2. 19.

48. Quamvis itaque etiam dum quorumdam fides subvertitur, firmum Dei fundamentum stet, quoniam scivit Dominus qui sunt ejus: non tamen ideo nos pigri & negligentes esse debemus in corripiendis, qui corripiendi sunt. Neque enim frustra dictum est, *Corrumpunt mores bonos colloquia mala:* &, *Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est.* Non argumentemur contra ista præcepta salubremque terrorem dicentes, Et corrumpant mores bonos colloquia mala, & pereat infirmus, quid ad nos? Firmum fundamentum Dei stat, & nemo perit nisi filius perditionis. * Absit ut ista garrientes, securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verum est enim, quia nemo perit, nisi filius perditionis: sed ait Deus per Ezechielem prophetam, *Ille quidem in peccato suo morietur, sanguinem vero ejus de manu speculatoris requiram.*

2.*Cor.*15. 33. 1.*Cor.*8.12

* Caput XVI.

Joan. 17. 12. *Ezech.* 3: 18.

49. Proinde quantum ad nos pertinet, qui prædestinatos a non prædestinatis discernere non valemus, & ob hoc omnes salvos fieri velle debemus; omnibus, ne pereant, vel ne alios perdant, adhibenda est a nobis medicinaliter severa correptio; Dei est autem illis eam facere utilem, quos ipse præscivit & prædestinavit conformes imaginis filii sui. Si enim aliquando timore non corripimus, ne aliquis inde pereat: cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neque enim dilectionis viscera majora gestamus quam beatus Apostolus, qui dicit, *Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, videte ne quis malum pro malo alicui reddat.* Ubi intelligendum est tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripitur, sed prava dissimulatione negligitur. Dicit etiam, *Peccantes coram omnibus corripe, ut cæteri timorem habeant.* Quod de his peccatis accipiendum est quæ non latent, ne contra Domini sententiam putetur locutus. Ille enim dicit, *Si peccaverit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum.* Verumtamen & ipse severitatem correptionis eo usque perducit, ut dicat, *Si nec Ecclesiam audierit, sit ibi tamquam ethnicus & publicanus.* Et quis magis dilexit infirmos, quam ille qui pro omnibus est factus infirmus, & pro omnibus ex ipsa est infirmitate crucifixus? Quæ cum ira sint, nec gratia prohibet correptionem, nec correptio negat gratiam: & ideo sic est præcipienda justitia, ut a Deo gratia qua id quod præcipitur fiat, fideli oratione poscatur: & hoc utrumque ita faciendum est, ut neque justa correptio negligatur. Omnia vero hæc cum charitate fiant: quoniam charitas nec facit peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.

*Rom.*8.19

1.*Thess.*5. 14. & 15.

Correptione non malum, sed bonum pro malo redditur.

1.*Tim.*5. 20.

Publice publica tantum corripienda peccata.

Matt. 18 15.

Ibid. 17.

1.*Petr.*4.8

EX LIBRO I. SANCTI AUGUSTINI EPISCOPI

contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 3. & 4.

Caput III. Gratia non secundum merita datur.

SED ne forte dicant (Pelagiani) ad hoc esse adjutos, ut haberent potestatem fieri filii Dei; ut autem hanc accipere mererentur, prius eum libero arbitrio, nulla adjuti gratia receperunt: hæc est quippe intentio qua gratiam destruere moliuntur, ut eam dari secundum merita nostra contendant: ne forte ergo hanc evangelicam sententiam sic dividant, ut meritum ponant in eo quod dictum est, Quotquot autem receperunt eum; ac deinde non gratis datam, sed huic merito redditam gratiam in eo quod sequitur, Dedit eis potestatem filios Dei fieri: numquid si quæratur ab eis, quid sit, receperunt eum, dicturi sunt aliud, nisi credide-

Fidem donum esse Dei. *Philip.* 1. 28. & 29.

runt in eum? Ut igitur & hoc sciant ad gratiam pertinere, legant quod ait Apostolus: In nullo expaveseatis ab adversariis, quæ quidem est illis causa perditionis, vestræ autem salutis: & hoc a Deo; quia vobis donatum est pro Christo, non tantum ut credatis in eum, sed ut etiam patiamini pro eo. Nempe utrumque dixit esse donatum. Item quod ait, Pax fratribus & caritas cum fide a Deo Patre & Domino Jesu Christo. Legant etiam quod ipse Dominus ait, Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. Ubi ne quisquam putet aliud dictum esse, venire ad me, quam credere in me; paulo post cum de suo corpore & sanguine loquetur, & scandalizati essent plurimi in sermone ejus, ait: Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt; sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Deinde subjunxit Evangelista: Sciebat enim Jesus ab initio, qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Sententiam scilicet iteravit qua dixerat, Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, tra-

Ephes. 6. 23. *Joan.* 6.44

Venire ad Christum credere est.

Ipid. 64. &c.

Ibid. 44.

xe-

xerit eum. Et hoc propter credentes & non credentes se dixisse manifestavit, exponens quod dixerat, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: idipsum aliis verbis repetendo in eo quod ait, Nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ille quippe trahitur ad Christum, cui datur ut credat in Christum. Datur ergo potestas ut filii Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur ut credant in eum. Quæ potestas, nisi detur a Deo, nulla esse potest ex libero arbitrio: quia nec liberum in bono erit, quod liberator non liberaverit; sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem malitiæ vel occultus vel manifestus deceptor insevit, vel sibi ipse persuasit.

Trahi a Patre quis dicatur.

Liberum arbitrium unde liberum in bono.

Non itaque, sicut dicunt nos quidam dicere, & * iste audet insuper scribero, *omnes in peccatum*, velut inviti, *carnis suæ necessitate coguntur:* sed si jam in ea ætate sunt, ut propriæ mentis utantur arbitrio, & in peccato sua voluntate retinentur, & a peccato in peccatum sua voluntate præcipitantur. Neque enim agit in eis etiam qui suadet & decipit, nisi ut peccatum voluntate committant, vel ignorantia veritatis, vel delectatione iniquitatis, vel utroque malo & cæcitatis & infirmitatis. Sed hæc voluntas quæ libera est in malis, quia delectatur malis, ideo libera in bonis non est, quia liberata non est. Nec potest homo boni aliquid velle, nisi adjuvetur ab eo qui malum non potest velle, hoc est gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Ac per hoc bona voluntas quæ se abstrahit a peccato, fidelis est, quia justus ex fide vivit. Ad fidem autem pertinet credere in Christum. Et nemo potest credere in eum, hoc est venire ad eum, nisi fuerit illi datum. Nemo igitur potest habere voluntatem justam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit veram, hoc est, gratuitam de super gratiam.

Concludit non adimere se impiis liberum arbitrium. *Julianus.

Non potest homo boni aliquid, nisi fidem per gratuitam gratiam acceperit. *Rom.*14.23

*Habac.*2.4 *Rom.*1.17.

CAPUT IV. Pelagiani præcipitatores liberi arbitrii. *V. lib. de gestis Palestinis, c.* 14. * *Infra.*

3. Hoc isti noluit elati & superbi, nec purgando defensores, sed extollendo præcipitatores liberi arbitrii. Qui non ob aliud nobis hæc dicentibus indignantur, nisi quia gloriari in Domino dedignantur. Timuit tamen Pelagius episcopale judicium Palestinum: & cum ei fuisset objectum, quod diceret gratiam Dei secundum merita nostra dari; negavit se dicere, & eos qui hoc dicerent anathematizando damnavit. * Nec aliud tamen defendere invenitur in libris, quos postmodum scripsit; fraudem se putans hominibus judicantibus fecisse mentiendo, aut nescio quomodo suum sensum verbis ambiguis obtegendo,

---

Ex eodem Libro primo contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 19. *&* 20.

CAPUT XIX. Initium bonæ voluntatis donum gratiæ.

VOs autem in bono opere sic putatis adjuvari hominem gratia Dei, ut in excitanda ejus ad ipsum bonum opus voluntate, nihil eam credatis operari. Quod satis ipsa tua verba declarant. Cur enim non dixisti, hominem Dei gratia in bonum opus excitari, sicut dixisti, *in malum diaboli suggestionibus incitari;* sed aisti, *in bono opere a Dei gratia semper adjuvari*? tamquam sua voluntate, nulla Dei gratia bonum opus aggressus, in ipso jam opere divinitus adjuvetur, pro meritis videlicet voluntatis bonæ, ut reddatur debita gratia, non donetur indebita: ac sic gratia jam non sit illud quod Pelagius in judicio Palestino ficto corde damnavit, gratiam Dei secundum merita nostra dari. Dic mihi, obsecro, quid boni Paulus adhuc Saulus, volebat, ac non potius magna mala, quando spirans cædem pergebat ad vastandos horrenda mentis cæcitate ac furore Christianos? Quibus meritis bonæ voluntatis Deus illum ab his malis ad bona, mirabili & repentina vocatione convertit? Quid ego dicam, quibus meritis, cum ipse clamet, Non ex operibus justitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam salvos nos fecit? Quid illud quod jam commemoravi dixisse Dominum, Nemo potest venire ad me, quod intelligitur, credere in me; nisi ei datum fuerit a Patre meo? Utrum jam volenti credere pro meritis bonæ voluntatis hoc datur: an potius ut credat, ipsa voluntas, sicut Sauli, de super excitatur, etiamsi tam sit aversus a fide, ut credentes etiam persequatur? Ut quid enim nobis Dominus præcepit, ut oremus pro eis qui nos persequuntur? Numquid hoc oramus, ut eis pro bona eorum voluntate gratia Dei retribuatur, ac non potius ut mala in bonum voluntas ipsa mutetur? Sicut credimus, tunc a sanctis quos persequebatur, non inaniter oratum esse pro Saulo, ut ad fidem quam vastabat, voluntas ejus converteretur. Et illius quidem conversio de super facta, manifesto etiam miraculo apparuit: quam multi inimici Christi quotidie subito Dei occulta gratia trahuntur ad Christum. Quod verbum si non ex Evangelio posuissem, quanta de me propter hoc iste dixisset; cum etiam nunc oblucletur non mihi, sed illi qui clamat, Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum? Non enim ait, duxerit, ut illic aliquo modo intelligamus præcedere voluntatem. Quis trahitur, si jam volebat? Et tamen nemo venit, nisi velit. Trahitur ergo miris modis ut velit, ab illo qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant.

gestis Pelagii c. 14. *Act.*9.

*Tit.*3.5.

Venire ad Christum est credere *Joan.*6.66. *V. supra cap.* 3.

Vis gratiæ. *Mat.*5.44.

*Act.*7.59.

Act. 9.

*Joan.*6.44.

Trahit Pater faciens ut volentes ex nolentibus fiant.

Hoc verum esse non conjectura suspicamur humana, sed evidentissima divinarum Scripturarum auctoritate dignoscimus. Legitur in Paralipomenon libris: Et quidem in Juda facta est manus Dei, ut daret illis cor unum, ut facerent præceptum regis & principum in verbo Domini. Item per Ezechielem prophetam Dominus dicit: „ Dabo eis „ cor aliud, & spiritum novum dabo eis, & evel„ lam cor eorum lapideum de carne eorum, & „ dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis am„ bulent, & justificationes meas observent, & fa„ ciant eas. Quid est autem quod Esther illa re„ gina orat & dicit, Da sermonem concinnum in „ os meum, & verba mea clarifica in conspectu leonis, & converte cor ejus in odium impugnantis nos? Ut quid ista in oratione dicit Deo, si non operatur Deus in cordibus hominum voluntatatem? Sed forte hoc mulier insipienter oravit. Videamus ergo utrum inaniter præmissus fuerit orantis affectus, & consecutus non fuerit exaudientis effectus. „ Ecce ingreditur ad regem. „ Ne multa dica„ mus: Et quia non ordine suo ingrediebatur, „ magna necessitate compulsa, intuitus est eam, „ sicut scriptum est, velut taurus in impetu indi„ gnationis suæ. Et timuit regina, & conversus „ est color ejus per dissolutionem, & inclinavit „ se super caput delicatæ suæ, quæ præcedebat „ eam. Et convertit Deus, & transtulit indigna„ tionem ejus in lenitatem. „ Jam sequentia commemorare quid opus est, ubi Deum compleviſſe quod illa rogaverat, divina scriptura testatur, operando in corde regis, quid aliud, quam voluntatem,

CAPUT XX. Gratiæ vis demonstratur. *2.Paralip.* 30. 12. *Ezech.*36. 26. & 27.

Esther 14. 13.

Deus voluntatem in cordibus hominum operatur. *Esther* 15. 9. & *seq.*

Esther 16.

*Rom.*11.6. *V. lib. de*

tem, qua jussit & factum est, quod ab eo regina poposcerat? Quam Deus jam, ut fieret, exaudierat, qui cor regis, ante quam mulieris sermonem poscentis audisset, occultissima & efficacissima potestate convertit, & transtulit ab indignatione ad lenitatem, a voluntate lædendi, ad voluntatem faciendi: secundum illud Apostoli, Deus operatur in vobis & velle. Numquid homines Dei qui hæc scripserunt, immo ipse Spiritus Dei, quo auctore per eos ista conscripta sunt, oppugnavit liberum hominis arbitrium? Absit: sed omnipotentis in omnibus judicium æquissimum, & auxilium misericordissimum commendavit. Sufficit enim scire homini, quod non est iniquitas apud Deum. Jam quomodo ista dispensat, faciens alios secundum meritum vasa iræ, alios secundum gratiam vasa misericordiæ; quis cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? Si ergo ad honorem gratiæ pertinemus, non simus ingrati, tribuendo nobis quod accepimus. Quid enim habemus, quod non accepimus?

Occultissima & efficacissima potestate Deus convertit hominis voluntatem. *Philip.* 2. 13.

Liber Esther scriptura sacra.

Rom. 9. 14.

Ibid. 22.

Rom. 11. 34.

1. *Cor.* 4. 7.

Ex Libro secundo ejusdem contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

CAPUT V.

Gratiæ nomine cur fatum a Catholicis asseri calumniantur Pelagiani.

UNde autem hoc eis visum fuerit nobis objicere, quod fatum asseramus sub nomine gratiæ, cum aliquanto attentius cogitarem; prius eorum verba quæ consequuntur inspexi. Sic enim hoc nobis objiciendum putarunt: *Sub nomine*, inquiunt, *gratiæ ita fatum asserunt, ut dicant, quia nisi Deus invito & reluctanti homini inspiraverit boui, & ipsius imperfecti, cupiditatem, nec a malo declinare, nec bonum possit arripere* Deinde aliquanto post, ubi ipsi quæ defendant, commemorant, quid de hac re ab eis diceretur, attendi. *Baptisma*, inquiunt, *omnibus necessarium esse ætatibus confitemur: gratiam quoque adjuvare uniuscujusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud Deum.* Ex his eorum verbis intellexi, ob hoc illos vel putare, vel putari velle, fatum nos asserere sub nomine gratiæ, quia gratiam Dei non secundum merita nostra dicimus dari, sed secundum ipsius misericordissimam voluntatem, qui dixit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Ubi consequenter adjunctum est, Igitur non volentis, neque currentis, se miserentis est Dei. Posset etiam hinc quispiam similiter stultus fati assertorem Apostolum putare vel dicere. Verum hic se isti satis aperiunt. Cum enim propterea nobis calumniantur, dicentes nos fatum gratiæ nomine asserere, quia non secundum merita nostra dari dicimus Dei gratiam; procul dubio confitentur, quod ipsi eam secundum nostra merita dari dicunt: ita cæcitas eorum occultare ac dissimulare non potuit, hoc se sapere atque sentire, quod sibi objectum Pelagius in episcopali judicio Palestino subdolo timore damnavit. Objectum quippe illi est ex verbis quidem discipuli sui Cælestii, quod etiam ipse diceret, *gratiam Dei secundum merita nostra dari*. Quod ille detestans, vel quasi detestans, ore dumtaxat anathematizare non distulit: sed sicut ejus libri posteriores indicant, & istorum sectatorum ejus nudat assertio, ficto corde servavit, donec postea, quod tunc metu texerat negantis astutia, etiam in litteras proferret audacia. Et adhuc non reformidant, nec saltem verecundantur episcopi Pelagiani litteras suas catholicis Orientalibus episcopis mittere, quibus nos assertores fati esse criminantur, quia non dicimus gratiam Dei secundum merita nostra dari, quod Pelagius episcopos Orientales metuens, & dicere non ausus, & damnare compulsus est.

Coloss. 3. 25.

Gratia datur secundum Dei misericordissimam voluntatem. *Rom.* 33. 19.

Exod. 9. 15.

Ibid. 16.

CAPUT VI.

Fati criminatio retorquetur in Pelagianos.

Itane vero, filii superbiæ, inimici gratiæ Dei, o novi hæretici Pelagiani, quisquis dicit, gratia Dei omnia hominis bona merita præveniri, nec gratiam Dei meritis dari, ne non sit gratia, si non gratis datur, sed debita merentibus redditur; fatum vobis videtur asserere? Nonne etiam vos ipsi qualibet intentione necessarium baptismum omnibus ætatibus dicitis? Nonne in hac ipsa epistola vestra istam de baptismo sententiam, & de gratia juxta posuistis? Cur non vos baptismus, qui datur infantibus, ipsa vicinitate commonuit, quid sentire de gratia debeatis? Hæc enim verba sunt vestra: *Baptisma omnibus necessarium esse infantibus confitemur: gratiam quoque adjuvare uniuscujusque bonum propositum, non tamen reluctanti studium virtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud Deum.* In his omnibus verbis vestris de gratia quod dixistis, interim taceo: de baptismate reddite rationem, cur illud dicatis omnibus esse ætatibus necessarium, quare sit necessarium parvulis dicite: profecto quia eis boni aliquid confert, & idem aliquid nec parvum, nec mediocre, sed magnum est. Nam etsi eos negatis attrahere quod in baptismo remittatur originale peccatum: tamen illo regenerationis lavacro adoptari ex filiis hominum in Dei filios non negatis; immo etiam prædicatis. Dicite ergo nobis, quicumque baptizati in Christo parvuli de corpore exierunt, hoc tam sublime donum quibus præcedentibus meritis acceperunt? Si dixeritis hoc eos parentum pietate meruisse: respondebitur vobis, cur aliquando piorum filiis negatur hoc bonum, & filiis tribuitur impiorum? Nonnumquam enim de religiosis orta proles in terrena ætate atque ab utero recentissima prævenitur morte, ante quam lavacro regenerationis abluatur; & infans natus ex inimicis Christi misericordia Christianorum baptizatur in Christo: plangit baptizata mater non baptizatum proprium; & ab impudica expositum, baptizandum casta fetum colligit alienum. Hic certe merita parentum vacant, vacant vobis fatentibus ipsorum etiam parvulorum. Scimus enim vos non hoc de anima humana credere, quod ante corpus terrenum alicubi vixerit, & aliquid operata sit vel boni vel mali, unde istam in carne differentiam mereretur. Quæ igitur causa huic parvulo baptismum procuravit, illi negavit? An ipsi fatum habent, quia meritum non habent? aut in his est acceptio a Domino personarum? Nam utrumque dixistis, prius fatum, acceptionem postea personarum: ut quoniam utrumque refutandum est, remaneat quod vultis adversus gratiam introducere meritum. Respondete igitur de meritis parvulorum, cur alii baptizati, alii non baptizati de corporibus exeant, nec parentum meritis vel polleant vel careant tam excellenti bono, ut fiant filii Dei ex hominum filiis, nullis parentum, nullis meritis suis. Nempe reticetis; & vos ipsos potius in eo quod nobis objicitis, invenitis. Nam si ubi non est meritum consequenter esse dicitis fatum, & ob hoc in gratia Dei meritum hominibus vultis intelligi, ne fatum cogamini confiteri; ecce vos potius asseritis fatum in baptismate parvulorum, quorum nullum esse fatemini meritum. Si autem in baptizandis parvu-

Col. 3. 25

Adoptionem parvulorum in baptismate agnoscebant Pelagiani.

Ut infans unus præ altero ad baptismi gratiam perveniat, non fit parentum merito, sed gratia Dei.

lis, & nullum meritum omnino præcedere, & tamen fatum non esse conceditis; cur nos quando dicimus gratiam Dei propterea gratis dari; ne gratia non sit, & non tamquam debitam meritis præcedentibus reddi, fati assertores esse jactatis? non intelligentes, in justificandis impiis, sicut propterea merita non sunt, quia Dei gratia est; ita propterea non esse fatum quia Dei gratia est; ita propterea non esse acceptionem personarum, quia Dei gratia est.

Fati nomine quid intelligatur.

Fatum quippe qui affirmant, de siderum positione ad tempus quo concipitur quisque vel nascitur, quas constellationes vocant, non solum actus & eventa, verum etiam ipsas nostras voluntates pendere contendunt: Dei vero gratia non solum omnia sidera & omnes cælos, verum etiam omnes angelos supergreditur. Deinde fati assertores & bona & mala hominum fato tribuunt: Deus autem in malis hominum merita eorum debita retributione persequitur; bona vero per indebitam gratiam misericordi voluntate largitur; utrumque faciens, non per stellarum temporale consortium, sed per suæ severitatis & bonitatis æternum altumque consilium. Neutrum ergo pertinere videmus ad fatum. Hic si respondetis, hanc ipsam Dei benevolentiam, qua non merita sequitur, sed bona indebita gratuita bonitate largitur, fatum potius esse dicendum: cum hanc Apostolus gratiam vocet, dicens: „ Gratia salvi facti estis
Ephes. 2. 8. „ per fidem: & hoc non ex vobis, sed Dei „ donum est, non ex operibus, ne forte quis „ extollatur: nonne attenditis, nonne perspicitis, non a nobis divinæ gratiæ nomine fatum asseri, sed a vobis potius divinam gratiam fati nomine nuncupari.

CAPUT VII.

Refellit calumniam de personarum acceptione.

ITEMQUE acceptio personarum ibi recte dicitur, ubi ille qui judicat relinquens causæ meritum de qua judicat, alteri contra alterum suffragatur, quia invenit aliquid in persona quod honore vel miseratione sit dignum. Si autem quispiam duos habeat debitores, & alteri velit dimittere debitum, alterum exigere; cui vult donat, sed neminem fraudat: nec acceptio personarum dicenda est, quando iniquitas nulla est. Alioquin eis qui parum intelligunt, potest acceptio personarum videri, ubi vineæ dominus operariis, qui una hora illic opus fecerunt, tantum dedit, quantum illis qui pertulerunt pondus diei & æstus, æquales faciens in mercede, quorum tam magna distantia fuerat in labore. Sed quid respondit de hac veluti acceptione personarum adversus patrem-familias murmurantibus? Amice, inquit,
Ibid. 13. &c. non facio tibi injuriam. Nonne ex denario conveniſti mecum? Tolle quod tuum est, & vade. Volo autem & huic novissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod volo facere? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Nempe hic tota justitia est: Hoc volo: Tibi, inquit reddidi, huic donavi; neque ut huic donarem, tibi aliquid abstuli, aut quod debebam vel minui vel negavi. An non licet mihi facere quod volo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sicut ergo hic nulla est acceptio personarum; quia sic alius gratis honoratur, ut alius debito non fraudetur: sic etiam cum secundum propositum Dei vocatur alius, alius non vocatur, vocato datur gratuitum bonum, cujus boni est vocatio ipsa principium; non vocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo, quod per unum hominem peccatum intravit in mundum. Et in illa quidem operariorum similitudine, ubi unum denarium acceperunt, qui una hora, & qui duodecies tantum laboraverunt, qui utique secundum rationes humanas, sed vanas, pro quantitate laboris sui duodecim denarios accipere debuerunt, utrique in bono coæquati, non alii liberati, alli damnati sunt: quia & illi qui plus laboraverunt, & quod sic vocati sunt ut venirent, & quod sic pasti ut non deficerent, ab ipso patre-familias habuerunt. Ubi *Rom. 9. 18.* autem dicitur, ergo cui vult misereatur, & quem *& 21.* vult obdurat, qui facit aliud vas in honorem, aliud in contumeliam: bonum quidem immerito & gratis datur, quia ex eadem massa est cui non datur; malum vero merito & debitum redditur, quia in massa perditionis malum malo non male redditur; & ei cui redditur malum est, quia supplicium ejus est; ei vero a quo redditur, bonum est, quia recte factum ejus est. Nec ulla est acceptio personarum in duobus debitoribus æqualiter reis, si alteri dimittitur, alter exigitur, quod pariter ab utroque debetur.

Divina electio non habet personarum acceptionem, etiam si ea meritis non procedat.

Rom. 8. 28.

Exemplo rem illustrat.

Sed ut id quod dicimus alicujus exempli manifestatione clarescat, constituamus aliquos ab aliqua meretrice geminos editos, atque ut ab aliis colligerentur expositos: horum sine baptismo expiravit unus, alius baptizatus. Quod hic fatum fortunamve fuisse dicamus, quæ omnino nulla sunt? Quam personarum acceptionem, cum apud Deum nulla esset, etiam si in istis ulla esse potuisset: qui utique nihil habebant, unde alter alteri præferretur, meritaque nulla propria, sive bona, quibus mereretur alius baptizari; sive mala, quibus alius sine baptismate mori? An aliqua parentum fuerunt, ubi fornicator pater, meretrix mater? Sed qualiacumque illa fuerint, non utique istis tam diversa conditione morientibus ulla diversa, sed utrique communia. Si ergo nec fatum, quia nullæ stellæ ista decernunt; nec fortuna, quia non fortuiti casus hæc agunt; nec personarum nec meritorum diversitas hoc fecerunt; quid restat, quantum ad baptizatum attinet, nisi gratia Dei quæ vasis factis in honorem gratis datur; quantum autem ad non baptizatum, ira Dei, quæ vasis factis in contumeliam pro ipsius massæ meritis redditur? Sed in illo qui baptizatus est, gratiam Dei vox confiteri cogimus, & meritum ejus nullum præcessisse convincimus: de illo autem sine baptismate mortuo, cur ei defuerit sacramentum, quod & vos fatemini omnibus ætatibus necessarium, & quid isto modo in eo fuerit vindicatum, vos videritis, qui non vultis esse originale delictum.

Quæstionem non solvendo solvit Apostolus.

Nobis in duobus istis geminis unam procul dubio habentibus causam, difficultatem quæstionis cur alius sic, alius vero sic mortuus est, velut non solvendo solvit Apostolus; qui cum & ipse de duobus geminis tale aliquid proposuisset, propter quod non ex operibus, quia nondum operati fuerant aliquid boni vel mali, sed ex vocante dictum est, Major serviet minori: &, Jacob di- *Rom 9. 11.* lexi, Esau autem odio habui: & hujus profunditatis horrorem usque ad hoc perduxisset, ut diceret, Ergo cujus vult misereatur, & quem vult *Ibid. 18.* obdurat: sensit continuo quid moveret, & sibi verba contradicentis, quæ apostolica auctoritate coerceret, opposuit. Ait enim: Dicis itaque *Ibid. 19.* mihi, quid adhuc conqueritur? nam voluntati ejus quis resistit? Responditque ista dicenti: *&c.*
„ O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Num-

„ quid

„ quid dicit figmentum ei qui se finxit; quare „ sic me fecisti. An non habet potestatem fi- „ gulus luti ex eadem massa facere aliud quidem „ vas in honorem, aliud in contueliam? Dein- „ de secutus, tam magnum abditumque secre- „ tum, quantum aperiendum esse hominibus ju- „ dicavit, aperuit dicens: Si autem volens Deus „ ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, „ attulit in multa patientia vasa iræ quæ perfe- „ cta sunt in perditionem, & ut notas faceret „ divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ „ præparavit in gloriam. „ Hoc est gratiæ Dei, non solum adjutorium, verum etiam documentum: adjutorium scilicet in vasis misericordiæ; in vasis autem iræ documentum: in eis enim ostendit iram, & demonstrat potentiam suam, quia tam potens est bonitas ejus, ut bene utatur etiam malis; & in eis notas facit divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quoniam quod ab iræ vasis exigit justitia punientis, hoc vasis misericordiæ dimittit gratia liberantis: nec beneficium, quod quibusdam gratis tribuitur, appareret, nisi Deus aliis ex eadem massa pariter reis justo supplicio condemnatis, quid utrisque deberetur ostenderet. Quis enim te discernit? ait idem Apostolus, homini tamquam de semetipso & de suo proprio bono glorianti: Quis enim te discernit? utique ab iræ vasis, a massa perditionis, quæ per unum omnes misit in damnationem. Quis te discernit? Et tamquam respondisset, Discernit me fides mea, propositum „ meum, meritum meum. „ Quid enim habes, „ inquit, quod non accepisti? Si autem & acce- „ pisti, quid gloriaris quasi non acceperis? „ hoc est, quasi de tuo sit, unde discerneris. Ergo ille discernit, qui unde discernatis impertit, pœnam debitam removendo, indebitam gratiam largiendo: ille discernit, qui cum tenebræ essent super abyssum, dixit, Fiat lux, & facta est lux, & divisit, hoc est, discrevit inter lucem & tenebras. Non enim cum solæ essent tenebræ, quid discerneret invenit: sed lucem faciendo discrevit; ut justificatis impiis dicatur, Fuistis enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: ac sic qui gloriatur, non in seipso, sed in Domino glorietur. Ille discernit, qui de nondum natis neque qui aliquid egerant boni aut mali, ut secundum electionem propositum ejus maneret, non ex operibus, sed ex seipso vocante dixit, Major serviet minori: atque idipsum commendans postea per Prophetam; Jacob, inquit, dilexi, Esau autem odio habui. Electionem quippe dixit, ubi Deus non ab alio factum quod eligat invenit, sed quod inveniat ipse facit: sicut de reliquiis Is- „ rael scriptum est, „ Reliquiæ per electionem „ gratiæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex „ operibus; alioquin gratia jam non est gratia. Propter quod profecto desipitis, qui dicente veritate, Non ex operibus, sed ex vocante dictum est; vos dicitis, Ex futuris operibus, quæ Deus illum facturum esse præsciebat, Jacob fuisse dilectum: atque ita contradicitis Apostolo dicenti, Non ex operibus: quasi non posset, dicere, Non ex præsentibus, sed futuris operibus. Sed ait, Non ex operibus, ut gratiam commendaret: „ „ Si autem gratia, jam non ex operibus; alio- „ quin gratia jam non est gratia. Præcedit namque non debita, sed gratuita gratia, ut per illam fiant bona opera: ne si præcesserint bona opera, tamquam operibus reddatur gratia; ac sic gratia jam non sit gratia.

Sed ut vobis auferretur omnis vestræ caligi-

Electio ex massa perditionis gratuita. *Ibid.* 22. & 23.

Cur non omnes ex massa perditionis liberentur.

1. *Cor.* 4. 7.

Gen. 1. 2.

Ephes. 5. 8. 2. *Cor.* 10. 17. *Rom.* 9. 11.

Gen. 25. 23 *Mal.* 1. 2.

Rom. 11. 5. & 6.

Electionem futuris operibus adscribentes Pelagiani desipiunt.

Pelagiani

S. Prosperi.

nis latebra, propterea geminos tales proposui, qui neque parentum meritis juvarentur, & ambo infantiæ primordio unus baptizatus, alter sine baptismate morerentur; ne diceretis Deum sicut de Jacob & Esau contra Apostolum dicitis, opera eorum futura præsciisse. Quomodo enim præscivit ea futura, quæ illis in infantia morituris, quia præscientia ejus falli non potest, præscivit potius non futura? Aut quid prodest eis qui rapiuntur ex hac vita, ne malitia mutet intellectum eorum, aut ne fictio decipiat animam eorum, si peccatum etiam quod non est factum, dictum, cogitatum, tamquam commissum fuerit, sic punitur? Quod si absurdissimum, insulsissimum, dementissimum est, quoslibet homines ex his peccatis, quorum nec reatum ex parentibus trahere, sicut dicitis, nec ea non solum committere, sed nec saltem cogitare potuerunt, esse damnandos; redit ad vos frater ille geminus baptizati non baptizatus, & tacitus quærit a vobis, unde fuerit a fraterna felicitate discretus, cur illa infelicitate punitus, ut illo in Dei filium adoptato, ipse non acciperet omnibus ætatibus necessarium, sicut fatemini, sacramentum; si quemadmodum nulla est fortuna vel fatum, vel apud Deum acceptio personarum, ita nullum est gratiæ sine meritis donum, nullum originale peccatum. Huic prorsus infanti linguam vestram vocemque submittitis, huic non loquenti quid loquamini non habetis.

convincuntur in parvulis geminis, uno post baptisma, altero sine baptismatis gratia mortuo. *Sap.* 4. 11.

CAPUT VIII. Boni etiam imperfecti cupiditas donum gratiæ est, alioquin gratia secundum merita daretur.

Jam nunc videamus, ut possumus, hoc ipsum quod volunt præcedere in homine, ut adjutorio gratiæ dignus habeatur, & cui merito ejus non tamquam indebita tribuatur, sed debita gratia retribuatur; ac sic gratia jam non sit gratia: videamus tamen quid illud sit. *Sub nomine*, inquiunt, *gratiæ ita fatum asserunt, & dicant, quia nisi invito & reluctanti homini inspiraverit boni, & ipsius imperfecti, cupiditatem, nec a malo declinare, nec bonum possit arripere.* Jam de fato & gratia quam inania loquantur ostendimus: nunc illud est quod debemus advertere, utrum invito & reluctanti homini Deus inspiret boni cupiditatem, ut jam non sit reluctans, non sit invitus, sed consentiens homo, & volens bonum. Isti enim volunt, in homine ab ipso homine incipere cupiditatem boni, ut hujus cœpti meritum etiam perficiendi gratia consequatur: si tamen hoc saltem volunt. Pelagius enim facilius dicit impleri quod bonum est, si adjuvet gratia. Quo additamento, id est, addendo, facilius, utique significat hoc se sapere, quod etiam si gratiæ defuerit adjutorium, potest, quamvis difficilius, impleri bonum per liberum arbitrium. Sed istis, quid in hac re sentiant, non de illo auctore hujus hæresis præscribamus: permittamus eos cum suo libero arbitrio esse liberos & ab ipso Pelagio; atque ista verba eorum, quæ in hac cui respondemus epistola posuerunt, potius attendamus.

Discipuli Pelagii ex parte a præceptoris doctrina recedunt.

Hoc enim nobis objiciendum putant, quod *invito & reluctanti homini Deum* dicamus *inspirare*, non quanticumque *boni*, sed *& ipsius imperfecti cupiditatem*. Fortassis ergo ipsi eo modo saltem servant locum gratiæ, ut sine illa putent hominem posse habere boni, sed imperfecti cupiditatem; perfecti autem non facilius per illam posse, sed nisi per illam omnino non posse. Verum & sic gratiam Dei dicunt secundum merita nostra dari; quod in Oriente Pelagius Ecclesiasticis gestis damnari timendo damnavit. Si enim Sine Dei gratia per nos incipit cupiditas boni; ipsum cœ-

V. lib. de gestis Pelagi. c. 14. *infra.*

ptum erit meritum; cui tamquam ex debito gratiæ veniat adjutorium: ac sic gratia Dei non gratis donabitur, sed secundum meritum nostrum dabitur. Dominus autem ut responderet futuro Pelagio, non ait, Sine me difficile potestis aliquid facere: sed ait, Sine me nihil potestis facere. *Joan.* 15. 5. Et ut responderet futuris etiam istis in eadem ipsa Evangelica sententia, non ait, Sine me nihil potestis perficere: sed, facere. Nam si perficere dixisset, possent isti dicere, non ad incipiendum bonum; sed ad perficiendum, esse Dei adjutorium necessarium: Verum audiant & Apostolum. Dominus enim cum ait, Sine me nihil potestis facere: hoc uno verbo initium finemque comprehendit. Apostolus vero tamquam sententiæ Dominicæ expositor apertius utrumque distinxit, dicens, Quoniam qui in vobis opus bonum cœpit, perficiet usque in diem Christi Jesu. *Phil.* 1. 6. Sed in scripturis sanctis apud eumdem Apostolum, isto unde loquimur, amplius invenimus. Loquimur enim nunc de boni cupiditate, quam si volunt a nobis incipere, a Domino perfici, videant quid respondeant dicenti; Apostolo: „ Non quia idonei sumus cogitare aliquid „ quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est. *2. Cor.* 3. 5. Cogitare, ait, aliquid, utique bonum: minus est autem cogitare quam cupere. Cogitamus quippe omne quod cupimus, nec tamen cupimus omne quod cogitamus; quoniam nonnumquam & quod non cupimus cogitamus. Cum igitur minus sit cogitare quam cupere; potest enim homo cogitare bonum, quod nondum cupit, & proficiendo postea cupere, quod antea non cupiendo cogitavit: quomodo ad id quod minus est, id est, ad cogitandum aliquid boni non sumus idonei tamquam ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est; & ad id quod est amplius, id est, ad cupiendum aliquid boni sine divino adjutorio idonei sumus ex libero arbitrio? Neque enim & hic Apostolus ait, Non quia idonei sumus cogitare quod perfectum est, tamquam ex nobismetipsis: sed cogitare, ait, aliquid, cui contrarium est nihil. *Joan.* 15. 5. Unde est illud Domini; Sine me nihil potestis facere.

Aliud cogitare, aliud cupere.

CAPUT IX.

Sed nimirum quod scriptum est, *Hominis est præparare cor, & a Domino responsio linguæ*: non bene intelligendo falluntur, ut existiment cor præparare, hoc est bonum inchoare, sine adjutorio gratiæ Dei ad hominem pertinere, Absit ut sic intelligant filii promissionis, tamquam cum audierint Dominum dicentem, Sine me nihil potestis facere: quasi convincant eum dicentes; Ecce sine te possumus cor præparare: aut cum audierint a Paulo apostolo, Non quia idonei sumus cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex Deo est: tamquam & ipsum convincant dicentes; Ecce idonei sumus ex nobismetipsis præparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis enim potest sine bona cogitatione ad bonum cor præparare? Adsit ut sic intelligant, nisi superbi sui arbitrii defensores & fidei catholicæ desertores. Ideo quippe scriptum est, *Hominis est præparare cor, & a Domino responsio linguæ*: quia homo præparat cor, non tamen sine adjutorio Dei, qui sic tangit cor, ut homo præparet cor. In responsione autem linguæ, id est, in eo quod præparato cordi lingua divina respondet, nihil operis habet homo, sed totum est a Domino Deo.

Prov. 16. 1. Scripturas interpretatur quibus abuntur Pelagiani. *Joan.* 15. 5. 1. *Cor.* 3. 5.

Ps. 80. 11. Nam sicut dictum est, *Hominis est præparare cor, & a Domino responsio linguæ*: ita etiam dictum est, Aperi os, & adimplebo illud. Quamvis enim nisi adjuvante illo, sine quo nihil possumus facere, os non possumus aperire: tamen nos aperimus illius adjumento & opere nostro; implet autem illud Dominus sine opere nostro. Nam quid est præparare cor, & os aperire, nisi voluntatem parare? Et tamen in eisdem litteris legitur, *Prov.* 8. Præparatur voluntas a Domino: &, Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. *sec.* LXX. *Ps.* 50. 17. Ecce Deus admonet, ut præparemus voluntatem in eo quod legimus, *Hominis est præparare cor*: & tamen ut hoc faciat homo, adjuvat Deus; quia præparatur voluntas a Domino. Et, Aperi os, ita dicit jubendo, ut nemo possit nisi ipse id faciat adjuvando, cui dicitur, Labia mea aperies. Numquid istorum aliqui ita desipiunt, ut aliud os, aliud labia esse contendant, & mirabili vanitate hominem dicant os aperire, labia hominis Deum? Quamquam Deus illos & ab hac absurditate compescit, ubi ad Moysen famulum suum dicit, Ego aperiam os suum, & instruam te quæ debeas loqui. *Exod.* 4. 12. In sententia ergo illa ubi dicitur, Aperi os, & adimplebo illud, quasi unum eorum videtur ad hominem pertinere, alterum ad Deum: in hac autem ubi dicitur, Ego aperiam os tuum, & instruam te, utrumque ad Deum. Quare hoc, nisi quia in uno istorum cooperatur homini facienti, alterum solus facit:

Nulla bona facit homo quæ non facit Deus ut faciat homo

Qua propter multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla vero facit homo, quæ non facit Deus ut faciat homo. Proinde cupiditas boni non homini a Domino esset, si bonum non esset: si autem bonum est, non nisi ab illo nobis est, qui summe atque incommutabiliter bonus est. Quid est enim boni cupiditas, nisi charitas, de qua Joannes apostolus sine ambiguitate loquitur, dicens, Charitas ex Deo est? Nec initium ejus ex nobis, & perfectio ejus ex Deo, sed si charitas ex Deo, tota nobis ex Deo est. Avertat enim Deus hanc amentiam, ut in donis ejus nos priores faciamus, posteriorem ipsum: quoniam misericordia ejus prævenjet me, & ipse est cui fideliter veraciterque cantatur, Quoniam prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis. Et quid hic aptius intelligitur, quam ipsa de qua loquimur cupiditas boni? Tunc enim bonum concupisci incipit, quando dulcescere cœperit. Quando autem Timor pœnæ, amor justitiæ. timore pœnæ, non amore justitiæ fit bonum, nondum bene fit bonum; nec fit in corde quod fieri videtur in opere, quando mallet homo non facere, si posset impune. Ergo benedictio dulcedinis, est gratia Dei, qua fit in nobis ut nos delectet & cupiamus, hoc est amemus quod præcipit nobis, in qua si nos non prævenit Deus, non solum non perficitur, sed nec inchoatur ex nobis. Si enim sine illo nihil possumus facere, profecto nec incipere, nec perficere: quia ut incipiamus dictum est, Misericordia ejus prævenjet me; ut perficiamus, dictum est, Misericordia ejus subsequetur me.

1. Joan. 4. 7. Boni cupiditas charitas, quæ tota ex Deo.

Ps. 58. 11

Ps. 20. 4.

Benedictio dulcedinis gratia Dei. *Joan.* 15. 5.

Ps. 58. 11. *Ps.* 22. 6.

CAPUT X.

Secundum cujus propositum vocentur electi.

Quid est ergo, quod in consequentibus, ubi ea quæ ipsi sentiunt commemorant, dicunt se confiteri, *gratiam quoque adjuvare uniuscujusque bonum propositum, non tamen reluctandi studium virtutis immittere*? Hoc quippe ita dicunt, velut homo a seipso sine adjutorio Dei habeat propositum bonum studiumque virtutis, quo merito præcedente dignus sit adjuvari Dei gratia subsequente. Putant enim fortasse ita dixisse Apostolum, Scimus quia diligentibus Deum omnia *Rom.* 8. 28.

nia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt sancti: ut propositum hominis vellet intelligi, quod propositum tamquam bonum meritum sequatur misericordia vocantis Dei: ignorantes ideo dictum esse, qui secundum propositum vocati sunt, ut Dei, non hominis propositum intelligatur, quo eos, quos præscivit & prædestinavit conformes imaginis Filii sui, elegit ante mundi constitutionem. Non enim omnes vocati, secundum propositum sunt vocati, quoniam multi vocati, pauci electi. Ipsi ergo secundum propositum vocati, qui electi ante mundi constitutionem mundi. De hoc proposito Dei dictum est & illud, quod jam commemoravi de „ geminis Esau & Jacob, „ Ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia major „ serviet minori. Hoc propositum Dei & illo „ commemoratur loco, ubi ad Timotheum scribens, ait: Collabora Evangelio secundum virtutem Dei salvos nos facientis & vocantis vocationes sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Jesu ante „ sæcula æterna, manifestata autem nunc per adventum Salvatoris nostri Jesu Christi. „ Hoc est ergo propositum Dei unde dicitur: Omnia cooperatur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. Hominis autem propositum bonum adjuvat quidem subsequens gratia, sed nec ipsum esset, nisi præcederet gratia. Studium quippe hominis, quod dicitur bonum, quamvis cum esse cœperit, adjuvetur gratia, non tamen incipit sine gratia: sed ab illo inspiratur, de quo dicit Apostolus, Gratias autem Deo qui dedit idem studium pro vobis in corde Titi. Si studium quisque ut pro aliis habeat, Deus dat; ut pro ipso se habeat, quis alius est daturus.

Matth. 20. 16. Secundum propositum vocati. *Rom.* 9. 11. 1. *Tim.* 1. 8. *&c.* *Rom.* 8. 28. 2. *Cor.* 8. 16.

Nihil homini jubetur quod a Deo non detur.

Quæ cum ita sint, nihil in scripturis sanctis homini a Domino video juberi, propter probandum liberum arbitrium, quod non inveniatur vel dari ab ejus bonitate, vel posci propter adjutorium gratiæ demonstrandum: nec omnino incipit homo ex malo in bonum per initium fidei commutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia Dei. De qua suam cogitationem recolens „ quidam, sicut legimus in Psalmis: „ Numquid „ oblivisceturn, inquit, misereri Deus, aut continebit in ira sua miserationes suas? Et dixi, „ nunc cæpi, hæc mutatio dexteræ excelsi. „ Sic itaque Dei gratia cogitetur, ut ab initio bonæ mutationis suæ usque in finem consummationis, qui gloriatur in Domino glorietur. Quia sicut nemo potest bonum perficere sine Domino, sic nemo incipere sine Domino.

Psal. 76. 10. & 11. 2. *Cor.* 10. 17.

Ex libro quarto ejusdem contra duas Epist. Pelagianorum. cap. 6. 9. & 11.

CAPUT VI. De laude liberi arbitrii.

ITEM quod adversus Manichæos (*Pelagiani*) laudant liberum arbitrium, adhibentes propheticum testimonium, *Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis; si autem nolueritis & non audieritis, gladius vos consumet*: quid eis hoc prodest? quandoquidem non tam contra Manichæos defendunt, quam contra catholicos extollunt liberum arbitrium. Sic enim volunt intelligi quod dictum est, Si volueritis & audieritis me; tamquam in ipsa præcedente voluntate sit consequentis meritum gratiæ; ac sic gratia jam non sit gratia, quæ non est gratuita, cum redditur debita. Si autem sic intelligerent quod dictum est, Si volueritis; ut etiam ipsam bonam voluntatem illum præparare confiterentur, de quo scriptum est, Præparatur voluntas a Domino: tamquam catholici uterentur hoc testimonio, & non solum hæresim Manichæorum vincerent, sed novam Pelagianorum non conderent.

Isa. 1. 19. & 20. *Prov.* 8. *Sec.* LXX.

Quid eis prodest, quod in laude ipsius liberi arbitrii, *gratiam dicunt adjuvare uniuscujusque bonum propositum*? Hoc sine scrupulo acciperetur catholice dictum, si non in bono proposito meritum ponerent, cui merito jam merces secundum debitum, non secundum gratiam redderetur, sed intelligerent & confiterentur etiam ipsum bonum propositum, quod consequens adjuvat gratia, non esse potuisse in homine, si non præcederet gratia. Quomodo enim est hominis bonum propositum sine miserante prius Domino: cum ipsa sit bona voluntas, quæ præparatur a Domino? Quod autem cum dixissent, *gratiam quoque adjuvare uniuscujusque propositum bonum*, mox addiderunt, *non tamen reluctanti studium virtutis immittere*, posset bene intelligi, si non ab istis, quorum sensus notus est, diceretur. Reluctanti enim prius auditus divinæ vocationis ipsa Dei gratia procuratur, ac deinde in illo jam non reluctante studium virtutis accenditur. Verumtamen in omnibus quæ quisque agit secundum Deum, misericordia ejus prævenit eum. Quod isti nolunt, quia non esse catholici, sed Pelagiani volunt: Multum enim delectat impietatem superbam, ut etiam id quod cogitur confiteri a Domino datum, non sibi donatum videatur esse, sed redditum: ut scilicet filii perditionis, non promissionis, ipsi credantur se bonos fecisse, & Deus jam bonis a se ipsis effectis, pro isto eorum opere debitum præmium reddidisse.

Reluctantes Dei gratia prævenit, ut volentes fiant. *Ps.* 58. 11.

Ita namque illis tumor ipse aures cordis obstruxit, ut non audiant, Quid enim habes, quod non accepisti? non audiant, Sine me nihil potestis facere: non audiant. Charitas ex Deo est: non audiant; Deus partitus est mensuram fidei: non audiant, Spiritus ubi vult spirat; &, Qui Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei: non audiant, Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo: non audiant quod Esdras scribit, Benedictus est Dominus Deus patrum nostrorum, qui dedit in cor regis, clarificare domum suam, quæ est in Jerusalem: non audiant quod per Jeremiam dicit Dominus, Et timorem meum dabo in cor eorum, ut a me non recedant; & visitabo eos, ut bonos eos, faciam: maximeque illud per Ezechielem prophetam, ubi prorsus Deus ostendit, nullis se hominum bonis meritis provocari, ut eos bonos faciat, id est obedientes mandatis suis; sed potius hæc eis se retribuere bona pro malis, propter seipsum hoc „ faciendo, non propter illos. „ Ait enim, Hæc „ dicit Dominus Deus, Ego facio, non propter „ vos, domus Israel, sed propter nomen meum „ sanctum, quod polluistis in gentibus, quo intrastis illuc, & sanctificabo nomen meum magnum quod profanatum est in gentibus, & profanastis in medio eorum; & scient gentes, quia „ ego sum Dominus, dicit Adonai Dominus, „ cum sanctificatus fuero in vobis ante oculos eorum, & accipiam vos de gentibus, & congre-

Testimonia Scripturæ pro gratia. 1 *Cor.* 4. 7. *Joan* 15. 5. 1. *Joan.* 4. 7. *Rom.* 12. 3. *Joan.* 3. 8. *Rom.* 8. 14. *Joan.* 6 66. 1. *Esdr.* 7. 27. *Jerem.* 32. 40. & 41.

Ezechielis ea de re locus insignis. *Ezech* 36. 22. *& seq.*

„ gabo

„ gabo vos ex omnibus terris, & inducam vos
„ in terram vestram; & aspergam super vos
„ aquam mundam, & mundabimini ab omni-
„ bus immunditiis vestris, & mundabo vos; &
„ dabo vobis cor novum, & spiritum novum
„ dabo in vobis; & auferetur cor lapideum de
„ carne vestra, & dabo vobis cor carneum; &
„ spiritum meum dabo in vobis, & faciam ut in
„ justificationibus meis ambuletis, & judicia mea
„ observetis & faciatis. Et post aliquanta per eum-
Ibid. 32. & seq. „ dem ipsum prophetam: Non propter vos, in-
„ quit, ego facio, dicit Dominus Deus; notum
„ erit vobis: confundemini & erubescite de viis
„ vestris, domus Israel. Hæc dicit Dominus Deus,
„ In die quo mundabo vos ab omnibus iniqui-
„ tatibus vestris, & constituam civitates, & ædi-
„ ficabuntur deserta, & terra exterminata opera-
„ bitur, pro eo quod exterminata est ante ocu-
„ los omnis prætereuntis. Et dicent, Terra illa
„ exterminata, facta est sicut hortus voluptatis,
„ & civitates desertæ & exterminatæ & effossæ,
„ munitæ sederunt. Et scient gentes quæcumque
„ relictæ fuerint in circuitu vestro, quia ego
„ Dominus ædificavi destructas, plantavi exter-
„ minatas. Ego Dominus locutus sum, & feci.
„ Hæc dicit Dominus, Adhuc hoc inquiram do-
„ mui, Israel ut faciam eis: multiplicabo eos si-
„ cut oves homines, sicut oves sanctas, sicut
„ oves Jerusalem in diebus festis ejus: sic erunt
„ civitates illæ desolatæ, plenæ ovium hominum,
„ & scient quia ego Dominus.

Ex illis verbis Jeremiæ & Ezechielis probari gratiam gratuitam & efficacem.

Quid remansit pelli morticinæ unde possit in-flari, & dedignetur quando gloriatur, in Domino gloriari? Quid ei remansit, quando quidquid dixerit se fecisse, ut eo præcedente hominis merito, ab homine exorto, Deus subsequenter faciat quo dignus est homo, respondebitur, reclamabitur, contradicetur, Ego facio, sed propter nomen meum sanctum, non propter vos ego facio, dicit Dominus Deus? Nihil sic evertit Pelagianos dicentes gratiam Dei secundum merita nostra dari. Quod quidem ipse Pelagius, etsi non corrigendo, tamen orientales judices timendo damnavit. Nihil sic evertit hominum præsumptionem dicentium, Nos facimus, ut mereamur cum quibus faciat Deus. Respondet vobis, non Pelagius, sed ipse Dominus, Ego facio, & non propter vos, sed propter nomen meum sanctum. Quid enim potestis facere boni de corde non bono? Ut autem habeatis cor bonum, Dabo, inquit, vobis cor novum, & spiritum novum dabo vobis. Numquid potestis dicere, Prius ambulavimus in justificationibus ejus, & judicium ejus observavimus, & fecimus ut digni essemus, ut quibus gratiam suam daret? Quid enim boni faceretis homines mali, & quomodo ista bona faceretis, nisi boni essetis? Ut autem homines sint boni quis facit, nisi ille, qui dixit, Et visitabo eos, ut eos bonos faciam? Et qui dixit, Spiritum meum dabo in vobis, & faciam ut in justificationibus meis ambuletis, & judicia mea observetis & faciatis? Itane nondum evigilatis? Nondum auditis, Faciam ut ambuletis, faciam ut observetis, postremo faciam ut faciatis? Quid adhuc vos inflatis? Nos quidem ambulamus, verum est; nos observamus, nos facimus: sed ille facit ut ambulemus, ut observemus, ut faciamus. Hæc est gratia Dei bonos faciens nos, hæc est misericordia ejus præveniens nos. Quid merentur deserta, & exterminata, & effossa; quæ tamen ædificabuntur, & operabuntur, & munientur? Numquid hæc pro meritis

V. *Lib. de gestis Pelagian. c. 14. infra.*

Jerem. 32. 41. Ezech. 36. 27. &c.

desertionis, exterminationis, effossionis suæ? Absit. Ista enim merita mala sunt, hæc munera bona. Redduntur itaque malis bona: gratuita ergo, non debita; & ideo gratia. Ego inquit, Dominus, Ego Dominus: Nonne te ista vox comprimit, o humana superbia, quæ dicis, Ego facio, ut merear a Domino ædificari atque plantari? Nonne audis, Non propter vos ego facio: Ego Dominus ædificavi destructas, plantavi exterminatas: Ego Dominus locutus sum, & feci: non tamen propter vos, sed propter nomen meum sanctum? Quis multiplicat sicut oves homines, sicut oves sanctas, sicut oves Jerusalem? Quis facit ut civitates illæ desolatæ plenæ sint ovium hominum, nisi ille qui sequitur & dicit, Et scient quia ego Dominus? Sed quibus ovibus hominibus implet, sicuti est pollicitus, civitates, utrum quas invenit, an quas facit? Psalmum in- *Ps. 94. 6. & 7.*
„ terrogemus: ecce respondet, audiamus: „ Ve-
„ nite adoremus & procidamus ei, & ploremus
„ ante Dominum qui fecit nos, quia ipse est
„ Deus noster, & nos populus pascuæ ejus,
„ & oves manus ejus. Ipse igitur facit oves,
„ quibus desolatas impleat civitates. „ Quid mi-
rum? Quando quidem illi unicæ ovi dicitur, hoc est Ecclesiæ, cujus membra sunt omnes oves homines: Quoniam egno sum Dominus qui facio te. Quid mihi obtendis liberum arbitrium, quod ad faciendam justitiam liberum non erit, nisi ovis fueris? Qui facit igitur oves homines, ipse ad obedientiam pietatis humanas liberat voluntates.

Meritis malis redduntur bona munera.

Sed quare istos homines oves facit, & istos non facit, apud quem non est acceptio personarum? Ipsa est quæstio quam beatus Apostolus curiosius quam capacius proponentibus, ait, O homo tu quis es ut respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? Ipsa est quæstio, quæ ad illam pertinet altitudinem quam perspicere volens idem Apostolus, quodam modo expavit, & exclamavit: „
„ O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: *Rom. 11. 33. &c.*
„ quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & inve-
„ stigabiles viæ ejus! Quis enim cognovit sen-
„ sum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?
„ Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei?
„ Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso
„ sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum.
Non itaque istam scrutari audeant inscrutabilem quæstionem, qui meritum ante gratiam, & ideo jam contra gratiam defendentes, priores volunt dare Deo, ut retribuatur eis, priores utique dare quodlibet ex libero arbitrio, ut sit gratia retribuenda pro præmio: & sapienter intelligant, vel fideliter credant, etiam quod se putant priores dedisse, ab illo ex quo sunt omnia, percepisse. Cur autem iste accipiat, ille non accipiat, cum ambo non mereantur accipere, & quisquis eorum acceperit, indebite accipiat, vires suas metiantur, & fortiora se non scrutentur. Sufficiat *Eccli. 3. 22* eis scire, quod non sit iniquitas apud Deum. Cum enim nulla merita invenisset Apostolus, quibus Jacob geminum apud Deum præcederet
„ fratrem: „ Quid ergo dicemus, inquit? Num- *Rom. 9. 14. &c.*
„ quid est apud Deum iniquitas? Absit. Moysi
„ enim dicit, Miserebor cui misertus fuero; &
„ misericordiam præstabo, cui misericors fuero.
„ Igitur non volentis, neque currentis, sed mi-
„ serentis est Dei. „ Grata sit ergo nobis ejus Misericordia gratuita.
gratuita misericordia, etiam si hæc profunda insoluta fit quæstio. Quæ tamen catenus solvitur, quatenus eam solvit idem Apostolus, dicens: „ *Ibid. 22. & 23.*

Inscrutabilis quæstio.

Cur Deus alios oves facit, alios non facit. *Rom. 2. 11. Rom. 9. 20.*

„ Si

„ Si autem Deus volens ostendere iram & de-
„ monstrare potentiam suam, adtulit in multa
„ patientia vasa iræ, quæ perfecta sunt in per-
„ ditionem, & ut notas faceret divitias gloriæ
„ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in
„ gloriam. Ira quippe non redditur, nisi debi-
ta, ne sit iniquitas apud Deum : misericordia
vero etiam cum præbetur indebita, non est ini-
quitas apud Deum. Et hinc intelligunt vasa mi-
sericordiæ, quam gratuita illis misericordia præ-
beatur, quod iræ vasis cum quibus est eis per-
ditionis causa & massa communis, ira debita
& justa rependitur. Hæc jam satis sint adversus
eos qui per arbitrii libertatem destruere volunt
gratiæ largitatem.

Ira non redditur nisi debita.

Ex eodem libro quarto contra duas Epistolas Pelagianorum, cap. 9.

CAPUT IX. Cypriani testimonia de gratia Dei.

JAM vero gratiam Dei quemadmodum adversus istos prædicet Cyprianus, ubi de Oratione Dominica disputat, evidente apparet. Ait enim : *Dicimus, Sanctificetur, nomen tuum; non quod optemus Deo ut sanctificetur orationibus nostris, sed quod petamus ab eo ut nomen ejus sanctificetur in nobis. Ceterum a quo Deus sanctificatur, qui ipse sanctificat ? Sed quia ipse dixit, Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum : id petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus perseveremus.* Et alio loco in eadem epistola : *Addimus quoque*, inquit, *& dicimus, Fiat voluntas tua in cælo & in terra : non ut Deus faciat quod vult, sed ut nos facere possimus quod Deus vult. Nam Deo quis obsistit, quo minus quod velit faciat ? Sed quia nobis a diabolo obsistitur, quo minus per omnia noster animus atque actus Deo obsequatur, oramus & petimus ut fiat in nobis voluntas Dei. Quæ ut fiat in nobis, opus est Dei voluntate, id est, ope ejus & protectione : quia nemo suis viribus fortis est, sed Dei indulgentia & misericordia tutus est.* Item alio : *Fieri autem petimus*, inquit, *voluntatem Dei in cælo & in terra, quod utrumque ad consummationem nostræ incolumitatis pertinet & salutis. Nam cum corpus e terra & spiritum possideamus e cælo, ipsi terra & cælum sumus, & in utroque, id est, in corpore & spiritu ut Dei voluntas fiat oramus. Est enim inter carnem & spiritum colluctatio, & discordantibus adversus se invicem quotidiana congressio, ut non quæ volumus, ipsa faciamus, dum spiritus cælestia & divina quærit, caro terrena & sæcularia concupiscit. Et ideo petimus inter duo ista ope & auxilio Dei concordiam fieri; ut dum in spiritu & carne voluntas Dei geritur, quæ per eum renata est anima servetur. Quod aperte atque manifeste apostolus Paulus sua voce declarat : Caro, inquit, concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem : hæc enim invicem adversantur, ut non quæ vultis, ipsa faciatis.* Et paulo post : *Potest & sic intelligi*, inquit, *fratres dilectissimi, ut quoniam mandat & docet Dominus etiam inimicos diligere, & pro his quoque qui nos persequuntur orare, petamus & pro illis qui adhuc terra sunt, & nec dum cælestes esse cœperunt, ut & circa illos voluntas Dei fiat, quam Christus hominem conservando & redintegrando perfecit.* Itemque alio loco : *Hunc autem panem*, inquit, *dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo graviore delicto dum absenti & non communicantes a cælesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur.* Et aliquanto post in eadem : *Quando autem rogamus*, inquit, *Ne in tentationem veniamus, admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ, dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi superbe atque arroganter aliquid assumat, ne quis aut confessionis aut passionis gloriam suam ducat; cum Dominus ipse humilitatem docens dixerit ; Vigilate, & orate, ne veniatis in tentationem ; spiritus quidem promtus est, caro autem infirma : ut dum præcedit humilis & submissa confessio, & datur totum Deo, quidquid suppliciter cum timore & honore Dei petitur, ipsius pietate præstetur.* Item ad Quirinum, in quo opere se Pelagius vult ejus imitatorem videri, ait in libro tertio * : *In nullo gloriandum quando nostrum nihil sit.* Cui proposito testimonia divina subjungens, inter cetera posuit Apostolicum illud, quo istorum maxime ora claudenda sunt : *Quid enim habes quod non accepisti ? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Item in epistola de patientia : *Est enim nobis*, inquit, *cum Deo virtus ista communis; inde patientia incipit, inde claritas ejus & dignitas caput sumit, origo & magnitudo patientiæ Deo auctore procedit.*

Matth. 6. 10.

Gal. 5. 17.

Matth. 5. 44.

Matt. 6. 11.

Ibid. 13.

* Cap. 4.

1. Cor. 4. 7.

Numquid iste sanctus tam memorabilis Ecclesiarum in verbo veritatis instructor, liberum arbitrium negat esse in hominibus, quia Deo totum tribuit quod recte vivimus? Numquid legem Dei culpat, quia non ex ipsa justificari hominem significat, quando quidem quod illa jubet, a Domino Deo precibus impetrandum esse declarat ? Numquid sub nomine gratiæ fatum asserit, quamvis dicat, in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit ? Numquid, sicut, isti, Spiritum-sanctum adjutorem ita credit esse virtutis, tamquam ipsa virtus quæ ab hoc adjuvatur, oriatur ex nobis, quando nostrum nihil esse asserens, propter hoc Apostolum dixisse commemorat, Quid enim habes quod non accepisti ? virtutemque excellentissimam, hoc est, patientiam, non a nobis dicit incipere, ac deinde adjuvari Spiritu Dei; sed ab ipso caput, ab ipso originem sumere. Postremo nec propositum bonum, nec studium virtutis, nec mentes bonas sine gratia Dei incipere esse in hominibus confitetur, cum dicit, in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit. Quid tam in libero arbitrio constitutum, quam quod lex dicit, non adorandum idolum, non mæchandum, non homicidium perpetrandum. Ista autem sunt atque hujusmodi crimina, quæ si quisquam commiserit, a corporis Christi communione removetur. Et tamen si beatissimus Cyprianus his non committendis existimaret nostram sufficere voluntatem, non sic intelligeret quod in oratione Dominica dicimus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie; ut hoc nos petere asseveraret, ne intercedente aliquo graviore delicto, dum absenti & non communicantes a cælesti pane prohibemur, a Christi corpore separemur. Respondeant certe hæretici novi, quid bonorum meritorum præcedat in hominibus inimicis nomini Christiano? Non solum enim non habent bonum, sed habent etiam pessimum meritum. Et tamen etiam sic Cyprianus intelligit, quod in oratione dicimus, Fiat voluntas tua in cælo & in terra : ut & pro ipsis, qui propter hoc terra intelliguntur oremus. Oramus ergo non

Crimina quæ a corporis Christi communione removent.

Gratia ante merita bona.

Ibid. 10.

non ſolum pro nolentibus, verum etiam pro repugnantibus & oppugnantibus. Quid ergo petimus, niſi ut fiant ex nolentibus volentes, ex repugnantibus conſentientes, ex oppugnantibus amantes? A quo, niſi ab illo de quo ſcriptum *Prov. 8. ſec. LXX.* eſt, Præparatur voluntas a Domino? Diſcant ergo eſſe catholici, qui dedignantur, ſi quid mali non faciunt, & ſi quid boni faciunt, non in ſe ipſis, ſed in Domino gloriari.

Ex eodem libro quarto contra duas Epiſtolas Pelagianorum. Cap. 11.

CAPUT XI. Ambroſii contra Pelagianos teſtimonia de gratia Dei.

SED & jam glorioſiſſimo martyri Cypriano, ad iſtos cumulatius redarguendos beatiſſimum addamus Ambroſium: quoniam & ipſum Pelagius ita laudavit, ut ne ab inimicis quidem in ejus libris quod reprehenderetur, diceret inveniri, &c.

Pelagiani dicunt ab homine incipere meritum per liberum arbitrium cui Deus ſubſequens gratiæ tribuat adjumentum. Etiam hic eos refellit venerandus Ambroſius, dicens in expoſitione Iſaiæ prophetæ: *Quia humana cura ſine divina ope imbecilla eſt ad medendum, Deum auxiliatorem* * *Cap. 1.* *requirit*. Item in libro * qui inſcribitur, De fuga ſæculi: *Frequens nobis*, inquit, *de effugiendo ſæculo iſto eſt ſermo; atque utinam quam fatilis ſermo, tam cautus & ſollicitus affectus. Sed quod pejus eſt, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatum, & vanitatum offuſio mentem occupat, ut quod ſtudeas vitare, hoc cogites animoque volvas. Quod cavere difficile eſt homini, exuere autem impoſſibile. Denique voti magis eam eſſe rem, quam effectus, teſtatur Propheta dicendo,* *Pſ. 118. 36.* *Declina cor meum in teſtimonia tua, & non in avaritiam. Non enim in poteſtate noſtra ſunt cor noſtrum & noſtræ cogitationes, quæ improviſo effuſæ mentem animumque confundunt, atque alio trahunt quam tu propoſueris: ad ſæcularia revocant, mundana inſerunt, voluptuaria ingerunt, illecebroſa intexunt: ipſæque in tempore quo elevare mentem paramus, infertis inanibus cogitationibus ad terrena plerumque dejicimur. Quis autem tam beatus, qui in corde ſuo ſemper adſcendat? Sed hoc ſine auxilio divino qui fieri poteſt? Nullo profecto modo. Denique ſupra eadem Scriptura dicit: Beatus vir cujus eſt auxilium ejus abs te, Domine,* *Pſal. 83. 6.* *adſcenſus in corde ejus*. Quid apertius & ſufficientius dici poteſt? Sed ne Pelagiani forte reſpondeant, eo ipſo quo divinum auxilium poſcitur, præcedere hominis meritum, idipſum meritum eſſe dicentes, quia orando fit dignus cui gratia divina ſubveniat: adtendant quid idem vir ſanctus dicat in expoſitione Iſaiæ. *Et orare Deum*, inquit, *gratiæ ſpiritalis eſt. Nemo enim* *1. Cor. 12. 3.* *dicit Dominum Jeſum, niſi in Spiritu ſancto*. Unde & exponens Evangelium ſecundum Lucam, *Videſ utique*, inquit, *quia ubique Domini virtus ſtudiis cooperatur humanis, ut nemo poſſit ædificare ſine Domino, nemo cuſtodire ſine Domino, nemo quidquam incipere ſine Domino*. Numquid quoniam hæc dicit vir tantus Ambroſius, & gratiam Dei, ſicut filio promiſſionis congruit, grata pietate commendat, ideo deſtruit liberum arbitrium? aut eam vult intelligi gratiam, quam diverſis locutionibus Pelagiani nolunt niſi legem videri, ut videlicet non ad faciendum quod cognoverimus, ſed ad agnoſcendum quid faciamus, nos Deus adjuvare credatur? Si hoc iſtum hominem *Lib. 2. in cap. 3. Lucæ, n. 84 de Jeſu baptizato.* Dei ſapere exiſtimant, quid de ipſa lege dixerit, audiant. In libro * de fuga ſæculi: *Lex*, *Cap. 3.* inquit, *os omnium potuit obſtruere, non potuit mentem convertere*. Item alio loco, * in eodem *Cap. 7.* libro: *Lex*, inquit, *factum damnat, non aufert malitiam*. Videant fidelem & catholicum virum *Rom. 3. 19. & 20.* Apoſtolo conſentire dicenti, Scimus autem, quia quæcumque lex loquitur, his qui in lege ſunt loquitur, ut omne os obſtruatur, & reus fiat omnis mundus Deo; quia non juſtificabitur ex lege omnis caro coram illo. Ex eo enim Apoſtolico ſenſu illa ſumſit & ſcripſit Ambroſius.

Ex Libro quarto ejuſdem contra Julianum, cap. 3.

CUM ergo divinitus adjuvatur homo, non tantum *ad capeſſendam perfectionem adjuvatur*, quod ipſe poſuiſti, utique volens intelligi, eum per ſe incipere ſine gratia, quod perficit gratia: ſed potius quod Apoſtolus loqui- *Philip. 2. 6.* tur, ut qui in vobis opus bonum cœpit, perficiat uſque in finem. In quos enim vis *hominem*, ſicut loqueris, *ad aliquid laudabile generoſi cordis ſtimulis incitari*, *Rom. 11. 35. & 6.* in hoc eum vis non in Domino, ſed in libero arbitrio gloriari: ac ſic priorem dare, ut retribuatur illi; eoque modo gratia jam non ſit gratia, quia non eſt gratuita. *Bonam* dicis *hominum naturam, quæ talis gratiæ opitulationem meretur*. Quod gratanter audirem, ſi hoc propterea quia rationalis natura eſt diceres: neque enim gratia Dei per Jeſum Chriſtum Dominum noſtrum lapidibus aut lignis peccoribuſque præſtatur: ſed quia imago Dei eſt, meretur hanc gratiam; non tamen ut ejus bona voluntas poſſit præcedere gratiam, ne vel ipſam prior det, ut retribuatur illi, ac ſic gratia jam non ſit gratia, dum non datur gratuita, ſed redditur debita. Quid eſt ergo, quod ſecundum modum veſtrum, *effectum voluntatis humanæ dona cæleſtia me* credideras *nuncupaſſe*; tamquam voluntas hominis ſine Dei gratia moveretur ad bonum, ut ei debitus a Deo retribueretur effectus? Itane oblitus fueras, nos cum ſcriptura dicere contra vos, Præparatur voluntas a Domino; vel quod in nobis Deus operatur & velle? O ingrati *Prov. 8. ſec. LXX.* gratiæ Dei, o inimici gratiæ Chriſti, & ſolo *Philip. 2. 13.* vocabulo Chriſtiani! Nonne pro inimicis ſuis orat Eccleſia? Quid orat, obſecro, ſi ut eis ſuæ voluntatis retribuatur pretium, quid eis orat, niſi grande ſupplicium? Quod jam contra eos eſt, non pro eis: orat autem pro eis: non ergo quia eſt illis voluntas bona, ſed ut convertatur in bonam voluntas mala: quoniam præparatur voluntas a Domino; &, Deus eſt enim ut ait Apoſtolus qui operatur in vobis & velle.

Sed acerbiſſimi gratiæ hujus inimici *exempla* Virtutes nobis *opponitis impiorum, quos dicitis alienos a fi-* gentilium. *de abundare virtutibus, in quibus ſine adjutorio gratiæ, ſolum eſt naturæ bonum, licet ſuperſtitionibus mancipatum, qui ſolis libertatis ingenitæ viribus, & miſericordes crebro, & modeſti, & caſti inveniuntur, & ſobrii*. Hæc dicens ecce jam & illud quod gratiæ Dei tribueras, abſtuliſti, ipſum ſcilicet voluntatis effectum. Non enim aiſti, velle eos eſſe miſericordes, modeſtos, & caſtos, & ſobrios, & ideo non eſſe, quod nondum per gratiam fuerint conſecuti bonæ hujus vo-

lun-

luntatis effectum : sed si & esse voluerunt, & sunt jam in eis voluntatem & effectum voluntatis invenimus ; quid remansit quod gratiæ reservemus in tam evidentibus, quibus dixisti eos abundare virtutibus. Quanto satius, si te impios ita laudare delectat, ut non audiens dicentem Scripturam, Qui dicit impium justum esse, maledictus erit in populo, & odibilis in gentibus ; etiam virtutibus veris eos prædices abundare: quanto, inquam, satius hæc ipsa in eis dona Dei esse fateberis, sub cujus occulto judicio, nec injusto, alii fatui, alii tardissimi ingenii, & ad intelligendum quodam modo plumbei, alii oblivioси, alii acuti memoresve nascuntur, alii utroque munere præditi, & acute intelligentes, & tenacissimæ memoriæ thesauro cognita recondentes ; alii natura lenes, alii levissimis de caussis ira facillima ardentes, alii ad vindictæ cupiditatem inter utrosque mediocres... alii timidissimi alii audacissimi, alii neutrum ; alii hilares, alii tristes, alii ad nihil horum proclives: nec eorum quæ commemoravi aliquid instituto ac proposito, sed natura ; unde medici audent ista tribuere temperationibus corporum ; Quod etsi probari, vel nulla exsistente, vel omni finita quæstione potuisset ; numquid sibi quisque corpus condidit, & hoc ejus tribuendum est voluntati, quod mala ista naturalia magis minusve perpetitur ? Nam prorsus ea non perpeti cum hic vivitur, nullo modo, nulla ratione quisquam potest. Nec tamen sive maximis, sive minimis urgeatur, fas est ut dicat ei qui se finxit, quamvis omnipotenti, justo, & bono, Quare sic me feciisti ? Et de jugo gravi quod est supra filios primi Adam, nemo liberat nisi secundus Adam. Quanto ergo tolerabilius illas quas dici in impiis esse virtutes, divino muneri potius, quam eorum tribueres tantummodo voluntati : licet ipsi hoc nesciant, donec si ex illo sunt prædestinatorum numero, accipiant spiritum, qui ex Deo est, ut sciant quæ a Deo donata sunt eis.

Prov. 24. 24.

Dei judicium in variis hominum affectionibus & ingeniis.

Isa. 45. 9. Eccli. 40. 1.

1. Joan. 4. 1.

Sed absit ut sit in aliquo vera virtus, nisi fuerit justus. Absit autem ut sit justus vere, nisi vivat ex fide. Justus enim ex fide vivit. Quis porro eorum qui se Christianos haberi volunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis etiam forte tu solus, justum dixerit infidelem, justum dixerit impium, justum dixerit diabolo mancipatum ? sit licet ille Fabricius, sit licet Fabius, sit licet Scipio, sit licet Regulus, quorum me nominibus, tamquam in antiqua Romana curia loqueremur, putasti esse terrendum. Verum tu in hac caussa, & si ad scholam Pythagoræ provoces vel Platonis, ubi eruditissimi atque doctissimi viri multo excellentiore ceteris philosophia nobilitati veras virtutes non esse dicebant, nisi quæ menti quodam modo imprimuntur a forma illius æternæ immutabilisque substantiæ, quod est Deus ; etiam illic adversus te quantum donat, qui nos vocavit, pietatis libertate clamabo : Nec in istis est vera justitia. Justus ex fide vivit. Fides ex auditu, auditus autem per verbum Christi : finis legis Christus ad justitiam omni credenti. Quomodo sunt vere justi quibus vilis est humilitas veri justi? Quo enim propinquaverunt intelligentia, inde superbia recesserunt: quia cognoscentes Deum, non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt, sed evanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum. Dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt. Quomodo est in eis vera justitia ; in quibus non est vera sapientia ? Quam si eis tribuerimus, nihil erit caussæ cur non eos ad illud regnum pervenire dicamus, de quo scriptum est, Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum. Ac per hoc Christus gratis mortuus est, si homines sine fide Christi ad fidem veram, ad virtutem veram, ad justitiam veram, ad sapientiam veram, quacumque re alia, quacumque ratione perveniunt. Prorsus sicut de lege verissime ait Apostolus, Si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est : ita verissime dicitur, Si per naturam voluntatemque justitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si per doctrinas hominum qualiscumque justitia, ergo Christus gratis mortuus est. Per quod enim est vera justitia, per hoc etiam regnum Dei. Deus namque ipse, quod absit, erit injustus, si ad ejus regnum verus non admittitur justus : cum & ipsum ejus regnum justitia sit, quemadmodum scriptum est, Non est regnum Dei esca & potus, sed justitia, & pax, & gaudium. Porro si veram justitiam non habent impii ; profecto nec aliis virtutes comites ejus & socias, si quas habent, veras habent : quia cum non ad suum referuntur auctorem dona Dei, hoc ipso mali his utentes efficiuntur injusti : ac per hoc nec continentia sive pudicitia vera virtus est impiorum.

Sap. 6. 21.

Gal. 2. 21.

Si per naturam voluntatemque justitia, gratis mortuus est Christus.

Rom. 14. 17.

Tu vero tam male accipis quod ait Apostolus, Nam qui in agone contendit, ab omnibus continens est : ut continentiam, tam magnam virtutem, de qua scriptum est, quod nemo esse potest continens, nisi Deus det, etiam choraulas & hujusmodi turpes infamesque personas habere contendas. Hi enim quando in agone decertant, ab omnibus continent, ut corruptibilem coronam accipiant : a cujus tamen vana cupiditate non continent. Hæc enim cupiditas vana ac per hoc prava, vincit in eis, & frenat alias pravas cupiditates : propter quod dicti sunt continentes. Sed ut gravissimam faceres injuriam Scipionibus, continentiam quam in eis tanto eloquio prædicasti, dedisti & histrionibus ; ignorans Apostolum, cum exhortaretur homines ad virtutem, sic exemplum de vitiosa hominum affectione sumsisse, quemadmodum alio loco Scriptura, cum ad amorem sapientiæ homines hortaretur, quærendam dixit esse sicut pecuniam. Numquid propterea sancta scriptura dicenda est laudasse avaritiam ? Sed quia notum est, amatores pecuniæ quantis patienter laboribus doloribusque subdantur, a quantis se contineant voluptatibus, sive cupiditate augendi pecuniam, sive timore minuendi, quanta lucrum sagacitate sectentur, & prudenter damna devitent, quam timeant plerumque aliena diripere, & aliquando sua sibi ablata contemnunt, ne repetendo & litigando plus perdant : recte admoniti sumus sic amare sapientiam, ut eam nobis thesaurizare avidissime cupiamus, atque ut nobis magis magisque adquiratur, nec aliqua ex parte minuatur, & perferamus molestias, & libidines refrenemus, & prospiciamus in posterum, & innocentiam beneficentiamque servemus. Quod cum facimus, ideo veras virtutes habemus, quia verum est propter quod facimus, id est, hoc naturæ nostræ consentaneum est ad salutem & veram felicitatem.

1. Cor. 9. 25. Sap. 8. 21.

Cupiditas cupiditate alia pellitur.

Prov. 2. 4.

Non enim absurde virtus definita est, ab

Vera virtus nisi in justo esse non potest.

Rom. 1. 17. Confer. l. 5. de civ. Dei cap. 19. & 20. & li. 19. c. 25. infra.

Rom. 10. 17. & 4.

Rom. 1. 21. & 22.

Virtutis definitio ex *Cicerone*, *lib. 2. de inventione.*

eis qui dixerunt, Virtus est animi habitus, naturæ modo atque rationi consentaneus. Verum dixerunt, sed quid sit consentaneum liberandæ atque beatificandæ naturæ mortalium nescierunt. Neque enim omnes homines naturali instinctu immortales & beati esse vellemus, nisi esse possemus. Sed hoc summum bonum præstari hominibus non potest, nisi per Christum & hunc crucifixum, cujus morte mors vincitur, cujus vulneribus natura nostra sanatur. Ideo justus ex fide Christi vivit. Ex hac enim fide prudenter, fortiter, temperanter, & juste, ac per hoc his omnibus veris virtutibus recte sapienterque vivit, quia fideliter vivit. Si ergo ad consequendam veram beatitudinem, quam nobis immortalem fides quæ in Christo est vera promittit, nihil prosunt homini virtutes; nullo modo veræ possunt esse virtutes. An placet tibi ut veras virtutes avarorum esse dicamus, cum lucrorum vias prudenter excogitant, cum pro adquirenda pecunia sæva atque aspera multa fortiter tolerant, cum varias cupiditates quibus sumptuose vivitur, temperanter sobrieque castigant, cum abstinent ab alieno, & de suo sæpe amissa contemnunt, quod videtur ad justitiam pertinere, ne jurgiis & judiciis plura consumant? Cum enim agitur aliquid prudenter, fortiter, temperanter, & juste, omnibus quatuor virtutibus agitur, quæ secundum tuam disputationem veræ virtutes sunt, si ad cognoscendum utrum veræ sint, hoc tantummodo intuendum quod agitur, nec causa quærenda est cur agatur: unde ne tibi videar calumniari, ipsa tua verba jam ponam. *Cunctarum*, inquis, *origo virtutum in rationali animo sita est, & affectus omnes per quos aut fructuose aut steriliter boni sumus, in subjecto sunt mentis nostræ, prudentia, justitia, temperantia, fortitudo. Horum igitur affectuum vis cum sit in omnibus naturaliter*, inquis, *non tamen ad unum finem in omnibus properat: sed pro judicio voluntatis, cujus nutui serviunt, aut ad æterna, aut ad temporalia diriguntur. Quod cum fit, non in eo quod sunt, non in eo quod agunt, sed in eo solo variant quod merentur. Nec nominis sui igitur*, inquis, *possunt, nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetiverunt præmii aut amplitudine ditantur, aut exilitate frustrantur.* Hæc ubi didiceris nescio: jam tamen cernis, ut arbitror, consequens esse, ut vera sit virtus, avarorum prudentia, qua excogitant genera lucellorum; & avarorum justitia, qua graviorum damnorum metu facilius sua nonnumquam contemnunt, quam usurpant aliquid alienum; & avarorum temperantia, qua luxuriæ, quoniam sumptuosa est, cohibent appetitum, soloque necessario victu tegumentoque contenti sunt; & avarorum fortitudo, qua, ut ait Horatius, Per mare pauperiem fugiunt, per saxa, per ignes; qua denique cognovimus quosdam irruptione barbarica, ad ea prodenda quæ habebant, nullis hostium tormentis potuisse compelli. Ergo virtutes istæ tali fine turpes atque deformes, & ideo nullo modo germanæ veræque virtutes, tibi tamen ita veræ videntur & pulcræ, *ut nec nominis sui possint, nec generis sustinere dispendium, sed solius quod appetiverunt præmii exilitate frustrentur*, id est, terrenorum commodorum fructu, non cælestitium præmiorum. Nec aliud erit quam vera justitia Catilinæ, comprehendere multos amicitia, tueri obsequio, cum omnibus communicare quod habebat: & fortitudo vera erit ejus, quod frigus, famem, sitim ferre poterat: & vera patientia, quod patiens erat inediæ, algoris, vigiliæ, supra quam cuiquam credibile est. Quis hæc sapiat, nisi desipiat?

Immortalitatis & beatitudinis appetitus naturalis. *Rom. 1, 17.*

Horat. lib. 1. epist. 1.

Sallust. in Catil.

Sed videlicet homo eruditus eorum vitiorum veri similitudine falleris, quæ finitima videntur & propinqua virtutibus, cum absint ab eis quam longe absunt a virtutibus vitia. Nam sicut constantia est virtus, cui contraria est inconstantia: vitium est tamen ei quasi finitimum pertinacia, quæ constantiam videtur imitari. Quo utique vitio careas, cum hæc quæ dico vera esse cognoveris; ne tibi in errores velut amando constantiam, manendum pertinaciter arbitreris. Ita omnibus virtutibus non solum sunt vitia manifesta discretione contraria, sicut prudentiæ temeritas: verum etiam vicina quodam modo, nec veritate, sed quadam specie fallente, similia; sicut ipsi prudentiæ non temeritas vel imprudentia, sed astutia: quod tamen vitium est, quamvis in scripturis sanctis, & in bono accipiatur quod dictum est, Astuti ut serpentes; & in malo, quod in paradiso erat serpens prudentissimus omnium bestiarum. Nec illorum vitiorum, quæ finitima virtutibus diximus, possunt omnium facile nomina reperiri: verum etsi non invenitur quemadmodum nuncupentur, cavenda sunt.

Vitia virtutibus affinia.

Matth. 10. 16.

Gen. 3. 1.

Noveris itaque, non officiis, sed finibus a vitiis discernendas esse virtutes. Officium est autem quod faciendum est; finis vero propter quod faciendum est. Cum itaque facit homo aliquid ubi peccare non videtur, si non propter hoc facit propter quod facere debet, peccare convincitur. Quæ tu non attendens, fines ab officiis separasti, & virtutes veras officia sine finibus appellandas dixisti. Ex quo te tanta absurditas sequitur, ut veram cogaris appellare justitiam, etiam cujus dominam repereris avaritiam. Si quidem manus abstinere ab alieno, si officium cogites, potest videri esse justitiæ: sed eum quæritur, quare fiat, & respondetur, ne plus pecuniæ litibus pereat; quomodo jam hoc factum veræ poterit esse justitiæ, cum serviat avaritiæ? Quales virtutes Epicurus induxit voluptatis ancillas, quæ omnino quidquid facerent, propter illam vel adipiscendam facerent vel tenendam. Absit autem ut virtutes veræ cuiquam serviant, nisi illi vel propter illum cui dicimus, Deus virtutum, converte nos. Proinde virtutes quæ carnalibus delectationibus vel quibusque commodis & emolumentis temporalibus serviunt, veræ prorsus esse non possunt. Quæ autem nulli rei servire volunt, nec ipsæ veræ sunt. Veræ quippe virtutes Deo serviunt in hominibus, a quo donantur hominibus: Deo serviunt in Angelis, a quo donantur & angelis. Quidquid autem boni fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri debere vera sapientia præcipit, etsi officio videatur bonum, ipso non recto fine peccatum est.

Virtutes a vitiis, non officiis, sed finibus discernuntur.

V. lib. 5. de Civit. Dei, cap. 20. tyra.

Psal. 79. 8.

Veræ virtutes Deo servire debent.

Possunt ergo aliqua bona fieri, non bene facientibus a quibus fiunt. Bonum est enim ut subveniatur homini periclitanti, præsertim innocenti: sed ille qui hoc facit, si amando gloriam hominum magis quam Dei facit, non bene bonum facit: quia non bonus facit, quod non bona voluntate facit. Absit enim ut sit vel dicatur voluntas bona, quæ in aliis vel in seipsa, non in Domino gloriatur. Ac per hoc nec ejus fructus iste dicendus est; Arbor enim mala bonos fructus non facit: sed potius bonum

Matth. 7. 18

opus

opus est illius, qui etiam per malos bene facit. Quapropter dici non potest quantum te
Supr. n. 19. ista fallat opinio, qua dixisti, *omnes virtutes affectus esse, per quos aut fructuose aut steriliter boni sumus*. Fieri enim non potest ut steriliter
Nemo steriliter bonus. boni simus: sed boni non sumus quidquid steriliter sumus. Arbor enim bona bonos fructus
Matth. 3. 10. facit. Absit autem ut Deus bonus, a quo securis paratur arboribus non facientibus fructum bonum, excidat & in ignem mittat arbores bonas. Nullo modo igitur homines sunt steriliter boni: sed qui boni non sunt, possunt esse alii minus, alii magis mali.

Unde & illi quos commemorare voluisti, *de*
Rom. 2. 14. *quibus ait Apostolus, Gentes legem non habentes ipsi sunt lex, qui habent opus legis scriptum in cordibus suis*: quid te adjuvent omnino non vi-
Quæ sunt apud Apostolum gentes naturaliter quæ legis sunt facientes. deo. Per hos enim probare conatus es, etiam alienos a fide Christi, veram posse habere justitiam, eo quod isti, teste Apostolo, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Ubi quidem dogma ve-
V. lib. de Spirit. & lit. c. 26. infra. Joan. 1. 19. & 29. strum, quo estis inimici gratiæ Dei, quæ datur per Jesum Christum Dominum nostrum, qui tollit peccatum mundi, evidentius expressisti: introducens hominum genus, quod Deo placere possit sine Christi fide, lege naturæ. Hoc est unde vos maxime Christiana detestatur Ecclesia. Sed quid vis esse istos? Utrum veras virtutes habent, & steriliter boni sunt, quia non propter Deum; an etiam Deo ex his placent, atque ab illo vi a remunerantur æterna? Si steriles dixeris; quid ergo eis prodest, quod secun-
Rom. 2. 15. dum Apostolum defendent eos cogitationes suæ, in die qua judicabit Deus occulta hominum? Si autem qui defendentur cogitationibus suis, eo quod naturaliter opera fecerint legis, non sunt steriliter boni, & ob hoc inveniunt æternam mercedem apud Deum, proculdubio propterea justi sunt, quia ex fide vivunt.

Rom. 14. 23. Nam testimonium illud quod ex Apostolo posui, Omne quod non est ex fide, peccatum est: sicut tibi visum est accepisti, & exposuisti,
Ibidem. non ut sapit, sed ut sapis. De cibis enim Apostolus loquebatur. Verum cum dixisset: Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide: hanc peccati speciem de qua agebat, generali voluit probare sententiam, mox inferens, Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Sed ut hoc tibi de cibis tantum intelligendum esse concedam: quid de alio dicturus es testimonio, quod idemtidem posui; nec inde aliquid disputasti, quia non inveniisti quomodo in tuam posses detorquere sententiam,
Hebr. 11. 6. quod ad Hebræos scriptum est, Sine fide impossibile est placere? Nempe ut hoc diceretur, de tota vita hominis agebatur, in qua justus ex fide vivit: & tamen cum sine fide impossibile sit placere Deo, tibi virtutes sine fide sic placent, ut eas veras prædices, eisque bonos esse homines; & rursus, quasi te pœnituerit laudis illarum, steriles pronuntiare non dubites.

Isti ergo qui naturali lege sunt justi, aut placent Deo: & ex fide placent; quia sine fide impossibile est placere: & ex qua fide placent, nisi ex fide Christi? quoniam sicut legitur in Actibus Apostolorum, In illo Deus definivit fi-
Act. 17. 31. dem omnibus, suscitans eum a mortuis. Ideoque dicuntur sine lege naturaliter quæ legis sunt facere, quia ex gentibus venerunt ad Evangelium, non ex circumcisione, cui lex data est; & propterea naturaliter, quia ut crederent, ipsa in eis est per Dei gratiam correcta natura. Nec per eos potes probare quod vis, etiam infideles veras possidere virtutes: sunt quippe isti fideles. Aut si fidem non habent Christi, profecto nec justi sunt, nec Deo placent, cui sine fide placere impossibile est. Sed ad hoc eos in die judicii cogitationes suæ defendent, ut tolerabilius puniantur, quia naturaliter quæ legis sunt utcumque fecerunt, scriptum habentes in cordibus opus legis hactenus, ut aliis non facerent quod perpeti nollent: hoc tamen peccantes, quod homines sine fide, non ad eum finem ista opera retulerunt, ad quem referre debuerunt. Minus enim Fabricius quam Catilina punietur, non quia iste bonus, sed quia ille magis malus: & minus impius quam Catilina Fabricius, non veras virtutes habendo, sed a veris virtutibus non plurimum deviando.

An forte & istis qui exhibuerunt terrenæ patriæ Babylonicam dilectionem, & virtute civili, non vera, sed veri simili dæmonibus, vel humanæ gloriæ servierunt, Fabriciis videlicet, & Regulis, & Fabiis, & Scipionibus, & Camillis, ceterisque talibus, sicut infantibus, qui sine baptismo moriuntur, provisuri estis aliquem locum inter damnationem regnumque cælorum; ubi non sint in miseria, sed in beatitudine sempiterna, qui Deo non placuerunt, cui sine fide placere impossibile est, quam nec in operibus, nec in cordibus habuerunt? Non opinor perditionem vestram usque ad istam posse impudentiam prosilire. *Erunt ergo*, inquis, *in damnatione sempiterna, in quibus erat vera justitia?* O vocem impudentia majore præcipitem! Non erat, inquam, in eis vera justitia: quia non actibus, sed finibus pensantur officia.

Sed facete ac lapide homo elegantissimus & urbanissimus, *si dicatur*, inquis, *quia castitas infidelium castitas non est; eadem fronte dicetur, quia corpus paganorum corpus non sit, & oculi paganorum sensum non habeant intuendi, & frumenta quæ in paganorum nascuntur agris, frumenta non sint; & multa*, inquis, *alia quæ tantæ absurditatis sunt, ut risum possint intelligentibus commovere*. Non plane risum, sed fletum potius intelligentibus vester commovet risus, sicut mentibus amicorum sanctum fletum commovet risus phreneticorum. Itane contra scripturas sanctas infidelis animam fonicari negas, aut esse in animo fornicante veram castitatem dicis; & rides, & sanus es? Unde, quomodo, qua ratione istud fieri potest? Prorsus nec illa est castitas vera, nec sanitas vestra. Prorsus, inquam, nec vera est castitas animi fornicantis, & vera est insania hominis dicentis hoc dedecus & ridentis. Nos autem absit ut dicamus, quod corpus paganorum corpus non sit, & cetera hujusmodi. Neque enim est consequens, ut si non est vera virtus qua gloriatur impius, non sit verum corpus quod operatur Deus. Sed plane possumus dicere, hæ-
Frontem hæreticorum non esse frontem. *Rom 14. 23.* **Libro primo de nuptiis & concupisc. cap. 3.* reticorum frontem non esse frontem, si non membrum quod fecit Deus, significare intelligamur frontis nomine, sed pudorem. Quid si non in eo ipso libro meo*, cui respondisse te jactas, ante præstituerem, ne in hac sententia, qua dicimus, Omne quod non est ex fide, peccatum est, etiam illa intelligantur infidelium, quæ dona sunt Dei, sive in animi, sive in corporis bonis. Ibi enim sunt & ista quæ inaniter garris, *Ibidem.* corpus, & oculi, & membra cetera. In eo genere sunt etiam quæ in agris paganorum frumen-

ta naſcuntur, quorum Deus creator eſt, non pagani. An non tu ipſe inter cetera etiam iſta verba mea poſuiſti, ubi dixi : *Anima enim & corpus & quæcumque bona animæ & corporis naturaliter inſita, etiam in peccatoribus dona Dei ſunt ; quoniam Deus, non ipſi iſta fecerunt : de his autem quæ faciunt dictum eſt, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Hanc brevem, ſed utique apertam ſententiam meam ſi mente tenuiſſes, puto quod tam improbus non fuiſſes, ut nos poſſe dicere aſſereres, quia *corpus paganorum corpus non ſit, & oculi paganorum ſenſum non habeant intuendi, & frumenta quæ in paganorum naſcuntur agris frumenta non ſint.* Ut enim tibi tamquam de ſomno excitato eadem verba mea repetam, quæ tuæ memoriæ fortaſſis ut hæc diceres exciderunt ; *Hæc etiam in peccatoribus dona Dei ſunt, quoniam Deus, non ipſi iſta fecerunt : de his autem quæ faciunt dictum eſt, Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.* Sed cum inſana dicis, & rides, phrenetico es ſimilis. Cum autem vera quæ dico abs te paulo ante commemorata, & hinc ipſi operi tuo quo mihi reſpondere videris inſerta, ſic non attendis, ſic obliviſceris ; non jam phreneticis, ſed lethargicis compararis.

Si gentilis, inquis, *nudum operuit, numquid quia non eſt ex fide, peccatum eſt ?* Prorſus in quantum non eſt ex fide, peccatum eſt ; non quia per ſe ipſum factum, quod eſt nudum operire, peccatum eſt, ſed de tali opere non in Domino gloriari, ſolus impius negat eſſe peccatum. Quod ut intelligas, quamvis jam ſatis inde fuerit diſputatum ; tamen quia magna res eſt, adhuc pauliſper auſculta. Ecce eadem commemor quæ ipſe poſuiſti : *Si gentilis*, qui non vivit ex fide *nudum operuerit, periclitantem liberaverit, ægri vulnera foverit, divitias honeſtæ amicitiæ impenderit, ad teſtimonium falſum nec tormentis potuerit impelli*, quæro abs te, utrum hæc opera bona bene faciat, an male ? Si enim quamvis bona, male tamen facit ; negare non potes eum peccare, qui male quodlibet facit. Sed quia eum non vis, cum facit iſta, peccare ; profecto dicturus es, & bona facit, & bene. Fructus ergo bonos facit arbor mala : quod *Matth. 7. 18.* fieri non poſſe Veritas dicit. Noli præcipitare ſententiam, diligenter conſidera, quid te reſpondere conveniat. An dicis hominem infidelem arborem bonam ? Placet ergo Deo : neque enim bono poteſt non placere quod bonum eſt. Et ubi erit quod ſcriptum eſt, Sine fide impoſſi- *Hebr. 11. 6.* bile eſt Deo placere ? An reſpondebis, non in Occupatio. quantum infidelis eſt, ſed in quantum homo *Matth. 7. 18.* eſt, arbor bona eſt ? De quo ergo Dominus ait, Non poteſt arbor mala bonos fructus facere ? Quando quidem quicumque erit, aut homo, aut angelus erit. Sed ſi homo in quantum homo eſt, arbor bona eſt ; profecto & angelus, in quantum angelus, arbor bona eſt. Hæc enim Dei ſunt opera, qui naturam conditor eſt Arbor quænam bona, vel mala. bonarum. Ac per hoc nulla erit arbor mala, de qua dictum eſt, quod non poſſit facere fructus bonos. Quis infidelis ita infideliter ſapiat ? Non itaque in quantum homo eſt, quod eſt opus Dei ; ſed in quantum malæ voluntatis eſt, quiſque arbor mala eſt, & bonos fructus facere non poteſt. Vide itaque utrum infidelem voluntatem audeas bonam dicere voluntatem.

Occupatio. *Gal. 5. 6.* Sed forte dicturus es, Miſericors voluntas bona eſt. Recte iſtud diceretur, ſi quemadmodum fides Chriſti, id eſt, fides quæ per dilectionem operatur, ſemper eſt bona, ita miſericordia ſemper eſſet bona. Si autem reperitur & miſericordia mala, qua perſona pauperis accipitur in judicio ; propter quam poſtremo rex Saul meruit a Domino, & utique miſericorde, damnari, quia contra ejus præceptum captivo regi per humanum pepercit affectum : attentius cogita, ne forte miſericordia bona non ſit, niſi quæ hujus bonæ fidei fuerit. Immo reſponde, ut hoc ſine dubitatione perſpicias, utrum bonam miſericordiam exiſtimes infidelem. Porro ſi vitium eſt male miſereri, procul dubio vitium eſt infideliter miſereri. Quod ſi & ipſa per ſeipſam naturali compaſſione opus eſt bonum, etiam iſto bono male utitur, qui infideliter utitur, & hoc bonum male facit, qui infideliter facit : qui autem male facit aliquid, profecto peccat. Miſericordia non ſemper bona. *Exod. 23. 3. 1. Reg. 15. 23. & 9.*

Ex quo colligitur, etiam ipſa bona opera quæ faciunt infideles, non ipſorum eſſe, ſed illius qui bene utitur malis. Ipſorum autem eſſe peccata, quibus & bene male faciunt ; quia ea non fideli, ſed infideli, hoc eſt, ſtulta & noxia faciunt voluntate : qualis voluntas, nullo Chriſtiano dubitante, arbor eſt mala, quæ facere non poteſt niſi fructus malos, id eſt, *Rom. 14. 23.* ſola peccata. Omne enim, velis, nolis, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Et ideo Deus iſtas arbores non poteſt diligere, & ſi tales permanſerint, diſponit excidere : quia ſine fide impoſſibile eſt placere. Sed ita hic immoror, quaſi iſtas arbores non jam tu ipſe ſteriles pronuntiaveris. Quomodo igitur, obſecro, aut non jocaris, in his diſputationibus, aut deliras, qui ſterilium fructus arborum laudas ? Qui utique aut nulli ſunt, aut ſi mali ſunt, laudandi non ſunt : aut ſi fructus boni ſunt, profecto ſteriles arbores non ſunt, immo & bonæ ſunt, quarum fructus boni ſunt, & debent Deo placere, cui bonæ arbores non poſſunt niſi placere, falſum- *Hebr. 11. 6.* que erit quod ſcriptum eſt, Sine fide impoſſibile eſt placere. Bona opera quæ faciunt infideles, eſſe Dei Dona.

Sed reſponſurus es, quid, niſi vana ? *Ego*, Occupatio. inquit, *ſteriliter bonos dixi homines qui non propter Deum faciendo bona quæ faciunt, non ab eo vitam conſequuntur æternam*. Juſtus ergo Deus & bonus bonos in mortem eſt miſſurus æternam ? Piget jam dicere, quam multa te ſequantur inſana, talia ſentientem, talia dicentem, talia ſcribentem, in talibus me, quod ſimiliter non deſipiam velut cenſorie reprehendentem. Sed breviter accipe, ne forte cum in rebus ipſis tantum erres quantum errari plurimum poteſt, videar tecum certare de verbis. Aut ergo intellige quod ait Dominus, Si oculus tuus *Matth. 6. 23. & 22.* nequam eſt, totum corpus tuum tenebroſum erit ; ſi autem oculus tuus ſimplex eſt, totum corpus tuum lucidum erit : & hunc oculum agnoſce intentionem, qua facit quiſque quod facit ; & per hoc diſce, eum qui non facit opera bona intentione fidei bonæ, hoc eſt, ejus quæ per dilectionem operatur, totum quaſi corpus, quod illi velut membris, operibus conſtat, tenebroſum eſſe, hoc eſt plenum nigredine peccatorum. Aut certe quoniam ſaltem concedis opera infidelium, quæ tibi eorum videntur bona, non tamen eos ad ſalutem ſempiternam regnumque perducere : ſcito nos illud bonum hominum dicere, illam voluntatem bonam, illud opus bonum, ſine Dei gratia quæ datur per unum Mediatorem Dei & hominum nemini poſſe conferri ; per quod ſolum homo Oculus intentio eſt operantis.

po-

poteſt ad æternum Dei donum regnumque perduci : Omnia proinde cetera quæ videntur inter homines habere aliquid laudis, videantur tibi virtutes veræ, videantur opera bona, & ſine ullo facta peccato. Quod ad me pertinet, hoc ſcio, quia non ea facit voluntas bona: voluntas quippe infidelis atque impia non eſt bona. Dicantur ſecundum te hujuſmodi voluntates arbores bonæ, ſufficit quod apud Deum ſteriles ſunt, ac per hoc non bonæ; ſint inter homines fructuoſæ, inter quos ſunt & bonæ, te auctore, te laudatore, ſi vis etiam plantatore : dum tamen illud, velis, nolis, obtineam, quod amor mundi, quo quiſque amicus eſt hujus mundi, non eſt a Deo : amorque fruendi quibuſcumque creaturis ſine amore Creatoris, non eſt a Deo : amor autem quo pervenitur ad Deum, non eſt niſi a Deo Patre per Jeſum Chriſtum cum Spiritu-ſancto. Per hunc amorem Creatoris, bene quiſque utitur creaturis. Sine hoc amore Creatoris, nullis quiſquam bene utitur creaturis. Hoc ergo amore opus eſt, ut bonum beatificum ſit & pudicitia conjugalis, ut ſit ejus intentio quando utitur conjugis carne, non in voluptate libidinis, ſed in voluntate propaginis; ſi autem vicerit, & propter ſeipſam, non propter filios propagandos fieri aliquid extorſerit & voluptas, veniale peccatum ſit propter nuptias Chriſtianas.

Sine amore Creatoris nemo bene utitur creaturis.

Bonum beatificum.

Ex eodem libro IV. contra Julianum, Cap. 8.

CAPUT VIII.

ALIA deinde mea verba proponis, & multum adverſus ea nihil dicis, replicans quædam quæ ſuperiore diſputatione conſumpta ſunt: quæ ſi & ego repetere velim, quis erit finis ? Inter quæ dicis etiam illud veſtrum contra Chriſti gratiam, ſæpe a vobis inaniter dictum ; quod ſcilicet *appellatione gratiæ, bonos fieri homines fatali neceſſitate dicamus* : cum vobis ora obſtruant, & linguas premant, qui loqui nondum valent. Cum enim loquaciſſime laboretis aſtruere ac perſuadere, quod Pelagius in Paleſtinorum epiſcoporum cognitione damnavit, *gratiam Dei ſecundum merita noſtra dari* : nulla tamen merita poteſtis aſſerere parvulorum, per quæ diſcernantur qui eorum in Dei filios adoptantur, ab eis qui ſine hujus gratiæ conſecutione moriuntur.

Calumniaris me dicere, *Nihil ſtudii expectari ab humana voluntate debere, contra illud evangelicum quo ait Dominus : Petite, & accipietis; quærite, & invenietis; pulſate, & aperietur vobis; omnis enim qui petit accipit, & qui quærit invenit, & pulſanti aperietur.* Ibi enim vos, ut video, ponere jam cœpiſtis merita gratiam præcedentia, quod eſt petere, quærere, pulſare ; ut his meritis debita illa reddatur, ac ſic gratia inaniter nuncupetur : tamquam gratia nulla præceſſerit, & cor tetigerit, ut beatificum bonum peteretur a Deo, ut quæreretur Deus, ut pulſaretur ad Deum; fruſtraque ſit ſcriptum, *Miſericordia ejus præveniet me* : fruſtra etiam nos pro inimicis noſtris jubeat orare, ſi non eſt ejus averſa & adverſa corda convertere.

Matt. 7. 7.

Beatificum bonum.

Pſal. 58. 11.

Matth. 5. 44.

1. *Tim.* 2. 4.

Sed ponis apoſtolicum teſtimonium, *& ab eo dicis pulſantibus aperiri, qui omnes vult ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire* : ut videlicet intelligamus, docentibus vobis, ideo non omnes ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, quia ipſi nolunt petere, cum Deus velit dare; nolunt quærere, cum Deus velit oſtendere; nolunt pulſare, cum Deus velit aperire. Sed hunc ſenſum veſtrum infantes illi ipſa ſua taciturnitate convincunt, qui nec petunt, nec quærunt, nec pulſant; immo etiam cum baptizantur, reclamant, reſpuunt, reluctantur; & accipiunt tamen, & inveniunt, & aperitur eis, & intrant in regnum Dei, ubi ſit eis æternitatis ſalus, & agnitio veritatis; longe pluribus infantibus in iſtam gratiam non adoptatis ab eo qui vult omnes homines ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Quibus dicere non poteſt, Volui, & noluiſtis: quia ſi voluiſſet, quis eorum qui nondum habent voluntatis ſuæ arbitrium, voluntati ejus omnipotentiſſimæ reſtitiſſet? Cur ergo non ſic accipimus quod dictum eſt, Qui omnes vult homines ſalvos fieri & in agnitionem veritatis venire, quomodo & illud accipimus, quod idem dixit Apoſtolus, Per unius juſtificationem in omnes homines ad juſtificationem vitæ? (hos enim omnes Deus vult ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, in quos omnes per unius juſtificationem gratia pervenit ad juſtificationem vitæ :) ne dicatur nobis, Si Deus vult omnes homines ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, ſed ideo non veniunt, quia ipſi nolunt ; cur tot millia parvulorum, qui non percepto baptiſmate moriuntur, non veniunt in regnum Dei, ubi certa eſt agnitio veritatis? Numquid aut homines non ſunt, ut non pertineant ad id quod dictum eſt, omnes homines? Aut aliquis poterit dicere, Deus quidem vult, ſed ipſi nolunt ; qui nondum velle ſeu nolle iſta noverunt; quando nec ii, qui parvuli baptizantur atque moriuntur, & per illam gratiam ad agnitionem veritatis quæ in regno Dei eſt certiſſima veniunt, ideo veniunt, quia ipſi renovari Chriſti baptiſmate voluerunt? Cum ergo nec illi propterea non baptizentur quia volunt ; cur Deus qui vult omnes homines ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire, tam multos in regnum ſuum, ubi eſt certa veritatis agnitio, qui nullo ei reſiſtunt voluntatis arbitrio, patitur, non venire?

Matth. 23. 37.

Quomodo velit Deus omnes ſalvos fieri.

Rom. 5. 18.

Vide lib. 1. *de peccatorum meritis. c.* 28. *infra.*

Niſi forte dicturus es, ideo parvulos non in eorum numero deputandos, quos Deus omnes vult ſalvos fieri, quia ea ſalute, quæ hic intelligenda eſt ſalvi ſunt ipſi, nihil trahentes omnino peccati. Atque ita te intolerabilior ſequetur abſurditas. Iſto enim modo benevolentiorem facis Deum omnibus impiiſſimis & ſceleratiſſimis hominibus, quam innocentiſſimis & puriſſimis ab omni labe peccati : quando quidem illos, quia vult eos omnes ſalvos fieri, vult etiam intrare in regnum ſuum : hoc eſt enim illis conſequens, ſi ſalvi fuerint: ſed qui nolunt, ipſi ſibi obſunt. Immenſum vero numerum parvulorum, qui ſine baptiſmate moriuntur, ſuo regno adjici non vult, quos neque ulla peccata, ſicut putatis, impediunt; &, quod nullus ambigit, ejus reſiſtere voluntati contraria voluntate non poſſunt. Sic fit, ut eſſe Chriſtianos omnes velit, quorum multi nolunt; non omnes velit, quorum eſt nemo qui nolit: quod abhorret a vero. Novit Dominus qui ſunt ejus: & in eorum ſalute atque in ſuum regnum introductione certa eſt voluntas ejus. Sic ergo debet intelligi quod dictum eſt, Omnes homines vult ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire: quemadmodum intelligitur quod dictum

Occupatio.

2. *Tim.* 2. 19.

1. *Tim.* 2. 4.

eſt,

Roman. 5. 18. est, Per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitæ.

Occupatio. Quod apostolicum testimonium si eo modo intelligendum putas, ut dicas omnes positos esse pro multis, qui justificantur in Christo: (multi quippe alii non vivificantur in Christo:) respondebitur tibi, sic etiam illic ubi dictum est, Omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire; omnes positos esse pro multis, quos ad istam gratiam vult venire. Quod multo convenientius propter hoc intelligitur dictum, quia nemo venit, nisi quem venire ipse voluerit. Nemo potest venire ad me, inquit Filius, nisi Pater qui misit me, traxerit eum. *Joan.* 6. 44. *& 66.* Et, Nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo: Omnes ergo qui salvi fiunt, & in agnitionem veniunt veritatis, eo volente salvi fiunt, eo volente veniunt. Quia & qui *Prov.* 8. *sec. LXX.* nondum sicut parvuli utuntur voluntatis arbitrio, eo volente regenerantur: & qui jam utuntur voluntatis arbitrio, nisi eo volente ac subveniente a quo præparatur voluntas, velle non possunt.

Occupatio. Ubi si dixeris mihi, Cur ergo non convertit omnium nolentium voluntates? Respondebo, Cur non omnes morituros adoptat lavacro regenerationis infantes, quorum adhuc nullas, & ideo nec contrarias invenit voluntates? Si hoc profundius esse perspicis, quam ut abs te valeat inveniri: utrumque utrique nostrum profundum sit, cur & in majoribus & in minoribus Deus velit alteri & nolit alteri subvenire: dum tamen *Rom.* 9. 14. certum & immobile teneamus, non esse iniquitatem apud Deum, qua quemquam sine malis meritis damnet; & esse bonitatem apud Deum, qua multos sine bonis meritis liberet: demonstrans in eis quos damnat quid omnibus debeatur; ut hinc discant quos liberat, quæ sibi pœna debita relaxetur, & quæ indebita gratia condonetur.

Fato fieri quod merito non fit, Pelagianorum est sententia. V. *lib.* 2. *contra duas epist. Pelagian. c.* 5. *& 6. supra.* Hæc ut Christianis cordibus convenit cogitare nescitis, & vos potius secundum vestram sententiam *fato ista* dicitis *fieri*. Vestra quippe, non nostra sententia est, *fato fieri quod merito non fit*. Et ne secundum istam definitionem fato fiant hominibus, si merito non fiant, quæcumque fiunt, ideo merita vel bona vel mala, quantum potestis, asseritis, ne fatum sit consequens, si merita negaveritis. Ac per hoc dicitur vobis, Si ea quæ nullis meritis præstantur hominibus, fato fieri jam necesse est, & ideo merita adstruenda sunt, ne fatum sit consequens, si merita non sunt: fato baptizantur, fato intrant in regnum Dei parvuli, quorum bona merita nulla sunt; & rursus fato non baptizantur, fato non intrant in regnum Dei parvuli, quorum mala merita nulla sunt. Ecce pusilli qui fari nequeunt, vos potius assertores fati esse convincunt. Nos autem cum vitiatæ originis mala merita esse dicamus, gratia dicimus intrare parvulum in regnum Dei, quoniam bonus est Deus; & alium merito non intrare, quoniam justus est Deus, *Ps.* 100. 1. & in neutro esse fatum, quoniam quod vult facit Deus. Sed cum sciamus ab eo, cui misericordiam & judicium fideli voce cantamus, istum secundum judicium damnari, illum secundum misericordiam liberari; cum istum potius quam illum damnet aut liberet, nos qui sumus qui *Rom.* 9. 20. respondeamus Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa originis vitiatæ atque damnatæ facere aliud vas in honorem secundum misericordiam, & aliud in contumeliam secundum judicium; Ideo non utrumque in honorem, ne hoc meruisse se existimet tamquam inculpata natura: ideo non utrumque in contumeliam, ut judicio superexsultet misericordia. Ac per hoc nec damnatus *Jacob.* 2. 13. ex debito de supplicio juste queritur, nec liberatus gratis de merito superbe gloriatur; sed potius humiliter gratias agit, quando in illo a quo debitum exigitur, quid in eadem causa sibi donetur agnoscit.

Asseris me in alio libro meo dixisse, *Negari liberum arbitrium, si gratia commendetur; & iterum negari gratiam, si liberum commendetur arbitrium*. Calumniaris: non hoc a me dictum est, sed propter ipsius quæstionis difficultatem videri hoc posse dictum est putari. Non est multum ut ipsa verba mea ponam, unde videant qui hæc legunt, quemadmodum scriptis meis insidieris, & qua conscientia vel tardis vel ignaris cordibus abutaris, ut ideo te existiment respondere, quia non vis tacere. In novissimis enim partibus primi libri mei ad sanctum Pinianum, cujus est titulus, De gratia contra Pelagium: *Ista*, inquam, *quæstio ubi de arbitrio voluntatis & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri, & cetera*. Tu autem vir honestus & verax, abstulisti verba quæ dixi, & dixisti quod ipse finxisti. Ego enim dici, *istam quæstionem ad discerniendum esse difficilem*: non autem dixi, non posse discerni. Multo minus ergo dicerem, quod me dixisse mentiris, *negari liberum arbitrium, si gratia commendetur; & negari gratiam, si liberum commendetur arbitrium*. Redde verba mea, & vanescet calumnia tua. Repone suis locis, ubi dixi, *videatur;* ubi dixi, *putetur*: ut appareat de re tanta quibus abs te fraudibus disputetur. Non dixi, *negari gratiam*; sed, *ut negari gratia videatur*. Non dixi, *negari arbitrium liberum vel auferri*; sed dixi, *ut putetur auferri*. Et promittis, *cum libri ipsi ventilari cœperint, quod abs te illa sententiarum mearum & nudabitur & confodietur impietas*. Quis non exspectet sapientiam differentis, qui fidem cognoverit mentientis? *Lib. de gratia Christi, cap.* 47. *infra.*

Quid est autem quod loqueris, *Nihil pertinere ad laudem gratiæ, si id donet suis, quod peccata impiis largiuntur?* Propter pudicitiam scilicet conjugalem, quam tibi habere videntur & impii. Homo contentiose, virtus donatur vera per gratiam, non quæ vocatur, & non est. Ut quid autem *pudicitiam & virginitatem* quasi ejusdem generis jungis? Pudicitia res est animi, virginitas corporis. Denique & illa integra in animo permanente, potest ista de corpore violenter auferri; & cum ista integra manet corpori, potest illa in animo lasciva voluntate corrumpi. Propter quod ego non dixi, Verum conjugium, sive viduitas, sive virginitas; sed, *Vera pudicitia, sive conjugalis, sive vidualis, sive virginalis dicenda non est, nisi quæ veræ fidei mancipatur*. Conjuges enim & viduæ & virgines possunt esse, & pudicæ non esse, si contaminata voluntate mœchantur, si spiritu impuro stupra perpetranda decernunt: in quibus tamen veram pudicitiam dicis esse, etiamsi animo fornicentur; quod facere omnes impios eloquentia divina testatur. Pudicitiæ & virginitatis discrimen. *Lib.* 1. *de nupt. & concupisc. cap.* 4. *infra.*

Quis

Quis autem noſtrum dicit, *conjugalium membrorum malum eſſe conſertum*, in quo nuptiæ bene utuntur ad propagandos filios concupiſcentiæ malo? Quæ concupiſcentia malum non eſſet, ſi ſola generandi cauſſa ad licitum concubitum moveretur. Nunc vero cum ei reſiſtit conjugalis pudicitia, limes eſt mali; & ideo bonum eſt. Unde non *crimen ejus*, ſicut calumniando loqueris, *impunitum fit per religionem*: quia nullius eſt criminis, quando per fidei bonum bene utitur libidinis malo. Neque hic dici poteſt, ut putas, *Faciamus mala, ut veniant bona*: quia ex nulla ſui parte malum ſunt nuptiæ. Non enim earum malum eſt, quod in hominis quos parentes gignunt, non fecerunt, ſed invenerunt. In primis autem conjugibus, qui ex nullis parentibus nati ſunt, per peccatum accidit carnalis concupiſcentiæ diſcordioſum malum, quo nuptiæ bene uterentur; non per ipſas nuptias, ut inde merito damnarentur. Quid ergo quæris, *utrum in conjugibus Chriſtianis conventuum voluptatem, pudicitiam, an impudicitiam nominem*? Ecce reſpondeo, non ipſa nominatur pudicitia, ſed ejus mali bonus uſus; quo uſu bono fit, ut illud malum nec impudicitia dici poſſit. Impudicita eſt enim ejuſdem mali uſus flagitioſus; ſicut pudicitia virginalis, nullus. Salva igitur pudicitia conjugali, malum de malo naſcendo trahitur, quod renaſcendo purgetur.

Rom. 3.8.

Sed propter hoc, inquis, *libidinis malum, etiam de conjugibus Chriſtianis proles criminoſa profertur, ſequitur ut pudicitia virginalis ſit felicitatis illatrix: & quia in impiis invenitur*, inquis, *antecellunt infideles pudicitiæ virtute ſublimes, Chriſtianis libidinis tabe pollutis*. Non eſt ita ut dicis; multum falleris. Nec libidins enim tabe polluuntur, qui libidine bene utuntur; quamvis generent libidinis tabe pollutos, & ideo regenerandos: nec in impiis invenitur pudicitia virginalis, quamvis inveniatur virginitas carnis; quia vera pudicitia non poteſt habitare in animo fornicante. Ac per hoc non anteponitur virginale bonum impiorum bono conjugali fidelium: ſed conjuges bene utentes malo anteponuntur virginibus male utentibus bono. Et ideo cum fideles conjugati bene utantur libidinis malo, non *apud nos* (ut calumniaris) *propter fidem exercetur impunitas criminis*, ſed in eis propter fidem vera non falſa virtus eſt caſtitatis.

In infidelibus virginitas carnis eſſe poteſt, non pudicitia virginalis.

Quid autem ad nos pertinet quia Manichæos dicere affirmas, *Si quis homicidium conſcientia formidante commiſerit, reus eſt, quia timuit: ſi autem aliquod facinus exſultante perpetrarit audacia, velut credens ſe ex fide facere quod male fecit, evaſit culpam*? quod quidem numquam audivi dicere Manichæos. Sed quid ad nos, ſive etiam ipſis calumnieris: cum hoc catholica fides non dicat, quam tenemus, & cujus te ponere urgemus. Nos enim ea quæ videntur opera bona, dicimus non eſſe vere bona ſine fide: quoniam opera vere bona neceſſe eſt Deo placere, cui ſine fide quia impoſſibile eſt placere, profecto quod vere opus eſt bonum, ſine fide non poteſt eſſe. Verumtamen illa opera quæ apertiſſime mala ſunt non facit fides quæ per dilectionem operatur: quia dilectio proximi malum non operatur.

Hebr. 11.6.

Bona igitur concupiſcentia naturalis, inquis, erubeſcis enim dicere carnalis, *quæ cum intra modum ſuum tenetur*, inquis, *nulla mali adſperſione turpatur*. Quomodo tenetur intra modum ſuum, quæſo te; quomodo tenetur, niſi cum ei reſiſtitur? Cur autem reſiſtitur, niſi ne impleat deſideria mala? Quomodo eſt igitur bona?

Cal. 5.6. *Rom.* 13.10.

Ex libro quinto ejuſdem contra Julianum, cap. 4.

CAPUT VI.

Rom. 2.4.

Ibid. 5. & 6.

1. *Tim.* 2. 25. & 26. *Pſ.* 35.7.

2. *Pet.* 3.9. 2. *Tim.* 2. 19. *Rom.* 8.28. *Matth.* 22. 14.

Duplex vocatio Dei. 2. *Tim.* 1. 8. & 9. *Rom.* 8.28. &c.

Epheſ. 1.4. *Rom.* 4.17. *Rom.* 11.5.

Electio non ex præcognitis operibus. *Ibidem* 6.

Joan. 6. 39. Reprobi ad electorum naſcuntur utilitatem.

AIt, inquis, *Apoſtolus, Bonitas Dei ad pœnitentiam te adducit*. Verum eſt, conſtat; ſed quem prædeſtinavit adducit: quamvis ipſe ſecundum duritiam ſuam & cor impœnitens, quantum ad ipſum adtinet, theſaurizet ſibi iram „ in die iræ & revelationis juſti judicii Dei, „ qui reddet unicuique ſecundum opera ejus. „ Quamlibet enim præbeat patientiam; niſi ipſe dederit, quis agit pœnitentiam? An oblitus es quod idem ipſe doctor ait, Ne forte det illis Deus pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis? Sed judicia ejus multa abyſſus. Nos certe ſi eos, in quos nobis poteſtas eſt, ante oculos noſtros perpetrare ſcelera permittamus, rei cum ipſis erimus: quam vero innumerabilia ille permittit fieri ante oculos ſuos, quæ utique ſi noluiſſet, nulla ratione permitteret: & tamen juſtus & bonus eſt. Et quod præbendo patientiam dat locum pœnitentiæ nolens aliquem perire; novit Dominus qui ſunt ejus, & omnia cooperatur in bonum, ſed his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt. Non enim omnes qui vocati ſunt, ſecundum propoſitum ſunt vocati. Multi enim vocati, pauci vero electi. Qui ergo electi, hi ſecundum propoſitum vocati. Unde & alibi dicit, Secundum virtutem Dei ſalvos nos facientis, & vocantis vocatione ſua ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundum ſuum propoſitum & gratiam, quæ data eſt nobis in Chriſto Jeſu ante ſæcula æterna. Denique & hic cum dixiſſet, Omnia cooperatur in bonum his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt: continuo ſubdidit, Quoniam quos ante præſcivit, & præ„ deſtinavit conformes imaginis Filii ejus, ut ſit „ primogenitus in multis fratribus: quos autem „ prædeſtinavit, illos & vocavit; & quos voca„ vit, ipſos & juſtificavit; quos autem juſticavit, „ ipſos & glorificavit. Hi ſunt ſecundum propoſitum vocati. Ipſi ergo electi, & hoc ante mundi conſtitutionem, ab eo qui vocat ea quæ non ſunt tamquam ſint, Sed electi per electionem gratiæ. Unde dicit idem doctor & de Iſrael: Reliquiæ per electionem gratiæ factæ ſunt. Et ne forte ante conſtitutionem mundi ex operibus præcognitis putarentur electi, ſecutus eſt, & adjunxit; Si autem gratia, jam non ex operibus; alioquin gratia jam non eſt gratia. Ex iſto numero electorum & prædeſtinatorum, etiam qui peſſimam duxerunt vitam, per Dei benignitatem adducuntur ad pœnitentiam, per cujus patientiam non ſunt huic vitæ in ipſa ſcelerum perpetratione ſubtracti, ut oſtendatur & ipſis & aliis coheredibus eorum, de quam profundo malo poſſit Dei gratia liberare: Ex his nemo perit, quacumque ætate moriatur. Abſit enim ut prædeſtinatus ad vitam ſine ſacramento Mediatoris finire permittatur hanc vitam. Propter hos Dominus ait, Hæc eſt autem voluntas ejus qui miſit me Patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo. Ceteri autem mortales qui ex iſto numero non ſunt, & ex

eadem

eadem quidem massa ex qua & isti, sed vasa iræ facti sunt, ad utilitatem nascuntur istorum. Non enim quemquam eorum Deus temere ac fortuito creat, aut quid de illis boni operetur ignorat: cum & hoc ipso bonum operetur, quod in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem sæculi præsentis exornat. Istorum neminem adducit ad pœnitentiam salubrem & spiritalem, qua homo in Christo reconciliatur Deo, sive illis ampliorem patientiam, sive non imparem præbeat. Quamvis ergo omnes ex eadem massa perditionis & damnationis secundum duritiam cordis sui & cor impœnitens, quantum ad ipsos pertinet, thesaurizent sibi iram in die iræ, quo redditur unicuique secundum opera sua: Deus tamen alios inde per misericordem bonitatem adducit ad pœnitentiam, alios secundum justum judicium non adducit. Habet enim potestatem adducendi & trahendi, ipso *Joan. 6. 44.* Domino dicente, Nemo venit ad me, nisi Pa- *3. Reg. 22.* ter qui me misit, traxerit eum. Numquid autem Achab regem sacrilegum & impium adduxit ad pœnitentiam, aut saltem per mendacem spiritum jam seducto atque decepto, patientiam & longanimitatem præbuit? Nonne in eo statim, propter quod erat seductus, morte rapiente completum est? Quis eum dicat non peccasse, spiritui credendo mendaci? Quis dicat hoc peccatum pœnam non fuisse peccati, venientem de judicio Dei, ad quem legit mendacem spiritum, sive missum, sive permissum? Quis horum aliquid dicit, nisi qui dicit quod vult, & quod verum est audire non vult?

Ps. 139. 9. Quis vero ita desipiat, ut cum audierit quod in Psalmo canitur, Ne tradas me, Domine, a desiderio meo peccatori: hoc dicat orasse hominem, ne Deus sit patiens erga illum; si * *Deus non tradit ut mala fiant, nisi patientem bonitatem præbendo cum fiunt*? Quid est autem quod quotidie dicimus, Ne nos inferas in tentationem; nisi ut non tradamur concupiscentiis nostris? Unusquisque enim tentatur a concupiscentia sua abstractus & illectus. An forte hoc a Deo petimus, ut non sit erga nos patiens bonitas ejus? Non ergo ejus invocamus misericordiam, sed potius iracundiam provocamus. Quis ista sapiat sanus; immo quis vel furiosus hæc dicat? Tradit ergo Deus in passiones ignominiæ, ut fiant quæ non conveniunt; sed ipse convenienter tradit: & fiunt eadem peccata, & peccatorum supplicia præteritorum, & *3. Reg. 22.* supplicium merita futurorum: sicut tradidit Achab *3. Reg. 12.* in pseudoprophetarum mendacium sicut tradidit Roboam in falsum consilium. Facit hæc miris & ineffabilibus modis, qui novit justa judicia sua, non solum in corporibus hominum, sed & in ipsis cordibus operari. Qui non facit voluntates malas; sed utitur eis ut voluerit, cum aliquid inique velle non possit. Exaudit propitius, non exaudit iratus: & rursus non exaudit propitius, exaudit iratus. Parcit propitius, non parcit iratus: & rursus non parcit propitius, parcit iratus: atque in his omnibus bonus perseverat & justus. Sed ad hæc quis idoneus? uti- *2. Cor. 2. 16.* que ad hæc ejus perscrutanda & investiganda judicia, quis homo idoneus, quem corruptible aggravat corpus, etiam si habeat jam sancti Spiritus pignus?

**Juliani, ut videtur, sententia. Matth. 6. 13. Jac. 1. 14.*

Ex libro sexto ejusdem contra Julianum, cap. 2.

NAscuntur. (parvuli) per carnis concupiscentiam, renascuntur per spiritus gratiam. Illa de mundo est, hæc venit in mundum, ut de mundo eligantur qui prædestinati sunt ante mundum. Cum autem dixisset Apo- *1. Cor. 5. 19.* stolus; Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi; quomodo id faciat, mox adjunxit, atque ait, Non reputans illis delicta eorum. Totus ergo mundus ex Adam reus; Deo non negante manum formationis operi suo, seminibus institutis quamvis paterna prævaricatione vitiatis: & cum per Christum reconciliatur mundus, de mundo liberatur; eo liberante qui venit in mundum, non de mundo eligendus, sed electurus, non meritorum electione, sed gra- *Rom. 11. 5.* tiæ: quia reliquiæ per electionem gratiæ salvæ facta sunt.

Ex eodem libro sexto contra Julianum, cap. 14.

SIc autem incredibile vis videri, *quod in utero baptizatæ, cujus corpus est templum Dei, formatur homo futurus sub diabolo, nisi Deo renascatur ex Deo*: quasi non majoris admirationis sit, quod Deus & ubi non habitat operatur. Non enim habitat in corpore subdito peccatis: *Sap. 1. 4.* & tamen operatur hominem in utero meretricis. Adtingit enim ubique propter suam mun- *Sap. 7. 24. & 25.* diciam, & nihil inquinatum in eum incurrit. Occulta Et quod multo est mirabilius, aliquando ado- Dei judiptat in filium, quem format in utero immun- cia. dissimæ feminæ, & aliquando non vult esse suum filium, quem format in utero suæ filiæ. Ille quippe ad baptismum nescio qua provisione pervenit; iste repentina morte non pervenit. Atque ita Deus, in cujus potestate sunt omnia, facit esse in Christi consortio, quem formavit in diaboli domicilio; & non vult esse in regno suo, quem formavit in templo suo. Aut si vult, cur non facit quod vult? Non enim quod soletis de majoribus dicere, Deus vult, & parvulus non vult. Certe hic ubi fati nulla est immobilitas, nulla fortunæ temeritas, nulla personæ dignitas, quid restat nisi misericordiæ veritatisque profunditas? Ut sciamus, & ex hoc incomprehensibili comprehendamus juxta duos homines, unum per quem peccatum intravit in mundum, alterum qui tollit peccatum mundi, omnes filios concupiscentiæ carnalis undecumque nascantur, ad jugum grave filiorum Adam *Eccl. 40. 1.* merito pertinere; & ex his omnes filios gratiæ spiritalis undecumque renascantur, ad jugum suavem filiorum Dei sine merito pervenire. Proinde conditionem suam gerit, qui in alterius corpore, quod est templum Dei, ita construitur, ut non ideo sit & ipse templum Dei, quia ædificatur in templo Dei. Matris quippe corpus ut esset templum Dei, gratiæ beneficium est, non naturæ: quæ gratia non conceptione, Infans in sed regeneratione confertur. Nam si ad matris utero matris non est corpus id quod in ea concipitur pertineret, ita pars corporis matris. ut ejus pars deputaretur, non baptizaretur infans, cujus mater baptizata est aliquo mortis urgente periculo, cum eum gestaret in utero. Nunc vero cum etiam ipse baptizatur, non utique bis baptizatus habebitur. Non itaque ad corpus maternum cum esset in utero pertinebat:

bat: & tamen creabatur in templo Dei non templum Dei. Ita in femina fideli creatus eſt infidelis, & in eum parentes infidelitatem trajecerunt, quam non habebant quando ex ipſis natus eſt, ſed tunc habebant, quando & ipſi ſimiliter nati ſunt. Trajecerunt ergo, quod jam non erat in eis, propter ſemen ſpiritale quo regenerati ſunt; ſed erat in eorum carnali ſemine quo eum generaverunt.

Infidelitas in infantem trajicitur.

Ex eodem libro ſexto contra Julianum, cap. 24.

CUm vero *multos*, quod dixit poſtea; non vis intelligi *omnes*, quod prius dixerat, *ideo exiſtimans dictum fuiſſe multos, ne omnes intelligerentur*: poteris hoc dicere & de ſemine Abrahæ, cui promiſſæ ſunt omnes gentes, non omnes gentes ei fuiſſe promiſſas, quia dictum eſt alio loco; Patrem multarum gentium poſui te. Eſt autem ſanus intellectus, ideo ſic locutam Scripturam, quia poſſunt eſſe aliqua omnia, quæ non ſunt multa: ſicut omnia dicimus Evangelia, & tamen brevi numero, ideſt, quaternario continentur. Et rurſus poſſunt aliqua eſſe multa, non tamen omnia: ſicut multos dicimus credere in Chriſtum, nec tamen omnes credunt. Non enim omnium eſt fides, ait Apoſtolus. Quod autem dictum eſt, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes terræ: & Patrem multarum gentium poſui te, eaſdem omnes, multas; & eaſdem multas, omnes eſſe monſtratum eſt. Ita etiam cum dictum eſt, Per unum in omnes tranſiſſe peccatum; & poſtea, Per unius obedientiam peccatores conſtitutos multos: ipſi ſunt multi, qui & omnes. Similiter cum dictum eſt, Per unius juſtificationem in omnes homines ad juſtificationem vitæ: & rurſus dictum eſt, Per unius obedientiam juſti conſtituentur multi: non aliquibus exceptis, ſed eoſdem multos, omnes oportet intelligi: non quia omnes homines juſtificantur in Chriſto; ſed quia omnes qui juſtificantur, non aliter poſſunt juſtificari quam in Chriſto. Sicut poſſumus dicere in aliquam domum per unam januam intrare omnes; non quia omnes homines intrant in eamdem domum, ſed quia nemo intrat niſi per illam. Omnes ergo ad mortem per Adam, omnes ad vitam per Chriſtum. Quia ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes vivificabuntur: id eſt, ex prima origine generis humani nemo ad mortem, niſi per Adam, & nemo per Adam, niſi ad mortem: & nemo ad vitam, niſi per Chriſtum, & nemo per Chriſtum, niſi ad vitam.

Quos multos appellat Apoſtolus cum ait: *Peccatores conſtituti ſunt multi.* *Gen.* 22. 18. *Gen.* 17. 5. 2. *Teſſ.* 3. 2. *Gen.* 22. 18. *Gen.* 17. 5. *Rom.* 5. 12. *&c.* V. *infra lib.* 1. *de pecat. meritis, c.* 28. 1. Cor. 15. 22.

Vos autem dum non omnes, ſed multos, ſive per Adam condemnatos eſſe, ſive per Chriſtum liberatos vultis intelligi, horrenda perverſitate Chriſtianæ religioni eſtis infeſti. Si enim ſalvi erunt aliqui ſine Chriſto, & juſtificantur aliqui ſine Chriſto; ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Erat enim & alius modus, ſicut vultis, in natura, in libero arbitrio, in lege naturali, ſive conſcripta, quo poſſent ſalvi & juſti eſſe qui vellent. Juſtas autem imagines Dei, quis niſi injuſtus prohiberet a regno Dei? Hic forte dicis, Sed facilius per Chriſtum. Numquid non poſſet etiam de lege dici: Eſt per legem juſtitia, ſed facilius per Chriſtum. Et tamen ait Apoſtolus, Si per legem juſtitiam, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Non eſt itaque præter unum mediatorem Dei & hominum, hominem Chriſtum Jeſum,

Occupatio. *Gal.* 2. 21. 2. *Tom.* 2. 5.

S. Proſperi.

aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat ſalvos fieri nos. Et ideo dictum eſt, In Chriſtos omnes vivificabuntur: quoniam in illo Deus definivit fidem omnibus, ſuſcitans illum a mortuis. Veſtrum autem dogma id perſuadere conatur, velut inculpatæ prædicatione naturæ, & potentiæ liberi arbitrii, & legis ſive naturalis ſive per Moyſen datæ, ut & ſi opus ſit, neceſſe tamen non ſit ad Chriſtum pro æterna ſalute tranſire: eo quod per ſacramentum mortis & reſurrectionis ejus (ſi tamen vel hoc putatis) commodior via ſit, non quod alia via eſſe non poſſit. Unde quantum vos deteſtari debeant Chriſtiani, conſiderantes, renuntiate vobis, etiam tacentibus nobis.

Act. 4. 12. 1. *Cor.* 15. 22. *Act.* 17. 31.

CONSTITUTIO VALENTINIANI III.

Ad Amacium PP. Galliarum, de conveniendis per Patroclum Arelatenſem epiſcopis quibuſdam Pelagianis.

Impp. THEODOSIUS & VALENTINIANUS Cæſar AMACIO V. inl. PP. Galliarum.

PRivilegia Eccleſiarum, vel clericorum omnium, quæ ſæculo noſtro tyrannus invideraverat, prona devotione revocamus, &c.

Diverſos vero, epiſcopos nefarium Pelagiani & Cæleſtiani dogmatis errorem ſequentes; per Patroclum ſacroſanctæ legis antiſtitem præcipimus conveniri: quos quia confidimus emendari, niſi intra viginti dies ex conventionis tempore, intra quos deliberandi tribuimus facultatem, errata correxerint, ſeſeque catholicæ fidei reddiderint, Gallicanis regionibus expelli, atque in eorum loco ſacerdotium fidelius ſubrogari: quatenus præſentis erroris macula de populorum animis tergeatur, & futuræ bonum diſciplinæ juſtioris inſtituatur.

Sane quia religioſos populos nullis decet ſuperſtitionibus depravari, Manichæos omneſque hæreticos vel ſchiſmaticos ſive Mathematicos omnemque ſectam Catholicis inimicam ab ipſo adſpectu urbium diverſarum exterminari debere præcipimus; ut nec præſentiæ quidem criminoſorum contagione fœdentur. Judæis quoque vel paganis cauſſas agendi, vel militandi licentiam de negamus, quibus Chriſtianæ legis nolumus ſervire perſonas, ne occaſione dominii ſectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur perſonas erroris infauſti jubemus excludi, niſi his emendatio matura ſubvenerit. Data * VII. Id. Jul. Aquileiæ Coſſ. Theodoſio Auguſto. XI. & Valentiniano Cæſare.

* Anno Chriſt. 425. die 9. Julii.

CONCILII AFRICÆ UNIVERSALIS Carthagine, habiti anno 418. contra hæreſim Pelagii & Cæleſtii.

Canones IV. V. & VI.

GLorioſiſſimis Imperatoribus Honorio XII. & Theodoſio VIII. Conſulibus. Kalendis Maiis, Carthagine in ſecretario baſilicæ Fauſti, cum Aurelius epiſcopus in univerſali Concilio conſediſſet, adſtantibus diaconis, placuit omnibus epiſcopis, quorum nomina, & ſubſcriptiones indictæ ſunt, in ſancta ſynodo Carthaginenſis Eccleſiæ conſtitutis, &c.

IV. Item placuit ut quicumque dixerit gratiam Dei, qua justificamur per Jesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium ut non committantur, anathema sit.

V. Item quisquis dixerit, eamdem gratiam Dei per Jesum Christum Dominum nostrum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognoverimus etiam facere diligamus, atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, Scientia inflat, caritas vero ædificat; valde impium est, ut
1. Cor. 8. 1. crédamus ad eam quæ inflat, nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat non habere;
Ps. 93. 10. cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante caritate scientia non possit inflare. Sicut autem
1. Joan. 4. 7. de Deo scriptum est, qui docet hominem scientiam, ita etiam scriptum est, Caritas ex Deo est.

VI. Item placuit, ut quicumque dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam, tamquam & si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata; anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus
Joan. 15. 5. loquebatur, ubi non ait, Sine me difficile potestis facere: sed ait, Sine me nihil potestis facere.

Ex libro S. Augustini, de Gestis Pelagii, cap. 14. 15. 16. 17. & 35.

CAPUT. XIV. Capitula Cælestii capitalia.

HInc jam objiciuntur Pelagio alia Cælestii capitula capitalia, & sine dubitatione damnanda, quæ nisi anathematizasset, cum his sine dubio damnaretur. In tertio capitulo scripsisse Cælestium, *Gratiam Dei & adjutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege ac doctrina.* Et iterum: *Dei gratiam secundum merita nostra dari, quia si peccatoribus illam det, videtur esse iniquus*: & his verbis intulisse, *Propterea & ipsa gratia in mea voluntate posita est, sive dignus fuerim sive indignus. Si enim per gratiam omnia facimus; quando vincimur a peccato, non nos vincimur, sed Dei gratia, quæ voluit nos adjuvare omni modo, & non potuit*: Et iterum ait: *Si gratia Dei est, quando vincimus peccata; ergo ipse est in culpa quando a peccato vincimur, quia omnino custodire nos aut non potuit, aut noluit.* Ad ista Pelagius respondit: *Hæc utrum Cælestii sint, ipsi viderint qui dicunt ea Cælestii esse; ego vero numquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenet.* Synodus (Palestina, seu Diospolitana) dixit, *Recipit te sancta Synodus, ita verba reproba condemnantem.* De his certe omnibus, & Pelagii eadem anathematizantis manifesta responsio est, & episcoporum ista damnantium absolutissima judicatio. Utrum ea Pelagius, an Cælestius, an uterque, an neuter illorum, an alii sive cum ipsis, sive sub nomine illorum senserint, sive adhuc sentiant, sit dubium vel occultum: satis tamen hoc judicio declaratum est, esse damnata, & pelagium simul fuisse damnandum, nisi hæc etiam ipse damnaret. Nunc certe post hoc judicium, quando contra hujusmodi sententias disputamus, adversus damnatam hæresim disputamus.

V. August. Dicam etiam aliquid lætius. Superius metuebam, cum diceret Pelagius, *adjuvante gratia Dei posse esse hominem sine peccato*, ne forte eamdem gratiam possibilitatem diceret esse naturæ a Deo conditæ cum libero arbitrio, sicut in libro illo est, quem tamquam ejus * accepi, cui respondi, & eo modo nescientes judices falleret: nunc vero cum anathematizat eos, *qui gratiam Dei & adjutorium non ad singulos actus dicunt dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina*; satis evidenter apparet, eam illum dicere gratiam, quæ in Christi Ecclesia prædicatur, quæ submi-
Gratia quænam in Ecclesia prædicetur.
nistratione sancti Spiritus datur, ut ad nostros actus singulos adjuvemur: unde & oramus semper adjutorium opportunum, ne inferamur in tentationem. Nec illud jam metuo, ne forte ubi dixit, *Non posse esse sine peccato, nisi qui scientiam legis habuerit*, atque id ita exposuit, *ut ad non peccandum in legis scientia poneret adjutorium*, eamdem legis scientiam Dei gratiam velit intelligi. Ecce anathematizat qui hoc sentiunt: ecce nec naturam liberi arbitrii, nec legem atque doctrinam vult intelligi gratiam, qua per actus singulos adjuvamur. Quid ergo restat, nisi ut eam intelligat quam dicit Apostolus, submi-
Phil. 1. 19. nistratione „ Spiritus-sancti dari? de qua dicit Dominus,
Matth. 10. 19. „ Nolite cogitare quomodo aut quid loquaminis; „ dabitur enim vobis in illa hora quid loquami- „ ni: non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis. Nec illud metuendum est ne forte ubi ait, *Omnes voluntate propria regi*; idque exposuit, *ideo se dixisse, propter liberum arbitrium, cui Deus adjutor est eligenti bona*, etiam hic per naturam liberi arbitrii & per doctrinam legis adjutorem dixerit. Cum enim recte anathematizaverit eos *qui dicunt gratiam Dei & adjutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege ac doctrina*: profecto Dei gratia vel adjutorium ad singulos actus datur, excepto libero arbitrio, vel lege atque doctrina; ac per hoc per singulos actus a Deo
Psal. 118. 133. regimur, quando recte agimus, nec frustra orantes dicimus; Itinera mea dirige secundum verbum tuum, ne dominetur mihi omnis iniquitas.

Sed quod ista sequitur me rursum sollicitat. Cum enim de quinto capitulo libri Cælestii huic fuisset objectum, quod *affirment unumquemque hominem omnes virtutes posse habere & gratias, & auferant diversitatem gratiarum, quam Apostolus docet*: Pelagius respondit, *Dictum est a nobis, sed maligne & imperite reprehenderunt. Non enim auferimus gratiarum diversitatem: sed dicimus donare Deum ei, qui dignus fuerit accipere, omne gratias, sicut Paulo apostolo donavit.* Ad hoc Synodus dixit, *Consequenter & ecclesiastico sensu & ipse sensisti de dono gratiarum, quæ in sancto Apostolo continentur.* Hic dicet aliquis, Quid ergo sollicitat? An tu negabis omnes virtutes & gratias fuisse in Apostolo? Ego vero, si illæ accipiantur omnes, quas uno quodam ipse Apostolus commemoravit loco, quas & episcopos intellexisse arbitror, ut hoc approbarent, & pronuntiarent *sensu ecclesiastico dictum*, non eas dubito habuisse apostolum Paulum. Ait enim, Et quosdam quidem posuit
1. Cor. 12. 28. „ Deus in Ecclesia, primo apostolos, secundo „ prophetas, tertio doctores, deinde virtutes, „ deinde donationes sanitatum, adjutoria, guber- „ nationes, genera linguarum. Quid ergo, dicemus quod hæc omnia non habuerit apostolus Paulus? Quis hoc audeat dicere? Nam eo ipso quod Apostolus erat, habebat utique apostolatum. Sed habebat & prophetiam. An non prophetia ejus est?

lib. de gestis Pelag. c. 6. infra.

* Lib. Pelagii a Jacobo & Timasio acceptus, cui respondit Augustinus lib. de nat. & grat.

V. August. hoc lib. c. 1.

August. hoc lib. c. 3.

1. Tim. 4. 1. „ est? Spiritus enim manifeste dicit, quia in no-
„ vissimis temporibus recedent quidam a fide,
1. Tim. 2. 7. „ intendentes spiritibus seductoribus, doctrinis
„ dæmoniorum. Ipse erat & doctor gentium in
Act. 28. 5. fide & veritate: & operabatur virtutes & sanita-
Ibid. 14. 9. tes; nam mordentem viperam manu excussit il-
læsa, & paralyticus ad verbum ejus restituta con-
tinuo salute surrexit. Adjutoria quæ dicat, ob-
scurum est; quoniam vis hujus verbi late patet:
quis tamen huic & istam gratiam defuisse dicat,
per cujus laborem salutem hominum sic constat
adjutam? Quid vero ejus gubernatione præcla-
rius, quando & per eum Dominus tunc tot Ec-
clesias gubernavit, & per ejus epistolas nunc gu-
bernat? Jam genera linguarum, quæ illi deesse
1. Cor. 14. potuerunt, cum ipse dicat, Gratias Deo, quod
18. omnium vestrum lingua loquor? Quia ergo istо-
rum omnium nihil apostolo Paulo defuisse cre-
dendum est, propterea responsionem Pelagii,
omnes gratias ei donatas esse dicentis, judices ap-
probaverunt. Sed sunt & aliæ gratiæ, quæ hic
commemoratæ non sunt. Neque enim quamvis
esset apostolus Paulus multum excellens mem-
brum corporis Christi, nullas plures & amplio-
res gratias accepit ipsum totius corporis caput,
sive in carne, sive in anima hominis, quam crea-
turam suam Verbum Dei in unitatem personæ
suæ, ut nostrum caput esset, & corpus ejus es-
semus, assumsit. Et re vera si esse possent in sin-
gulis omnia, frustra de membris corporis nostri
ad hanc rem data similitudo videretur. Sunt
enim quædam communia omnibus membris, si-
cut sanitas, sicut vita: sunt autem alia etiam
singulis propria, unde nec auris sentit colores,
1. Cor. 12. nec oculus voces; propter quod dicitur, Si to-
17. tum corpus oculus, ubi auditus? Si totum
auditus, ubi odoratus? Quod quidem non
ita dicitur, tamquam impossibile Deo sit, &
auribus præstare sensum videndi, & oculis
audiendi. Quid tamen faciat in Christi cor-
pore quod est Ecclesia, & quam diversita-
*f. gratia- tem * Ecclesiarum velut per membra diversa,
rum. ut essent dona etiam singulis propria, significa-
verit Apostolus, certum est. Quapropter, &
qua causa hi qui illud objecerunt, auferri no-
luerint distantiam gratiarum, & qua causa epi-
scopi propter Paulum apostolum, in quo dona
omnia, quæ loco uno commemoravit, agnosci-
mus, id quod respondit Pelagius potuerint ap-
probare, jam clarum est.

Quid est ergo, unde me de hoc capitulo sol-
licitum factum esse prædixi? Hoc videlicet,
quod ait Pelagius, *Donare Deum ei, qui fuerit di-
gnus accipere, omnes gratias, sicut Paulo apostolo
donavit*. Nihil essem de hac ejus responsione sol-
licitus, nisi quo adtinet ad hanc causam, cujus
maxime cura gerenda est, ne scilicet gratia Dei,
nobis tacentibus, & tantum malum dissimulanti-
bus, oppugnetur. Cum ergo non ait, Donare
Deum cui voluerit; sed ait, *Donare Deum ei,
qui fuerit dignus accipere, omnes gratias*; non po-
tui, cum legerem, non esse suspiciosus. Ipsum
quippe gratiæ nomen, & ejus nominis intellectus
aufertur, si non gratis datur, sed eam qui dignus
est accipit. An forte quis dicet, Apostolo me
facere injuriam, quia eum gratia dignum fuisse
non dico? Immo tunc facio, & illi injuriam, &
mihi pœnam, si quod ipse dicit, non credo. An
ille gratiam non ita definivit, ut eam sic, quod
daretur gratis, appellatam ostenderet? Nempe
Rom. 11. 6. ipse dixit: Si autem gratia, jam non ex operi-
bus; alioquin gratia jam non est gratia. Unde
item dixit, Ei autem qui operatur, merces non
imputatur secundum gratiam, sed secundum de-
bitum. Quisquis ergo dignus est, debitum est Rom. 4. 4.
ei; si autem debitum est, gratia non est: gratia
quippe donatur indignis, ut reddatur debitum
dignis: ipse autem facit ut habeant quæcumque
redditurus est dignis, qui ea quæ non habebant
donavit indignis.

Hoc forte dicet: Ego non ex operibus, sed
ex fide dixi Apostolum dignum fuisse, cui tantæ
illæ gratiæ donarentur; non enim opera, quæ
bona ante non habuit, sed tamen fides ejus hoc
meruit. Quid enim putamus quod fides non ope-
retur? Immo ipsa veraciter operatur, quæ per
dilectionem operatur. Quantumlibet autem ope- Gal. 5. 6.
ra infidelium prædicentur, ejusdem Apostoli sen- Opera in-
tentiam veram novimus & invictam, Omne quod fidelium.
non est ex fide, peccatum est. Ideo vero sæpe Rom. 14. 23.
dicit, non ex operibus, sed ex fide, nobis justi-
tiam deputari, cum potius fides per dilectionem
operetur, ne quisquam existimet ad ipsam fidem Fides ini-
meritis operum perveniri, cum ipsa sit initium, tium unde
unde bona opera incipiunt; quoniam, ut dictum bona opera
est, quod ex ipsa non est, peccatum est. Hinc incipiunt.
& Ecclesiæ dicitur in Cantico canticorum, Ve- Cant. 2. 8.
nies, & transies ab initio fidei. Quapropter Sec. LXX.
quamvis bene operandi gratiam fides impetret: Fides do-
ipsam certe fidem ut haberemus, nulla fide me- num gra-
ruimus; sed in ea nobis danda, in qua Dominum tiæ Dei.
sequeremur, misericordia ejus prævenit nos. An Ps. 58. 11.
ipsam nobis nos dedimus, & ipsi nos ipsos fide- Ps. 99. 3.
les fecimus? Prorsus etiam hic clamabo, Ipse Rom. 12. 3.
„ fecit nos, & non ipsi nos. Nihil vero aliud
„ apostolica doctrina commendat, ubi ait: Di-
„ co autem per gratiam Dei, quæ data est mi-
„ hi, omnibus qui sunt in vobis, non plus sa-
„ pere, quam oportet sapere, sed sapere ad
„ temperantiam, sicut unicuique Deus partitus
„ est mensuram fidei. Hinc est quippe & illud:
Quid enim habes, quod non accepisti? Quando 1. Cor. 4. 7.
& hoc accepimus, unde incipit quidquid in no-
stris actibus habemus boni.

„ Quid est ergo quod idem dicit Apostolus, 2. Tim. 4. 7.
„ Bonum certamen certavi, cursum consumma-
„ vi, fidem servavi; de cetero supereſt mihi co-
„ rona justitiæ, quam reddet mihi Dominus in
illo die justus judex; si hæc non redduntur di-
gnis, sed donantur indignis? Hoc qui dicit, pa-
rum considerat coronam reddi non potuisse digno,
nisi gratia data esset indigno. Ait enim, Bonum
certamen certavi: sed idem ipse ait, Gratias Deo, 1. Cor. 25. 57.
qui dedit nobis victoriam per Dominum nostrum
Jesum Christum. Ait, Cursum consummavi: sed Rom. 9. 16.
ipse idem ait, Non volentis, neque currentis,
sed miserentis est Dei: Ait, Fidem servavi: sed
ipse idem ait, Scio cui credidi, & certus sum, 2. Tim. 1. 12.
quia potens est depositum meum servare in illum
diem, id est, commendatum meum: nam codi-
ces nonnulli non habent *depositum*; sed quod est
planius, *commendatum*. Quid autem commenda-
mus Deo, nisi quæ oramus ut servet, in quibus &
ipsa est fides nostra? Nam quid aliud * apostо- * forte de
lo Petro Dominus commendavit orando, unde apostolo.
illi ait: Ego rogavi pro te, Petre, ne deficiat Luc. 22. 32.
fides tua; nisi ut ejus servaret fidem, ne ten-
tationi cedendo deficeret? Quocirca, o beate
Paule, magne gratiæ prædicator, dicam, nec
timeam; (quis enim mihi minus succensebit
ista dicenti, quam tu, qui ea dicenda dixi-
sti & docenda docuisti?) dicam, inquam,

nec timeam: redditur quidem meritis tuis corona sua, sed Dei dona sunt merita tua.

Redditur ergo debitum præmium Apostolo digno: sed ipsum apostolatum indebitum gratia donavit indigno? An hoc me dixisse pœnitebit? Absit: ejus enim testimonio ab hoc invidia defensabor, nec me quisquam vocabit audacem, nisi qui fuerit ausus ipsum vocare mendacem. Ipse clamat ipse testatur, ipse ut in se
1. Cor. 1. 31. Dei dona commendet, nec in se ipso sed in Domino glorietur, non solum nulla se habuisse dicit merita bona, ut apostolus fieret, sed etiam mala merita sua dicit, ut Dei gratiam manife-
1. Cor. 15. 9. stet & prædicet. Non sum, inquit, idoneus vocari apostolus: quod quid est aliud, quam, non sum dignus? nam hoc plerique latini codices habent. Hoc est nempe quod quærimus: nempe isto munere apostolatus illæ omnes gratiæ continentur. Non enim decebat aut oportebat, apostolum non habere prophetiam, aut non esse doctorem, aut non clarescere virtutibus, donationibusque sanitatum, aut adjutoria non præbere, aut Ecclesias non gubernare, aut linguarum generibus non excellere. Omnia hæc unum nomen apostolatus complectitur. Ipsum igitur consulamus, ipsum potius audiamus: dicamus ei Sancte Paule apostole, Pelagius monachus dignum te dicit fuisse, qui acciperes omnes gratias apostolatus tui, tu ipse quid dicis? Non sum, inquit, dignus vocari apostolus. Ita ne ut deferam honorem Paulo, Pelagio magis de Paulo credere audebo, quam Paulo? Non faciam: me namque potius onerabo, quam illum honorabo, si fecero. Audiamus etiam, cur non sit dignus vocari apostolus: Quia persecutus sum, inquit, Ecclesiam Dei. Faciens igitur tantum mali, unde meruisti tantum boni? Audiant respondentem omnes gentes: Sed gratia Dei sum id quod sum. Numquid aliter est gratia commendata, nisi quia est indigno data? Et gratia ejus, inquit, in me vacua non fuit. Hoc & aliis præcipit, ut etiam arbitrium voluntatis ostendat, ubi ait, Præcipientes autem & rogamus, ne in vacuum gratiam
2. Cor. 6. 1. Dei suscipiatis. Unde autem probat quod gratia ejus in eo vacua non fuit, nisi ex eo quod sequitur, Sed plus omnibus illis laboravi? Proinde non laboravit ut gratiam acciperet, sed accepit ut laboraret: atque ita, unde ad accipienda debita præmia fieret dignus, gratiam gratis accepit indignus. Nec ipsum sane laborem sibi ausus est arrogare. Cum enim dixisset, Plus omnibus illis laboravi: continuo subjecit, Non ego, sed gratia Dei mecum. O magnum gratiæ præceptorem, confessorem, prædicatorem! Quid est hoc? Plus laboravi, non ego? Ubi sese extulit aliquantum voluntas, ibi continuo vigilavit pietas, & tremuit humilitas, quia se agnovit infirmitas.

Pelagius monachus.

Ibid 10. Gratia in digno data.

Merito, quod gesta indicant, etiam hoc usus est testimonio sanctus Joannes Jerosolymitanæ antistes Ecclesiæ, sicut interrogatus quæ apud illum ante judicium gesta fuerint, coepiscopis nostris, qui simul in illo judicio præsidebant ipse narravit. Ait enim, tunc quibusdam susurrantibus, & dicentibus, quod *sine Dei gratia* diceret Pelagius *posse hominem perfici*, id est, quod superius dixerat, *esse posse hominem sine peccato*: *Culpans*, inquit, *super hoc etiam intulit, quia & apostolus Paulus multum laborans, sed non secundum suam virtutem, sed secundum gratiam Dei*
1. Cor 15. 10. *dixit*: *Amplius omnibus illis laboravi; non ego autem, sed gratia Dei mecum*: *& iterum*, *Non est volentis, neque currentis, sed miserentis Dei*: *& illud*; *Nisi Dominus ædificaverit domum, in vanum laboraverunt, qui ædificant eam, & alia multa similia diximus*, inquit, *de scripturis sanctis. Illis autem non suscipientibus, quæ dicebantur a nobis de sanctis Scripturis, sed adhuc susurrantibus, dixit Pelagius, Et ego sic credo: anathema sit, qui dicit absque adjutorio Dei posse hominem ad profectum omnium venire virtutum.*

Joannes Episcopus Jerosolymitanus.

Rom. 9. 16. Ps. 126. 1.

Hæc narravit episcopus Joannes, audiente Pelagio, qui utique posset honorifice dicere, Fallitur sanctitas tua, non bene meministi, non dixi ad ista testimonia, quæ de Scripturis commemorasti, *Ego sic credo*: quoniam non ea sic intelligo, quod gratia Dei sic laboret cum homine, ut quod non peccat, non volentis, neque currentis, sed miserentis sit Dei.

CAPUT XV.

Sunt enim quædam expositiones epistolæ Pauli, quæ scribitur ad Romanos, quæ * ipsius Pelagii esse dicuntur, ubi hoc quod Scriptum est, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*; *non ex persona Pauli* asserit *dictum*: *sed cum voce interrogantis & arguentis usum fuisse, cum hoc diceret*: *tamquam hoc dici utique non deberet.* Non ergo cum episcopus Joannes plane istam sententiam esse Apostoli agnovit, eamque ideo commemoravit, ne Pelagius sine Dei gratia non peccare quemquam putaret, & dixit respondisse Pelagium, *Et ego sic credo*; neque cum hoc præsens audiret, respondit, Non sic credo. Oportet ut illam expositionem perversam, ubi hoc non sensisse Apostolum, sed potius redarguisse intelligi voluit, aut suam neget, aut corrigere atque emendare non dubitet. Nam quidquid dixit episcopus Joannes de absentibus fratribus nostris sive coepiscopis Herote ac Lazaro, sive de Presbytero Orosio sive de aliis quorum ibi non sunt nomina expressa, credo quod intelligat ad eorum præjudicium non valere. Si enim præsentes essent, possent cum fortasse, absit ut dicam, convincere de mendacio, sed forte commemorare, quid forte fuisset oblitus, aut in quo eum fefellerit Latinus interpres, etsi non studio mentiendi, certe alienæ linguæ minus intellectæ nonnulla difficultate: præsertim quia non in gestis agebatur, quæ, improbi ne mentiantur, boni autem ne aliquid obliviscantur, utiliter instituta sunt. Si quis autem memoratis fratribus nostris ex hoc aliquid quæstionis intulerit, eosque ad judicium episcopale vocaverit, sibi ut poterunt, aderunt: nobis hic laborare quid opus est; quando ne ipsi quidem judices, post coepiscopi nostri narrationem aliquid inde pronuntia voluerunt?

CAPUT XVI.

* *August. lib. 3. de pecc. merit. c. 1.*

Rom. 9. 16.

Heros & Lazarus, Orosius.

Cum ergo Pelagius præsens, ad illa testimonia Scripturarum dixisse se ita credere tacitus agnoverit, quomodo illud Apostoli testimonium paulo superius recolens, & inveniens eum dixisse, Non sum dignus vocari Apostolus, quia
1. Cor. 15. 9 persecutus sum Ecclesiam Dei, sed gratia Dei sum id quod sum; non vidit, non se dicere debuisse, cum ageretur de abundantia gratiarum, quas idem accepit Apostolus, *dignum fuisse qui acciperet*; cum ipse se non solum dixerit, sed & aliam causam reddens, probarit indignum, & eo ipso gratiam vere gratiam commendaverit? Sed si forte illud jam dudum a sancto Joanne narratum, cogitare vel meminisse non potuit, recentissimam suam responsionem respiceret, & quæ paulo ante de Cælestio sibi objecta anathematizaverit adverteret; Nempe etiam inter illa

CAPUT XVII.

est,

est, quod objectum est dixisse Cælestium, *Dei gratiam secundum merita nostra dari*. Si ergo veraciter hoc Pelagius anathematizavit, quid est quod dicit, gratias omnes Apostolo secundum meritum datas? An aliud est dignum esse accipere; aliud, secundum meritum accipere? & potest aliqua subtilitate disputationis ostendere, dignum esse aliquem, sed non mereri? Verumtamen Cælestius, vel quis alius, cujus omnes superiores anathematizavit sententias, nec de hoc verbo cum nebulas obtendere atque in eis latere permittit. Urget enim, & dicit: *Et ipsa gratia in mea voluntate posita est, sive dignus fuerim sive indignus*. Si ergo recte hoc a Pelagio veraciterque damnatum est, ubi dicitur, *Dei gratiam secundum merita & dignis dari*; quo corde cogitavit, quove ore potulit quod ait, *Dicimus donare Deum ei, qui fuerit dignus accipere, omnes gratias*? Quis non ista si diligenter adverterit, fiat de illius responsione sollicitus?

Supra c. 14. n. 30.

Ibid. n. 32.

Benigne interpretatur quod incautius a judicibus gestum in caussa Pelagii.

Cur ergo, ait aliquis, hoc judices approbaverunt? Fateor, ideo jam ambigo: sed nimirum, aut breve dictum eorum audientiam & intentionem facile subterfugit, aut aliquo modo id recte posse accipi existimantes, cujus de hac re confessiones liquidas sibi habere videbantur, pene de uno verbo nihil ei controversiæ movendum putarunt. Quod & nobis forsitan contigisset, si cum eis in illo judicio sedissemus. Si enim pro eo quod positum est dignus, positum esset prædestinatus, vel aliquid hujusmodi, nihil certe scrupuli tangeret atque angeret animum: & tamen si dicatur, eum qui per electionem gratiæ justificatur, nullis quidem præcedentibus meritis bonis, sed destinatione dignum vocari, sicut electus vocatur, utrum vel certe, vel minima offensione intelligentiæ dici possit, difficile judicatur. Nam quantum ad me attinet, ab hoc verbo facile transirem, nisi me liber ille, cui respondit, ubi omnino nullam dicit Dei gratiam, nisi naturam nostram cum libero arbitrio *gratiam creaturam, de ipsius Pelagii sensu sollicitum redderet, ne forte hoc verbum non de negligentia locutionis, sed de diligentia dogmatis curarit inserere.

* *f.* gratis creatam.

Caput XXXV.

Hæc est illius judicii postrema sententia. Synodus dixit: *Nunc quoniam satisfactum est nobis prosecutionibus præsentis Pelagii monachi, qui quidem piis doctrinis consensit, contraria vero Ecclesiæ fidei reprobat & anathematizat; communionis ecclesiasticæ eum esse & catholicæ confitemur*. Duo quædam satis perspicua de Pelagio monacho sancti episcopi judices suæ sententiæ brevitate complexi sunt: unum quidem, *piis eum consentire doctrinis*: alterum autem, *Ecclesiæ fidei reprobare & anathematizare contraria*. Pelagius propter hæc duo communionis ecclesiasticæ & catholicæ pronuntiatus est, &c.

V. Aug. in fragmento sermonis contra Pelagianos, infra.

Hæc omnia, & si quæ argumentationes ad ea confirmanda interpositæ sunt, sua negantem, & anathematizantem Pelagium judices approbaverunt: & ideo pronuntiaverunt eum contraria ecclesiasticæ fidei reprobando & anathematizando, damnasse. Ac per hoc quomodolibet ea Cælestius posuerit aut non posuerit, vel Pelagius senserit aut non senserit, tanta mala tam novæ hujus hæresis illo ecclesiastico judicio damnata gaudeamus, & Deo gratias agamus, laudesque dicamus.

DE PELAGIANIS IN COMMUNIONEM, nisi facta ab iis erroris abjuratione, non recipiendis.

EPISTOLA * LEONIS PAPÆ.

**Inter Leonis epistolas olim 86. nunc 6.* Scripta circiter anno Chr. 444

Ad Aquilejensem episcopum.

Caput I.

RElatione sancti fratris & coepiscopi nostri Septimii, quæ in subditis habetur, agnovimus quosdam presbyteros, diaconos, ac diversi ordinis clericos, quos Pelagiana sive Cælestiana hæresis habuit implicatos, ita in vestra provincia ad communionem catholicam pervenisse; ut nulla ab eis damnatio proprii exigeretur erroris; & pastoralibus excubiis nimium dormitantibus, lupos ovium pellibus tectos in ovile dominicum, non depositis bestialibus animis, introisse: & quod per auctoritatem canonum decretorumque nostrorum ne insontibus quidem conceditur usurpasse, ut relictis Ecclesiis, in quibus clericatum aut acceperant, aut receperant, instabilitate sua per diversa circumferantur, amantes semper errare, & numquam in fundamento apostolico permanere. Quoniam qui nullo discussi examine, nullo sunt præjudicio suæ professionis obstricti, hunc maxime expetunt fructum, ut sub velamento communionis plures domos adeant, & per falsi nominis scientiam, multorum corda corrumpant. Quod utique efficere non possent, si Ecclesiarum præsules necessariam diligentiam in talium receptione servassent, ne cuiquam eorum evagari in diversa licuisset.

Matth. 13. 25. *Matth.* 7. 15.

Caput II.

Ne ergo hoc ulterius audeatur, neve per quorumdam negligentiam introducta pernicies, ad eversionem multarum tendat animarum, hac nostri auctoritate præcepti, industriæ tuæ fraternitatis indicimus, ut congregata apud vos synodo provincialium sacerdotum, omnes sive presbyteri, sive diaconi, sive cujusque ordinis clerici, qui de Pelegianorum Cælestianorumque consortio, in communionem catholicam ea imprudentia sunt recepti, ut non prius ad damnationem sui coarterentur erroris, nunc saltem, postea quam hypocritis eorum ex quadam parte detegitur, ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse, & nullis possit nocere, cogantur. Damnent apertis professionibus suis superbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum universalis Ecclesia exhorruit, detestentur: omniaque decreta synodalia, quæ ad excisionem hujus hæreseos Apostolicæ sedis confirmavit auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenis, & apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum obscurum, nihil inveniatur ambiguum. Quoniam novimus hanc istorum esse versutiam, ut in quacumque particula dogmatis exsecrandi, quam a damnandorum soliditate discreverint, nihil sibi sensuum suorum existiment esse non salvum.

Quomodo Pelagiani recipiendi.

Versutia Pelagianorum.

Caput III. De gratia Christi quid sentiendum.

Cumque omnes definitiones suas ad subrependi facilitatem improbare se simulent atque deponere, hac ibi tota arte fallendi, nisi intelligantur, excipiunt, ut *gratia Dei secundum merita dari accipientium* sentiatur. Quæ utique nisi gratis detur, non est gratia, sed merces, retributioque meritorum, dicente beato Apostolo:

Gra-

Ephes. 2. 8. 9. 10. *Gratia salvi facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, Dei enim donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Jesu, in operibus bonis, quæ præparavit Deus, ut in illis ambulemus.* Omnis itaque bonorum operum donatio, divina præparatio est: * nec propria quisquam justificatur virtute, quoniam gratia unicuique principium justitiæ, & bonorum fons, atque origo meritorum est. Sed ab istis ideo per naturalem industriam dicitur præveniri, ut quæ ante gratiam proprio clara sit studio, nullo videatur peccati originalis vulnere sauciata: falsumque sit quod Veritas ait, *Quoniam filius hominis venit quærere & salvare quod perierat.*

* *al.* quia non prius quisquam justificatur virtute, quam gratia, quæ unicuique, &c.

Luc. 19. 10.

CAPUT IV.

Cavendum ergo dilectioni tuæ est, magnaque diligentia providendum, ne per hujusmodi homines exstincta dudum scandala suscitentur: & de exciso olim dogmate aliquod in provincia tua ejusdem mali germen oriatur: quod non solum in radicibus suis crescat, sed etiam sanctæ Ecclesiæ sobolem veneno sui odoris inficiat. Qui correctos se videri volunt, ab omni suspicione se purgent, & obediendo nobis, probent se esse nostros. Quorum si quisquam salubribus præceptis satisfacere detrectarit, sive ille clericus, sive sit laicus, ab Ecclesiæ societate pellatur, ne perditor animæ suæ saluti insidietur alienæ.

CAPUT V.

Disciplina Ecclesiæ est ut ne liceat transire de Ecclesia ad Ecclesiam.

Illam quoque partem ecclesiasticæ disciplinæ, qua olim a sanctis patribus, & a nobis sæpe decretum est, ut nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab Ecclesia ad Ecclesiam cuiquam transire sit liberum, ut in integrum revoces admonemus. Et unusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum depravatus, ubi ordinatus est, perseveret: ita ut si quis *sua quærens non quæ Jesu Christi*, ad plebem & Ecclesiam suam redire neglexerit, & ab honoris privilegio, & a communionis vinculo habeatur extraneus. Non autem dubiter dilectio tua, nos, si (quod non arbitramur) neglecta fuerint, quæ pro custodia canonum, & pro fidei integritate decernimus, vehementius commovendos: quia inferiorum ordinum culpæ ad nullos magis referendæ sunt, quam ad desides negligentesque Rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam.

Philip. 2. 21.

Excommunicatio.

Prælatorum desidia.

Ex libro primo S. Augustini Episcopi de peccatorum meritis, & remissione ad Marcellinum, cap. 11.

CAPUT XI.

SED *regnavit*, inquit, *mors ab Adam usque ad Moysen*; id est, a primo homine usque ad ipsam etiam legem, quæ divinitus promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum enim mortis vult intelligi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad vitam æternam, quæ vera vita est, venire non sinat, sed ad secundum etiam, quæ pœnaliter æterna est, mortem trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit Salvatoris, quæ operata est etiam in antiquis sanctis, quicumque ante quam in carne Christus veniret, ad ejus tamen adjuvantem gratiam, non ad legis litteram, quæ jubere tantum, non adjuvare poterat, pertinebant. Hoc namque occultabatur in vetere Testamento pro temporum dispensatione justissima, quod nunc revelatur in novo. Ergo in omibus *regnavit mors ab Adam usque ad Moysen*, qui Christi gratia non adjuti sunt, ut in eis regnum mortis destrueretur: *etiam in eis qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ*, id est, qui nondum sua & propria voluntate sicut ille peccaverunt, sed ab illo peccatum originale traxerunt: *qui est forma futuri*; quia in illo constituta est forma condemnationis futuris posteris, qui ejus propagine crearentur, ut ex uno omnes in condemnationem nascerentur, ex qua non liberat nisi gratia Salvatoris. Scio * quidem plerosque Latinos codices sic habere: *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen in eos qui peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ*, quod etiam ipsum qui ita legunt, ad eumde referunt intellectum; ut in similitudinem prævaricationis Adæ peccasse accipiant, qui in illo peccaverunt, ut ei similes crearentur, sicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores; ex morituro morituri, damnatoque damnati. Græci autem codices, unde in Latinam linguam interpretatio facta est, aut omnes, aut pene omnes, id quod a me primo positum est, habent.

Ibidem.

Ibidem.

* *Confer epist. ejusd. 157. n. 19. infra.*

Sed non, inquit, *sicut delictum, ita & donum. Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jesu Christi, in multos abundavit*: non *magis multos*, id est, multo plures homines, neque enim plures justificantur, quam condemnantur; *sed multo magis abundavit*. Adam quippe ex uno delicto suo reos genuit: Christus autem etiam quæ homines delicta propriæ voluntatis ad originale in quo nati sunt addiderunt, gratia sua solvit atque donavit, quod evidentius in consequentibus dicit.

Rom. 5. 15.

CAPUT XIII.

Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita & per unius justificatione in omnes homines ad justificationem vitæ...

Ibid. 18.

CAPUT XV.

Porro si propterea Christus unus est in quo omnes justificentur, quia non sola ejus imitatio justos facit, sed per spiritum regenerans gratia: propterea & Adam unus est in quo omnes peccaverunt, quia non sola ejus imitatio peccatores facit, sed per carnem generans pœna. Ob hoc etiam dictum est, *omnes & omnes*. Neque enim qui generantur per Adam, iidem ipsi omnes per Christum regenerantur: sed hoc recte dictum est, quia sicut nullius carnalis generatio nisi per Adam, sic spiritalis nullius, nisi per Christum. Nam si aliqui possent carne generari, non per Adam, & aliqui generari spiritu non per Christum, non liquide *omnes*, sive hic, sive ibi dicerentur. Eosdem autem omnes postea multos dicit; possunt quippe in aliqua re omnes esse qui pauci sunt: sed multos habet generatio carnalis, multos & spiritalis; quamvis non tam multos hæc spiritalis, quam illa carnalis. Verumtamen quemadmodum illa omnes habet homines, sic ista omnes justos homines: quia sicut nemo præter illam homo, sic nemo præter istam justus homo: & in utraque multi. *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per obedientiam unius hominis justi constituentur multi.*

Quomodo *& omnes* per Adam peccatores, *& omnes* per Christum justi. *V. infr. ad cap.* 28.

Ex

Regnum mortis quid apud Apostolum.

Antiqui sancti non pertinebant ad legis litteram, sed ad gratiam Christi venturi.

Ex eodem libro S. Augustini de peccatorum meritis & remissione, cap. 21.

CAPUT XXI. Inscrutabile cur infantes alii discedant frustrati baptismo, alii non. Per fidem ad intellectum pervenitur.

BENE autem non ait : *ira Dei* veniet super eum ; sed *manet super eum*. Ab hac quippe ira, quo omnes sub peccato sunt, de qua dicit Apostolus, *Fuimus enim & nos aliquando naturaliter filii iræ, sicut & ceteri*, nulla res liberat, nisi gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Hæc gratia cur ad illum veniat, ad illum non veniat, occulta esse causa potest, injusta non potest. *Numquid* enim *iniquitas apud Deum? absit* : Sed prius sanctarum scripturarum auctoritatibus colla subdenda sunt, ut ad intellectum per fidem quisque perveniat. Neque enim frustra dictum est : *Judicia tua sicut abyssus multa*. Cujus abyssi altitudinem veluti expaveſcens, exclamat Apostolus, *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei* ! Præmiserat quippe sententiam miræ profunditatis, dicens, *Conclusit enim Deus omnes in incredulitate, ut omnium misereatur*. Cujus profunditatis velut horrore percussus, *O altitudo*, inquit, *divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei ! quam inscrutabilia judicia ejus, & investigabiles viæ ejus? Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius illius fuit, aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum, amen*. Valde ergo parvum sensum habemus ad discutiendam justitiam judiciorum Dei ; ad discutiendam gratiam gratuitam, nullis meritis præcedentibus non iniquam, quæ non tam movet cum præstatur indignis, quam cum æque indignis aliis denegatur.

Joan. 3. 35. Ephes. 2. 3.

Rom. 9. 14.

Psal. 35. 7. Rom. 11. 33.

Nam & hi quibus videtur injustum, ut parvuli sine gratia Christi de corpore exeuntes, non solum regno Dei, quo & ipsi fatentur nisi per baptismum renatos intrare non posse, verum etiam vita æterna & salute priventur ; quærentes quomodo justum sit, ut alius ab originali impietate solvatur, alius non solvatur, cum eadem sit utriusque conditio : ipsi respondeant secundum suam sententiam, quomodo idemtidem justum sit, ut huic præstetur baptismus, quo intret in regnum Dei, illi non præstetur, cum sit utriusque par causa. Si enim movet, cur ex his duobus, cum ex æquo ambo sint originaliter peccatores, alius ab hoc vinculo solvitur, cui conceditur baptismus ; alius non solvitur, cui talis gratia non conceditur : cur non pariter movet, quod ex duobus originaliter innocentibus, alius accipit baptismum, quo in regnum Dei possit intrare ; alius non accipit, ne ad regnum Dei possit accedere? Nempe in utraque causa ad illam exclamationem reditur, *O altitudo divitiarum* ! Ex ipsis deinde baptisatis parvulis, dicatur mihi, cur alius rapitur, ne malitia mutet intellectum ejus, & alius vivit, impius futurus? Nonne si ambo reperentur, ambo in regnum cælorum ingrederentur? Et tamen non est iniquitas apud Deum. Quid, illud quem non moveat, quem non in tanta altitudine exclamare compellat, quod alii parvuli spiritu immundo vexantur, alii nihil tale patiuntur ; alii etiam in uteris matrum, sicut Jeremias, sanctificantur, cum omnes, si est originale peccatum, pariter rei sint ; si non est, pariter innocentes sint? Unde ista tanta diversitas, nisi quia inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus?

Sap. 4. 11.

Rom. 9. 14.

Jerem. 1. 5.

CAPUT XXII. Refellit eos qui putant animas ob delicta alibi commissa, in corpora meritis suis conventia detrudi, in iisque magis minusve affligi.

An forte illud jam explosum repudiatumque sentiendum est, quod animæ prius in cælesti habitatione peccantes, gradatim atque paulatim ad suorum meritorum corpora veniant, ac pro ante gesta vita magis minusve corporeis pestibus affligantur? Cui opinioni quamvis sancta Scriptura apertissime contradicat, quæ cum gratiam commendaret ; *Nondum*, inquit, *natis, nec qui aliquid egerant boni aut mali, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quod major serviet minori* : nec ipsi tamen qui hoc sentiunt, evadunt hujus quæstionis angustias, sed in eis coartati & hærentes, similiter, *O altitudo*, exclamare coguntur. Unde enim fit ut homo ab ineunti pueritia modestior, ingeniosior, temperantior, ex magna parte libinum victor, qui oderit avaritiam, luxuriam detestetur, atque ad virtutes ceteras provectior aptiorque consurgat, & tamen eo loco sit, ubi ei prædicari gratia Christiana non possit? *Quomodo* enim *invocabunt in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autem audient sine prædicante*? Alius autem tardus ingenio, libidinibus deditus, flagitiis & facinoribus coopertus, ita gubernetur, ut audiat. credat, baptizetur, rapiatur, aut si detentus hic fuerit, laudabiliter hic vivat? Ubi duo isti tam diversa merita contraxerunt, non dico, ut iste credat, ille non credat, quod est propriæ voluntatis ; sed ut iste audiet quod credat, ille non audiat ; hoc enim non est in hominis potestate : ubi, inquam, hæc tam diversa merita contraxerunt? Si in cælo egerunt aliquam vitam, ut pro suis actibus propellerentur vel laberentur in terras, congruisque suæ ante actæ vitæ corporeis receptaculis tenerentur : ille utique melius ante hoc mortale corpus vixisse credendus est, qui eo non multum meruit prægravari, ut & bonum haberet ingenium, & concupiscentiis ejus mitioribus urgeretur, quas posset facile superare ; & tamen eam sibi gratiam non meruit prædicari, qua sola posset a secundæ mortis pernicie liberari. Ille autem pro meritis deterioribus, sicut putant, graviori corpori implicitus, & ob hoc cordis obtusi cum carnis illecebris ardentissima cupidine vinceretur, & per nequissimam vitam peccatis pristinis, quibus ad hoc venire meruerat, addere pejora terrena ; aut in cruce tamen audivit, *Hodie mecum eris in paradiso* ; aut alicui cohæsit Apostolo, cujus prædicatione mutatus, & per lavacrum regenerationis salvus effectus est : ut ubi abundavit peccatum, superabundaret gratia. Quid hinc respondeant, omnino non video, qui humanis conjecturis justitiam Dei defendere, & ignorantes altitudinem gratiæ, fabulas improbabiles texuerunt.

Rom. 10. 14.

Luc. 23. 43.

Cedamus igitur & consentiamus auctoritati sanctæ scripturæ quæ nescit falli nec fallere, & sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni vel mali egisse non credimus, ita omnes sub peccato esse, quod per unum hominem intravit in mundum, & per omnes homines pertransiit, a quo non liberat nisi gratia Dei per Dominum nostrum Jesum Christum, minime dubitemus. *Cujus medicinalis adventus non est opus sanis, sed ægrotantibus : quia non venit vocare justos, sed peccatores : in cujus regnum non intrabit nisi qui renatus fuerit

*CAPUT XXIII.

ex

ex aqua & Spiritu, nec præter regnum ejus salutem ac vitam possidebit æternam. Quoniam qui non manducaverit carnem ejus; & qui incredulus est Filio, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum. Ab hoc peccato, ab hac ægritudine, ab hac ira Dei, cujus naturaliter filii sunt, qui etiam si per ætatem non habent proprium, trahunt tamen originale peccatum, non liberat nisi Agnus Dei qui tollit peccata mundi, non nisi Medicus qui non venit propter sanos, sed propter ægrotos, non nisi Salvator, de quo dictum est generi humano, *Natus est vobis hodie Salvator*: non nisi Redemtor, cujus sanguine deletur debitum nostrum. Nam quis audeat dicere, non esse Christum infantium salvatorem nec redemtorem? Unde autem salvos facit, si nulla in eis est originalis ægritudo peccati? Unde redimit, si non sunt per originem primi hominis venumdati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio, præter baptismum Christi, salus æterna promittatur infantibus, quam non promittit scriptura divina, humanis omnibus ingeniis præferenda.

Luc. 2. 11. Christus etiam infantium Salvator & Redemtor.

Ex eodem libro primo de peccatorum meritis & remissione. Cap. 25.

Deus quomodo omnem hominem illuminet. 1. *Joan.* 9. Aliter Deus, aliter homo docet. 1. *Cor.* 3. 7.

ITAQUE illud quod in Evangelio positum est, *Erat lumen verum, quod illuminat omnem venientem in hunc mundum*, ideo dictum est, quia nullus hominum illuminatur nisi illo lumine veritatis, quod Deus est: ne quisquam putaret ab eo se illuminari, a quo audit ut discat, non dico, si quemquam magnum hominem, sed nec si angelum ei contingat habere doctorem. Adhibetur enim sermo veritatis extrinsecus vocis ministerio corporalis, verumtamen, *neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus*. Audit quippe homo dicentem vel hominem vel angelum; sed ut sentiat & cognoscat verum esse quod dicitur, illo lumine intus mens ejus adspergitur, quod æternum manet, quod etiam in tenebris lucet. Sed sicut sol iste a cæcis, quamvis eos suis radiis quodam modo vestiat, sic ab stultitiæ tenebris non comprehenditur.

Sol sapientiæ ubique lucet, sed a stultis non videtur.

Cur autem cum dixisset, *quod illuminat omnem hominem*; addiderit, *venientem in hunc mundum*: unde hæc opinio nata est, quod in exortu corporali ab utero matris recentissimo illuminet mentes nascentium parvulorum: quamvis in Græco ita sit positum, ut possit etiam intelligi lumen ipsum veniens in hunc mundum: tamen si hominem venientem in hunc mundum, necesse est accipi, aut simpliciter dictum arbitror, sicut multa in Scripturis, reperiuntur, quibus etiam detractis nihil sententiæ minuatur; aut si propter aliquam distinctionem additum esse credendum est, fortasse hoc dictum est, ad discernendam spiritalem illuminationem ab ista corporali, quæ sive per cæli luminaria, sive quibusque ignibus illuminat oculos carnis; ut hominem interiorem dixerit venientem in hunc mundum, quia exterior corporeus est, sicut hic mundus; tamquam diceret, Illuminat omnem hominem venientem in corpus, secundum illud quod scriptum est: *Sortitus sum animam bonam, & veni in corpus incoinquinatum*. Aut ergo sic dictum est, si distinctionis alicujus gratia dictum est, *Illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*; tamquam dictum esset; Illuminat omnem interiorem hominem; quia homo interior cum veraciter fit sapiens, non nisi ab illo illuminatur qui est lumen verum: aut si rationem ipsam, qua humana anima rationalis appellatur, quæ ratio adhuc velut quieta & quasi sopita, tamen insita & quodam modo inseminata in parvulis latet, illuminationem voluit appellare, tamquam interioris oculi creationem; non resistendum est, tunc eam fieri, cum anima creatur, & non absurde hoc intelligi, cum homo venit in mundum. Verumtamen etiam ipse, quamvis jam creatus oculus, necesse est in tenebris maneat, si non credat in eum qui dixit, *Ego lux in sæculum veni, ut omnis qui credit in me non maneat in tenebris*. Quod per sacramentum baptismatis in parvulis fieri non dubitat mater Ecclesia, quæ cor & os maternum eis præstat, ut sacris mysteriis imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad justitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tamen eos quisquam fidelium fideles appellare cunctatur, quod a credendo utique nomen est: quamvis hoc non ipsi, sed alii pro eis inter sacramenta responderit.

ἐρχόμενον.

Sap. 8. 19.

Joan. 12. 46.

Rom. 10. 10.

Ex eodem libro primo de peccatorum meritis & remissione, cap. 28.

CAPUT XXVIII. Colligit omnes egere morte Christi, ut salventur. 1. *Pet.* 1. 5.

QUÆ cum ita sint, neminem umquam eorum, qui ad Christum accesserunt per baptismum, sana fides & sana doctrina putavit exceptum a gratia remissionis peccatorum, nec esse posse alicui præter regnum ejus, æternam salutem. Hæc enim parata est revelari in tempore novissimo, hoc est in resurrectione mortuorum, pertinentium non ad mortem æternam, quæ secunda mors appellatur, sed ad vitam æternam, quam promittit non mendax Deus sanctis & fidelibus suis, cujus vitæ participes omnes non vivificabuntur nisi in Christo, sicut in Adam omnes moriuntur. Quemadmodum enim omnes omnino pertinentes ad generationem voluntatis carnis non moriuntur, nisi in Adam in quo omnes peccaverunt; sic ex his omnes omnino pertinentes ad regenerationem voluntatis spiritus, non vivificantur, nisi in Christo, in quo omnes justificantur. Quia sicut per unum omnes ad condemnationem, sic per unum omnes ad justificationem. Nec est ullus ulli medius locus, ut possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. Hinc & ipse Dominus volens auferre de cordibus male credentium istam nescio quam medietatem, quam conantur quidam parvulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentiæ sint in vita æterna, sed quia non sunt baptizati non sint cum Christo in regno ejus, definitivam protulit ad hæc ora obstruenda sententiam, ubi ait: *Qui mecum non est, adversum me est*. Constitue igitur quemlibet parvulum: si jam cum Christo est, ut quid baptizatur? Si autem, quod habet veritas, ideo baptizatur, ut sit cum Christo, adversus Christum est; neque enim ejus tam manifestam debemus aut possumus infirmare vel immutare sententiam. Unde igitur adversus Christum, si non ex peccato, neque enim ex corpore & anima, quæ utraque Dei creatura est. Porro si ex peccato, quod

1. *Cor.* 15. 22.

Rom. 5. 18.

Parvuli non baptizati, ubi futuri.

Matth. 12. 30.

quod in illa ætate, nisi originale & antiquum? Una est quippe caro peccati, in qua omnes ad damnationem nascuntur, & una est caro in similitudine carnis peccati, per quam omnes a damnatione liberantur. Nec ita dictum est omnes, velut quicumque nascuntur in carne peccati, iidem ipsi omnes mundari intelligantur per carnem similem carnis peccati, *non enim omnium est fides*. sed omnes pertinentes ad generationem connubii carnalis, non nascuntur nisi in carne peccati, & omnes pertinentes ad generationem connubii spiritalis non mundantur, nisi per carnem similem carnis peccati: hoc est, illi per Adam ad condemnationem, isti per Christum ad justificationem. Tamquam si dicamus, verbi gratia, una est obstetrix in hac civitate, quæ omnes excipit, & unus est hic litterarum magister, qui omnes docet: neque ibi intelligi possunt omnes, nisi qui nascuntur, neque hic omnes, nisi qui discunt: non tamen omnes qui nascuntur, litteras discunt. Sed cuivis claret, quod & illic recte dictum est, omnes excipit, præter cujus manus nemo nascitur; & hic recte dictum est, omnes docet, præter cujus magisterium nemo discit.

Quomodo omnes per Adam ad condamnationem, & omnes per Christum ad justificationem. 2 *Thess.* 3. 2. *Vide Aug. hoc lib. c.* 15. *& lib de nat. & grat. c.* 41 *& de nupt & concup. lib.* 2. *c.* 27. *& lib.* 4. *contra Julian. c.* 8. *& lib.* 6. *c.* 24. *& lib. de prædest. Sanct. c.* 8. *& Ep.* 217. 6. 6. *n.* 19.

Ex libro secundo ejusdem de peccatorum meritis & remissione, cap. 17. 18. 19. *&* 29.

Adversus superbiam divina medicina.

NULLIUS proinde culpæ humanæ in Deum referas causam. Vitiorum namque omnium humanorum causa superbia est. Ad hanc convincendam atque auferendam talis medicina cælitus venit: ad elatum hominem per superbiam, Deus humilis descendit & misericordiam, gratiam claram manifestamque commendans in ipso homine, quem tanta præ participibus suis charitate suscepit. Neque enim & ipse ita Verbo Dei conjunctus, ut ipsa conjunctione unus filius Dei, & idem ipse unus filius hominis fieret, præcedentibus suævoluntatis meritis fecit. Unum quippe illum esse oportebat: essent autem & duo, & tres, & plures, si hoc fieri posset, non per Dei proprium donum, sed per hominis liberum arbitrium. Hoc ergo præcipue commendatur, hoc in sapientiæ atque scientiæ thesauris in Christo absconditis, quatum existimare audeo, præcipue docetur & discitur. Ideo quisque nostrum bonum opus suscipere, agere, implere, nunc scit, nunc nescit, nunc delectatur, nunc non delectatur, ut noverit non suæ facultatis, sed divini muneris esse vel quod scit, vel quod delectatur: ac sic ab elationis vanitate sanetur, & sciat quam vere non de terra ista, sed spiritaliter dictum sit, *Dominus dabit suavitatem, & terra nostra dabit fructum suum*. Tanto autem magis delectat opus bonum, quanto magis diligitur Deus, summum atque incommutabile bonum, & auctor qualiumcumque bonorum omnium. Ut autem diligatur Deus, *charitas* ejus *diffusa est in cordibus nostris*, non per nos, sed *per Spiritum sanctum qui datus est nobis*.

Gratia in Christo claruit.

Qui fiat ut justitia nunc magis minusve delectet. *V. hoc lib. c.* 19. *& lib. de nat. & grat. c.* 27. *&* 28. *& de correp & grat. c.* 9. *Ps.* 84. 13. *Rom.* 5. 5.

CAPUT XVIII.

Voluntas bona a Deo. 1. *Cor.* 4. 7. *V. Aug. lib. de grat. Chr. c.* 47.

SED laborant homines invenire in nostra voluntate, quid boni sit nostrum quod nobis non sit ex Deo: & quomodo inveniri possit ignoro. Excepto enim quod Apostolus ait, cum de bonis hominum loqueretur, *Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?* Ipsa etiam ratio, quæ de iis rebus a talibus quales sumus, iniri potest, quemlibet nostrum quærentem vehementer angustat, ne sic defendamus gratiam, ut liberum arbitrium auferre videamur; rursus ne liberum sic asseramus arbitrium, ut superba impietate ingrati Dei gratiæ judicemur. *& lib. de grat. & lib. arb. c.* 1

Effugium Pelagianorum.

Namque illud Apostoli quod commemoravi sic defendere quidam voluerunt, ut dicerent; *ideo quidquid etiam bonæ voluntatis habet homo, Deo tribuendum esse, quia & hoc in illo esse non posset, si homo ipse non esset: cum vero ut sit aliquid atque homo sit, non habeat nisi a Deo, cur non auctori Deo tribuatur etiam quidquid in illo est bonæ voluntatis, quod non esset, nisi esset in quo esset?* Sed hoc modo etiam illud dici potest, malam quoque voluntatem Deo auctori tribuendam: quia nec ipsa esse posset in homine, nisi homo esset in quo esset; ut autem homo sit, Deus auctor est: ita & ejus malæ voluntatis, quæ nisi hominem haberet ubi esset, esse omnino non posset, quod nefas est dicere.

Liberum arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectitur.

Quapropter nisi obtineamus, non solum voluntatis arbitrium, quod huc atque illuc liberum flectitur; atque in eis naturalibus bonis est, quibus & male uti malus potest; sed etiam voluntatem bonam, quæ jam in eis bonis est quorum esse usus non potest malus, nisi ex Deo nobis esse non posse, nescio quemadmodum defendamus quod dictum est: *Quid enim habes quod non accepisti?* Nam si nobis libera quædam voluntas ex Deo est, quæ adhuc potest esse vel bona vel mala, bona vero voluntas ex nobis est; melius est id quod a nobis, quam quod ab illo est. Quod si absurdissime dicitur, oportet fateantur etiam bonam voluntatem nos divinitus adipisci: Quamquam voluntas mirum si potest in medio quodam ita consistere, ut nec bona nec mala sit. Aut enim justitiam diligimus, & bona est; & si magis diligimus, magis bona, si minus; minus bona est; aut si omnino non diligimus, non bona est. Quis vero dubitet dicere voluntatem nullo modo justitiam diligentem, non modo esse malam, sed etiam pessimam voluntatem? Si ergo voluntas aut bona est, aut mala, & utique malam non habemus ex Deo; restat ut bonam voluntatem habeamus ex Deo: alioquin nescio, cum ab eo justificamur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Et hinc scriptum arbitror; *Paratur voluntas a Domino*, Et in Psalmis, *A Domino gressus hominis dirigentur; & viam ejus volet*. Et quod Apostolus ait, *Deus est enim qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate*.

Bona quædam quorum usus esse non potest malus. 1. *Cor.* 4. 7.

Voluntas omnis aut bona, quæ justitiam diligit; aut mala, quæ non diligit.

Prov. 8. 35 *Ps.* 36. 23. *Phil.* 2. 13.

Quocirca quoniam quod a Deo nos avertimus nostrum est, & hæc est voluntas mala; quod vero ad Deum nos convertimus, nisi ipso excitante atque adjuvante non possumus, & hæc est voluntas bona; quid habemus quod non accepimus? Si autem accepimus? quid gloriamus, quasi non acceperimus? Ac per hoc, *ut qui gloriatur in Domino glorietur*, quibus hoc Deus donare voluerit, ejus misericordiæ est, non meriti illorum: quibus autem noluerit, veritatis est. Justa namque peccatoribus pœna debetur, quoniam *misericordiam & veritatem diligit Dominus Deus*: & *misericordia & veritas occurrerunt sibi*: & *universæ viæ Domini misericordia & veritas*. Et quis explicet, quam crebro hæc duo conjuncta divina scriptura commemoret? Aliquando etiam mutatis nominibus, ut gratia pro misericordia ponatur: unde est, Et *vidimus gloriam*

1. *Cor.* 1. 31

Ps. 83. 12. *Ps.* 84. 11. *Ps.* 24. 10.

Joan. 1. 14.

riam ejus, gloriam quasi Unigeniti a Patre, plenum gratia & veritate. Aliquando pro veritate judicium; sicut est, *Misericordiam & judicium cantabo tibi, Domine.*

Ps. 100. 1. Cur alii convertantur, alii pro aversione sua puniantur, consilium est justitiæ occultioris penes Deum. *Matth.* 20. 9.

Quare autem illos velit convertere, illos pro aversione punire: quamquam & in beneficio tribuendo nemo juste reprehendat misericordem, & in vindicta exercenda nemo juste reprehendat veracem; sicut in illis evangelicis operariis, aliis placitam mercedem reddentem, aliis etiam non placitam largientem, nullus juste culpaverit: consilium tamen occultioris justitiæ penes ipsum est. * Nos quantum concessum est sapiamus, & intelligamus, si possumus, Dominum Deum bonum ideo etiam sanctis suis alicujus operis justi aliquando non tribuere vel certam scientiam, vel victricem delectationem, ut cognoscant non a seipsis, sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebræ eorum, & suavitatem, qua det fructum suum terra eorum.

CAPUT XIX. Per gratiam & cognitio boni & delectatio.

Cum autem ab illo illius adjutorium deprecamur, ad faciendam perficiendamque justitiam, quid aliud deprecamur, quam ut aperiat quod latebat, & suave faciat quod non delectabat? quia & hoc ab illo esse deprecandum, ejus gratia didicimus, dum antea lateret; ejus gratia dilexímus, dum antea non delectaret: *ut qui gloriatur* non in se, sed *in Domino glorietur*. Extolli quippe in superbiam, propriæ voluntatis est hominum, non operis Dei: neque enim ad hoc eos compellit aut adjuvat Deus. Præcedit ergo in voluntate hominis appetitus quidam propriæ potestatis, ut fiat inobediens per superbiam. Hic autem appetitus, etiam si non esset, nihil molestum esset, & cum hoc voluit homo, sine difficultate noluisset: secutum est autem ex debita justa pœna tale vitium, ut jam molestum esset obedire justitiæ. Quod vitium nisi adjuvante gratia superetur, ad justitiam nemo convertitur, nisi operante gratia sanetur, justitiæ pace nemo perfruitur: Cujus autem gratia vincitur & sanatur; nisi illius cui dicitur, *Converte nos Deus salutatum nostrarum, & averte iram tuam a nobis?* Quod & si facit, misericordia facit, ut dicatur, *Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis.* Et quibus non facit, judicio non facit. Et quis dicet illi, Quid fecisti, cui misericordia & judicium pia sanctorum mente cantatur? Idcirco etiam sanctos & fideles suos in aliquibus vitiis tardius sanat, ut in his eos minus quam implendæ ex omni parte justitiæ sufficit delectet bonum, sive cum latet, sive cum etiam manifestum est: ut quantum pertinet ad integerrimam regulam veritatis ejus, non justificetur in conspectu ejus omnis vivens. Nec in eo ipso vult nos damnabiles esse, sed humiles, commendans nobis eamdem gratiam suam: ne facilitatem in omnibus assecuti, nostrum putemus esse quod ejus est: qui error multum est religionis pietatique contrarius. Nec ideo tamen in eisdem vitiis nobis permanendum esse existimemus, sed adversus ipsam maxime superbiam, propter quam in eis humiliamur, & nos vigilanter conemur, & ipsum deprecemur ardenter, simul intelligentes, & quod sic conamur, & quod sic deprecamur, dono illius nos habere: ut in omnibus non ad nos respicientes, sed sursum cor habentes, Domino Deo nostro gratias agamus, & cum gloriamur, in illo gloriemur.

Auxilium gratiæ necessarium.

Ps. 84. 5.

Ps. 102. 10 Misericordia datur, vel judicio non datur.

Ps. 142. 2.

Contra superbiam imprimis vigilandum.

Ex eodem libro secundo de peccatorum meritis & remissionem, cap. 29.

CAPUT XXIX. Omnes prædestinati per unum mediatorem Christum, & per unam eamdemque fidem salvantur. *V. Aug. epist.* 157. *ad Hilarium n.* 14.

QUÆ cum ita sint, ex quo per unum hominem peccatum intravit in hunc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, usque in finem carnalis hujus generationis & corruptibilis sæculi, cujus filii generant & generantur, nullo exsistente homine de quo in hac vita constituto veraciter dici possit, quod nullum habeat omnino peccatum, excepto uno Mediatore, qui nos Creatori nostro per remissionem reconciliat peccatorum: idem ipse Dominus noster hanc suam medelam nullis generis humani temporibus ante ultimum futurum adhuc judicium denegavit eis, quos per certissimam præscientiam, & futuram beneficentiam secum regnaturos in vitam prædestinavit æternam. Namque ante nativitatem carnis infirmitatemque passionis & virtutem resurrectionis suæ, earum rerum futurarum fide eos qui tunc fuerant, informabat ad hereditatem salutis æternæ, quarum rerum præsentium fide informavit eos, qui cum gererentur aderant, atque impleri prædicta cernebant, quarum etiam præteritarum fide qui postea fuerunt, & nos ipsos, & qui deinde futuri sunt, informare non cessat. Una ergo fides est quæ omnes salvos facit, qui ex carnali generatione spiritaliter renascuntur, terminata in eo, qui venit pro nobis judicari & mori judex vivorum & mortuorum. Sed hujus unius fidei pro significationis opportunitate per varia tempora sacramenta variata sunt.

Parvulorum quoque salvator Christus. *Luc.* 2. 11. *Matt.* 1. 21.

Idem ipse itaque Salvator est parvulorum atque majorum, de quo dixerunt Angeli, *Natus est vobis hodie Salvator:* & de quo dictum est ad virginem Mariam; *Vocabis nomen ejus, Jesum, ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum:* ubi aperte demonstratum est, eum hoc nomine quo appellatus est Jesus, propter salutem quam nobis tribuit, nominari: Jesus quippe Latine Salvator est. Quis est igitur qui audeat dicere Dominum Christum tantum majoribus non etiam parvulis esse Jesum? qui venit in similitudine carnis peccati, ut evacuaret corpus peccati, in quo infirmissimo nulli usui congruis vel idoneis infantilibus membris, anima rationalis miserabili ignorantia prægravatur. Quam plane ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo Verbum caro factum est, ut habitaret in nobis, nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo parvulo fuerim suspicatus, quam videmus in parvulis. Per hanc enim etiam, cum motibus irrationabilibus perturbantur, nulla ratione, nullo imperio, sed dolore aliquando, vel doloris terrore cohibentur: ut omnino videas illius inobedientiæ filios quæ movetur in membris repugnans legi mentis, nec cum vult ratio, conquiescit: verum & ipsa sæpe vel dolore corporis, tamquam vapulando compescitur, vel pavescendo, vel tali aliquo animi motu, non tamen voluntate præcipiente comprimitur. Sed quia in eo erat similitudo carnis peccati, mutationes etiam ætatum perpeti voluit ab ipsa exorsus infantia, ut ad mortem videatur etiam senescendo illa caro pervenire potuisse, nisi juvenis fuisset occisus. Quæ tamen mors in carne peccati

Christus etiam infans ignorantia caruit & animi infirmitate.

Christi caro senescendo ad mortem etiam ventura fuisse videtur.

ti inobedientiæ debita redditur, in similitudine autem carnis peccati obedientiæ voluntate susceptæ est. Ad eam quippe iturus eamque pas-
Joan.14.30. surus hoc ait: *Ecce venit princeps mundi hujus, & in me nihil inveniet: sed ut sciant omnes quia voluntatem Patris mei facio, surgite, eamus hinc.* His dictis perrexit ad indebitam mortem, factus obediens usque ad mortem.

Tom.5.nov. edit.op.Aug. p.1510. *Ex fragmento sermonis contra Pelagianos, in Eugypii Tomo 2. cap. 287. aut 288. num. 4. & 5.*

Præcepto liberum arbitrium, oratione auxilium gratiæ necessarium ostenditur.

ERgo, fratres, quando præcipitur, agnoscite voluntatis arbitrium: quando oratur quod præcipitur, agnoscite gratiæ beneficium. Utrumque enim in Scripturis habes: & præcipitur & oratur; quod præcipitur, hoc oratur. Videte quod dico. Præcipitur ut intelligemus. Quomodo præcipitur ut intelligamus?
Psal. 31. 9 *Nolite esse sicut equus & mulus non habentes intellectum.* Audisti quia jussum est: pete, ut possis implere quod jussum est. Quomodo, inquis, peto? Audi Scripturam. Quid tibi jussum est? *Nolite esse sicut equus & mulus, non habentes intellectum.* Quia jussum est, agnovisti voluntatem: audi quia oratur, ut agnoscas gra-
Ps.118.72. tiam. *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.* Jussum est ut habeamus sapientiam: quia jussum est lege. Ubi legis, inquit? Audite:
Psal.93.8. *Qui insipientes estis in populo & stulti, aliquando sapite.* Jam ille quid dicit? Vides quomodo nobis præcepit Deus ut sapiamus. Ego sapientia in nostra est potestate? Jam dixi, præceptum audivi, voluntatem cognovi: audi orationem, ut gratiam tu possis agnoscere. De sapientia igitur, quæ jussa est nobis, audiamus
Jacob.1.5. quid dicat apostolus Jacobus: *Si quis autem vestrum indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter.* Jubetur nobis continentia.
1.Tim.5.22. Ubi jubetur? Apostolus ad Timotheum, *Contine teipsum.* Jussio est, præceptio est; audiendum est, faciendum est: sed nisi Deus adjuvet, remanemus. Conamur quidem facere
Florus ibidem. voluntate, & nititur aliquid voluntas: non præsumat potestas, nisi adjuvetur infirmitas. Certe enim jussum est: *Contine teipsum.* Audi alium locum Scripturæ: *Et cum scirem*, inquit, *quia nemo esse potest continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus es-*
Sap.8.21. *set hoc donum.* Et quid, inquit, feci? *Adii Dominum, & deprecatus sum.* Quid opus est multa requirere, Fratres mei? Quidquid nobis jubetur, orandum est ut impleatur: sed non sic, ut dimittamus nos, & quomodo ægri jaceamus supini, & dicamus, Pluat Deus escas super facies nostras; ut prorsus nos nihil agere velimus; & cum esca compluta fuerit super os nostrum, dicamus etiam, Deus glutiat de nobis. Aliquid & nos agere debemus, studere debemus, conari debemus, & in eo gratias agere, in quo potuerimus, in eo quod non potuerimus, orare. Quando gratias agis, caves ne damneris ingratus: quando autem quod nondum habes petis, caves ne remaneas inanis, quia impediris.

Objectio Pelagianorum.

Cogitate ergo ista, Fratres mei, quisquis ad vos accesserit, & dixerit vobis, Quid ergo nos facimus, si nihil habemus in potestate, nisi Deus det omnia? Ergo non nos coronabit Deus, sed se coronabit. Jam videtis, quia de illa vena venit: vena est, sed venenum habet, percussa est enim a serpente, sana non est. Hoc enim agit hodie satanas, quomodo per venena hæreticorum ejiciat ad Ecclesia, sicut tunc per venena serpentis ejecit de paradiso. Illum (*Pelagium*) nemo dicat absolutum esse ab episcopis: absoluta est, sed confessio, quasi correctio ipsa est absoluta. Quia ea quæ dixit ante episcopos, catholica videbantur: quæ autem scripsit in libris suis, episcopi qui absolverunt, nescierunt; & forsitan correctus est. Desperare enim de homine non debemus, qui forte fidei Catholicæ adjungi se maluit, & ad ejus gratiam auxiliumque confugit, forte hoc factum sit: tamen non hæresis est absoluta, sed homo hæresim negans.

Pelagius quomodo absolutus.

Ex libro ejusdem ad Marcellinum de Spiritu & Littera. cap. 10. n. 17.

IDEO dicit, *Ubi est ergo gloriatio tua? Ex-* *Rom.3.27.*
clusa est. Per quam legem? factorum? Non, sed per legem fidei. Sive gloriationem dixerit laudabilem, quæ in Domino est, eamque excluſam, id est, non ut abscederet pulsam, sed ut emineret expressam. Unde & exclusores dicuntur quidam artifices argentarii. Hinc Exclusores
est illud in Psalmis: *Ut excludantur ii qui pro-* *Psal.67.31*
bati sunt argento, hoc est, ut emineant qui probati sunt eloquio Domini. Nam & alibi dicitur: *Eloquia Domini eloquia casta, argen-* *Psal.11.7.*
tum igne examinatum. Sive gloriationem vitiosam de superbia venientem commemorare voluerit, eorum scilicet, qui cum sibi juste videntur vivere, ita gloriantur, quasi non acceperint: eamque non per legem factorum, sed per legem fidei dicit excluſam, id est, ejectam & abjectam; quia per legem fidei quisque cognoscit, si quid bene vivit, Dei gratia se habere, & ut perficiatur in dilectione justitiæ, non se aliud consecutarum.

Ex eodem libro, & cap. 26. & seq.

CAPUT XXVI. Quæstio in locum Apostoli, de gentibus, quæ naturaliter facere legem, eamque habere scriptam in cordibus dicuntur. *Rom.2.14.*

VIdendum est autem quomodo dicat Apostolus, *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis sunt faciunt, hi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*: ne videatur non esse certa distantia novi testamenti, quod leges suas Dominus in cordibus populi sui se scripturum esse promisit, quando quidem hoc gentes naturaliter habeant. Pertractanda igitur hæc quæstio, quæ non mediocris exorta est. Dicet enim aliquis, Si Deus hinc discernit a vetere testamento novum, quod in vetere legem suam scripsit in tabulis, in nova autem scripsit in cordibus: fidele novi testamenti unde discernuntur a gentibus quæ habent opus legis scriptum in cordibus suis quo naturaliter quæ legis sunt faciunt; quasi jam illo populo vetere potiores, qui legem accepit in tabulis, & novo populo priores, cui hoc

præstantur per testamentum novum, quod his natura jam præstitit?

Respondetur, intelligendum de fidelibus novi testamenti.

An forte eas gentes commemoravit Apostolus, scriptam in cordibus habere legem, quæ ad novum pertinent testamentum? Ad hoc enim unde venerit, intuendum est. Primo Evangelium commendans, ait: *Virtus enim Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum & Græco. Justitia enim Dei in eo revelatur ex fide in fidem, sicut scriptum est, Justus autem ex fide vivit.* Rom. 1. 16. Deinde loquitur de illis impiis, quibus propter superbiam nec cognitio Dei profuit, quia non sicut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt. Rom. 1. 21. Inde transit ad eos qui judicant, & agunt talia, qualia condemnant, nimirum propter Judæos, qui de lege Dei gloriabantur; quamvis adhuc eos nominatim non exprimat, & ideo dicit, *Ira & indignatio, tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Judæo primum & Græco. Non est enim personarum acceptio apud Deum. Quicumque enim sine lege peccaverunt, sine lege & peribunt; & quicumque in lege peccaverunt, per legem judicabuntur. Non enim auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur.* Rom. 2. 3. Ibid. 8. Ibid. 14. His verbis hoc unde agitur subjungit, & dicit, *Cum gentes quæ legem non habent naturaliter ea quæ legis sunt faciunt:* & cetera quæ jam supra commemoravi. Proinde non videtur alios hic significasse sub nomine gentium, quam eos quos nomine Græci supra significabat, cum diceret, *Judæo primum & Græco.* Rom. 1. 16. Rom. 2. 8. Porro si Evangelium *virtus Dei est in salutem omni credenti, Judæo primum & Græco;* & *ira & indignatio & tribulatio & angustia in omnem animam hominis operantis malum, Judæi primum & Græci, gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Judæo primum & Græco;* iste autem Græcus nomine gentium significatus est naturaliter quæ legis sunt facientium, & quæ scriptum habent opus legis in cordibus suis, profecto ad Evangelium pertinet gentes, quibus lex in cordibus scripta est; eis quippe credentibus virtus Dei est in salutem. Quibus autem gentibus bene operantibus gloriam & honorem pacemque promitteret, extra Evangelii gratiam constitutis? Ibidem 11. & 13. Quia enim personarum acceptio non est apud Deum, & non auditores legis, sed factores justificabuntur; ideo sive Judæus sive Græcus, hoc est, quilibet ex gentibus crediderit, salutem in Evangelio pariter habebit. *Non enim est distinctio* sicut postea dicit: *Omnes enim peccaverunt, & egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius.* Rom. 3. 23. Unde autem factorem legis Græcum justificari diceret, sine gratia Salvatoris?

Factores legis, non per opera, sed per gratiam justificantur.

Neque enim contra seipsum diceret, quod ait *factores legis justificabuntur*: tamquam per opera, non per gratiam justificentur: cum dicat gratis justificari hominem per fidem sine operibus legis, nihil aliud volens intelligi in eo quod dicit *gratis*, nisi quia justificationem opera non præcedunt. Aperte quippe alibi dicit, *Si gratia, jam non operibus; alioquin gratia jam non est gratia.* Rom. 2. 13. Rom. 3. 24. & 28. Rom. 11. 6. Rom 2. 13. Sed sic intelligendum est, *factores legis justificabuntur*, ut sciamus eos aliter non esse factores legis, nisi justificentur: ut non justificatio factoribus accedat, sed ut factores justificatio præcedat. Quid est enim aliud, justificati, quam justi facti, ab illo scilicet qui justificat impium, ut ex impio fiat justus? Si enim ita loquerémur, ut diceremus, homines liberabuntur; hoc itaque intelligeretur, eis qui jam homines essent accedere liberationem: si autem diceremus, homines creabuntur; non utique intelligeretur eos creari qui erant, sed ipsa creatione homines fieri. Ita si dictum esset, factores legis honorabuntur; non recte acciperemus nisi honorem illis qui essent factores legis accedere: cum vero dictum est, *factores legis justificabuntur;* quid aliud dictum est, quam, justi justificabuntur? factores enim legis utique justi sunt. Ac per hoc tantumdem est ac si diceretur, factores legis creabuntur, non qui erant, sed ut sint: ut sic intelligerent etiam Judæi legis auditores, indigere se gratia justificatoris, ut possint esse factores. Aut certe ita dictum est, *justificabuntur*, ac si diceretur, justi habebuntur, justi deputabuntur: sicut dictum est de quodam, *Ille autem volens se justificare*, id est, ut justus haberetur, & deputaretur. Unde aliter dicimus, Deus sanctificat sanctos suos: aliter autem, *Sanctificetur nomen tuum.* Nam illud ideo, quia ipse illos facit esse sanctos, qui non erant sancti: hoc autem ideo, ut quod semper apud se sanctum est, sanctum etiam ab hominibus habeatur, id est, sancte timeatur. Rom. 4. 5. Luc. 10. 29. Aliter sanctificantur sancti, aliter sanctificatur nomen Dei. Matth. 6. 9.

Si ergo gentes commemorans, naturaliter quæ legis sunt facientes & scriptum habentes opus legis in cordibus, illos intelligi voluit qui credunt in Christum; quia non sicut Judæi præmissa sibi lege veniunt ad fidem; non est cur eos conemur discernere ab iis quibus Dominus per Prophetam promittens testamentum novum, dixit leges suas se scripturum in cordibus eorum; quia & ipsi per insertionem, quam oleastro præstitam dicit, ad eamdem oleam, hoc est ad eumdem Dei populum pertinent: potiusque concordat prophetico etiam hoc apostolicum testimonium, ut hoc sit pertinere ad testamentum novum, legem Dei habere non in tabulis, sed in cordibus scriptam, hoc est, in intimo affectu justitiam legis amplecti, ubi fides per dilectionem operatur. *Quia ex fide justificat gentes Deus:* Quod *scriptura prævidens, prænuntiavit Abrahæ, dicens, In semine tuo benedicentur omnes gentes:* ut per hanc promissionis gratiam olivæ insereretur oleaster, & fierent fideles gentes filii Abrahæ. *in semine Abrahæ, quod est Christus*, sectantes ejus fidem, qui non accepta in tabulis lege, nondumque habens ipsam circumcisionem, *credidit Deo, & deputatum est illi ad justitiam.* Ac sic tale erit hoc quod de ejusmodi gentibus dixit Apostolus, quod *opus legis scriptum habeant in cordibus suis;* quale est illud ad Corinthios, *non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus.* Ita enim fiunt de domo Israel, cum præputium eorum in circumcisionem deputatur, eo quod justitiam legis non præcisione carnis ostendunt, sed cordis charitate custodiunt: quoniam *si præputium justitias legis custodiat, nonne præputium ejus*, inquit, *in circumcisionem deputabitur?* Et propterea in domo veri Israel in quo dolus non est, participes sunt testamenti novi, quia dat Deus legem in mentes ipsorum, & in cordibus eorum scribit eas digito suo, Spiritu sancto, quo ibi diffunditur caritas, quæ legis est plenitudo. Quomodo locus Apostoli cum loco Propheræ concordat. Jerem. 31. 33. Rom. 11. 24. Gal. 5. 6. Gal. 3. 8. Gen. 22. 18. Gal. 3. 16. Gen. 15. 6. Rom. 4. 3. Rom. 2. 15. 2. Cor. 3. 3. Rom. 2. 26. Joan. 1. 47. Rom. 5. 5. Rom. 13. 10.

Nec

CAPUT XXVII. Legem fieri naturaliter, idem quod secundum naturam gratia reparatam.

Nec moveat quod *naturaliter* eos dixit, *quæ legis sunt facere*, non spiritu Dei, non fide, non gratia. Hoc enim agit spiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua naturaliter facti sumus, instauret in nobis. Vitium quippe contra naturam est, quod utique sanat gratia propter quam Deo dicitur, *Miserere mei, sana animam meam, quoniam peccavi tibi*. Proinde naturaliter homines quæ legis sunt faciunt: qui enim hoc non faciunt, vitio suo non faciunt. Quo vitio lex Dei est deleta de cordibus: ac per hoc, vitio sanato, cum illic scribitur, fiunt quæ legis sunt naturaliter: non quod per naturam negata sit gratia, sed potius per gratiam reparata natura. *Per unum* quippe *hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransivit, in quo omnes peccaverunt*: & ideo quia *non est distinctio, egent gloria Dei, justificati gratis per gratiam ipsius*. Qua gratia in interiore homine renovato justitia scribitur, quam culpa deleverat, & hæc misericordia super genus humanum per Jesum Christum Dominum nostrum, *Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Jesus*.

Rom. 2. 14. Psal. 40. 5. Rom. 5. 12. Rom. 3. 22. 1. Tom. 2. 5.

Et si Apostolus illic de infidelibus intelligatur, non tollitur data differentia novi Testamenti, V. *lib.* 4. *contra Julian. c.* 3.

Si autem hi qui naturaliter quæ legis sunt faciunt, nondum sunt habendi in numero eorum quos Christi justificat gratia, sed in eorum potius, quorum etiam impiorum, nec Deum verum veraciter justeque colentium, quædam tamen facta vel legimus, vel novimus vel audimus, quæ secundum justitiæ regulam non solum vituperare non possumus, verum etiam merito recteque laudamus: quamquam si discutiantur quo fine fiant, vix inveniantur quæ justitiæ debitam laudem defensionemque mereantur: * verumtamen quia non usque adeo in anima humana imago Dei terrenorum affectuum labe detrita est, ut nulla in ea velut lineamenta extrema remanserint, unde merito dici possit etiam in ipsa impietate vitæ suæ facere aliqua legis vel sapere; si hoc est quod dictum est, quia *gentes quæ legem non habent*, hoc est, legem Dei, *naturaliter quæ legis sunt faciunt*, & quia *hujusmodi homines ipsi sibi sunt lex, & scriptum opus legis habent in cordibus suis*, id est, non omnino modo deletum est, quod ibi per imaginem Dei cum crearentur impressum est: etiam sic illa differentia non perturbabitur, qua distat a vetere testamentum novum, eo quod per novum scribitur lex Dei in corde fidelium, quæ per vetus in tabulis scripta est. Hoc enim illic scribitur per renovationem, quod non omni modo deletum est per vetustatem. Nam sicut ipsa imago Dei renovatur in mente credentium per testamentum novum, quam non penitus impietas aboleverat; nam remanserat utique id quod anima hominis nisi rationalis esse non potest: ita etiam ibi lex Dei non ex omni parte deleta per injustitiam, profecto scribitur renovata per gratiam. Nec istam inscriptionem, quæ justificatio est, poterat efficere in Judæis lex in tabulis scripta, sed solum prævaricationem. Nam & ipsi homines erant, & vis illa naturæ inerat eis, qua legitimum aliquid anima rationalis & sentit & facit: sed pietas quæ in aliam vitam transfert beatam & æternam, legem habet immaculatam, convertentem animas, ut ex illo lumine renoventur, fiatque in eis, *Signatum est super nos lumen vultus tui, Domine*. Unde aversi obsolescere meruerunt: renovari autem nisi gratia Christiana, hoc est, nisi Mediatoris intercessione non possunt. *Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, qui dedit semetipsum redemptionem pro omnibus*. A cujus gratia si alieni sunt illi, de quibus agimus, qui secundum illum modum, de quo superius satis diximus, *naturaliter quæ legis sunt faciunt*; quid eis proderunt *excusantes cogitationes, in die qua judicabit Deus occulta hominum*, nisi forte ut mitius puniantur? Sicut enim non impediunt a vita æterna justum quædam peccata venialia, sine quibus hæc vita non ducitur; sic ad salutem æternam nihil prosunt impio aliqua bona opera, sine quibus difficillime vita cujuslibet pessimi hominis invenitur. Verumtamen sicut in regno Dei velut stella ab stella in gloria differunt sancti; sic & in damnatione pœnæ sempiternæ tolerabilius erit Sodomæ quam alteri civitati, & erunt quidam dublo amplius quibusdam gehennæ filii: ita nec illud in judicio Dei vacabit, quod in ipsa impietate damnabili magis alius alio minusve peccaverit.

Rom. 2. 14. Peccata venialia. 1. Cor. 15. 41. Luc. 10. 12.

Quid ergo hinc Apostolus efficere voluit, quod jactantiam cohibens Judæorum, cum dixisset, *Non auditores legis justi sunt apud Deum, sed factores legis justificabuntur*; continuo subjecit de his qui *legem non habentes, naturaliter quæ legis sunt faciunt*: si non illi sunt intelligendi, qui pertinent ad gratiam Mediatoris, sed illi potius, qui cum Deum verum vera pietate non colant, habent tamen quædam opera bona in vita impia! An forte hoc ipso probandum credidit, quod supra dixerat, quia *non est personarum acceptio apud Deum*; & quod postea dixit, quia *non Judæorum est Deus tantum, sed & gentium*: quod quantulacumque legis opera naturaliter insita non invenirentur in eis, qui legem non acceperunt, nisi ex reliquiis imaginis Dei; quam non contemnit cum in eum credunt, apud quem non est acceptio personarum? Sed quodlibet horum accipiatur, constat gratiam Dei promissam esse testamento novo etiam per Prophetam: eamdemque gratiam in eo definitam, ut scribantur leges Dei in cordibus hominum, perveniantque ad eam cognitione Dei, ubi non docebit unusquisque civem suum vel fratrem suum, dicens, Cognosce Deum, quia omnes cognoscent eum a minore usque ad majorem eorum. Hoc donum Spiritus-sancti est, quo diffunditur charitas in cordibus nostris: charitas non quælibet, sed charitas Dei de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta, ex qua justus in hac peregrinatione vivens, ad speciem quoque perducitur post speculum & ænigma, & quidquid erat ex parte, ut facie ad faciem cognoscat, sicut & cognitus est. Unam enim petiit a Domino, & hanc requirit, ut inhabitet in domo Domini per omnes dies vitæ suæ, ad hoc ut contempletur delectationem Domini.

Ibid. 11. Rom. 3. 29. Gratia novo Testamento promissa per Prophetam. Jerem. 31. 33. Rom. 5. 5. 1. Tim. 1. 5. 1. Cor. 13. 12. Ps. 26. 4.

CAPUT XXVIII.

Nemo itaque glorietur ex eo quod videtur habere, tamquam non acceperit, aut ideo se putet accepisse, quia littera extrinsecus, vel ut legeretur apparuit, vel ut audiretur insonuit. Nam *si per legem justitia, ergo Christus gratis mortuus est*. Porro autem si non gratis mortuus est, adscendit in altum, captivam duxit captivitatem, & dedit dona hominibus: inde habet, quicumque habet. Quisquis autem inde se habere negat, aut non habet, aut id quod habet

1. Cor. 4. 7. Justitia ex dono Dei. Gal. 2. 28. Ps. 67. 19. Ephes. 4. 8. Luc. 8. 18. & 19. 26. Rom. 3. 30.

bet auferetur ab eo. *Unus* enim *Deus qui justificat circumcisionem ex fide, & præputium per fidem*: quod non ad aliquam differentiam dictum est, tamquam aliud sit *ex fide*, & aliud *per fidem*; sed ad varietatem locutionis. Alio quippe loco cum de gentibus diceret, hoc est de præputio:
Gal. 3. 8. *Prævidens*, inquit, *scriptura quia ex fide justificat gentes Deus*. Itemque cum de circumcisione lo-
Gal. 2. 15. queretur, unde erat ipse; *Nos*, inquit, *natura Judæi, & non ex gentibus peccatores, scientes quia non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi, & nos in Jesum Christum credimus*. Ecce & præputium dixit justificari ex fide, & circumcisionem per fidem, si tamen circumcisio
Rom. 9. 30. justitiam fidei teneat. Sic enim *gentes quæ non sectabantur justitiam, apprehenderunt justitiam, justitiam autem quæ ex fide est*: impetrando eam ex Deo, non ex semetipsis præsumendo. *Israel vero persequens legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit. Quare? quia non ex fide, sed tamquam ex operibus*: id est, tamquam eam per semetipsos operantes, non in se credentes operari Deum.
Philip. 2. 13. *Deus est enim qui operatur in nobis & velle & ope-*
Rom. 9. 32. *rari pro bona voluntate*. Ac per hoc *offenderunt in lapidem offensionis*. Nam quid dixerit, *quia non ex fide, sed tamquam ex operibus*: apertissime ex-
Rom. 10. 3. posuit, dicens, *Ignorantes enim Dei justitia, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti. Finis enim legis Christus ad justitiam omni credenti*. Et adhuc dubitamus quæ sint opera legis, quibus homo non justificatur, si ea tamquam sua crediderit sine adjutorio & dono Dei, quod est *ex fide Jesu Christi*? & circumcisionem ceteraque talia suspicamur, quia etiam de his sacramentis aliis in locis talia quædam leguntur? Sed hic utique non circumcisionem tamquam suam justitiam volebant constituere: quia & ipsam Deus præcipiendo constituit. Nec de illis operibus hoc intelligi potest, de quibus Dominus eis dicit, *Rejicitis mandatum Dei, ut traditiones vestras statuatis: Quia persequens*, inquit, *legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenit Israel*. Non dixit, persequens traditiones suas, id est, consectans. Hæc ergo sola distantia est, quia ipsum, *Non concupisces*, & cetera mandata ejus sancta & bona sibi tribuebant: quæ ut possit homo facere, Deus operatur in homine per fidem Jesu Christi, qui finis est ad justitiam omni credenti, id est, cui per spiritum incorporatus, factusque membrum ejus, potest quisque illo incrementum intrinsecus dante, operari justitiam:
Joan. 15. 5. de cujus operibus etiam ipse dixit, quia *sine me nihil potestis facere*.
Levit. 18. 5. Ideo quippe proponitur justitia legis, quod
Rom. 10. 5. qui fecerit eam, vivet in illa, ut cum quisque infirmitatem suam cognoverit, non per suas vires, neque per litteram ipsius legis, quod fieri non potest, sed per fidem concilians justificatorem perveniat, & faciat, & vivat in ea. Opus enim quod qui fecerit, vivet in eo, non fit nisi a justificato. Justificatio autem ex fide impe-
Ibid. 6. tratur: de qua scriptum est, *Ne dixeris in corde tuo, quis adscendit in cælum? hoc est Christum deducere: aut quis descendit in abissum? hoc est Christum a mortuis reducere. Sed quid dicit? Prope est verbum in ore tuo, & in corde tuo: hoc est*, inquit, *verbum fidei: quia si confitearis in ore tuo quia Dominus est Jesus, & credideris in corde tuo quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris*. In tantum justus in quantum salvus. Per hanc enim fidem credimus, quod etiam nos Deus a mortuis excitet: interim spiritu, ut in novitate Tit. 2. 12. ejus gratiæ temperanter & juste & pie vivamus in hoc sæculo; post etiam carne nostra ad immortalitatem resurrectura, quod est meritum spiritus, qui eam in resurrectione sibi congrua, hoc est in justificatione præcedit. *Consepulti enim* Rom. 6. 4. *sumus Christo per baptismum in mortem, ut quemadmodum Christus resurrexit a mortuis per gloriam Patris, sic & nos in novitate vitæ ambulemus*. Fide igitur Jesu Christi impetramus salutem, & quantum nobis inchoatur in re, & quantum perficienda exspectatur in spe. *Omnis* Joel. 2. 32. *enim qui invocaverit nomen Domini salvus erit*. Rom. 10. 13. *Quam multa multitudo*, ait Psalmista, *dulcedinis* Ps. 30. 20. *tuæ, Domine, quam abscondisti timentibus te, perfecisti autem sperantibus in te*! Ex lege timemus Deum, ex fide speramus in Deum: sed timentibus pœnam absconditur gratia. Sub quo timore anima laborans, quando concupiscentiam malam non vicerit, nec timor ille quasi custos severus abscesserit, per fidem confugiat ad misericordiam Dei, ut det quod jubet, atque inspirata gratiæ suavitate per Spiritum-sanctum, faciat plus delectare quod præcipit, quam delectat quod impedit. Ita multa multitudo dulcedinis ejus, hoc est, lex fidei, caritas ejus conscripta in cordibus atque diffusa, perficitur sperantibus in eum, ut anima sanata non timore pœnæ sed amore justitiæ operetur bonum.

CAPUT XXX.

Liberum ergo arbitrium evacuamus per gratiam? Absit: sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum Rom. 3. 31. arbitrium per gratiam non evacuatur, sed statuitur. Neque enim lex impletur, nisi libero arbitrio: sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ a vitio peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrii, per liberum arbitrium justitiæ dilectio, per justitiæ dilectionem legis operatio. Ac per hoc, sicut lex non evacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur: ita liberum arbitrium non evacuatur per gratiam, sed statuitur, quia gratia sanat voluntatem, qua justitia libere diligatur. Omnia hæc quæ velut catenatim connexui, habent voces suas in scripturis sanctis. Lex dicit, *Non concupisces*: Fides dicit, *Sana animam meam, quoniam peccavi tibi*. Exod. 20. 17. Gratia dicit, *Ecce sanus factus es, jam noli pec-* Ps. 40. 5. *care, ne quid tibi deterius contingat*. Sanitas di- Joan. 5. 14. cit, *Domine Deus meus exclamavi ad te, & sa-* Ps. 29. 3. *nasti me*. Liberum arbitrium dicit, *Voluntarie* Ps. 53. 8. *sacrificabo tibi*. Dilectio justitiæ dicit, *Narraverunt mihi injusti delectationes, sed non sicut lex* Ps. 118. 85. *tua, Domine*. Ut quid ergo miseri homines aut de libero arbitrio audent superbire ante quam liberentur, aut de suis viribus, si jam liberati sunt? Nec adtendunt in ipso nomine liberi arbitrii utique libertatem sonare. *Ubi* autem *spiritus Domini, ibi libertas*. Si ergo servi sunt pec- 2. Cor. 3. 17. catí, quid se jactant de libero arbitrio? *A quo* 2. Petr. 2. 19. *enim quis devictus est, huic & servus addictus est*. Si autem liberati sunt, quid se jactant velut de opere proprio, & gloriantur quasi non acceperint? An ita sunt liberi, ut nec illum velint habere Dominum, qui eis dicit, *Sine me* Joan. 15. 5. *nihil potestis facere*: &, *Si vos Filius liberaverit*, Joan. 8. 36. *tunc vere liberi eritis*?

CAPUT XXXI. Fides an sit in nostra potestate.

Quæret aliquis, utrum fides ipsa, in qua salutis vel ad salutem connexionis hujus, quam commemoravi, esse videtur exordium, in nostra

ſtra conſtituta ſit poteſtate? quod facilius videbimus, ſi prius quid ſit poteſtas aliquanto diligentius perſpexerimus. Cum enim duo quædam ſint, velle & poſſe, unde nec qui vult continuo poteſt, nec qui poteſt continuo vult; quia ſicut volumus aliquando quod non poſſumus, ſic etiam aliquando poſſumus quod nolumus: ſatis evolutis ipſis etiam vocabulis reſonat, quod ab eo quod eſt velle, voluntas; ab eo autem quod eſt poſſe, poteſtas nomen accepit. Quapropter ſicut qui vult habet voluntatem, ita poteſtatem qui poteſt. Sed ut poteſtate aliquid fiat, voluntas aderit. Neque enim dici ſolet quiſpiam poteſtate feciſſe, ſi quid fecit invitus. Quamquam ſi ſubtilius advertamus, etiam quod quiſque invitus facere cogitur, ſi facit, voluntate facit: ſed quia mallet aliud, ideo invitus, hoc eſt, nolens facere dicitur. Malo quippe aliquo facere compellitur, quod volens evitare vel a ſe removere, facit quod cogitur. Nam ſi tanta voluntas ſit, ut malit hoc non facere quam illud non pati; cogenti procul dubio reſiſtit, nec facit. Ac per hoc ſi facit; non quidem plena & libera voluntate, ſed tamen non facit niſi voluntate: quam voluntatem quia effectus conſequitur, non poſſumus dicere poteſtatem defuiſſe facienti. Si enim cogenti cedens vellet facere, nec poſſet; ei voluntatem adfuiſſe licet extortam, ſed poteſtatem defuiſſe diceremus. Cum vero ideo non faciebat, quia nolebat, erat utique poteſtas, ſed voluntas deerat, quamdiu cogenti reluctando non fecit. Hinc eſt quod etiam illi qui cogunt, vel qui ſuadent ſolent dicere, Quod habes in poteſtate quare non facis, ut hoc malo careas? Et qui omnino facere non poſſunt, quæ ideo coguntur ut faciant, quia poſſe creduntur, ſolent excuſando reſpondere & dicere, Facerem, ſi eſſet in poteſtate. Quid igitur ultra quærimus, quando quidem hanc dicimus poteſtatem, ubi voluntati adjacet facultas faciendi? Unde hoc quiſque in poteſtate habere dicitur, quod ſi vult, facit; ſi non vult, non facit.

Invitus facere quomodo quis dicitur.

An fides in poteſtate ſit.

Attende jam illud quod excutiendum poſuimus; utrum fides in poteſtate ſit? De hac enim fide nunc loquimur, quam adhibemus cum aliquid credimus, non quam damus cum aliquid pollicemur; nam & ipſa dicitur fides. Sed aliter dicimus, Non mihi habuit fidem: aliter, Non mihi ſervavit fidem. Nam illud eſt, Non credidit quod dixi: illud, Non fecit quod dixit. Secundum hanc fidem qua credimus, fideles ſumus Deo: ſecundum illam vero qua fit quod promittitur, etiam Deus ipſe fidelis eſt nobis. Hoc enim dicit Apoſtolus, *Fidelis Deus, qui non vos permittat tentari ſuper id quod poteſtis.* De illa itaque fide quærimus, utrum in poteſtate ſit, qua credimus Deo, vel credimus in Deum. Hinc enim ſcriptum eſt, *Credidit Abraham Deo, & deputatum eſt illi ad juſtitiam*: &, *Credenti in eum qui juſtificat impium, deputatur fides ejus ad juſtitiam.* Vide nunc utrum quiſque credat, ſi noluerit; aut non credat ſi voluerit. Quod ſi abſurdum eſt: quid eſt enim credere, niſi conſentire verum eſſe quod dicitur? conſenſio autem utique volentis eſt: profecto fides in poteſtate eſt. Sed ſicut Apoſtolus dicit, *Non eſt poteſtas, niſi a Deo.* Quid igitur cauſſæ eſt, cur non & de iſta nobis dicatur, *Quid enim habes quod non acceperiſti?* Nam & ut credamus Deus dedit. Nuſquam autem legimus in Scripturis ſanctis, Non eſt voluntas niſi a Deo. Et recte non ſcriptum eſt, quia verum non eſt: alioqui etiam peccatorum, quod abſit, auctor eſt Deus, ſi non eſt voluntas niſi ab illo: quoniam mala voluntas jam ſola peccatum eſt, etiam ſi deſit effectus, id eſt, ſi non habeat poteſtatem. Porro cum voluntas mala poteſtatem accipit implere quod intendit, ex judicio Dei venit, apud quem non eſt iniquitas. Punit enim etiam iſto modo; nec ideo injuſte, quia occulte. Ceterum iniquus puniri ſe ignorat, niſi cum manifeſto ſupplicio ſenſerit nolens, quantum mali ſit quod perpetravit volens. Hoc eſt quod de quibuſdam Apoſtolus ait, *Tradidit illos Deus in concupiſcentias cordis illorum, ut faciant quæ non conveniunt.* Hinc & Dominus Pilato, *Non haberes in me*, inquit, *poteſtatem, niſi data eſſet tibi de ſuper.* Sed cum poteſtas datur, non neceſſitas utique imponitur. Unde cum David Saulis occidendi poteſtatem accepiſſet, maluit parcere, quam ferire. Unde intelligimus malos accipere poteſtatem ad damnationem malæ voluntatis ſuæ, bonos autem ad probationem bonæ voluntatis ſuæ.

Fides duplex,

1. Cor. 10. 13.

Gen. 15.6. Rom. 4. 3. & 5.

Rom. 9.14.

Rom. 8.24.

Joan. 19.11

1. Reg. 24. & 26. 9.

CUM ergo fides in poteſtate ſit, quoniam cum vult quiſque credit: & cum credit, volens credit; deinde quærendum eſt, immo recolendum, quam fidem tanta conflictatione commendet Apoſtolus. Non enim quodlibet credere bonum eſt: nam unde eſt illud. *Fratres, nolite omni ſpiritui credere, ſed probate ſpiritum qui ex Deo eſt?* Nec in laudibus charitatis quod dictum eſt, *Omnia credit*, ſic accipiendum eſt, ut charitati cujuſpiam derogemus, ſi non quod audierit, ſtatim crediderit. Quid quod eadem charitas admonet, non facile de fratre mali aliquid eſſe credendum, & cum tale aliquid dicitur, hoc da ſe magis judicat pertinere ne credat. Poſtremo ipſa charitas quæ omnia credit, non omni ſpiritui credit: ac per hoc, omnia quidem credit, ſed Deo; quia non dictum eſt, Omnibus credit. Nulli itaque dubium eſt, eam fidem ab Apoſtolo commendari, qua creditur Deo.

CAPUT XXXII. Quæ fides laudanda.

1 Joan. 4.1. 1. Cor. 13.7

Sed adhuc aliquid diſcernendum eſt: quoniam & illi qui ſub lege ſunt, & timore pœnæ juſtitiam ſuam facere conantur, & ideo non faciunt Dei juſtitiam, quia charitas eam facit, quam non libet niſi quod licet, non timor, qui cogitur in opere habere quod licet, cum aliud habeat in voluntate, qua mallet, ſi fieri poſſet, licere quod non licet: & illi ergo credunt Deo nam ſi omnino non crederent, nec pœnam legis utique formidarent. Sed hanc fidem commendat Apoſtolus qui dicit, *Non enim accepiſtis ſpiritum ſervitutis iterum in timorem, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, pater.* Timor ergo ille ſervilis eſt; & ideo quamvis in illo Domino credatur, non tamen juſtitia diligitur, ſed damnatio timetur. Filii vero clamant, *Abba, pater*, quarum duarum vocum una eſt ex circumciſione, altera ex præputio, Judæi primum & Græci: *quoniam unus eſt Deus qui juſtificat circumciſionem ex fide & præputium per fidem.* Cum autem clamant, aliquid petunt: & quid petunt, niſi quod eſuriunt & ſitiunt? Et hoc quid eſt, niſi quod de illis dictum eſt, *Beati qui eſuriunt & ſitiunt juſtitiam, quoniam ipſi ſaturabuntur?* Huc ergo tranſeant qui ſub lege ſunt, ut ex ſervis filii fiant: nec ſic tamen ut ſervi eſſe deſiſtant; ſed ut tamquam filii Domino & patri liberaliter ſerviant, quia & hoc acceperunt: *dedit* enim *poteſtatem* ille Unicus, *filios Dei fieri credentibus in nomine ejus:* eoſque admonuit petere, quærere, pulſare, ut accipiant, & inveniant,

Rom. 4. 3. Fides eorum qui ſub lege ſunt, alia a fide filiorum.

Rom. 8.15. Timor ſervilis.

Rom. 2.9.

Rom. 3.30.

Matt. 5.6.

Joan. 1.12.

&

Fides in poteſtate, quia nullus credit niſi voluerit. Rom. 13.1. 1. Cor. 4.7. Omnis poteſtas, ſed non omnis voluntas a Deo.

& aperiatur eis; addens increpationem, & dicens, *Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester qui in cælis est, dabit bona petentibus se?* Cum ergo virtus peccati lex inflammaverit aculeum mortis, ut occasione accepta peccatum per mandatum operetur omnem concupiscentiam, a quo petenda est continentia, nisi ab illo qui novit bona data dare filiis suis? An forte nescit insipiens, quod nemo possit esse continens, nisi Deus det? Hoc ergo ut sciat, ipsa indiget sapientia. Cur itaque non audit Patris sui Spiritum dicentem per Apostolum Christi, vel ipsum Christum qui dicit in Evangelio suo, *Petite, & accipietis*; loquentem etiam in Apostolo suo, & dicentem, *Si quis vestrum indiget sapientia, postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur illi; postulet autem in fide, nihil hæsitans?* Hæc est fides ex qua justus vivit: hæc est fides, per quam excluditur gloriatio; sive ut * abscedat qua in nobis inflamur, sive ut emineat qua in Domino gloriamur: hæc est fides qua impetratur largitas spiritus, de quo dicitur, *Nos enim spiritu ex fide spem justitiæ expectamus*. Ubi quidem quæri adhuc potest, utrum spem justitiæ dixerit, qua sperat justitia, an qua speratur ipsa justitia: quoniam justus ex fide vivens sperat utique vitam æternam; itemque fides esuriens & sitiens justitiam renovatione de die in diem interioris hominis proficit in ea, & sperat in ea satiari in vita æterna, ubi fiet id quod in Psalmo de Deo dicitur; *Qui satiat in bonis desiderium tuum*. Hæc est fides qua salvi fiunt de quibus dicitur. *Gratia salvi facti estis per fidem; & hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Jesu in operibus bonis, quæ præparavit Deus ut in illis ambulemus*. Postremo hæc est fides, quæ per dilectionem operatur, non per timorem; non formidando pœnam, sed amando justitiam. Unde ergo ista dilectio, id est, charitas per quam fides operatur, nisi unde illam fides ipsa impetravit? Neque enim esset in nobis, quantacumque sit in nobis, nisi diffunderetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Charitas quippe Dei dicta est diffundi in cordibus nostris, non qua nos ipse diligit, sed qua nos facit dilectores suos: sicut justitia Dei, qua justi ejus munere efficimur, & Domini salus, qua nos salvos facit, & fides Jesu Christi, qua nos fideles facit. Hæc est justitia Dei, quam non solum docet per legis præceptum, verum etiam dat per spiritus donum.

Matth. 7. 11. 1.Cor. 15. 16. Rom. 7. 8. Sap. 8. 21. Matth 7. 7 Jacob. 1. 5. Rom. 1. 17. Ibid. 4. 5. Ibid. 3. 27. *V. hoc lib. c. 10. n. 17. Gal. 5. 5. 2. Cor. 4. 16. Psal. 102. 5. Ephes. 2. 8. Fides per dilectionem, non per timorem operatur. Gal. 5. 6. Rom. 5. 5. Rom. 3. 21. Psal. 3. 9. Gal. 2. 16.

CAPUT XXXIII. Voluntas credendi unde.

SED consequens est paululum quærere, utrum voluntas illa qua credimus, etiam ipsa Dei donum sit, an ex illo naturaliter insito libero adhibeatur arbitrio. Si enim dixerimus eam non esse donum Dei, metuendum est ne exsistimemus inveniisse nos aliquid, quod Apostolo increpanti & dicenti, *Quid enim habes quod non accepisti? si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* respondere possumus. Ecce habemus voluntatem credendi, quam non accepimus: ecce ubi gloriamur, quod non acceperimus. Si autem dixerimus, etiam hujusmodi voluntatem non esse nisi donum Dei, rursus metuendum est, ne infideles atque impii non immerito se velut juste excusare videantur, ideo non credidisse, quod dare illis Deus istam noluit voluntatem. Nam illud quod dictum est, *Deus est enim qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate*: jam gratiæ est, quam fides impetrat, ut possint esse hominis opera bona, quæ operatur fides per dilectionem, quæ diffunditur in corde per Spiritum sanctum qui datus est nobis. * Si natura, quare non omnibus, cum sit idem Deus omnium creator? Si dono Dei, etiam hoc quare non omnibus, cum omnes homines velit salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire.

1. Cor. 4. 7. Phil. 2. 13. *Confer. l. 2. de peccatorum meritis, c. 18. 1. Tim. 2. 4.

Prius igitur illud dicamus, & videmus utrum huic satisfaciat quæstioni, quod liberum arbitrium naturaliter adtributum a Creatore animæ rationali, illa media vir est, quæ vel intendi ad fidem, vel inclinari ad infidelitatem potest: & ideo nec istam voluntatem qua credit Deo, dici potest homo habere quam non acceperit, quando quidem vocante Deo surgit de libero arbitrio, quod naturaliter cum crearetur accepit. Vult autem Deus omnes homines salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire; non sic tamen, ut eis adimat liberum arbitrium, quo vel bene vel male utentes justissime judicentur. Quod cum fit, infideles quidem contra voluntatem Dei faciunt, cum ejus Evangelio non credunt: nec ideo tamen eam vincunt, verum se ipsos fraudant magno & summo bono, malisque pœnalibus implicant, experturi in suppliciis potestatem ejus, cujus in donis misericordiam contemserunt. Ita voluntas Dei semper invicta est: vinceretur autem, si non inveniret quid de contemptoribus faceret; aut ullo modo possent evadere quod de talibus ille constituit. Qui enim dicit, verbi gratia, Volo ut hi omnes servi mei operentur in vinea, & post labores requiescentes epulentur, ita ut quisquis eorum hoc noluerit, in pistrino semper molat: videtur quidem quicumque contemserit, contra voluntatem Domini sui facere, sed tunc eam vincet, si & pistrinum contemnens effugerit: quod nullo modo fieri potest sub Dei potestate. Unde scriptum est, *Semel locutus est Deus*, hoc est, incommutabiliter: quamquam & de unico Verbo possit intelligi. Deinde subjungens quid incommutabiliter sit locutus: *Duo hæc*, inquit, *audivi, quoniam potestas Dei est, & tibi Domine misericordia, quia tu reddes unicuique secundum opera sua*. Ille igitur reus erit ad damnationem sub potestate ejus, qui contemserit ad credendum misericordiam ejus. Quisquis autem crediderit, eique se a peccatis omnibus absolvendum, & ab omnibus vitiis sanandum, & calore ac lumine ejus accendendum illuminandumque commiserit, habebit ex ejus gratia opera bona, ex quibus etiam secundum corpus a mortis corruptione redimatur, coronetur, bonisque satietur, non temporalibus, sed æternis, supra quam petimus & intelligimus.

Liberum arbitrium media vis. Voluntas Dei semper invicta. Psal. 61. 12. Opera bona ex gratia.

Hunc ordinem tenuit Psalmus, ubi dicitur, *Benedic anima mea Dominum, & noli oblivisci omnes retributiones ejus: qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptione vitam tuam, qui coronat te in miserationem & misericordia, qui satiat in bonis desiderium tuum*. Et ne forte hæc tanta bona hujus vetustatis, hoc est, mortalitatis deformitas desperaret; *Renovabitur*, inquit, *sicut aquilæ juventus tua*. Tamquam diceret, Hæc quæ audisti ad novum hominem & ad novum pertinent testamentum. Recole mecum eadem ipsa paululum, obsecro te, & inspice delectabiliter laudem misericordiæ, hoc est, gratiæ Dei. *Benedic*, inquit, *anima mea Dominum, & noli oblivisci omnes retributiones ejus:*

Ephes. 3. 20. Psal. 102. 2. Ibid. 5.

ejus: non ait, tributiones, sed retributiones ejus, quia retribuit bona pro malis. *Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis*: hoc agitur in baptis-
Gal. 5.17. *Rom.*7.23. matis sacramento. *Qui sanat omnes languores tuos*:
Ibid. 18. hoc agitur in vita fidelis hominis, dum caro concupiscit adversus spiritum, & spiritus adversus carnem, ut non quæ volumus faciamus; dum alia lex in membris repugnat legi mentis; dum velle adjacet, perficere autem bonum non: qui languores vetustatis, si perseverante intentione proficimus, de die in diem crescente novitate sanantur,
Gal. 5. 6. *Ps.* 102. 4. ex fide quæ per dilectionem operatur. *Qui redimit de corruptione vitam tuam*: hoc fit in ultima resurrectione mortuorum. *Qui coronat te in*
Prov. 20. 8. & 9. *Matth.*16. 27. *miseratione & misericordia*: hoc fit in judicio, ubi cum rex justus sederit in throno redditurus uniquique secundum opera ejus, quis gloriabitur mundum se esse a peccato? Ideo illic necessarium fuit commemorare miserationem & misericordiam Domini, ubi jam exigi debita & reddi merita sic possent videri, & nullus esset misericordiæ locus. Coronat ergo in miseratione & misericordia, sed etiam sic secundum opera. Segregabitur enim ad
Matt. 25. 13. dexteram, cui dicatur: *Esurivi, & dedisti mihi*
*Jacob.*2.13 *manducare*: quoniam *judicium sine misericordia*;
*Matth.*5.7 sed *illi qui non fecit misericordiam. Beati autem misericordes, quoniam ipsorum miserebitur Deus.* Jam vero cum sinistri ierint in ambustionem æternam, justi autem in vitam æternam. Quia
*Matth.*25 46. *hæc est*, inquit, *vita æterna, ut cognoscant te*
*Joan.*17.3. *unum verum Deum, & quem misisti Jesum Chri-*
*Ps.*102.5. *stum*, illa cognitione, illa visione, illa contemplatione satiabitur in bonis animæ desiderium. Hoc enim solum ei sat est, ultra non habet quod ap-
*Joan.*14.8. petat, quo inhiet, quod requirat. Nam desiderio hujus satietatis ardebat qui Domino Christo ait: *Ostende nobis Patrem, & sufficit nobis*. Cui re-
*Joan.*17.3. sponsum est: *Qui me videt, videt & Patrem*. Quia ipsa est vita æterna, ut cognoscant unum verum Deum te, & quem misisti Jesum Christum. Sed si ille qui vidit Filium, vidit & Patrem, pro-
* *Hic & infra forte* vidit. fecto qui * videt Patrem, & Filium videt, & Spiritum sanctum Patris & Filii. Ita nec arbitrium liberum tollimus, & benedicit anima nostra Do-
*Ps.*102.2. *Rom.*10.3. minum, non obliviscens omnes retributiones ejus: nec ignorans Dei justitiam, suam vult constituere, sed credit in eum qui justificat impium, & vivit
*Rom.*4.5. ex fide, donec ad speciem perducatur; fide scili-
*Galat.*5.6. cet quæ per dilectionem operatur. Quæ dilectio
Rom. 5.5. diffunditur in cordibus nostris, nec per sufficientiam propriæ voluntatis, nec per litteram legis, sed per Spiritum sanctum qui datus est nobis.

CAPUT XXXIV. Voluntas credendi a Deo. HÆC disputatio, si quæstioni illi solvendæ sufficit, sufficiat. Si autem respondetur, cavendum esse ne quisquam Deo tribuendum putet peccatum,
1.*Cor.*4 7. quod admittitur per liberum arbitrium, si in eo quod dicitur, *Quid habes, quod non accepisti?* propterea etiam voluntas qua credimus, dono Dei tribuitur, quia de libero exsistit arbitrio, quod cum crearemur accepimus. Attendat & videat, non ideo tantum istam voluntatem divino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est; verum etiam quod visorum suasionibus agit Deus, ut velimus, & ut credamus, sive extrinsecus per evangelicas exhortationes, ubi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonent hominem infirmitatis suæ, ut ad gratiam justificantem credendo confugiat, sive intrinsecus, ubi nemo habet in potestate quid ei veniat in mentem, sed consentire vel dissentire propriæ voluntatis est. His ergo modis quando Deus agit cum anima rationali, ut ei credat, ne-
V. lib. 1. *ad Simplicianum, q.* 2. que enim credere potest quodlibet libero arbitrio, si nulla sit suasio vel vocatio cui credat; profecto & ipsum velle credere Deus operatur in homine, & in omnibus misericordia ejus prævenit nos: consentire autem vocationi Dei, vel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ voluntatis est. Quæ res non solum non infirmat quod dictum est,
1.*Cor.*4.7. *Quid habes quod non accepisti?* verum etiam confirmat. Accipere quippe & habere anima non potest dona, de quibus audit, nisi consentiendo: ac per hoc quid habeat, & quid accipiat Dei est: accipere autem & habere accipientis & habentis est. Jam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coartet, cur illi ita suadeatur, ut persuadeatur, illi autem non ita; duo sola occurrunt interim quæ respondere mihi placeat: *O*
*Rom.*11.33 *altitudo divitiarum! &, Numquid iniquitas apud*
*Rom.*9.14. *Deum?* Cui responso ista displicet; quærat doctiores, sed caveat ne inveniat præsumptores.

EX EPISTOLA EJUSDEM AD PAULINUM,

alias CVI. *nunc* CLXXXVI. *cap.* 1. *& seq.*

GRATIA Dei per Jesum Christum Dominum nostrum (quod fides vera & catholica tenet semper Ecclesia) pusillo cum magnis a morte primi hominis ad vitam secundi hominis transfert; non solum peccata delendo, verum etiam ad non peccandum recteque vivendum eos qui jam uti possunt voluntatis arbitrio sic adjuvando, ut nisi adjuvet, nihil pietatis atque justitiæ, sive in opere, sive etiam in ipsa voluntate habere possimus. *Deus quippe operatur in nobis, &*
Phil. 2.13. *velle & operari pro bona voluntate.*

CAPUT II. NAM quis nos nisi qui *venit quærere & salvare quod perierat*, ab illa perditionis massa & concretione discernit? Unde Apostolus interrogat,
1.*Cor.*4.7. dicens, *Quis enim te discernit?* Ubi si dixerit homo, Fides mea, voluntas mea, bonum opus meum: respondetur ei, *Quid enim habes quod*
Ibidem. *non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?* Hoc utique totum ideo, non ut homo non glorietur, sed ut qui gloriatur, in Domino glorietur; non ex operibus, ne
1.*Cor.*1.13. forte quis extollatur. Non quia bona opera frustrantur, cum Deus reddat unicuique secundum opera ejus, sitque gloria & honor, & pax omni operanti bonum: sed quia opera ex gratia, non ex
Rom. 2. 6. *Ibid.* 10. operibus gratia: quoniam fides quæ per dilectionem
Gal. 5. 6. operatur, nihil operaretur nisi ipsa dilectio Dei dif-
Rom. 5.5. funderetur in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis, nisi
*Rom.*12.3. Deus unicuique partiretur mensuram fidei.

Bonum est igitur homini, ut cum totis viribus liberi arbitrii sui veraciter dicat, *Fortitudinem meam*
*Ps.*58.10. *ad te custodiam*: quia ille qui putavit sine ipsius adjutorio se posse custodire quod dedit, profectus in longinquam regionem, & vivens prodige, cuncta consumpsit, & miseria duræ servitutis at-
*Luc.*15.13. tritus, reversusque in semetipsum, dixit, Surgam, & ibo ad Patrem meum. Quam cogitationem bonam quando haberet, nisi & ipsam illi in occulto pater misericordissimus inspirasset? Quod intelligens minister ille novi Testamenti, *Non*
2.*Cor.*3.5. *quia idonei sumus*, inquit, *cogitare aliquid a nobis quasi ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est*. Unde & ille cum dixisset, *Fortitudi-*
*Ps.*58.10. *nem meam ad te custodiam*: ne vel hoc ipsum quia custodit, suis viribus arrogaret, tamquam ei veniret
*Ps.*126.1. 2.

in mentem, quia nisi Dominus custodierit civitatem,
Ps. 120. 4. in vanum vigilant qui custodiunt eam, & non dormit, neque dormitat, qui custodit Israel; adjunxit causſam unde fiat idoneus custodire, vel quo potius custode servetur, *Quoniam Deus*, inquil, *susceptor meus es*.

Recolat igitur iste, si potest, merita sua, unde factum sit ut Deus dignaretur ejus esse susceptor, ac si Deus esset susceptus. Recolat utrum quæsierit an quæsitus sit; ab illo scilicet, qui
Luc. 19. 10. venit quærere & salvare quod perierat. Nam si quærere voluerit, ante gratiam quid meruerit ut acciperet eam, mala sua poterit homo invenire, non bona, etiamsi eum unius dici vitam habentem super terram gratia Salvatoris invene-
Job. 14. 5. *sec. LXX.* rit. Quia si aliquid boni operatur homo ut gra-
Rom. 4. 4. tiam mereatur, non ei merces imputatur secun-
Habac. 2. 4 dum gratiam, sed secundum debitum. Si autem credit in eum qui justificat impium, ut deputetur fides ejus ad justitiam, (Justus enim ex fide vivit) profecto antequam gratia justificetur, id est, justus efficiatur, impius quid est nisi impius? quem si debitum sequeretur, quid ejus me-
Rom. 11. 6. rito nisi supplicium redderetur? Si ergo gratia, jam non ex operibus est: alioquin gratia jam non est gratia: Operibus enim debitum redditur, gratia gratis datur; unde etiam nuncupatur.

CAPUT III. Objectio. SI quis autem dixerit quod *gratiam bene operandi fides mereatur*; negare non possumus, immo vero gratissime consitemur. Hanc enim fidem volumus habeant qua impetrent charitatem, quæ sola vere bene operatur, isti fratres nostri, qui multum de suis operibus gloriantur. Charitas autem usque adeo donum Dei est, ut Deus dica-
1. *Joan.* 4. 9. tur. Qui ergo habent fidem, qua impetrent jus-
Isa. 49. tificationem, per Dei gratiam pervenerunt ad
1. *Cor.* 6. 2. legem justitiæ. Unde dicitur, *Tempore accepta-*
Phil. 2. 13. *bili exaudivi te, & in die salutis adjuvi te*: Proinde in iis qui per electionem gratiæ salvi fiunt, adjutor Deus operatur & velle & operari pro bona voluntate: quoniam diligentibus
Rom. 8. 28. Deum omnia cooperantur in bonum. Si omnia, utique & ipsam dilectionem quam fide impetramus, ut cum qui nos prior dilexit ut in illum crederemus, per ejus gratiam diligamus, & diligamur qui operati non sumus.

Qui vero suis meritis præmia tamquam debita exspectant, nec ipsa merita Dei gratiæ tribuunt, sed viribus propriæ voluntatis, sicut dictum est de carnali Israel, persequentes legem justitiæ, in legem justitiæ non pervenium: quare? Quia non ex fide, sed tanquam ex operibus Ipsa est enim justitia ex fide quam gentes appre-
Rom. 9. 30. henderunt, de quibus dictum est, *Quid ergo dicemus? Quia gentes quæ non cognoverunt justitiam, apprehenderunt justitiam. Justitiam autem quæ ex fide est. Israel autem persequens legem justitiæ in legem justitiæ non pervenit: quare? Quia non ex fide, sed tamquam ex operibus. Offende-*
Isa. 28. 16. *runt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum*
1. *Pet.* 2. 6. *est: Ecce pono in Sion lapidem offensionis, & petram scandali: & qui crediderit in eum, non confundetur*. Ipsa est justitia ex fide, qua credimus nos justificari, hoc est justos fieri gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, ut inveniamur in illo non habentes nostram justitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidem Christi. Quæ ex Deo justitia in fide, in fide utique est, qua credimus nobis justitiam divinitus dari; non a nobis in nobis nostris viribus fieri.

Nam cur illam justitiam quæ ex Lege est, suam dixit Apostolus, non ex Deo? quasi Lex non sit ex Deo? quis hoc nisi impius senserit? sed quia Lex per litteram jubet, non per spiritum juvat: quicumque sic audit litteram Legis, ut ei sufficere videatur cognovisse quid jubeat aut prohibeat, quo id se arbitrii sui virtute impleturum esse confidat, nec fide confugiat adjuvandus ad spiritum vivificantem, ne reum factum littera occidat; is profecto zelum Dei habet, sed non se-
Rom. 10. 3. cundum scientiam. Ignorans enim Dei justitiam, id est, eam quæ datur ex Deo, & suam volens constituere, ut tantummodo ex Lege sit, justi-
Ibid. 4. tiæ Dei non est subjectus. *Finis enim Legis Chri-*
1. *Cor.* 5. 21. *stus ad justitiam omni credenti*; sicut idem Apostolus dicit, *ut nos simus justitia Dei in ipso*. Ju-
2. *Sent. dist.* 26. *c. etsi.* stificati igitur ex fide pacem habemus ad Deum
Rom. 5. 1. per Dominum nostrum Jesum Christum: justificati autem gratis per gratiam ipsius, ne fides ipsa superba sit.

Objectio. Nec dicat sibi: *Si ex fide, quomodo gratis? Quod enim fides meretur, cur non potius redditur quam donatur?* Non dicat ista homo fidelis, quia cum dixerit, *Ut merear justificationem, habeo fi-*
1. *Cor.* 4. 7. *dem*: respondetur ei; *Quid enim habes quod non*
2. *Sent. dist.* 26. *c. Itaque.* *accepisti?* Cum ergo fides impetrat justificationem, sicut unicuique Deus partitus est etiam ipsius mensuram fidei, non gratiam Dei aliquid me-
Rom. 12. 3. riti præcedit humani, sed ipsa gratia meretur augeri, ut aucta mereatur perfici, comitante non ducente, pediſsequa non prævia voluntate. Un-
Ps. 58. 10. de ille qui dixit, *Fortitudinem meam ad te custodiam*; causſamque reddidit, dicens, *Quoniam Deus susceptor meus es*; tamquam requirens quibus id meritis fuerit consequutus, nihilque in se inveniens ante gratiam Dei: *Deus meus*, inquit, *Ibidem.* *misericordia ejus præveniet me*. Quatumcumque, inquit, cogitavero antecedentia merita mea, misericordia ejus præveniet me. Proinde ab illo attributam fortitudinem suam ad illum custodiens, eodem servatore non perdidit, quo largitore susscepit. Nec ob aliud meretur ampliora, nisi pie sideliterque sciendo a quo sibi bona sunt omnia, & hoc sciendo non ex seipso, ne vel hoc sit in eo quod non sit ex Deo. Unde optime Apo-
1. *Cor.* 2. 12 stolus: *Nos*, inquit, *non spiritum hujus mundi accepimus, sed Spiritum qui ex Deo est, ut sciamus quæ a Deo donata sunt nobis*. Ac per hoc & IPSUM HOMINIS MERITUM donum est
Jac. 1. 17. gratuitum. Nec a Patre luminum, a quo descendit omne datum optimum, boni aliquid accipere quisquam meretur, nisi accipiendo quod non meretur.

CAPUT IV. Multum est autem indulgentius, & sine ulla debitatione magis gratuitum, quod Dei gratia per Jesum Christum Dominum nostrum præstatur infantibus, ut eis non obsit ex Adam generatio, & prosit in Christo regeneratio, in quibus & ipsum accipiendi sensum tanto ante misericordia Dei prævenit: qui certe si in hac parvula ætate de corpore exieriunt, vitam æternam regnumque cælorum scientes accipiunt, ejus muneris merito quod hic, cum utique prosuit, nescierunt. Certe in iis post priorum doctrinam, ista nonnisi priora sunt dona, in quibus donandis Dei gratia sic operatur, ut nec voluntas accipientium vel præmittatur vel adjungatur vel subsequatur. Quandoquidem tantum beneficium non solum non libentibus, verum etiam reluctantibus datur, quod eis ad magnum imputaretur sacrilegium, si jam in iis aliquid valeret voluntatis arbitrium.

Hoc

Hoc diximus propter eos qui non valentes in causſa gratiæ inſcrutabilia Dei judicia perſcrutari, cur ex Adam maſſa, quæ profecto ex uno in condemnationem tota collapſa eſt, illud vas faciat in honorem, illud in contumeliam, tamen audent parvulos reos propriorum conſtituere peccatorum, ut qui bona malave cogitare non poſſunt, putentur per liberum arbitrium vel pœnam mereri poſſe vel gratiam: cum potius apoſtolica veritas dicendo, *Ex uno omnes in condemnationem*; ſatis oſtendat, quod naſcantur in pœna, ut non merito, ſed miſericordia renaſcantur in gratia. Alioquin gratia jam non eſt gratia, ſi non divinis operibus gratis datur, ſed humanis meritis redditur. Quæ ſola ſic diſcernit a pœna, ut cum pœna ſit ex Adam omnibus debita, gratia vero per unum Jeſum Chriſtum nulli debita, ſed gratuita, ut vere ſit gratia; inſcrutabilia judicia Dei, tamquam Deus, eſſe poſſint; cum parvulos ipſe diſcernat, quos merita nulla diſcernunt; ſed iniqua eſſe non poſſint, quia univerſæ viæ Domini miſericordia & veritas. Unde cum præbetur alteri miſericordiæ gratia, non habet quod de humano merito glorietur, quoniam non ex operibus, ne forte quis extollatur. Cum vero alteri vindictæ redditur veritas, non habet cur juſte queratur. Id enim redditur, quod peccato jure debetur; quoniam unus in quo omnes peccaverunt, utique etiam in ſingulis quibuſque punitur. In quorum pœna clarius oſtenditur, quid vaſis miſericordiæ per non debitam, ſed veram gratiam hoc eſt gratuitam conferatur.

Rom. 5. 16. Rom. 11. 6. Pſal. 24. 10.

CAPUT V.

Unde autem argumententur adverſus Apoſtolum, apertiſſime dicentem, *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*; dicentes, etiam parvulos propria per liberum arbitrium habere peccata, tædet attendere, pigetque proferre, ſed magis compellimur dicere. Quod enim potuerunt magna & acuta ingenia cogitare, AUT INOPIÆ EST, tacendo vitare, aut arrogantiæ contemnendo præterire. *Ecce*, inquiunt, *Eſau & Jacob inter viſcera materna luctantur, & dum naſcuntur, alter ſupplantatur ab altero, atque in pede præcedentis manus conſequentis & tenentis inventa, perſeverans quodammodo lucta convincitur. Quomodo ergo in infantibus hæc agentibus nullum eſt vel ad bonum, vel ad malum propriæ voluntatis arbitrium, unde præmia ſive ſupplicia meritis præcedentibus ſubſequantur?*

Rom. 5. 12.

Ad hoc nos dicimus, ideo motus illos & tamquam litigium parvulorum ſignum rerum fuiſſe magnarum, quia non fuit arbitrium ſed prodigium. Neque enim daturi fumus & aſinis liberum arbitrium voluntatis, quoniam hujus generis jumentum, ſicut ſcriptum eſt, *ſubjugale ſine voce, hominis voce reſpondens vetuit Prophetæ dementiam*. Hi autem qui tales non prodigioſos motus, ſed voluntarios actus; nec de parvulis, ſed a parvulis factos eſſe contendunt, quid Apoſtolo reſponſuri ſunt, qui cum & hos geminos ad documentum gratuitæ gratiæ commemorandos videret, *Nondum enim natis*, inquit, *nec aliquid a gentibus boni aut mali, ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt, quia major ſerviet minori*. Deinde adjungens teſtimonium Prophetæ longe poſt quidem iſta dicentis, ſed tamen de hac re antiquum Dei conſilium declarantis, *Sicut ſcriptum eſt*, inquit, *Jacob dilexi, Eſau autem odio habui*.

2. Petr. 2. 16. Rom. 9. 11. 12. &c. Malac. 1. 2.

Nempe doctor gentium in fide & veritate iſtos geminos nondum natos nihil boni aut mali egiſſe teſtatur, ut gratia commendetur, ut quod dictum eſt, *Major ſerviet minori*, non ex operibus, ſed ex vocante dictum *intelligatur*, ut ſecundum electionem, propoſitum Dei maneret, non meritum hominis anteiret. Non enim dicit electionem voluntatis humanæ ſive naturæ, cum par eſſet in utroque mortis damnationiſque conditio; ſed electionem proculdubio gratiæ, quæ non invenit eligendos, ſed facit, de qua & in conſequentibus ejuſdem epiſtolæ loquens ait: *Sic ergo & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt. Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non eſt gratia*. Cui loco ſatis locus iſte concordat, ubi commemoratur, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſſe, *Major ſerviet minori*. Ut quid ergo præclariſſimo gratiæ commendatori de infantum libero arbitrio, & nondum natorum actibus tam impudenter reſiſtitur? Cur meritis præveniri gratia perhibetur, quæ gratia non eſſet, ſi ſecundum meritum imputaretur? Cur contra ſalutem, quæ miſſa eſt perditis, quæ venit indignis, quamlibet acuta, quamlibet copioſa & ornata, mirum tamen ſi Chriſtiana diſputatione contenditur?

Rom. 11. 5. Rom. 9. 12.

CAPUT VI. Objecto.

SED *quomodo*, inquiunt, *non eſt iniquitas apud Deum, ſi diligendo diſcernit quos merita operum nulla diſcernunt?* Ita nobis hoc dicitur tamquam id Apoſtulus ipſe non viderit, non propoſuerit, non reſponderit. Vidit utique quid iis auditis humana poſſet infirmitas vel ignorantia cogitare, & eamdem quæſtionem ſibi ipſe proponens, *Quid ergo dicemus*, inquit, *Numquid iniquitas apud Deum?* Continuo reſpondit, *Abſit*. Rationemque reddens cur abſit, id eſt, cur non ſit iniquitas apud Deum, non ait, Merita enim vel opera judicat etiam parvulorum, etiamſi adhuc ſint in materno utero conſtituti. Quomodo enim hoc diceret, qui jam dixerat de nondum natis, & de iis qui nihil adhuc egerant boni vel mali, quod non ex operibus, ſed ex vocante dictum ſit, Major ſerviet minori? Sed cum vellet oſtendere cur in iis non ſit iniquitas apud Deum, ait, *Moyſi enim inquit, Miſerebor cui miſertus ero, & miſericordiam præſtabo cui miſericors fuero*. Quid nos hic docuit, niſi ex illa maſſa primi hominis, cui merito mors debetur, non ad merita hominum, ſed ad Dei miſericordiam pertinere quod quiſque liberatur: atque ita non eſſe iniquitatem apud Deum, quia neque *remittendo neque exigendo quod debetur, injuſtus eſt. Ibi enim gratia eſt indulgentia, ubi juſta poſſet eſſe vindicta. Et hinc evidentius apparet a pœna debita liberato & gratis juſtificato, quantum beneficii conferatur, quod alter æqualiter reus ſine punientis iniquitate punitur.

Rom. 9. 14. Exod. 33. 19. * Al. permittendo.

Denique ſubjungit & dicit, *Igitur non volentis neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*. Hoc propter eos dictum eſt, qui per gratiam liberati juſtificantur. Propter eos autem, ſuper quos ira Dei manet, quia & ipſis Deus bene utitur ad docendos alios, quos liberare dignatur, ſubjunxit atque ait, *Dicit enim Scriptura Pharaoni, quia ad hoc te excitavi, ut ſtendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in univerſa terra*. Deinde ad utrumque concludens, *Ergo*, inquit, *cujus vult miſeretur, & quem*

Rom. 9. 16. Exod. 9. 17. Rom. 9. 18.

vult obdurat : profecto neutrum aliqua iniquitate, sed utrumque misericordia & veritate. Et adhuc tamen audax movetur infirmitas, eorum scilicet qui secundum conjecturas cordis humani inscrutabilem altitudinem judiciorum Dei cogitare conantur.

Ibid. 19. Hanc quæstionem sibi ex adverso opponens Apostolus, ait, *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur? Nam voluntati ejus qui resistit?* Nobis hoc dictum putemus. Quid ergo aliud quam quod respondit Apostolus, respondere debemus? aut si & nos talia movent, quia & nos homines sumus, simul oportet omnes audiamus dicentem, Ibidem 20. *O homo, tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa faceret aliud vas in honorem, aliud in contumeliam?* Hæc massa si esset ita media, ut quemadmodum nihil boni, ita nec mali aliquid mereretur, non frustra videretur iniquitas, ut ex ea fierent vasa in contumeliam. Cum vero per liberum arbitrium primi hominis in condemnationem universa defluxerit, proculdubio quod ex ea fiunt vasa in honorem, non ipsius justitiæ, quæ gratiam nulla præcessit, sed Dei misericordiæ; quod vero in contumeliam, non iniquitati Dei, quæ absit ut sit apud Deum, sed judicio deputandum est. Hoc quisquis cum Ecclesia catholica sapit, non contra gratiam pro meritis disputat, sed misericordiam & judicium Domino cantat, ut nec misericordiam recuset ingratus, nec judicium accusat * injustus.

* *Al.* invitus.

Alia est namque illa conspersio, de qua idem dicit Apostolus; *Si autem delibatio sancta est, & conspersio: & si radix sancta est, & rami.* Rom. 11. 16. Illa est ex Abraham, non ex Adam: id est ex communione sacramenti & similitudine fidei, non ex propagine mortali. Ista vero vel conspersio, vel sicut in plerisque codicibus legitur, * massa, quoniam tota mortis est, cum per unum hominem peccatum intravit in mundum & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccaverunt; misericordia ex illa fit aliud vas in honorem, judicio autem aliud in contumeliam. Neque ibi præcedunt merita gratiam liberantis, neque hic effugiunt peccata justitiam punientis. Quod quidem in ætatibus majoribus adversus contentiosos non tam evidenter apparet, ubi pro meritis hominum qualicumque velut protecti obscuritate confugiunt: sed ideo contra eorum contentionem illos invehit Apostolus, in quibus nondum natis, neque agentibus aliquid boni aut mali, non ex operibus, sed ex vocante dictum est, Major serviet minori.

* Φύραμα. Rom. 5. 12.

Qua in re quoniam nimis alta & inscrutabilia sunt judicia Dei, & investigabiles viæ ejus, interim teneat homo non esse iniquitatem apud Deum; sed qua æquitate cujus vult misereatur, & quem vult obdurat, se tamquam hominem ignorare fateatur. Ita sane ut propter illud quod inconcussum tenet, non esse iniquitatem apud Deum, quamvis nemo ab illo justificetur meritis præcedentibus, neminem tamen obdurari nisi merito noverit. Pie namque & veraciter creditur Deus nocentes atque impios justificando a pœnis debitis liberare: quemquam vero immeritum, & nulli obnoxium peccato, si Deus damnare creditur, alienus ab iniquitate non creditur. Ubi ergo liberatur indignus, tanto debetur major actio gratiarum, quanto pœna justior debeatur: ubi autem damnatur indignus, nec misericordia nec veritas obtinetur.

Objectio. *Quomodo*, inquiunt, *Esau non damnatur indignus, si non ex operibus, sed ex vocante dictum est, quia major serviet minori? Sicut enim illius nulla præcesserant opera bona, ut ad gratiam pertineret, sic nec hujus mala, ut ad pœnam pertinere deberet.* Nulla plane in utroque opera vel bona vel mala, sed propria: uterque autem illi uni obnoxius erat in quo omnes peccaverunt, ut omnes in illo morerentur. Quicumque enim ex illo uno multi in seipsis futuri erant, tunc in illo unus erat. Proinde illud peccatum solius esset, si ex illo nullus exiisset. Porro autem in quo erat natura communis, ab ejus vitio est nullus immunis. Si ambo qui nondum propria vel bona vel mala operabantur, rei tamen ex origine nascebantur; laudet misericordiam qui liberatur, non culpet judicium qui punitur.

Peccatum originale.

CAPUT VII. Cur non omnes liberentur.

Hic si dixerimus, *Quanto melius ambo liberarentur*: nihil nobis convenientius dicetur, quam; *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* Novit quippe ille quid agat, & quantus numerus esse debeat primitus omnium hominum, deinde sanctorum, sicut siderum, sicut angelorum, atque ut de terrenis loquamur, sicut pecorum, piscium, volatilium, sicut arborum & herbarum; sicut denique foliorum capillorumque nostrorum. Nam nos humana cogitatione adhuc possumus dicere, Quoniam bona sunt cuncta ista quæ fecit, quanto melius illa duplicasset & multiplicasset, ut multo essent plura quam sunt. Si enim non ea caperet mundus, numquid non posset etiam ipsum facere quantum vellet ampliorem? Et tamen quantumcumque faceret vel illa plura, vel istum capaciorem atque majorem, nihilominus eadem de multiplicandis eis dici possent, & nullus esset * immoderatus modus.

Rom. 9. 20.

* *forte* moderatus.

Etenim etiam illud dici potest, sive sit gratia qua justificantur injusti, de qua nobis dubitare fas non est, sive, ut quidam volunt, semper præcedat liberum arbitrium, cujus meritum sequatur vel pœna vel præmium; cur omnino creati sunt, quos Deus ita peccaturos, ut æterno essent igne damnandi, sine dubitatione præscivit? Quamvis enim peccata non fecerit, naturas tamen ipsas quæ per seipsas sine dubio bonæ sunt, quibus tamen ex arbitrio voluntatis futura essent vitia peccatorum, & in multis talia quibus esset æterna pœna reddenda, quis nisi Deus creavit? Quare, nisi quia voluit? Quare autem voluerit; o homo tu quis es qui respondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem conspersione facere aliud quidem vas in honorem, aliud autem in contumeliam?

Rom. 9. 20.

Atque utinam discamus quod sequitur, *Si autem volens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, pertulit in multa patientia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem, ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasa misericordia.* Ecce jam ratio reddita est homini, quanta debuit homini; si tamen vel istam capit, qui pro sui arbitrii libertate in tantæ infirmitatis servitute contendit. Ecce dictæ sunt causæ. Tu ergo quis es, qui respondeas Deo, si volens Deus ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, quod & malis bene uti optimus possit, malis dumtaxat non conditione divina, sed vitiata voluntatis iniquitate natura, quæ a Deo conditore condita est bona; pertulit

Ibid. 22.

in

in multa patientia vasa iræ aptata in interitum, non quod illi essent necessaria, sive angelica, sive humana peccata, cui nec justitia creaturæ cujusquam est necessaria; sed ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, ne se in bonis operibus tamquam de propriis extollerent viribus, sed humiliter intelligerent, nisi illis Dei gratia non debita, sed gratuita subveniret, id fuisse reddendum meritis suis, quod aliis in eadem massa redditum cernerent.

Certus est ergo Dei præscientiæ definitus numerus, & multitudo sanctorum, quibus *diligentibus Deum*, quod eis donavit per diffusum
Rom. 8. 28. & 29. in cordibus eorum Spiritum-sanctum, *omnia cooperantur in bonum, iis qui secundum propositum vocati sunt. Quoniam quos antè præscivit & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui, ut sit*
Ibid. 29. *ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinavit, illos & vocavit*: hic subaudiri debemus, *secundum propositum*. Sunt enim & alii vocati, sed non electi: ac per hoc non secundum propositum vocati. *Quos autem vocavit*, hoc est (*secundum propositum,*) *illos & justificavit: quos autem justificavit, illos & glorificavit*. Hi sunt filii promissionis, hi sunt electi, qui per electionem gratiæ salvi fiunt, ubi dictum
Rom. 11. 6. est, *Si autem gratia, jam non ex operibus; aliòquin gratia jam non est gratia*. Hæc sunt vasa
Rom. 9. 23. misericordiæ, in quibus Deus etiam per vasa iræ notas facit divitias gloriæ suæ. Horum fit
Act. 4. 32. *Psal.* 102. 2. & 3. per Spiritum-sanctum cor unum & anima una, quæ benedicit Deum, & non obliviscitur omnes retributiones ejus, qui propitius fit omnibus iniquitatibus ejus; qui sanat omnes languores ejus; qui redimit de corruptione vitam ejus; qui coronat eam in misericordia: quia non volentis
Rom. 9. 16. neque currentis, sed miserentis est Dei.

Ceteri autem homines ad istam societatem non pertinentes, quorum tamen & animam & corpus Dei bonitas operata est, & quidquid habet ipsa natura præter vitium, quod eidem inflixit superbientis voluntatis audacia, propter hoc a Deo præsciente creati sunt, ut in his ostenderet liberum desertoris arbitrium sine sua gratia quid valeret; & in eorum justis & debitis pœnis vasa misericordiæ, quæ non suorum operum meritis, sed gratuitâ Dei gratiâ sunt ab illâ concretione discreta, quid sibi collatum esset addiscerent; ut omne os obstruatur, & qui gloriatur, in Domino glorietur.

CAPUT VIII. Quisquis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus Domini Jesu Christi, qui dixit,
Luc. 19. 10. *Venit filius hominis quærere & salvare quod perierat*: non enim ait, quod periturum fuerat, sed *quod perierat*; quid ostendens, nisi peccato primi hominis universi generis humani periisse naturam? Qui ergo aliter docet & non acquiescens ei quæ secundum pietatem est doctrinæ,
2. *Tim.* 6. 3. contra gratiam Salvatoris, & contra sanguinem Redemptoris tamquam salvam & liberam naturam defendit humanam, & Christiano tamen censeri vocabulo affectat, quid de parvulorum discretione dicturus est, cur alius in vitam secundi hominis assumatur, alius in morte primi hominis relinquatur? Si dixerit, liberi arbitrii merita præcessisse, respondet Apostolus, quæ supra diximus, de nondum natis neque aliquid agentibus boni aut mali.

EX EPISTOLA EJUSDEM AD SIXTUM *alias* CV. *nunc* CXCIV. *cap.* 2. *& seq.*

QUOD enim putant auferri sibi liberum arbitrium, si nec ipsam bonam voluntatem sine adjutorio Dei hominem habere consenserint: non intelligunt non se firmare humanum arbitrium, sed impellere ut per inania feratur, non in Domino tamquam in petra stabili collocetur. *Paratur enim voluntas a Domino*. *Prov.* 8. 35. *sec. LXX.*

CAPUT II.

Quod autem personarum acceptorem Deum se credere existimant, si credant quod sine ullis præcedentibus meritis, cujus vult miseretur, & quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit: parum attendunt quod debita reddatur damnato, indebita gratia liberato, ut nec ille se indignum queratur, nec dignum se iste glorietur; atque ibi potius acceptionem nullam fieri personarum, ubi una eademque massa damnationis & offensionis involvit, ut liberatus de non liberato discat, quod etiam sibi supplicium conveniret, nisi gratia subveniret. Si autem gratia utique nullis meritis reddita, sed gratuitâ bonitate donata.

Sed injustum est, inquiunt, *in una eademque mala causa hunc liberari, illum puniri*. Nempe ergo justum est utrumque puniri. Quis hoc negaverit? Agamus ergo gratias Salvatori, dum nobis redditum non cernimus, quod in damnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim omnis homo liberaretur, utique lateret quid peccato per justitiam debeatur: si nemo, quid gratia largiretur. Ut ergo in hac difficillima quæstione verbis potius utamur Apostoli; *Volens Deus ostendere iram, & de-* *Rom.* 9. 22.
monstrare potentiam suam, attulit in multa patientia vasa iræ quæ perfecta sunt in perditionem: & ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ: cui non potest figmentum dicere: Quare Massa vitiata.
sic me fecisti? cum habeat potestatem ex eadem massa facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam. Ubi quia universa massa merito damnata est, contumeliam debitam reddit justitia, honorem donat indebitum gratia, non meriti prærogativa, non fati necessitate, non temeritate fortunæ; sed altitudine divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! quam non aperit, sed clausam miratur Apostolus, clamans, *O altitu-* *Rom.* 11. 33.
do divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei! Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus? Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit? aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

CAPUT III. NOLUNT autem, ut sit ipsi gloria in justificandis impiis gratuita gratia, qui ejus ignorantes justitiam, suam volunt constituere: vel jam conclamantium religiosorum & piorum vocibus pressi, ita se fatentur ad habendam seu faciendam justitiam divinitus adjuvari, ut sui præcedat aliquid meriti, quasi priores volentes dare, ut retribuatur eis ab illo, de quo dictum est, *Quis prior dedit illi, & retribuetur ei?* & suo putantes præire meritò illum, de quo audiunt, aut potius audire nolunt, *Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Quarum autem divitiarum est altitudo sapientiæ & scientiæ, ex his sunt divitiæ gloriæ ejus in vasa misericordiæ, *Rom.* 11. 35.

quæ

quæ vocat in adoptionem; quas divitias notas vult facere etiam per vasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem. Et quæ sunt viæ investigabiles, nisi de quibus in Psalmo canitur, *Universæ viæ Domini misericordia & veritas*? Igitur investigabiles sunt misericordia & veritas ejus: quoniam cujus vult miseretur, non justitia, sed misericordiæ gratia; & quem vult obdurat, non iniquitate, sed veritate vindictæ. Quæ tamen misericordia & veritas ita sibi occurrunt, quia scriptum est, *Misericordia & veritas obviaverunt sibi*; ut nec misericordia impediat veritatem, qua plectitur dignus, nec veritas misericordiam, qua liberatur indignus. Quæ igitur sua merita jactaturus est liberatus, cum si digna suis meritis redderentur, non esset nisi damnatus? Nullane igitur sunt merita justorum? Sunt plane, quia justi sunt. Sed ut justi fierent, merita non fuerunt. Justi enim facti sunt, cum justificati sunt: sed sicut dicit Apostolus, *Justificati gratis per gratiam ipsius*.

Psal. 24. 10.

Psal. 84. 11.

Rom. 3. 24.

Cum igitur huic gratiæ inimici infestique sint isti, Pelagius tamen in ecclesiastico judicio * Palæstino, (non enim aliter inde impunitus exiisset,) anathematizavit eos, qui dicunt gratiam Dei secundum merita dari. Sed nihil aliud in eorum etiam posterioribus disputationibus invenitur, quam meritis dari eam gratiam, de cujus commendatione maxime ad Romanos apostolica epistola loquitur, ut inde se prædicatio ejus velut a capite orbis toto orbe diffunderet: ea est enim qua justificatur impius, id est, fit justus qui prius erat impius. Et ideo percipiendæ hujus gratiæ merita nulla præcedunt, quoniam meritis impii, non gratia, sed pœna debetur. Nec ista esset gratia, si non daretur gratuita, sed debita redderetur.

* Diospolitano.

Sed cum ab istis quæritur, quam gratiam Pelagius cogitaret sine ullis præcedentibus meritis dari, quando anathematizabat eos, qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari: respondent, sine ullis præcedentibus meritis gratiam ipsam humanam esse naturam, in qua conditi sumus. Neque enim antequam essemus, meruimus aliquid ut essemus. Abjiciatur a Christianorum cordibus ista fallatia: nam omnino non istam gratiam commendat Apostolus, qua creati sumus ut homines essemus, sed qua justificati sumus ut homines justi essemus. Ista est enim gratia per Jesum Christum Dominum nostrum. Etenim Christus non pro nullis ut homines conderentur, sed pro impiis mortuus est ut justificarentur: jam quippe homo erat qui dicebat, *Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum*.

Quæ gratia ab Apostolo commendata.

Rom 7. 24.

Possunt quidem dicere remissionem peccatorum esse gratiam, quæ nullis præcedentibus meritis datur. Quid enim habere boni meriti possunt peccatores? Sed nec ipsa remissio peccatorum sine aliquo merito est, si fides hanc impetrat. Neque enim nullum est meritum fidei, qua fide ille dicebat: *Deus propitius esto mihi peccatori*, & descendit justificatus, merito fidelis humilitatis, quoniam, qui se humiliat exaltabitur. Restat igitur, ut ipsam fidem unde omnis justitia sumit initium, propter quod dicitur ad Ecclesiam in Cantico Canticorum, *Venies & pertransies ab initio fidei*, restat, inquam, ut ipsam fidem non humano, * quod isti extollunt, tribuamus arbitrio, nec ullis præcedentibus meritis, quoniam inde incipiunt bona quæcumque sunt merita; sed gratuitum donum Dei esse fateatur, si gratiam veram, id est, sine meritis cogitamus. Quia sicut in eadem epistola legitur, *Deus unicuique partitur mensuram fidei*. Opera quippe bona fiunt ab homine, fides autem fit in homine, sine qua illa a nullo fiunt homine. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est.

Luc. 18. 13.

Cant. 4. 8. sec. LXX.

* Al. quo isti extolluntur.

Rom. 12. 3.

Rom. 14. 23.

Quapropter ne se, vel ipsius orationis meritum extollat, etiamsi ad vincendas temporalium rerum cupiditates & diligenda bona æterna, atque ipsum fontem omnium bonorum Deum, adjutorium datur oranti, fides orat quæ data est non oranti, quæ utique nisi data esset, orare non posset. Quomodo enim invocabunt, in quem non crediderunt? quomodo credent, quem non audierunt? quomodo audient sine prædicante? Igitur fides ex auditu; auditus autem per verbum Christi. Proinde minister Christi, hujus fidei prædicator secundum gratiam, quæ data est illi, plantator est & rigator. Nec tamen qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus, qui unicuique partitur mensuram fidei. Unde & alibi dicitur, *Pax fratribus, & charitas cum fide*: quam ne sibi tribuerent, continuo subjunxit, *a Deo Patre & Domino nostro Jesu Christo*: quia nec omnium est fides, qui audiunt verbum, sed quibus Deus partitur mensuram fidei: sicut nec omnia germinant quæ plantantur & rigantur; sed quibus Deus dat incrementum. Cur autem ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, & si miraculum in eorum conspectu fiat, ambo idem vident; altitudo est divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei, cujus inscrutabilia sunt judicia, & apud quem non est iniquitas, dum cujus vult miseretur, & quem vult obdurat: neque enim propterea sunt ista injusta, quia occulta.

Rom. 10. 14.

1. Cor. 3. 7.

Ephes. 6. 23.

Deinde post remissionem peccatorum, nisi mundatam domum habitet Spiritus-sanctus, nonne cum aliis septem redit spiritus immundus, & erunt novissima hominis illius pejora quam erant prima? Ut autem habitet Spiritus sanctus, nonne ubi vult spirat, & charitas Dei, sine qua nemo bene vivit, diffunditur in cordibus nostris, non a nobis, sed per Spiritum-sanctum qui datus est nobis? Hanc enim fidem Apostolus definivit, dicens *Neque circumcisio est aliquid, neque præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur*. Ista quippe fides est Christianorum, non dæmoniorum: nam & dæmones credunt & contremiscunt, sed numquid & diligunt? Nam si non crederent, non dicerent, *Tu es sanctus Dei*: vel, *Tu es Filius Dei*. Si autem diligerent, non dicerent: *Quid nobis & tibi?*

Matth. 12. 45.

Joan. 3. 8.

Rom. 5. 5.

Gal. 5. 6.

Jac. 2. 19.

Luc. 4. 41.

Luc. 8. 28.

Fides igitur ad Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, non ipse diceret; *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, adtraxerit eum*. Unde & paulo post ait: *Verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, sed sunt quidam ex vobis qui non credunt*. Deinde Evangelista subjungit: *Sciebat enim ab initio Jesus qui essent credentes, & quis esset traditurus eum*. Et ne quisquam existimaret credentes sic ad ejus præscientiam pertinere, quomodo non credentes, id est, ut non eis fides ipsa desuper duretur, sed tantummodo voluntas eorum prænosceretur, mox adjecit atque ait, *Et dicebat, Propterea dixi*

Matth. 8. 29.

Joan. 6. 44.

Ibid. 64.

Ibid. 65.

Joan. 6. 65.

dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo. Hinc erat quod eorum, qui audierant loquentem de carne sua, & sanguine suo, quidam scandalizati abscesserunt, quidam credendo manserunt: quia nemo potest venire ad illum, nisi cui datum est a Patre, ac per hoc & ab ipso Filio, & a Spiritu-sancto. Neque enim separata sunt dona vel opera inseparabilis Trinitatis; sed Filius sic honorans Patrem, non affert ullius distantiæ documentum; sed magnum præbet humilitatis exemplum.

Hic iterum isti liberi arbitrii defensores, immo deceptores quia inflatores, & inflatores quia præsumptores, non adversum nos, sed adversus Evangelium locuturi, quid aliud dicunt quam id quod Apostolus sibi, quasi a talibus diceretur, objecit? *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur, Nam voluntati ejus quis resistit?* *Rom. 9. 19.* Hanc contradictionem sibimetipsi tamquam ab altero oppositam, velut ex eorum voce qui nolunt accipere quod superius dixerat: *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult obdurat.* *Ibid. 18.* Talibus itaque dicamus cum Apostolo, non enim melius illo invenire possumus quid dicamus, *O homo, tu quis es qui respondeas Deo?* *Ibid. 20.*

Quærimus namque meritum obdurationis, & invenimus. Merito namque peccati universa massa damnata est; NEC OBDURAT DEUS impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam. Quibus enim non impertitur, nec digni sunt, nec merentur: at potius ut non impertiatur, hoc digni sunt, hoc merentur. Quærimus autem meritum misericordiæ, nec invenimus, quia nullum est, ne gratia evacuetur si non gratis donatur, sed meritis redditur. *1. Sent. dist. 40. c. Quicumque.*

Si enim dixerimus fidem præcessisse, in qua esset meritum gratiæ, quid meriti habebat homo ante fidem, ut acciperet fidem? Quid enim habet quod non accepit? Si autem accepit, quid gloriatur, quasi non acceperit? Sicut enim non haberet homo sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, timorem Dei, nisi secundum propheticum eloquium accepisset Spiritum sapientiæ & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ & pietatis, ac timoris Dei: sicut non haberet virtutem, charitatem, continentiam, nisi accepto Spiritu de quo dicit Apostolus: *Non enim accepistis Spiritum timoris* *; *sed virtutis & charitatis & continentiæ*: ita non haberet fidem nisi accepisset Spiritum fidei, de quo idem ipse dicit, *Habentes autem eumdem Spiritum fidei, secundum quod scriptum est, Credidi propter quod locutus sum, & nos credimus, propter quod & loquimur.* Non autem merito accepisse, sed misericordia ejus, qui cujus vult misetur, manifestissime ostendit, ubi de se ipso ait, *Misericordiam consequutus sum, ut fidelis essem.* *1. Cor 4. 7.* *Isa. 11. 2.* * Longe aliter. *Rom. 8. 15.* Qui locus profertur. n. 17. *1. Cor. 4. 13. Ps. 115. 10. 2. Cor. 7. 25. 1. Tim. 1. 13.*

CAPUT IV.

Si dixerimus meritum præcedere orationis, ut donum gratiæ consequatur: impetrando quidem oratio quidquid impetrat, evidenter donum Dei esse ostendit, ne homo exsistimet a seipso sibi esse quod si in potestate haberetur, non utique posceretur: verumtamen ne saltem orationis putarentur præcedere merita, quibus non gratuita daretur gratia, sed jam nec gratia esset, quia debita redderetur, etiam ipsa oratio inter gratiæ munera reperitur. *Quid enim oremus*, ait Doctor gentium, *sicut oportet, nescimus; sed ipse Spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.* Quid est autem *interpellant*, nisi interpellare nos facit? Indigentis enim certissimum indicium est, interpellare gemitibus. Nullius autem rei esse indigentem fas est credere Spiritum-Sanctum. Sed ita dictum est *interpellat*, quia interpellare nos facit, nobisque interpellandi & gemendi inspirat affectum: sicut illud in Evangelio, *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis.* Neque enim & hoc ita fit de nobis tamquam nihil facientibus nobis. Adjutorium igitur Spiritus-sancti sic expressum est, ut ipse facere diceretur, quod ut faciamus facit. *V. de gratia & lib. arbitr. cap. 30. 31. 32.* *Rom. 8. 26.* *Matt. 10. 20.*

Nam non esse intelligendum spiritum nostrum de quo dictum est, *Interpellat gemitibus inenarrabilibus*, sed Spiritum-sanctum, quo nostra infirmitas adjuvatur, satis ipse demonstrat Apostolus: inde enim cœpit, *Spiritus*, inquit, *adjuvat infirmitatem nostram*; deinde ita subjunxit, *Quid enim oremus, sicut oportet nescimus*: &c. De hoc quippe Spiritu apertius alibi dicit, *Non enim accepistis spiritum servitutis, iterum in timore, sed accepistis Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater.* Ecce hic non dixit quod ipse Spiritus clamet orando, sed, *in quo clamamus, Abba, Pater.* Alio tamen loco ait, *Quoniam filii Dei estis, misit Deus Spiritum filii sui in corda vestra clamantem, Abba, Pater.* Non hic ait, *in quo clamamus*; sed ipsum Spiritum clamantem dicere maluit, quo efficitur ut clamemus: sicut sunt illa: *Ipse Spiritus interpellat gemitibus inenarrabilibus*: & *Spiritus Patris vestri est, qui loquitur in vobis.* *Rom. 3. 26. 27. 1.* *Ibid.* *Ibid. 15.* *Gal. 4. 6.* *Rom. 8. 26.* *Matth. 10. 20.*

Sicut ergo nemo recte sapit, recte intelligit, recte consilio ac fortitudine prævalet, nemo scienter pius est, vel pie sciens, nemo timore casto Deum timet, nisi acceperit Spiritum sapitiæ & intellectus, consilii & fortitudinis, scientiæ, & pietatis, & timoris Dei: nec habet quisquam virtutem veram, charitatem sinceram, continentiam religiosam, nisi per Spiritum virtutis & charitatis & continentiæ: ita sine Spiritu fidei non est recte quispiam crediturus, nec sine Spiritu orationis salubriter oraturus. Non quia tot sunt spiritus, sed omnia hæc operatur unus atque idem spiritus dividens propria unicuique prout vult: quia Spiritus ubi vult spirat: sed quod fatendum est, aliter adjuvat nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adjuvat ut sint fideles, inhabitans adjuvat jam fideles. *1. Cor. 12. 11.* *Joan. 3. 8.*

CAPUT V.

QUOD est ergo meritum hominis ante gratiam, quo merito percipiat gratiam, cum omne bonum meritum nostrum, non in nobis faciat nisi gratia; & cum Deus coronat merita nostra, nil aliud coronet quam munera sua? Sicut enim ab initio fidei misericordiam consecuti sumus, non quia fideles eramus, sed ut essemus: sic in fine, quo erit vita æterna, coronabit nos, sicut scriptum est, *in miseratione & misericordia.* Non itaque frustra Deo cantatur, *Et misericordia ejus prævveniet me*: &, *misericordia ejus subsequetur me.* Unde & ipsa vita æterna, quæ utique in fine sine fine habebitur, & ideo meritis præcedentibus redditur, tamen quia eadem merita quibus redditur, non a nobis parata sunt per nostram sufficientiam, sed in nobis facta per gratiam, etiam ipsa gratia nuncupatur, non ob aliud nisi quia gratis datur; nec ideo quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur. Ubi autem invenimus etiam vitam æternam *2. Sent. dist. 23. Ex muneribus.* *Ps. 102. 4.* *Psal. 58. 11.* *Psal. 22. 6.* *V. lib. de grat. & lib. arbitr. cap. 20. & 21.*

gra-

gratiam nuncupari, habemus apud eumdem gratiæ magnificum defensorem apostolum Paulum:
Rom. 6. 23. *Stipendium*, inquit, *peccati mors est, gratia autem Dei vita æterna in Christo Jesu Domino nostro*.

Vide, obsecro te, in quanta brevitate quam vigilanter verba posuerit, quibus diligenter consideratis, quæstionis hujus aliquantulum dilucescat obscuritas. Cum enim dixisset, *Stipendium peccati mors*; quis non congruentissime & consequenter addere judicaret, si diceret, Stipendium autem justitiæ vita æterna? & verum est; quia sicut merito peccati tamquam stipendium redditur mors, ita merito justitiæ tamquam stipendium vita æterna. Aut si nollet dicere justi-
Habac. 2. 4. Rom. 1. 17. tiæ, diceret fidei: quoniam justus ex fide vivit. Unde etiam & merces appellatur plurimis sanctarum Scripturarum locis: nusquam porro dicta est merces, justitia vel fides, quia justitiæ vel fidei redditur merces. Quod est autem merces operanti, hoc militanti stipendium.

Sed beatus Apostolus adversus elationem quæ usque adeo magnis tentat irrepere, ut & sibi propter ipsam dicat datum angelum Satanæ, a quo colaphizaretur, ne verticem præsumptionis erigeret: adversus hanc ergo elationis pestem vigilantissime militans, *Stipendium*, inquit, *peccati mors*. Recte stipendium, quia debetur, quia digne retribuitur, quia merito redditur. Deinde ne justitia de humano se extolleret bono merito, sicut humanum meritum malum non dubitatur esse peccatum, non a contrario retulit, dicens, Stipendium justitiæ vita æterna; sed *gratia*, inquit, *Dei vita æterna*: Et hæc, ne præter mediatorem aliqua alia via quæreretur, adjecit: *in Christo Jesu Domino nostro*: tamquam diceret, Audito quod stipendium peccati sit mors, quid te disponis extollere, o humana, non justitia, sed nomine justitiæ plane superbia? quid te disponis extollere, & contrariam morti vitam æternam, tamquam debitum stipendium flagitare? Cui debetur vita æterna, vera justitia est.
Jac. 1. 17. 1. Cor. 4. 7. Si autem vera justitia est, ex te non est; desursum est descendens a Patre luminum. Ut haberes eam, si tamen habes eam, profecto accepisti. Quid enim habes quod non accepisti? Quapropter, o homo, si acceptarus es vitam æternam, justitiæ quidem stipendium est, sed tibi gratia est, cui gratia est & ipsa justitia. Tibi enim tamquam debita redderetur, si ex te tibi esset justitia cui debetur. Nunc vero de plenitudine ejus accepimus non solum gratiam, qua nunc juste in laboribus usque in finem vivimus, sed etiam gratiam pro hac gratia, ut in requie postea sine fine vivamus. Hoc nihil salubrius fides credit, quia nihil verius intellectus invenit. Et
Isa. 7. 9. sec. LXX. debemus audire Prophetam dicentem, *Nisi credideritis, non intelligetis*.

CAPUT VI. SED *excusabunt se*, inquit, *homines, qui nolunt recte & fideliter vivere, dicentes, Quid nos fecimus qui male vivimus, quandoquidem gratiam unde bene viveremus, non accepimus?* Non possunt veraciter dicere, nihil mali se fecisse, qui male vivunt. Si enim nihil mali faciunt, bene vivunt: si autem male vivunt, de suo male vivunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod insuper addiderunt. Sed si vasa sunt iræ quæ perfecta sunt ad perditionem; quæ illis debita redditur, sibi hoc imputent, quia ex ea massa facta sunt, quam propter unius peccatum, in quo omnes Peccaverunt, merito Deus justeque damnavit. Si autem vasa sunt misericordiæ, quibus ex eadem massa factis supplicium debitum reddere noluit, non se inflent, sed ipsum glorificent, qui eis misericordiam non debitam præstitit, & si quid aliter sapiunt, & hoc quoque illis ipse revelavit.

Postremo, quonam se isti excusabunt modo? Nempe illo quem breviter tamquam ex eorum voce sibi objecit Apostolus, ut dicant: *Quid ad-* Rom. 9. 19. *huc conqueritur? nam voluntati ejus quis resistit?* Hoc est enim dicere, Quid de nobis fit querela, quod Deum offendamus male vivendo, cum illius voluntati nemo possit resistere, qui nos obduravit misericordiam non præstando? Si ergo illos non pudet hac excusatione, non nobis, sed Apostolos contradicere, cur nos pigeat eis quod dixit Apostolus, hoc idem atque identidem dicere, *O homo, tu quis es qui respondeas* Ibid. 21. *Deo? Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? An non habet potestatem figulus luti, ex eadem massa*, utique merito recte damnata, *facere aliud vas in honorem* indebitum propter misericordiæ gratiam, *aliud in contumeliam* debitam propter iræ justitiam, & ut notas faciat divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ; sic ostendens quid eis largiatur, cum id supplicium recipient vasa iræ, quod pariter omnibus debebatur. SATIS SIT INTERIM Christiano ex fide adhuc viventi, & nondum cernenti quod perfectum est, sed ex parte scienti, nosse vel credere quod neminem Deus liberet, nisi gratuita misericordia per Dominum nostrum Jesum Christum, & neminem damnet nisi æquissima veritate per eumdem Dominum nostrum Jesum Christum. Cur autem illum potius quam illum liberet aut non liberet, scrutetur qui potest judiciorum ejus tam magnum profundum, verumtamen caveat præcipitium. Numquid enim est Rom. 9. 14. iniquitas apud Deum? Absit. Sed inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus.

Et in majoribus dumtaxat ætatibus merito dici potest, Hi noluerunt intelligere, ut bene agerent: Hi, quod gravius est, intellexerunt, & non obedierunt: quia scriptum est; *Verbis non emendabitur servus durus, si enim &* Prov. 29. 19 *intellexerit non obediet*. Unde non obediet, nisi sua pessima voluntate. Cui gravior damnatio divina æquitate debetur? CUI enim plus datur, plus exigitur ab eo. Istos quippe Scriptura dicit inexcusabiles, quos non latet veritas, & in eis perseverat iniquitas. *Revelatur* Rom. 1. 18. *enim ira Dei de cælo*, ait Apostolus, *super omnem impietatem & injustitiam hominum eorum, qui veritatem in injustitia detinent: quia quod notum est Dei, manifestum est in illis. Deus enim illis manifestavit. Invisibilia enim ejus a creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciunt, sempiterna quoque virtus ejus ac divinitas, ut sint inexcusabiles.*

Si ergo istos inexcusabiles dicit, qui invisibilia illius per ea quæ facta sunt intellecta conspicere potuerunt, nec obedierunt tamen veritati, sed iniqui & impii permanserunt; neque enim non cognoverunt, sed *cognoscentes* (inquit) *Deum,* Ibidem 21. *non ut Deum glorificaverunt, aut gratias egerunt*: quanto magis inexcusabiles sunt, qui ex lege ejus instructi confidunt seipsos duces esse cæcorum, & alios docentes, seipsos non docent: qui prædicant non furandum, & furantur; & cetera quæ de ipsis Apostolus loquitur. Eis quippe dicit, *Propterea inexcusabilis es, o homo om-* Rom. 2. 1.

nis

nis qui judicas : in quo enim alium judicas , teipsum condemnas , eadem enim agis quæ judicas.

Dicit etiam ipse Dominus in Evangelio , *Si non veniſſem , & locutus eis fuiſſem , peccatum non haberent : nunc autem excuſationem non habent de peccato ſuo* . Non utique peccatum nullum haberent , qui pleni erant aliis magnis multisque peccatis : sed hoc peccatum vult intelligi non eos habituros fuisse si non veniſſet , quo cum audiſſent eum , non crediderunt in eum . Hanc eos excuſationem non habere asserit , qua possint dicere , Non audivimus , ideo non credidimus . Humana quippe superbia tamquam præsumens de viribus liberi arbitrii excuſatam se putat , quando ignorantiæ , non voluntatis videtur esse quod peccat.

Secundum hanc excuſationem , inexcuſabiles dicit Scriptura divina quoscumque scientes peccare convincit. Dei tamen justum judicium nec illis parcit qui non audierunt. Quicumque enim *Rom. 2.12.* sine lege peccaverunt , sine lege peribunt . Et quamvis se ipsi excuſare videantur , non admittit hanc excuſationem , qui scit se feciſſe hominem rectum , eique obedientiæ dediſſe præceptum , nec nisi ejus quo male usus est libero voluntatis arbitrio , etiam quod transiret in posteros , manasse peccatum . Neque enim damnantur qui non peccaverunt , quandoquidem illud ex uno in omnes pertranſiit , in quo singulis ante propria in quibusque peccata omnes communiter peccaverunt . Ac per hoc inexcuſabilis est omnis peccator , vel reatu originis , vel additamento etiam propriæ voluntatis , sive qui novit , sive qui ignorat , sive qui judicat , sive qui non judicat . Quia & ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt , sine dubitatione peccatum est ; in eis autem qui non potuerunt , pœna peccati . Ergo in utrisque non est justa excuſatio , sed justa damnatio.

Ideo autem divina eloquia eos inexcuſabiles dicunt , qui non ignorantes , sed scientes peccant , ut secundum judicium superbiæ suæ , quo multum confidunt de viribus propriæ voluntatis , se inexcuſabiles videant : quia de ignorantia jam non habent excuſationem suam , & nondum est justitia cui præsumebant sufficere voluntatem . At vero ille cui Dominus & sciendi , & obedien- *Rom. 3.21.* di largitus est gratiam , *Per legem enim* , inquit , *cognitio peccati* : & , *Peccatum non cognovi , nisi* *Rom. 7.7.* *per Legem* . *Nam concupiscentia nesciebam , nisi Lex* *Exod. 20.17.* *diceret* , *Non concupisces* . Nec vult intelligi hominem præceptricis Legis ignarum , sed liberatricis indigum gratiæ , ubi dicit ; *Condelector Legi* *Rom. 7.22.* *Dei secundum interiorem hominem* : & cum hac non solum scientia , verum etiam & delectatione Legis , postea dicit , *Miser ego homo , quis me liberabit de corpore mortis hujus ? Gratia Dei per Jesum* *Ibid. 24.* *Christum Dominum nostrum* . Nemo itaque liberat a vulneribus illius trucidatoris , nisi hujus gratia Salvatoris . Nemo liberat venumdatos sub peccato a vinculis captivantis , nisi gratia redimentis.

Ac per hoc universi qui se in nequitiis , & iniquitatibus excuſatos volunt , ideo justissime puniuntur , quoniam qui liberantur , non nisi gratia liberantur . Nam si excuſatio illa justa esset , non inde jam gratia , sed justitia liberaret . Cum vero non liberat nisi gratia , nihil justum invenit in eo quem liberat , non voluntatem , non operationem , non saltem ipsam excuſationem : nam si hæc justa est , quisquis ea utitur , merito , non gratia liberatur . Novimus enim liberari per

S. Prosperi.

gratiam Christi quosdam etiam eorum qui dicunt : *Quid adhuc conqueritur ? nam voluntati ejus* *Rom. 9.19.* *qui resistit ?* Quæ si justa est excuſatio , non jam gratuita gratia , sed proprer hujus excuſationis justitiam liberantur . Si autem gratia est qua liberantur , profecto hæc excuſatio justa non est . Tunc enim vera gratia est , qua homo liberatur , si non secundum debitum justitiæ retribuitur . Nihil ergo fit in eis qui dicunt , *Quid ad-* *Prov. 19.3.* *huc conqueritur ? nam voluntati ejus quis resistit ?* nisi quod legitur in libro Salomonis , *Insipientia viri violat vias ejus : Deum autem causatur in corde suo* .

Quamvis itaque Deus faciat vasa iræ in perditionem , ut ostendat iram , & demonstret potentiam suam , qua bene etiam utitur malis , & ut notas faciat divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ , quæ facit in honorem , non damnabili massæ debitum , sed suæ gratiæ largitate donatum : tamen in eisdem iræ vasis propter meritum massæ in contumeliam debitam factis , id est , in hominibus propter naturæ quidem bona creatis , sed propter vitia supplicio destinatis , iniquitatem , quam rectissime veritas improbat , damnare novit ipse , non facere . Sicut enim voluntati ejus tribuitur humana natura nullo dubitante laudanda , sic hominis voluntati culpa tribuitur nullo recusante damnanda . Quæ voluntas hominis aut hereditarium vitium transmisit in posteros , quos in se habuit cum peccaret , aut adquisivit etiam cetera vitia , cum in seipso unusquisque perdite viveret . Sed neque ab illo quod originaliter trahitur , neque ab his quæ unusquisque in vita propria vel non intelligendo , vel nolendo intelligere , mala congregat , vel etiam instructus ex Lege , additamento prævaricationis exaggerat , quisquam liberatur & justificatur , nisi gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum , non solum remissione peccatorum , sed prius ipsius inspiratione fidei & timoris Dei , impartito salubriter orationis affectu & effectu , donec sanet omnes languores nostros , *Psal. 102.3.* & redimat de corruptione vitam nostram , & *&c.* coronet nos in miseratione & misericordia.

Verum isti , qui personarum acceptorem fieri existimant Deum , si in una eademque causa super alios veniat misericordia ejus , super alios vero maneat ira ejus , nempe totas vires argumentationis humanæ in parvulis perdunt . Nam ut interim taceam , quod non est præter parvulos , quamlibet materno utero recentissimos ea pœna , de qua loquens Apostolus , ait , *Per unius delictum in omnes homines ad con-* *Rom. 5.18* *demnationem* ; unde non liberat nisi unus ille de quo idem ait , *Per unius justificationem in omnes* *Ibidem.* *homines ad justificationem vitæ* : ut ergo hoc interim omittam , & hoc solum de parvulis dicam , quod ipsi quoque auctoritate evangelica territi , vel potius Christianorum populorum concordissima fidei conspiratione perfracti , sine ulla recusatione concedunt , quod nullus parvulus , nisi renatus ex aqua & Spiritu , intrat in regnum cælorum : quam , quæso , allaturi sunt causam , quod alius sic gubernatur ut baptizatus hinc exeat , alius infidelium manibus traditus , vel etiam fidelium prius quam ab eis baptizandus offeratur , exspirat ? An hoc fato , vel fortunæ daturi sunt ? Non opinor eos in tantam dementiam prorupturos , quantulumcumque nomen Christianum tenere cupientes.

CAPUT VII.

Cur ergò in regnum cælorum, non accepto regenerationis lavacro, parvulus nullus intrabit? Numquidnam ipsę sibi parentes infideles vel negligentes, de quibus nascęretur, elegit? Quid dicam de inopinatis & repentinis innumerabilibus mortibus, quibus sæpe etiam religiosum Christianorum præveniuntur, & baptismo præripiuntur infantes, cum e contrario sacrilegorum & inimicorum Christi aliquo modo in Christianorum manus venientes, ex hac vita non sine Sacramento regenerationis emigrent? Quid hic dicturi sunt, qui ut gratia dari possit, nonnulla præcedere merita humana contendunt, ne sit personarum acceptor Deus? Quæ tandem hic merita præcesserunt? Si eorumdem cogitaveris paryulorum, nulla sunt propria, utrisque est illa massa communis. Si parentum attenderis, bona sunt illa quorum filii repentinis mortibus sine Christi baptismate perierunt; mala vero illa, quorum filii per Christianorum aliquam potestatem ad Sacramenta Ecclesiæ pervenerunt. Et tamen providentia Dei, *Matth. 10. 30.* cui nostri capilli numerati sunt, sine cujus voluntate non cadit passer in terram, quæ nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec ulla iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hereditatem cælestem, non consulit omnibus parvulis filiorum suorum, & nonnullis consulit etiam parvulis impiorum? Iste infans de fidelibus conjugatis ortus, lætitia parentum susceptus, matris vel nutricis somnolentia suffocatus, sit extorris & expers fidei suorum: ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordi pietate colligitur, eorum Christiana sollitudine baptizatur, sit æterni consors & particeps regni. Ista cogitent, ista considerent, hic audeant dicere Deum vel acceptorem in sua gratia personarum, vel remuneratorem præcedentium meritorum.

Nam etsi conabuntur majoris ætatis aliqua merita suspicari, seu bona seu mala, quid de istis infantibus dicent, quorum nec iste sibi ullis propriis meritis malis potuit adquirere violentiam suffocantis, nec bonis ille diligentiam baptizantis? Nimiæ vanitatis & cæcitatis sunt, si etiam his consideratis nondum dignantur exclamare nobiscum, *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ! Quam inscrutabilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Non itaque misericordiæ gratuitæ pertinacissima adversentur insania. Sinant filium hominis in qualibet ætate quærere, & salvum facere quod perierat. Nec de inscrutabilibus judiciis ejus audeant judicare, cur in una eademque causa super alium veniat misericordia ejus, super alium maneat ira ejus.

Rom. 11. 33. *Luc. 19. 20.*

CAPUT VIII.

Qui enim sunt isti, qui respondeant Deo, quandoquidem ille Rebeccæ habenti geminos ex uno concubitu Isaac patris nostri, cum illo nondum nati nihil egissent boni vel mali, ut secundum electionem propositum ejus maneret, electionem scilicet gratiæ non debiti, electionem qua eligendos facit ipse, non invenit; non ex operibus, sed ex vocante dicit, minori serviturum esse majorem. In quam sententiam beatus Apostolus etiam testimonium Prophetæ longe posterioris assumpsit; *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*: ut intelligeretur hoc apertum postea per Prophetam, quod antequam illi nascerentur, erat in Dei prædestinatione per gratiam. Quid enim diligebat in Jacob antequam natus feciſſet aliquid boni, nisi gratuitum misericordiæ suæ donum? Et quid oderat in Esau antequam feciſſet aliquid mali, nisi originale peccatum? Nam neque in illo diligeret justitiam, quam nullam ille fecerat, neque in isto odisset naturam, quam bonam ipse fecerat.

Rom. 9. 10. *Malac. 1. 2. & 3.*

Mirum autem cum his coartantur angustiis, in quanta se abrupta præcipitent metuentes retia veritatis. *Ideo*, inquiunt, *nondum natorum alium oderat, alium diligebat: quia eorum futura opera prævidebat.* Quis istum acutissimum sensum defuisse Apostolo non miretur? Hoc quippe ille non vidit, quando sibi velut adversantis objecta quæstione, non id potius tam breve, tam apertum, tam (sicut isti putant) verum absolutumque respondit. Cum enim rem stupendam proposuisset, quomodo de nondum natis, nec aliquid agentibus boni aut mali recte dici potuerit, quod unum Deus dilexerit, alium odio habuerit, ipsa sibi objecta quæstione motum exprimens auditoris, *Quid ergo dicemus*, inquit? *Numquid iniquitas apud Deum? Absit.* Hic ergo erat locus, ut diceret quod isti sentiunt; *Futura enim Deus opera prævidebat, quando minori majorem serviturum esse dicebat.* Non autem hoc Apostolus dicit, sed potius ne quisquam de suorum operum audeat meritis gloriari, ad Dei gratiam & gloriam commendandam voluit valere quod dixit. Cum enim dixisset, *Absit* ut sit iniquitas apud Deum; tamquam ei diceremus, Unde hoc ostendis, cum asseras non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, Major serviet minori? *Moysi enim dicit*, inquit, *Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Ubi nunc merita, ubi opera vel præterita vel futura, tamquam liberi arbitrii viribus adimpleta vel adimplenda? Nonne apertam protulit Apostolus de gratuitæ gratiæ, hoc est, veræ gratiæ commendatione sententiam? Nonne stultam fecit Deus hæreticorum sapientiam?

Rom. 9. 14.

Quid autem agebatur, ut hoc Apostolus diceret, ut eorum geminorum commemoraret exemplum? Quid persuadere moliebatur? quid inculcare cupiebat? Nempe hoc quod ipsorum oppugnat amentia, quod superbi non capiunt, quod sapere nolunt, qui ignorantes Dei justitiam, & suam volentes constituere, justitiæ Dei non sunt subjecti. De ipsa quippe gratia satis agebat Apostolus, & ideo promissionis filios commendabat. Quod enim promittit Deus, non facit nisi Deus. Habet namque aliquid rationis & veritatis, ut homo promittat, & Deus faciat: ut autem homo se facere dicat, quod promiserit Deus, superbæ impietatis est reprobus sensus.

Rom. 10. 3.

Commendans ergo filios promissionis, hoc primum significatum ostendit, per Isaac filium Abrahæ. Evidentius namque opus Dei apparet in eo, quem non genuit usitatus ordo naturæ de sterilibus visceribus & senectute confectis, ut in filiis Dei, qui futuri prænuntiabantur, hoc esset signum divini operis, non humani. *In Isaac*, inquit, *vocabitur tibi semen, hoc est, non qui filii carnis, ii filii Dei; sed filii promissionis deputantur in semine. Promissionis enim verbum hoc est: Ad hoc tempus veniam, & erit Saræ filius. Non solum autem*, inquit, *sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri*: quo pertinuit ut adderet, *ex uno concubitu*, nisi ut non solum de suis, neque de parentum meritis aliorum, sed ne de ipsius quidem unius patris, mutata forte in melius voluntate, glo-

Rom. 9. 7.

gloriaretur Jacob, dicens, ideo se a Creatore dilectum, quia pater ejus quando eum seminavit, melioribus laudabilior moribus fuit: *ex uno*, inquit. *concubitu*: unum tunc ad eos seminandos meritum patris, unum ad concipiendos meritum matris. Quia etsi mater eos donec pareret visceribus portavit inclusos, & forte voluntates affectionesque variavit, non uni, sed ambobus utique variavit, quos pariter ventre portavit.

Intentio igitur intuenda est Apostoli, quomodo propter gratiam commendandam nolit eum de quo dictum est, *Jacob dilexi*, nisi in Domino gloriari: ut cum ex eodem patre, eadem matre, uno concubitu, antequam aliquid egissent boni aut mali, alterum Deus diligit, odit alterum, intelligat Jacob ex illa massa originalis iniquitatis, ubi fratrem suum, cum quo habuit communem causam, videt per justitiam meruisse damnari, non nisi per gratiam se potuisse discerni. Nondum enim nascentibus, nec agentibus bonum aut malum, ut secundum electionem propositum Dei maneret, non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Major serviet minori.

Electionem autem gratiæ nullis fieri operum præcedentibus meritis, alio loco apertissime idem Apostolus ostendens, *Sic ergo*, inquit, *& in* Rom. 11. 5. *hoc tempore reliquiæ secundum electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia, jam non est gratia.* Secundum hanc ergo gratiam, etiam propheticum Rom. 9. 13. testimonium consequenter assumens, *Sicut scriptum est*, inquit, *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*: & continuo, *Quid ergo dicemus*, inquit, *Numquid iniquitas est apud Deum? absit.* Sed quare, *absit*? An propter opera quæ futura præ- Exod. 33. 19. sciebat amborum? Immo & hoc absit. *Moysi enim* Rom. 9. 17. *dicit, Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero. Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei.* Atque ut in vasis, quæ perfecta sunt in perditionem, quæ damnatæ debita est massæ, agnoscant vasa Rom. 9. 17. ex eadem massa in honorem facta, quid eis Exod. 9. 16. misericordia divina largita sit; *Dicit enim*, inquit, *Scriptura ad Pharaonem, Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in potentiam meam, & ut glorificetur nomen meum in universa terra.* Denique ad utrumque concludit: *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*: hoc facit apud quem non est iniquitas. Miseretur itaque gratuito dono, obdurat autem justissimo merito.

Sed dicat adhuc vel superbi infidelis elatio, vel puniti damnabilis excusatio: *Quid adhuc con-* Rom. 9. 19. *queritur? nam voluntati ejus qui resistit?* Dicat & audiat quod convenit homini; *O homo, tu quis es, qui respondeas Deo*, & cetera de quibus jam quantum potui satis ac sæpe disserui. Audiat hæc, & non contemnat. Quod si contemserit, etiam ut contemneret se inveniat obduratum. Si non contemserit, etiam ut non contemneret, esse credat adjutum; sed obduratum debito, adjutum gratia.

CAPUT IX. Neque enim si duorum de Isaac patriarchâ geminorum, quod quidem jam ostendimus quanta cæcitate dicatur, futura prævidit Deus opera, qui vixerunt atque senuerunt, & propterea Jacob dilexit, Esau autem odio habuit, ideo moriturorum etiam parvulorum potest quisquam dicere, ut huic ad percipiendum baptismum non consulat, illi autem consulat, Deum futura opera prævidere. Quomodo enim futura dicuntur, quæ nulla erunt?

Sed Deus, inquiunt, *in eis quos hinc aufert, prævidet quemadmodum victurus esset quisque si viveret: & ideo quem nequiter novit fuisse victurum, sine baptismo facit & mori, sic in eo puniens opera mala, non quæ fecit, sed quæ facturus fuit.* Si ergo divinitus, etiam quæ commissa non sunt, mala opera puniuntur: primo attendant quam falso polliceantur in damnationem parvulos non ituros, qui sine baptismate moriuntur, qui propterea non baptizantur, quia male victuri erant, si viverent: propter ipsam quippe malam vitam procul dubio damnabuntur, si etiam mala quæ fuerant futura damnantur. Deinde si eis ad percipiendum baptismatis consulitur Sacramentum, quos novit Deus si viverent bene fuisse victuros, cur non omnes tenentur in vita, quam bonis operibus ornaturi sunt? Cur etiam eorum qui baptizantur quidam diu viventes pessime vivunt, & usque ad apostasiam aliquando perveniunt? Cur ipsum primum conjugium peccatorum, quos utique noverat Deus peccaturos, non de paradiso ante projecit, ne ibi committerent quod tam sancto loco esset indignum; si juste peccata etiam nondum commissa puniuntur? Quid denique præstatur ei qui Sap. 4. 11. rapitur ne malitia mutet intellectum ejus, & ne fictio decipiat animam ejus, si juste etiam illa puniuntur, quæ licet non fecerit, fuerat tamen vivendo facturus? Postremo cur non ad percipiendum regenerationis lavacrum, ei magis consulitur morituro, qui male fuerat victurus si viveret, ut ei peccata quæ fuerat commissurus, remittantur in baptismo? Quis enim est tam vecors qui ea neget per baptismum posse dimitti, quæ sine baptismo dicit posse puniri?

Sed disputando adversus eos, qui usquequa- CAPUT X. que convicti, etiam non commissorum peccatorum Deum persuadere moliuntur ultorem, verendum est ne nos in eos ista fingere existimemur; illi autem nullo modo tam hebetes esse credantur, ut hæc vel sentiant, vel cuiquam persuadere conentur: verumtamen nisi eos hæc dicere audiissem, refellenda esse non arbitrarer. Circumstipantur enim & divinarum auctoritate lectionum, & antiquitus tradito & retento firmo Ecclesiæ ritu in baptismate parvulorum, ubi apertissime demonstrantur infantes & cum exorcizantur, & cum ei se per eos quibus gestantur renunciare respondent, a diaboli dominatione liberari, & non invenientes qua exeant, pergunt in præcipitem stultitiam, dum nolunt mutare sententiam.

Ex libro primo ejusdem contra Pelagium & Cælestium, qui est de Gratia Christi? cap. 3. & sequentibus.

CAPUT III. PELAGIUS cum episcopalibus * gestis sine ulla recusatione damnaverit eos, qui dicunt gratiam Dei & adjutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, vel in lege atque doctrina; ubi putabamus ejus de hac re omnes tergiversationes esse consumtas; damnaverit etiam eos, qui docent gratiam Dei secundum merita nostra dari: tamen in libris quos edidit pro libero arbitrio, quorum mentionem facit in epistola quam Romam misit, nihil aliud

* *Lib. de gestis Pelag. c. 14.*

Gratia Pelagiana.

sentire monstratur, quam id quod damnasse videbatur. Nam gratiam Dei & adjutorium, quo adjuvamur ad non peccandum, aut in natura & libero ponit arbitrio, aut in lege atque doctrina : ut videlicet cum adjuvat Deus hominem, ut declinet a malo & faciat bonum, revelando & ostendendo quid fieri debeat, adjuvare credatur ; non etiam cooperando & dilectionem inspirando, ut id quod faciendum esse cognoverit faciat.

Nam cum tria constituat, atque distinguat, quibus divina mandata dicit impleri, possibilitatem, voluntatem, & actionem ; possibilitatem scilicet qua potest homo esse justus ; voluntatem, qua vult esse justus ; actionem, qua justus est : horum trium primum, id est, possibilitatem datam confitetur a creatore naturæ, nec esse in nostra potestate, sed eam nos habere etiam si nolimus : duo vero reliqua, id est, voluntatem & actionem, nostra esse asserit, atque ita nobis tribuit, ut non nisi a nobis esse contendat. Denique gratia Dei non ista duo, quæ nostra omnino vult esse, id est, voluntatem & actionem ; sed illam quæ in potestate nostra non est, & nobis ex Deo est, id est, possibilitatem perhibet adjuvari : tamquam illa quæ nostra sunt, hoc est voluntas & actio, tam sint valentia ad declinandum a malo, & faciendum bonum, ut divino adjutorio non indigeant ; illud vero quod nobis ex Deo est, hoc sit invalidum, id est possibilitas, ut semper gratiæ adjuvetur auxilio.

CAPUT IV.

Sed ne quis forsitan dicat nos vel non recte intelligere quæ loquitur, vel malevolo animo in alium sensum quæ non ita dicta sunt vertere, ipsa jam verba ejus accipite. *Nos*, inquit, *sic tria ista distinguimus, & certum velut in ordinem digesta partimur. Primo loco posse statuimus, secundo velle, tertio esse. Posse in natura, velle in arbitrio, esse in effectu locamus. Primum illud, id est, posse, ad Deum proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit : duo vero reliqua, hoc est velle & esse, ad hominem referenda sunt, quia de arbitrii fonte descendunt. Ergo in voluntate & opere bono laus hominis est, immo & hominis & Dei, qui ipsius voluntatis & operis possibilitatem dedit, quique ipsam possibilitatem gratiæ suæ adjuvat semper auxilio. Quod vero potest homo velle bonum atque perficere, solius Dei est. Potest itaque illud unum esse, etiam si duo ista non fuerint : ista vero sine illo esse non possunt. Itaque liberum mihi est, nec voluntatem bonam habere, nec actionem : nullo autem modo possum non habere possibilitatem boni : inest mihi etiam si noluero, nec otium sui aliquando in illo natura recipit. Quem nobis sensum exempla aliqua facient clariorem. Quod possumus videre oculis, nostrum non est : quod vero bene aut male videmus, hoc nostrum est. Et ut generaliter universa complectar, quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvat : quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est ; quia hæc omnia vertere etiam in malum possumus. Unde, quod propter calumniam vestram sæpe repetendum est, cum dicimus hominem posse esse sine peccato, & confessione possibilitatis acceptæ laudamus Deum, qui nobis hoc posse largitus est, nec est ibi ulla laudandi hominis occasio, ubi solius Dei caussa tractatur : non enim de velle, nec de esse, sed tantummodo de eo quod potest esse, differitur.*

Pelagius lib 3. pro libero arbitrio.

CAPUT V.

Ecce est totum dogma Pelagii in libro ejus tertio pro libero arbitrio, his omnino verbis diligenter expressum, quo tria ista, unum quod est posse, alterum quod est velle, tertium quod est esse, id est possibilitatem, voluntatem, actionem tanta curavit subtilitate distinguere, ut quandocumque legimus vel audimus divinæ gratiæ adjutorium confiteri, ut a malo declinemus bonumque faciamus, sive in lege atque doctrina, sive ubilibet constituat, sciamus quid loquitur ; nec erremus, aliter enim intelligendo qnam sentit, Scire quippe debemus, quod nec voluntatem nostram, nec actionem divino adjuvari credit auxilio, sed solam possibilitatem voluntatis atque operis, quam solam in his tribus nos habere affirmat ex Deo : tamquam hoc sit infirmum quod Deus ipse posuit in natura, cetera vero duo quæ nostra esse voluit, ita sint firma & fortia & sibi sufficientia, ut nullo indigeant ejus auxilio ; & ideo non adjuvet ut velimus, non adjuvet ut agamus, sed tantummodo adjuvet ut velle & agere valeamus. Contra autem Apostolus, Cum timore, inquit, & tremore vestram ipsorum operamini salutem. *Phil. 2. 12.* Et ut scirent, quia non tantum in eo quod operari possint, (hoc enim & in natura & in doctrina jam acceperant ;) sed etiam in eo quod operantur divinitus adjuvantur, non ait, Deus est enim qui operatur in vobis posse, tamquam ipsi jam velle & operari per seipsos habeant, nec in his duobus adjutorio ejus indigeant ; sed ait, Deus enim est qui operatur in vobis & *Ibid. 13.* velle & perficere ; vel sicut in aliis & maxime Græcis codicibus legitur, & velle & * operari. Videte si non Apostolus gratiæ Dei futuros adversarios sancto Spiritu tanto ante prævidit, & hæc duo, id est, & velle & operari, quæ iste ita nostra esse voluit, tamquam ipsa divinæ gratiæ non adjuventu auxilio, Deum in nobis dixit operari. * τὸ ἐνεργεῖν.

CAPUT VI.

Neque hinc Pelagius incautos fallat & simplices, vel etiam seipsum, quoniam cum dixisset, *Ergo in voluntate & opere bono laus hominis est* : velut correxit atque addidit, *immo & hominis, & Dei*. Non enim hoc propterea dixit, quia secundum sanam doctrinam intelligi voluit quod & velle operari Deus operetur in nobis : sed cur hoc dixerit, satis evidenter ostendit continuo subjungendo, *qui ipsius voluntatis & operis possibilitatem dedit*. Hanc autem possibilitatem in natura eum ponere, de verbis ejus superioribus clarum est. Sed ne nihil de gratia dixisse videretur, adjunxit, *quique ipsam possibilitatem gratiæ suæ adjuvat semper auxilio* : non ait, ipsam voluntatem, vel ipsam operationem ; quod si diceret, non abhorrere a doctrina apostolica videretur : sed ait, *ipsam possibilitatem*, illud videlicet ex tribus quod in natura locavit, *gratiæ suæ adjuvat semper auxilio*, ut scilicet in voluntate & actione, non ideo laus sit & Dei & hominis, quia sic vult homo, ut tamen ejus voluntati & Deus ardorem dilectionis inspiret ; & sic operatur homo, ut tamen Deus cooperetur, sine cujus adjutorio quid est homo ? sed ideo ad hanc laudem adjunxit & Deum, quia nisi natura esset, in qua nos condidit, qua velle & agere possemus, nec vellemus nec ageremus.

Hanc autem naturalem possibilitatem quod adjuvari Dei gratia confitetur, non est hic apertum vel quam dicat gratiam, vel quatenus ea

natu-

naturam ſentiat adjuvari; ſed ſicut aliis locis, in quibus evidentius loquitur, intelligi poteſt, non vult aliud accipi quam legem atque doctrinam, qua naturalis poſſibilitas adjuvetur. * Nam quodam loco ait, *Hic nos imperitiſſimi hominum putant injuriam divinæ gratiæ facere, quia dicimus eam ſine voluntate noſtra nequaquam in nobis perficere ſanctitatem; quaſi Deus gratiæ ſuæ aliquid imperaverit, & non illis quibus imperavit, etiam gratiæ ſuæ auxilium ſubminiſtret, ut quod per liberum homines facere jubentur arbitrium, facilius poſſent implere per gratiam.* Et tamquam explicaturus quam dicat gratiam, ſecutus adjunxit, dicens, *Quam nos non, ut tu putas, in lege tantummodo, ſed & in Dei eſſe adjutorio confitemur.* Quis non hic deſideret, ut oſtendat quam velit intelligi gratiam? Propter hoc enim maxime de illo exſpectare debemus, ut dicat hoc quod dicit, non in lege tantummodo ſe gratiam confiteri. Sed nobis hac exſpectatione ſuſpenſis, quid addiderit intuemini; *Adjuvat enim nos*, inquit, *Deus per doctrinam & revelationem ſuam, dum cordis noſtri oculos aperit; dum nobis, ne præſentibus occupemur, futura demonſtrat; dum diaboli pandit inſidias; dum nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cæleſtis illuminat.* Deinde ſententiam ſuam quadam velut abſolutione concludens, *Qui hæc dicit*, inquit, *gratiam tibi videtur negare? An & liberum hominis arbitrium, & Dei gratiam confitetur?* In his omnibus non receſſit a commendatione legis atque doctrinæ, hanc eſſe adjuvantem gratiam diligenter inculcans, & hoc exſequens quod propoſuerat, cum diceret, *ſed in Dei eſſe adjutorio confitemur.* Denique Dei adjutorium multipliciter inſinuandum putavit, commemorando doctrinam & revelationem, & oculorum cordis adapertionem, & demonſtrationem futurorum, & apertionem diabolicarum inſidiarum & multiformi atque ineffabili dono gratiæ cæleſtis illuminationem: ad hoc utique ut divina præcepta & promiſſa diſcamus. Hoc eſt ergo gratiam Dei ponere in lege atque doctrina.

* CAPUT VII.

Gratia Pelagiana in interiori & multiformi mentis illuſtratione.

CAPUT VIII. Aliud lex, aliud gratia.

Hinc itaque apparet hanc eum gratiam confiteri, qua demonſtrat & revelat Deus quid agere debeamus, non qua donat atque adjuvat ut agamus; cum ad hoc potius valeat legis agnitio, ſi gratiæ deſit opitulatio, ut fiat mandati prævaricatio. Ubi enim non eſt lex, ait Apoſtolus, nec prævaricatio. Et, Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Ac per hoc, uſque adeo aliud eſt lex, aliud eſt gratia, ut lex non ſolum nihil proſit, verum etiam plurimum obſit, niſi adjuvet gratia; & hæc oſtendatur legis utilitas, quoniam quos facit prævaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberandos, & ut concupiſcentias malas ſuperent adjuvandos. Jubet enim magis quam juvat; docet morbum eſſe, non ſanat; immo ab ea potius quod non ſanatur augetur, ut attentius & ſollicitius gratiæ medicina quæratur. Quia littera occidit, ſpiritus autem vivificat. Si enim data eſſet lex quæ poſſet vivificare, omnino ex lege eſſet juſtitia. „ In quantum tamen etiam lex adjuvet, adjungit & dicit, Sed concluſit Scriptura omnia „ ſub peccato, ut promiſſio ex fide Jeſu Chriſti daretur credentibus. Itaque lex, inquit, „ pædagogus noſter in Chriſto Jeſu. Hoc ipſum ergo ſuperbis eſt utile, ſub peccato arctius manifeſtiuſque concludi, ne ad faciendam juſtitiam de liberi arbitrii quaſi propriis viribus præſumatur; ſed omne os obſtruatur, & reus fiat omnis mundus Deo, quia non juſtificabitur ex lege omnis caro coram illo. Per legem „ enim cognitio peccati: nunc autem ſine le„ ge juſtitia Dei manifeſtata eſt, teſtificata per „ legem & prophetas. Quomodo ergo ſine lege manifeſtata, ſi per legem teſtificata? Non itaque ſine lege manifeſtata, ſed ſine lege juſtitia, quia juſtitia Dei eſt, id eſt, quæ nobis non ex lege ſit, ſed ex Deo: non quæ illo imperante cognoſcendo timeatur, ſed quæ illo donante diligendo teneatur, ut & qui gloriatur, in domino glorietur.

Rom. 3. 19.

1. *Cor.* 1. 31

Quid ergo eſt, quod iſte legem atque doctrinam deputat gratiam, qua juvamur ad operandam juſtitiam, quæ ut multum adjuvet, ad hoc adjuvat ut gratia requiratur? Nemo enim poteſt legem implere per legem. Plenitudo enim legis charitas. Charitas autem Dei non per legem diffuſa eſt in cordibus noſtris ſed per Spiritum-ſanctum qui datus eſt nobis. Proinde per legem gratia demonſtratur, ut lex per gratiam compleatur. Quid enim juvat Pelagium, quia diverſis verbis eamdem rem dicit, ut non intelligatur in lege atque doctrina gratiam conſtituere, qua poſſibilitatem naturæ aſſerit adjuvari? Quantum autem exiſtimo, ideo veretur intelligi, quia damnavit eos, qui dicunt gratiam Dei & adjutorium non ad ſingulos actus dari, ſed in libero arbitrio eſſe, vel in lege atque doctrina; & tamen latere ſe putat, cum aliis atque aliis locutionibus verſat ſignificationem legis atque doctrinæ.

CAPUT IX. Ad quid lex adjuvet.

Rom. 13. 10.

Rom. 5. 5.

Et alio quippe loco, cum diu aſſeruiſſet non adjutorio Dei, ſed ex nobis ipſis in nobis effici voluntatem bonam; oppoſuit ſibi ex Apoſtoli epiſtola quæſtionem, atque ait, *Et quomodo*, inquit, *ſtabit illud Apoſtoli, Deus eſt enim qui operatur in vobis & velle & perficere?* Deinde ut hanc oppoſitionem veluti ſolveret, quam videbat dogmati ſuo vehementer eſſe contrariam, ſecutus adjunxit: *Operatur in nobis velle quod bonum eſt, velle quod ſanctum eſt, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantummodo præſentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum pollicitatione ſuccendit, dum revelatione ſapientiæ in deſiderium Dei ſtupentem ſuſcitat voluntatem, dum nobis (quod tu alibi negare non metuis,) ſuadet omne quod bonum eſt.* Quid manifeſtius, nihil aliud eum dicere gratiam, qua Deus in nobis operatur velle quod bonum eſt, quam legem atque doctrinam? In lege namque & doctrina ſanctarum ſcripturarum futuræ gloriæ atque præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam quod ſapientia revelatur, ad doctrinam pertinet cum ſuadetur omne quod bonum eſt. Et ſi inter docere & ſuadere, vel potius exhortari, diſtare aliquid videtur; etiam hoc tamen doctrinæ generalitate concluditur, quæ quibuſcumque ſermonibus vel litteris continetur: nam & ſanctæ ſcripturæ & docent & exhortantur, & poteſt eſſe in docendo & exhortando etiam hominis operatio. Sed nos eam gratiam volumus, iſte aliquando fateatur, qua futuræ gloriæ magnitudo non ſolum promittitur, verum etiam creditur & ſperatur; nec ſolum revelatur ſapientia, verum etiam & amatur; nec ſuadetur ſolum omne quod bonum eſt,

CAPUT X.

Phil. 1. 13.

Gratiam in lege atque doctrina ponit Pelagius.

Rom. 4. 6.
Rom. 7. 7.
Exod. 20. 17.
Lex ſine gratia quid poteſt.
Legis utilitas.

2. *Cor.* 3. 6.
Gal. 3. 11.

† Gratia quam confiteri debet, ut ſit Chriſtianus, ea eſt, qua non ſolum ſuadetur, ſed perſuadetur bonum.

est, verum & persuadetur. Non enim omnium est fides, qui audiunt per Scripturas Dominum regnum cælorum pollicentem; aut omnibus persuadetur quibuscumque suadetur, ut veniant ad eum, qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Quorum autem sit fides, & quibus persuadetur, ut ad eum veniant, satis ipse demonstravit, ubi ait, Nemo venit ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum: Et paulo post, cum de non credentibus loqueretur, Dixi, inquit vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si vult non solum vocari, verum etiam esse Christianus.

2. *Thess.* 3. 2. *Matth.* 11. 28. *Joan.* 6. 44. *Ibid.* 66.

CAPUT XI.

Quid autem dicam de revelatione sapientiæ? Neque enim facile quisquam speraverit in hac vita posse pervenire ad magnitudinem revelationum apostoli Pauli: & utique in eis quid aliud credendum est ei revelari solere, nisi quod „ ad sapientiam pertineret? Et tamen dicit, In „ magnitudine revelationum mearum ne extol„ lar, datus est mihi stimulus carnis meæ, an„ gelus satanæ qui me colaphizet. Propter quod „ ter Dominum rogavi, ut auferret eum a me: „ & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea, nam „ virtus in infirmitate perficitur. Proculdubio si jam summa & cui nihil esset addendum, caritas in Apostolo tunc fuisset, quæ omnino non posset inflari, numquid necessarius esset angelus satanæ, quo colaphizante reprimeretur elatio, quæ in magnitudine revelationum posset exsistere? Quid est autem aliud elatio quam inflatio? Et utique de caritate verissime dictum est. Caritas non æmulatur, non inflatur, Hæc itaque caritas adhuc etiam in tanto Apostolo de die in diem profecto augebatur, quamdiu homo ejus interior de die in diem renovabatur, perficienda sine dubio ubi jam non posset inflari. Tunc autem mens ejus adhuc erat ubi inflaretur magnitudine revelationis, donec implerétur solido ædificio caritatis: nondum enim perveniendo apprehenderat, quo proficiendo currebat.

2. *Cor.* 12. 7.

V. lib. 3. *contra duas Epist. Pelag. c.* 7.

1 *Cor.* 13. 4.

2. *Cor.* 4. 16.

CAPUT XII.

Ideoque nolenti perpeti molestiam, qua ejus cohiberetur elatio, ante quam esset in eo caritatis ultima & summa perfectio, rectissime dicitur, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur: *in infirmitate*, scilicet, non ut ille putat, *carnis tantum*, sed & carnis & animi: quia & animus erat in comparatione summæ illius perfectionis infirmus, cui, ne extolleretur, proinde stimulus carnis angelus satanæ intelligebatur datus: quamvis esset in carnalium, vel animalium, nondum percipientium quæ sunt Spiritus Dei comparatione firmissimus. Quocirca si virtus in infirmitate perficitur, quisquis se non fatetur infirmum, non perficitur. Hæc autem gratia qua virtus in infirmitate perficitur, prædestinatos & secundum propositum vocatos, ad summam perfectionem glorificationemque perducit. Qua gratia agitur non solum ut facienda noverimus, verum etiam ut cognita faciamus; nec solum ut diligenda credamus, verum etiam ut credita diligamus.

2. *Cor.* 12. 9.

1. *Cor.* 2. 14.

Rom. 8. 28.

Gratia facit ut faciamus.

CAPUT XIII. Quomodo doctrina possit dici gratia.

Hæc gratia si doctrina dicenda est; certe sic dicatur, ut altius & interius eam Deus cum ineffabili suavitate credatur infundere, non solum per eos qui plantant & rigant extrinsecus, sed etiam per seipsum qui incrementum suum ministrat occultus, ita ut non ostendat tantummodo veritatem, verum etiam impertiat caritatem. Sic enim docet Deus eos qui secundum propositum vocati sunt, simul donans & quid agant scire, & quod sciunt agere. Unde ad Thessalonicenses sic Apostolus loquitur: De charitatem autem fraternitatis non opus habetis vobis scribi; nam ipsi vos a Deo didicistis ut diligatis invicem. Atque ut probaret eos a Deo didicisse, subjunxit, Etenim facitis illud in omnes fratres, in universa Macedonia. Tamquam hoc sit certissimum indicium, quod a Deo didiceris, si id quod didiceris feceris. Isto modo sunt omnes secundum propositum vocati, sicut scriptum est in Prophetis, docibiles Dei. Qui autem novit quidem quod fieri debeat, & non facit, nondum a Deo didicit secundum gratiam, sed secundum legem: non secundum spiritum, sed secundum litteram. Quamvis multi, quod imperat lex facere videantur timore pœnæ, non amore justitiæ, quam dicit Apostolus justitiam suam quæ lege est: tamquam sit imperata, non data. Si autem data est, non dicitur justitia nostra, sed Dei: quia sic fit nostra, ut sit nobis ex Deo. Dicit enim, Ut inveniar in illo non habens meam justitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide est Jesu, justitiam ex Deo. Tantum igitur inter legem distat & gratiam, ut cum lex esse non dubitetur ex Deo, justitiam tamen quæ ex lege est non sit ex Deo, sed justitia quæ per gratiam consummatur, ex Deo. Quia ex lege justitia dicitur, quæ fit propter legis * maledictum, justitia ex Deo dicitur, quæ datur per gratiæ beneficium, ut non sit terribile, sed suave mandatum, sicut oratur in Psalmo; Suavis es domine, & in tua suavitate doce me justitiam tuam: id est, ut non formidine pœnæ serviliter cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. Præceptum quippe liber facit, qui libens facit. Et hoc modo quisquis discit, agit omnino quidquid agendum didicerit.

1. *Thess.* 4. 9.

Joan. 6. 45.

Justitia ex Deo, justitia ex lege.

Philip. 3. 9.

* *Alias* mandatum. *Ps.* 118. 68.

Timor pœnæ.

Non agit quidquid agendum discit.

CAPUT XXII.

Sed forte ut daretur nobis charitas, præcedentia merita nostra fecerunt: sicut iste de gratia Dei sentit in eo libro, * quem ad sacram virginem scripsit, cujus etiam commemorationem fecit in litteris, quas Romam misit. Ibi enim interposito Jacobi apostoli testimonio, quo ait, *Subditi estote Deo, resistite autem diabolo & fugiet a vobis*: subjungit & dicit, * *Ostendit quomodo resistere debeamus diabolo, si utique subditi simus Deo, ejusque faciendo voluntatem, divinam mereamur gratiam* * *& facilius nequam spiritui auxilio sancti Spiritus resistamus.* Ecce quam veraci corde damnavit in ecclesiastico judicio Palæstino eos, qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari. An adhuc eum id sentire & apertissime prædicare dubitamus? Quomodo ergo verax fuit in episcopali examine illa confessio? An forte jam istum scripserat librum, ubi apertissime dicit gratiam secundum merita nostra dari, quod in orientali synodo sine ulla recusatione damnavit? Confiteretur ergo sic se aliquando tenuisse, sed jam non tenere, ut de correctione ejus apertissime gauderemus. Nunc vero cum illi inter cetera & hoc fuisset objectum, respondit, *Hæc utrum Cælestii sint, ipsi viderint qui dicunt ea Cælestii esse: ego vero numquam sic tenui, sed anathematizo qui sic tenent.* Quomodo numquam sic tenuit, si hunc ante condiderat librum? Aut quomodo anathematiza eos qui sic tenent, si hunc librum postea condidit?

* *Epist. ad Demetriadem, quæ exstat in Append. tomi* 2. *operum S. Aug.*

Jacob. 4. 7.

* *Cap.* 25.

* *forte* ut.

Lib. de gestis Pelagii c. 14.

Sed

Sed ne forte respondeat ita se hic dixisse, *Dei faciendo voluntatem, divinam mereamur gratiam*, sicut fidelibus & pie viventibus additur gratia, qua resistant fortiter tentatori, cum tamen gratiam etiam primitus accepissent, ut Dei facerent voluntatem: ne forte ergo ita respondeat, alia de hac re verba ejus accipite. *Qui currit*, inquit, *ad Deum, & a Deo se regi cupit, id est, voluntatem suam ex ejus voluntate suspendit; qui ei adhærendo jugiter, unus, secundum Apostolum, cum eo fit spiritus, non hoc nisi de arbitrii efficit libertate.* 1. Cor. 6. 17. Videte quantam rem dixerit non effici nisi arbitrii libertate; ac per hoc sine adjutorio Dei nos Deo existimat adhærere: hoc est enim, *non nisi de arbitrii libertate*: ut cum adhæserimus eo non adjuvante, tunc jam quoniam adhæsimus etiam adjuvari mereamur.

* CAPUT XXIII. *Sequitur enim & dicit, *Qua qui bene utitur*, id est, arbitrii libertate qui bene utitur, *ita se*, inquit, *totum tradit Deo, omnemque suam mortificat voluntatem, ut cum Apostolo possit dicere*, Gal. 2. 20. *Vivo autem jam non ego, vivit autem in me Christus; ponitque cor suum in manu Dei, ut illud quo* Prov. 21. 1. *voluerit, ipse declinet.* Magnum profecto adjutorium divinæ gratiæ, ut cor nostrum quo voluerit Deus, ipse declinet. Sed hoc tam magnum adjutorium, sicut iste desipit, tunc meremur, cum sine ullo adjutorio non nisi de arbitrii libertate ad Dominum currimus, ab eo nos regi cupimus, voluntatem nostram ex ejus voluntate suspendimus, eique adhærendo jugiter, unus cum illo efficimur spiritus. Hæc scilicet tam ingentia bona, non nisi de arbitrii, secundum istum, efficimus libertate, ut his præcedentibus meritis sic ejus gratiam consequamur, ut cor nostrum quo voluerit ipse declinet. Quomodo est ergo gratia, si non gratis datur? Quomodo est gratia, si ex debito redditur? Quomodo verum dicit Apostolus, Non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus, ne forte Ephes. 2. 8. Rom. 11. 6. quis extollatur? Et iterum, Si autem gratia, inquit, jam non ex operibus, alioquin gratia, jam non est gratia. Quomodo, inquam, hoc verum est, si opera tanta præcedunt, quæ nobis adipiscendæ gratiæ meritum faciant, quo nobis non donetur gratuito, sed reddatur ex debito? Ergone ut perveniatur ad adjutorium Dei, ad Deum curritur sine adjutorio Dei; & ut Deo adhærentes adjuvemur a Deo, a Deo non adjuti adhæremus Deo? Quid homini majus, quidve tale poterit gratia ipsa præstare, si jam sine illa unus cum Domino spiritus effici potuit, non nisi de arbitrii libertate?

CAPUT XXIV. Esther 5 sec. LXX. Sed vellem ut iste diceret, utrum rex ille Assyrius cujus Esther sancta mulier exsecrabatur cubile, quando considebat in throno regni sui, & omni stola illustrationis suæ indutus erat, totus auro variatus lapidibusque pretiosis, & erat formidolosus valde, & elevata facie sua inflammata in claritate intuitus est eam, tamquam taurus in impetu indignationis suæ, & timuit regina, & conversus est color ejus per dissolutionem, & inclinavit se super caput delicatæ suæ, quæ præcedebat eam: vellem ergo diceret iste nobis, utrum rex ille ad Deum jam cucurrerat, & ab eo se regi cupiverat, suamque voluntatem ex ejus voluntate suspenderat, & ei jugiter inhærendo unus cum illo spiritus factus erat, non nisi de arbitrii libertate? utrum se totum Deo tradiderat, omnemque suam mortificaverat voluntatem, & cor suum in manu Dei posuerat? Puto non desipere, sed insanire hominem, quisquis de illo rege, qualis tunc erat, hoc senserit: & tamen convertit Deus & transtulit indignationem ejus in lænitatem. Quis autem non videat multo majus esse, indignationem a contrario in lenitatem convertere atque transferre, quam cor neutra affectione præoccupatum, sed inter utramque medium in aliquid declinare? Legant ergo & intelligant, intucantur atque fateantur, non lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna atque occulta mirabili ac ineffabili potestate operari Deum in cordibus hominum, non solum veras revelationes, sed etiam bonas voluntates. Deus mirabili potestate operatur in cordibus bonas voluntates.

CAPUT XXV. Pelagiana gratia possibilitatis explodituri

Desinat itaque jam Pelagius, & seipsum & alios fallere, contra Dei gratiam disputando. Non propter illorum trium unum, id est, propter possibilitatem bonæ voluntatis atque operis, sed etiam propter voluntatem & operationem bonam erga nos gratia Dei prædicanda est. Nam illam possibilitatem ad utrumque valere definit: & tamen non ideo tribuenda sunt Deo etiam nostra peccata, sicut & propter eamdem possibilitatem vult tribuere bona opera nostra. Non ideo tantum adjutorium divinæ gratiæ commendetur, quia possibilitatem adjuvat naturalem. Desinat dicere, *Quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donavit, qui hoc posse adjuvat: quod vero bene vel agimus, vel loquimur, vel cogitamus, nostrum est.* Phil. 2. 13. Desinat, inquam, ista dicere. Non solum enim Deus posse nostrum donavit atque adjuvat, sed etiam velle & operari operatur in nobis. Non quia nos non volumus, aut nos non agimus: sed quia sine ipsius adjutorio nec volumus aliquid boni, nec agimus. Quomodo enim dicitur, *Quod possumus bene agere, Dei est, quod autem agimus, nostrum est?* cum dicat Apostolus, orare se ad Deum pro eis ad quos scribebat, ne quid mali faciant, & ut quod bonum est, faciant. Non enim ait, Oramus ut possitis nihil mali facere; sed, ne quid faciatis mali: nec, ut possitis bonum facere; sed, ut bonum faciatis. Quoniam de quibus scriptum est, Quotquot Rom. 8 14. enim Spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei: profecto ut agant quod bonum est, ab illo aguntur qui bonus est. Quomodo dicit Pelagius, *Quod bene loqui possumus Dei est, quod bene loquimur, nostrum est?* cum dicat Dominus, Spiritus Patris vestri est, qui loquitur in vobis? Neque enim ait, Non vos estis qui dedistis vobis bene posse loqui; sed ait, Non vos estis qui loquimini. Nec ait, Spiritus Patris vestri est qui Matth. 10. 29. vobis dat, vel dedit posse bene loqui: sed ait, loquitur in vobis: non significans possibilitatis profectum, sed exprimens cooperationis effectum. Quomodo dicit liberi arbitrii elatus assertor; *Quod possumus bene cogitare, Dei est, quod autem bene cogitamus, nostrum est?* Cui respondet humilis gratiæ prædicator: Non quia idonei sumus 2. Cor. 3. 5. cogitare aliquid a nobis, quasi ex nobismetipsis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Non enim ait, posse cogitare: sed, cogitare. 2. Cor. 13. 7. Liberi arbitrii elatus assertor Pelagius.

CAPUT XXVI. Quæ vera gratia Pelagianæ gratiæ opposita. Istam Dei gratiam in divinis eloquiis manifestam etiam Pelagius manifeste fateatur, seque tamdium contra sensisse non operiat impudentissimo pudore, sed dolore saluberrimo aperiat, ut sancta Ecclesia non turbetur pertinaci ejus obstinatione, sed veraci correctione lætetur. * Cognitionem & dilectionem; sicut sunt discernenda, discernat. Quia scientia inflat, caritas

* *al.* Cogitationem & electionem.

tas ædificat. Et tunc scientia non inflat, quando caritas ædificat. Et cum sit utrumque donum Dei, sed unum minus, alterum majus; non sic justitiam nostram super laudem justificatoris nostri extollat, ut horum duorum quod minus est divino tribuat adjutorio, quod autem majus est, humano usurpet arbitrio. Et si consenserit nos gratia Dei accipere charitatem; non sic sentiat tamquam ulla merita bona nostra præcesserint. Nam quæ merita bona tunc habere poteramus, quando Deum non diligebamus? Ut enim acciperemus dilectionem qua diligeremus, dilecti sumus, cum eam nondum haberemus. Hoc Joannes apostolus apertissime dicit? Non quod nos dilexerimus Deum, sed quia ipse dilexit nos. Et alibi: Nos diligamus, inquit, quia ipse prior dilexit nos. Optime omnino atque verissime. Non enim haberemus unde illum diligeremus, nisi hoc ab illo, cum prior nos diligeret, sumeremus. Quid autem boni faceremus, nisi diligeremus? Aut quomodo bonum non facimus, si diligamus? Et si enim Dei mandatum videtur aliquando non a diligentibus, sed a timentibus fieri; tamen UBI NON EST DILECTIO, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur: quia omne quod non ex fide est, peccatum est; & fides per dilectionem operatur. Ac per hoc gratiam Dei, qua charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum-sanctum, qui datus est nobis, sic confiteatur, qui vult veraciter confiteri, ut omnino nihil boni sine illa, quod ad pietatem pertinet veramque justitiam, fieri posse non dubitet. Non quomodo iste, qui cum dicit, *propterea dari gratiam, ut quod a Deo præcipitur, facilius impleatur*, quid de illa sentiat satis ostendit, scilicet, quod etiam sine illa, etsi minus facile, fieri tamen quod divinitus præcipitur, potest.

1. *Cor.* 1. 8. Gratia proprie donum charitatis.

Merita non præcedunt gratiam.

1. *Joan.* 4. 10

Ibid. 19.

Rom. 14. 23.

Gal. 5. 6. *Rom.* 5. 5.

Ex Cap. XXX.

Nunc ergo de adjutorio gratiæ, quod instituimus peragendum est. Unde ad id quod proposuit, quid etiam hinc respondeat videamus. Ut enim omittamus ejus invidiosas de suis inimicis querelas, ubi ad rem ventum est, ita locutus est.

CAPUT XXXI. De gratia nihil Pelagius profitetur, quod non possit intelligi de lege atque doctrina.

Ecce, inquit, *apud beatitudinem tuam epistola ista me purget, in qua pure atque simpliciter ad pecandum, & ad non peccandum integrum liberum arbitrium habere nos dicimus, quod in omnibus bonis operibus divino adjuvatur semper auxilio*. Cernitis itaque, pro intellectu quem vobis Dominus dedit, hæc ejus verba solvendæ non sufficere quæstioni. Quærimus enim adhuc, quo auxilio liberum adjuvari dicat arbitrium, ne forte, sicut solet, velit intelligi legem atque doctrinam. Si enim quæras cur dixerit, *semper*: poterit respondere, quia dictum est, Et in lege ejus meditabitur die ac nocte. Deinde cum de hominis conditione, & ad peccandum atque non peccandum naturali ejus possibilitate quædam interposuisset, adjunxit dicens: *Quam liberi arbitrii potestatem dicimus in omnibus esse generaliter, in Christianis, Judæis atque gentilibus. In omnibus est liberum arbitrium æqualiter per naturam, sed in solis Christianis juvatur a gratia*. Iterum quærimus qua gratia? Et adhuc poterit respondere, lege atque doctrina Christiana.

Psal. 1. 2.

Gratiam secundum merita dari dicit.

Deinde quamlibet sentiat gratiam ipsis Christianis secundum merita dari dici; cum eos qui hæc dicunt, jam in Palæstina, sicut supra * commemoravi, sua illa præclara purgatione damnaverit. Nam verba ejus ista sunt: *In illis*, inquit, *nudum & inerme est conditionis bonum:* in eis dicit, qui Christiani non sunt. Deinde cetera contexens: *In his vero*, inquit, *qui ad Christum pertinent, Christi munitur auxilio*. Videtis adhuc incertum esse quo auxilio, secundum ea quæ supra diximus. Sed adhuc sequitur de illis qui Christiani non sunt, & dicit: *Illi ideo judicandi atque damnandi sunt, quia cum habeant liberum arbitrium, per quod ad fidem venire possent, & Dei gratiam promereri, male utuntur libertate concessa. Hi vero remunerandi sunt, qui bene libero utentes arbitrio, meruntur Domini gratiam, & ejus mandata custodiunt*. Nempe manifestum est, eum dicere gratiam secundum merita dari, quamlibet eam, vel qualemlibet significet, quam tamen aperte non exprimit. Nam cum eos remunerandos dicit, qui bene utuntur libero arbitrio, & ideo mereri Domini gratiam, debitum eis reddi fatetur. Ubi est ergo illud Apostoli, Justificati gratis per gratiam ipsius? Ubi est & illud, Gratia salvi facti estis? Et ne putarent per opera, addidit, per fidem. Rursus ne ipsam fidem sine Dei gratia sibi putarent esse tribuendam: Et hoc, inquit, non ex vobis, sed Dei donum est. Nempe ergo illud unde incipit omne, quod merito accipere dicimur, sine merito accipimus, id est, ipsam fidem. Aut si negatur dari, quid est quod dictum est: Sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei? Si autem sic dicitur dari, ut reddatur meritis, non donetur; quid est quod iterum dicit, Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, verum etiam ut patiamini pro eo? Utrumque enim donatum esse testatus est, & quod credit in Christum, & quod patitur quisque pro Christo. Isti autem libero arbitrio sic applicant fidem, ut fidei videlicet reddi videatur, non gratuita, sed debita gratia: ac per hoc jam nec gratia, quia nisi gratuita, non est gratia.

Rom. 3. 24. *Ephes.* 2. 8.

Ibidem. Fides meriti initium nullis meritis nostris redditur.

Rom. 12. 3. *Phil.* 1. 29.

CAPUT XLIV.

Audiat ergo (Pelagius) illum venerabilem antistitem (Ambrosium) dicentem & docentem in secundo libro expositionis Evangelii secundum Lucam *, cooperari Dominum etiam voluntatibus nostris. *Vides itaque*, inquit, *quia ubique Domini virtus studiis cooperatur humanis; ut nemo possit ædificare sine Domino, nemo custodire sine Domino, nemo quidquam incipere sine Domino. Et ideo juxta Apostolum, Sive manducatis, sive bibitis, omnia in Dei gloriam facit*. Videtis quemadmodum sanctus Ambrosius etiam illud quod solent homines dicere, Nos incipimus, & Deus perficit, his verbis abstulit dicens, *Neminem quidquam vel incipere sine Deo*. Item in sexto libros ejusdem operis, * cum de duobus illis fœneratoris unius debitoribus ageret, *Secundum hominem*, inquit, *plus fortasse offendit, qui plus debuerat, sed per misericordiam Domini causa mutatur, ut amplius diligat, qui amplius debuit, si tamen gratiam consequatur*. Ecce apertissime prædicat catholicus doctor etiam ipsam dilectionem, qua quisque amplius diligit, ad beneficium gratiæ pertinere.

* Ambrosius Pelagio opponitur. *num.* 84. *ad Luc.* 3. 22.

1. *Cor.* 10. 31.

* *num.* 25. *Luc.* 7. 41.

CAPUT XLV.

Ipsam denique pœnitentiam, quam procul dubio voluntas agit, Domini misericordia & adjutorio fieri ut agatur, in decimo ejusdem operis libro * beatus dicit Ambrosius ita loquens; *Bonæ lacrymæ quæ culpam lavant. Denique quos Jesus respicit, plorant delictum. Negavit primo Petrus, & non flevit, quia non respexerat Dominus:*

* *Lib.* 10. *nu.* 89. *ad Luc.* 22. 61.

* *Cap.* 22.

nus: negavit secundo, & non flevit, quia adhuc non respexerat Dominus: negavit & tertio, respexit Jesus, & ille amarissime flevit. Legant isti Evangelium, & videant Dominum Jesum tunc intus fuisse, cum a sacerdotum principibus audiretur: apostolum vero Petrum foris & deorsum in atrio cum servis ad focum nunc sedentem, nunc stantem, sicut veracissima & concordissima Evangelistarum narratione monstratur. Unde non potest dici, quod corporalibus oculis eum Dominus visibiliter admonendo respexerit. Et ideo quod ibi scriptum est, Respexit eum dominus: intus actum est, in mente actum est, in voluntate actum est. Misericordia Dominus latenter subvenit, cor tetigit, memoriam revocavit, interiore gratia sua visitavit Petrum, interioris hominis usque ad exteriores lacrymas movit & produxit affectum. Ecce quemadmodum Deus adjuvando adest voluntatibus & actionibus nostris: ecce quemadmodum & velle & operari operatur in nobis.

Quibus oculis Christus Petrus respexerit. *Luc.*21.61

*Lib.*10.*n.* 91.*adLuc.* 22. *Matth.*26 33. *Ps.* 29. 7. *Ibid.* 8.

* Item in eodem libro idem sanctus Ambrosius, *Nam si Petrus*, inquit, *lapsus est, qui dixit, Et si alii scandalizati fuerint, ego non scandalizabor: quis alius jure de se præsumat? Denique, David, quia dixerat, Ego dixi in mea abundantia non movebor in æternum: suam sibi jactantiam obfuisse profitetur dicens, Avertisti faciem tuam, & factus sum conturbatus.* Audiat iste tantum virum docentem, imitetur credentem, cujus fidem doctrinamque laudavit. Audiat humiliter, imitetur fideliter, non de se pertinaciter præsumat, ne pereat. Quid in eo pelago vult mergi Pelagius, unde per petram liberatus est Petrus?

CAPUT XLVI.

* *Apud Ambr. l.*7. *n.* 27. *ad Luc.*9. 53. *Exod.* 33. 19. *Rom.*9.16. *Pelagii verba supra c.* 22. 1.*Cor.*6.17

AUDIAT eumdem antistitem Dei in sexto * libro ejusdem operis dicentem, *Cur autem non reciperint eum, Evangelista ipse memoravit dicens? Quia facies ejus erat euntis in Jerusalem. Discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed Deus quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit.* O sensum hominis Dei, ex ipso hausturn fonte gratiæ Dei! *Deus*, inquit, *quos dignatur vocat, & quem vult religiosum facit.* Videte si non illud est propheticum Miserebor cujus misertus ero, & misericordiam præstabo, cui misericors fuero: & illud apostolicum, Igitur non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Quia ut dicit etiam nostrorum temporum homo ejus, *Quem dignatur vocat, & quem vult religiosum facit.* Numquid aliquis dicere audebit, nondum esse religiosum, *qui currit ad Dominum, & ab eo se regi cupit, & voluntatem suam ex ejus voluntate suspendit, & qui ei adhærendo jugiter, unus, secundum Apostolum, cum eo fit spiritus?* At hoc totum tam magnum religiosi hominis opus, Pelagius *non* dicit *effici, nisi arbitrii libertate.* Contra autem beatus Ambrosius ipsius tam excellenter ore laudatus, *Dominus Deus*, inquit, *quem dignatur vocat, & quem vult religiosum, facit.* Ergo ut currat ad Dominum, & ab eo se regi cupiat, suamque voluntatem ex ejus voluntate suspendat, eique adhærendo jugiter unus, secundum Apostolum, cum eo fiat spiritus, Deus quem vult religiosum facit: & hoc totum homo nisi religiosus non facit. Quapropter nisi a Deo fiat, ut hoc faciat, quis hoc facit?

CAPUT XLVII.

SED quia ista quæstio, ubi de arbitrio voluntatis & Dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut quando defenditur liberum arbitrium, negari Dei gratia videatur; quando autem asseritur Dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri: potest Pelagius ita se latebris obscuritatis involvere, ut etiam iis quæ a sancto Ambrosio conscripta posuimus, consentire se dicat, & ea se quoque sentire proclamet, semperque sensisse, atque ita singula conetur exponere, ut etiam ejus sententiæ convenire credantur. Quapropter quantum attinet ad istam, de divina gratia & adjutorio quæstionem, tria ista quæ apertissime distinxit attendite, posse, velle, esse, id est possibilitatem, voluntatem, actionem. Si ergo consenserit nobis, non solam possibilitatem in homine, etiam si nec velit, nec agat bene, sed ipsam quoque voluntatem & actionem, id est, ut bene velimus, & bene agamus, quæ non sunt in homine, nisi quando bene vult & bene agit: si ut dixi, consenserit etiam ipsam voluntatem & actionem divinitus adjuvari; & ita: adjuvari, ut sine illo adjutorio nihil bene velimus & agamus, eamque esse gratiam Dei per Iesum Christum Dominum nostrum, in qua nos sua, non nostra justitia justos facit, ut ea sit vera nostra justitia, quæ nobis ab illo est; nihil de adjutorio gratiæ Dei, quantum arbitror, inter nos controversiæ relinquetur.

Liberi arbitrii & gratiæ Dei conciliandæ difficultas. *V. lib.* 4. *contra Julian. c.* 8.

Quid a Pelagio exigatur in quæstione de gratia. *Rom.*7.25.

Ex libro secundo ejusdem contra Pelagium & Cœlestium, qui est de peccato originali, capite 24.

CAPUT XXIV.

SED in causa duorum hominum, quorum per unum venumdati sumus sub peccato, per alterum redimimur a peccati; per unum præcipitati sumus in mortem, per alterum liberamur ad vitam; quorum ille nos in se perdidit, faciendo voluntatem suam, non ejus a quo factus est; iste nos se salvos fecit, non faciendo voluntatem suam, sed ejus a quo missus est: in horum ergo duorum hominum causa proprie fides Christiana consistit. Unus est enim Deus, & unus mediator Dei & hominum homo Christus Jesus. Quoniam non est aliud nomen sub cælo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri: & in illo definivit Deus fidem omnibus, suscitans illum a mortuis. Itaque sine ista fide, hoc est sine fide unius mediatoris Dei & hominum hominis Christi Jesu, sine fide, inquam, resurrectionis ejus, quam Deus omnibus definivit, quæ utique sine incarnatione ejus ac morte non potest veraciter credi; sine fide ergo incarnationis & mortis & resurrectionis Christi, nec antiquos justos, ut justi essent, a peccatis potuisse mundari, & Dei gratia justificari, veritas Christiana non dubitat: sive in eis justis quos sancta Scriptura commemorat, sive in eis justis, quos quidem illa non commemorat, sed tamen fuisse credendi sunt, vel ante diluvium, vel inde usque ad legem datam, vel ipsius legis tempore, non solum in filiis Israel, sicut fuerunt Prophetæ, sed etiam extra eumdem populum, sicut fuit Job. Et ipsorum enim corda eadem mundabantur mediatoris fide, & diffundebatur in eis charitas per Spiritum sanctum, qui ubi vult spirat, non merita sequens, sed etiam ipsa merita faciens. Non enim Dei gratia erit ullo modo, nisi gratuita fuerit omni modo.

Hæresis Pelagii & Cælest. ipsa fidei nostræ petit fundamenta. *Joan.*4.34. In causa duorum hominum proprie fides Christiana. 1.*Tim.*2.5 *Act.* 4. 12. *Act.*17.31. Sine fide Christi nullus unquam homo justificari aut salvari potuit. *Rom.* 5. 5. *Joan.* 3. 8. Fides Christi donum omnino gratuitum.

Ex libro secundo ejusdem de Nuptiis & concupiscentia, cap. 16. & 17.

CAPUT XVI.

JAM nunc illa tria videamus, quorum trium quodlibet dixerimus, nihil ait dici posse profanius; *quod hominem Deus aut non fecerit, aut diabolo fecerit, aut certe diabolus Dei sit imaginem, hoc est hominem fabricatus.* Horum trium primum & novissimum non dici a nobis, etiam ipse, si non sit excors, aut nimium pervicax, confitetur. De illo quæstio est, quod secundo medioque loco posuit, ubi sic fallitur, ut a nobis hoc existimet dici, quod diabolo Deus hominem fecerit, tamquam in hominibus quos Deus ex hominibus parentibus creat, hoc intendat, hoc curet, hoc sui operis ratione provideat, ut habeat diabolus servos, quos ipse sibi facere non potest. Absit ut hoc qualiscumque vel puerilis pietas suspicetur. Bonitate sua Deus facit homines, & primos sine peccato, & ceteros sub peccato, in usus profundarum cogitationum suarum. Sicut enim de ipsius diaboli malitia novit ille quid agat, & quod agit justum est, & bonum, quamvis sit de quo agit injustus & malus, nec eum propterea creare noluit, quia malum futurum esse præscivit: ita de universo genere humano, quamvis nullus hominum sine peccati sorde nascatur, bonum ille qui summe bonus est operatur; alios faciens tamquam vasa misericordiæ, quos gratia discernit ab eis qui vasa sunt iræ; alios tamquam vasa iræ, ut notas faciat divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ. Eat iste nunc, & adversus Apostolum cujus ista sententia est, argumentetur, immo adversus ipsum figulum, cui respondere prohibet „ Apostolus, dicens, O homo, tu quis es qui „ respondeas Deo? Numquid dicit figmentum „ ei qui se finxit, quare sic me feciſti? An non „ habet potestatem figulus luti ex eadem massa „ facere aliud vas in honorem, aliud in contu„ meliam? Numquid ergo vasa iræ negat iste esse sub diabolo? aut quia sub diabolo sunt, alius ea quam ipse facit, qui vasa misericordiæ facit? aut aliunde & non ex eadem massa facit? Hic itaque dicat, Ergo Deus vasa diabolo facit: quasi nesciat Deus sic eis uti ad opera sua justa & bona, sicut ipso utitur diabolo.

Cur creare pergat homines Deus, quos novit sub peccato nascituros.

Rom.9.23.

Ibid. 20.

CAPUT XVII.

AN vero filios perditionis hœdos siniſtræ partis diabolo pascit, & diabolo nutrit, & vestit, quia facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super justos & injustos? Sic itaque creat malos, quomodo pascit & nutrit malos; quia quod eis creando tribuit, ad naturæ pertinet bonitatem; & quod eis pascendo & nutriendo dat incrementum, non utique malitiæ eorum, sed eidem bonæ naturæ quam creavit bonus, bonum tribuit adjumentum. In quantum enim homines sunt, bonum est naturæ, cujus auctor est Deus: in quantum autem cum peccato nascuntur, perituri si non renascuntur, ad semen pertinent maledictum ab initio, illius antiquæ inobedientiæ vitio. Quo tamen benc utitur factor etiam vasorum iræ, ut notas faciat divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ; ne meritis suis tribuat, si ad eamdem massam quisque pertinens gratia liberetur, sed qui gloriatur, in Domino glorietur.

Matth.25. 33.

Matth. 5. 45.

V. lib. 3. Operis imperfecti, c. 142.

Sap.12.21.

Rom.9.23.

2. Cor.10. 17.

Ex ejusdem libri secundi, De nuptiis & concupiscentia, cap. 27.

PER unius delictum, inquit Apostolus, in omnes homines, ad condemnationem. Omnes autem dixit ad condemnationem per Adam, & omnes ad justificationem per Christum: cum utique non omnes eos qui moriuntur in Adam transferat Christus ad vitam; sed omnes dicit atque omnes, quia sicut sine Adam nullus ad mortem, ita sine Christo nullus ad vitam. Sicut dicimus de litterarum magistro, si in civitate solus est, Omnes iste hic litteras docet; non quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab ipso. Denique quos ante omnes dixerat, multos postea dixit, eosdem ipsos tamen omnes multosque significans. „ Sicut enim, inquit, per inobedientiam unius „ hominis peccatores constituti sunt multi, ita „ & per unius obedientiam justi constituentur „ multi.

Omnes quomodo per Christum justificantur.

V lib. 1. de peccat meritis. c. 28.

Rom.5.19.

Ex libro ejusdem, De natura & gratia ad Timasium & Jacobum, cap. 4. 5. & 6.

CAPUT IV.

HÆC autem Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salvi fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur; propter quod & gratia nominatur. Justificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius. Unde ii qui non per illam liberantur, sive quia audire nondum potuerunt, sive quia obedire noluerunt, sive etiam cum per ætatem audire non possent, lavacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salvi fierent, non acceperunt; juste utique damnantur: quia sine peccato non sunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccaverunt, sive in Adam, sive in se ipsis, & egent gloria Dei.

Gratia geatuita.

Rom.3.24.

Rom.3.23.

CAPUT V.

UNIVERSA igitur massa pœnas debet: & si omnibus debitum damnationis supplicium redderetur, non injuste procul dubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vasa meritorum suorum, sed vasa misericordiæ nominantur. Cujus misericordiæ, nisi illius qui Christum Jesum misit in hunc mundum peccatores salvos facere; quos præscivit & prædestinavit & vocavit & justificavit & glorificavit? Quis igitur usque adeo dementissime insaniat, ut non agat ineffabiles gratias misericordiæ, quos voluit liberantis, qui recte nullo modo posset culpare justitiam universos omnino damnantis.

Justitiæ erat damnari omnes.

Rom.9.23.

1. Tim. 1. 15.

Rom.8.29.

CAPUT VI.

HOC si secundum Scripturas sapiamus, non cogimur contra Christianam gratiam disputare, & ea dicere quibus demostrare conemur, naturam humanam neque in parvulis medico indigere, quia sana est, & in majoribus sibi ipsam ad justitiam si velit posse sufficere. Acute quidem videntur hæc dici, sed in sapientia verbi, qua evacuatur crux Christi. Non est ista desursum sapientia descendens. Nolo quod sequitur dicere, ne amicis nostris, quorum fortissima & celerrima ingenia non in perversum, sed in directum currere volumus, facere existimemur injuriam.

1. Cor.1.17.

Jac. 3. 15.

Pelagianorum ingenia fortissima & celerrima.

Ex

Ex eodem libro de Natura & gratia, cap. 27. & 28.

CAPUT XXVII. Peccatum peccato tollitur.

ACUTE sane tractat & versat (*Pelagius*,) & quantum sibi videtur, redarguit atque convincit quod eis dicitur; *etiam necessarium fuisse homini ad auferendam superbiæ vel gloriæ occasionem, ut absque peccato esse non posset. Absurdissimum quippe & stultissimum* putat, *peccatum fuisse ne peccatum esset, quoniam & ipsa superbia utique peccatum est*: quasi non & ulcus in dolore est, & sectio dolorem operatur, ut dolor dolore tollatur. Hoc si experti non essemus, & in aliquibus terris ubi ista numquam contigerant, audiremus, sine dubio utique deridentes, fortassis etiam verbis hujus uteremur & diceremus, Absurdissimum est dolorem necessarium fuisse, ne ulceris dolor esset.

Sanandi ordinem cælestis medicus non ab ægroto accipit, sed a seipso.

Sed Deus, inquiunt, *potest omnia sanare*. Hoc utique agit, ut sanet omnia: sed agit judicio suo, nec ordinem sanandi accipit ab ægroto. Procul dubio quippe firmissimum Apostolum volebat efficere, cui tamen dixit, Virtus in infirmitate perficitur: & non ei totiens oranti aufert nescio quem stimulum carnis, quem sibi dicit datum, ne magnitudine revelationum extolleretur. Cetera enim vitia tantum in malefactis valent, SOLA AUTEM SUPERBIA ETIAM IN RECTE FACTIS cavenda est. Unde admonentur illi, ne dona Dei suæ potestati tribuendo seseque extollendo gravius pereant, quam si nil operarentur boni, quibus dicitur, Cum ti- 2. Cor. 12. 9.
„ more & tremore vestram ipsorum salutem ope-
„ ramini: Deus enim est qui operatur in vobis
Phil. 2. 13. „ & velle & operari pro bona voluntate. Quare ergo cum timore & tremore, & non potius cum securitate, si Deus operatur; nisi quia propter voluntatem nostram, sine qua bene non possumus operari, cito potest subrepere animo humano, ut quod bene operatur, suum tantummodo existimet, & dicat in abundantia sua, Ps. 29. 7. Non movebor in æternum? Ideo qui in voluntate sua præstiterat decori ejus virtutem, avertit paululum faciem suam, ut qui hoc dixerat fieret conturbatus: quoniam ipsis est ille tumor sanandus doloribus.

Justis quæ causa timendi.

CAPUT XVIII. Deserit aliquantum Deus, ne superbiamus.

NON itaque dicitur homini, *Necesse est peccare, ne pecces*: sed dicitur homini, Deserit aliquantum Deus unde superbis, ut scias non tuum: sed ejus esse, & discas superbus non esse. Nam illud etiam Apostoli quale est, nonne ita mirabile, ut nisi quia ipse dicit, cui vera dicenti Gen. 3. 1. contradicere nefas est, non sit credibile. Quis enim nesciat fidelium, a satana venisse primam peccati suasionem, & quod ille primus auctor sit omnium peccatorum? Et tamen quidam traduntur, satanæ, ut discant non blasphemare. 1. Tim. 1. 20. Quomodo igitur opus satanæ excluditur opere satanæ? Hæc atque hujusmodi intueatur, ne videantur ei nimis acuta, quæ acutule sonant, & discussa inveniuntur obtusa. Quid quod etiam similitudinem adhibet, quibus magis admoneat quid ei debeat responderi? *Quid amplius dicam*, inquit, *nisi quia potest credi quod ignes ignibus extinguuntur, si credi potest quod peccatis peccata curantur*? Quid si ignes extinguere quisquam non potest ignibus, sed tamen possunt, ut docui, dolores curari doloribus? Possunt etiam, si quærat & discat, venenis venena depelli. Nam, si & advertit aliquando calores febrium quibusdam caloribus medicinalibus frangi, etiam ignes ignibus fortasse concedet extingui.

S. Prosperi.

Ex eodem libro de Natura & gratia, cap. 41.

CAPUT XLI.

QUOD autem sibi opposuit (Pelagius) ab eis dici, contra quos loquitur, *Omnes enim peccaverunt*: manifestum est quod *de his dicebat Apostolus qui tunc erant; hoc est, de Judæis & Gentibus*. Sed plane illud quod com- Rom. 5. 12.
„ memoravi, Per unum hominem peccatum
„ intravit in mundum, & per peccatum mors;
„ & ita in omnes homines pertransiit, in quo
„ omnes peccaverunt: & antiquos & recentio-
„ res, & nos & posteros nostros sententia ista
„ complectitur. Ponit etiam illud testimonium, unde probet cum dicuntur *omnes*, non semper omnes omnino nullo prætermisso intelligi oportere. *Sicut per unius*, inquit, *delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ. Cum per Christi*, inquit, *justitiam; non omnes, sed eos tantum qui illi obedire voluerunt, & baptismi ejus ablutione purgati sunt, sanctificatos esse non dubium sit*. Non plane isto testimonio probat quod vult: Nam sicut dictum est: *Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem*, ut nullus prætermitteretur: sic & in eo quod dictum est, *per unius justitiam in omnes homines in justificationem vitæ*, nullus prætermissus est: non quia omnes in eum credunt & baptismo ejus abluuntur; sed quia nemo justificatur nisi in eum credat & baptismo ejus abluatur. Itaque *omnes* dictum est, ne aliquo modo alio præter ipsum quisquam salvus fieri posse credatur. Sicut enim uno litterarum magistro in civitate constituto, rectissime dicimus, Omnes iste litteras docet, non quia omnes, cives litteras discunt, sed quia nemo discit, nisi quem ille docuerit: sic nemo justificatur, nisi quem justificaverit Christus.

Omnes quomodo accipiendum. Rom. 5. 18.

V. supr. lib. 1. de pecc. meritis, c. 28.

Ex libro ejusdem ad Eutropium & Paulum De perfectione justitiæ hominis, cap. 19. & 20.

CAPUT XIX. Testimonium nonum, definitionum Cælesti.

ITEM *dicunt*, inquit (Cælestius) *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*. Quibus *respondendum esse* dicit *quod idem Apostolus alibi de quodam ait, Quod vult faciat. Item*, inquit, *ad Philemonem de Onesimo: Quem ego volueram apud me detinere, ut pro te mihi ministraret; sed sine consilio tuo nihil volui facere, ut non quasi ex necessitate bonum tuum esset, sed voluntarium. Item in Deuteronomio: Vitam & mortem dedit ante faciem tuam, bonum & malum, elige vitam ut vivas. Item apud Salomonem: Deus ab initio constituit hominem, & reliquit eum in manu consilii sui: adjecit ei mandata & præcepta: si voles præcepta, servabunt te, & in posterum fidem placitam facere. Appositi tibi aquam & ignem, ad quod vis porrige manum tuam. Ante hominem bonum & malum, vita & mors, paupertas & honestas a Domino Deo sunt. Item apud Isaiam: Et si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis; si autem nolueritis nec obaudieritis me, gladius vos comedet, Os enim Domini locutum est hæc.*

Rom. 9. 16. 1. Cor. 7. 36. Philem. 13. Deuter. 30. 15. & 19.

Eccli. 15. 14. & seq.

Isa. 1. 19.

Hic vero, quantumlibet isti se obtegant, aperiuntur: Declarant enim se contra Dei gratiam vel misericordiam disputare, quam volumus impetrare, cum dicimus, Fiat voluntas tua sicut in cælo & terra: vel, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Ut quid enim ista orando tanto gemitu petimus, si volentis hominis & currentis, non miserentis est Dei. Non quia hoc sine voluntate nostra agitur, sed quia voluntas non implet quod agit, nisi divinitus adjuvetur. Hæc est fidei sanitas, quæ nos facit quærere ut inveniamus, petere ut accipiamus, pulsare ut aperiatur nobis. Contra istam qui disputat, contra se ipsum claudit ostium misericordiæ Dei. Nolo plura dicere de re tanta, quia melius eam committo fidelium gemitibus, quam sermonibus meis.

Matt. 6. 10. & 13.

Luc. 11. 9.

Videte tamen, obsecro, quale sit, ideo volenti & currenti misericordiam Dei non esse necessariam, quæ illum etiam prævenit, ut curreret, quia de quodam ait Apostolus, *Quod vult faciat*: ibi, ut arbitror, ubi sequitur & dicit, *Non peccat, si nubat*. Quasi pro magno habendum sit velle nubere, ubi de adjutorio divinæ misericordiæ operosius disputatur. Aut vero etiam ibi prodest aliquid velle, nisi Deus providentia, qua gubernat omnia, marem fœminamque conjungat. Aut quoniam *ad Philemonem scripsit Apostolus, ut non quasi ex necessitate bonum ejus esset, sed voluntarium*: quasi aliter sit voluntarium bonum, nisi cum Deus operatur in nobis velle & operari pro bona voluntate. Aut quia in Deuteronomio scriptum est, *Vitam & mortem dedit ante faciem hominis, bonum & malum*: & admonuit ut *eligeret vitam*: quasi & ipsa admonitio non de misericordia veniat; vel aliquid prodesset eligere vitam, nisi Deus eligendi caritatem inspiraret, & electam habere præstaret: de quo dictum est, Quoniam ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus. Aut quia dictum est, *Si voles præcepta, servabunt te*: quasi non debeat Deo agere gratias, quia præcepta voluit, qui destitutus omni lumine veritatis hæc velle non posset. *Positis ante hominem igne & aqua, quo vult* quidem *porrigit manum*; sed altior est qui vocat altius quam omnis humana cogitatio: quando quidem initium corrigendi cor fides est, sicut scriptum est, Venies & pertransies ab initio fidei: & quisque ita eligit bonum, sicut unicuique Deus partitus est mensuram fidei: &, Nemo potest ad me venire, ait princeps fidei, nisi Pater qui misit me traxerit eum. Quod de fide dictum esse qua in eum creditur, satis evidenter postea explanat, ubi dicit: Verba quæ „ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt, „ sed quidam sunt ex vobis qui non credunt. „ Sciebat enim ab initio Jesus, qui essent credentes, & quis eum traditurus esset, & dicebat, Propterea dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum a Patre meo.

Philem. 14.

Philip. 2. 13.

Deut. 30. 15. & 19.

Ps. 29. 6.

Eccli. 15. 16.

Cant. 4. *Sec. LXX.*

Rom. 12. 3.

Joan. 6. 44.

Ibid. 64.

Magnum autem aliquid pro sua causa se inveniisse arbitratus est apud Isaiam prophetam, quia Deus dixit, *Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis; si autem nolueritis & non audieritis me, gladius vos comedet. Os enim Domini locutum est hæc.* Quasi non lex tota hujusmodi conditionibus plena sit: aut ob aliud superbis præcepta ista data sint, nisi quia lex prævaricationis gratia posita est, donec veniret semen cui promissum est. Unde subintravit ut abundaret delictum, & ubi abundavit delictum, superabundavit gratia: id est, ut acciperet homo præcepta, superbe de suis viribus fidens, in quibus deficiens & factus etiam prævaricator, liberatorem salvatoremque requireret; atque ita eum timor legis humilem factum, tamquam pædagogus ad fidem gratiamque perduceret. Ita multiplicatis infirmitatibus postea acceleraverunt, quibus sanandis opportune Christus advenit. In cujus gratiam etiam justi antiqui crediderunt, eadem ipsa gratia ejus adjuti, ut gaudentes eum prænoscerent, & quidam etiam prænuntiarent esset venturum; vel in illo populo Israel, sicut Moyses, & Jesus Nave, & Samuel, & David, & ceteri tales; vel extra ipsum populum, sicut Job; vel ante ipsum populum, sicut Abraham, sicut Noe, & quicumque alii sunt, quos vel commemorat, vel tacet scriptura divina. Unus enim Deus, & unus mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, sine cujus gratia nemo a condemnatione liberatur, sive quam traxit ex illo in quo omnes peccaverunt, sive quam postea suis iniquitatibus addidit.

Promissa Dei conditionata.

Gal. 3. 19.

Rom. 5. 20.

Psal. 15. 4. Antiqui justi & ipsi per Christi gratiam salvati.

1. Tim. 2. 5.

Quale est autem, quod iste posuit in extremo: *Si quis dixerit, Potest fieri, ut homo vel verbo non peccet? Respondendum est*, inquit, *Si vult Deus, potest: vult enim Deus, ergo potest*. Item ait, *Si quis dixerit: Fieri potest ut homo non in cogitatione delinquat? Respondendum est, Si vult Deus, potest: vult enim Deus, ergo potest*. Videte quemadmodum noluerit dicere: Si Deus adjuvet, potest; cui dicitur, Adjutor meus esto, ne derelinquas me: non utique ad corporalia bona capescenda, & mala cavenda, sed ad gerendam possidendamque justitiam, propter quod dicimus, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. Nec adjuvatur, nisi qui & ipse aliquid agit: adjuvatur autem, si invocat, si credit, si secundum propositum vocatus est: quoniam quos ante præscivit & prædestinavit conformes imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus; quos autem prædestinavit, illos & vocavit; quos autem vocavit, illos & justificavit; quos autem justificavit, illos & glorificavit. Currimus ergo; cum proficimus, dum sanitas nostra in proficientibus currit (sicut etiam cicatrix currere dicitur, quando bene vulnus diligenterque curatur,) ut ex omni parte perfecti sine ulla simus omnino infirmitate peccati; quod non solum vult Deus, verum etiam ut impleatur facit atque adjuvat. Et hoc nobiscum agit gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, non solum præceptis, sacramentis, exemplis; sed etiam Spiritu sancto, per quem laetenter diffunditur caritas in cordibus nostris, quæ interpellat gemitibus inenarrabilibus, donec in nobis perficiatur sanitas, & Deus sicuti est, videndus æterna veritate monstretur.

CAPUT XX.

Psal. 26. 9.

Matt. 6. 13. Adjuvatur nemo, nisi qui & ipse aliquid agit.

Rom. 8. 29.

Cursus profectus est.

Rom. 5. 25.

Ibid. 5.

Rom. 8. 26.

EX EPISTOLA EJUSDEM AD VITALEM *alias* CVIII. *nunc* CCXVII, *cap. 6. num. 19. & sequenti.*

QUomodo voluntatis humanæ meritum sequitur gratia ; cum detur & parvulis, qui hoc nondum possunt velle seu nolle? Quomodo gratiam vel in majoribus dicuntur præcedere merita voluntatis, si gratia, ut vera sit gratia, non secundum merita nostra datur? Quam sententiam catholicam Pelagius ipse sic timuit, ut eos qui dicunt gratiam Dei secundum merita nostra dari, sine dubitatione damnaret, ne a Catholicis judicibus damnaretur. Quomodo dicitur gratia Dei in natura esse liberi arbitrii, vel in lege atque doctrina, cum & istam sententiam Pelagius ipse damnaverit, procul dubio confitens gratiam Dei ad singulos actus dari, eis utique qui jam libero arbitrio utuntur?

Quomodo dicitur omnes homines eam suisse accepturos, si non illi, quibus non donatur, eam sua voluntate respuerent, quoniam *Deus vult omnes homines salvos fieri* : cum multis non detur parvulis, & sine illa plerique moriantur, qui non habent contrariam voluntatem, & aliquando cupientibus festinantibusque parentibus, ministris quoque volentibus ac paratis, Deo nolente non detur, cum repente antequam detur exspirat, pro quo ut acciperet curebatur? Unde manifestum est eos qui huic resistunt tam perspicuæ veritati, non intelligere omnino qua locutione sit dictum ; quod *omnes homines vult Deus salvos fieri* : cum tam multi salvi non fiant ; non quia ipsi, sed quia Deus non vult, quod sine ulla caligine manifestatur in parvulis. Sed sicut illud quod dictum est : *Omnes in Christo vivificabuntur*, cum tam multi æterna morte puniantur, ideo dictum est, quia omnes quicumque vitam æternam percipiunt, non percipiunt nisi in Christo : ita quod dictum est, *omnes homines vult Deus salvos fieri*, cum tam multos nolit salvos fieri, ideo dictum est, quia omnes qui salvi fiunt, nisi ipso volente non fiunt ; & si quo alio modo illa verba apostolica intelligi possunt, ut tamen huic apertissimæ veritati, in qua videmus, tam multos volentibus hominibus, sed Deo nolente salvos non fieri, contraria esse non possint.

1. *Tim.* 2. 4.

1. *Cor.* 15. 22.

Ex Libro ejusdem De gratia & libero arbitrio, Cap. 1. 20. 22. & 23.

CAPUT I. Occasio & argumentum hujus operis.

1. PRopter eos qui liberum arbitrium sic prædicant & defendunt, ut Dei gratiam qua vocamur ad eum, & a nostris malis meritis liberamur, & per quam bona merita comparamus, quibus ad vitam perveniamus æternam, negare audeant & conentur auferre ; multa jam disseruimus, litterisque mandavimus, quantum nobis Dominus donare dignatus est. Sed quoniam sunt quidam qui sit gratiam Dei defendunt, ut negent hominis liberum arbitrium, aut quando gratia defenditur, negari existiment liberum arbitrium : hinc aliquid scribere ad vestrem caritatem, Valentine frater, & ceteri qui simul Deo servitis, compellente mutua caritate curavi. Nunciatum est enim mihi de vobis, fratres, ab aliquibus qui in vestra congregatione sunt, & ad nos inde venerunt, per quos & ista direximus, quod de hac re dissensiones in vobis sint. Itaque, dilectissimi, ne vos perturbet hujus quæstionis obscuritas, moneo vos primum, ut de iis quæ intelligitis, agatis Deo gratias : quidquid est autem quo pervenire nondum potest vestræ mentis intentio, pacem inter vos & caritatem servantes, a Domino ut intelligatis orate, & donec vos ipse perducat ad ea quæ nondum intelligitis, ibi ambulate quo pervenire potuistis. Hoc admonet apostolus Paulus, qui cum dixisset nondum se esse perfectum paulo post ait, *Quotquot ergo perfecti, hoc sapiamus*, id est, ita nos esse perfectos, ut nondum ad perfectionem, quæ nobis sufficit, venerimus ; continuoque subjunxit, *Et si quid aliter sapitis, hoc quoque vobis Deus revelabit : verumtamen in quod pervenimus, in eo ambulemus*. Ambulando quippe in quod prevenimus, & quo nondum pervenimus pervenire poterimus, Deo nobis revelante si quid aliter sapimus, si ea quæ jam revelavit, non relinquamus.

Phil. 3. 15.

Ibid. & 16.

Satis me disputasse arbitror adversus eos qui gratiam Dei vehementer oppugnant, qua voluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonam, & cum bona fuerit, adjuvatur : & sic disputasse, ut non magis ego, quam divina ipsa scriptura vobiscum locuta sit, evidentissimis testimoniis veritatis : quæ scriptura divina si diligenter inspiciatur, ostendit non solum bonas hominum voluntates, quas ipse facit ex malis, & a se factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit vitam ; verum etiam illas quæ conservant sæculi creaturam, ita esse in Dei potestate, ut eas quo voluerit, quando voluerit, faciat inclinari, vel ad beneficia quibusdam præstanda, vel ad pœnas quibusdam ingerendas, sicut ipse judicat, occultissimo quidem judicio, sed sine ulla dubitatione justissimo. Nam invenimus aliqua peccata etiam pœnas esse aliorum peccatorum : sicut sunt vasæ iræ, quæ perfecta dicit Apostolus in perditionem : sicut est induratio Pharaonis, cujus & caussa dicitur, ad ostendendam in illo virtutem Dei ; sicut est fuga Israelitarum a facie hostium de civitate Gai ; in animo enim factus est timor : ut fugerent, & hoc factum est ut vindicaretur peccatum eo modo, quo fuerat vindicandum : unde dicit Dominus ad Jesum Navé, *Non poterunt filii Israel subsistere ante faciem inimicorum suorum*. Quid est, *Non poterunt subsistere?* Quare non subsistebant per liberum arbitrium, sed per timorem turbata voluntate fugiebant ; nisi quia Deus dominatur & voluntatibus hominum, & quos vult, in formidinem convertit iratus? Numquid non hostes Israelitarum adversus populum Dei quem ducebat Jesus Nave, sua voluntate pugnarunt? Et tamen dicit Scriptura, *quia per Dominum factum est confortari cor eorum, ut obviam irent ad bellum ad Israel, ut exterminarentur*. Numquid non sua voluntate homo improbus filius Gemini maledicebat regi David? Et tamen quid ait David, plenus vera & alta & pia sapientia? quid ait illi qui maledicentem percutere voluit? *Quid mihi*, inquit, *& vobis filii Sarviæ? Dimittite eum, & maledicat ; quia Dominus dixit illi maledicere David. Et quis dicet ei, Quare feciſti sit?* Deinde scriptura divina plenam sententiam regis velut

CAPUT XX. Voluntates hominum ita esse in Dei potestate, ut eas quo voluerit faciat inclinari.

Confer. lib. 5. contra Julianum cap. 4.

Peccata quæda m pœnas esse aliorum peccatorum.

Rom. 9. 12. *Exod.* 7. 3. *& 10 1.*

Josue 7. 4. 5. *Ibid.* 12.

Josue 11. 20

2. *Reg.* 10. 5.

Ibid. 10.

velut ab alio initio repetendo commendans ; *Et dixit* , inquit , *David ad Abessa , & ad omnes pueros ejus : Ecce filius meus qui exiit de utero meo quærit animam meam , & adhuc modo filius Gemini ? Sinite illum , maledicat , quoniam dixit illi Deus ; ut videat Dominus humilitatem meam , & retribuat mihi bona pro maledicto ejus in die isto* . Quomodo dixerit Dominus huic homini maledicere David , qui sapiens & intelliget ? Non enim jubendo dixit , ubi obedientia laudaretur , sed quod ejus voluntatem proprio vitio suo malam in hoc peccatum judicio suo justo & occulto inclinavit , ideo dictum est , *dixit ei Dominus* . Nam si jubenti obtemperasset Deo , laudandus potius quam puniendus esset , sicut ex hoc peccato postea novimus esse punitum . Nec causa tacita est , cur ei Dominus isto modo dixerit maledicere David , hoc est , cor ejus malum in hoc peccatum miserit vel dimiserit : *Ut videat* , inquit , *Dominus humilitatem meam , & retribuat mihi bona pro maledicto ejus in die isto* . Ecce quomodo probatur Deum uti cordibus etiam malorum ad laudem atque adjumentum bonorum . Sic usus est Juda tradente Christum , sic usus est Judæis crucifigentibus Christum . Et quanta inde bona præstitit populus crediturus ? Quin & ipso diabolo utitur pessimo , sed optime , ad exercendam & probandam fidem & pietatem bonorum , non sibi , qui omnia scit ante quam fiant , sed nobis quibus erat necessarium , ut eo modo ageretur nobiscum . Numquid non sua voluntate Abessalon elegit consilium quod sibi oberat ? Et tamen ideo fecit , quia exaudierat Dominus ejus patrem orantem , ut hoc fieret . Propter quod Scriptura ait , *Et Dominus mandavit dissipare consilium Achitophel bonum , ut inducat Dominus super Abessalon omnia mala* . Bonum consilium dixit , quod ad tempus proderat causæ , quia pro ipso erat contra patrem ejus , contra quem rebellaverat , ut posset eum opprimere , nisi Dominus consilium dissipasset quod dederat Achitophel , agendo in corde Abessalon , ut tale consilium repudiaret , & aliud quod ei non expediebat , eligeret .

Ibid. 11. & 12.

1. Reg. 17. 14.

Ibidem.

CAPUT XXII. Gratiæ gratuitæ exemplum in parvulis.

Sed suspicentur homines quælibet merita bona , quæ putant præcedere , ut justificentur per Dei gratiam : non intelligentes , cum hoc dicunt , nihil aliud quam se negare gratiam : sed , ut dixi , quod volunt de majoribus suspicentur ; de parvulis certe Pelagiani quid respondeant non inveniunt , quorum nec voluntas ulla est in accipienda gratia , cujus voluntatis meritum præcessisse dicant , & insuper eos etiam cum fletu reluctari videmus quando baptizantur , & divina sacramenta percipiunt ; quod eis ad magnum impietatis peccatum imputaretur , si jam libero uterentur arbitrio : tamen hæret etiam in reluctantibus gratia , apertissime nullo bono merito præcedente , alioquin gratia jam non esset gratia . Et aliquando filiis infidelium præstatur hæc gratia , cum occulta Dei providentia in manus piorum quomodocumque perveniunt ; aliquando autem filii fidelium non eam consequuntur , aliquo impedimento existente ne possit periclitantibus subveniri . Fiunt vero ista per occultam Dei providentiam , cujus inscrutabilia sunt judicia , & investigabiles viæ : quod ut Apostolus diceret , quid prædixerit intuemini . Agebat enim de Judæis & Gentibus , cum scriberet ad Romanos , id est , ad Gentes , & ait , *Sicut enim aliquando vos non credistis Deo , nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate : ita & hi nunc non crediderunt in vestra misericordia , ut & ipsi misericordiam consequantur : concluſit enim Deus omnes in infidelitate , ut omnium misereatur* . Et cum attendisset quid dixerit , admirans sententiæ suæ certam quidem veritatem , sed magnam profunditatem , quomodo concluserit Deus omnes in infidelitate , ut omnium misereatur , quasi faciens mala ut venirent bona , mox exclamavit atque ait , *O altitudo divitiarum sapientiæ & scientiæ Dei ! Quam inscrutabilia sunt judicia ejus , & investigabiles viæ ejus ?* Hæc enim inscrutabilia judicia , & investigabiles vias perversi homines non cogitantes , & proclives ad reptehendendum , non idonei ad intelligendum , putabant , & jactitabant Apostolum dicere , *Faciamus mala , ut veniant bona* . Quod absit ut Apostolus diceret : sed homines non intelligentes , hoc putabant dici quando audiebant quod dixit Apostolus , *Lex autem subintravit ut abundaret delictum : ubi autem abundavit delictum , superabundavit gratia* . Sed utique gratia id agit , ut jam fiant bona ab eis qui fecerunt mala ; non ut perseverent in malis , & reddi sibi existiment bona . Non itaque debent dicere , *Faciamus mala , ut veniant bona* ; sed , fecimus mala , & venerunt bona ; jam faciamus bona , ut in futuro sæculo recipiamus pro bonis bona , qui in hoc sæculo recipimus pro malis bona . Propter quod scriptum est in Psalmo : *Misericordiam & judicium cantabo tibi Domine* . Prius itaque non ideo venit filius hominis in mundum , ut judicet mundum , sed ut salvetur mundus per ipsum ; hoc propter misericordiam : postea vero propter judicium venturus est judicare vivos & mortuos ; quamvis & in hoc tempore ipsa salvatio non fiat sine judicio , sed occulto , ideo ait , *In judicium veni in hunc mundum , ut qui non vident , videant , & qui vident , cæci fiant* .

Ibid. 33.

Rom. 3. 8.

Rom. 5. 20.

Ps. 100. 1.

Joan. 3. 17.

Joan. 9. 39.

CAPUT XXIII. Cur huic subvenitur, illi non subvenitur, revocandum ad judicia Dei occulta.

Ad occulta ergo Dei judicia revocate , quando videritis in una causa , quam certe habent omnes parvuli , hereditarium malum trahentes ex Adam , huic subveniri ut baptizetur , illi non subveniri ut in ipsa obligatione moriatur ; illum baptizatum in hac vita relinqui , quem præscivit Deus impium futurum , istum vero baptizatum rapi ex hac vita , ne malitia mutet intellectum ejus : & nolite in istis dare injustitiam vel insipientiam Deo , apud quem justitiæ fons est & sapientiæ : sed sicut vos exhortatus sum ab initio sermonis hujus , in quod perveniſtis , in eo ambulate , & hoc quoque vobis Deus revelabit : & si non in hac vita , certe in altera : *nihil est* enim *occultum , quod non revelabitur* . Quando ergo auditis dicentem Dominum , *Ego Dominus seduxi prophetam illum* ; & quod ait Apostolus , *Cujus vult miseretur , & quem vult obdurat* : in eo quem seduci permittit vel obdurari , mala ejus merita credite ; in eo vero cujus miseretur , gratiam Dei , non reddentis mala pro malis , sed bona pro malis , fideliter & indubitanter agnoscite . Nec ideo auferatis a Pharaone liberum arbitrium , quia multis locis dicit Deus , *Ego induravi Pharaonem* , vel *induravi* , *aut indurabo cor Pharaonis* . Non enim propterea ipse Pharao non induravit cor suum . Nam & hoc de illo legitur , quando ablata est ab Ægyptiis cynomya , dicente Scriptura : *Et ingravavit Pharao cor suum & in isto tempore , & noluit dimittere populum* . Ac per hoc & Deus indu-

Phil. 3. 16. & 15.

Matth. 10. 20.

Ezech. 14. 9.

Rom. 9. 18.

Exod. 8. 32.

Rom. 11. 30.

induravit per justum judicium, & ipse Pharao per liberum arbitrium. Certi ergo estote, quia non erit inanis labor vester, si in bono proposito proficientes perseveretis usque in finem. Deus enim qui modo illis quos liberat non reddit secundum opera eorum, tunc reddet unicuique secundum opera ejus. Reddet omnino Deus & mala pro malis, quoniam justus est; & bona pro malis, quoniam bonus est; & bona pro bonis, quoniam bonus & justus est: tantummodo mala pro bonis non reddet, quoniam injustus non est. Reddet ergo mala pro malis, pœnam pro injustitia; & reddet bona pro malis, gratiam pro injustitia; & reddet bona pro bonis, gratiam pro gratia.

Matth 16. 27.

EX EPISTOLA EJUSDEM AD HILARIUM

alias LXXXIX. *nunc* CLVII. *c.* 3. *n.* 13. *&* 14.

ITaque *sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem*, de qua condemnatione parvuli per sacramentum baptismi liberandi sunt: *ita per unius justificationem in omnes homines ad justificationem vitæ*. Et hic *omnes* dixit, & ibi; non quia omnes homines veniunt ad gratiam justificationis Christi, cum tam multi abalienati ab illa, in æternum moriantur: sed quia omnes qui renascuntur in justificationem, nonnisi per Christum renascuntur: sicut omnes qui nascuntur in condemnationem, nonnisi per Adam nascuntur. Nemo quippe est in illa generatione præter Adam, nemo in ista regeneratione præter Christum: ideo *omnes & omnes*; eosdem autem *omnes*, etiam *multos* postea dicit, adjungens: *Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: sic & per unius hominis obedientiam justi constituuntur multi*. Qui *multi*, nisi quos paulo ante *omnes* dixerat.

Rom. 5. 18.

Rom. 5. 19.

Vide quemadmodum commendat *unum & unum* id est, Adam & Christum: illum ad condemnationem, hunc ad justificationem, cum tanto post Adam venerit Christus in carne: ut sciamus etiam antiquos justos, quicumque esse potuerunt, nonnisi per eamdem fidem liberatos, per quam liberamur & nos, fidem scilicet incarnationis Christi, quæ illis prænuntiabatur, sicut nobis facta annuntiatur: Ideo idem Christum hominem dicit, cum sit & Deus, ne quis existimet antiquos justos, per Deum tantummodo Christum, id est per Verbum quod erat in principio, non etiam per fidem incarnationis ejus, qua & homo Christus dicitur, potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui non potest, de qua & alibi ait: *Per unum hominem mors; & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur*. Utique resurrectionem dicit justorum, ubi est vita æterna; non resurrectionem iniquorum, ubi mors eri æterna. Ideo ait, *vivificabuntur*; quia illi damnabuntur. Hinc & in veteribus sacramentis circumcisio parvulorum octava die fieri præcepta est, quoniam Christus, in quo fit delicti carnalis exspoliatio, quam significat circumcisio, die dominico resurrexit, qui post septimum sabbati octavus est. Hæc ergo fides etiam antiquorum justorum fuit. Unde & Apostolus dicit, *Habentes autem eumdem spiritum fidei, propter quod scriptum est; Credidi; propter quod locutus sum: & nos credimus, propter quod & loquimur*. Non diceret, *eamdem spiritum fidei*, nisi admonens etiam antiquos justos habuisse ipsum spiritum fidei, hoc est incarnationis Christi. Sed quia illis futura prænuntiabatur, quæ jam facta nobis annuntiatur, & tempore veteris Testamenti velabatur, quæ tempore novi Testamenti revelatur; ideo ejus sacramenta variata sunt, ut alia essent in veteri Testamento, alia in novo; cum fides ipsa varia non sit, sed una sit: quia *sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes vivificabuntur*.

Levit. 12. 3

2. *Cor.* 4. 13.

1. *Cor.* 15. 21.

1. *Cor.* 15. 22.

Ex libro primo ejusdem de diversis quæstionibus ad Simplicianum, quæst. 2.

QUÆSTIO II.

SED jam, ut arbitror, tempus est ad aliam transire quæstionem, quam si proposuisti, ut ab eo quod scriptum est, *Non solum autem, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati essent, neque aliquid egissent bonum aut malum:* usque ad id quod scriptum est, *Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus:* tota ipsa contextio differatur; & profecto est latebrosior. Sed certe, qualem te erga me novi, jubere mihi ut aperirem ista non posses, nisi a Domino deprecareris ut possem. Quo adjutorio fidentior factus, aggredior.

Rom. 9. 10. *&c.*

Ibid. 29.

Argumentum epistolæ ad Romanos.

Et primo, intentionem Apostoli, quæ per totam epistolam viget, tenebo, quam consulam. Hæc est autem, ut de operum meritis nemo glorietur, de quibus audebant Israelitæ gloriari, quod datæ sibi legi servissent, & ex hoc Evangelicam gratiam tamquam debitam meritis suis percepissent, quia legi serviebant. Unde nolebant eamdem gratiam dari Gentibus, tamquam indignis, nisi Judaica sacramenta susciperent. Quæ orta quæstio in Apostolorum Actibus solvitur. Non enim intelligebant, quia eo ipso quo gratia est Evangelica, operibus non debetur. Alioquin gratia jam non est gratia. Et multis locis hoc sæpe testatur, fidei gratiam præponens operibus, non ut opera exstinguat, sed ut ostendant non esse opera præcedentia gratiam, sed consequentia: ut scilicet non se quisque arbitretur ideo percepisse gratiam, quia bene operatus est; sed bene operari non posse, nisi per fidem percepérit gratiam. Incipit autem homo percipere gratiam, ex quo incipit Deo credere, vel interna vel externa admonitione motus ad fidem. Sed interest quibus articulis temporum, vel celebratione sacramentorum gratia plenior & evidentior infundatur. Non enim catechumeni non credunt, aut vero Cornelius non credebat Deo, cum eleemosynis & orationibus dignum se præberet cui Angelus mitteretur: sed nullo modo ista operaretur, nisi ante credidisset: nullo modo autem credidisset, nisi vel secretis per visa mentis aut spiritus, vel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus vocaretur. Sed in quibusdam tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum cælorum; sicut in cathecumenis, sicut in ipso Cornelio, ante quam sacramentorum participatione in incorporaretur Ecclesiæ. In quibusdam vero tanta est, ut jam corpori Christi, & sancto Dei templo deputentur. Templum enim Dei sanctum est, inquit Apostolus, quod estis vos. Et ipse Dominus, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non intrabit in regnum cælorum. Fiunt ergo inchoationes quædam fidei, conceptionibus similes: non tamen solum concipi, sed etiam nasci opus est, ut

Act. 15. 7. *Rom.* 11. 6.

Gratia fidei præcedit bona opera.

Act. 10. 1.

Gratia fidei minor in catechumenis, major in renatis.

1. *Cor.* 3. 17 *Joan.* 3. 5.

ad

ad vitam perveniatur æternam. Nihil tamen horum ſine gratia miſericordiæ Dei: quia & opera, ſi qua ſunt bona, conſequuntur, ut dictum eſt, illam gratiam, non præcedunt.

Scopus Apoſtoli in exemplo Jacob & Eſau *Epheſ.*2.8.

Quam rem perſuadere Apoſtolus volens, quia ſicut alio loco dicit, Gratia enim Dei ſalvi facti ſumus, & non ex nobis, ſed Dei donum eſt; non ex operibus, ne forte quis extollatur: de his qui nondum nati erant, documentum dedit. Nemo enim poſſet dicere, quod operibus promeruerat Deum Jacob nondum natus, ut divinitus diceretur, *Et major ſerviet minori*. Ergo, *Non ſolum*, inquit, Iſaac promiſſus eſt, cum dictum eſt, Ad hoc tempus veniam, & erit Saræ filius: qui utique nullis operibus promeruerat Deum, ut naſciturus promitteretur, ut in Iſaac vocaretur ſemen Abrahæ; id eſt, illi pertineret ad ſortem ſanctorum quæ in Chriſto eſt, qui ſe intelligerent filios promiſſionis, non ſuperbientes de meritis ſuis, ſed gratiæ vocationis deputantes, quod coheredes eſſent Chriſti; cum enim promiſſum eſt ut eſſent, nihil utique meruerant qui nondum erant: *ſed & Rebecca ex uno concubitu habens Iſaac patris noſtri*. Vigilantiſſime ait, *ex uno concubitu*: gemini enim concepti erant, ne vel paternis meritis tribueretur, ſi quiſquam forte diceret: Ideo talis natus eſt filius, quia pater ita erat affectus illo in tempore, quo eum ſevit in utero matris: aut ita erat mater affecta, cum eum concepit. Simul enim ambos uno tempore ille ſevit, eodem tempore illa concepit. Ad hoc commendandum ait, *ex uno concubitu*: ut nec aſtrologis daret locum, vel eis potius quos genethliacos appellaverunt, qui de natalibus naſcentium mores & eventa conjectant. Quid enim dicant, cur una conceptione, ſub uno utique temporis puncto, eadem diſpoſitione cæli & ſiderum, ut diverſa ſingulis annotari omnino non poſſent, tanta in illis geminis diverſitas fuerit, prorſus non inveniunt: & facile animadvertunt, ſi volunt, reſponſa illa quæ miſeris venditant, nullius artis expoſitione, ſed fortuita ſuſpicione proferri. Sed ut de re quæ agitur potius loquamur, ad frangendam atque dejiciendam ſuperbiam hominum ingratorum gratiæ Dei, & audentium gloriari de meritis ſuis, iſta commemorantur, *Cum enim nondum nati fuiſſent, neque aliquid egiſſent bonum aut malum, non ex operibus, ſed ex vocante dictum eſt ei, Quia major ſerviet minori*. Vocantis eſt ergo gratia, percipientis vero gratiam conſequenter ſunt opera bona, non quæ gratiam pariant, ſed quæ gratia pariantur. Non enim ut ferveat calefacit ignis, ſed quia fervet: nec ideo bene currit rota ut rotunda ſit, ſed quia rotunda eſt: ſic nemo propterea bene operatur, ut accipiat gratiam, ſed quia accepit. Quomodo enim poteſt juſte vivere, qui non fuerit juſtificatus? quomodo ſancte vivere, qui non fuerit ſanctificatus? vel omnino vivere, qui non fuerit vivificatus? Juſtificat autem gratia, ut juſtificatus poſſit vivere juſte. Prima eſt igitur gratia, ſecunda opera bona, ſicut alio loco dicit, Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum. Sicut illa immortalitas, poſt bona opera, ſi tamen vel ipſa ex debito poſcitur: ſicut idem ait, Bonum certamen certavi, curſum conſummavi, fidem ſervavi; de cetero ſupereſt mihi corona juſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die juſtus judex. Forte enim quia dixit, reddet, jam ſit ex debito.

Gen.25.23 Rom.9.10. Gen.18.10. Gen.21.12. Rom.9.11. &c. Bona opera ex gratia, non gratia ex operibus. 2.Tim.14. 7. & 8. Epheſ.4.8. Rom. 4.4.

Cum vero aſcendens in altum captivavit captivitatem, non reddidit, ſed dedit dona hominibus. Unde enim ipſe Apoſtolus tamquam debitum ſibi reddi præſumeret, niſi prius indebitam gratiam percepiſſet, qua juſtificatus bonum agonem certaret? Fuit enim blaſphemus, & perſecutor, & injuriosus; ſed miſericordiam conſecutus eſt: ut ipſe teſtatur: credens utique in eum qui juſtificat, non pium, ſed impium, ut juſtificando pium faciat.

1. Tim. 1. 13. Rom. 4. 5.

Non ex operibus, inquit, *ſed ex vocante dictum eſt ei, Quia major ſerviet minori*. Ad hoc pertinet quod ait, *Cum enim nondum nati fuiſſent, neque aliquid egiſſent bonum aut malum*: ut poſſet dici, *Non ex operibus, ſed ex vocante*. Unde occurrit animo quærere, cur dixerit, *Ut ſecundum electionem propoſitum Dei maneret?* Quomodo eſt enim juſta, aut qualiſcumque omnino electio, ubi nulla diſtantia eſt? Si enim nullo merito electus eſt Jacob nondum natus & nihil operatus, nec omnino eligi potuit nulla exſiſtente differentia, qua eligeretur, Item ſi nullo merito improbatus eſt Eſau, quia & ipſe nondum natus & nihil operatus erat, cum diceretur, *Et major ſerviet minori*; quomodo ejus improbatio juſta dici poteſt? Qua ergo diſcretione, quo æquitatis examine quod ſequitur intelligimus: *Jacob, dilexi; Eſau autem odio habui*? Quod quidem ſcriptum eſt in Propheta, qui longe poſterior prophetavit, quam illi nati & mortui ſunt: ſed tamen illa ſententia videtur commemorata, qua dictum eſt, *Et major ſerviet minori*; & ante quam nati & aliquid operati eſſent. Unde igitur iſta electio, vel qualis electio, ſi nondum natis, nondumque aliquid operatis nulla ſunt momenta meritorum? An forte ſunt aliqua naturarum? Quis hoc intelligat, ex uno patre, ex una matre, ex uno concubitu, ex uno creatore? An quemadmodum ex eadem terra idem creator produxit diverſa animantium atque gignentium genera, ita ex eodem hominum conjugio atque complexu produxit in geminis diverſam prolem, unam quam diligeret, alteram quam odiſſet? Nulla ergo electione, ante quam; eſſet quod eligeretur. Si enim bonus factus eſt Jacob, ut placeret; unde placuit ante quam fieret, ut bonus fieret? Non itaque electus eſt, ut fieret bonus, ſed bonus factus eligi potuit.

Rom.9.12. Quomodo juſta electio Jacob, & reprobatio Eſau. Malach.1. 2. & 3.

An ideo *ſecundum electionem*, quia omnium Deus præſcius etiam futuram fidem vidit in Jacob nondum nato? ut quamvis non ex operibus ſuis juſtificari quiſque mereatur, quando quidem bene operari niſi juſtificatus non poteſt, tamen quia ex fide juſtificat gentes Deus, nec credit aliquis niſi libera voluntate, hanc ipſam fidei voluntatem futuram prævidens Deus, etiam nondum natum præſcientia, quem juſtificaret, elegerit. Si igitur electio per præſcientiam, præſcivit autem Deus fidem Jacob; unde probas quia non etiam ex operibus elegit eum? Si propterea quia nondum nati erant, & nondum aliquid egerant bonum ſeu malum; ita etiam nondum crediderat aliquis eorum. Sed præſcientia vidit creditorum? Ita præſcientia videre poterat operaturum: ut quomodo dicitur electus propter fidem futuram, quam præſciebat Deus, ſic alius poſſit dicere, propter futura opera potius electum, quæ nihilominus præſciebat Deus. Quapropter unde oſtendit Apoſtolus, non ex operibus dictum eſſe, *Major ſerviet minori*? Si quoniam nondum nati erant: non ſolum non ex operibus, ſed nec ex fide dictum eſt, quia utrumque deerat nondum natis. Non igitur ex præſcientia voluit intelligi factam electionem minoris, ut

Electio Jacob an ex præſcientia futuræ fidei. Gal. 3. 8.

ma-

major ei serviret. Volens enim ostendere non ex operibus factum, propterea intulit, dicens, *Cum enim nondum nati fuissent, neque aliquid egissent bonum seu malum*. Alioquin poterat ei dici, Sed jam sciebat Deus, quis quid esset acturus. Quamobrem unde illa electio facta sit quæritur: quia si non ex operibus, quæ non erant in nondum natis; nec ex fide, quæ nec ipsa erat; unde igitur?

Electio ex gratia & proposito Dei.

An dicendum est, quod nulla electio fuerit, non existente aliqua diversitate in utero matris vel fidei, vel operum, vel quorumlibet omnino meritorum? Sed dictum est, *Ut secundum electionem propositum Dei maneret*. Et ideo quærimus, quia dictum est. Nisi forte sic est distinguenda sententia, non ut intelligamus tamquam ideo *non ex operibus, sed ex vocante dictum esse, Major serviet minori, ut secundum electionem propositum Dei maneret*: sed ita potius, ut ad hoc de nondum natis & nondum aliquid operatis exemplum datum accipiatur, ne aliqua electio hic possit intelligi. *Cum enim nondum nati fuissent, neque aliquid egissent bonum seu malum, ut secundum electionem propositum Dei maneret*; id est, neque aliquid egissent bonum aut malum, ut propter ipsam actionem electio aliqua fieret ejus qui bene egerat: cum ergo nulla esset electio bene agentis, secundum quam maneret propositum Dei, *non ex operibus; sed ex vocante*, id est, ex eo qui vocando ad fidem gratia justificat impium, *dictum est ei, Quia major serviet minori*. Non ergo secundum electionem propositum Dei manet, sed ex proposito electio: id est, non quia invenit Deus opera bona in hominibus quæ eligat, ideo manet propositum justificationis ipsius; sed quia illud manet ut justificet credentes, ideo invenit opera quæ jam eligat ad regnum cælorum. Nam nisi esset electio, non essent electi; nec recte dicerétur, Quis accusabit adversus electos Dei? Non tamen electio præcedit justificationem, sed electionem justificatio. Nemo enim eligitur, nisi jam distans ab illo qui rejicitur. Unde quod dictum est, Quia elegit nos Deus ante mundi constitutionem, non video quomodo dictum sit, nisi præscientia. Hic autem quod ait, *Non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia major serviet minori*: non electione meritorum, quæ post justificationem gratiæ proveniunt, sed liberalitate donorum Dei voluit intelligi, ne quis de operibus extollatur. Gratia enim Dei salvi facti sumus; & hoc non ex nobis, sed Dei donum est: non ex operibus, ne forte quis extollatur.

Rom. 9. 11.

Rom. 8. 33.

Ephes. 1. 4.

Ephes. 2. 8.

An fides inter dona gratiæ numeretur.

Quæritur autem, utrum vel fides mereatur hominis justificationem; an vero nec fidei merita præcedant misericordiam Dei, sed & fides ipsa inter dona gratiæ numeretur. Quia & hoc loco cum dixisset, *Non ex operibus;* non ait, sed ex fide *dictum est ei, Quia major serviet minori*: ait autem, *sed ex vocante*. Nemo enim credit, qui non vocatur. Misericors autem Deus vocat, nullis hoc vel fidei meritis largiens; quia merita fidei sequuntur vocationem potius, quam præcedunt. Quomodo enim credent, quem non audierunt? Et quomodo audient sine prædicante? Nisi ergo vocando præcedat misericordia Dei, nec credere quisquam potest, ut ex hoc incipiat justificari, & accipere facultatem bene operandi. Ergo ante omne meritum est gratia. Etenim Christus pro impiis mortuus est. Ex vocante igitur minor accepit, non ex ullis meritis operum suorum, ut major ei serviret: ut etiam quod scriptum est, *Jacob dilexi*, ex vocante sit Deo, non ex operante Jacob.

Rom. 10. 14.

Rom. 5. 6.

Quomodo justa reprobatio Esau.

Quid deinde Esau, quod servit minori, & quod scriptum est, *Esau autem odio habui*; quibus malis suis hoc meruit, cum & ipse nondum natus fuisset, neque aliquid egisset boni aut mali, quando dictum est, *Et major serviet minori*? An forte quemadmodum illud de Jacob nullis meritis bonæ actionis dictum est, ita Esau nullis meritis malæ actionis odiosus? Si enim quia præsciebat Deus futura ejus opera mala, propterea eum prædestinavit ut serviret minori; propterea prædestinavit & Jacob ut ei major serviret, quia futura ejus bona opera præsciebat, & falsum est jam quod ait, *Non ex operibus*. Si autem verum est, quod non ex operibus, & inde hoc probat, quia de nondum natis nondumque aliquid operatis hoc dictum est; unde nec ex fide, quæ in nondum natos similiter nondum erat: qui merito Esau odio habetur ante quam nascatur? Quod enim fecit Deus ea quæ diligeret, nulla quæstio est. Si autem dicamus eum fecisse quæ odisset, absurdum est, occurrente alia Scriptura & dicente, Neque enim odio habens aliquid constituisses, & nihil odisti horum quæ fecisti. Quo enim merito sol factus est sol, aut quid offendit luna, ut tanto illo inferior, vel quid promeruit ut sideribus ceteris tanto clarior crearetur? Sed hæc omnia bona creata sunt quæque in genere suo. Non enim diceret Deus, Solem dilexi, lunam autem odio habuit aut, lunam dilexi, stellas autem odio habui: sicut dixit, *Jacob dilexi, Esau autem odio habui*. Sed illa omnia dilexit, quamvis excellentiæ diversis gradibus ordinata; quoniam vidit Deus quia bona sunt, cum dicto ejus sunt instituta: ut autem odisset Esau, nisi injustitiæ merito, injustum est. Quod si concedimus, incipit & Jacob justitiæ merito diligi. Quod si verum est, falsum est quod non ex operibus. An forte ex justitia fidei? Quid ergo te adjuvat, *Cum enim nondum nati fuissent*? Quandoquidem in nondum nato nec justitia fidei poterat esse.

Sap. 11. 25.

Gen. 1.

Vidit itaque Apostolus quid ex his verbis posset animo audientis vel legentis occurrere, statimque subjecit: *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas est apud Deum? Absit*. Et quasi docens quomodo absit: *Moysi enim dicit*, inquit, *Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero*. Quibus verbis solvit quæstionem; an potius artius colligavit? Idipsum est enim quod maxime movet, si misereatur cui misertus erit, & misericordiam præstabit cui misericors fuerit, cur hæc misericordia defuit Esau, ut etiam ipse per illam esset bonus, quemadmodum per illam bonus factus est Jacob. An ideo dictum est, *Miserebor cui misertus ero, & misericordiam præstabo cui misericors fuero*; quia cum misertus erit Deus ut eum vocet, miserebitur ejus ut credat; & cui misericors fuerit, ut credat, misericordiam præstabit, hoc est, faciet cum misericordem, ut etiam bene operetur? Unde admonemur, nec ipsis operibus misericordiæ quemquam oportere gloriari & extolli, quod eis quasi suis Deum promeruerit: quando quidem ut haberet ipsam misericordiam, ille præstitit qui misericordiam præstabit cui misericors fuerit. Quod si eam

Rom. 9. 14. & 15.

Exod. 33. 19

Fides donum Dei miserentis.

credendo se meruisse quis jactat, noverit eum sibi præstitisse ut crederet, qui miseretur inspirando fidem, cujus misertus est ut adhuc infideli vocationem impertiret. Jam enim discernitur fidelis ab impio. Quid enim habes quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?

1. Cor. 4. 7.

Cur donum fidei subtractum Esau.

Recte quidem hoc: sed cur hæc misericordia subtracta est ab Esau, ut non sic vocaretur, ut & vocato inspiraretur fides, & credens misericors fieret ut bene operaretur? An forte quia noluit? Si ergo Jacob ideo credidit quia voluit, non ei Deus donavit fidem, sed eam sibi ipse volendo præstitit, & habuit aliquid quod non accepit. An quia nemo potest credere nisi velit, nemo velle nisi vocetur, nemo autem sibi potest præstare ut vocetur, vocando Deus præstat & fidem? quia sine vocatione non potest quisquam credere, quamvis nullus credat invitus. Quomodo enim credent, quem non audierunt? Aut quomodo audient sine prædicante? Nemo itaque credit non vocatus: sed non omnis credit vocatus. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi: utique ii qui vocantem non contemserunt, sed credendo secuti sunt; volentes autem sine dubio crediderunt. Quid est ergo quod sequitur, *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei?* An quia nec velle possumus nisi vocati, & nihil valet velle nostrum, nisi ut perficiamus adjuvet Deus? Opus est ergo velle & currere. Non enim frustra diceretur, Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Et, Sic curite, ut comprehendatis. Non tamen volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei, ut quod volumus adipiscamur, & quo volumus perveniamus. Noluit ergo Esau, & non cucurrit: sed & si voluisset & cucurrisset, Dei adjutorio perveniisset, qui etiam ei velle & currere vocando præstaret, nisi vocatione contempta reprobus fieret. Aliter enim Deus præstat ut velimus, aliter præstat quod voluerimus. Ut velimus enim & suum esse voluit & nostrum; suum vocando, nostrum sequendo. Quod autem voluerimus solus præstat, id est, posse bene agere & semper beate vivere. Verumtamen Esau nondum natus, nihil horum posset velle seu nolle. Cur ergo in utero positus improbatus est? Reditur enim ad illas difficultates, non solum sua obscuritate, sed etiam nostra tum multa repetitione molestiores.

Rom. 10. 14.

Matth. 20. 16.

Rom. 9. 16.

Luc. 2. 14.

1. Cor. 9. 24.

An ex præscientia futuræ voluntatis improbatus Esau, & approbatus Jacob.

Cur enim est improbatus Esau nondum natus, qui nec credere poterat vocanti, nec contemnere vocationem, nec boni vel mali aliquid operari? Si præscientia Dei futuræ malæ voluntatis ejus, cur non & Jacob præscientia Dei approbatus est futuræ bonæ voluntatis ejus? Quod si semel concesseris, potuisse quemquam vel approbari, vel improbari ex eo quod nondum in illo erat, sed quia Deus futurum esse præsciebat; conficitur eum potuisse etiam ex operibus approbari, quæ in illo Deus futura esse præsciebat, quamvis nondum esset aliquid operatus; & omnino te nihil adjuvabit quod nondum nati erant, cum dictum esset, *Et major serviet minori*, ut hinc ostendas non ex operibus dictum, quia nondum quidquam erat operatus.

Rom. 9. 16. Bona voluntas in nobis fit operante Deo.

Illa etiam verba si diligenter attendas, *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*: non hoc Apostolus propterea tantum dixisse videbitur, quod adjutorio Dei ad id quod volumus perveniamus, sed etiam ex illa intentione, qua & alio loco dicit, Cum timore & tremore vestram ipsorum salutem operamini, Deus enim est qui operatur in vobis & velle & operari pro bona voluntate. Ubi satis ostendit etiam ipsam bonam voluntatem in nobis operante Deo fieri. Nam si propterea solum dictum est, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*; quia voluntas hominis sola non sufficit ut juste recteque vivamus, nisi adjuvemur misericordia Dei: potest & hoc modo dici: Igitur non miserentis est Dei, sed volentis est hominis; quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostræ voluntatis addatur. At illud manifestum est, frustra nos velle, nisi Deus misereatur: illud autem nescio quomodo dicatur, frustra Deum misereri, nisi nos velimus. Si enim Deus miseretur, etiam volumus; ad eamdem quippe misericordiam pertinet ut velimus. Deus enim est qui operatur in nobis & velle & operari pro bona voluntate. Nam si quæramus, utrum Dei donum sit voluntas bona, mirum si negare quisquam audeat. At enim quia non præcedit voluntas bona vocationem, sed vocatio bonam voluntatem, propterea vocanti Deo recte tribuitur quod bene volumus, nobis vero tribui non potest quod vocamur. Non igitur ideo dictum putandum est, *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*, quia nisi ejus ajutorio non possumus adipisci quod volumus: sed ideo potius, quia nisi ejus vocatione non volumus.

Phil. 1. 12. & 13.

3. sent. dist. 36. c. Voluntatem.

Vocatio an sit effectus bonæ voluntatis.

Sed si vocatio ista ita est effectrix bonæ voluntatis, ut omnis cum vocatus sequatur, quomodo verum erit, Multi vocati, pauci electi? Quod si verum est, & non consequenter vocationi vocatus ob emperat, atque ut non obtemperet in ejus est positum voluntate, recte etiam dici potest, Igitur non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis: quia misericordia vocantis non sufficit, nisi vocati obedientia consequatur. An forte illi qui hoc modo vocati non consentiunt, possent alio modo vocati accommodare fidei voluntatem, ut & illud verum sit, Multi vocati, pauci electi; ut quamvis multi uno modo vocati sint, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequantur vocationem, qui ei capiendæ reperiuntur idonei; & illud non minus verum sit, *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*, qui hoc modo vocavit, quomodo aptum erat eis qui secuti sunt vocationem? Ad alios autem vocatio quidem pervenit: sed quia talis fuit, qua moveri non possent, nec eam capere apti essent, vocati quidem dici potuerunt, sed non electi, & non jam similiter verum est, Igitur non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis: quoniam non potest effectus misericordiæ Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille misereatur, si homo nolit; quia si vellet etiam ipsorum misereri, posset ita vocare, quomodo illis aptum esset, ut & moverentur & intelligerent & sequerentur. Verum est ergo, Multi vocati, pauci electi. Illi enim electi, qui congruenter vocati: illi autem qui non congruebant neque contemperabantur vocationi, non electi, quia non secuti, quamvis vocati. Item verum est, *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei*: quia etiamsi multos vocet, eorum tamen miseretur, quos ita vocat, quomodo eis vocari aptum est, ut sequantur. Falsum est autem si quis dicit, Igitur non miserentis Dei, sed

Matth. 22. 14.

Vocatio congrua

vo-

volentis atque currentis est hominis : quia nullius Deus frustra misereturi cujus autem misereturi sic eum vocat, quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat.

Cur Esau non congruenter vocatus.

Hic dicet aliquis, Cur ergo Esau non sic est vocatus, ut Vellet ? Videmus enim alios aliter iisdem rebus demonstratis vel significatis ad credendum moveri. Sicut, exempli gratia, Simeon in Dominum nostrum Jesum Christum adhuc in-
Luc. 2. 25. „ fantem parvulum credidit, Spiritu ei revelan-
Joan. 1. 48. & 49. „ te cognoscens. Nathanael ad unam sententiam, „ quam ab illo audivit, Prius quam te Philippus „ vocares, cum esses sub arbore fici vidi te; res-
Matth. 16. 16. pondit, Rabbi, tu es Filius Dei, tu rex Israel. Quod tanto post quia confessus est Petrus, meruit audire, quod beatus sit, & quod ei darentur claves regni cælorum. Miraculo facto in Cana
Joan. 2. 11. Galilææ, quod initium signorum Jesu Joannes Evangelista commemorat, aqua in vinum conversa, crediderunt in eum discipuli ejus. Multos loquendo incitavit ad fidem : multi nec suscitatis mortuis crediderunt. De cruce atque morte ejus
Luc. 23. 40. conterriti etiam discipuli titubaverunt; & tamen latro tunc credidit, cum eum non præstantiorem videret in operibus, sed consortio crucis æqualem. Unus etiam de numero discipulorum, post
Jo. 20. 27. ejus resurrectionem, non tam viventibus membris, quam recentibus cicatricibus credidit : multi ex eorum numero a quibus crucifixus est, qui vi-
Act. 3. 7. & *c.* 4. 4. dentes eum miracula facientem contempserant, discipulis eum prædicantibus & in nomine ejus talia facientibus crediderunt. Cum ergo alius sic, alius autem sic moveatur ad fidem, eademque res sæpe alio modo dicta moveat, alio modo dicta non moveat, aliumque moveat, alium non moveat; quis audeat dicere defuisse Deo modum vocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret voluntatemque conjungeret, in qua Jacob justificatus est ? Quod si tanta quoque potest esse obstinatio voluntatis, ut contra omnes modos vocationis obdurescat mentis aversio : quæritur utrum de divina pœna sit ipsa duritia, cum Deus deserit non sic vocando, quomodo ad fidem moveri potest. Quis enim dicat modum, quo ei persuaderetur ut crederet, etiam omnipotenti defuisse ?

Sed quid hoc quærimus ? cum ipse subjungat
Rom. 9. 17. *Exod.* 9. 16. Apostolus, *Dicit enim Scriptura Pharaoni, Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuntietur nomen meum in universa terra*. Hoc autem subjecit Apostolus documentum, quo probaret quod supra dixerat, *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*. Tamquam enim ei diceretur. Unde hoc doces ? *Dicit enim scriptura*, inquit, *Pharaoni, Quia ad hoc te excitavi, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuntietur nomen meum in universa terra*. Utique hinc ostendens, quod non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Concluditque ita ;
Rom. 9. 18. *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult obdurat* : cum superius non utrumque dictum sit. Neque enim quomodo dictum est, *Non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei* ; sic etiam dictum est, Non nolentis neque contementis, sed obdurantis est Dei. Unde datur intelligi quod infra utrumque posuit, *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*, ita sententiæ superiori posse congruere, ut obduratio Dei sit nolle misereri : ut non ab illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non erogetur. Quod si sit nulla distinctio-

Obduratio Dei quæ sit. 1. *Sent. dist.* 41. *c.* 1.

ne meritorum, quis non erumpat in eam vocem, quam sibi ipse objecit Apostolus ? *Dicis itaque mihi, Quid adhuc conqueritur ? Nam voluntati ejus quis resistit ?* Conqueritur enim Deus sæpe de hominibus, sicut per innumerabiles apparet Scripturarum locos, quod nolint credere & recte vivere : Unde fideles & facientes voluntatem Dei, conversari dicuntur sine querela, quod de illis non queratur Scriptura. Sed, *Quid conqueritur*, *Rom.* 9. 19. *Luc.* 1. 6. ait ? *Nam voluntati ejus quis resistit ?* quando *cujus vult miseretur, & quem vult obdurat* ? Et tamen intueamur superiora, & inde nostram, quantum ipse Dominus adjuvat, sententiam dirigamus.

Ait enim paulo ante, *Quid ergo dicemus ? Numquid iniquitas est apud Deum ? Absit* : Sit igitur hoc fixum atque immobile in mente sobria pietate atque stabili in fide, quod nulla iniquitas est apud Deum : atque ita tenacissime firmissimeque credatur, idipsum quod Deus cujus vult miseretur, & non vult quem vult obdurat, hoc est, cujus vult misereturi esse alicujus occultæ, atque ab humano modulo investigabilis æquitatis, quæ in ipsis rebus humanis terrenisque contractibus animadvertenda est, in quibus nisi supernæ justitiæ quædam impressa vestigia teneremus, numquam in ipsum cubile ac penetrale sanctissimum atque castissimum spiritalium præceptorum nostræ in-
Matt. 5. 6. firmitatis suspiceret atque inhiaret intentia. Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. In ista igitur sicitate vitæ conditionisque mortalis, nisi aspergeretur de super velut tenuissima quædam aura justitiæ, citius aresceremus, quam sitiremus. Qua propter cum dando & accipiendo inter se hominum societas connectatur, dentur autem & accipiantur vel debita vel non debita ; quis non videat iniquitatis arguinemineminem posse, qui quod sibi debetur exegerit ? nec eum certe, qui quod ei debetur, donare voluerit ? hoc autem non esse in eorum qui debitores sunt ; sed in ejus cui debetur arbitrio ? Hæc imago, vel, ut supra dixi, vestigium negotiis hominum de fastigio summo æquitatis impressum est. Sunt igitur omnes homines, (quando quidem, ut Apostolus ait, In Adam omnes mo-
1. *Cor.* 15. 22. riuntur, a quo in universum genus humanum origo ducitur offensionis Dei,) una quædam massa Omnes homines una massa peccati. peccati, supplicium debens divinæ summæque justitiæ, quod sive exigatur, sive donetur, nulla est iniquitas. A quibus autem exigendum, & quibus donandum sit, superbo judicant debito-
Matt. 20. 11 res : quemadmodum conducti ad illam veniam injuste indignati sunt, cum tantundem aliis donaretur, quantum illis redderetur. Itaque hujus impudentiam quæstionis ita retundit Apostolus : *O homo, tu quis es, quis respondeas Deo ?*
Rom. 9. 20. Sic enim respondet Deo, cum ei displicet, quod de peccatoribus conqueritur Deus, quasi quemquam Deus peccare cogat, si tantummodo quibusdam peccantibus misericordiam justificationis suæ non largiatur, & ob hoc dicatur
1. *Sent. dist.* 40. *cap.* Cumque prædestinatio. obdurare peccantes quosdam, quia non eorum misereturi non quia impellit ut peccent. Eorum autem non misereturi quibus misericordiam non esse præbendam, æquitate occultissima & ab humanis sensibus remotissima judicat. Inscrutabilia enim sunt judicia ejus & investigabiles
Rom. 11. 33. viæ ipsius. Conqueritur autem juste de peccatoribus, tamquam de his quos peccare ipse non cogit. Simul etiam ut hi quorum misereturi hanc quoque habeant vocationem, ut dum conqueritur Deus de peccatoribus, compungantur corde,

atque ad ejus gratiam convertantur, Juſte ergo conqueritur, & miſericorditer.

Sed ſi hoc movet, quod voluntati ejus nullus reſiſtit, quia cui vult ſubvenit, & quem vult deſerit; cum & ille cui ſubvenit, & ille quem deſerit, ex eadem maſſa ſint peccatorum, & quamvis debeat uterque ſupplicium, ab uno tamen exigatur, alteri donetur: ſi hoc ergo movet; *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo?* Arbitror enim ſub hac ſignificatione poſitum, quod dictum eſt, *homo*, ſub qua & illud dicitur, Nonne homines eſtis, & ſecundum hominem ambulatis? Ibi enim carnales & animales notantur hoc nomine, quibus dicitur, Non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus. Et illud, Nondum enim poteratis, ſed neque adhuc poteſtis, adhuc enim eſtis carnales. Et illud, Animalis autem homo non percipit quæ ſunt Spiritus Dei. His ergo dicitur, *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo? Numquid dicit figmentum ei qui ſe finxit, Quare me ſic feciſti?* * *An non habet poteſtatem figulus luti, ex eadem conſperſione facere, aliud quidem vas in honorem, aliud in contumeliam?* Eo ipſo fortaſſe ſatis oſtendit ſe homini carnali loqui; quoniam hoc limus ipſe ſignificat, unde primus homo formatus eſt: & quia omnes, ut jam commemoravi, ſecundum eumdem Apoſtolum, in Adam moriuntur, unam dicit eſſe conſperſionem omnium. Et quamvis aliud vas fiat in honorem, aliud in contumeliam; tamen & illud quod fit in honorem, neceſſe eſt ut carnale eſſe incipiat, atque inde in ſpiritalem conſurgat ætatem. Quando quidem jam in honorem facti erant, & in Chriſto jam nati erant. ſed tamen quoniam parvulos adhuc alloquitur, etiam ipſos carnales appellat, dicens, Non potui loqui vobis quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus; quaſi parvulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam: neque enim poteratis; ſed nec adhuc quidem poteſtis; adhuc enim eſtis carnales. Quamvis ergo carnales eos eſſe dicat, tamen jam in Chriſto natos, & in illo parvulos, & lacte potandos. Et quod adjungit, Nec adhuc quidem poteſtis; oſtendit proficientes futurum eſſe ut poſſint: quia jam in eis ſpiritaliter renatis gratia fuerat inchoata. Ergo jam vaſa erant in honorem facta, quibus tamen adhuc recte diceretur, *O homo, tu quis es, qui reſpondeas Deo?* Et ſi talibus recte dicitur, multo rectius eis qui vel nondum ita regenerati ſunt, vel etiam in contumeliam facti. Illud tantummodo inconcuſſa fide teneatur, quod non ſit iniquitas apud Deum: qui ſive donet, ſive exigat debitum, nec ille a quo exigit, recte poteſt de iniquitate ejus conqueri, nec ille cui donat, debet de ſuis meritis gloriari. Et ille enim, niſi quod debetur, non reddit: & ille non habet, niſi quod accepit.

Lib. quæſt. 83. qu. 68.
1. Cor. 3. 3.
Ibid. 1. & 2.
1. Cor. 2. 14.
* Rom. 9. 21.
1. Cor. 15. 22.
1. Cor. 3. 1. & 2.

Sed enitendum eſt hoc loco, ſi Dominus adjuvet, videre quemadmodum & illud verum ſit, quod ſcriptum eſt, *Nihil odiſti eorum quæ feciſti*: & illud, *Jacob dilexi, Eſau autem odio habui*. Si enim propterea Eſau odio habuit, quia vas factum erat in contumeliam, & aliud vas in honorem, aliud in contumeliam idem figulus fecit, quomodo *nihil odiſti eorum quæ feciſti?* Ecce enim odit Eſau, quod vas ipſe fecit in contumeliam. Qui nodus ita ſolvitur, ſi intelligamus omnium creaturarum eſſe artificem Deum. Omnis autem creatura Dei bona eſt; & omnis homo, in quantum homo eſt, creatura eſt, non in quantum peccator eſt. Eſt ergo creator Deus & corporis & animi humani. Neutrum horum malum, & neutrum odit Deus: nihil enim odit eorum quæ fecit. Eſt autem animus præſtantior corpore; Deus vero & animo & corpore, utriuſque effector & conditor, nec odit in homine niſi peccatum. Eſt autem peccatum hominis inordinatio atque perverſitas, id eſt, a præſtantiore conditore averſio, & ad condita inferiora converſio. Non igitur odit Deus Eſau hominem, ſed odit Deus Eſau peccatorem. Sicut dicitur de Domino, In ſua propria venit, & ſui eum non receperunt. Quibus item ipſe dicit, Vos propterea non auditis, quia non eſtis ex Deo. Quomodo ſui, quomodo non ex Deo? Niſi quia illud dictum eſt de hominibus, quos ipſe Dominus fecerat; illud de peccatoribus, quos ipſe Dominus arguebat: iidem tamen ipſi & homines & peccatores; ſed homines Dei conditione peccatores propria voluntate. Quod ergo Jacob dilexit, numquid peccator non erat? Sed dilexit in eo non culpam quam delebat, ſed gratiam quam donabat, Nam & Chriſtus pro impiis mortuus eſt; non tamen ut impii permanerent, ſed ut juſtificati ab impietate converterentur, credentes in eum qui juſtificat impium. Odit enim Deus impietatem. Itaque in aliis eam punit per damnationem, in aliis adimit per juſtificationem, quemadmodum ipſe judicat eſſe faciendum illis judiciis inſcrutabilibus. Et quod ex numero impiorum, quos non juſtificat, facit vaſa in contumeliam, non hoc in eis odit quod facit: quippe in quantum impii ſunt, exſecrabiles ſunt; in quantum autem vaſa ſiunt, ad aliquem uſum fiunt, ut per eorum ordinatas pœnas, vaſa quæ fiunt in honorem proficiant. Non itaque odit Deus, nec in quantum homines ſunt, nec in quantum vaſa ſunt, id eſt, nec quod in eis facit creando, nec quod in eis facit ordinando: nihil enim odit eorum quæ fecit. Sed tamen, quod vaſa eos facit perditionis, ad uſum correctionis aliorum facit. Odit enim in eis impietatem, quam ipſe non fecit. Sicut enim judex in homine odit furtum, ſed non odit quod datur ad metallum; illud enim fur, hoc judex facit: ita Deus quod ex conſperſione impiorum facit vaſa perditionis, non odit quod facit, id eſt, opus ordinationis ſuæ in pœna debita pereuntium, in qua occaſionem ſalutis illi quorum miſeretur inveniant. Sic Pharaoni dictum eſt, *Ad hoc te excitavi, ut oſtendam in te potentiam meam, & ut annuntietur nomen meum in univerſa terra*. Hæc demonſtratio potentiæ Dei, & annuntiatio nominis ejus in univerſa terra prodeſt eis ut timeant, & vias ſuas corrigant, quibus vocatio talis congruit. Sic conſequenter dicit, *Si autem Deus volens oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam, attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem*: ſubauditur: *Tu quis es, qui reſpondeas Deo?* ut recurrente ſententia ad verba ſuperiora, iſte ſit ſenſus: Si volens Deus oſtendere iram, attulit vaſa iræ; tu quis es, qui reſpondeas Deo? Non autem ſolum *volens oſtendere iram, & demonſtrare potentiam ſuam attulit in multa patientia vaſa iræ, quæ perfecta ſunt in perditionem*; ſed etiam quod ſequitur, *ut notas faceret divitias gloriæ ſuæ in vaſa miſericordiæ*. Quid prodeſt vaſis perfectis in perditionem, quod ea Deus patienter ſuſtinet, ut ordinate diſperdat, utaturque illis ad inſtrumentum

1. Tim. 4. 4. Peccatum quid.
Joan. 1. 11.
Joan. 8. 47.
Rom. 5. 6.
Rom. 4. 5.
Vaſa perditionis ad uſum correctionis aliorum.
Rom. 9. 17. Exod. 9. 16.
Rom. 9. 22.

Quomodo Eſau Deus odio habuit, qui nihil odit eorum quæ fecit.
Sap. 11. 25.
Malach. 1. 2. & 3.

tum salutis aliorum, quorum miseretur? Sed illis utique prodest, ad quorum salutem istis sic utitur; ut sicut scriptum est, justus manus lavet in sanguine peccatoris, id est, mundetur ab operibus malis per timorem Dei, cum videt supplicia peccatorum. Quod ergo *volens ostendere iram attulit vasa iræ*, valet ad utilem aliis præstandum timorem, *& ut notas faceret divitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ præparavit in gloriam*. Etenim obduratio illa impiorum utrumque demonstrat, & quid timendum sit, ut quisque pietate convertatur ad Deum; & quantæ agendæ sint gratiæ misericordiæ Dei, qui in aliorum pœna quid aliis donet ostendit. Si autem illa, quam de aliis exigit, non est justa pœna, nihil donat aliis, a quibus eam non exigit. Quia vero illa justa est, & nulla est iniquitas apud vindicantem Deum, quis sufficiat agere gratias ei, qui hoc remittit, quod si vellet exigere, nemo se recte diceret non debere.

Ps. 57. 11.

Quos & vocavit nos, inquit, *non solum ex Judæis, sed etiam ex Gentibus*: id est, vasa misericordiæ quæ præparavit in gloriam. Non enim omnes Judæos, sed ex Judæis: nec omnes omnino homines Gentium, sed ex Gentibus. Una est enim ex Adam massa peccatorum & impiorum, in qua & Judæi & Gentes remota gratia Dei ad unam pertinent conspersionem. Si enim figulus luti ex eadem conspersione facit aliud vas in honorem, aliud vas in contumeliam; manifestum est autem quod & ex Judæis sunt alia vasa in honorem, alia in contumeliam, sicut ex Gentibus: sequitur ut ad unam conspersionem omnes pertinere intelligantur. Deinde incipit reddere attestationes Prophetæ singulis generibus converso ordine. Prius enim dixit, *ex Judæis*, posterius, *ex Gentibus*: prius autem reddit testimonium pro Gentibus, deinde pro Judæis. *Etenim sicut Osee dicit, Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam*: * *& erit in loco ubi dictum est, Non populus meus vos, ibi vocabuntur filii Dei vivi*: de Gentibus intelligitur dictum, quia non habebant destinatum unum sacrificiorum locum, sicut Judæi in Jerusalem. Missi sunt autem ad Gentes Apostoli, ut in loco suo quique crederent, & ubicumque credidissent, ibi sacrificium laudis offerrent, quibus dedit potestatem filios Dei fieri. *Isaias autem*, inquit, *clamat pro Israel*. Ne rursus omnes Israelitæ in perditionem isse credantur, docet & inde facta alia vasa in honorem, alia in contumeliam. *Si fuerit*, inquit, *numerus filiorum Israel quasi arena maris, reliquiæ salvæ fient*. Cetera ergo turba, vasa perfecta ad perditionem. *Verbum enim consummans & brevians*, inquit, *faciet Dominus super terram*, id est, ut compendio fidei per gratiam salvos faciat credentes, non per innumerabiles observationes, quibus illa multitudo serviliter onerata premebatur. Per gratiam quippe nobis verbum consummans & brevians fecit super terram dicens, Jugum meum lene est, & sarcina mea levis est. Quod & paulo post hic dicitur: *Prope te est verbum in ore tuo & in corde tuo, hoc est verbum fidei quod prædicamus; quia si confitearis in ore tuo, quia Dominus est Jesus, & credideris in corde tuo quia Deus illum suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit ad salutem*. Hoc est verbum consummans & brevians quod fecit Deus super terram, qua consummatione atque breviatione latro justificatus est, qui defixis in cruce omnibus membris, & habens libera hæc duo, corde credidit ad justitiam, ore confessus est ad salutem, statimque audire meruit, Hodie mecum eris in paradiso. Consequerentur enim bona opera ejus, si percepta gratia diu inter homines viveret. Sed tamen non ea præcesserant, ut eamdem gratiam mereretur, ex latrocinio fixus in cruce, ex cruce in paradisum translatus. *Et sicut prædixit*, inquit, *Isaias, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus*. Quod hic ait, *reliquisset nobis semen*, hoc ibi, *reliquiæ salvæ fient*. Ceteri autem tamquam perditionis vasa, debito supplicio perierunt. Et ut non omnes perissent, sicut in Sodoma & Gomorrha, non meritum eorum fecit, sed gratia Dei relinquentis semen, unde alia messis toto orbe consurgeret, Hoc & paulo post: *Sic ergo*, inquit, *& in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ salvæ factæ sunt. Si autem gratia, jam non ex operibus, alioquin gratia jam non est gratia. Quid ergo? quod quærebat Israel, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est ceteri vero excecati sunt*. Consecuta sunt vasa misericordiæ, excæcata sunt vasa iræ: ex eadem tamen conspersione, sicut in plenitudine Gentium.

Est locus quidam Scripturæ ad rem, de qua nunc agimus, maxime necessarius, eadem quæ tractata sunt, mira contestatione confirmans, in eo libro qui ab aliis Jesus Sirach, ab aliis Ecclesiasticus dicitur, in quo ita scriptum est: *Et omnes homines de solo, & ex terra Adam creatus est. In multitudine disciplinæ Dominus separavit eos, & immutavit vias eorum. Et ex ipsis benedixit & exaltavit, & ex his sanctificavit & ad se applicavit, & ex ipsis maledixit & humiliavit: & convertit illos ad dissentionem illorum. Quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare illud & disponere, omnes viæ ejus secundum dispositionem ejus; sic homo in manu illius qui se fecit, & reddet illi secundum judicium suum. Contrarium malo bonum est, & contra mortem vita est; sic & contra virum justum peccator. Et sic intuere in omnia opera Altissimi, duo, duo; unum contra unum*. Primo hic commendata est disciplina Dei: *In multitudine*, inquit, *disciplinæ Dominus separavit eos*: unde, nisi a beatitudine paradisi? *Et immutavit vias eorum*, ut jam tamquam mortales viverent. Tunc facta est una massa omnium, veniens de traduce peccati & de pœna mortalitatis, quamvis Deo formante & creante quæ bona sunt. In omnibus est enim species & compago corporis in tanta membrorum concordia, ut inde Apostolus ad caritatem obtinendam similitudinem duceret. In omnibus est etiam spiritus vitalis terrena membra vivificans, omnisque natura hominis dominatu animæ & famulatu corporis conditione mirabili temperata: sed concupiscentia carnalis de peccati pœna jam regnans, universum genus humanum tamquam totam & unam conspersionem originali reatu in omnia permanante confuderat. Et tamen sequitur, *Ex ipsis benedixit & exaltavit, & ex ipsis sanctificavit & ad se applicavit, & ex ipsis maledixit, & humiliavit, & convertit illos in dissensionem ipsorum*. Tamquam Apostolo dicente, *An non habet pote-*

Rom. 9. 24. Vocati non omnes, sed ex omnibus & Judæis, & gentibus.

Ibid. 25. & 26. *Osee* 2. 23. * *Osee* 1. 10.

Joan. 1. 11. *Rom.* 9. 27. *Isai.* 10. 22.

Matth. 11. 30. *Rom.* 10. 8. *&c.*

Luc. 23. 43.

Rom. 9. 29. *Isai.* 1. 9.

Rom. 11. 5. *&c.*

Eccli. 33. 10. *&c.*

1. *Cor.* 12. 12.

Rom. 9. 21.

pote-

poteſtatem figulus luti ex eadem conſperſione facere aliud vas in honorem, aliud in contumeliam? Ideoque illud quod contexitur, nec ab ipſa ſimilitudine vacat: *Quaſi lutum*, inquit, *figuli in manu ipſius plaſmare illud & diſponere, omnes viæ ejus ſecundum diſpoſitionem ejus, ſic homo in manu illius qui ſe fecit.* Sed quia dicit Apoſtolus, *Numquid iniquitas apud Deum?* vide & hic quid adjungat: *Reddet illi*, inquit, *ſecundum judicium ſuum.* Sed cum damnatis juſta tribuantur ſupplicia; tamen quia hoc ipſum in uſum convertitur, quo illi proficiant quibus præbetur miſericordia, attende reliqua: *Contrarium*, inquit, *malo bonum eſt, & contra mortem, vita; ſic & contra virum juſtum peccator. Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi: duo, duo; unum contra unum*; utique ut ex deteriorum comparatione emineant proficiantque meliora. Quæ tamen quoniam per gratiam meliora ſunt, tamquam diceret, *Reliquiæ ſalvæ fient*: ſequitur & dicit ex perſona reliquiarum, *Et ego noviſſimus vigilavi, & quaſi qui rematur poſt vindemiatores.* Et unde probat, quia non ex meritis ſuis, ſed ex miſericordia Dei? *In benedictione*, inquit, *Domini & ipſe ſperavi, & quaſi qui vindemiat: replevi torcular.* Quamvis enim noviſſimus vigilaverit, tamen quia erunt, ut dictum eſt, noviſſimi primi, in benedictione Domini ſperans ex reliquiis Iſrael racematus populus implevit torcular ex ubertate vindemiæ, quæ toto orbe terrarum provenit.

Ibid. 27.

Matth. 20. 16.

Intentio Apoſtoli in epiſtola ad Romanos.

Nulla igitur intentio tenetur Apoſtoli, & omnium juſtificatorum per quos nobis intellectus gratiæ demonſtratus eſt, niſi ut qui gloriatur, in Domino glorietur. Quis enim diſcutiet opera Domini, ex eadem conſperſione unum damnantis, alterum juſtificantis? Liberum voluntatis arbitrium plurimum valet; immo vero eſt quidem, ſed in venumdatis ſub peccato quid valet? Caro, inquit, concupiſcit adverſus ſpiritum, & ſpiritus adverſus carnem, ut non ea quæ vultis faciatis. Præcipitur ut recte vivamus, hac utique mercede propoſita, ut in æternum beate vivere mereamur: ſed quis poteſt recte vivere & bene operari, niſi juſtificatus ex fide? Præcipitur ut credamus, ut dono accepto Spiritus ſancti per dilectionem bene operari poſſimus: ſed quis poteſt credere, niſi aliqua vocatione, hoc eſt, aliqua rerum teſtificatione tangatur? Quis habet in poteſtate tali viſo attingi mentem ſuam, quo ejus voluntas moveatur ad fidem? Quis autem animo amplectitur aliquid, quod eum non delectat? aut quis habet in poteſtate ut vel occurrat quod eum delectare poſſit, vel delectet cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectant, quibus proficiamus ad Deum, inſpiratur hoc & præbetur gratia Dei, non nutu noſtro & induſtria aut operum meritis comparatur: quia ut ſit nutus voluntatis, ut ſit induſtria ſtudii, ut ſint opera charitate ferventia, ille tribuit, ille largitur. Petere jubemur ut accipiamus, & quærere ut inveniamus, & pulſare ut aperiatur nobis. Nonne aliquando ipſa oratio noſtra ſic tepida eſt, vel potius frigida & pene nulla, immo omnino interdum ita nulla, ut neque hoc in nobis cum dolore advertamus? quia ſi vel hoc dolemus, jam oramus. Quid ergo aliud oſtenditur nobis, niſi quia & petere & quærere & pulſare ille concedit, qui ut hæc faciamus, jubet? *Igitur non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei*: quando quidem nec velle nec currere, niſi eo movente atque excitante poterimus.

Rom. 7. 14.

Gal. 5. 17.

Matt. 7. 7.

Rom. 9. 16.

Quod ſi electio hic ſit aliqua, ut ſic intelligamus quod dictum eſt, *Reliquiæ per electionem gratiæ ſalvæ factæ ſunt*; non ut juſtificatorum electio fiat ad vitam æternam, ſed ut eligantur qui juſtificentur: certe ita occulta eſt hæc electio, ut in eadem conſperſione nobis prorſus apparere non poſſit, aut ſi apparet quibuſdam, ego in hac re infirmitatem meam fateor. Non enim habeo quod intuear in hominibus eligendis ad gratiam ſalutarem, ſi ad examen hujus electionis aliqua cogitatione permittor, niſi vel majus ingenium, vel minora peccata, vel utrumque: addamus etiam, ſi placet, honeſtas utileſque doctrinas. Quiſquis ergo fuerit quam minimis peccatis irretitus atque maculatus, (nam nullis quis poteſt?) & acer ingenio, & liberalibus artibus expolitus, eligendus videtur ad gratiam. Sed cum hoc ſtatuero, ita me ridebit ille qui infirme mundi elegit ut confundat fortia; & ſtulta mundi ut confundat ſapientes, ut eum intuens & pudore correctus, ego irrideam multos & præ quibuſdam peccatoribus caſtiores, & præ quibuſdam piſcatoribus oratores. Nonne advertimus multos fideles noſtros ambulantes viam Dei, ex nulla parte ingenio comparari, non dicam quorumdam hæreticorum, ſed etiam mimerum? Item non videmus quoſdam homines utriuſque ſexus in conjugali caſtitate viventes ſine querela, & tamen vel hæreticos vel paganos, vel etiam in vera fide & vera Eccleſia ſic tepidos, ut eos miremur meretricum & hiſtrionum ſubite converſorum, non ſolum patientia & temperantia, ſed etiam fide, ſpe, charitate ſuperari? Reſtat ergo ut voluntates eligantur. Sed voluntas ipſa, niſi aliquid occurrerit quod delectet atque invitet animum, moveri nullo modo poteſt: hoc autem ut occurrat non eſt in hominis poteſtate. Quid volebat Saulus, niſi invadere, trahere, vincire, necare Chriſtianos? Quam rabida voluntas, quam furioſa, quam cæca! qui tamen una de ſuper voce proſtratus, occurrente utique tali viſo, quo mens illa & voluntas refracta ſævitia retorqueretur & corrigeretur ad fidem, repente ex Evangelii mirabili perſecutore mirabilior prædicator effectus eſt. Et tamen quid dicemus? *Numquid iniquitas eſt apud Deum*, exigentem a quo placet, donantem cui placet? qui nequaquam exigit indebitum, nequaquam donat alienum. *Numquid iniquitas eſt apud Deum? Abſit.* Quare tamen huic ita, & huic non ita, *O homo, tu qui es?* Debitum ſi non reddis, habes quod gratuleris: Si reddis, non habes quod queraris. Credamus tantum (etſi capere non valemus) quoniam qui univerſam creaturam & ſpiritalem & corporalem fecit & condidit, omnia in numero & pondere, & menſura diſponit. Sed inſcrutabilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus. Dicamus halleluia, & collaudemus canticum, & non dicamus, Quid hoc? vel quid hoc? Omnia enim in tempore ſuo creata ſunt.

Electio gratiæ quam occulta.

Rom. 11. 5.

1. *Cor.* 1. 27.

Act. 8. 3. & 9. 1.

Rom. 9. 14.

Sap. 11. 21.

Rom. 11. 33.

Eccli. 39. 19. & 26.

Ex

Ex Libro quinto de Civitate Dei. Cap. 19. & 20.

EX CAP. XIX.

QUAMVIS, ut potuis, ſatis expoſuerim qua cauſſa Deus unus & juſtus Romanos ſecundum quamdam formam terrenæ civitatis bonos adjuverit ad tanti imperii gloriam conſequendam; poteſt tamen & alia cauſſa eſſe latentior, propter diverſa merita generis humani, Deo magis nota quam nobis; dum illud conſtet inter omnes veraciter pios, neminem *ſine vera pietate, id eſt, veri Dei vero cultu veram poſſe habere virtutem; nec eam veram eſſe, quando gloriæ ſervit humanæ. Eos tamen qui cives non ſunt Civitatis æternæ, quæ in ſacris litteris noſtris dicitur Civitas Dei, utiliores eſſe terrenæ Civitati, quando habent virtutem vel ipſam, quam ſi nec ipſam. Illi autem qui vera pietate prædíti bene vivunt, ſi habent ſcientiam regendi populos, nihil eſt felicius rebus humanis, quam ſi Deo miſerante habeant poteſtatem. Tales autem homines virtutes ſuas, quantaſcumque in hac vita poſſunt habere, non tribuunt niſi gratiæ Dei, quod eas volentibus, credentibus, petentibus dederit; ſimulque intelligunt quantum ſibi deſit ad perfectionem juſtitiæ, qualis eſt in illorum ſanctorum Angelorum ſocietate cui ſe nituntur aptare. Quantumlibet autem laudetur atque prædicetur virtus, quæ ſine vera pietate ſervit hominum gloriæ, nequaquam ſanctorum exiguis initiis comparanda eſt, quorum ſpes poſita eſt in gratia & miſericordia Dei.

* V. *infra l.* 19. *c.* 25. Virtus nulla vera ſine vera pietate. *Pſal.* 45. & 47. *&c.*

CAPUT XX. Tam turpiter ſervire virtutes humanæ gloriæ, quam corporis voluptati.

SOLENT Philoſophi, qui finem boni humani in ipſa virtute conſtituunt, ad ingerendum pudorem quibuſdam philoſophis, qui virtutes quidem probant, ſed eas voluptatis corporalis fine metiuntur; & illam per ſe ipſam putant appetendam, iſtas propter ipſam; *tabulam quamdam verbis pingere, ubi voluptas in ſella regali quaſi delicata quædam regina conſidat; eique virtutes famulæ ſubjiciuntur, obſervantes ejus nutum, ut faciant quod illa imperaverit: quæ prudentiæ jubeat, ut vigilanter inquirat, quomodo voluptas regnet & ſalva ſit; juſtitiæ jubeat, ut præſtet beneficia quæ poteſt ad comparandas amicitias corporalibus commodis neceſſarias; nulli faciat injuriam; ne offenſis legibus voluptas vivere ſecura non poſſit: fortitudini jubeat, ut ſi dolor corpori acciderit, qui non compellat in mortem, teneat dominam ſuam, id eſt, voluptatem fortiter in animi cogitatione, ut per priſtinarum deliciarum recordationem mitiget præſentis doloris aculeos: temperantiæ jubeat, ut tantum capiat alimentorum, & ſi qua delectant, ne per immoderationem noxium aliquid valetudinem turbet, & voluptas, quam etiam in corporis ſanitate Epicurei maximam ponunt, graviter offendatur. Ita virtutes cum tota ſuæ gloriæ dignitate tamquam imperioſæ cuidam & inhoneſtæ mulierculæ ſervient voluptati. Nihil hac pictura dicunt eſſe ignominioſius & deformius; & quod minus ferre bonorum poſſit adſpectus: & verum dicunt. Sed non exiſtimo ſatis debiti decoris eſſe picturam, ſi etiam talis fingatur, ubi virtutes humanæ gloriæ ſerviant. Licet enim iſta gloria delicata mulier non ſit, inflata tamen eſt, & multum inanitatis habet. Unde non ei digne ſervit ſoliditas quædam firmitaſque virtutum, ut nihil provideat prudentia, nihil diſtribuat juſtitia, nihil toleret fortitudo, nihil temperantia moderetur, niſi unde placeatur hominibus, & ventoſæ gloriæ ſerviatur. Nec illi ſe ab iſta fœditate defenderint, qui cum aliena ſpernant judicia velut gloriæ contemptores, ſibi ſapientes videntur & ſibi placent. Nam eorum virtus, ſi tamen ulla eſt, alio modo quodam humanæ ſubditur laudi. Neque enim ipſe qui ſibi placet, homo non eſt. Qui autem vera pietate in Deum, quem diligit, credit & ſperat, plus intendit in ea in quibus ſibi diſplicet, quam in ea, ſi qua in illo ſunt, quæ non tam ipſi quam veritati placent: neque id tribuit, unde jam poteſt placere, niſi ejus miſericordiæ, cui metuit diſplicere; de his ſanatis gratias agens, de illis ſanandis preces fundens.

Ex libro ejuſdem XIX. de Civitate Dei.

CAPUT XXV.

Quod non poſſint ibi veræ eſſe virtutes, ubi non eſt vera religio.

QUamlibet enim videatur animus corpori, & ratio vitiis laudabiliter imperare; ſi Deo animus & ratio ipſa non ſervit, ſicut ſibi ſerviendum eſſe ipſe Deus præcepit, nullo modo corpori vitiiſque recte imperat. Nam qualis corporis atque vitiorum poteſt eſſe mens domina, veri Dei neſcia, nec ejus imperio ſubjugata, ſed vitioſiſſimis dæmonibus corrumpentibus proſtituta? Proinde virtutes quas ſibi habere videtur, per quas imperat corpori & vitiis ad quodlibet adipiſcendum vel tenendum, niſi ad Deum retulerit, etiam ipſæ vitia ſunt potius quam virtutes. Nam licet à quibuſdam tunc veræ & honeſtæ putentur eſſe virtutes, cum ad ſe ipſas referuntur, nec propter aliud expetuntur; etiam tunc inflatæ ac ſuperbæ ſunt: & ideo non virtutes, ſed vitia judicanda ſunt. Sicut enim non eſt a carne, ſed ſuper carnem, quod carnem facit vivere: ſic non eſt ab homine, ſed ſuper hominem, quod hominem facit beate vivere; nec ſolum hominem, ſed etiam quamlibet Poteſtatem Virtutemque cæleſtem.

V. *lib.* 13. *de Trinit. c.* 20. *& l.* 14. *c.* 1.

Ex libro ejuſdem XXII. de Civitate Dei.

EX CAPITE I.

De conditione angelorum & hominum.

DEUS (*in principio*) liberum arbitrium intellectuali naturæ tribuit tale, ut ſi vellet, deſereret Deum, beatitudinem ſcilicet ſuam, continuo miſeria ſecutura. Qui cum præſciret angelos quoſdam per elationem, qua ipſi ſibi ad beatam vitam ſufficere vellent, tanti boni deſertores futuros, non eis ademit hanc poteſtatem, potentius & melius eſſe judicans, etiam de malis bene facere, quam mala eſſe non ſinere. Quæ omnino nulla eſſent, niſi natura mutabilis, quamvis bona, & à ſummo Deo atque incommutabili bono, qui bona omnia con-

condidit, instituta, peccando ea sibi ipsa fecisset. Quo etiam peccato suo teste convincitur, bonam conditam se esse naturam. Nisi enim magnum & ipsa, licet non æquale Conditori, bonum esset, profecto desertio Dei tamquam luminis sui malum ejus esse non posset. Nam sicut cœcitas oculi vitium est, & idem ipsum indicat ad lumen videndum oculum esse creatum, ac per hoc etiam ipso vitio suo excellentius ostenditur ceteris membris membrum capax luminis, (non enim alia causa esset vitium ejus carere lumine:) ita natura quæ fruebatur Deo, optimam se istitutam docet etiam ipso vitio, quo ideo misera est, quia non fruitur Deo; qui casum angelorum voluntarium justissima pœna sempiternæ infelicitatis obstrinxit, atque in eo summo bono permanentibus ceteris, ut de sua fine fine permansione certi essent, tamquam ipsius præmium permansionis dedit. Qui fecit hominem ipsum etiam rectum cum eodem libero arbitrio, terrenum quidem animal, sed cælo dignum, si suo cohæreret auctori: miseria similiter, si eum desereret secutura, qualis naturæ hujusmodi conveniret. Quem similiter cum prævaricatione legis Dei per Dei desertionem peccaturum esse præsciret, nec illi ademit liberi arbitrii potestatem, simul prævidens, quid boni de malo esset ipse facturus, qui de mortali progenie merito justeque damnata tantum populum gratia sua colligit, ut inde suppleat, & instauret partem quæ lapsa est angelorum; ac sic illa dilecta & superna Civitas non fraudetur suorum numero civium, quin etiam fortassis & uberiore lætetur.

CAPUT II.

De æterna Dei & incommutabili voluntate.

MULTA enim fiunt a malis quidem contra voluntatem Dei: sed tantæ est illic sapientiæ, tantæque virtutis, ut in eos exitus sive fines, quos bonos & justos ipse præscivit, tendant omnia, quæ voluntati ejus videntur adversa. Ac per hoc cum Deus mutare dicitur voluntatem, ut quibus lenis erat, verbi gratia, reddatur iratus, illi potius quam ipse mutantur, & eum quodammodo mutatum in his quæ patiuntur inveniunt: sicut mutatur sol oculis sauciatis, & asper quodam modo ex miti, & ex delectabili molestus efficitur, cum ipse apud se maneat idem qui fuit. Dicitur etiam voluntas Dei, quam facit in cordibus obedientium mandatis ejus, de qua dicit Apostolus, *Deus est enim qui operatur in vobis & velle*. Sicut justitia Dei, non solum qua ipse justus est, sed illa etiam quam in homine, qui ab illo justificatur, facit: sic & lex ejus vocatur, quæ potius est hominum, sed ab ipso data. Nam utique homines erant quibus ait Jesus, *In lege vestra scriptum est*: cum alio loco legamus, *Lex Dei ejus in corde ipsius*. Secundum hanc voluntatem, quam Deus operatur in hominibus, etiam velle dicitur, quod ipse non vult, sed suos id volentes facit: sicut dicitur cognovisse, quod ut cognosceretur fecit, a quibus ignorabatur. Neque enim dicente Apostolo, *Nunc autem cognoscentes Deum, immo cogniti a Deo*, fas est ut credamus, quod eos tunc cognoverit Deus præcognitos ante constitutionem mundi: sed tunc cognovisse dictus est, quod tunc ut cognosceretur effecit. De his locutionum modis jam & in superioribus libris memini disputatum. Secundum hanc ergo voluntatem, qua Deum velle dicimus quod alios efficit velle, a quibus futura nesciuntur, multa vult, nec facit.

Voluntas Dei. *Philip. 2. 13.* *Joan. 8. 17.* *Ps. 36. 31.* *Gal. 4. 9.* *1. Petr. 1. 20.*

* Multa enim volunt fieri sancti ejus ab illo inspirata sancta voluntate, nec fiunt; sicut orant pro quibusdam pie sancteque, & quod orant non facit, cum ipse in eis hanc orandi voluntatem sancto-Spiritu suo fecerit. Ac per hoc quando secundum Deum volunt & orant sancti, ut quisque sit salvus, possumus illo modo locutionis dicere, Vult Deus & non facit; ut ipsum dicamus velle, qui ut velint isti facit. Secundum illam vero voluntatem suam, quæ cum ejus præscientia sempiterna est, profecto in cælo & in terra omnia quæcumque voluit, non solum præterita vel præsentia, sed etiam futura jam fecit. Verum ante quam veniat tempus, quod voluit ut fieret, quod ante tempora universa præscivit atque disposuit, dicimus, Fiet quando Deus voluerit. Si autem non solum tempus quo futurum est, verum etiam utrum futurum sit ignoramus, dicimus, Fiet, si Deus voluerit: non quia Deus novam voluntatem, quam non habuit, tunc habebit; sed quia id quod ex æternitate in ejus incommutabili præparatum est voluntate, tunc erit.

** Alias Caput II.* *Ps. 113. 3.*

Ex libri ejusdem XIII. de Trinitate cap. 20.

CAPUT XX.

BEATOS esse se velle, omnium hominum est: nec tamen omnium est fides, qua cor mundante ad beatitudinem pervenitur. Ita fit ut per istam quam non omnes volunt, ad illam tendendum sit quam nemo potest esse qui nolit. Beatos esse se velle, omnes in corde suo vident; tantaque est in hac re naturæ humanæ conspiratio, ut non fallatur homo, qui hoc ex animo suo de animo conjicit alieno: denique omnes id velle nos novimus. Multi vero immortales se esse posse desperant, cum id quod omnes volunt, id est, beatus nullus esse aliter possit; volunt tamen etiam immortales esse, si possent; sed non credendo quod possint, non ita vivunt ut possint. Necessaria ergo est fides, ut beatitudinem consequamur, omnibus humanæ naturæ bonis, id est, & animi & corporis. Hanc autem fidem in Christo esse definitam, qui in carne resurrexit a mortuis, non moriturus ulterius: nec nisi per illum quemquam liberari a diaboli dominatu, per remissionem peccatorum: in cujus diaboli partibus necesse est miseram esse vitam, eamdemque perpetuam; quæ mors est potius dicenda quam vita, eadem fides habet.

2. Thess. 3. 2. *Act. 15. 9.* *Rom. 6. 9.*

Ex libro ejusdem XIV. de Trinitate, cap. 1.

CAPUT I.

NUnc de sapientia nobis est differendum, non de illa Dei, quæ proculdubio Deus est; nam sapientia Dei Filius ejus unigenitus dicitur: sed loquemur de hominis sapientia, vera tamen quæ secundum Deum est, & verus ac præcipuus cultus ejus est, quæ uno nomine Θεοσέβεια Græce appellatur. Quod nomen nostri, sicut jam commemoravimus, volentes & ipsi

Quæ sit sapientia de que agitur in hoc libro. *Eccli. 24. 5.*

& ipsi uno nomine interpretari, pietatem dixerunt, cum pietas apud Græcos εὐσέβεια usi atius nuncupetur : θεοσέβεια vero, quia uno verbo perfecte non potest, melius duobus interpretatur, ut dicatur potius Dei cultus. Hanc esse hominis sapientiam, quod & in duodecimo hujus operis volumine jam posuimus, Scripturæ sanctæ auctoritate monstratur, in libro Dei servi Job, ubi legitur Dei sapientiam dixisse hominis : *Ecce pietas est sapientia, abstinere autem a mala disciplina*; sive etiam, ut nonnulli de Græco ἐπιστήμη interpretati sunt, *disciplina* : quæ utique a discendo nomen accepit, unde & scientia dici potest. Ad hoc enim quæque res discitur, ut sciatur. Quamvis alia notione, in iis quæ pro peccatis suis mala quisque patitur ut corrigatur, dici soleat disciplina. Unde illud est in epistola ad Hebræos, *Quis enim est filius, cui non det disciplinam pater ejus* ? Et illud evidentius in eadem, *Omnis enim ad tempus disciplina non gaudii videtur esse, sed tristitiæ : postea vero fructum pacificum iis qui per eam certarunt, reddet justitiæ*. Deus ergo ipse summa sapientia, cultus autem Dei sapientia est hominis, de qua nunc loquimur. Nam *sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum*. Secundum hanc itaque sapientiam, quæ Dei cultus est, ait sancta Scriptura, *Multitudo sapientium sanitas est orbis terrarum*.

Cap. 14. *Job.* 28. 28. *Hebr.* 12. 7. *Ibid.* 11. 1. *Cor.* 3. 19. *Sap.* 6. 26.

De scientiæ ac sapientiæ distinctione quid jam dictum.

Disputantes autem de sapientia, definierunt eam dicentes, Sapientia est rerum humanarum divinarumque scientia. Unde ego quoque in libro superiore utrarumque rerum cognitionem, id est, divinarum atque humanarum, & sapientiam & scientiam dici posse non tacui. Verum secundum hanc distinctionem qua dixit Apostolus, *Alii datur sermo sapientiæ, alii sermo scientiæ;* ista definitio dividenda est, ut rerum divinarum scientia proprie sapientia nuncupetur, humanarum autem proprie scientiæ nomen obtineat : de qua volumine tertiodecimo disputavi, non utique quidquid sciri ab homine potest in rebus humanis, ubi plurimum supervacaneæ vanitatis & noxiæ curiositatis est, huic scientiæ tribuens, sed illud tantummodo quo fides saluberrima gignitur, nutritur, defenditur, roboratur : qua scientia non pollent fideles plurimi, quamvis polleant ipsa fide plurimum. Aliud est enim scire tantummodo quid homo credere debeat propter adipiscendam vitam beatam, quæ non nisi æterna est : aliud autem scire quemadmodum hoc ipsum & piis opituletur, & contra impios defendatur, quam proprio appellare vocabulo scientiam videtur Apostolus. De qua prius cum loquerer, ipsam præcipue fidem commendare curavi, a temporalibus æterna breviter ante distinguens, atque ibi de temporalibus differens : æterna vero in hunc librum differens, etiam de rebus æternis fidem temporalem quidem, & temporaliter in credentium cordibus habitare, necessariam tamen propter adipiscenda ipsa æterna esse monstravi. Fidem quoque de temporalibus rebus, quas pro nobis æternus fecit, & passus est in homine, quem temporaliter gessit, atque ad æterna provexit, ad eamdem æternorum adeptionem prodesse differui : virtutesque ipsas, quibus in hac temporali mortalitate prudenter, fortiter, temperanter, & juste vivitur, nisi ad eamdem, licet temporalem fidem, quæ tamen ad æterna perducit, referantur, veras non esse virtutes.

* *Lib.* 13. *c.* 1. & 19. 1. *Cor.* 12. 8. *Lib.* 13. *c.* 7. *Ibid. c.* 20.

S. Prosperi.

Ex Enchiridio ejusdem de Fide spe & charitate, cap. 103,

CAPUT II. Excutitur dictum Apostoli. 1. *Tim.* 2. 4. *Qui vult omnes homines salvos fieri.* 1. *Sent. d.* 46. *c.* Nunc videre restat *V. lib. de corrept. & grat. c.* 14. *Joan.* 1. 9.

AC per hoc cum audimus & in sacris literis legimus, quod velit (Deus) omnes salvos fieri, quamvis certum sit nobis non omnes homines salvos fieri, non tamen ideo debemus omnipotentissimæ Dei voluntati aliquid derogare; sed ita intelligere quod scriptum est, *Qui omnes homines vult salvos fieri* : tamquam diceretur, nullum hominem fieri salvum, nisi quem fieri ipse voluerit : non quod nullus sit hominum, nisi quem salvum fieri velit; sed quod nullus fiat, nisi quem velit; & ideo sit rogandus ut velit, quia necesse est fieri, si voluerit. De orando quippe Deo agebat Apostolus ut hoc diceret. Sic enim intelligimus & quod in Evangelio scriptum est, *Qui illuminat omnem hominem* : non quia nullus est hominum qui non illuminetur, sed quia nisi ab ipso nullus illuminatur. Aut certe sic dictum est : *Qui omnes homines vult salvos fieri*; non quod nullus hominum esset quem salvum fieri nollet, qui virtutes miraculorum facere noluit apud eos quos dicit acturos fuisse pœnitentiam, si fecisset; sed ut *omnes homines* omne genus humanum intelligamus per quascumque differentias distributum, reges, privatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, divites, pauperes, mediocres, mares, feminas, infantes, pueros, adolescentes, juvenes, seniores, senes; in linguis omnibus, in moribus omnibus, in artibus omnibus, in professionibus omnibus, in voluntatum & conscientiarum varietate innumerabili constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus. Quid est enim eorum unde non Deus per Unigenitum suum Dominum nostrum per omnes gentes salvos fieri homines velit, & ideo faciat, quia omnipotens velle inaniter non potest quodcumque voluerit? Præceperat enim Apostolus, ut oraretur *pro omnibus hominibus*, & specialiter addiderat, *pro regibus, & iis qui in sublimitate sunt*, qui putari, poterant fastu & superbia sæculi a fidei Christianæ humilitate abhorrere. Proinde dicens, *Hoc enim bonum est coram Salvatore nostro Deo*, id est, ut etiam pro talibus oretur : statim ut desperationem tolleret, addidit, *Qui omnes homines vult salvos fieri, & in agnitionem veritatis venire*. Hoc quippe Deus bonum judicavit, ut orationibus humilium dignaretur salutem præstare sublimium. quod utique jam videmus impletum. Isto locutionis modo & Dominus est usus in Evangelio, ubi ait Pharisæis, *Decimatis mentham & omne olus*. Neque enim Pharisæi & quæcumque aliena & omnium per omnes terras alienigenarum omnia olera decimabant. Sicut ergo hic *omnes oleus*, omne olerum genus, ita & illic *omnes homines*, omne hominum genus intelligere possumus : & quocumque alio modo intelligi potest, dum tamen credere non cogamur aliquid omnipotentem Deum voluisse fieri, factumque non esse : qui sine ullis ambiguitatibus, si *in cælo & in terra*, sicut eum veritas cantat, *omnia quæcumque voluit fecit*, profecto facere noluit quodcumque non fecit.

1. *Tim.* 2. 1. *&c.* *Luc.* 11. 42. *Ps.* 113. 11.

BONIFACII II. PAPÆ.

EPISTOLA.

Ad Cæsarium Arelatensem, cujus rogatu confirmat ea quæ in Synodo Arausicana II. fuerunt definita.

EPISTOLA ista in codicibus manuscriptis Fossatensi & Laudunensi, quibus usus est Jacobus Sirmondus, præponebatur Concilio Arausicano; epistolæ vero præfixa erat hæc adnotatio. *In hoc codice continetur Synodus Arausicana, quam per auctoritatem sanctus Papa Bonifacius confirmavit. Et ideo quicumque aliter de gratia & libero arbitrio crediderit, quam vel ista auctoritas continet, vel in illa Synodo constitutum est, contrarium se Sedi apostolicæ, & universæ per totum mundum Ecclesiæ esse cognoscat.*

Dilectissimo fratri CÆSARIO BONIFACIUS.

PEr filium nostrum Armenium presbyterum & abbatem litteras tuæ fraternitatis accepimus, quas ad nos[a] sub ea qua in Deo tenemur caritate direxeras; quibus credideras postulandum, ut id quod a beatæ recordationis decessore nostro papa Felice pro catholicæ fidei popposceras firmitate, mea explicaretur instantia. Sed quia id voluntas superna disposuit, ut quod per nos ab illo speraveras, a nobis potius impetrares; petitioni tuæ, quam laudabili fidei sollicitudine concepisti, catholicum non distulimus dare responsum. Indicas enim quod aliquid Episcopi Galliarum, cum cetera jam bona ex Dei adquieverint gratia provenire, fidem tantum, qua in Christo credimus, naturæ esse velint, non gratiæ; & hominibus ex Adam, quod dici nefas est, in libero arbitrio remansisse, non etiam nunc in singulis misericordiæ divinæ largitate conferri: postulans ut pro ambiguitate tollenda, confessionem vestram, qua vos e diverso fidem rectam in Christo, totiusque bonæ voluntatis initium, juxta catholicam veritatem per prævenientem Dei gratiam singulorum definitis sensibus inspirari, auctoritate Sedis apostolicæ firmaremus.

Atque ideo cum de hac re multi Patres, & præ ceteris beatæ recordationis AUGUSTINUS episcopus, sed & majores nostri apostolicæ Sedis Antistites, ita ratione probentur disseruisse latissima, ut nulli ulterius deberet esse ambiguum, fidem quoque nobis ipsam venire de gratia: supersedendum duximus responsione multiplici; maxime cum secundum eas, quas ex Apostolo direxisti sententias, quibus dicit, *Misericordiam consecutus sum, ut fidelis essem*; & alibi, *Vobis datum est pro Christo, non solum ut in eum credatis, verum etiam ut pro eo patiamini*; evidenter appareat, fidem qua in Christo credimus, sicut & omnia bona, singulis hominibus ex dono supernæ venire gratiæ, non ex humanæ potestate naturæ. Quod etiam fraternitatem tuam habita collatione cum quibusdam sacerdotibus Galliarum, juxta fidem gaudemus sensisse catholicam: in his scilicet, in quibus uno, sicut indicasti, consensu definierunt fidem, qua in Christo credimus, gratia divinitatis præveniente conferri: adjicientes etiam, nihil esse prorsus secundum Deum boni, quod sine Dei quis gratia aut velle, aut incipere, aut perficere possit, dicente ipso Salvatore nostro, *Sine me nihil potestis facere*. Certum est enim atque catholicum, quia in omnibus bonis, quorum caput est fides, nolentes nos misericordia divina præveniat, ut in fide duremus, sicut David propheta dicit, *Deus meus, misericordia ejus præveniet me*; & iterum, *Misericordia ejus subsequitur me*. Similiter & beatus Paulus dicit, *Aut quis prior dedit ei, & retribuetur illi? quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia*. Unde nimis eos qui contra sentiunt admiramur, usque eo vetusti erroris adhuc reliquiis prægravari, ut ad Christum non credant Dei beneficio, sed naturæ veniri; & ipsius naturæ bonum, quod Adæ peccato noscitur depravatum, auctorem nostræ fidei dicant magis esse quam Christum; nec intelligant se Dominicæ reclamare sententiæ dicenti, *Nemo venit ad me, nisi datum fuerit illi a Patre meo*. Sed & beato Paulo simul obsistere clamanti ad Hebræos, *Curramus ad propositum nobis certamen, adspicientes in auctorem fidei & consummatorem Jesum Christum*. Quæ cum ita sint, invenire non possumus, quid ad credendum in Christo, sine Dei gratia, humanæ deputent voluntati; cum Christus auctor consummatorque sit fidei.

Quapropter affectu congruo salutantes supra scriptam confessionem vestram consentaneam catholicis Patrum regulis adprobamus. Illos autem qui præcedente fide, cetera, sicut indicas, volunt gratiæ deputare, sua professione constringimus, ut multo magis dono gratiæ etiam fidem cogantur adscribere, præter quam nihil est boni, quod secundum Deum quilibet valeat operari, sicut beatus Apostolus dicit, *Omne quod ex fide non est, peccatum est*. Quod cum ita sit, aut nullum bonum gratiæ deputabunt, si ei fidem subtrahere moliuntur, aut si quod bonum esse dicunt de gratia, ipsa necessario fides erit gratiæ deputanda. Si enim nihil boni est sine fide, fides autem ipsa venire negetur ex gratia; nullum, quod absit, bonum erit gratiæ deputandum. Ait enim Jacobus Apostolus, *Omne donum bonum, & omne donum perfectum de sursum est, descendens a Patre luminum*. Et ipsi fatentur, ut dicis, dona cetera donari per gratiam; ipsa autem bona fide subsistere non ambigunt. Universa ergo necessario fides erit gratiæ deputanda, a qua bonum quod gratiæ tribuunt, separare non possunt.

His itaque breviter adsignatis, contra reliquas Pelagiani erroris ineptias, quas illa videtur epistola continere, quam a quodam tibi mandasti sacerdote transmissam, respondendum non duximus: quia speramus de misericordia divina, quod ita per ministerium tuæ fraternitatis atque doctrinam, in omnium, quos discentire mandasti, dignabitur cordibus operari, ut ex hoc omnem bonam voluntatem non ex

se,

1. Cor. 7. 25. Phil. 1. 19. Joan. 15. 5. Psal. 58. 11. Psal. 88. 25. Psal. 22. 6. Rom. 11. 35. & 36. Joan. 6. 44. Hebr. 11. 1. & 2. Rom. 14. 23. Jacob. 1. 17.

[a] Vetus exemplar Vaticanum, quod a se visum Holstenius in notis ad Synodum Bonifacii II. testatur, hoc loco addit, *ut apparet insciis adhuc sacerdotii mihi commissi.*

se, sed ex divina credant gratia proficisci, cum se senserint id jam velle defendere, quod nitebantur pertinaciter impugnare. Scriptum est enim, *Præparatur voluntas a Domino* : & alibi, *Scio quia non possum esse continens, nisi Deus dederit ; & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cujus esset hoc donum*. Deus te incolumem custodiat, frater carissime ; Data * VIII. Kalendas Februarii, Lampadio & Oreste VV. CC. consulibus. Die 25. Januarii, ann. Christi 530.

Prov. 8. juxta 70. *Sap.* 8. 21.

EX ENARRATIONE SANCTI AUGUSTINI

In Psalmum C. v. 2. num. 4. & 5.

Vers. 2. *Psallam & intelligam in via immaculata, quando venies ad me.* Nisi in via immaculata, non potes psallere, nec intelligere. Si vis intelligere, in via immaculata psalle, id est : operare in hilaritate Deo tuo. Quæ est via immaculata ? Audi sequentia : *Deambulabam in innocentia cordis mei in medio domus meæ*. Hæc via immaculata ab innocentia cœpit, in ipsa etiam pervenitur. Quid quæris multa verba ? Innocens esto, & perfeceris justitiam. Sed quid est esse innocentem ? Duobus enim modis nocet homo, quantum in ipso est aut faciendo miserum, aut deserendo miserum : quia & tu non vis ab alio fieri miser, & non vis deseri ab alio, si miser fueris. Quis est qui facit miseros ? Qui infert violentias vel insidias, rapit res alienas, opprimit pauperes, furatur, conjugia aliena sollicitat, calumniosus est, vult inferre hominibus quo doleant, studio malevolentiæ. Quis est qui deserit miseros ? Qui videt inopem aliquo auxilio egentem, & cum habeat quomodo præstet, contemnit, despicit, alienat cor suum. Quod si jam omnino talis esset, ut non opus haberet aliqua misericordia, superbus esset, si desereret miserum : adhuc in tribulatione carnis constitutus est, nesciens quid sibi possit cras accidere, & despicit lacrymas miserorum ; non est innocens. Sed quis est innocens ? Qui cum alii non nocet, nec sibi nocet. Qui enim & sibi nocet, non est innocens. Ait aliquis, Ecce non tuli alicui, nec pressi aliquem : de re mea, de justo labore meo bene mihi faciam, convivium apparatum habere volo, erogare volo, quantum me delectat, bibere cum quibus volo quantum me delectat : cui aliquid tuli ? quem pressi ? quis de me questus est ? Innocens videtur. Sed si seipsum corrumpit, si templum Dei in se evertit, quid exspectas, ut in alios faciat misericordiam, & parcat miseris ? Qui in seipsum crudelis est, esse in alium misericors non potest. Tota ergo justitia ad unum verbum innocentiæ redigitur. Qui autem diligit iniquitatem, odit animam suam. Quando amabat iniquitatem, putabat quod aliis nocebat. Sed vide si aliis nocebat : Qui diligit, inquit, iniquitatem, odit animam suam. Sibi ergo prius nocet, qui vult aliis nocere : nec deambulat ; quia non est ubi. Angustias enim patitur omnis malitia : sola innocentia est, ubi deambuletur. *Deambulabam in innocentia cordis mei, in medio domus meæ*. Medium domus suæ, aut ipsam Ecclesiam dicit ; Christus enim in ea deambulat : aut cor suum ; domus enim nostra interior, cor nostrum est : ut hoc exposuerit, quod superius dixit, *In innocentia cordis mei*. Quæ est innocentia cordis sui ? Medium domus suæ. Hanc domum quisquis habet malam, pellitur ab illa foras. Quisquis enim in corde premitur mala conscientia, quomodo quisque ab stillicidio exit de domo sua, aut a fumo, non ibi se patitur habitare : sic qui non habet quietum cor, habitare in corde suo libenter non potest. Tales foras exeunt a seipsis animi intentione, & de his quæ foris sunt circa corpus delectantur ; quietem in nugis, in spectaculis, in luxuriis, in omnibus malis quærunt. Quare foris sibi volunt esse bene ? Quia non est illis intus bene, unde gaudeant in conscientia. Ideo Dominus cum sanasset paralyticum, ait, Tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam. Faciat illud anima, quæ quasi paralysi dissoluta est : in membris bonæ operationis constringatur, ut bene operetur ; tollat grabatum suum, regat corpus suum ; jam eat in domum suam, intret in conscientiam suam : jam latam inveniet, ubi deambulet, & psallat, & intelligat. *Matt.* 9. 6.

Vers. 3. *Non proponebam ante oculos meos rem malam*. Quid est, *Non proponebam ante oculos meos rem malam ?* Non diligebam. Solet enim dici, quod nostis, de homine, qui ab aliquo diligitur, Ante oculos illum habet. Et ille qui contemnitur, sic solet queri, Non me habet ante oculos. Quid ergo est, ante oculos habere ? Diligere. Quid est non diligere ? Non ibi corde habitare. Dixit ergo, *Non proponebam ante oculos meos rem malam* : non diligebam rem malam. Et exponit rem malam : *Facientes prævaricationem odio habui*. Intendite, Fratres mei, si deambulatis cum Christo in medio domus ejus, id est, si vel in corde vestro bene requiescitis, vel in ipsa Ecclesia bonum iter carpitis in via immaculata, non eos tantum qui foris sunt odisse debetis prævaricatores, sed & quoscumque intus inveneritis. Qui sunt prævaricatores ? Qui oderunt

Ps. 10. 9.

legem Dei ; qui audiunt illam , & non faciunt , prævaricatores dicuntur . Facientes prævaricationem odio habe , repelle illos a te . Sed odisse debes prævaricatores , non homines . Unus homo prævaricator , videte quia duo nomina habet , homo & prævaricator : hominem Deus fecit , prævaricatorem ipse se fecit : ama in illo quod Deus fecit , persequere in illo quod ipse sibi fecit . Cum enim persecutus fueris prævaricationem ejus , occidis quod homo fecit , & liberatur quod Deus fecit .

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CII. v. 8. n. 16.

Vers. 8. MIserator & misericors Dominus , longanimis & multum misericordiæ . Quid tam longanimum ? quid tam multum in misericordia ? Peccatur , & vivitur ; accedunt peccata , augetur vita : blasphematur quotidie , & facit solem suum oriri super bonos & malos .
Matth. 5. 45. Vocat undique ad correctionem , vocat undique ad pœnitentiam , vocat beneficiis creaturæ , vocat impertiendo tempus vivendi , vocat per Lectorem , vocat per Tractatorem , vocat per intimam cogitationem , vocat per flagellum correptionis , vocat per misericordiam consolationis : *Longanimis & multum misericordiæ* . Sed observa ne longitudine misericordiæ Dei male utendo tu tibi thesaurizes , quod
Rom. 2. 5. „ ait Apostolus , iram in die iræ . Nam hoc
Ibidem 4. „ ait Apostolus , An divitias benignitatis & „ longanimitatis ejus contemnis , ignorans quia „ patientia Dei ad pœnitentiam te adducit ?
Ps. 49. 21. Quod tibi parcit , putas quia places ei ? Hæc fecisti , inquit , & tacui , suspicatus es iniquitatem quod ero tui similis . Non mihi placent peccata , sed longanimitate quæro recte facta . Si punirem peccatores , non invenirem confessores . Ergo te Deus longanimitate sua parcendo ad pœnitentiam adducit : tu autem cum quotidie dicis , Finitur hodiernus dies , & sic ero & crastino die ; non enim cras erit ultimus ; & tertio die : & subito venit ira ejus : Frater , non tardes converti ad Dominum . Sunt enim qui præparant conversionem ,
Eccli. 5. 8. & differunt , & fit in illis vox corvina , Cras ,
Genes. 8. 7. cras . Corvus de arca missus , non est reversus . Non quærit Deus dilationem in voce corvina , sed confessionem in gemitu columbino . Missa columba reversa est . Quamdiu , Cras , cras ? Observa ultimum cras ; quia ignoras quod sit ultimum cras ; sufficiat quod vixisti usque ad hodiernum peccator . Audisti , sæpe soles audire , audisti & hodie : quam quotidie au-
Rom. 2. 5. „ dis ; tam quotidie non corrigeris . Tu enim „ secundum duritiam cordis tui & cor impæ„ nitens , thesaurizas tibi iram in die iræ & „ revelationis justi judicii Dei , qui reddet uni„ cuique secundum opera sua . Non tibi sic videatur Deus misericors , ut non videatur justus . *Misericors & miserator Dominus* . Audio , & gaudio . Ita dicis : audi , & gaude ; adhuc addidit . *Longanimis & multum misericors* : & in extremo , *Et verax* . Gaudeo ad verba superiora , ad ultimum tremo . Sic misericors & longanimis est , ut sit & verax . Cum tibi thesaurizaveris iram in die iræ , nonne experieris justum , quem contempsisti benignum ?

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CIII. Serm. 1. v. 3. n. 9.

QUi protegit in aquis superiora ejus . Et *Vers.* 3. hoc legimus , & ad litteram bene intelli- *Genes.* 1. 8. tur . Quando enim jussit ut fieret firmamentum inter aquas & aquas , factum est , ut sint aquæ inferiores quæ profundunt terras , & sint aquæ superiores remotæ ab adspectibus , tamen fidei commendatæ . Et aquæ , inquit , quæ super cæ- *Ps.* 148. 4. los sunt laudent nomen Domini : quoniam ipse & 5. dixit , & facta sunt , ipse mandavit , & creata sunt . Ergo explicatus est sensus ad litteram : *protegit* enim *in aquis superiora ejus* . Quid ad figuram ? Quoniam in figura accepimus pellem Scripturam sanctam , & auctoritatem divini verbi dispensatam nobis per mortales , quibus mortuis ejusdem dispensationis fama extenditur : secundum hoc quomodo *protegit in aquis superiora ejus* ? Cujus superiora ? Cæli . Et quid cælum ? Sancta scriptura . Quæ sunt superiora sanctæ Scripturæ ? Quid invenimus in Scripturis sanctis superius ? Paulum interroga : Supere- *1. Cor.* 12. minentiorem , inquit , viam vobis demonstro . 31. Quam dicit supereminentiorem viam ? Si linguis hominum loquar & Angelorum , charita- *1. Cor.* 13. 1. tem autem non habeam , factus sum velut æramentum sonans , aut cymbalum tinniens . Si ergo nihil superminentius in Scriptura sancta inveniri potest quam charitas ; superiora cæli quomodo in aquis proteguntur , si superiora Scripturæ præcepta charitatis sunt ? Audi quemadmodum : Charitas , inquit , diffusa est in cor- *Rom.* 5. 5. dibus nostris per Spiritum-sanctum , qui datus est nobis . Jam nomine diffusionis intellige aquas in charitate Spiritus-sancti . Hæ sunt aquæ , de quibus dicitur in quadam Scriptu- *Prov.* 5. 16. ra , Et in plateis tuis discurrant aquæ tuæ , ne- & 17. mo alienus communicet tibi . Alieni enim omnes a via veritatis , sive pagani , sive Judæi , sive hæretici , & mali quippe Christiani habere multa dona possunt , charitatem non possunt . Hoc ipsum quale donum est ? ut non *Matt.* 5. loquamur de donis aliis foris , quæ dona ha- 45. bent omnes homines , quia facit solem suum oriri super bonos & malos : dona Dei sunt , & non tantum bonis & malis communia , sed etiam bestiis & pecoribus . Ipsum esse , vivere , videre , sentire , audire , & ceteris fungi sensuum muneribus , dona Dei sunt : sed videte cum qualibus , & quam multis communia , & cum eis quos nolis imitari . Ipsum ingenium acutum habent & pessimi homines , sollertem artium industriam habent & turpissimi scenici , divitias habent & latrones , conjugia , filios multi mali habent . Pulcra dona Dei omnia , nemo negat : sed vide cum quibus communia . Respice ad munera ipsius Ecclesiæ : Munus sacramentorum in baptismo , in Eucharistia , in ceteris sanctis sacramentis , quale munus

est ?

Act. 8. 13. & 18. est? Hoc munus adeptus est & Simon magus. Prophetia quale munus est? Prophetavit & Saul malus rex, & tunc prophetavit cum David sanctum persequeretur. Itendit: non dixi, cum persecutus fuisset. Fortassis enim eum persecutus pœnitentiam gessit, & dignus fuit spiritu prophetandi. Non persecutus, neque persecuturus, sed persequens prophetavit . . . . . Non ergo se jactent qui forte sine charitate habuerint hoc munus Dei sanctum, sicut sanctum baptismum: sed videant qualem rationem habituri sunt cum Deo, qui sanctis non sancte utuntur. Ex his erunt qui dicturi sunt, In nomine tuo prophetavimus. Non illis dicetur, Mentimini; sed dicetur, Non novi vos, „ recedite a me qui operamini iniquitatem. Quia „ si habeam omnem prophetiam, charitatem au„ tem non habeam, nihil sum. Prophetavit & Saul, sed operabatur iniquitatem. Quis autem operatur iniquitatem, nisi qui non habuerit charitatem. Plenitudo enim Legis, charitas. Ergo *protegit in aquis superiora ejus:* quid dixi? In omnibus Scripturis supereminentissimam viam, supereminentissimum locum charitas obtinet: non ad eam adspirant nisi boni, hanc nobiscum non communicant mali: possunt communicare baptismum, possunt communicare cetera sacramenta, possunt communicare orationem, possunt communicare istos parietes, & istam conjunctionem; charitatem nobiscum non communicant. Ipse est enim fons proprius bonorum, propris sanctorum, de quo dicitur, Nemo alienus communicet tibi. Qui sunt alieni? Omnes qui audiunt, Non novi vos. Si enim non cognoscuntur, utique alieni sunt, quibus dicitur, Non novi vos. Supereminens ergo via charitatis tenet eos, qui proprie pertinet ad regnum cælorum. Ergo præceptum charitatis super cælos, super omnes libros: ei enim subduntur libri, & militat omnis lingua sanctorum, & omnis motus dispensatorum Dei, & animi & corporis. Supereminens est ergo via, & merito protegit in æquis superiora cæli: quia nihil invenis eminentius charitate in divinis libris.

Matth. 7. 22.

1. *Cor.* 13. 2

Prov. 5. 17

Ex ejusdem Sermone VII. in Psalmum CXVIII. v. 9. n. 1.

QUONIAM ante fidem non homini debentur nisi mala pro malis, retribuit autem Deus per indebitam gratiam bona pro malis; hanc retributionem rogat qui dicit, *Retribue servo tuo, vivam, & custodibo verba tua.* Quatuor sunt enim retributiones: aut mala pro malis retribuuntur, sicut Deus ignem æternum retributurus est impiis; aut bona pro bonis, sicut regnum æternum retributurus est justis; aut bona pro malis, sicut Christus per gratiam justificat impium; aut mala pro bonis, sicut Judas & Judæi per malitiam persecuti sunt Christum. Harum quatuor retributionum duæ priores pertinent ad justitiam, ut retribuantur mala pro malis, bona pro bonis: tertia pertinet ad misericordiam, ut retribuantur bona pro malis: quartam Deus nescit; nulli enim malum pro bono retribuit. Hæc autem quam tertio loco posui, primitus necessaria est. Nisi enim Deus retribueret bona pro malis, nullo modo essent quibus retribueret bona pro bonis.

v. 9.

Rom. 4. 5.

Ex ejusdem Sermone XI. in eumdem Psalmum CXVIII. v. 36. n. 6.

DEnique quia & ipsum velle Deus operatur in nobis, præparatur enim voluntas a Domino; sequitur & dicit, *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam.* Quid est inclinatum cor ad aliquid habere, nisi hoc velle? Et voluit ergo, & orat ut velit. Voluit, cum dicit, Deduc me in semita mandatorum tuorum, quia ipsam volui: orat autem ut velit, cum dicit, *Inclina cor meum in testimonia tua & non in avaritiam.* Hoc itaque orat, ut in ipsa voluntate proficiat. Quæ sunt autem Dei testimonia nisi quibus sibi ipse attestatur? . . . Testimoniis quippe suis agit nobiscum Deus, ut eum gratis colamus: quod impedit avaritia radix omnium malorum. Tali verbo Græco hic appelat, a quo intelligi possit generalis avaritia, qua plus appetit quisque quam sat est: πλέον enim Latine plus est: ἕξις habitus est, ab eo quod est habere. Ergo a plus habendo appellata est πλεονεξία . . . . Dicit autem Apostolus, Radix enim omnium malorum avaritia est. Sed in Græco, unde in nostram linguam verba ista translata sunt, non legitur apud Apostolum πλεονεξία, quod in loco isto Psalmi hujus, sed φιλαργυρία, quo verbo significatur amor pecuniæ. Verum Apostolus intelligendus est isto nomine genus significasse per speciem, id est, per amorem pecuniæ universalem generalemque avaritiam, quæ vere radix est omnium malorum. Nam ipsi primi homines per serpentem decepti & dejecti non fuissent, nisi plus quam acceperant habere, & plus quam facti fuerant esse voluissent. Hoc quippe ille promiserat dicens, Eritis sicut dii. Ergo ista πλεονεξία subversi sunt. Plus enim volentes habere quam acceperant, & quod acceperant amiserunt. Cujus vestigium veritatis, quæ ubique dispersa est, & in forensi jure deprehensum est, quo institutum est, ut plus petendo causa cadat: id est, ut qui plus petierit quam ei debetur, & quod ei debebatur amittat. Omnis autem a nobis circumciditur avaritia, si gratis colatur Deus. Ad quod sanctum Job in agone tentationis ipse provocat inimicus, cum de illo dicit: Numquid gratis colit Job Deum? Putabat enim diabolus, quod in Deo colendo vir justus cor inclinatum haberet in avaritiam, & causa emolumenti vel utilitatis rerum temporalium, quibus eum ditaverat Dominus, velut mercenarius ei pro tali mercede serviret: sed quam gratis Deum coleret, tentatus apparuit. Si ergo cor non habeamus inclinatum in avaritiam, Deum non colimus, nisi propter Deum, ut sui cultus ipse sit merces. Ipsum diligamus in seipso, ipsum diligamus in nobis, ipsum in proximis nostris quos diligimus sicut nosmetipsos, sive habeant eum, sive ut habeant eum. Quod nobis quoniam ipso donante confertur, ideo illi dicitur, *Inclina cor meum in testimonia tua, & non in avaritiam.*

Phil. 2. 13.

v. 36.

v. 35.

Avaritia generalis.

1. *Tim.* 6. 10.

Gen. 3. 5.

Job. 1. 9.

Ex

Ex ejusdem Sermone XVI. in eumdem Psalmum CXVIII. v. 63. n. 6.

JAM vero quia ista (*scilicet quod Ecclesia ex ipsa tribulatione ad fortius confitendum Deo proficit*) fiunt gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum, vocem personæ suæ per hanc prophetiam suo corpori adjungit ipse Salvator. Ad ipsum enim caput proprie quod sequitur pertinere arbitror: *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua*. Sicut est in Epistola quæ ad Hebræos inscribitur: Qui enim sanctificat, & qui sanctificantur, ex uno omnes: propter quam causam non confunditur fratres eos vocare. Et paulo post, Propterea ergo, inquit, quia pueri communicaverunt carni & sanguini, & ipse propemodum eorum participavit. Quod quid est aliud, quam eorum particeps factus est? Neque enim participes efficeremus divinitatis ejus, nisi ipse mortalitatis nostræ particeps fieret. Nam & in Evangelio, quod nos divinitatis ejus participes facti sumus, ita dicitur, Dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus, qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Ut autem hoc fieret, quia & ipse factus est particeps mortalitatis nostræ, ita ibi sequitur, Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Per hanc ejus participationem nobis gratia subministratur, ut caste timeamus Deum, & custodiamus mandata ejus. Proinde ipse Jesus loquitur in ista prophetia: sed quædam in membris suis, & unitate corporis sui, tamquam in uno quodam homine diffuso toto orbe terrarum, & succrescente per volumina sæculorum; quædam vero in seipso capite. Unde & hoc est quod ait; *Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua*.

Vers. 63. Ibid. 14 Joan. 1. 12. & 13. Ibid. 14 Vers. 63.

Ex ejusdem Sermone XIX. in Psalmum CXVIII. v. 79. n. 6.

CONvertantur, inquit, *ad me qui timent te, & qui cognoscunt testimonia tua*. Sed quis est iste qui hoc dicit? Non enim quisquam hominum hoc dicere audebit, aut si dicat audiendus est. Nimirum ergo ille est qui etiam superius interposuit proprietatem vocis suæ, dicens Particeps ego sum omnium timentium te, Quia factus est particeps mortalitatis nostræ, ut & nos participes divinitatis ipsius fieremus: nos unius participes ad vitam, ad mortem vero particeps ille multorum, Ipse est enim ad quem convertuntur timentes Deum, & qui cognoscunt Dei testimonia, de illo per Prophetas tanto ante prædicta, in ejus præsentia per miracula paulo ante monstrata.

Vers. 79. Vers. 63.

Ex libro XIV. ejusdem de Civitate Dei.

CAPUT VI.

De qualitate voluntatis humanæ, sub cujus judicio affectiones animi aut pravæ habentur aut rectæ.

INterest autem qualis sit voluntas hominis: quia si perversa est, perversos habebit hos motus; si autem recta est, non solum inculpabiles, verum etiam laudabiles erunt. Voluntas est quippe in omnibus: immo omnes nihil aliud quam voluntates sunt. Nam quid est cupiditas & lætitia, nisi voluntas in eorum consensionem quæ volumus? Et quid est metus atque tristitia, nisi voluntas in dissensionem ab his quæ nolumus? Sed cum consentimus appetendo ea quæ volumus, cupiditas; cum autem consentimus fruendo his quæ volumus, lætitia vocatur. Itemque cum dissentimus ab eo quod accidere nolumus, talis voluntas metus est; cum autem dissentimus ab eo quod nolentibus accidit, talis voluntas tristitia est. Et omnino pro varietate rerum quæ appetuntur atque fugiuntur, sicut allicitur vel offenditur voluntas hominis, ita in hos vel illos affectus mutatur & vertitur. Quapropter homo qui secundum Deum, non secundum hominem vivit, oportet ut sit amator boni: unde fit consequens ut malum oderit. Et quoniam nemo natura, sed quisquis malus est, vitio malus est: * perfectum odium debet malis, qui secundum Deum vivit; ut nec propter vitium oderit hominem, nec amet vitium propter hominem; sed oderit vitium amet hominem. Sanato enim vitio, totum quod amare, nihil autem quod debeat odisse, remanebit.

Odium civium.

* *Ps.* 138. 22.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum CXXXIX. v. 10. n. 13.

CAput circuitus eorum, labor labiorum ipsorum teget eos. Me, inquit, umbra alarum tuarum teget. Obumbrasti enim mihi in die belli Ipsos quid teget? *Caput circuitus eorum*. Ipsa est superbia. Quid est, *circuitus ipsorum*? Ut circumeant, & non stent, in gyrum eant erroris, ubi iter est sine fine. Qui enim in longum it, alicunde incipit, alicubi finit: qui in gyrum it, nusquam finit. Ipse est labor impiorum, qui demonstratur in alio Psalmo evidentius: In circuitu impii ambulant. Sed circuitus eorum caput superbia est: quia initium omnis peccati superbia. Unde autem superbia *labor labiorum ipsorum*? Omnis enim superbus fictus est, omnis fictus, mendax. Laborant homines loqui mendacium: nam veritatem tota facilitate loquerentur. Ille enim laborat, qui fingit quod dicit. Nam qui verum vult dicere, non laborat: ipsa enim veritas sine labore loquitur. De homine ergo hoc dixit Deo, Me proteget umbraculum tuum, ipsos teget mendacium ipsorum: sed ipsum mendacium ipsorum, labor est labiorum ipsorum. Ecce parturivit injustitiam, concepit dolorem, & peperit iniquitatem. In omni enim opere malo labor est, & omne opus malum cogitatum, mendacium ducem habet. Non enim est veritas, nisi in opere bono. Et propterea quia omnes laborant in mendacio, Veritas quid clamavit? Venite

Vers. 10. Ps. 11. 9. Eccli. 10. 15. Ps. 7. 15. Matth. 11. 28.

ad

ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos. Ipsa est vox clamans ad laborantes in alio Psalmo, Filii hominum, usque quo gravi corde, ut quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium? Aperte audi alio loco laborem in mendacio: Docuerunt linguas suas loqui mendacium; ut inique agerent laboraverunt.

Psal. 4. 3.

Jerem. 9. 5.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum CXL. vers. 1. *num.* 4.

℣. 1. DOmine, *clamavi ad te, exaudi me*. Hoc omnes possumus dicere. Hoc non dico, totus Christus dicit. Sed magis ex persona corporis dictum est: quia & cum hic esset, carnem portans oravit, & ex persona corporis oravit Patrem, & cum oraret globi sanguinis de toto corpore ejus distillabant. Sic scriptum est in Evangelio: Oravit Jesus intenta oratione, & sudavit sanguinem. Quid est, de toto corpore sanguinis effluxio, nisi de tota Ecclesia martyrum passio? *Domine, clamavi ad te, exaudi me: intende voci meæ, dum clamavero ad te.* Jam finitum negotium clamandi putabas, cum diceres, *Clamavi ad te*. Clamasti, jam noli esse securus. Si finita est tribulatio, finitus est clamor: si autem manet tribulatio Ecclesiæ & corporis Christi usque in finem sæculi, non tantum dicat, *Clamavi ad te, exaudi me*: sed, *Intendi voce meæ dum clamavero ad te*.

Luc. 22. 44.

Ex ejusdem enarratione in Psalmum LXXXV. vers. 1. *num.* 1.

NUllum majus donum præstare posset Deus hominibus, quam ut Verbum suum, per quod condidit omnia, faceret illis caput, & illos ei tamquam membra coaptaret; ut esset Filius Dei & filius hominis, unus Deus cum Patre, unus homo cum hominibus: ut & quando loquimur ad Deum deprecantes, non inde Filium separemus; & quando precatur corpus Filii, non a se separet corpus suum; sitque ipse unus salvator corporis sui Dominus noster Jesus Christus Filius Dei, qui & oret pro nobis, & oret in nobis, & oretur a nobis. Orat pro nobis, ut sacerdos noster; orat in nobis, ut caput nostrum; oratur a nobis, ut Deus noster. Agnoscamus ergo & in illo voces nostras, & voces ejus in nobis. Neque cum aliquid dicitur de Domino Jesu Christo, maxime in prophetia, quod pertineat velut ad quamdam humilitatem indignam Deo, dubitemus eam illi tribuere, qui non dubitavit se nobis adjungere.... Oratur ergo in forma Dei, orat in forma servi: ibi Creator, hic creatus, creaturam mutandam non mutatus assumens, & secum nos faciens unum hominem, caput & corpus. Oramus ergo ad illum, per illum, in illo: & dicimus cum illo, & dicit nobiscum; dicimus in illo, dicit in nobis. Psalmi hujus orationem, qui intulatur, *Oratio David*. Quia Dominus noster secundum carnem filius David: secundum vero divinitatem Dominus David, & creator David, & non solum ante David, sed & ante Abraham, ex quo David; sed & ante Adam, ex quo omnes homines; sed & ante cælum & terram, in quo omnis creatura est. Nemo ergo cum audit hæc verba, dicat, Non Christus dicit; aut rursus dicat, Non ego dico: immo si se in Christi corpore agnoscit, utrumque dicat, & Christus dicit, & ego dico. Noli aliquid dicere sine illo, & non dicit aliquid sine te. Nonne habemus in Evangelio? Ubi certe scriptum est, In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, omnia per ipsum facta sunt: ibi certe habemus, Et contristatus est Jesus, & fatigatus est Jesus, & dormivit Jesus, & esurivit & sitivit Jesus, & oravit, & pernoctavit in orando Jesus. Pernoctabat, inquit, Jesus, & perstabat in orando: & globi sanguinis decurrebant per corpus ejus. Quid ostendebat, quando per corpus orantis globi sanguinis distillabant, nisi quia corpus ejus, quod est Ecclesia, Martyrum sanguine jam fluebat?

Orat & oratur Christus.

Joan. 1. 1. *&c.*

Matth. 26. 38.

Joan. 4. 6.

Matt. 8. 24. *Luc.* 22. 44.

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CXLIV. vers. 8. *num.* 11.

ADTENDE ad teipsum: quid merebaris, peccator? contemptor Dei, quid merebaris? Vide si occurrit tibi nisi pœna, si occurrit tibi nisi supplicium. Vides ergo quid tibi debebatur, & quid dederit qui gratis dedit. Data est venia peccatori, datus est spiritus justificationis, data est charitas & dilectio, in qua omnia bona facias; & super hæc dabit & vitam æternam, & societatem Angelorum: totum de misericordia. Merita tua nusquam jactes, quia & ipsa tua merita illius dona sunt. *Et justitia tua exsultabunt. Misericors & miserator Dominus*: qui fecisti omnia gratis. *Longanimis*: quantos enim sustinet peccatores? *Misericors & miserator Dominus*, in his quibus veniam dedit: in his quibus adhuc non dedit, *longanimis*, non damnans, sed exspectans, ipsa exspectatione clamans, Convertimini ad me, & convertar ad vos. Et nimia longanimitate: Nolo, inquit, mortem impii, quantum ut revertatur & vivat. Ille quidem longanimis: tu autem secundum duritiam cordis tui & cor impœnitens thesaurizas tibi iram in die iræ & revelationis justi judicii Dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. Non enim modo sic longanimis in sustinendo, ut numquam justus in vindicando. Distribuit tempora: vocat te nunc, exhortatur te nunc; exspectat donec resipiscas, & tu tardas? Magna ejus misericordia, & in hoc quod diem vitæ tibi incertum fecit, ut nescias quando hic emigrabis; & cum quotidie speras te migrare, aliquando convertaris: & in hoc magna ejus misericordia. Ceterum si statuisset diem omnibus, faceret abundare peccata de securitate. Dedit ergo spem veniæ, ne desperando amplius pecces. Et spes, & desperatio timenda est in peccatis. Videte vocem desperantis ad augenda peccata, & videte vocem sperantis ad augenda peccata, & quomodo utrique voci occurrit providentia & misericordia Dei. Audi vocem desperantis: Jam, inquit, damnandus sum, quare non facio quid-

vers. 8. *& 9.*

Zach. 1. 3. *Malach.* 3. 7.

Ezech. 33. 11.

Rom. 2. 5.

Spes & desperatio in peccatis.

quid

quid volo? Audi & vocem sperantis: Misericordia Domini magna est, quando me convertero, dimittet mihi omnia; quare non facio quidquid volo? Desperat, ut peccet; sperat, ut peccet. Utrumque metuendum est; utrumque periculosum est: væ a desperatione, a perversa spe: Utrique huic malo & utrique malo quomodo occurrit misericordia Dei? Quid dicis tu, qui desperando volebas peccare? Jam damnandus sum, quare non facio quidquid volo? Audi Scripturam: Nolo mortem impii, quantum ut revertatur & vivat. Hac voce Dei reducitur in spem: sed timendus est alius laqueus, ne ipsa spe amplius peccet. Quid ergo & tu dicebas, qui spe magis peccas? Quando me convertero, omnia mihi Deus dimittet, faciam quidquid volo. Audi & tu Scripturam: „Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem: subito enim veniet ira „illius, & in tempore vindictæ disperdet te. Noli ergo dicere, Cras me convertam, cras Deo placebo, & omnia hodierna & hesterna dimittuntur mihi. Verum quidem dicis, quia Deus conversioni tuæ indulgentiam promisit: sed dilationi tuæ diem crastinum non promisit.

Ezech. 33. 11.

Eccli. 5. 8.

Ex eadem enarratione in Psalmum CXLIV. vers. 18. num. 22.

℣. 18. *Prope est Dominus omnibus invocantibus eum.* Et ubi est illud, Erit enim cum invocabunt me, & non exaudiam eos? Ergo vide quod sequitur: *Omnibus qui invocant eum in veritate*. Aliud ab illo quærunt, & ipsum non quærunt. Quare amas Deum? Quia dedit mihi sanitatem. Istud manifestum est, ipse dedit. Non enim ab ullo est ulla salus, nisi ab illo. Quia dedit mihi, inquit, uxorem divitem, qui nihil habebam, & servientem mihi. Et hoc ipse dedit, verum dicis. Dedit, inquit, filios, & multos & bonos, dedit familiam, dedit omnia bona. Ideo amas? Ideo nihil amplius quæris? Esto esuriens, adhuc pulsa ad januam patris-familias, habet adhuc quod det. In mendicitate es cum omnibus his quæ accepisti, & nescis. Pannosam carnem mortalitatis adhuc portas, stolam illam gloriæ immortalitatis numquid accepisti, & quasi jam satiatus non rogas? Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quia ipsi saturabuntur. Ergo si bonus est Deus, quia ista dedit: quanto beatior eris, cum seipsum tibi dederit? Desiderasti tanta ab illo, rogo te desidera & ipsum, Neque enim vere dulciora sunt ista, quam ille, aut ex aliqua parte comparanda sunt illi. Ergo qui Deum ipsum, a quo accepit de quibus gaudet, præponit his omnibus rebus quas accepit, ipse invocat Deum in veritate. Nam ut noveritis, si talibus hominibus proponatur, & dicatur: Quid si ista omnia, de quibus gaudes, velit tibi auferre Deus? Jam non amabitur: non erit qui dicat; Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Sed forte cui abstulit, quid dicit? Deus qui tibi feci? Quare mihi abstulisti, & illis dedisti? Iniquis das, & tuis tollis. Accusas Deum quasi injustum, & te laudas quasi justum. Converte-re, accusa te, lauda illum. Tunc eris rectus, cum in omnibus bonis * quæ fecit, Deus tibi placet; in omnibus malis quæ pateris, Deus tibi non displicet. Hoc est invocare Deum in veritate. Qui sic invocant Dominum, exaudit eos: *prope est*, id est, nondum dedit quod vis, ibi est tamen. Quomodo medicus si forte aliquid imponat vel oculo, vel visceribus, quod urendo sanet, si roget æger ut tollatur illi, medicus expectat tempus, non facit quod rogat æger; non tamen recedit. Et prope est, & non facit: & ideo magis non facit, quia prope est. Curando enim imposuit quod imposuit, & curando non facit quod rogatur. Non te exaudit ad præsentem voluntatem, exaudiendo ad futuram sanitatem; & hoc utique ad voluntatem. Nam utique sanus esse vult, etiam qui uri non vult. *Prope est* ergo *Dominus omnibus invocantibus eum*. Sed quibus *omnibus*? *Omnibus qui invocant eum in veritate*.

Prov. 1. 28.

Matth. 5. 6.

Job. 1. 21.

* *Mss. plerique*, quæ facis.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum CXLV. vers. 1. num. 5.

℣. 10. QUis est qui dicit, *Lauda anima mea Dominum*? Caro non dicit. Sit licet corpus angelicum, inferius est quam anima, consilium superiori dare non potest. Infelix est ipsa anima, si a corpore expectat consilium. Caro bene obediens, famula est animæ; illa regit, hæc regitur; illa imperat, ista famulatur: quando potest caro dare hoc consilium animæ? Quis est ergo qui dicit, *Lauda anima mea Dominum*? Nihil invenimus amplius in homine quam carnem & animam: totus homo hoc est, spiritus & caro. An forte ipsa anima sibi dicit, & sibi quodam modo imperat, & se exhortatur atque excitat? Quibusdam enim perturbationibus ex quadam sui parte fluitabat, ex quadam vero parte, quam vocant mentem rationalem, illam qua cogitat sapientiam, inhærens Domino jam & suspirans in illum, animadvertit quasdam suas inferiores partes perturbari motibus sæcularibus, & cupiditate quadam terrenorum desideriorum ire in exteriora, relinquere interiorem Deum: revocat se ab exterioribus ad interiora, ab inferioribus ad superiora, & dicit, *Lauda anima mea Dominum*. Quid tibi placet in sæculo? quid est quod vis laudare? Quid est quod vis amare? Quacumque corporeis sensibus te converteris, occurrit tibi cælum, occurrit tibi terra: quod amas in terra, terrenum est; quidquid amas & in cælo, corporeum est. Ubique amas, & ubique laudas: quomodo laudandus est ille, qui fecit ista quæ laudas? Jam ergo diu occupata vixisti, & desideriorum diversitate verberata, portas plagas saucia, divisa per amores multos, ubique inquieta, nusquam secura, colligere ad te ipsam: quidquid tibi foris placebat, quære quem habeat auctorem. Nihil melius in terra, verbi gratia, quam hoc & illud: aurum, argentum, animalia, arbores, amœnitates, totam terram cogita. Quid melius in cœlo sole, luna, sideribus? Totum cælum cogita. Omnia ista simul bona valde, quia fecit Deus omnia bona valde. Undique pulcritudo operis, quæ tibi commendat artificem: Miraris fabricam, arma fabricatorem. Non occuperis in eo quod factum est, & recedas ab illo qui fecit. Hæc enim quibus occuparis, sub te fecit, quia sub seipso te fecit. Si hærebis superiori, calcabis inferiora: si autem recedas a superiori, ista tibi in supplicium

Gen. 1. 31.

con-

convertentur. Sic enim factum est, Fratres mei: accepit homo corpus tamquam in famulatum, Deum autem Dominum habens, servum corpus, habens supra se Conditorem, infra se quod sub illo conditum est; in medio quodam loco rationalis anima constituta, legem accepit hærere superiori, regere inferiorem. Regere non potest inferiorem, nisi regatur a meliore. Trahitur ab inferiore, deseruit ergo meliorem. Non potest regere quod regebat, quia regi noluit a quo regebatur. Modo ergo redeat, laudet. Consilium sibi ex luce Dei dat ipsa anima per rationalem mentem, unde concipit consilium fixum in æternitate auctoris sui. Legit ibi quiddam tremendum, laudandum, amandum, desiderandum & appetendum: nondum tenet, nondum capit; corruscatione quadam perstringitur, non est tam valida ut maneat ibi. Itaque colligit se ad sanitatem quamdam, & dicit, *Lauda anima mea Dominum*.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum CXLVI. verſ. 1. num. 1. & 2.

verſ. 1. HIc ergo quid nobis propositum est? *Laudate*, inquit, *Dominum*. Quare laudemus Dominum? *Quoniam bonus est Psalmus*. Ipse psalmus laus Domini est. Hoc ergo ait, Laudate Dominum, quoniam bonum est laudare Dominum. Non sic prætereamus laudare Dominum. Dictum est, & transiit; factum est, & siluimus; laudavimus, & tacuimus; cantavimus, & conquievimus. Imus in aliud forte agendum quod restat, & aliæ actiones cum occurrerint nobis, laudatio divina cessabit in nobis? Non sic: nam lingua tua ad horam laudat, vita tua semper laudet. Inde ergo bonus Psalmus.

Psalmus quippe cantus est, non quilibet, sed ad psalterium. Psalterium autem quoddam organum est cantilenæ, sicut lyra, sicut cythara, & hujusmodi organa, quæ inventa sunt ad cantandum. Qui ergo psallit, non sola voce psallit, sed assumpto etiam quodam organo, quod vocatur psalterium, accedentibus manibus voci concordat. Vis ergo psallere? Non solum vox tua sonet laudes Dei, sed opera tua concordent cum voce tua. Cum ergo voce cantaveris, silebis aliquando: vita sic canta, ut numquam sileas. Negotium agis, & fraudem cogitas; siluisti a laude Dei: & quod gravius est, non solum a laude siluisti, sed in blasphemiam perrexisti. Cum enim Deus laudatur de bono opere tuo, opere tuo laudas Deum; & cum blasphematur Deus de malo opere tuo, opere tuo blasphemas Deum. Itaque ad aurium exhortationem canta voce: corde ne sileas, vita ne taceas. Non cogitas in negotio fraudem, psallis Deo. Cum manducas & bibis, psalle; non intermiscendo sonorum suavitates ad aures aptas, sed modeste & frugaliter & temperanter manducando & bibendo. Quia hoc dicit Apostolus. Sive manducatis, sive bibitis, sive quid facitis, omnia in gloriam Dei facite. Si ergo bene agis, quod & manducas & bibis, & ad refectionem corporis sumis reparationemque membrorum, gratias agens ei qui tibi præbuit mortali & fragili ista supplementorum solatia; & cibus tuus & potus tuus laudat Deum: si vero modum naturæ debitum immoderatione voracitatis excedas, & vinolentia te ingurgites; quantaslibet laudes Dei lingua tua sonet, vita blasphemat. Post cibum & potum requiescis, ut dormias; nec in lecto aliquid turpiter agas, nec excedas ultra concessam licentiam in legi Dei: sit castus cum conjuge thorus; & si est cura propagandi liberos, non sit effrenata luxuries libidinum: defer in lecto tuo conjugi tuæ, quia membra Christi estis ambo, ambo ab illo conditi, ambo sanguine ipsius reparati. Hæc agens laudas Deum, nec omnino silebit laudatio tua. Quid cum somnus advenerit? Et cum dormis, non te excitet a quiete mala conscientia tua, & innocentia somni tui laudat Deum. Si ergo laudas, non tantum lingua canta, sed etiam assumpto bonorum operum psalterio: *quoniam bonus psalmus*. Laudas cum agis negotium, laudas cum cibum & potum capis, laudas cum in lecto requiescis, laudas cum dormis: quando non laudas? Perficietur in nobis laudatio Dei, cum ad illam civitatem venerimus, quando effecti fuerimus æquales angelis Dei, quando nos ulla corporalis necessitas ulla ex parte sollicitat, non fames, non sitis interpellat, non æstus fatigat, non frigus constringit, non febris dejicit, non mors finit. Ad illam perfectissimam laudem exerceamus non laudatione ista in bonis operibus.

1. Cor. 10. 31.

1. Cor. 6. 15.

Ex eadem enarratione in Psalmum CXLVI. verſ. 11. num. 20.

SEd quid adjungit? *Bene sentiet Dominus in timentibus eum, & in his qui sperant in misericordia ejus*. Bene sentit Dominus in timentibus eum. Sed numquid sic timetur Deus, quomodo & latro? Nam & latro timetur, & bestia timetur, & homo injustus & potens multum timetur. *Bene sentiet Dominus in timentibus eum*. Sed quomodo timentibus eum? *Et in his qui sperant in misericordia ejus*. Ecce timuit eum Judas traditor Christi, sed non speravit in misericordia ipsius. Postea enim pœnituit eum, quod tradiderit Dominum; & dixit, Peccavi, quia tradidi sanguinem justum. Bene quidem timuisti; sed si sperares in misericordia ejus, quem timuisti. Ille desperando abiit, & laqueo se suspendit. Ergo sic time Dominum, ut speres in misericordia ejus. Si times latronem, ab alio speras auxilium, non ab eo quem times: poscis auxilium ab eo quem non times, adversus eum quem times. Si sic times Deum, & ideo times Deum, quia peccatores, a quo accepturus est auxilium adversus Deum? Quo iturus es? quid facturus? Vis ab illo fugere? Ad ipsum fuge. Vis fugere ab irato? Fuge ad placatum. Placabis autem eum, si speres in misericordia ipsius, atque ita de cetero peccare caveas, ut de præteritis depreceris, ut tibi dimittantur a Domino, cui est honor & imperium cum Patre & Spiritu-sancto in sæcula sæculorum, Amen.

verſ. 11.

Matt. 27. 4.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum CXLIX. verſ. 1. num. 1.

LAUDEMUS Dominum & in voce, & in intellectu, & in opere bono: & ſicut nos hortatur iſte Pſalmus, cantemus ei canticum ℣. 1. novum. Sic enim cœpit: *Cantate Domino canticum novum*. Vetus homo, vetus canticum: novus homo, novum canticum. Vetus Teſtamentum, vetus canticum: novum Teſtamentum, novum canticum. In veteri Teſtamento promiſſiones ſunt temporales & terrenæ. Quiſquis terrena diligit, vetus canticum cantat: qui vult cantare canticum novum, diligat æterna. Ipſa dilectio nova eſt & æterna: ideo ſemper nova, quia numquam veteraſcit. Nam ſi bene conſideres antiquum eſt hoc. Quomodo ergo eſt novum? Numquid, Fratres mei, vita æterna modo nata eſt? Vita æterna ipſe 1 Joan. 1. 1. Chriſtus eſt, & ſecundum divinitatem non mo- „ do natus eſt: quia, In principio erat Ver- „ bum, & Verbum erat apud Deum & Deus „ erat Verbum: hoc erat in principio apud „ Deum. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſi- „ ne ipſo factum eſt nihil. Si quæ per ipſum facta ſunt, antiqua ſunt; quid eſt ipſe, per quem facta ſunt? quid, niſi æternus, & Patri coæternus? Sed nos delapſi in peccatum pervenimus ad vetuſtatem. Noſtra enim vox eſt in Pſ. 6. 7. illo Pſalmo, ubi dicitur cum gemitu, Inveteravi in omnibus inimicis meis. Inveteravit homo per peccatum, innovatur per gratiam. Omnes ergo qui innovantur in Chriſto, ut ad vitam æternam incipiant pertinere, canticum novum, cantant.

Ex ejuſdem enarratione ſecunda in Pſalmum XXXIII. verſ. 9. n. 13.

℣. 9. BEatus vir qui ſperat in eum. Hoc quid opus eſt diu exponi? Quiſquis non ſperat in Domino, miſer eſt. Quis eſt qui non ſperat in Domino? Qui in ſe ſperat. Aliquando quod pejus eſt, Fratres mei adtendite, aliquando homines nolunt ſperare in ſe, ſed in aliis hominibus, Salva ſalute Garſei, nihil mihi potes facere. Et forte loquitur de homine jam mortuo. In iſta civitate dicit, Salva ſalute illius, & ille in aliis locis forte mortuus eſt. Et quam cito dicunt homines hoc: & non dicunt, Credo Deo, quia non te permittit nocere mihi. Non dicunt, Credo Deo meo, quia & ſi te permiſerit ad aliquid meum, ad animam meam non te permittet: Sed cum dicunt, Salva ſalute illius; nec volunt habere ſalutem, & illos gravant, per quos putant habere ſalutem.

Ex eadem enarratione in Pſalmum XXXIII. verſ. 10. & 11. n. 14. & 15.

MUlti propterea nolunt timere Dominum, ne famem patiantur. Dicitur illis, Nolite fraudem facere. Et dicunt, Unde me paſco? Non poteſt ars ſine impoſtura eſſe, non poteſt negotium eſſe ſine fraude. Sed fraudem punit Deus. Time Deum. Sed ſi timuero Deum, non habeo unde vivam. *Timete Dominum omnes ſancti ejus, quoniam nihil deeſt timentibus eum*. Copiam promittit trepido, & dubitanti ne ſi forte timuerit Dominum deſerant illum ſuperflua. Paſcebat te Dominus contemnentem ſe, & deſeret te timentem ſe? Adtende, & noli dicere, Ille dives eſt, & ego pauper ſum: ego timeo Dominum, ille non timendo quantum adquiſivit, & ego timendo nudus ſum. Videte quid ſequitur: *Divites egue-* verſ. 11. *runt & eſurierunt, inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*. Si ad litteram accipias, videtur te fallere. Reſpicis enim multo divites iniquos mori in divitiis ſuis, non factos fuiſſe pauperes, cum vivunt; vides illos ſeneſcere, perduci ad ultimum vitæ inter magnas copias divitiarum, celebraris eis pompam funeris in magnis effuſionibus, perduci uſque ad ſepulcrum divitem, qui & exſpiravit in lectis eburneis, circumfluente familia ſuorum; & dicis in animo tuo, ſi forte noſti aliqua & peccata & ſcelera ipſius, Ego novi quanta fecerit iſte homo; ecce ſenuit, mortuus eſt in lecto ſuo, deducunt illum ſui, pompa tanta funeris celebratur; ego novi quæ fecerit; decepit me Scriptura, & fefellit, ubi audio, & canto, Pſ. 33. verſ. *Divites eguerunt & eſurierunt*. Quando iſte inops 10. fuit? Quando eſurivit? *Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono*. Quotidie ad baſilicam ſurgo, quotidie genu flecto, quotidie inquiro Dominum, & nihil boni habeo: iſte non inquiſivit Dominum, & inter tanta bona defunctus eſt. Sic cogitantem ſuffocat laqueus ſcandali. Eſcam enim mortalem quærit in terra, & veram mercedem non quærit in cælo, & mittit caput in laqueum diaboli, conſtringuntur ei fauces, & tenet diabolus ad maleſaciendum, ut ſic imitetur illum divitem, quem videt in tanta copia defunctum.

Noli ergo ſic intelligere. Et quomodo intelligam? In bonis ſpiritualibus. Sed ubi ſunt? Non videntur oculis, ſed corde. Non video ipſa bona: Videt illa qui amat. Juſtitiam, non video. Non enim aurum eſt, non enim argentum eſt. Si aurum eſſet, videres: quia fides eſt, non vides. Et ſi non vides fidem, quare amas ſervum fidelem? Interroga teipſum, qualem ſervum diligis. Forte habes ſervum formoſum, ſtaturoſum, bene compoſitum; ſed furem, nequam, fraudulentum: habes autem alium forte parvum ſtatura, deformem facie, colore tetro; ſed fidelem, parcum, ſobrium: adtende rogo te; quem iſtorum duorum diligis? Si oculos carnis interrogas, vincit apud te pulcher injuſtus; ſi oculos cordis, vincit deformis fidelis. Vides ergo, quod vis ut exhibeat tibi alter, id eſt, fidem: exhibe illi & tu. Quare gaudes ad eum qui fidem tibi exhibet, & laudas eum, de his bonis quæ non videntur niſi oculo cordis? Cum repletus fueris ſpiritalibus divitiis, pauper eris? Et ille dives ideo fuit, quia habebat lectum eburneum, & tu pauper es, cujus cubiculum cordis plenum eſt tantis gemmis virtutum, juſtitiæ, veritatis, caritatis, fidei, patientiæ, & tolerantiæ? Explica divitias tuas, ſi habes illas, & compara divitiis divitum. At ille in mercatu invenit mu-

las

las pretiosas, & emit eas? Si fidem invenires venalem, quantum pro illa dares, quam te voluit Deus gratis habere, & ingratus es? Egent ergo illi divites egent: & quod est gravius, pane egent. Ne forte putetis, quia auro egent & argento, quamquam & hoc egeant. Quantum habuit quidam, & quid eum satiavit? Sic mortuus est egens, quia plura volebat adquirere, quam tenebat. Egent & pane. Quare egent *Joan. 6. 41.* & pane? *Matt. 5. 6.* Si non intelligis panem, ille dixit, Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi: &, Beati qui esuriunt & sitiunt justitiam, quoniam ipsi saturabuntur. *Inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.* Sed quo bono jam diximus.

Ex eadem enarratione in Psalmum XXXIII. vers. 15. n. 19.

℣. 15. SED quid est, *Declina a malo*? Parum est nulli noceas, nullum occidas, non fureris, non adulteres, non fraudem facias, non falsum testimonium dicas. *Declina a malo:* cum declinaveris, dicis, Securus sum, perfeci omnia, habebo vitam, videbo dies bonos. Non solum *declina a malo*; sed, *& fac bonum*. Parum est ut non expolies: vesti nudum. Si non expoliaveris, declinasti a malo: sed non facies bonum, nisi cum peregrinum susceperis in domum tuam. Ergo sic declina a malo, ut facias bonum.

Ex eadem enarratione in Psalmum XXXIII. vers. 17. num. 21.

OCuli Domini super justos, & aures ejus ad preces eorum. Forte dicunt mali, Ergo securus facio mala, quia non super me sunt oculi Domini: jam Deus ad justos attendit, me non videt, & quidquid fecero, securus facio. Statim subjecit videns cogitationes hominum Spiritus-sanctus, & ait, *Oculi Domini super justos, & aures ejus ad preces eorum:* **vultus autem Domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum.* vers. 17.

Ex eadem enarratione in Psalmum XXXIII. vers. 19. num. 23.

vers. 19. *JUxta est Dominus his qui obtriverunt cor, & humiles Spiritu salvos faciet.* Altus est Deus, humilis sit Christianus. Si vult ut altus Deus vicinetur illi, ille humilis sit. Magna mysteria, Fratres, Deus super omnia est: erigis te, & non illum tangis: humilias te, & ipse ad te descendit.

Ex eadem enarratione in Psalmum XXXIII. vers. 22. num. 25.

vers. 22. *MOrs peccatorum pessima.* Adtendite. Vere magnus Dominus, & misericordia ejus, vere qui nobis dedit manducare corpus suum

S. Prosperi.

in quo tanta perpessus est, & sanguinem bibere. Quomodo respicit mala cogitantes, & dicentes; Ille male mortuus est, a bestiis consumptus est: non erat ille justus, ideo male periit; nam non periret *? Ergo ille justus est, qui in domo sua, & in lecto suo moritur? Hoc est ergo, inquis, quod miror, quia novi peccata & scelera ipsius, & bene mortuus est, in domo sua, intra limina sua, nulla peregrinationis injuria, nulla vel in matura ætate. Audi: *Mors peccatorum pessima.* Quæ tibi videtur bona mors, pessima est, si intus videas. Vides foris jacentem in lecto, numquid vides intus raptum ad gehennam? Audite, Fratres, & ex Evangelio inspicite, quid sit mors peccatorum pessima. Numquid non duo erant *Luc. 16. 19.* in isto sæculo, dives qui induebatur purpura & bysso, & epulabatur quotidie splendide; alter pauper qui jacebat ad januam ejus ulcerosus, & canes veniebant & lingebant ulcera ejus, & desiderabat saturari de micis quæ cadebant de mensa divitis? Contigit autem mori inopem illum, (justus erat ille inops,) & auferri ab Angelis in sinum Abrahæ. Qui viderat corpus illius jacere ad limen divitis, & non esse qui sepeliret, quanta forte diceret? Sic moriatur ille inimicus meus, & ille qui me persequitur, sic illum videam. Execratus corpus sputo, putent vulnera; & ille in sinu Abrahæ requiescit. Si Christiani sumus, credamus: si non credimus, Frates, nemo se fingat Christianum. Fides nos perducit. Quomodo illa dixit Dominus, sic sunt. An vero dicit tibi mathematicus, & verum est; dicit Christus, & falsum est? Quali autem morte mortuus est ille dives? Qualis mors esse potuit in purpura & bysso, quam sumptuosa, quam pomposa? quæ exequiæ funeris ibi erant? quantis aromatibus sepultum est illud cadaver? Et tamen cum apud inferos in tormentis esset, desideravit ex illius contempti pauperis digito insti lari aquæ guttam ardenti linguæ suæ, neque impetravit. Discite ergo quid sit, *Mors peccatorum pessima:* & nolite interrogare stratos pretiosis vestibus lectos, & carnem multis divitiis obvolutam, lamentationis pompam exhibentes, plangentem familiam, turbam obsequentium præcedentem ac sequentem, cum corpus effertur, marmoratas auratasque memorias. Nam si hæc interrogatis, respondent vobis falsum, quod multorum non leviter peccatorum, sed omnino sceleratorum mors optima est, qui sic plangi, sic condiri, sic contegi, sic efferri, sic sepeliri meruerunt. Sed interrogate Evangelium, & ostendet fidei vestræ in pœnis ardentem animam divitis, quam nihil adjuverunt omnes honores & obsequia, quæ mortuo corpori ejus viventium vanitas præbuit.

* *Subaud.* si justus esset.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum XXXIV. Serm. II. vers. 14. num. 6.

QUando gaudemus in oratione, quando mens nostra serenatur, non prosperitate sæculi, sed luce veritatis: qui sentit hanc lucem, novit quod dico, & videt hic, agnoscitque quod dictum est, *Sicut proximum*, vers. 24.

Act. 17. 28. *sicut fratrem noſtrum, ita complacebam.* Sic enim tunc anima placet Deo, non longe poſita, in Illo, inquit, movemur, & ſumus: quaſi fratri, quaſi propinquo, quaſi amico. Si autem non eſt talis, ut poſſit ſic gaudere, ſic fulgere, ſic propinquare, ſic adhærere, & videt longe ſe inde; faciat quod ſequitur: *Tamquam lugens & contriſtatus, ita humiliabar. Ut fratrem noſtrum ita complacebam*, propinquans dixit. *Ut lugens & contriſtatus, ſic humiliabar*, remotus & longe poſitus dixit. Quid enim luget, niſi quod deſiderat & non habet? Et nonnumquam in uno homine utrumque contingit, ut aliquando propinquet, & aliquando longe fiat: propinquat luce veritatis, longe fit nubilo carnis. Neque enim, Fratres, Deo qui ubique eſt, & nullo continetur loco, aut per loca propinquamus, aut ab illo per loca removemur. Propinquare illi, eſt ſimilem illi fieri; recedere ab illo, diſſimilem illi fieri. Nonne cum vides duas res prope ſimiles, dicis, Propinquat hæc illi? Et quando tibi diſſimilia demonſtrantur, quamvis uno loco & plerumque una manu tencantur, dicis, Longe eſt hæc ſpecies ab illa? Ambas tenes, ambas adjungis, & dicis, Longe eſt hæc res ab illa: non utique loco, ſed diſſimilitudine. Si ergo vis appropinquare, ſimilis eſto; ſi non vis eſſe ſimilis, longinquabis. Sed cum ſimilis es, gaude; cum diſſimilis, geme: ut gemitus excitet deſiderium, immo deſiderium excitet gemitum, & per gemitum propinques, qui cœperas longinquare. Nonne Petrus propinquavit, quando dixit, Tu es Matth. 16. 16. Chriſtus Filius Dei vivi? Et rurſum idem ipſe Ibid. 22. longe factus eſt, dicendo, Domine, abſit a „ te, non fiet iſtud. Denique tamquam pro„ximus, quid dixit propinquanti? Beatus es, „ Simon Barjona. Tamquam longinquanti & diſſimili quid dixit? Redi retro ſatanas. Illi propinquanti, Non tibi revelavit caro & ſanguis, inquit, ſed Pater meus qui in cœlis eſt: illius lux te perfudit, illius luce fulges. Quando autem longe factus contradixit paſſioni Do„mini futuræ pro ſalute noſtra: Non ſapis, „ inquit, quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt homi„num. Merito ambas res ponens quidam in Pſal. 30. 23. Pſalmo ait, Ego dixi in exſtaſi mea, projectus ſum a facie oculorum tuorum. In exſtaſi non diceret, niſi propinquaret. Exſtaſis enim mentis exceſſus eſt. Effudit ſuper ſe animam ſuam, & propinquavit Deo: & per quamdam nubem ponduſque carnis rurſus in terram projectus, recolens ubi fuiſſet, & videns ubi eſſet, dixit, Projectus ſum a facie oculorum tuorum. Ergo *Sicut proximum, ſicut fratrem noſtrum, ita complacebam*, præſtet ut fiat in nobis. Quando autem non fit, vel hoc fiat, *Tamquam lugens & contriſtatus, ita humiliabar.*

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum XXXV. verſ. 5. num. 6.

SI non poteſt (homo) non habere malitiam, Rom. 6. 12. vel oderit illam. Cum enim odiſti illam, vix tibi ſubrepit ut aliquid mali facias. Eſt enim peccatum in mortali corpore: ſed quid dicit Apoſtolus? Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, „ ad obediendum deſideriis ejus. Quando incipit non eſſe? Quando complebitur in nobis quod ait, Cum corruptibile hoc induerit in corruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Antequam hoc fiat, eſt delectatio iniquitatis in corpore; ſed major eſt delectatio voluptatis verbi ſapientiæ, præcepti Dei. Vince peccatum, & voluptatem ejus. Peccatum & iniquitatem oderis, ut jungas te Deo qui tecum illud oderit. Jam conjunctus mente legi Dei, mente ſervis legi Dei. Et ſi carne propterea ſervis legi peccati, quia ſunt in te delectationes quædam carnales, tunc nullæ erunt quando jam non pugnabis. Aliud eſt non pugnare, & eſſe in pace vera atque perpetua; aliud pugnare & vincere; aliud pugnare & vinci; aliud nec pugnare, ſed trahi. Sunt enim homines prorſus qui non pugnant, qualis eſt iſte de quo loquitur. Cum enim dicit; *Malitiam non hodio habuit*: quomodo pugnat contra eam quam non odit? Iſte a malitia trahitur, non pugnat. Sunt autem qui pugnare incipiunt; ſed quia de viribus ſuis præſumunt, ut oſtendat illis Deus quia ipſe vincit, ſi ſe homo ſubjungit. Deo, & pugnantes vincuntur, & cum quaſi cœperint tenere juſtitiam, fiunt ſuperbi, & eliduntur. Iſti pugnant, ſed vincuntur. Quis eſt autem qui pugnat, & non vinci- Rom. 7. 23. tur? Qui dicit, Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Vide pugnantem: ſed non de viribus ſuis præſumit iſte, „ ideo victor erit. Quid enim ſequitur? Infe„lix ego homo, quis me liberabit de corpore „ mortis hujus? Gratia Dei per Jeſum Chri„ſtum Dominum noſtrum. Præſumit de eo qui juſſit ut pugnet, & vincit hoſtem adjutus a jubente: Iſte autem *malitiam non odio habuit*.

1. Cor. 15. 54

verſ. 5.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum XXXVI. Serm. III. verſ. 39. & 40. num. 17.

SAlus autem juſtorum a Domino, *& protector eorum eſt in tempore tribulationis*: * *& adjuvabit eos Dominus, & eruet eos, & eximet eos a peccatoribus*. Tolerent ergo modo peccatores juſti, tolerent frumenta zizania, toleret triticum paleam: quia veniet tempus ſeparationis, & eximetur ſemen bonum ab eo quod igni conſumetur: illud in horreum mittetur, illud autem in æternam conflagrationem: quia ideo ſimul fuerunt primo juſtus & injuſtus, ut ille ſupplantaret, ille probaretur; poſtea autem ille damnaretur, ille coronaretur.

verſ. 39. verſ. 40.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum XXXVII. verſ. 10. num. 14.

Oratio continua.

IPſum deſiderium tuum, oratio tua eſt: & ſi continuum deſiderium, continua oratio; Non 1. Theſſ. 5. enim fruſtra dixit Apoſtolus, Sine intermiſſione 17. orantes. Numquid ſine intermiſſione genu flectimus, corpus proſternimus, aut manus levamus, ut dicat, Sine intermiſſione orate? Aut ſi ſic dicimus nos orare, hoc puto ſine intermiſſione non poſſumus facere. Eſt alia interior ſine intermiſſione oratio, quæ eſt deſiderium. Quidquid aliud agas, ſi deſideras illud ſabbatum, non intermittis orare. Si non vis intermittere orare, noli intermittere deſiderare. Continuum deſiderium tuum, continua vox tua eſt. Tacebis, ſi amare deſtiteris. Qui tacuerunt? De quibus dictum

ctum est, Quoniam abundavit iniquitas, refrigescet caritas multorum. Frigus charitatis, silentium cordis est: flagrantia charitatis, clamor cordis est. Si semper manet charitas, semper clamas; si semper clamas, semper desideras; si desideras, requiem recordaris. Et rugitur cordis tui ante quem sit, oportet ut intelligas. Jam quale desiderium debeat esse ante oculos Dei, considera. Numquid ut moriatur inimicus noster, quod quasi juste optant homines? Nam aliquando oramus quod non debemus. Illud quod quasi juste orant homines videamus. Nam orant ut moriatur aliquis, & ad illos hereditas veniat. Sed & illi qui orant ut moriantur inimici, audiant Dominum dicentem; Orate pro inimicis vestris. Non ergo hoc orent, ut moriantur inimici; sed hoc orent, ut corrigantur, & mortui erunt inimici: jam enim correcti, non erunt inimici. *Et ante te omne desiderium meum*. Quid si desiderium ante illum est, & ipse gemitus non est ante illum? Unde fieri potest, quando ipsum desiderium vocem suam habet gemitum? Ideo sequitur, *Et gemitus meus non est absconditus a te*. A te non est absconditus, a multis autem hominibus absconditus est. Videtur aliquando humilis servus Dei dicere, *Et gemitus meus non est absconditus a te*. Videtur aliquando & ridere servus Dei: numquid desiderium illud mortuum est in corde? Si autem inest desiderium, inest & gemitus. Non semper pervenit ad aures hominum, sed numquam recedit ab auribus Dei.

Matth. 24. 12.

Psal. 37. 9.

Matth. 5. 44.

Luc. 6. 26.

Vers. 10.

Ex eadem enarratione in Psalmum XXXVII. vers. 19. *num.* 24.

Vers. 19. QUoniam *iniquitatem meam ego pronuntio, & curam geram pro peccato meo*. Ne securus sis cum confessus fueris peccatum tuum; tamquam semper præparatus ad confitendum & committendum peccatum. Sic pronuntia iniquitatem tuam, ut curam geras pro peccato tuo? Quid est curam gerere pro peccato tuo? Curam gerere pro vulnere tuo. Si diceres, Curam geram pro vulnere meo, quid intelligeretur, nisi, dabo operam ut sanetur? Hoc est enim curam gerere pro delicto, semper niti, semper intendere, semper studiose & sedulo agere ut sanes peccatum. Ecce de die in diem plangis peccatum tuum, sed forte lacrymæ currunt, & manus cessant. Fiant eleemosynæ, redimantur peccata, gaudeat indigens de dato tuo, ut tu gaudeas de dato Dei. Eget ille, eges & tu: eget ille ad te, eges & tu ad Deum. Tu contemnis egentem tui, Deus non te contemnet egentem sui? Ergo impleto tu egentis inopiam, ut impleat Deus interiora tua. Hoc est, *Curam geram pro peccato meo*, faciam omnia quæcumque facienda sunt, ad abolendum & sanandum peccatum meum.

Ex enarrationem ejusdem in Psalmum XXXVIII. vers. 5. *n.* 9.

INnovati fide & spe, quanta adhuc vetera agimus? Non enim sic Christo induti sumus, ut ex Adam jam nihil portemus. Videte veteraſcentem Adam, & innovari Christum in nobis: Et si exterior, inquit, homo noster corrumpitur, sed interior renovatur de die in diem. Ergo de peccatum, ad mortalitatem, ad prætervolantia tempora, ad gemitum & laborem, & sudorem, ad ætates succedentes, non manentes, ab infantia usque ad senectutem sine sensu transeuntes, ad hæc attendentes, videamus hic veterem hominem, veterem diem, vetus Canticum, vetus Testamentum: conversi autem ad interiorem, ad ea quæ innovanda sunt, pro his quæ immutabuntur, inveniamus hominem novum, diem novum, Canticum novum, Testamentum novum; & sic amemus istam novitatem, ut non ibi timeamus vetustatem. Nunc ergo in hoc cursu transimus a veteribus ad nova: ipse transitus agitur cum corrumpuntur exteriora, & innovantur interiora; donec etiam hoc ipsum quod exterius corrumpitur, reddat debitum naturæ, veniat in mortem, renovetur & hoc in resurrectione. Tunc fient revera omnia nova, reliqua quæ nunc sunt in spe. Agis ergo aliquid nunc à veteribus te exuendo, & in nova currendo. In nova ergo currens iste, & in ea quæ ante sunt extentus, *Notum*, inquit, *Domine, fac mihi finem meum, & numerum dierum meorum qui est, ut sciam quid desit mihi*. Ecce trahit adhuc Adam, & sic festinat ad Christum. *Ecce*, inquit, *veteres posuisti dies meos*. Veteres dies Adam, veteres illos posuisti: veteraſcunt quotidie, & sic veteraſcunt, ut aliquando etiam consumantur.

Vers. 5.

Ex ejusdem enarratione in Psalmum LXXXVII. vers. 11. *n.* 10.

QUia solis prædestinatis ad æternam salutem, non autem omnibus hominibus, nec ipsis inter quos facta sunt, ejus bona opera profuerunt: ideo consequenter adjecit, *Numquid mortuis facies mirabilia*? Hoc enim si de his dictum putaverimus, quorum caro exanimis facta est; magna mirabilia facta sunt mortuis, cum quidam eorum etiam revixerunt: & quod Dominus penetravit inferna, atque inde victor mortis adscendit, magnum mortuis miraculum factum est: Significat ergo isto verbo quo ait, *Numquid mortuis facies mirabilia*, homines corde ita mortuos, ut eos ad vitam fidei tanta Christi mirabilia non moverent. Neque enim propterea dixit non eis fieri mirabilia, quia non ea vident; sed quia non eis prosunt. Nam sicut hic ait, Tota die expandi manus meas ad te: quia omnia opera sua nonnisi ad voluntatem referat Patris, sæpissime contestans ideo se venisse, ut voluntatem Patris impleret: ita quia eadem opera sua etiam infidelis populus vidit, alius proheta dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. Ipsi sunt mortui, quibus non sunt facta mirabilia; non quod ea non viderunt; sed quod per ea non revixerunt.

Vers. 11.

Matth. 27. 52.

Vers. 10.

Joan. 6. 38. *&c.*

Isai. 65. 2.

*2.Cor.*4.16.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum XC. num. 1.

PSalmus iſte eſt de quo Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum diabolus tentare auſus eſt. Audiamus ergo, ut poſſimus inſtructi reſiſtere tentatori, non præſumentes in nobis, ſed in ipſo qui prior tentatus eſt, ne nos in tentatione vinceremur. Illi enim tentatio non erat neceſſaria: tentatio Chriſti noſtra doctrina eſt. Si autem attendamus quid reſponderit diabolo, ut hoc & nos reſpondeamus, quando ſimiliter tentat; intramus per januam, ſicut audiſtis lectionem Evangelii, Quid eſt intrare per januam? Intrare per Chriſtum. Ipſe enim *Joan. 10. 7.* dixit, Ego ſum janua. Quid eſt autem intrare per Chriſtum? Imitari vias Chriſti. In quo imitaturi ſumus vias Chriſti? numquid in ea magnificentia, qua Deus erat in carne? aut ad hoc nos exhortatur, aut hoc a nobis exigit, ut talia miracula qualia fecit ipſe, faciamus? Aut vero Dominus noſter Jeſus Chriſtus non & modo & ſemper cum Patre totum mundum gubernat? Et numquid vel ad hoc vocat hominem faciens eum imitatorem ſuum, ut cum illo gubernet cælum & terram, & omnia quæ in eis ſunt; aut ut ſit & ipſe creator, per quem fiant omnia, ſicut per Chriſtum facta ſunt omnia? Neque ad iſta opera te invitat Deus ſalvator Dominus noſter Jeſus Chriſtus, quæ fecit ab initio, & de quibus *Joan. 1. 3.* ſcriptum eſt, Omnia per ipſum facta ſunt: *Matth. 14. 25.* neque ad illa quæ fecit in terra. Non hoc tibi dicit, Non eris diſcipulus meus, niſi ambu- *Joan. 11. 39. & 9. 16.* laveris ſuper mare, aut niſi ſuſcitaveris mor- *Matth. 11. 29.* tuum quatriduanum, aut niſi oculos cæci nati aperueris. Nec hoc. Quid eſt ergo intrare *Pſ. 71. 18.* per januam? Diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde. Quod factus eſt propter te, hoc in eo debes attendere, ut imiteris. Miracula enim & nondum natus de Maria fecit. Quis enim umquam fecit, niſi ipſe de quo dictum eſt, Qui facit mirabilia magna ſolus? In ipſius enim virtute, & antea qui fecerunt, potuerunt aliquid facere: in virtute *3. Reg. 17. 22* Chriſti Elias mortuum ſuſcitavit. Niſi forte major eſt Petrus quam Chriſtus, quia Chri- *Joan. 11. 43.* ſtus voce ſuſcitavit ægrotantem, Petrus autem *Act. 5. 15.* cum tranſiret, umbra ipſius tangendi proferebantur ægroti. Potentior ergo Petrus quam Chriſtus? Quis hoc dementiſſimus dixerit? Quare ergo tanta potentia in Petro? Quia *Joan. 10. 8.* Chriſtus in Petro. Ideo dixit; Omnes qui venerunt, fures ſunt & latrones: id eſt, qui venerunt ſua ſponte, a me non ſunt miſſi; qui venerunt ſine me, in quibus ego non fui; quos ego non introduxi: Quotquot ergo miracula facta ſunt, ſive a præcedentibus, ſive conſequentibus, idem ipſe Dominus fecit, qui fecit & præſentia ſua. Nec ad ipſa ergo miracula hortatur, quæ ipſe fecit & antequam eſſet homo: ſed quo te hortatur? Ut imiteris quod non poſſet, niſi factus homo. Tolerare enim paſſiones numquid poſſet, niſi homo? Mori & crucifigi & humiliari non poſſet, niſi homo. Si ergo & tu moleſtias hujus *Verſ. 1.* ſæculi cum pateris, quas facit diabolus, ſive aperte per homines, ſive occulte, ſicut Job, ſis fortis, ſis tolerans: habitabis in adjutorio Altiſſimi, ſicut dicit iſte pſalmus.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum XCI. num. 2.

ECce hodiernus dies ſabbati eſt: hunc in præſenti tempore otio quodam corporaliter languido & fluxo & luxurioſo celebrant Judæi. Vacant enim ad nugas: & cum Deus præcepit ſabbatum, illi in his quæ Deus prohibet exercent ſabbatum. Vacatio noſtra a malis operibus, vacatio illorum a bonis operibus eſt. Melius eſt enim arare, quam ſaltare. Illi ab opere bono vacant: ab opere nugatorio non vacant. Nobis ſabbatum indicit Deus. Quale? Primo ubi ſit videte. Intus eſt, in corde eſt ſabbatum noſtrum. Multi enim vacant membris, & tumultuantur conſcientia. Omnis homo malus, ſabbatum habere non poteſt: nuſquam enim illi conquieſcit conſcientia; neceſſe eſt in perturbationibus vivat. Cui autem bona eſt conſcientia, tranquillus eſt: & ipſa tranquillitas ſabbatum eſt cordis. Attendit enim promiſſorem Dominum; & ſi laborat in præſenti, extenditur ſpe futuri, & ſerenatur omne nubilum triſtitiæ; ſicut dicit Apoſtolus, ſpe gaudentes. Ipſum autem gaudium in tran- *Rom. 12. 12.* quilitate ſpei noſtræ, ſubbatum noſtrum eſt. Hoc commendatur, hoc cantatur in iſto pſalmo, quomodo ſit homo Chriſtianus in ſabbato cordis ſui, id eſt, in vacatione & tranquillitate & ſerenitate conſcientiæ ſuæ non perturbatus. Inde dicit hic, unde ſolent perturbari homines, & docet te agere ſabbatum in corde tuo.

Verſ. 1. Sabbati obſervatio. *Exod. 20. 8.*

Ex libro XII. ejuſdem de Civitate Dei Cap. XVII. verſ. 1. 2.

ILud quoque non dubito, ante quam primus homo creatus eſſet, numquam quemquam hominem fuiſſe, nec eumdem ipſum, neſcio quibus circumitibus, neſcio quoties revolutum, nec alium aliquem natura ſimilem. Neque ab hac fide me philoſophorum argumenta deterrent, quorum acutiſſimum illud putatur, quod dicunt, nulla infinita ulla ſcientia poſſe comprehendi: ac per hoc Deus, inquiunt, rerum quas facit, omnium finitarum omnes finitas apud ſe rationes habet. Bonitas autem ejus nunquam vacua fuiſſe credenda eſt, ne ſit temporalis ejus operatio, cujus retro fuerit æterna ceſſatio, quaſi pœnituerit eum prioris ſine initio vacationis, ac propterea ſit operis aggreſſus initium. Et ideo neceſſe eſt, inquiunt, eadem ſemper repeti, eademque ſemper repetenda tranſcurrere, &c.

Argumenta, quibus creata naturatum in tempore oppugnatur.

Has argumentationes quibus impii noſtram ſimplicem pietatem, ut cum illis in circumitu ambulemus, de via recta conantur avertere, ſi ratio refutare non poſſet, fides irridere deberet. Huc accedit, quod in adjutorio Domini noſtri hos volubiles circulos, quos opinio confingit, ratio manifeſta confrint. Hinc enim maxime iſti errant, ut in circumitu falſo ambulare, quam vero & recto itinere malint, quod men-

mentem divinam omnino immutabilem cujuslibet infinitatis capacem, & innumera omnia sine cogitationis alternatione numerantem, de sua humana, mutabili, angustaque metiuntur. Et fit illis quod ait Apostolus: *Comparantes enim semetipsos sibimetipsis, non intelligunt*. Nam quia illis quidquid novi faciendum venit in mentem, novo consilio faciunt, (mutabiles quippe mentes gerunt;) profecto non Deum, quem cogitare non possunt; sed semetipsos pro illo cogitantes, non illum, sed se ipsos, nec illi, sed sibi comparant. Nobis autem fas non est credere, aliter Deum affici cum vacat, aliter cum operatur: quia nec affici dicendus est, tamquam in ejus natura fiat aliquid, quod ante non fuerit. Patitur quippe qui afficitur, & mutabile est omne quod aliquid patitur. Non itaque in ejus vacatione cogitetur ignavia, desidia, inertia; sicut nec in ejus opere labor, conatus, industria. Novit quiescens agere, & agens quiescere. Potest ad opus novum, non novum, sed sempiternum adhibere consilium; nec pœnitendo quia prius cessaverat, cœpit facere quod non fecerat. Sed & si prius cessavit, & posterius operatus est, (quod nescio quemadmodum ab homine possit intelligi) hoc proculdubio quod dicitur, prius & posterius, in rebus prius non exsistentibus & posterius exsistentibus fuit. In illo autem non alteram præcedentem altera subsequens mutavit aut abstulit voluntatem, sed una eademque sempiterna & immutabili voluntate res quas condidit, & ut prius non essent egit, quam diu non fuerunt, & ut posterius essent, quando esse cœperunt: hinc eis qui talia videre possunt, mirabiliter fortassis ostendens, quam non eis indiguerit, sed eas gratuita bonitate condiderit, cum sine illis ex æternitate initio carente in non minore beatitate permanserit.

2. Cor. 10. 12.

Dei vacatio ab opere sine desidia.

Ex libro XIV. ejusdem de Civitate Dei. cbpite 4.

Quid sit secundum hominem, quidve secundum Deum vivere?

CUM ergo vivit homo secundum hominem, non secundum Deum, similis est diabolo. Quia nec angelo secundum angelum, sed secundum Deum vivendum fuit, ut staret in veritate, & veritatem de illius, non de suo mendacium loqueretur. Nam & de homine alio loco idem Apostolus ait, *Si autem veritas Dei in meo mendacio abundavit*. Meum dixit mendacium, veritatem Dei. Cum itaque vivit homo secundum veritatem, non vivit secundum seipsum, sed secundum Deum. Deus est enim qui dixit, *Ego sum veritas*. Cum vero vivit secundum seipsum, hoc est, secundum hominem, non secundum Deum, profecto secundum mendacium vivit: non quia homo ipse mendacium est, cum sit ejus auctor & creator Deus, qui non est utique auctor creatorque mendacii; sed quia homo ita factus est rectus, ut non secundum seipsum, sed secundum eum a quo factus est, viveret; id est, illius potius, quam suam faceret voluntatem: non autem ita vivere, quemadmodum factus est ut viveret, hoc est, mendacium. Beatus quippe vult esse, etiam non sic vivendo ut possit esse. Quid est ista voluntate mendacius? Unde non frustra dici potest, omne peccatum esse mendacium. Non enim fit peccatum, nisi ea voluntate, qua volumus ut bene sit nobis, vel nolumus ut male sit nobis. Ergo mendacium est, quod cum fiat ut bene sit nobis, hinc potius male est nobis; vel cum fiat ut melius sit nobis, hinc potius pejus est nobis. Unde hoc, nisi quia de Deo potest bene esse homini, quem delinquendo deserit, non de ipso, secundum quem videndo delinquit.

Rom. 3. 7.

Joan. 14. 6.

Quod itaque diximus, hinc exstitisse Civitates duas diversas inter se atque contrarias, quod alii secundum carnem, alii secundum spiritum viverent; potest etiam isto modo dici quod alii secundum hominem, alii secundum Deum vivant, &c.

Ex Enchiridio ejusdem de fide, spe & charitate. cap. CIX. & CX.

*CAPUT CIX. Animarum receptacula ante resurrectionem.

TEMPUS autem quod inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæque digna est vel requie vel ærumna, pro eo quod sortita est in carne cum viveret. * Neque enim negandum est, defunctorum animas pietate suorum viventium relevari, cum pro illis sacrificium Mediatoris offertur, vel eleemosynæ in Ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cum viverent, ut hæc sibi postea possent prodesse, meruerunt. Est enim quidam vivendi modus, nec tam bonus ut non requirat ista post mortem: nec tam malus, ut non ei prosint ista post mortem, est vero talis in bono, ut ista non requirat; & est rursus talis in malo, ut nec his valeat, cum ex hac vita transierit, adjuvari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo possit post hanc vitam relevari quispiam vel gravari. Nemo se autem speret, quod hic neglexerit, cum obierit, apud Deum promereri. Non igitur ista, quæ pro defunctis commendandis frequentat Ecclesia, illi Apostolicæ sunt adversa sententiæ, qua dictum est: *Omnes enim adstabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque secundum ea quæ per corpus gessit, sive bonum, sive malum*. Quia etiam hoc meritum sibi quisque dum in corpore viveret, comparavit, ut ei possint ista prodesse; Non enim omnibus prosunt: & quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam vitæ quam quisque gessit in corpore? Cum ergo sacrificia sive altaris, sive quarumcumque eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro valde bonis gratiarum actiones sunt, pro non valde malis propitiationes sunt; pro valde malis, etiamsi nulla sunt adjumenta mortuorum, qualescumque vivorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe, ut tolerabilior fiat ipsa damnatio. *

*CAPUT CX. Sacrificium altaris & eleemosynæ pro defunctis, quatenus & quibus prosint.

Rom. 14. 10. 2. Cor. 5. 10.

* Damnationem hic pro punitione eorum, qui post purgatorii pœnas salvandi sunt, accipiendam

Ex

docuit Albertus Magnus in 4. sent. dist. 45. art. 3. ad 1. eamque interpretationem probarunt Magistri deinceps in eumdem sententiarum locum

Ex enarratione ejusdem in Psalmum XLI. vers. 9. num. 16.

IN *die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte declarabit.* Nulli vacat audire in tribulatione. Attendite cum vobis bene est: audite cum vobis bene est: discite cum tranquilli estis, sapientiæ disciplinam, & verbum Dei ut cibum colligite. Quando enim quisque in tribulatione est, prodesse illi debet quod securus audivit. Etenim in rebus prosperis mandat tibi Deus misericordiam suam, si ei fideliter servieris; quia liberat te de tribulatione: sed non tibi declarat ipsam misericordiam, quam tibi per diem mandavit, nisi per noctem. Cum venerit ipsa tribulatio, tunc adjutorio te non deserit: ostendit tibi verum fuisse, quod tibi per diem mandavit. Etenim scriptum est quodam loco, Speciosa misericordia Domini in tempore tribulationis, sicut nubes pluviæ in tempore siccitatis. *In die mandavit Dominus misericordiam suam, & nocte declarabit.* Non tibi ostendit quia subvenit tibi, nisi venerit tibi tribulatio, unde eruaris ab illo qui tibi per diem promisit. Ideo admonemur imitari formicam. Sicut enim prosperitas sæculi significatur die, adversitas sæculi significatur nocte: ita alio modo prosperitas sæculi significatur æstate, adversitas sæculi significatur hyeme. Et quid facit formica? Per æstatem colligit, quod ei per hyemem prosit. Ergo cum est æstas, cum bene est vobis, cum tranquilli estis, audite verbum Domini. Unde enim fieri potest ut in hac tempestate sæculi hujus sine tribulatione totum hoc mare transeatis? unde fieri potest? cui hoc hominum contigit? Si contigit alicui, plus metuenda est ipsa tranquillitas.

Verf. 9.
Eccli. 35. 26.
Prov. 6. 6.

Ex Enarratione ejusdem in Psalmum XLV. num. 1.

Rom. 10. 4.

FInis legis Christus ad justitiam omni credenti. Finis autem dicitur, non quia consumit, sed quia perficit. Nam & finitum cibum dicimus qui manducabatur, & finitam tunicam quæ texebatur: illud ad consumptionem, hoc ad perfectionem. Quia ergo ultra quo tendamus non habemus, cum ad Christum pervenerimus, ipse cursus nostri finis dicitur. Nec putare debemus, quia cum ad illum pervenerimus, aliquid amplius debemus niti ut & ad Patrem perveniamus. Hoc enim putavit & Philippus, cum ei dixit, Domine, ostende nobis Patrem, & sufficit nobis. Cum dicit; sufficit nobis, finem quærit satietatis & perfectio„ nis. Et ille: Tanto, inquit, tempore vobis„ cum sum, & non cognovistis me? Philippe, „ qui vidit me, vidit & Patrem. In illo ergo habemus Patrem, quia ipse in Patre & Pater in ipso, & ipse & Pater unum sunt.

Joan. 14. 8.

Joan. 10. 30.

Ex eadem enarratione in Psalmum XLV. vers. 2. num. 3.

MUltæ sunt tribulationes, & in omni tribulatione ad Deum confugiendum est: sive sit tribulatio in re familiari, sive sit in salute corporis, sive de periculo charissimorum, sive de aliqua re ad hujus vitæ sustentaculum necessaria; omnino aliud refugium non debet esse homini Christiano quam Salvator ejus, quam Deus ejus, quo cum confugerit, fortis sit. Non enim ipse in se fortis erit, aut sibi ipse fortitudo erit, sed ille illi fortitudo erit, qui refugium ejus factus est. Verumtamen, Carissimi, inter omnes tribulationes humanæ animæ; nulla est major tribulatio quam conscientia delictorum. Namque si ibi vulnus non sit, sanumque sit intus hominis, quod conscientia vocatur, ubicumque alibi passus fuerit tribulationes, illuc confugiet, & ibi inveniet Deum. Si autem ibi requies non est, propter abundantiam iniquitatis, quoniam & ibi Deus non est; quid facturus est homo? quo confugiet, cum cœperit pati tribulationes? Fugiet ab agro ad civitatem, a publico ad domum, a domo in cubiculum, & sequitur tribulatio. A cubiculo jam quo fugiat non habet, nisi in interius cubile suum. Porro si ibi tumultus est, si fumus iniquitatis, si flamma sceleris, non illuc potest confugere, pellitur inde; & cum inde pellitur, a seipso pellitur. Et ecce hostem suum invenit quo confugerat; seipsum quo fugiturus est? Quocumque fugerit, se trahit post se; & quocumque talem traxerit se, cruciat se de se. Ipsæ sunt tribulationes quæ inveniunt hominem nimis: acerbiores enim non sunt: tanto non sunt acerbiores, quanto non sunt interiores. Videte, Carissimi, cum ligna dejiciuntur & probantur a fabris, aliquando in superficie videntur quasi læsa & putria: faber autem inspicit tamquam medullam interiorem ligni; & si sana intus ligna cognoverit, promittit ea in ædificio duratura; nec valde erit de superficie læsa sollicitus, quando id quod interius est sanum renuntiat. Porro homini interius conscientia non invenitur: quid igitur prodest, si quod est exterius sanum est, & putrefacta est medulla conscientiæ? Artæ illæ, & vehementes omnino, & sicut Psalmus ipse ait, nimiæ tribulationes sunt: tamen & in his adjutor est Dominus dimittendo peccata. Iniquorum enim conscientias non sanat, nisi indulgentia. Si enim magnas tribulationes habere se dicit debitor fisci confessus, & intuens angustias rei familiaris suæ, cum se videt non posse esse solvendo, propter imminentes omni anno compulsores, tribulationes magnas se pati dicit, nec usquam respirat nisi in spe indulgentiæ rerum terrenarum: quanto magis debitor pœnarum de abundantia delictorum, quando reddet quod debet de mala conscientia, quando si reddiderit, ipse perit? Hoc enim debitum reddere, pœnas luere est. Restat ergo ut de ipsius indulgentia securi esse possimus: si tamen accepta indulgentia non rursus ad debita contrahenda redeamus.

Verf. 1.

Ex

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum XLVI. v. 9. n. 10.

Verſ. 9. DEus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam. Quæ ſedes ejus ſancta? Forſitan cæli, & bene
Act. 1. 2. intelligitur. Aſcendit enim Chriſtus, ſicut novimus, cum corpore in quo crucifixus eſt, & ſedet ad dexteram Patris: inde eum venturum exſpectamus ad judicandos vivos & mortuos. *Sedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.* Cæli ſunt ſedes ſancta ejus. Vis & tu eſſe ſedes ejus? Noli putare te eſſe non poſſe: para illi locum in
2. Tim. 4. 1. corde tuo; venit, & libenter ſedet: ipſe certe eſt Dei Virtus & Dei Sapientia. Anima juſti,
Sap. 7. 7. ſedes ſapientiæ. Si ergo anima juſti ſedes eſt ſapientiæ: ſit anima tua juſta, & eris regalis ſedes ſapientiæ. Et revera, Fratres, omnes homines qui bene vivunt, qui bene agunt, ſecundum caritatem piam converſantur; nonne Deus in illis ſedet, & ipſe jubet? Obtemperat anima ſedenti in ſe Deo, & ipſa jubet membris. Anima enim tua jubet membro tuo, quo moveatur pes, quo manus, quo oculus, quo auris, & jubet ipſa membris tamquam famulis ſuis: ſed & ipſa ſervit interius inſidenti ſibi domino ſuo. Non poteſt inferiori ſe bene imperare, niſi ſuperiori ſe non fuerit dedignata ſervire.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum L. n. 5.

DIxerim eis qui non commiſerunt (*tale peccatum quale David*) ut vigilent cuſtodire integritatem ſuam, & cum attendunt magnum cecidiſſe, parvi timeant. Si vero aliquis jam lapſus hæc audit, & aliquid in conſcientia mali tenens, verba Pſalmi hujus advertat: attendat quidem vulneris magnitudinem, ſed non deſperet medici majeſtatem. Peccatum cum deſperatione, certa mors. Nemo ergo dicat, Si jam aliquid mali feci, jam damnandus ſum: Deus malis talibus non ignoſcit, cur non addo peccata peccatis? Fruar hoc ſæculo in voluptate, in laſcivia, in cupiditate nefaria: jam perdita ſpe reparationis, vel hoc habeam quod video, ſi non poſſum habere quod credo. Iſte ergo Pſalmus, ſicut cautos facit eos qui non ceciderunt, ſic deſperatos eſſe non vult qui ceciderunt, Quiſquis peccaſti, & dubitas agere pœnitentiam pro peccato tuo deſperando ſalutem tuam, audi David gementem. Ad te Nathan propheta non eſt miſſus, ipſe David ad te miſſus eſt. Audi eum clamantem, & ſimul clama; audi gementem, & congemiſce, audi flentem, & lacrymas junge; audi correctum, & condelectare. Si tibi non potuit intercludi peccatum, ſpes veniæ non intercludatur. Miſſus eſt ad iſtum virum Nathan propheta, attende regis humilitatem. Non reſpuit verba præcipientis, non dixit, Audes mihi loqui regi? Rex ſublimis Prophetam audivit, plebs ejus humilis Chriſtum audiat.

S. Proſperi.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum LIII. num. 3.

OMnes boni latent hic, quia bonum eorum intus eſt, abſconditum eſt, in corde eſt, ubi fides, ubi caritas, ubi ſpes, ubi theſaurus illorum. Numquid hæc bona apparent in ſæculo? Et hæc bona latent, & horum bonorum merces latet. At vero dignitas ſæculi quomodo alba eſt? Nitet ad tempus: numquid ſemper nitebit? Herba eſt hyemalis, uſque ad æſtatem viret. Non ergo fiat in animo quod in alio Pſalmo invenimus. Confitetur enim quidam prope ſe cecidiſſe nutantem, & labaſſe greſſus ſuos ambulantes in via Dei, dum aſpiceret florem quemdam felicitatemque iniquorum: & poſtea quam cognovit quid iniquis in finem ſervaret Deus, & quid juſtis laborantibus promitteret, qui fallere non poteſt, agens gratias de hac cognitione, ait, Quam bonus Deus Iſ- *Pſal. 72. 1. &c.*
rael rectis corde? Quare hoc dicis? Mei autem, inquit, pene commoti ſunt pedes. Unde? Quia zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum intuens. Confirmati ſunt autem greſſus ejus, poſtea quam intellexit in noviſſima. Quod enim in eodem pſalmo paulo poſt dicit, Hoc labor eſt ante me: ideſt, magna mihi quæſtio ſurrexit in corde, quare homines male faciunt, & in ſæculo florent, multi autem bene agunt, & in hac terra laborant. Quæſtio ergo iſta cum magna eſſet ante oculos meos, & laborioſa ad inveſtigandum; labor eſt, inquit, ante me, donec introeam in ſanctuarium Dei, & intelligam in noviſſima. Quæ ſunt iſta noviſſima? Quæ, niſi quæ ſcimus jam in Evangelio prænuntiata? Cum enim venerit filius hominis, *Matth. 25.*
congregabuntur ante eum omnes gentes, & ſe- *31.*
parabit eos, ſicut paſtor ſegregat oves ab hœdis, oves ponet ad dexteram, hœdos ad ſiniſtram.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum LV. verſ. 12. num. 19.

DE cordis arca profer laudis incenſum, de cellario bonæ conſcientiæ profer ſacrificium fidei. Quidquid profers, accende caritate. In te ſint vota, quæ reddas laudis Deo. Cujus laudis? Quid enim tibi præſtitit? *Quoniam* *Verſ. 13.*
eripuiſti anima meam de morte. Ipſa eſt illa *Verſ. 9.*
vita quam enuntiat illi: Deus vitam meam enun- *Verſ. 12.*
tiavi tibi. Quid enim eram? Mortuus. Per meipſum eram mortuus: per te quid ſum? Vivus. Ideo *in me ſunt Deus vota tua, quæ reddam laudis tibi.* En amo Deum meum: nemo hunc mihi eripit, quod illi dem nemo mihi eripit, quia in corde incluſum eſt. Merito dicitur in illa ſuperiore fiducia. Quid mihi faciat homo? Sæviat homo, permittatur ſævire, permittatur efficere quod conatur: quid eſt ablaturus? Aurum, argentum, pecora, ſervos, ancillas, fundos, domos, auferat omnia: numquid aufert vota, quæ in me ſunt, quæ reddam laudis Deo? Permiſſus eſt tentare tentator ſanctum virum Job, *Job. 1. 12.*
uno puncto temporis abſtulit omnia, quidquid facultatum habuerat ademit, abſtulit hereditatem, interfecit heredes, neque hoc paulatim, ſed catervatim, uno ictu, uno impetu, ut omnia

nia subito nuntiarentur ; ablatis omnibus solus remansit Job ; sed in illo erant vota laudis quæ redderet Deo, in illo plane erant : arcam sancti pectoris sui fur diabolus non invaserat, plenus erat unde sacrificaret. Audi quæ habebat, audi
Ibid. 21. quæ protulit : Dominus dedit, Dominus abstulit ; sicut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictum. O divitiæ interiores, quo fur non accedit ! Ipse dederat Deus unde accipiebat, ipse ditaverat, unde illi offerebat quod amabat. Laudem a te quærit Deus, confessionem tuam quærit Deus. Sed de agro tuo aliquid daturus es ? Ipse pluit ut haberes. De arca daturus es aliquid ? Ipse instituit quod daturus es. Quid daturus es quod ab illo non accepisti ? Quid enim habes quod non accepisti ?
1. *Cor.* 4. 7. De corde dabis ? Ipse dedit fidem, spem & caritatem ; hoc prolaturus, hoc sacrificaturus es. Sed plane omnia illa cetera potest auferre tibi inimicus invito, hoc auferre non potest nisi volenti. Illa perdet & invitus ; & volens habere aurum, perdet aurum ; & volens habere domum, perdet domum ; fidem nemo perdet nisi qui spreverit.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum LVI. vers. 1. *n.* 2.

Vers. 1. QUia ergo passionem Domini cantat iste Psalmus, vide quem titulum habeat : *In finem*.
Rom. 10. 4. Finis Christus est. Quare dictus est finis ? Non qui consumat, sed qui consummet. Consumere enim, perdere est : consummare, perficere. Finitum enim quidquid dicimus, a fine dicimus. Sed aliter dicimus, Finitus est panis ; aliter dicimus, Finita est tunica : finitus est panis qui manducabatur, finita est tunica quæ texebatur : panis ergo finitus est ut consumeretur, tunica finita est ut perficeretur. Finis ergo propositi nostri Christus est : quia quantumlibet conemur, in illo perficimur, & ab illo perficimur ; & hæc est perfectio nostra, ad illum pervenire : si cum ad illum perveneris, ultra non quæris, finis tuus est. Quomodo enim finis viæ tuæ locus est quo tendis, quo cum perveneris, jam manebis, sic finis studii tui, propositi tui, conatus tui, intentionis tuæ, ille est ad quem tendis, ad quem cum perveneris, ultra non desiderabis, quia melius nihil habebis. Ipse ergo & exemplum nobis vivendi proposuit in hac vita, & præmium vivendi dabit in futura vita.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum LVIII. Serm. 1. *v.* 6. *n.* 13.

INiquitas omnis parva magnave sit, puniatur necesse est, aut ab ipso homine pœnitente, aut a Deo vindicante. Nam & quem pœnitet, punit seipsum. Ergo, Fratres, puniamus nostra peccata, si quærimus misericordiam Dei. Non potest Deus misereri omnium operantium iniquitatem quasi blandiens peccatis, aut non eradicans peccata. Prorsus aut punis, aut punit. Vis non puniat ? Puni tu. Nam & illud fecisti quod impunitum esse non possit : sed a te puniatur potius, ut facias quod in illo Psalmo scriptum est, Præveniamus faciem ejus in con-
Psal. 49. 2. fessione. Quid est, Præveniamus faciem ejus ? Antequam ipse attendat ut puniat, tu præveni confitendo, & puni. Non ille inveniat quod puniat. Quia cum tu punis iniquitatem, facis æquitatem. Et ideo tui miserebitur Deus, quia jam te operantem æquitatem invenit Deus. Quid est operantem æquitatem ? Quia in te hoc odisti, quod & ille odit ; ut incipias placere Deo, dum hoc in te punis quod displicet Deo. Nam non potest impunitum relinqui peccatum : quoniam verum est, *Non miserearis omnium qui operantur iniquitatem*. *Vers.* 6.

Ex enarratione eadem in Psalmum LXVIII. Serm. 11. *v.* 18. *n.* 11.

Vers. 18. ADjutor meus, *tibi psallam, quia tu Deus susceptor meus es*. Quid eram, nisi subvenires ? Quam desperatus eram, nisi curares ? Ubi jacebam, nisi advenires ? Certe ingenti vulnere periclitabar, sed illud vulnus meum medicum omnipotentem requirebat. Omnipotenti medico nihil est insanabile, non renuntiat ad aliquem : opus est ut tu curari velis, opus est ut manus ejus non refugias. Sed & si nolis curari, vulnus tuum admonet ut cureris : & aversum revocat, & refugientem quodammodo ad se redire compellit, & attrahit. In omnibus implet quod dictum est, Misericordia ejus præveniet me. Cogitate quod dictum est, præveniet me : *Vers.* 11. Si aliquid tuum primum attulisti, & ex tuo aliquo bono primo Dei misericordiam meruisti, non te prævenit. Quando autem vel intelligis quia præventus es, nisi intelligas quod ait Apo-
„ stolus, Quid enim habes quod non accepi- 1. *Cor.* 4. 7.
„ sti ? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis ? Hoc est, Misericordia ejus præveniet me. Denique attendens omnia bona quæcumque habere possumus, sive in natura, sive in instituto, sive in ipsa conversatione, in fide, in spe, in caritate, in bonis moribus, in justitia, in timore Dei, totum non esse nisi ex illius donis, ita concluſit : *Deus meus misericordia mea*. Quid est, *misericordia mea* ? Si dicas, Salus mea, intelligo quia dat salutem ; si dicas, Refugium meum, intelligo quia confugis ad eum ; si dicas, Fortitudo mea, intelligo quia dat tibi fortitudinem : *Misericordia mea* quid est ? Totum quidquid sum, de misericordia tua est. Sed promerui te, invocando te ? Ut essem, quid feci ? ut essem qui te invocarem, quid egi ? Si enim egi aliquid ut essem, jam eram antequam essem. Porro si omnino nihil eram antequam essem, nihil te promerui ut essem. Fecisti ut essem, & non tu fecisti ut bonus essem ? Dedisti mihi ut sim, & alius mihi dedit ut bonus sim ? Si tu mihi dedisti ut sim, & alius mihi dedit ut bonus sim ; melior est ille qui mihi dedit ut bonus sim, quam ille qui mihi dedit ut sim. Porro quia te nemo melior, nemo te potentior, nemo te in misericordia largior, a quo accepi ut essem, ab illo accepi ut bonus essem. *Deum meus misericordia mea*.

Ex

Ex enarrationem ejuſdem in Pſalmum LIX. verſ. 7. n. 7.

Verſ. 7. *Salvum me fac dextera tua, & exaudi me.* Dextera tua, Domine, ſalvum me fac: ita ſalvum me fac, ut ad dexteram ſtem: *Salvum me fac dextera tua*: non ſalutem temporalem peto, de hac fiat voluntas tua. Ad tempus quid nobis proſit, penitus ignoramus. Quid enim oremus ſicut opertet, neſcimus: ſed ſalvum me fac dextera tua, ut & ſi in tempore iſto tribulationes aliquas patiar, tranſacta nocte omnium tribulationem ad dexteram inveniar inter oves, non ad ſiniſtram inter hœdos. *Salvum me fac dextera tua, & exaudi me.* Quia jam illud peto quod dare vis: non verbis delictorum meorum clamo per diem, ut non exaudias, & nocte, ut non exaudias, & non ad inſipientiam mihi, ſed utique ad commonitionem, addendo ſaporem de valle ſalinarum, ut in tribulatione noverim quid petam: peto autem vitam æternam; ergo exaudi me, quia dexteram tuam peto. Intelligat ergo Charitas Veſtras, omnem fidelem habentem in corde verbum Dei cum timore, timentem judicium futurum, viventem probabiliter, ne de illo blaſphemetur nomen ſanctum Domini ejus, multa deprecari ſecundum ſæculum, & non exaudiri, ad vitam æternam ſemper exaudiri. Quis enim ſanitatem non petat, cum ægrotat. Et tamen forte adhuc ægrotare ei utile eſt. Poteſt fieri ut hinc non exaudiaris ad voluntatem, ut exaudiaris ad utilitatem. At vero cum illud petis, ut det tibi vitam æternam Deus, ut det tibi regnum cælorum Deus, ut det tibi ad dexteram Filii ſui ſtare, cum venerit judicare terram: ſecurus eſto, accipies, ſi modo non accipis: non enim jam venit tempus ut accipias. Exaudiris, & neſcis: quod petis agitur, etſi neſcis in quo agitur. In radice eſt, nondum in fructu.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum LXII. verſ. 2. num. 6.

QUomodo animæ noſtræ promittitur beatitudo, ſic & carni noſtræ promittitur reſurrectio. Reſurrectio carnis talis nobis promittitur: Audite, & diſcite, & tenete quæ ſit ſpes Chriſtianorum, quare ſumus Chriſtiani. Non enim ad hoc ſumus Chriſtiani, ut terrenam nobis felicitatem petamus, quam plerumque habent & latrones & ſcelerati. Ad aliam felicitatem nos ſumus Chriſtiani, quam tunc accipiemus, cum vita iſta hujus ſæculi tota tranſierit. Ergo promittitur nobis & carnis reſurrectio; & talis reſurrectio carnis nobis promittitur, ut caro quidem iſta quam modo portamus reſurgat in fine. Nec incredibile vobis videatur. Si enim Deus fecit nos qui non eramus, magnum illi eſt reparare qui eramus? Ergo hoc vobis incredibile non videatur, quia quaſi putreſcere mortuos videtis, & ire in cineres, & in pulverem. Aut ſi incendatur aliquis mortuus, aut ſi canes dilanient eum, putetis quia inde non erit reſurrecturus? Omnia quæ diſcerpuntur, & in favillas quaſdam putreſcunt, integra Deo ſunt. In illa enim elementa mundi eunt, unde primo venerunt, quando facti ſumus: non illa videmus; ſed tamen Deus unde ſcit producet illa, quia & antequam eſſemus, unde ſciebat nos produxit: Talis ergo reſurrectio carnis nobis promittitur, ut quamvis ipſa ſit caro quam modo portamus, quæ reſurrectura eſt, tamen non habeat corruptionem quam modo habet. Modo enim ex corruptione fragilitatis, ſi non manducemus, deficimus & eſurimus; ſi non bibamus, deficimus & ſitimus; ſi diu vigilemus, deficimus & dormimus; ſi diu dormiamus, deficimus, ideo vigilamus; ſi diu manducemus & bibamus, quamvis propter refectionem manducemus & bibamus, ipſa diuturna refectio, defectio eſt; ſi diu ſtemus, fatigamur, ideo ſedemus; & ſi diu ſedamus, & ibi fatigamur, & ideo ſurgimus. Deinde videte quia nullus eſt carnis noſtræ ſtatus, quoniam infantia avolat in pueritiam, & quæris infantiam, & non eſt infantia, quia jam pro infantia pueritia eſt: iterum & ipſa migrat in adoleſcentiam, quæris pueritiam & non invenis: adoleſcens fit juvenis, quæris adoleſcentem, & non eſt: juvenis fit ſenex, quæris juvenem, & non invenis: & ſenex moritur, quæris ſemen, & non invenis. Non ſtat ergo ætas noſtra: ubique fatigatio eſt, ubique laſſitudo, ubique corruptio. Attendentes qualem nobis ſpem reſurrectionis promittat Deus, in iſtis omnibus multiplicibus defectionibus noſtris ſitimus illam incorruptionem: & ſic caro noſtra multipliciter ſitit Deo: *Verſ. 2.*

Ex eadem enarratione in Pſalmum LXII. verſ. 7. & 8. n. 15.

Si memoratus ſum tui ſuper ſtratum meum, in diluculis meditabar in te: quia factus es adjutor meus. Stratum ſuum quietem ſuam dicit. Quando aliquis quietus eſt, memor ſit Dei; quando aliquis quietus eſt, non per quietem diſſolvatur & obliviſcatur Deum: ſi memor eſt Dei quando quietus eſt, in actionibus ſuis in Deum meditatur. Diluculum enim dixit actiones, quia omnis homo diluculo incipit aliquid agere. Quid ergo dixit, *Si memor fui tui in ſtrato meo, & in diluculis meditabar in te.* Si ergo non ſui memor in meo, & in diluculo non meditabar in te. Qui quando otioſus eſt non cogitat Deum, in actionibus ſuis cogitare poteſt Deum? Qui autem memor ejus eſt quando quietus eſt, in ipſo meditatur cum agit, ne in actione deficiat. Ideo quid adjecit? *Et in diluculis meditabar in te: quia factus es adjutor meus.* Etenim niſi Deus adjuvet bona opera noſtra, impleri a nobis non poſſunt. Et digna debemus operari: ideſt, tamquam in luce, quando Chriſto demonſtrante operamur. Quicumque operatur mala, in nocte operatur, non in diluculo, Apoſtolo dicente, Qui inebriantur, nocte inebriantur, & qui dormiunt, nocte dormiunt: nos qui dici ſumus, ſobrii ſimus. Hortatur nos ut ſecundum diem ambulemus honeſte: Sicut in die, inquit, honeſte ambulemus. Et iterum, Vos, inquit, filii lucis eſtis, & filii diei: non ſumus noctis neque tenebrarum. Qui ſunt filii noctis, & filii *Verſ. 7.* *Verſ. 8.* *1. Theſſ. 5. 7. & 8.* *Rom. 13. 13.* *1. Theſſ. 5. 5.*

tenebrarum? Qui omnia mala operantur. Usque adeo filii noctis sunt, ut timeant videri quæ operantur: & quæ publice operantur mala, ideo publice operantur, quia multi illa operantur: quæ pauci operantur, in abscondito operantur: qui autem talia publice operantur, sunt quidem in luce solis, sed in tenebris cordis. Nemo ergo in diluculo operatur, nisi qui in Christo operatur. Sed qui otiosus memor est Christi, in ipso meditatur in omnibus actionibus suis, & est illi adjutor in omni bono opere, ne per infirmitatem suam deficiat.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum LXVII. vers. 32. & 33. num. 41.

PLures codices Latini, & maxime Græci ita distinctos versus habent, ut non sit in eis unus versiculus, *Deo regna terræ*; sed *Deo*, in fine sit versus superioris, atque ita dicatur, *Vers. 32.* *Æthiopia præveniet manus ejus Deo*, ac deinde *Vers. 33.* sequatur in alio versu, *Regna terræ cantate Deo, psallite Domino*. Qua distinctione, multorum codicum & auctoritate digniorum consonantia, sine dubio præferenda, fides mihi commendari videtur, quæ opera præcedit: quia sine bonorum operum meritis per fidem *Rom. 4. 5.* justificatur impius, sicut dicit Apostolus, Credenti in eum, qui justificat impium, deputatur fides ejus ad justitiam: ut deinde ipsa fides per dilectionem incipiat operari. Ea quippe sola bona opera dicenda sunt, quæ fiunt per dilectionem Dei. Hæc autem necesse est antecedat fides, ut inde ista, non ab istis incipiat illa: quoniam nullus operatur per dilectionem Dei, nisi prius credat in Deum. *Gal. 5. 6.* „ Hæc est fides, de qua dicitur, In Christo „ enim Jesu neque circumcisio aliquid valet, „ neque præputium, sed fides quæ per dile- *Cant. 4. 8.* „ ctionem operatur. Hæc est fides, de qua *sec. LXX.* „ ipsi Ecclesiæ dicitur in Canticis canticorum, Venies & pertransies ab initio fidei. Venit enim tamquam currus Dei in millibus lætantium, prosperum iter habens, & pertransiit de *Joan. 13. 1.* hoc mundo ad Patrem: ut fiat in ea quod sponsus ipse dicit, qui transiit de hoc mundo *Joan. 17. 24.* ad Patrem, Volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum: sed ab initio fidei. Quia ergo ut bona opera sequantur, præcedit fides, nec ulla sunt bona opera, nisi quæ sequuntur præcedentem fidem: nihil aliud videtur dictum, *Æthiopia præveniet manus ejus Deo*, nisi Æthiopia credet Deo. Sic enim *præveniet manus ejus*, id est, opera ejus. Cujus nisi ipsius Æthiopiæ? Quia hoc in Græco non est ambiguum; ejus quippe ibi feminino genere apertissime positum est. Ac per hoc nihil aliud dictum est, quam *Æthiopia præveniet manus suas Deo*, id est, credendo in Deum, præveniet opera sua. *Rom. 3. 28. & 29.* Existimo enim, inquit Apostolus, justificari „ hominem per fidem sine operibus Legis. An „ Judæorum Deus tantum? nonne & Gentium. Sic ergo Æthiopia, quæ videtur extrema Gentium, justificatur per fidem sine operibus Legis. Non enim ut justificetur, de Legis operibus gloriatur; nec præponit fidei merita sua, sed fide prævenit opera sua.

Opera bona.

Ex Libro ejusdem de Gratia Christi, cap. 26.

CAPUT XXVI. Quæ vera gratia Pelagianæ gratiæ opposita.

ISTam Dei gratiam in divinis eloquiis manifestam etiam Pelagius manifeste fateatur, seque tamdiu contra sensisse non operiat impudentissimo pudore, sed dolore saluberrimo aperiat; ut sancta Ecclesia non turbetur pervicaci ejus obstinatione, sed veraci correctione lætetur. Cognitionem & dilectionem, sicut sunt discernenda, discernat. Quia scientia inflat, caritas ædificat. Et tunc scientia non inflat, quando caritas ædificat. Et cum sit utrumque donum Dei, sed unum minus, alterum majus; non sic justitiam nostram super laudem justificatoris nostri extollat, ut horum duorum quod minus est, divino tribuat adjutorio, quod autem majus est, humano usurpet arbitrio. Et si consenserit, nos gratia Dei accipere caritatem; non sic sentiat, tamquam ulla merita bona nostra præcesserint. Nam quæ merita bona tunc habere poteramus, quando Deum non diligebamus? Ut autem acciperemus dilectionem qua diligeremus, dilecti sumus, cum eam nondum haberemus. Hoc Joannes apostolus apertissime dicit: Non quod nos dilexerimus Deum, sed quia ipse *1. Joan. 4. 10.* dilexit nos. Et alibi: Nos diligamus, inquit, *Ibid. 19.* quia ipse prior dilexit nos. Optime omnino atque verissime. Non enim haberemus unde illum diligeremus, nisi hoc ab illo, cum prior nos diligeret, sumeremus. Quid autem boni faceremus, nisi diligeremus? Aut quomodo bonum non facimus, si diligamus? Et si enim Dei mandatum videtur aliquando non a diligentibus, sed a timentibus fieri: tamen UBI NON EST DILECTIO, nullum bonum opus imputatur, nec recte bonum opus vocatur: quia omne quod non est ex fide peccatum est, *Rom. 14. 23. Gal. 5. 6.* & fides per dilectionem operatur. Ac per hoc *Rom. 5. 5.* gratiam Dei, qua caritas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis, sic confiteatur, qui vult veraciter confiteri, ut omnino nihil boni sine, illa, quod ad pietatem pertinet veramque justitiam, fieri posse dubitet.

Gratia proprie dicta donum caritatis.

Merita non præcedunt gratiam.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum LXVIII. Serm. II. vers. 37. num. 21.

PSalmus finitus est, sed paululum istos duos versus non relinquamus: admonent enim nos aliquid, ne desperando in illam structuram non intremus. *Semen*, inquit, *servorum ejus obtinebit eam*. Jam ergo *semen servorum ejus* *Vers. 37.* qui sunt? Forte dicis, Judæi nati de Abraham: nos autem qui non sumus nati de Abraham, quomodo habebimus istam civitatem? Sed non sunt semen Abrahæ illi Judæi, quibus dictum est, Si filii Abrahæ estis, facta Abrahæ facite. *Semen* ergo *servorum ejus*, imitatores fidei servorum ejus *obtinebunt eam*. Denique ultimus versus superiorem exponit. Quasi enim turbatus, ne putares forte hoc de Judæis dici, *Et semen servorum ejus obtinebit eam*, dicens, Nos semen gentium, quæ idola coluerunt, & dæmonibus servierunt; quid ergo nobis in hac civitate sperandum est? statim subjecit ut præsumas & speres: *Et qui dili-* *Joan. 8. 39.*

gunt

gunt nomen ejus, inhabitabunt in ea. Hoc est enim *semen servorum ejus, qui diligunt nomen ejus.* Quia enim servi ejus dilexerunt nomen ejus, quicumque non diligunt nomen ejus, non se dicant semen servorum ejus; & qui diligunt nomen ejus, non se negent semen servorum ejus.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum LXXV. verſ. 12. num. 17.

Verſ. 12. QUid est hoc, *Omnes qui in circuitu ejus sunt offerent munera*? Hoc interim quod Deus admonet dicam vobis, quid ex his verbis mihi ipse inspirare dignatus sit: si melius aliquid postea visum fuerit, & hoc vestrum est; quia communis est omnibus veritas. Non est nec mea, nec tua; non est illius, aut illius: omnibus communis est. Et fortasse ideo media est, ut in circuitu ejus sint omnes qui diligunt veritatem. Quidquid enim omnibus commune est, in medio est. Quare in medio dicitur? Ut tantum distet ab omnibus, & tantum propinquet omnibus, Quod non est in medio, quasi privatum sit. Quod publicum est, in medio ponitur, ut omnes qui veniunt, percipiant, illuminentur. Nemo dicat, Meum est: ne in parte sua velit facere, quod in medio est omnibus. Quid est ergo, *Omnes qui in circuitu ejus sunt offerent munera*? Omnes qui intelligunt, communem esse omnibus veritatem, & non illam faciunt quasi suam superbiendo de illa, ipsi offerent munera; quia humilitatem habent: qui autem quasi suum faciunt quod omnibus commune est; tamquam in medio positum, ad patrem seducere conantur, non offerent hi munera, quia *Omnes qui in circuitu ejus sunt, offerent munera.* * *Terribili.* Offerentur munera terribili. Timeant ergo omnes, qui in circuitu ejus sunt. Ideo enim timebunt, & cum tremore laudabunt: quia ideo in circuitu ejus sunt, ut omnes assequantur eum, & publice omnibus confluat, & publice illuminet. Hoc est, contremiscere, Tu cum feceris tibi eum quasi proprium, & jam non communem, extolleris in superbiam, cum scriptum sit; Servite Domino in timore, & exsultate ei cum tremore. Ergo offerent munera, qui in circuitu ejus sunt, ipsi enim humiles sunt, qui communem norunt esse omnibus veritatem.

Verſ. 13.

Psal. 2. 11.

Ex eadem enarratione in Psalmum LXXV. verſ. 13. num. 18.

Verſ. 13. TErribiles sunt reges terræ, sed ille super omnes, qui terret reges terræ. Esto rex terræ, & erit tibi terribilis Deus. Quomodo, inquies, ero rex terræ? Rege terram, & eris rex terræ. Noli ergo aviditate imperandi ponere tibi ante oculos provincias latissimas, qua tua regna diffundas, terram quam portas rege. Audi Apostolum regentem terram: Non „ sic pugillor, quasi aerem verberans, sed ca„ stigo corpus meum, & in servitutem redi„ go, ne forte aliis prædicans, ipse reprobus „ efficiar. Ergo, Fratres mei, estote in circuitu ejus, ut per quemcumque vobis veritas sonuerit; non illam imputetis illi, per quem sonat; sed de medio sit omnibus, quia æqualiter adest omnibus. Et estote humiles, ne vobis & vos ipsi usurpetis, si quid forte boni illius intellexeritis. Quia & nos quod melius intellexerimus, vestrum est, & quod vos melius intellexeritis, nostrum est: ut in circuitu ejus simus, & humiles simus. Atque ita perdentes spiritum nostrum offeremus munera terribili super omnes reges terræ, ideſt, super omnes regentes carnem suam, sed subjectos Creatori suo.

1. Cor. 9. 25.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum LXXXV. verſ. 5. num. 8. & 9.

Verſ. 5. ET *multum misericors.* Non enim solum misericors sed *multum misericors.* Abundat enim iniquitas nostra, abundat & misericordia tua. *Et multum misericors es omnibus invocantibus te.* Et quid est quod dicit multis locis Scriptura, Quia invocabunt, & non exaudiam eos: (Certe *misericors omnibus invocantibus te*:) nisi quia quidam invocantes, non ipsum invocant? de quibus dicitur, Deum non invocaverunt. Invocant, sed non Deum. Invocas quidquid amas. Invocas quidquid in te vocas, invocas quidquid vis ut veniat ad te. Porro si Deum propterea invocas, ut veniat ad te pecunia, ut veniat ad te hereditas, ut veniat ad te sæcularis dignitas, illa invocas quæ vis ut veniant ad te: sed Deum adjutorem tibi ponis cupiditatum, non exauditorem desideriorum. Deus bonus, si det quod vis. Quid, si male vis, nonne erit magis non dando misericors? Porro si non dederit, jam nihil tibi Deus est: & dicis, Quantum rogavi, quam sæpe rogavi, & non sum exauditus! Quid enim petebas? Forte morte inimici tui. Quid si & ille petebat tuam? Qui te creavit, ipse & illum; homo es, homo est & ille: Deus autem judex est, audit ambos, & non exaudit ambos. Tristis es, quia non es exauditus contra illum: gaude quia non est exauditus contra te. Ego, inquis, non hoc petebam, non inimici mei petebam mortem, sed vitam petebam filii mei. Quid mali petebam? Nihil mali petebas, sicut tu sentiebas. Nam quid, si ille raptus est, ne malitia mutaret intellectum illius? Sed peccator, inquis, erat; & ideo volebam eum vivere, ut corrigeretur. Tu volebas eum vivere, ut melior esset: quid si Deus noverat, si viveret, pejorem futurum? Unde ergo nosti quid illi prodesset, mori an vivere? Si ergo non nosti, redi ad cor tuum, dimitte Deo consilium tuum. Quid ergo, inquis, faciam? quid orem? Quid ores? Quod te docuit Dominus, quod ut docuit cælestis magister. Invoca Deum tamquam Deum, ama Deum tamquam Deum. Illo melius nihil est: ipsum desidera, ipsum concupisce. Vide invocantem Deum in alio Psalmo: Unam petii a Domino, hanc requi„ ram. Quid est quod petiit? Ut inhabitem „ in domo Domini per omnes dies vitæ meæ. „ Ut quid hoc? Ut contempler delectationem „ Domini. Si ergo amator Dei esse vis, sinceriſſimis medullis castisque suspiriis ipsum dilige,

Prov. 1. 28.

Psal. 52. 6.

Invocare quod sit.

Sap. 4. 11.

Psal. 26. 4.

ipsum

ipſum ama, illi flagra, illi inhia quo jocundius nihil invenis, quo melius, quo lætius, quo diuturnius. Quid enim tam diuturnum, quam id quod eſt ſempiternum? Non times ne aliquando a te pereat, qui facit ne tu pereas? Si ergo tu invocas Deum, tamquam Deum, ſecurus eſto exaudiris: pertines ad iſtum verſum, *Et multum miſericors omnibus invocantibus te.*

Noli ergo dicere, Illud mihi non dedit. Redi ad conſcientiam tuam, libra, interroga, pacere illi noli. Si vere Deum invocaſti, certus eſto, quia id forte quod volebas temporaliter, ideo non dedit, quia non tibi proderat. Ædificetur in hoc cor veſtrum, Fratres, cor Chriſtianum, cor fidele: ne incipiatis triſtes facti, veluti fraudati deſideriis veſtris, ire in
Act. 9. 5. indignationem contra Deum. Etenim non expedit adverſus ſtimulum calcitrare. Recurrite ad Scripturas. Exauditur diabolus, & non ex-
Matt. 8. 32. auditur Apoſtolus. Quid vobis videtur? quomo-
Job. 1. 12. do exaudiuntur dæmones? Petierunt ſe ire in porcos, & conceſſum eſt eis. Quomodo exau-
1. Cor. 12. 7. &c. ditus eſt diabolus? Petiit Job tentandum, & ac-
„ cepit. Quomodo non exauditus eſt Apoſto-
„ ſtolus? In magnitudine, inquit, revelationum
„ ne extollar, datus eſt mihi ſtimulus carnis
„ meæ angelus ſatanæ qui me colaphizet: pro-
„ pter quod ter Dominum rogavi ut auferret
„ eum a me, & dixit mihi, Sufficit tibi gra-
„ tia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.
Exaudivit eum quem diſponebat damnare, & non exaudivit eum, quem volebat ſanare. Nam & æger petit multa a medico, non dat medicus: non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad ſanitatem. Ergo medicum tuum pone Deum, pete ab illo ſalutem, & ſalus tua ipſe erit: non quaſi ſalutem extrinſecus, ſed ut ſalus ipſe ſit; ne rurſus ames aliam ſalutem præter ipſum;
Pſal. 34. 3. ſed quomodo habes in Pſalmo, Dic animæ meæ, Salus tua ego ſum. Quid ad te, quid tibi dicat, ut ſe tibi det? Vis ut det ſe tibi? Quid ſi quod vis habere, non vult ipſe ut habeas, ut ſe tibi det? Impedimenta removet, ut intret ad te. Bona cogitate & conſiderate, Fratres, quæ dat Deus peccatoribus; & hinc intelligite quid ſervet ſervis ſuis. Peccatoribus blaſphemantibus eum quotidie dat cælum & terram, dat fontes, fructus, ſalutem, filios, copias, ubertatem: hæc omnia bona non dat niſi Deus. Qui talia peccatoribus dat, quid eum putas ſervare fidelibus ſuis? Hoccine de illo ſentiendum eſt, quia qui talia malis dat, nihil ſervat bonis? Immo vero ſervat, non terram, ſed cælum. Vilius forte aliquid dico, cum dico cælum: ſed ſeipſum qui fecit cælum. Pulcrum eſt cælum, ſed pulcior eſt fabricator cæli. Sed video cælum, & illum non video. Oculos enim habes ad videndum cælum, cor nondum habes ad videndum fabricatorem cæli. Ideo venit de cælo in terram, ut mundet cor, quo videatur qui fecit cælum & terram. Sed plane cum patientia ſalutem expecta. Quibus te medicamentis curet, ille novit; quibus ſectionibus, quibus uſtionibus, ille novit. Tu tibi ægritudinem comparaſti peccando: ille venit non ſolum fovere, ſed & ſecare & urere. Non vides quanta homines patiantur ſub medicorum manibus, ſpem incertam homine promittente? Sanaberis, dicit medicus, ſanaberis, ſi ſecuero. Et homo dicit, & homini dicit: nec qui dicit certus eſt, nec qui audit; quia ille dicit homini, qui non fecit hominem, & non perfecte ſcit quid agatur in homine: & tamen ad verba hominis plus neſcientis quid agatur in homine credit homo, ſubdit membra, ligari ſe patitur, aut plerumque etiam non ligatus ſecatur aut uritur; & accipit forte ſalutem paucorum dierum, jam ſanatus quando moriatur ignorans; & fortaſſe dum curatur moritur, & fortaſſe curari non poterit. Cui autem promiſit Deus aliquid, & fefellit?

Ex libro ejuſdem de ſpiritu & littera, cap. 27.

CAPUT XXVII. Legem fieri naturaliter, idem quod ſecundum naturam gratia reparatam.

NEc movet, quod *naturaliter* eos (gentiles ſcilicet) dixit (Apoſtolus) *quæ legis ſunt facere*, non ſpiritu Dei, non fide, non gratia. Hoc enim agit ſpiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua naturaliter facti ſumus, inſtauret in nobis. Vitium quippe contra naturam eſt, quod utique ſanat gratia: propter quam Deo dicitur, *Miſerere mei, ſana animam meam, quoniam peccavi tibi.* Proinde naturaliter homines quæ legis ſunt faciunt: qui enim hoc non faciunt, vitio ſuo non faciunt. Quo vitio lex Dei eſt delata de cordibus: ac per hoc, vitio ſanato, cum illic ſcribitur, fiunt quæ legis ſunt naturaliter: non quod per naturam negata ſit gratia, ſed potius per gratiam reparata natura. *Per unum* *Rom. 5. 12.* quippe *hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors, & ita omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt*: & ideo quia *non eſt diſtinctio, egent gloria Dei, juſtificati gratis per gratiam ipſius.* *Rom. 3. 22.* Qua gratia in interiore homine renovato juſtitia ſcribitur, quam culpa deleverat: & hæc miſericordia ſuper genus humanum per Chriſtum Jeſum Dominum noſtrum. *Unus enim Deus, unus & mediator Dei & hominum homo Chriſtus Jeſus.* *1. Tim. 2. 5.*

Ex enarratione I. in Pſalmum XXXIII. num. 6.

Sacrificium Chriſti. *Matth. 26. 26.*

SUblatum eſt ſacrificium Aaron, & cœpit eſſe ſacrificium ſecundum ordinem Melchiſedech .... Dominus noſter Jeſus Chriſtus in corpore & ſanguine ſuo voluit eſſe ſalutem noſtram. Unde autem commendavit corpus & ſanguinem ſuum? De humilitate ſua. Niſi enim eſſet humilis, nec manducaretur, nec biberetur. Reſpice altitudinem ipſius, *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud* *Joan. 1. 1.* Deum, & Deus erat Verbum. Ecce cibus ſempiternus: ſed manducant Angeli, manducant ſupernæ Virtutes, manducant cæleſtes Spiritus, & manducantes ſaginantur, & integrum manet quod eos ſatiat & lætificat. Quis autem homo poſſet ad illum cibum? Unde cor tam idoneum illi cibo? Oportebat ergo ut menſa illa lacteſceret, & ad parvulos perveniret. Unde autem fit cibus lac? unde cibus in lac convertitur? niſi per carnem trajiciatur? Nam mater hoc facit. Quod manducat mater,

ter, hoc manducat infans: sed quia minus idoneus est infans, qui pane vescatur, ipsum panem mater incarnat, & per humilitatem mamillæ & lactis succum, de ipso pane pascit infantem. Quomodo ergo de ipso pane pavit nos Sapientia Dei? Quia Verbum caro factum est, & habitavit in nobis. Videte ergo humilitatem? Quia panem Angelorum manducavit homo, ut scriptum est, Panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducavit homo: id est, Verbum illud quo pascuntur Angeli sempiternum, quod est æquale Patri, manducavit homo: quia cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo. Saginantur illo Angeli: sed semetipsum exinanivit, ut manducaret panem Angelorum homo, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, humiliavit se factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: ut jam de cruce commendaretur nobis caro & sanguis Domini novum sacrificium.

Joan. 1. 14.

Ps. 77. 24.

Phil. 2. 6. &c.

**alias* 149. *Ex Epistola ejusdem XXXVIII.* ad Profuturum num.* 2.

NOn desunt scandala, sed neque refugium: non desunt mærores, sed neque consolationes. Atque inter hæc quam vigilandum sit, ne cujusquam odium cordis intima teneat, neque sinat ut oremus Deum in cubiculo nostro clauso ostio, sed adversus ipsum Deum claudat ostium, nosti optime frater, subrepit autem dum nulli irascenti ira sua videtur injusta. Ita enim inveterascens ira fit odium, dum quasi justi doloris admixta dulcedo, diutius eam in vase detinet, donec totum acescat, vasque corrumpat. Quapropter multo melius, nec juste cuiquam irascimur, quam velut juste irascendo in alicujus odium iræ occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hospitibus ignotis, solemus dicere, multo esse melius malum hominem perpeti, quam forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum cavemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contra est. Nam incomparabiliter salubrius est etiam iræ juste pulsanti non aperire penetrale cordis, quam admittere non facile recessuram, & perventuram de furculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam crescere citius quam putatur. Non enim erubescit in tenebris, cum super eam sol occiderit.

Ex Tractatu ejusdem V. in Joannis Evangelium n. 15. *& Tract. VI. n.* 14. 15. *&* 17.

Tract. V. num. 15. *Joan.* 1. 33. DIcunt fortasse (*Donatiste*,) Credimus ei. (*Joanni*) Quomodo ergo dicitis quia vos baptizatis, & Joannes dicit. *Hic est qui baptizat?* Sed ministros, inquiunt, tanti judicis justos oportet esse, per quos baptizatur. Et ego dico, & omnes dicimus, quia justos oportet esse tanti judicis ministros: sint ministri justi, si volunt; si autem noluerint esse justi qui cathedram Moysi sedent: securum me fecit magister meus, de quo Spiritus ejus dixit; *Hic est qui baptizat*. Quomodo securum me fecit? Scribæ, inquit, & Pharisæi cathedram Moysi sedent; quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt. Si fuerit minister justus, computo illum cum Paulo, computo illum cum Petro; cum istis computo justos ministros: quia vere justi ministri gloriam suam non quærunt; ministri enim sunt, pro judicibus haberi nolunt, spem in se poni exhorrescunt: ego computo cum Paulo justum ministrum. Quid enim dicit Paulus? Ego Plantavi, Apollo rigavit, sed Deus incrementum dedit: neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus. Qui vero fuerit superbus minister, cum Zabulo computatur: sed non contaminatur donum Christi, quod per illum fluit purum, quod per illum transit liquidum venit ad fertilem terram: puta quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre non potest: & per lapideum carnalem transit aqua, transit aqua ad areolas; in carnali lapideo nihil generat, sed tamen hortis plurimum fructum affert. Spiritalis enim virtus sacramenti ita est ut lux: & ab illuminandis pura excipitur, & si per immundos transeat, non inquinatur. *Matth.* 23. 1. *Cor.* 3. 6.

Tract. VI. num. 14. 15. & 27.

Docet nos columba. Respondet enim de capite Domini, & dicit, Baptismum habes, charitatem autem qua gemo non habes. Quid est hoc, inquit, Baptismum habeo, charitatem non habeo? Sacramenta habeo, & charitatem non? Noli clamare: ostende mihi quomodo habeat charitatem qui dividit unitatem. Ego, inquit, habeo baptismum. Habes, sed BAPTISMUS ille SINE CHARITATE NIHIL tibi PRODEST: quia sine charitate tu nihil es. Nam baptismus ille, etiam in illo qui nihil est, non est nihil. Baptisma quippe illud aliquid est, & magnum aliquid est: propter illum de quo dictum est, *Hic est qui baptizat*. Sed ne putares illud quod magnum est, tibi aliquid prodesse posse si non fueris in unitate, super baptizatum columba descendit, tamquam dicens, Si baptismum habes, esto in columba, ne non tibi prosit quod habes. Veni ergo ad columbam, dicimus, non ut incipias habere quod non habebas, sed ut prodesse tibi incipiat quod habebas. Foris enim habebas baptismum ad perniciem: intus si habueris, incipit prodesse ad salutem.

De Consecr dist. 2. *cap.* Et sancta.

Non enim tantum tibi non proderat baptisma, & non etiam oberat: ET SANCTA POSSUNT OBESSE: in bonis enim sancta ad salutem insunt, in malis ad judicium. Certe enim, Fratres, novimus quid accipiamus, & utique sanctum est quod accipimus, & nemo dicit, non esse sanctum: & quid ait Apostolus? Qui autem manducat & bibit indigne, judicium sibi manducat & bibit. Non ait quia illa res mala est, sed quia ille malus male accipiendo, ad judicium accipit bonum quod accipit. Num enim mala erat buccella, quæ tradita est Judæ a Domino? absit. Medicus non daret venenum: salutem medicus dedit, sed indigne accipiendo ad perniciem accepit, qui non pacatus accepit. Sic ergo & qui baptizatur &c. 1. *Cor.* 11. 29.

Noli de baptismate gloriari, quia dico ipsum est: ecce dico ipsum est, tota Catholica dicit ipsum est: advertit columba, & agnoscit, & gemit

mit quia ipsum foris habes: videt ibi quod agnoscat, videt & quod corrigat. Ipsum est, veni: gloriaris quia ipsum est, & non vis venire. Quid ergo mali, qui non pertinent ad columbam? Ait tibi columba, Et mali inter quos gemo, qui non pertinent ad membra mea, & necesse est ut inter illos gemam, nonne habent quod te habere gloriaris? nonne multi ebriosi habent baptismum? nonne multi avari? nonne multi idolatræ? & quod est pejus, furtim? nonne Pagani ad idola eunt, vel ibant publice? nunc occulte Christiani sortilegos quærunt, mathematicos consulunt. Et isti habent baptismum, sed columba gemit inter corvos. Quid ergo gaudes quia habes? hoc habes quod habet & malus. Habeto humilitatem, charitatem, pacem: habeto bonum quod nondum habes, ut prosit tibi quod habes.

Ex Tractatu ejusdem XV. in Joannis Evangelium, cap. 4. v. 16. n. 19.

Vers. 16. VIdens Jesus quia mulier non intelligebat, & volens eam intelligere, *Voca*, inquit, *virum tuum*. Ideo enim nescis quod dico, quia intellectus tuus non adest: loquor ego secundum spiritum, tu audis secundum carnem. Quæ loquor, nec ad voluptatem aurium pertinent, nec ad oculos, nec ad olfactum, nec ad gustum, nec ad tactum: mente sola capiuntur, intellectu solo hauriuntur: ille intellectus non tibi adest, quomodo capis quod dico? *Voca virum tuum*, præsenta intellectum tuum. Quid tibi est enim animam habere? Non est magnum, nam & pecus habet. Unde tu melior? Quia intellectum habes, quod pecus non habet. Quid est ergo, *Voca virum tuum*? Non me capis, non me intelligis: de dono Dei tibi loquor, tu autem carnem cogitas: secundum carnem sitire non vis, ego spiritum alloquor: absens est intellectus tuus, *Voca virum tuum*. *Psal. 31. 9.* Noli esse sicut equus & mulus, quibus non est intellectus. Ergo, Fratres mei, animam habere, & intellectum non habere, hoc est non adhibere, nec secundum eum vivere, bestialis est vita. Est enim in nobis quiddam bestiale quo in terra vivimus, sed intellectu regendum est. Motus enim animæ secundum carnem se moventis, & in delicias carnales immoderate diffluere cupientis, regit de super intellectus. Qui debet dici vir? qui regit, an qui regitur? Procul dubio cum ordinata vita est, intellectus animam regit, ad ipsam animam pertinens. Non enim aliquid aliud est quam anima, sed aliquid animæ est intellectus: quomodo non aliquid aliud quam caro est oculus, sed aliquid carnis est oculus. Cum autem carnis aliquid sit oculus, solus tamen luce perfruitur: cetera autem membra carnalia luce perfundi possunt, lucem sentire non possunt; solus ea oculus & perfunditur & perfruitur. Sic in anima nostra quiddam est quod intellectus vocatur. Hoc ipsum animæ quod intellectus & mens dicitur, illuminatur luce superiore. Jam superior illa lux, qua mens humana illuminatur, Deus est: Erat enim verum lumen *Joan. 1. 9.* quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Talis lux Christus erat, talis lux cum muliere loquebatur: illa intellectu non aderat, qui illa luce illuminaretur, nec tantum perfunderetur, verum etiam frueretur. Ergo Dominus tamquam diceret, Illustrare volo, & non adest quem, *Voca*, inquit, *virum tuum*: adhibe intellectum per quem docearis, quo regaris. Ergo constitue animam excepto intellectu tamquam feminam: intellectum autem habere tamquam virum. Sed iste vir non bene regit feminam suam, nisi cum a superiore regitur. Caput enim mulieris vir, caput autem viri Christus. Loquebatur caput viri cum femina, & non aderat vir. Et tamquam diceret Dominus, Adhibe caput tuum, ut ille suscipiat caput suum. Ergo *Voca virum tuum, & veni huc*: id est, adesto, præsens esto: velut enim absens es, dum non intelligis præsentis vocem veritatis: præsens esto, sed noli sola; cum viro tuo adesto. *1. Cor. 11. 3.*

Ex Tractatu ejusdem XVIII. in Joannis Evangelium, cap. 5. v. 20. n. 9. & 10.

Vers. 20. PAter *diligit Filium, & omnia demonstrat ei quæ ipse facit*. Ecce est illud, *demonstrat*. *Demonstrat* quasi cui? Utique quasi videnti. Redimus ad id quod explicare non possumus, quomodo Verbum videat. Ecce homo factus est per Verbum: sed homo habet oculos, habet aures, habet manus, diversa membra in corpore: per oculos potest videre, per aures potest audire, per manus operari: diversa membra, diversa membrorum officia. Non potest illud membrum quod potest alterum: tamen propter corporis unitatem, oculus & sibi & auri videt, & auris sibi & oculo audit. Numquid tale aliquid in Verbo arbitrandum est esse, quoniam omnia per ipsum? Et dixit Scriptura in Psalmo, Intelligite qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite: *Ps. 93. 8.* Qui plantavit aurem non audiet, aut qui finxit oculum, non considerat? Si ergo finxit oculum Verbum, quia omnia per Verbum; si plantavit aurem Verbum, quia omnia per Verbum, non possumus dicere; Non audit Verbum, non videt Verbum: ne objurget nos Psalmus, & dicat, Stulti aliquando sapite. Itaque si audit Verbum, & videt Verbum, audit Filius & videt Filius: numquid tamen & in ipso diversis locis quæsituri sumus oculos & aures? Aliunde audit, aliunde videt; & auris ejus non potest quod oculus, & oculus non potest quod potest auris? An totus ille visus est, & totus auditus? Forte ita: immo non forte, sed vere ita: dum tamen & ipsum ejus videre, & ipsum ejus audire, longe alio modo quam nostrum sit. Et videre & audire simul in Verbo est, nec aliud est ibi audire, & aliud videre; sed auditus visus, & visus auditus.

Et nos qui aliter videmus, aliter audimus, hoc unde novimus? Redimus forte ad nos, si non sumus prævaricatores, quibus dictum est, Redite prævaricatores ad cor. Redite ad cor: *Isa. 46. 8.* quid itis a vobis, & peritis ex vobis? quid itis solitudinis vias? Erratis vagando: redite. Quo? ad Dominum. Cito est: primo redi ad cor tuum, exul ante vagaris foris: teipsum non nosti, & quæris a quo factus es: Redi, redi ad cor, tolle te a corpore: corpus tuum habitatio tua est:

est : cor tuum sentit etiam per corpus tuum : sed corpus tuum non quod cor tuum : dimitte & corpus tuum, redi ad cor tuum. In corpore tuo inveniebas alibi oculos, alibi aures : in corde tuo numquid hoc invenis? An in corde
Luc. 8. 8. tuo non habes aures? De quibus ergo Dominus dicebat, Qui habet aures audiendi, audiat?
Ephes. 1. 18 An in corde non habes oculos? Unde dicit Apostolus, illuminatos oculos cordis vestri ? Redi ad cor : vide ibi quid sentias forte de Deo, quia ibi est imago Dei. In interiore homine habitat Christus, in interiore homine renovaris ad imaginem Dei, in imagine sua cognosce auctorem ejus. Vide quemadmodum omnes corporis sensus cordi intro nuntient quid senserint foris : vide quam multos ministros habeat unus interior imperator, & quid apud se etiam sine his ministris agat. Renuntiant oculi cordi alba & nigra ; renuntiant aures eidem cordi canora & dissona ; renuntiant nares eidem cordi odora & putentia ; renuntiat gustus eidem cordi amara & dulcia ; renunciat tactus eidem cordi lenia & aspera : renuntiat & sibi ipsum cor justa & injusta. Cor tuum & videt & audit, & cetera sensibilia dijudicat ; & quo non aspirant corporis sensus, justa & injusta, mala & bona discernit. Ostende mihi oculos, aures, nares cordis tui. Diversa sunt quæ ad cor tuum referuntur, & diversa ibi membra non inveniuntur. In carne tua alibi audis, alibi vides : in corde tuo ibi audis, ubi vides. Si hoc imago, quantopotentius ille cujus imago ? Ergo & audit Filius, & videt Filius, & ipsa visio & auditio Filius : & hoc est illi audire quod esse, & hoc est illi videre quod esse. Tibi non hoc est videre quod esse : quia etsi perdas visum, potes esse, etsi perdas auditum, potes esse.

Ex eodem Augustino Tractatu XIX. in Joannis Evangelium, cap. 5. v. 6. n. 12. & 13.

ECce, inquis, fateris ipse quod vitam Filio Pater dedit, ut habeat eam quidem in semetipso, sicut habet Pater vitam in semetipso, non indigens ille non indigeat & iste ; ut sit ille vita, sit & iste ; & utrumque conjunctum una vita, non duæ ; quia unus Deus, non duo dii : & hoc ipsum sit esse vitam. Quomodo ergo dedit Filio vitam Pater ? Non sic quasi ante fuerit Filius sine vita, atque ut viveret a Patre acceperit vitam : nam si hoc esset, non haberet vitam in semetipso. Ecce de anima loquebar. Est anima : etsi non sit sapiens, etsi non si justa, anima est ; etsi non sit pia, anima est. Aliud illi ergo est esse animam, aliud vero esse sapientem, esse justam, esse piam. Est ergo aliquid quo nondum est sapiens, nondum justa, nondum pia, non tamen nihil est, non tamen nulla vita est : nam ex operibus quibusdam suis ostendit se vitam, etsi non se ostendit sapientem, piam, justam. Nisi enim viveret, corpus non moveret, pedibus gressum, manibus opus, oculis intuitum, auribus auditum non imperaret, non aperiret os ad vocem, linguam ad distinctionem vocum non moveret. His itaque operibus vivere se ostendit, & esse aliquid quod sit corpore melius : sed numquid his operibus, sapientem, piam, justam se ostendit ? Nonne ambulant, operantur, vident, audiunt, loquuntur & stulti, & impii, & injusti ? Cum vero se erigit ad aliquid quod ipsa non est, & quod supra ipsam est, & a quo ipsa est, percipit sapientiam, justitiam, pietatem : sine quibus cum esset, mortua erat, nec vitam habebat qua ipsa viveret, sed qua corpus vivificaret. Aliud est enim in anima unde corpus vivificatur, aliud unde ipsa vivificatur. Melius quippe est quam corpus : sed melius quam ipsa est Deus. Est ergo ipsa, etiamsi sit insipiens, injusta, impia, vita corporis. Quia vero vita ejus est Deus, quomodo cum ipsa est in corpore, præstat illi vigorem, decorem, mobilitatem, officia membrorum : sic cum vita ejus Deus in ipsa est, præstat illi sapientiam, pietatem, justitiam, charitatem. Aliud est ergo quod præstatur corpori de anima ; aliud quod præstatur animæ de Deo : Vivificat & vivificatur : mortua vivificat, si ipsa non vivificatur. Veniente itaque verbo & infuso audientibus, factisque illis non solum audientibus, sed etiam obedientibus, resurgit anima a morte sua ad vitam suam, hoc est, ab iniquitate, ab insipientia, ab impietate ad Deum suum, qui est illi sapientia, justitia, claritas. Surgat ad illum, illuminetur ab illo. Accedite, inquit, ad illum, *Ps.* 33. 5. & quid nobis erit ? & illuminamini. Si ergo accedendo illuminamini, & recedendo tenebramini ; non erat in vobis lumen vestrum, sed in Deo vestro. Accedite, ut resurgatis : si receseritis, moriemini. Si ergo accedendo vivitis, recedendo morimini ; non erat in vobis vita vestra. Ipsa enim est vita vestra, quæ est lux vestra. Quoniam apud te est fons vitæ, & in lumine tuo videbimus lumen. *Ps.* 35. 10.

Non ergo sicut anima aliquid aliud est ante quam illuminetur, & fit melius cum illuminatur participatione melioris, ita & Verbum Dei, Filius Dei, aliquid aliud erat ante quam acciperet vitam, ut participando habeat vitam : sed vitam habet in semetipso, ac per hoc ipse est ipsa vita. Quid ergo ait ? *Dedit Filio vitam habere in semetipso ?* Breviter dixerim, Genuit Filium. Neque enim erat sine vita, & accepit vitam : sed nascendo vita est. Pater vita est non nascendo : Filius vita est nascendo. Pater de nullo patre, Filius de Deo Patre. Pater quod est, a nullo est : quod autem Pater est, propter Filium est. Filius vero & quod Filius est, propter Patrem est ; & quod est a Patre est. Hoc ergo dixit, *Vitam dedit Filio, ut haberet eam in semetipso ?* tamquam diceret, Pater qui est vita in semetipso, genuit Filium qui esset vita in semetipso. Pro eo enim quod est genuit, voluit intelligi *dedit*. Tamquam si cuiquam diceremus, Dedit tibi Deus esse. Cui dedit ? Si alicui jam exsistenti dedit esse, non ei dedit esse : quia erat, antequam ei daretur, qui posset accipere. Cum ergo audis, Dedit tibi esse, non eras qui acciperes, & exsistendo accepisti ut esses. Dedit structor domui huic ut esset. Sed quid ei dedit ? ut domus esset. Cui dedit ? huic domui. Quid ei dedit ? ut domus esset. Quomodo potuit dare domui ut domus esset ? Etenim si domus erat : cui daret, ut domus esset, quando jam domus erat ? Quid est ergo, Dedit ei ut domus esset ? fecit ut domus esset. Quid ergo Filio dedit ? dedit ei ut Filius esset, genuit ut vita esset : hoc est, *Dedit ei habere*

bere vitam in ſemetipſo, ut eſſet vita non egens vita, ne participando intelligatur habere vitam. Si enim participando haberet vitam, poſſet & amittendo eſſe ſine vita: hoc in Filio ne accipias, ne cogites, ne credas. Manet ergo Pater vita, manet & Filius vita: Pater vita in ſemetipſo, non a Filio: Filius vita in ſemetipſo, ſed a Patre. A Patre genitus ut eſſet vita in ſemetipſo: Pater vero non genitus vita in ſemetipſo. Nec minorem Filium genuit, qui creſcendo fieret æqualis. Non enim ad ſui perfectionem adjutus eſt tempore, per quem perfectum creata ſunt tempora. Ante omnia tempora Patri coæternus eſt. Non enim umquam Pater ſine Filio: æternus autem Pater eſt: ergo coæternus & Filius. Quid tu anima? Mortua eras, amiſeras vitam, audi Patrem per Filium. Surge, accipe vitam: ut in eo recipias vitam quam non habes in te, qui habet vitam in ſemetipſo. Vivificat ergo te Pater, & Filius: & agitur prima reſurrectio, quando reſurgis ad participandam vitam quod tu non es, & participando efficeris vivens. Reſurge a morte tua in vitam tuam, qui eſt Deus tuus; & tranſi a morte in vitam æternam. Habet enim vitam æternam Pater in ſemetipſo: & niſi Filium talem generaret, qui haberet vitam in ſemetipſo, non
Joan.5.21. ſicut Pater ſuſcitat mortuos & vivificat, ſic & Filius quos vellet vivificaret.

Ex ejuſdem, Tractatu XXVI. in Joannis Evangelium, cap. 6. ℣. 57. n. 18.

Verſ.57. JAm exponit quomodo id fiat quod loquitur, & quid ſit manducare corpus ejus & ſanguinem bibere, *Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in illo*. Hoc eſt ergo manducare illam eſcam, & illum bibere potum, in Chriſto manere, & illum manentem in ſe habere. Ac per
De conſecr. diſt. 2. cap. Qui diſcordat. hoc qui non manet in Chriſto, & in quo non manet Chriſtus, proculdubio nec manducat ſpiritaliter carnem ejus, nec bibit ejus ſanguinem, licet carnaliter & viſibiliter premat dentibus ſacramentum corporis & ſanguinis Chriſti: ſed magis tantæ rei ſacramentum ad judicium ſibi manducat & bibit, quia immundus præſumſit ad Chriſti accedere ſacramenta, quæ aliquis non digne ſumit, niſi qui mundus eſt: de quibus di-
Matth. 5. 8. citur, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt.

Ex ejuſdem Tractatu XXVIII. in Joannis Evangelium, cap. 7. ℣. 6. num. 7.

Pſ.93.15. MOdo quid neceſſarium eſt eis, qui habent juſtitiam? Quod in illo ipſo Pſalmo legitur, Quoadusque juſtitia convertatur in judicium; & qui habent eam, omnes recti corde.
Recti corde qui? Quæritis fortaſſe qui ſunt recti corde? Illos invenimus in Scriptura rectos corde, qui mala ſæculi tolerant, & non accuſant Deum. Videte, Fratres, rara avis eſt iſta quam loquor. Neſcio quo eni modo evenit homini aliquid mali, Deum currit accuſare, qui deberet ſe. Quando boni aliquid agis, te laudas: quando mali aliquid pateris, Deum accuſas. Hoc eſt ergo cor tuum non rectum. Ab iſta diſtortione & pravitate ſi corrigaris, convertetur in contrarium quod faciebas. Antea enim quid faciebas. Laudabas te in bonis Dei, accuſabas Deum in malis tuis: converſo corde & directo, laudabis Deum in bonis tuis, accuſabis te in malis tuis. Iſti ſunt recti corde. Denique ille nondum recto corde, *Pſ. 72. 1. &c.* cui diſplicebat felicitas malorum & labor bonorum, ait correctus, Quam bonus Deus Iſrael „ rectis corde! Mei autem, quando non eram „ recto corde, pene commoti ſunt pedes, pau„ lo minus effuſi ſunt greſſus mei. Quare? Quia „ zelavi in peccatoribus, pacem peccatorum in„ tuens. Vidi, inquit, malos felices, & diſplicuit mihi Deus: hoc enim volebam, ut non permitteret Deus malos eſſe felices. Intelligat homo: numquam hoc permittit Deus: ſed ideo malus felix putatur, quia quid ſit felicitas ignoratur. Simus ergo recti corde: tempus gloriæ noſtræ nondum venit. Dicatur amatoribus hujus ſæculi, quales erant fratres Domini, *Tempus veſtrum ſemper eſt paratum: tempus noſtrum nondum venit*. Audeamus enim hoc dicere & nos. Et quo- *Joan. 6.6*
niam corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti ſumus, quoniam membra ejus ſumus, quoniam caput noſtrum gratanter agnoſcimus, dicamus prorſus: quoniam propter nos & ipſe hoc dignatus eſt dicere. Quando nobis inſultant amatores hujus ſæculi, dicamus ei, *Tempus veſtrum ſemper eſt paratum: tempus noſtrum nondum venit*. Nobis enim dixit Apoſtolus, Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Quando veniet tempus noſtrum? Cum Chriſtus, in- *Coloſ.3.3.*
quit, apparuerit vita veſtra, tunc & vos apparebitis cum ipſo in gloria.

Ex ejuſdem Tractatu XXXIII. in Joannis Evangelium, cap. 8. ℣. 1. n. 3.

INde *Jeſus perrexit in montem*: in montem autem *Oliveti*, in montem fructuoſum, in mon- *Joan. 8. 1.*
tem unguenti, in montem chriſmatis. Ubi enim decebat docere Chriſtum niſi in montem Oliveti? Chriſti enim nomen a Chriſmate dictum eſt: χρῖσμα autem Græce, Latine unctio nuncupatur. Ideo autem nos unxit, quia luctatore contra diabolum fecit.

Ex ejuſdem Tractatu L. in Joannis Evangelium, cap. 12. ℣. 3. n. 6. 7. & 8.

DOmus *impleta eſt odore*, mundus impletus *Verſ. 3.*
eſt fama bona: nam odor bonus fama bona eſt. Qui male vivunt & Chriſtiani vocantur, injuriam Chriſto faciunt: de qualibus dictum eſt, *Iſa. 52. 5.*
quod per eos nomen Domini blaſphematur. Si per tales nomen Dei blaſphematur; per bonos nomen *Rom. 2 24*
Domini laudatur. Audi Apoſtolum: Chriſti bonus odor ſumus, inquit, in omni loco. Dicitur & in Can- *1. Cor. 2. 15*
ticis

Cant. 1. 2. ticis canticorum : Unguentum effusum nomen tuum. Ad Apostolum revoca intentionem : » Christi, inquit, bonus odor sumus in omni loco, & in his qui salvis fiunt, & in » his qui pereunt : aliis sumus odor vitæ in » vitam, aliis odor mortis in mortem : & ad » hæc quis idoneus ? Occasionem nobis præbet præsens lectio sancti Evangelii de odore isto ita loqui, ut & a nobis sufficienter dicatur, & a vobis diligenter audiatur, Apostolo ipso ita dicente, Et adhæc quis idoneus ? Ergo ut inde nos conemur loqui, numquid idonei sumus, aut vos audire hæc idonei estis ? Nos quidem idonei non sumus : sed idoneus est ille qui, per nos dignetur dicere quod vobis prosit audire. Ecce Apostolus bonus odor est, sicut dicit ipse : sed ipse bonus odor aliis est odor vitæ in vitam, aliis autem odor mortis in mortem ; tamen bonus odor. Numquid enim ait, Aliis sumus bonus odor ad vitam, aliis malus odor ad mortem ? Bonum odorem se dixit, non malum ; & eumdem bonum odorem aliis ad vitam dixit, aliis ad mortem. Felices qui bono odore vivunt : quid autem infelicius illis qui bono odore moriuntur ?

2. Cor. 2. 16.

Et quis, ait aliquis, quem bonus odor occidit ? Hoc est quod ait Apostolus, Et ad hæc quis idoneus ? Quomodo ea facit Deus miris modis, ut bono odore & boni vivant, & mali moriantur, quomodo fit, quantum Dominus inspirare dignatur, (nam fortasse ibi lateat altior intellectus, qui a me non potest penetrari :) tamen quo usque penetrare potui, vobis non debet denegari. Paulum apostolum bene agentem, bene viventem, justitiam verbo prædicantem, opere demonstrantem, doctorem mirabilem, fidelem dispensatorem, fama usquequaque disseminabat : quidam diligebant, quidam invidebant. Nam ipse quodam loco ait de quibusdam, quod non caste, sed per invidiam Christum annuntiarent : existimantes, inquit, tribulationem suscitare vinculis meis. Sed quid ait ? Sive occasione, sive veritate Christus annuntietur, Annuntiant qui me amant, annuntiant qui mihi invident : illi bono odore vivunt, & illi bono odore moriuntur : tamen utrisque prædicantibus nomen Christi annuntietur, odore optimo mundus impleatur. Amasti bene agentem, vixisti bono odore : invidisti bene agenti, mortuus es bono odore. Numquid quia mori voluisti, ideo odorem illum malum esse fecisti ? Noli invidere, & non te occidet bonus odor.

Phil. 1. 17. *&c.*

Ex ejusdem Tractatu LXXXVII. in Joannem Evangelium, cap. 15. *vers.* 17. *n.* 1. *&* 2.

℣. 17. HÆc *mando vobis ut diligatis invicem*. Intelligere debemus hunc esse fructum nostrum de quo ait, Ego vos elegi ut eatis, & fructum afferatis, & fructus vester maneat. » Et quod adjunxit, Ut quodcumque petieri» ris Patrem in nomine meo, det vobis : tunc utique dabit nobis, si diligamus invicem, cum & hoc ipsum ipse dederit nobis, qui nos elegit non habentes fructum, quia non cum nos elegeramus ; & posuit nos ut fructum afferamus, hoc est invicem diligamus : quem fructum sine illo habere non possumus, sicut palmites

S. Prosperi.

facere sine vite nihil possunt. Charitas ergo est fructus noster, quam definit Apostolus, de corde puro & conscientia bona, & fide non ficta. Hac diligimus invicem, hac diligimus Deum. Neque enim vera dilectione diligeremus invicem, nisi diligentes Deum. Diligit enim unusquisque proximum tamquam seipsum, si diligit Deum : nam si non diligit Deum, non diligit seipsum. In his enim duobus præceptis charitatis, tota Lex pendet & Prophetæ. Hic est fructus noster. De fructu itaque nobis mandans, *Hæc mando*, inquit, *vobis, ut diligatis invicem*. Unde & apostolus Paulus, cum contra opera carnis commendare fructum spiritus vellet, a capite hoc posuit, Fructus, inquit, spiritus charitas est : ac deinde cetera tamquam ex isto capite exorta & religata contexit, quæ sunt gaudium, pax longanimitas, benignitas, bonitas, fides, mansuetudo continentia. Quia autem bene gaudet, qui bonum non diligit unde gaudet ? Quis pacem veram nisi cum illo potest habere quem veraciter diligit ? Quis est longanimis in bono perseveranter manendo, nisi ferveat diligendo ? Quis est benignus, nisi diligat cui opitulatur ? Quis bonus, nisi diligendo efficiatur ? Quis salubriter fidelis, nisi ea fide quæ per dilectionem operatur ? Quis utiliter mansuetus, cui non dilectio moderetur ? Quis ab eo continet unde turpatur, nisi diligat unde honestatur ? Merito itaque magister bonus dilectionem sic sæpe commendat, tamquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt præcedere cetera bona, & quæ non potest haberi sine ceteris bonis, quibus homo efficitur bonus.

1. Tim. 1. 5. *Matth.* 22. 40. *Gal.* 5. 22.

Pro hac autem dilectione patienter debemus etiam mundi odia sustinere. Necesse est enim ut nos oderit, qui cernit nolle quod diligit. Sed plurimum nos de seipso Dominus consolatur, qui cum dixisset, *Hæc mando vobis, ut diligatis invicem* ; adjecit, atque ait, *si mundus vos odit, scitote quoniam me priorem vobis odio habuit*. Cur ergo se membrum supra verticem extollit ? Recusas esse in corpore, si non vis odium mundi sustinere cum capite. *Si de mundo*, inquit, *esset is mundus quod suum erat diligeret*. Universæ utique hoc dicit Ecclesiæ, quam plerumque etiam ipsam mundi nomine appellat : sicut est illud : Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Itemque illud. Non venit filius hominis ut judicet mundum, sed ut salvetur mundus per ipsum. Et in Epistola sua Joannes ait, Advocatum habemus ad Patrem Jesum Christum justum, & ipse propitiator est peccatorum nostrorum ; non tantum nostrorum, sed etiam totius mundi. Totus ergo mundus Ecclesia est, & totus mundus odit Ecclesiam. Mundus igitur odit mundum, inimicus reconciliatum, damnatus salvatum, inquinatus mundatum.

Joan. 15. 18. *vers.* 19. *2. Cor.* 5. 19 *Joan.* 3. 17. *1. Joan.* 2. 1. *&* 2.

Ex eodem Tractatu LXXXVII. in Joannis Evangelium, cap. 15. *vers.* 17. *num.* 4.

SI quæratur : quomodo se diligat mundus perditionis, qui odit mundum redemtionis : diligit se utique falsa dilectione, non vera. Proinde falso se diligit, & vere odit. Qui

enim diligit iniquitatem, odit animam ſuam. *Pſal.* 10. 6. Sed diligere ſe dicitur, quoniam iniquitatem qua iniquus eſt diligit: & rurſus odiſſe ſe dicitur, quoniam quod ei nocet, hoc diligit. Odit ergo in ſe naturam, diligit vitium: odit quod factus eſt per Dei bonitatem, diligit quod in eo factum eſt per liberam voluntatem. Unde nos quoque illum diligere & prohibemur, ſi recte diligimus, & jubemur: prohibemur *1. Joan.* 2. 15. ſcilicet, ubi nobis dicitur, Nolite diligere mundum: jubemur autem, ubi nobis dicitur, *Luc.* 6. 27. Diligite inimicos veſtros. Ipſi ſunt mundus qui nos odit. Ergo & prohibemur diligere in illo quod ipſe diligit in ſeipſo, & jubemur diligere in illo quod ipſe odit in ſeipſo, Dei ſcilicet opificium, & diverſas bonitatis ſuæ conſolationes. Vitium quippe in illo diligere prohibemur, jubemurque diligere naturam, cum ipſe in ſe diligat vitium, oderitque naturam: ut nos eum & diligamus & oderimus recte, cum ſe ipſe diligat oderitque perverſe.

Ex ejuſdem Tractatu LXV. in Evangelium Joannis, cap. 13. *verſ.* 34. *num.* 1.

1. Cor. 15. 28. TUnc aliquid deſiderio non deerit, quando omnia in omnibus Deus erit. Talis finis non habet finem. Nemo ibi moritur, quo nemo pervenit, niſi huic ſæculo moriatur, non morte omnium, qua corpus ab anima deſeritur; ſed morte electorum, qua etiam cum in carne mortali adhuc manetur, cor ſurſum po- *Col.* 3. 3. nitur. De quali morte dicebat Apoſtolus, Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. Hinc fortaſſe dictum eſt, *Cant.* 8. 6. Valida eſt ſicut mors dilectio. Hac enim dilectione fit, ut in iſto adhuc corruptibili corpore conſtituti moriamur huic ſæculo, & vita noſtra abſcondatur cum Chriſto in Deo, immo ipſa dilectio eſt mors noſtra ſæculo, & vita cum Deo. Si enim mors eſt quando de corpore anima exit, quomodo non eſt mors quando de mundo amor noſter exit? Valida eſt ergo ſicut mors dilectio. Quid ea validius, qua vincitur mundus?

Ex Libro I. ejuſdem Auguſtini de Trinitate cap. 6. *& 7. num.* 12. *& ſeqq.*

EX CAP. VI. CUm dicit Apoſtolus, *Nobis unus Deus Pater, ex quo omnia, & nos in ipſo; & unus* 1. Cor. 8. 6. *Dominus Jeſus Chriſtus, per quem omnia; & nos* Non ex ſolo Patre omnia, ſed etiam ex Filio. *per ipſum*; quis dubitet eum omnia quæ creata ſunt dicere? ſicut Joannes, *Omnia per ipſum facta ſunt*? Quæro itaque de quo dicat alio loco, *Quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula ſæculorum, amen*. Si enim de Patre & Filio & Spiritu-ſancto, ut ſingulis perſonis ſingula tribuantur; *Ex ipſo*, ex patre; *per ipſum*, per Filium; *in ipſo*, in Spiritu-ſancto: manifeſtum eſt quod Pater & Filius & Spiritus-ſanctus unus eſt Deus, quando ſingulariter intulit, *Ipſi gloria in ſæcula ſæculorum*. Unde enim cœpit hunc ſenſum, non ait, *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ* Patris, aut Filii, aut Spiritus-ſancti, ſed *ſapientiæ & ſcientiæ Dei*! *Quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus & inveſtigabiles viæ ejus*! *Quis enim cognovit ſenſum Domini? Aut quis conſiliarius ejus fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quonium ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt omnia: ipſi gloria in ſæcula ſæculorum, amen*. Si autem hoc de Patre tantummodo intelligi volunt, quomodo ergo omnia per Patrem ſunt, ſicut hic dicitur; & omnia per Filium, ſicut ad Corinthios ubi ait, *Et unus Do-* 1. Cor. 8. 6. *minus Jeſus Chriſtus, per quem omnia*; & ſicut in *Joan.* 1. 3. Evangelio Joannis, *Omnia per ipſum facta ſunt*? Si enim alia per Patrem, alia per Filium, jam non omnia per Patrem, nec omnia per Filium. Si autem omnia per Patrem, & omnia per Filium; eadem per Patrem, quæ per Filium. Æqualis eſt ergo Patri Filius, & inſeparabilis operatio eſt Patris & Filii. Quia ſi vel Filium fecit Pater quem non fecit ipſe Filius, non omnia per Filium facta ſunt: at omnia per Filium facta ſunt: ipſe igitur factus non eſt ut cum Patre faceret omnia quæ facta ſunt. Quamquam nec ab ipſo verbo tacuerit Apoſtolus, & apertiſſime omnino dixerit, *Qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbi-* *Phil.* 2 6. *tratus eſt eſſe æqualis Deo*: hic Deum proprie 1. Cor. 11. 3. Patrem appellans, ſicut alibi, *Caput autem Chriſti Deus*, &c.

CAPUT VII. Filius quomodo minor Patre & ſeipſo. 1. Tim. 2. 5.

* His & talibus divinarum Scripturarum teſtimoniis, quibus priores noſtri copioſius uſi, expugnaverunt hæreticorum tales calumnias vel errores, inſinuatur fidei noſtræ unitas & æqualitas Trinitatis. Sed quia multa in ſanctis libris propter incarnationem Verbi Dei, quæ pro ſalute noſtra reparanda facta eſt, ut mediator Dei & hominum eſſet homo Chriſtus Jeſus, ita dicuntur, ut majorem Filio Patrem ſignificent, vel etiam apertiſſime oſtendant; erraverunt homines minus diligenter ſcrutantes vel intuntes univerſam ſeriem Scripturarum, & ea quæ de Chriſto Jeſu ſecundum hominem dicta ſunt, ad ejus ſubſtantiam quæ ante incarnationem ſempiterna erat, & ſempiterna eſt, transferre conati ſunt. Et illi quidem dicunt minorem eſſe Filium quam Pater eſt, quia ſcriptum eſt ipſo Domino dicente, *Pater major me eſt*. Veritas autem oſtendit ſecundum iſtum modum etiam ſe ipſo minorem *Joan.* 14. 28. Filium. Quomodo enim non etiam ſe ipſo minor factus eſt, qui ſemetipſum exinanivit formam ſervi accipiens? Neque enim ſic ac- *Philip.* 2. 7. cepit formam ſervi, ut amitteret formam Dei, in qua erat æqualis Patri. Si ergo ita accepta eſt forma ſervi, ut non amitteretur forma Dei, cum & in forma ſervi & in forma Dei idem ipſe ſit Filius unigenitus Dei Patris, & in forma Dei æqualis Patri, in forma Dei mediator Dei & hominum homo 2. Tim. 1. 5. Chriſtus Jeſus; quis non intelligat quod in forma autem ſervi etiam ſe ipſo minor eſt? Non itaque immerito Scriptura utrumque dicit, & æqualem Patri Filium, & Patrem majorem Filio. Illud enim propter formam Dei, hoc autem propter formam ſervi, ſine ulla confuſione intelligitur. Et hæc nobis regula per omnes ſacras Scripturas diſſolvendæ hujus quæſtionis, ex uno capitulo epiſtolæ Pauli Apoſtoli promittitur, ubi manifeſtius iſta diſtinctio commendatur. Ait enim, *Qui cum in* *forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe* *Philip.* 2. 6. *æqualis Deo; ſed ſemetipſum exinanivit formam ſer-*

ſervi accipiens, in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Eſt ergo Dei Filius Deo Patri natura æqualis, habitu minor. In forma enim ſervi quam accepit, minor eſt Patre: in forma autem Dei in qua erat etiam ante quam hanc accepiſſet, æqualis eſt Patri. In forma Dei, Verbum per quod facta ſunt omnia, in forma autem ſervi factus ex muliere, factus ſub Lege, ut eos qui ſub Lege erant redimeret. Proinde in forma Dei fecit hominem, in forma Dei factus eſt homo. Nam ſi pater tantum ſine Filio feciſſet hominem, non ſcriptum eſſet, *Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram*. Ergo quia forma Dei accepit formam ſervi, utrumque Deus, & utrumque homo: ſed utrumque Deus propter accipientem Deum, utrumque autem homo propter acceptum hominem. Neque enim illa ſuſceptione alterum eorum in alterum converſum atque mutatum eſt, nec divinitas quippe in creaturam mutata eſt, ut deſiſteret eſſet divinitas; nec creatura in divinitatem, ut deſiſteret eſſe creatura.

Joan. 1. 3. *Gal.* 4. 4. *Gen.* 1. 26.

Ex eodem Libro I. de Trinitate, cap. 8. num. 15.

CAPUT VIII. Scripturas de ſubjectione Filii ſub Patre perperam intellectas explicat.

ILLUD autem quod dicit Apoſtolus, *Cum autem ei omnia ſubjecta fuerint, tunc & ipſe Filius ſubjectus erit ei qui illi ſubjecit omnia*, aut ideo dictum eſt, ne quiſquam putaret habitum Chriſti, qui ex humana creatura ſuſceptus eſt, converſum iri poſtea in ipſam divinitatem, vel ut certius expreſſerim, deitatem, quæ non eſt creatura, ſed eſt unitas Trinitatis incorporea & incommutabilis, & ſibimet conſubſtantialis & coæterna natura. Aut ſi quiſquam contendit, ut aliqui ſenſerunt, ita dictum, *Et ipſe Filius ſubjectus erit ei qui illi ſubjecit omnia*, ut ipſam ſubjectionem, commutationem & converſionem credat futuram creaturæ in ipſam ſubſtantiam vel eſſentiam Creatoris, id eſt ut quæ fuerat ſubſtantia creaturæ fiat ſubſtantia Creatoris; certe vel hoc concedit, quod non habet ullam dubitationem, nondum hoc fuiſſe factum cum Dominus diceret, *Pater major me eſt*. Dixit enim hoc non ſolum ante quam aſcendiſſet in cælum, verum etiam ante quam paſſus reſurrexiſſet a mortuis. Illi autem qui putant humanam in eo naturam in deitatis ſubſtantiam mutari atque converti, & ita dictum, *Tunc & ipſe Filius ſubjectus erit ei qui illi ſubjecit omnia*, ac ſi diceretur, Tunc & ipſe Filius hominis & a Verbo Dei ſuſcepta humana natura commutabitur in ejus naturam, qui ei ſubjecit omnia, tunc futurum putant, cum poſt diem judicii tradiderit regnum Deo & Patri. Ac per hoc etiam ſecundum iſtam opinionem adhuc Pater major eſt, quam quæ de Virgine ſervi forma accepta eſt. Quod ſi aliqui & hoc affirmant, quod jam fuerit in Dei ſubſtantiam mutatus homo Chriſtus Jeſus; illud certe negare non poſſunt, quod adhuc natura hominis manebat, quando ante paſſionem dicebat, *Quoniam Pater major me eſt*: unde nulla cunctatio eſt ſecundum hoc dictum eſſe, quod forma ſervi major eſt Pater, cui in forma Dei æqualis eſt Filius. Nec quiſquam cum audierit quod ait Apoſtolus, *Cum autem dixerit, quia omnia ſubjecta ſunt ei, manifeſtum quia præter eum qui illi ſubjecit omnia*, ita exiſtimet de Patre intelligendum, quod ſubjecerit omnia Filio, ut ipſum Filium ſibi omnia ſubjeciſſe non putet. Quod Apoſtolus ad Philippenſes oſtendit dicens, *Noſtra autem converſatio in cælis eſt; unde & Salvatorem exſpectamus Dominum Jeſum Chriſtum, qui transfigurabit corpus humilitatis noſtræ conforme ut fiat corpori gloriæ ſuæ, ſecundum operationem ſuam, qua poſſit etiam ſibi ſubjicere omnia*. Inſeparabilis enim operatio eſt Patris & Filii. Alioquin nec ipſe Pater ſibi ſubjecit omnia, ſed Filius ei ſubjecit, qui ei regnum tradit, & evacuat omnem principatum & omnem poteſtatem & virtutem. De Filio quippe iſta dicta ſunt; *Cum tradiderit*, inquit, *regnum Deo & Patri, cum evacuaverit omnem principatum & omnem poteſtatem, & virtutem*. Ipſe enim ſubjicit, qui evacuat.

Joan. 14. 28. 1. Cor. 15. 28. 1. Cor. 15. 28. *Joan.* 14. 28. 1. Cor. 15. 28. *Philip.* 3. 20. 1. Cor. 15. 24.

Ex Libro ejuſdem contra Sermonem Arianorum, cap. 37.

QUod dicit Apoſtolus, etiam in futuro ſæculo Patri Filium ſubjectum futurum, ubi ait, *Tunc & ipſe Filius ſubjectus erit ei qui illi ſubjecit omnia*: quid mirum, quandoquidem illa in Filio forma humana manſura eſt, qua ſemper major eſt Pater? Quamvis non defuerint, qui illam tunc Filii ſubjectionem, ipſius humanæ formæ in divinam ſubſtantiam commutationem intelligendam putaverint, tamquam hoc cuique rei ſubjiciatur, quod in eam vertitur & mutatur. Sed nos quid hinc ſentiamus oſtendimus, magis ideo dixiſſe Apoſtolum etiam tum Patrii Filium ſubjectum futurum, ne quis in eo putaret ſpiritum & corpus humanum aliqua converſione periturum: ut *ſit Deus omnia* non tantum in illius unius forma hominis, ſed *in omnibus*, id eſt, ut ad habendam vitam, & ſatiandum in bonis deſiderium noſtrum natura divina ſufficiat. Tunc enim Deus omnia erit in omnibus, cum præter ipſum nihil omnino habere velle cœperimus: Omnia quippe ipſe nobis erit; quando ipſo ſufficiente nihil deerit.

1. Cor. 15. 28.

Ex libro ejuſdem contra Maximinum Arian. II. cap. 18. *num.* 4. *& ſeq.*

PArentibus ut eſſet ſubditus Chriſtus, non divinæ majeſtatis fuit, ſed ætatis humanæ. Fruſtra itaque dixiſti, *Si parentibus fuit ſubditus quos creavit, quanto magis ſuo genitori qui eum tantum ac talem genuit?* Reſpondetur enim tibi, Si parentibus fuit ſubditus propter pueritiam, quanto magis Deo propter ipſam hominis formam? Quam formam cum immortalem fecerit, non morte perdiderit, quid miraris ſi etiam poſt hujus ſæculi finem ſubjectus erit in ea illi qui ei ſubjecit omnia? Tu autem non propter formam ſervi dicis Filium Patri eſſe ſujectum, ſed quia eum tantum ac talem genuit, id eſt magnum Deum, quamvis Patre ipſo minorem: ubi & Patri derogas, qui Filium

Luc. 2. 51.

lium sibi unicum, aut non potuit aut noluit gignere æqualem; & ipsi Filio qui unicus Patri non est generatus æqualis, & ideo perfectus est natus, ne umquam crescendo fieret, quod non potuit esse nascendo.

Non autem, ut putas, corpus tantum Filii, id est, corpus hominis, verum etiam humanum spiritum Patri dicimus esse subjectum: & secundum id quod homo factus est intelligimus dictum, *Cum autem omnia illi subjecta fuerint, tunc & ipse Filius subjectus erit illi qui ei subjecit omnia.* Secundum id quod Christus est caput & corpus: caput scilicet ipse Salvator qui surrexit a mortuis, & sedet ad dexteram Patris; & Ecclesia quæ est corpus ejus, plenitudo ejus, sicut apertissime dicit Apostolus. Ac per hoc cum omnia Christo subjecta fuerint, & capiti & corpori erunt sine dubitatione subjecta. Nam secundum id quod sine tempore Deus natus est, nihil unquam potuit ei non esse subjectum.

1. Cor. 15. 28.

Col 1. 18.

Hebr. 2. 8.

„ Quod itaque scriptum est ad Hebræos, „ Nunc autem necdum videmus omnia subje„ cta ei: eum autem modico minus ab ange„ lis minoratum videmus Jesum propter pas„ sionem mortis; docere nos debet quomodo intelligendum sit quod scriptum est ad Corinthios, *Cum autem omnia illi subjecta fuerint*: quia secundum id dictum est quod factus est homo, non secundum id quod est Deus. Sic ergo in homine apparens, in quo per passionem mortis minoratus est modico minus ab angelis, vivos & mortuos judicabit.

1. Cor. 15. 28.

Ex ejusdem libro contra Sermonem Arianorum, cap. 11. num. 9.

Formam in Christo filii hominis tunc ab eo judicandi videbunt impii, de quibus dictum est, Videbunt inquem confixerunt. Dei vero formam in eodem ipso Christo, qua æqualis est Patri, utique non videbunt. Unde Prophetia præcessit, Tollatur impius, ut non videat claritatem Domini. Quia & ad hoc pertinet, Beati mundi corde, quoniam ipsi Deum videbunt. Denique hoc apertissime testatur, ubi dicit, Potestatem dedit ei judicium facere, quoniam filius hominis est. Non ergo quoniam Filius Dei est: nam secundum hoc coæterna illi cum Patre & una eademque potestas est: sed quoniam filius hominis est, quod esse cœpit ex tempore, ut ei potestas daretur in tempore. Quod non ita dicitur, tamquam eam sibi & ipse non dederit, id est, naturæ in se humanæ non dederit potestatem illa quæ in eo natura divina est: absit hoc credere. Quomodo enim aliquid faceret Pater, nisi per unigenitum Filium? Nec sine Spiritu-sancto, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Ac per hoc quod potestatem Filio dedit quoniam filius hominis est, per eumdem ipsum ipsi dedit, quoniam Filius Dei est. Omnia enim per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Sed honorifice & competenter tribuit Patri quod etiam ipse facit ut Deus; quia de Patre est Deus. Ipse namque Deus est de Deo: Pater autem Deus, sed non de Deo.

Zach. 12. 10.

Joan. 19. 37.

Isai. 26. 10.

Matth 5. 8.

Joan. 5. 27.

Joan. 1. 3.

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CIV. vers. 8. & sequent. num. 6. & 7.

Memor fuit in sæculum testamenti sui. Alii codices habent, *in æternum*: quod ex ambiguo Græco factum est. Sed si in hoc sæculum intelligendum est, non in æternum; quomodo exponens cujus testamenti memor fuerit, adjungit & dicit, *Verbi quod mandavit in mille generationes?* Quod adhuc cum aliquo fine potest intelligi: sed deinde dicit, *Quod disposuit ad Abraham, & juramenti sui ad Isaac:* * *& statuit illud Jacob in præceptum, & Israel in testamentum æternum.* Ubi nullus est ambiguitatis locus: *αἰώνιον* quippe habet Græcus, quod nusquam nostri nisi æternum interpretati sunt . . . Si autem hoc loco Testamentum vetus intelligendum est, propter terram Chanaan; sic enim sermo contexitur, *Et statuit illud* ipsi *Jacob in præceptum, &* ipsi *Israel in testamentum æternum,* * *dicens, Tibi dabo terram Chanaan funiculum hereditatis vestræ*: quomodo intelligendum est *æternum*, cum terrena illa hereditas æterna esse non possit. Et ideo vetus Testamentum vocatur, quia per Novum aboletur. *Mille* vero *generationes* nec æternum videntur aliquid significare; quia utique finem habent, & ad ipsa temporalia nimis multæ sunt. Quamlibet enim paucis annis generatio determinetur, quam Græci *γρυεὰν* dicunt, quam minimam quidam quindecim annis terminaverunt, ex qua homo incipit posse generare; quæ sunt istæ mille generationes, non solum a tempore Abraham, quando ei facta est promissio, usque ad tempus novi Testamenti, sed ab ipso Adam, usque ad terminum sæculi? Quis enim nudeat dicere, quindecim annorum millibus hoc sæculum extendi.

Vers. 8.

Vers. 9.

Vers. 10.

Vers. 11.

Proinde mihi videtur non hic vetus Testamentum intelligendum, quod Novo esse tollendum dicitur per Prophetam, Ecce dies ve„ niunt, dicit Dominus, & confirmabo do„ mui Jacob Testamentum novum, non secun„ dum Testamentum quod constitui patribus „ eorum, cum eduxissem eos de terra Ægy„ pti: sed testamentum fidei, quod laudat Apostolus, cum Abraham nobis proponit imitandum, & de Legis operibus gloriantes inde convincit, quod Abraham etiam ante circumcisionem credidit Deo, & reputatum est illi ad justitiam. Denique cum dixisset, *Memor fuit in sæculum testamenti sui*, quod in æternum intelligere debemus, testamenti scilicet justificationis & hereditatis æternæ, quam fidei promisit Deus: *Verbi*, inquit, *quod mandavit in mille generationes*. Quid est *mandavit*? Quod enim ait, *Tibi dabo terram Chanaan*, non mandatum est, sed promissum. Mandatum est autem quod facere debemus, promissum quod accipere. Mandatum ergo fides est, ut justus ex fide vivat; & huic fidei hereditas æterna promittitur. *Mille* ergo *generationes*, propter numeri perfectionem, pro omnibus intelligendæ sunt, id est, quamdiu generatio generationi sequendo succedit, tamdiu mandatum est vivendum ex fide. Quod observat populus

Jerem. 31. 31.

Gal. 3. 5. & 6.

Rom. 1. 17.

Dei

Dei ; filii promiſſionis naſcendo venientes, & moriendo abeuntes, donec omnis generatio finiatur; quod millenario numero ſignificatum eſt, quia denarii numeri ſolidum quadratum decem decies, & hoc decies ad mille pervenit. *Quod diſpoſuit*, inquit, *ad Abraham, & juramenti ſui ad Iſaac. Et ſtatuit illud Jacob*, id eſt ipſi Jacob, *in præceptum*. Ipſi ſunt tres Patriarchæ, quorum ſpecialiter ſe dicit Deum, quos & Dominus nominat in Teſtamento novo, ubi dicit, *Matth.* 8. 11. „ Multi ab Oriente & Occidente venient, & „ recumbent cum Abraham & Iſaac & Jacob „ in regno cælorum. Iſta eſt hereditas æterna. Nam & hic ubi ait, *Statuit illud Jacob in præceptum* ; manifeſtat præceptum eſſe fidei : non enim promiſſum appellat præceptum. Si enim opus eſt in præcepto, merces in promiſſo : *Joan.* 6. 29. Hoc eſt opus Dei, Dominus ait, ut credatis in eum quem ille miſit. Hoc ergo verbum quod mandavit, *memor in æternum teſtamenti* *Rom.* 10. 8. *ſui*, hoc eſt, verbum fidei quod prædicamus, *ſtatuit illud* ipſi *Jacob in præceptum*, & ipſi *Iſrael* in *teſtamentum æternum*, id eſt, quod ex ipſo verbo & præcepto impleto daturus eſſet aliquid æternum. *Dicens, Tibi dabo terram Chanaan funiculum hereditatis veſtræ*. Quomodo ergo eſt hoc æternum, niſi aliquid æternum ſignificet? Ipſa enim dicta eſt terra promiſſionis, *Exod.* 3. 8. & 17. *Pſal.* 33. 8. terra fluens lac & mel. Quod totum ſignificat 2. *Theſſ.* 3. 2. gratiam, in qua guſtatur quam ſuavis eſt Dominus, ad quam non omnes homines pertinent. Non enim omnium eſt fides. Ideo addidit, *Funiculum hæreditatis veſtræ*. Unde in alio *Pſal.* 15. 6. Pſalmo, ſemen Abrahæ quod eſt Chriſtus, intelligitur loqui ubi dicit, Funes ceciderunt mihi in præclaris, etenim hereditas mea præclara eſt mihi, &c.

Ex ejuſdem enarratione in Pſalmum CV. verſ. 7. num. 7.

Verſ. 7. QUid eſt ergo, *Patres noſtri non intellexerunt mirabilia tua*, niſi non cognoverunt quid per illa mirabilia eis præſtare volueris ? Quid utique niſi vitam æternam, & non temporale, ſed incommutabile bonum, quod per patientiam exſpectatur? Ideo impatienter murmuraverunt, & amaricaverunt, & bonis præſentibus fallacibus atque fugacibus beatos ſe fieri quæſierunt. *Non fuerunt memores multitudinis miſericordiæ tuæ*. Et intellectum redarguit, & memoriam. Intellectu quippe opus erat, ut cogitarent ad quorum bonorum æternitatem per illa temporalia vocaret Deus: memoria vero, ut ſaltem quæ temporaliter mirabilia facta ſunt, non obliviſcerentur, fideliterque præſumerent quod eadem poteſtate, quam fuerant jam experti, Deus illos ab inimicorum perſecutione liberaret : obliti ſunt autem quid eis in Ægypto ad inimicos eorum conterendos per tanta prodigia præſtitiſſet .... NOTANDUM eſt ſane quemadmodum Scriptura culpare voluerit, non intelligere quod intelligendum eſt, & non meminiſſe quod memoria retinendum eſt : quod homines ſuæ culpæ deputari nolunt, ad nihil aliud niſi ut minus ſupplicent, minuſque ſint humiles Deo, in cujus conſpectu confiteantur quod ſunt, atque impetrato adjutorio poſſint eſſe quod non ſunt. Nam etiam peccata ignorantiæ vel negligentiæ melius accuſantur ut pereant, quam excuſantur ut maneant; meliuſque purgantur invocato Deo, quam firmantur irritato.

Ex eadem enarratione in Pſalmum CV. verſ. 46. num. 36.

Verſ. 46. ET *dedit eos in miſericordias*. Ut eſſent non vaſa iræ, ſed vaſa miſericordiæ. Ideo autem puto pluraliter miſericordias dictas, in quas *Rom.* 9. 22 & 23. eos dedit, quia unuſquiſque proprium donum 1. *Cor.* 7. 7. habet a Deo, alius ſic, alius autem ſic. *Dedit* ergo *eos in miſericordias in conſpectu omnium qui ceperant eos*. Age nunc, quiſquis hæc legis, & gratiam Dei, qua in æternam vitam per Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum redimimur, legendo in Apoſtolicis litteris, in Propheticis autem ſcrutando cognoſcis, & vetus Teſtamentum in novo revelatum, in vetere novum velatum vides ; recole quem dixerit apoſtolus Paulus *Epheſ.* 2. 2. principem poteſtatis aeris, qui operatur in filios in fidelitatis, & illud ubi ait de quibuſdam, 1. *Tim.* 2. 26. „ Ut reſipiſcant de diaboli laqueis, captivati „ ab ipſo ſecundum ipſius voluntatem : & ver- „ ba Domini Jeſu Chriſti, ubi cum expellens de fidelium cordibus ait, Nunc princeps hujus *Joan.* 12. 31. mundi miſſus eſt foras : & ipſius itidem Apoſtoli dicentis, Qui eruit nos de poteſtate te- *Col.* 1. 13. nebrarum, & tranſtulit in regnum Filii caritatis ſuæ. Hæc atque hujuſmodi ratiocinatus, intende animum & in litteras veteris Teſtamenti, & vide quid cantetur in eo Pſalmo cujus eſt titulus, Quando domus ædificabatur poſt *Pſal.* 95. 1. captivitatem : ibi enim dicitur, Cantate Domi- *&c.* no canticum novum. Et ne exiſtimes ad Judæorum populum tantummodo pertinere : Can- „ tate, inquit, Domino omnis terra ; cantate „ Domino, benedicite nomen ejus, bene nun- „ tiate, immo, ut ipſum verbum quod in Græco poſitum eſt, transferam, evangelizate diem ex die ſalutare ejus. Hinc enim Evangelium nuncupatum eſt, in quo annuntiatur dies ex die, Dominus Chriſtus, lumen ex lumine, Filius ex Patre. Hoc enim eſt & ſalutare ejus ; quia ſalutare Dei Chriſtus eſt, ſicut & ſuperius jam demonſtravimus. Annuntiate in Gentibus *Supra n.* 5. „ gloriam ejus, in omnibus populis mirabilia *Ibid.* 3. *&c.* „ ejus. Quoniam magnus Dominus, & lauda- „ bilis valde, terribilis eſt ſuper omnes Deos: quoniam omnes dii gentium dæmonia. Iſti ergo inimici cum rege ſuo diabolo captivum tenebant populum Dei. De qua captivitate cum redimimur, & princeps hujus mundi mittitur foras, ædificatur domus poſt captivitatem : cu- *Epheſ.* 2. 15. jus lapis angularis eſt Chriſtus, qui duos con- *&c.* didit in ſe, in unum novum hominem, faciens pacem, quam dies ex die veniens evangelizavit eis qui erant prope, & eis qui erant longe, faciens utraque unum; & adducens alias oves, quæ non ſunt de hoc ovili, ut ſit unus grex & unus paſtor. Et ita Deus *dedit in miſericordias* *Joan.* 10. 16. prædeſtinatos ſuos : quia non volentis, neque currentis, ſed miſerentis eſt Dei : *in conſpectu omnium qui ceperant eos*. Hi ergo inimici, diabo- *Rom.* 9. 16. lus & angeli ejus captivaverent prædeſtinatos in Dei regnum & gloriam : a Redemptore autem

no-

nostro foras missi qui dominari infidelibus solebant intrinsecus, fideles oppugnant extrinsecus. Sed oppugnant, non expugnant eos qui apprehendunt turrem fortitudinis a facie inimici. Ut autem oppugnent, sentiunt in nobis esse infirmitatis reliquias, propter quas dicimus, Dimitte nobis debita nostra: propter quas dicimus, Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos a malo. His itaque inimicis ejectis, perfecit Dominus Christus sanitates in corpore, cui caput est ipse Salvator corporis, ut in eo ipso corpore suo tertia consummetur. Sic enim dixit, Ecce ejicio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia consummor, id est, perficior, occurrentibus omnibus nobis in virum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Matt. 6. 12.
Ibid. 13.
Ephes. 5. 23.
Luc. 13. 32.
Ephes. 4. 13.

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CVIII. vers. 15. num. 17.

DIcit aliquis, Etiamne ad pœnam Judæ pertinere credendum est, quod post ejus mortem ad mendicitatem uxor ejus & filii pervenerunt, & translati sunt, ejecti de habitationibus suis, scrutante fœneratore omnem substantiam ejus, & diripientibus alienis omnes labores ejus, nemine adjuvante, nec miserante pupillos ejus, & quod cito sunt sine posteris mortui? Numquid etiam de his quæ in suis post mortem cujusque contingunt, ullus mortuos tangit dolor? aut hæc saltem scire putandi sunt, quorum sensus alibi est pro meritis, seu bene, seu male? Cui respondeo magnam quidem esse quæstionem, nec in præsentia differendam, quod sit operis prolixioris, utrum, vel quatenus, vel quomodo ea quæ circa nos aguntur, noverint spiritus mortuorum. Verumtamen, quod breviter dici potest, si nulla illis esset cura de nobis, non diceret Dominus dixisse illum divitem, qui tormenta apud inferos patiebatur, Habeo ibi quinque fratres, ne & ipsi veniant in locum hunc tormentorum. Sed quomodolibet intelligant, qui hoc aliter intelligere conantur; & quia fatendum est non esse consequens, ut si sciunt mortui suos viveres, quia nec in locis pœnarum eos vident, ubi dives ille erat, nec in requie beatorum, ubi Lazarum & Abraham, quamvis longe agnoscebat, ideo eos etiam quæ circa eorum caros aguntur vel læta vel tristia scire necesse sit: hoc dico, paucos esse ejus animi homines, qui post mortem suam quid suis boni malive contingat, saltem dum viunt, negligant, atque omnino contemnant; multos autem, quod indicat etiam tanta cura commendandæ ultimæ voluntatis, & qualiumcumque testamentorum, satis-agere, ut cum defuncti fuerint, suis bene sit. Permansionem vero posteritatis suæ per successiones generationum soli laudabiliter spernunt, qui seipsos abscidunt propter regnum cælorum, & filios suos hoc facere cupiunt, exoptantve martyrio coronari, ita ut nullus eorum in terra remaneat: ceteri autem omnes, aut pene omnes, felices volunt suos esse in hac vita post mortem suam, & suum genus interire nolunt. Quapropter quod Juda tam infeliciter mortuo, ita uxor vidua & filii ejus, orphani remanserunt, ut fœneratore scrutante omnem substantiam ejus, & diripientibus alienis labores ejus de suis habitationibus ejicerentur, nec aliquem pupilli ejus miserantem invenirent, & in una generatione sine posteris interirent; si hæc sentiunt mortui, cumulus malorum est; si hoc non sentiunt, formido vivorum. Si autem movet quomodo potuerit habere substantiam, quam fœnerator scrutaretur, alienique diriperent, quando jam cum aliis undecim Dominum sequebatur; credat eum omnia quæ habebat ita dimisisse filiis & uxori, ut non inde sinceriter vel perseveranter vinculum cupiditatis abruperit: qui etiamsi ea velut vendere videretur distribuenda pauperibus, profecto faceret quod Ananias post Domini Ascensionem. Neque enim metueret ne hoc Dominus divinitate cognosceret, quem falli putabat, quando ea quæ mittebantur, de loculis auferebat.

4. Sent. dist. 50. Præterea,

* Videri possunt Interpretes 4. sent. dist. 45 §. 19. & S. Thomas, supplementi quæst. 72. art. 1. & August. lib. de cura ger. pro mortuis c. 15. & 16

Luc. 16. 28.

Joan. 12. 6.

Ex eadem enarratione in Psalmum CVIII. vers. 21. num. 23.

ET tu, *Domine*, *Domine*, *fac mecum*. Quidam subaudiendam putaverunt *misericordiam*, quidam vero & addiderunt: sed emendatiores codices sic habent, *Et tu, Domine, Domine, fac mecum, propter nomen tuum*. Unde sensus altior non est prætermittendus, ita dixisse Filium Patri, *Fac mecum*, quia eadem sunt opera Patris & Filii. Ubi etiamsi misericordiam intelligamus: (sequitur enim, *Quia suavis est misericordia tua*:) & ipsam quia non dixit, Fac in me, vel, Fac super me; vel aliquid hujusmodi; sed ait, *Fac mecum*; bene intelligimus & Patrem & Filium simul facere misericordiam in vasa misericordiæ. Potest hoc etiam sic intelligi: *Fac mecum*, id est, adjuva me. Quod in quotidiana loquendi consuetudine habemus, cum de aliqua re, quæ pro partibus nostris est, dicamus, Nobiscum facit. Pater quippe adjuvat Filium, in quantum Deus hominem, propter formam servi: cui homini Deus, & cui formæ servi etiam Dominus est Pater. Nam in forma Dei, Filius adjutorio non indiget: æqualiter enim cum Patre omnipotens est, ex quo & „ ipse adjutor est hominis, Sicut enim Pater „ suscitat mortuos & vivificat, sic & Filius „ quos vult vivificat. Nec alios Pater, alios „ Filius, aut aliter Pater, aliter Filius: quia & eadem facit, & similiter. Unde in quantum homo est Filius Dei, Deus suscitavit illum a mortuis, hoc est Pater, cui dicit in Psalmis, Suscita me, & reddam illis. In quantum autem Deus est, etiam ipse se suscitavit: propter quod dicit, Solvite templum hoc, & triduo suscitabo illud. Quod etiam hic significavit, si quis diligenter intendat. Scrutari enim jussit Scripturas, quæ testimonium perhibent de illo, non in superficie pertransiri. Non enim tantummodo ait, *Tu Domine, Domine, fac mecum*: sed ait, *Et tu*. Quid est, *Et tu*, nisi quia & ego. Quod autem non semel *Domine*, sed repetens ait, *Domine, Domine*; habet in hoc orantis affectum: sicuti est, Deus, Deus meus. Quod vero cum dixisset, *Fac mecum*; addidit, *propter*

Vers. 21.

Rom. 9. 23.

Joan. 5. 21.

Ps. 40. 11.

Joan. 2. 19.

Joan. 5. 39.

Psal. 21. 2.

vo-

nomen tuum : gratiam commendavit . Nullis operum meritis præcedentibus in tantam celsitudinem subvecta est humana natura, ut totum simul Verbum & caro, hoc est, Deus & homo, unigenitus Filius Dei diceretur . Hoc autem factum est, ut ab illo qui creaverat, per id quod non perierat, id quod perierat quæreretur. Unde & hic sequitur, *Quia suavis est misericordia tua*.

Ex ejusdem Sermone XV. in Psalmum CXVIII. vers. 55. num. 7.

Vers. 55. MEmor, inquit, *fui in nocte nominis tui, Domine, & custodivi legem tuam*. Nox est illa humilitas, ubi est mortalitatis ærumna ; nox est in superbis inique agentibus usque valde, nox in tædio a peccatoribus derelinquentibus legem Dei ; nox est postremo in loco peregrinationis hujus ; donec veniat Dominus, & illuminet abscondita tenebrarum & manifestabit consilia cordis, & tunc laus erit unicuique a
1. Cor. 4. 5. Deo . In hac ergo nocte memor homo esse debet nominis Dei, ut qui gloriatur, in Domi-
1. Cor. 1. 31. no glorietur : propter quod & illud scriptum
Ps. 113. 1. est, Non nobis, Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam . Sic enim quisque non in sua, sed in Dei gloria, (quia nec in sua, sed in Dei justitia, id est, a Deo sibi donata,) custodit legem Dei : sicut iste ait, *Memor fui in nocte nominis tui, Domine, & custodivi legem tuam* . Quam non custodisset, si in sua virtute confidens, nominis Dei memor
Ps. 123. 8. non fuisset, Adjutorium enim nostrum in nomine Domini.

Ex ejusdem Sermone XVII. in eamdem Psalmum CXVIII. vers. 67. num. 5.

Vers. 67. PRiusquam *humiliarer*, inquit, *ego deliqui ; propterea verbum tuum*, vel sicut alii expressius habent, *propterea eloquium tuum custodivi* : utique ne rursum humiliarer. Quod ad illam humiliationem melius refertur, quæ facta est in Adam, in quo omnis creatura humana tamquam in radice vitiata, quoniam veritati subjecta esse
Gen. 3. 17. non voluit, subjecta est vanitati . Quod vasis
Rom. 8. 20. misericordiæ profuit experiri, ut dejecta superbia diligatur obedientia, & pereat non reditura miseria.

Ex ejusdem Sermone XXIX. in eumdem Psalmum CXVIII. vers. 150. num. 7.

Vers. 150. APpropinquaverunt, inquit, *persequentes me iniquitate* : vel, sicut nonnulli codices habent, *inique*. Tunc appropinquant qui persequuntur, quando usque ad carnem cruciandam perimendamque perveniunt . Unde Psalmus vigesimus primus, ubi passio Domini prophetata est, Ne discedas, inquit, a me ; quoniam tribulatio proxima est : cum ea dicantur quæ non imminente, sed jam præsente ipsa passione perpessus est . Sed proximam dixit tribulationem, quæ fiebat in carne : nihil est quippe

animæ proprius carne quam gestat . Propinquaverunt ergo persequentes, affligendo eorum carnem, quos persequebantur . Sed attende quod sequitur : *A lege autem tua longe facti sunt* . Quanto magis propinquaverunt persequendis justis, tanto magis longe facti sunt a justitia . Sed quid nocuerunt eis, quibus persequendo propinquaverunt, quando interior est propinquatio Domini eorum, a quo nullatenus deseruntur?

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CXXII. vers. 3. num. 7.

AUdiamus vocem hominis qui vapulat, & sint istæ uniuscujusque nostrum voces, & quando nobis bene est . Nam quis non intelligat vapulare se quando ægrotat, quando in carcere est, quando forte in catena, quando forte latrones patitur? Quando ab aliquibus improbis ei aliquæ molestiæ irrogantur, sentit vapulare se . Magnus sensus est, videre quia vapulat. & quando illi bene est, Non enim ait Scriptura in Job, Tentationibus abundat vita hu-
„ mana : sed ait, Numquid non tentatio est vi- *Job. 7. 1.*
„ ta humana super terram? Totam ipsam vitam tentationem dixit . Omnis ergo vita tua super terram, plagæ tuæ sunt. Plange quamdiu vivis in terra : sive feliciter vivas, sive in aliqua tribulatione constitutus sis, clama, Ad te levavi *Ps. 138. & 12.*
oculos meos qui habitas in cælo . Ad manus
„ Domini, qui te jussit cædi, cui dicis in alio
„ Psalmo, Propter iniquitatem crudisti hominem, & tabescere fecisti sicut araneam animam *Vers. 3.*
meam : clama ad manus cædentis, & dic, *Misere nostri, Domini, miserere nostri* . Non sunt istæ voces vapulantis? *Misere nostri, Domine, miserere nostri*.

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CXXIII. vers. 3. num. 5.

QUomodo ergo illi *vivos absorbuissent nos*, *Vers. 3.*
nisi quia Dominus erat in nobis . Surrexerunt enim multi persecutores aliquando, & nunc non desunt . Singillatim insurgunt, & aliquando vivos absorbent, sed in quibus non est Dominus . Ideo ante omnia illi dixerunt, *Nisi quia Dominus erat in nobis* : quia multi absorbentur, in quibus non est Dominus . Hi sunt qui vivi absorbentur, qui sciunt malum esse, & lingua consentiunt . Surrexerunt enim quidam persecutores, & dixerunt hominibus, Thurificate, si non feceritis, occidimus vos . Illi amaverunt hanc vitam, & dulcedo vitæ hujus tenuit eos . Non plus dilexerunt ea quæ promisit Deus, quam ea quæ videbant in terra . Illa enim credere jubebantur, quæ nondum videbant, ista quæ amabant videbant . Plus retinentes ea quæ videbant, excluserunt de cordibus Dominum : & quia non erat in eis Dominus, vivi absorpti sunt . Quid est, vivi absorpti sunt . Thurificando idolis, scientes quia nihil est idolum : Nam si aliquid putarent esse idolum, mortui absorberentur : cum autem putant nihil esse idolum, & noverunt omnia illa Gentilium vana esse, vivunt, & tamen

cum faciunt quod volunt persecutores, vivi absorbentur. Sed ideo vivi absorbentur, quia non in eis est Dominus. In quibus autem inest Dominus, occiduntur, & non moriuntur. Qui autem consentiunt & vivunt, vivi absorbentur, absorpi moriuntur. Isti autem qui passi sunt, & non cesserunt tribulationibus, exsultant, & dicunt, *Dicant nunc Israel*: dicat exsultans, dicat securus, *Nisi quia Dominus erat in nobis, cum insurgerent homines in nos, forsitan vivos absorbuissent nos.*

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CXXVI. vers. 2. num. 4. 5. & sequent.

NEmo sibi arroget aliquid. NEMO HABET aliquid boni, nisi ab illo acceperit qui solus bonus est. Qui autem sibi voluerit arrogare sapientiam, stultus est. Sit humilis, ut veniat sapientia & illuminet illum. Si autem ante quam veniat in illum sapientia, putat se esse sapientem, ante lucem surgit, & ambulat in tenebris. Et quid audit in isto Psalmo? *Vers. 2.* *In vanum est vobis ante lucem surgere.* Quid est, *In vanum est vobis ante lucem surgere*? Si surgatis ante quam surgat lux, necesse est ut in vanitate remaneatis, quia in tenebris eritis. Surrexit lux nostra Christus: bonum est tibi ut surgas post Christum, non surgas ante Christum. Qui surgunt ante Christum? Qui se volunt præponere Christo. Et qui sunt qui se volunt præponere Christo? Qui volunt hic excelsi esse, ubi humilis ille fuit. Sint ergo hic humiles, si volunt ibi esse excelsi, ubi Christus excelsus est. Ait enim de iis qui illi adhæserant fide, in quibus & nos sumus, si & nos in illum puro corde credimus: *Joan. 17. 24.* Pater, inquit, quos mihi dedisti, volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Magnum donum, magna gratia, magna promissio, Fratres mei. Et quis non vult esse cum Christo, ubi est Christus? Sed jam excelsus Christus; vis ibi esse ubi est excelsus? Esto humilis, ubi & ille humilis fuit. Propterea illis dicit ipsa *Matth. 10. 24.* lux, Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Qui volebant discipuli esse super magistrum, & servi volebant esse super dominum suum, ante lucem volebant surgere; in vanum ibant, quia non post lucem ibant. Illis ergo dicit iste Psalmus, *In vanum est vobis ante lucem surgere.* Tales erant filii Zebedæi, qui ante quam humiliarentur secundum passionem Domini, jam sibi loca eligebant, ubi sederent, unus ad dexteram, alter ad sinistram. Ante lucem volebant surgere; ideo in vanum ibant. Revocavit illos Dominus ad humilitatem, cum hoc audiret, & ait illis, Potestis bibere calicem, quem *Matth. 20. 22.* ego bibiturus sum? Ego veni humilis esse, & vos ante me vultis esse excelsi? Qua ego eo, illac sequimini, ait. Nam si hac vultis ire, qua ego non eo, *In vanum est vobis ante lucem surgere.* Et Petrus ante lucem surrexerat, quando consilium Domino dare volebat, ut non pateretur pro nobis. Dixerat enim ille de passione sua, in qua salvi futuri eramus, de ipsa humilitate; humilis enim passus est: cum ergo de passione sua futura diceret, expavit Petrus, qui illum paulo ante dixerat Filium Dei: timuit ne moreretur, & ait illi, Absit a te Domine, propitius esto tibi, non fiet istud. Ante lucem volebat surgere, & luci consilium dare. Sed quid fecit Dominus? Fecit illum, ut post lucem surgeret: Redi post me satanas. Ideo enim satanas, quia ante lucem vis surgere. Redi post me, ut ego præcedam, tu sequaris: qua ego eo, illac eas; non qua tu vis iri, illac me velis ducere. *Matth. 16. 22.* *Ibid. 23.*

Ergo illis qui volebant ante lucem surgere dicit Psalmus, *In vanum est vobis ante* lucem surgere. Et quando surgemus? Cum fuerimus humiliati. *Surgite postea quam sedistis.* Surrectio exaltationem significat, sessio humilitatem significat. Aliis locis intelligitur sessio in honore judicandi, aliis locis humilitatem ostendit. Quomodo in honore judicandi sessio? Sedebitis super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel. Quomodo in signo humilitatis sessio? Hora sexta Dominus fatigatus sedit ad puteum. Fatigatio Domini, infirmitas Domini fuit, infirmitas virtutis, infirmitas sapientiæ: sed ipsa infirmitas, humilitas. Ergo si sedit ex infirmitate, sessio illa humilitatem significat. Et ipsa sessio ipsius, idest, humilitas ipsius, ipsa nos fecit salvos: quia, Quod infirmum est Dei, fortius est quam homines. Ideo dicit in quodam Psalmo, Domine tu cognovisti sessionem meam & resurrectionem meam: id est, humilitatem meam & exaltationem meam, &c. *Item vers. 2.* *Matth. 19. 28.* *Joan 4. 6.* *1. Cor. 1. 25.* *Ps. 138. 2.*

Sed ne quis putet se ad hoc sedere ut honoretur, ut ostenderet quia sessione ista humilitatem voluit commendare; ne quis se putaret jussum esse sedere, aut ad judicandum, aut ad epulandum & gaudendum, & majorem superbiam ibi quæreret, in significationem humilitatis addidit, *Qui manducatis panem doloris.* *Item vers. 2.* Illi ergo manducant panem doloris, qui gemunt in ista peregrinatione. Ipsi sunt in convalle plorationis. Ascensiones enim facit Deus in corde. Sed ubi illas disponit? Ascensiones, inquit, in corde ejus disposuit. Quis? Deus. Si ascensiones in corde, ideo cantant Canticum graduum. Humiliemur in sæculo, ascendamus. Quomodo? Corde. Quia ipsa ascensio cordis, a convalle plorationis surgit. In convalle, inquit, plorationis. Quomodo erecti sunt montes, sic sederunt convalles .... Si ergo in convalle plorationis manducas panem doloris, & dicis, Factæ sunt mihi lacrymæ meæ panis die ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, Ubi est Deus tuus: bene surgis, quia sedisti. *Ps. 83. 6.* *Psal. 41. 4.*

Et quasi diceres, Quando surgemus? Modo jubemur sedere, quando erit nostra surrectio? Quando fuit Domini. Ad eum attende, qui te præcessit. Nam si non ipsum attendis, in vanum est tibi ante lucem surgere. Ipse quando exaltatus est? Cum mortuus est. Ergo & tuam exaltationem post mortem spera, in resurrectione mortuorum spera, quia ille resurrexit & ascendit. Sed ubi dormivit? In cruce. Quando dormivit in cruce, signum gestabat, immo implebat quod significatum est in Adam: quia cum dormiret Adam, costa illi detracta est, & Eva facta est: sic & Domino cum dormiret in cruce, latus ejus lancea percussum est, & sacramenta profluxerunt, unde facta est Ecclesia ..... Si ergo ille non resurrexit, nisi mortuus, tu exaltationem *Gen 2. 21.* *Joan. 19. 34.*

spe-

speras nisi post hanc vitam ? Sed ut doccat te iste Psalmus, quasi interrogares, Quando
Item ℣. 2. surgam ? fortassis prius quam sedero? *Cum dederit*, inquit, *dilectis suis somnum*. Dat hoc Deus, cum dormierint dilecti ejus; tunc surgent dilecti ejus, id est, Christi, Omnes enim surgent, sed non quomodo dilecti ejus. Omnium est resurrectio mortuorum, sed quid
1.Cor.15.51. ait Apostolus? Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. Resurgunt illi ad pœnas : resurgimus nos quomodo resurrexit Dominus noster, ut sequamur caput nostrum, si membra ipsius sumus. Si autem membra ejus sumus, tunc sumus dilecti ejus, tunc ad nos pertinet illa resurrectio quæ præcessit in Domino, ut lux surrexerit ante nos, nos post lucem : quia in vanum est nobis ante lucem surgere, id est, altitudinem quærere ante quam moriamur; cum Christus lux nostra non sit exaltatus in carne, nisi postea quam mortuus est. Constituti ergo membra ejus, & in membris ejus dilecti ejus, cum somnum acceperimus, tunc surgemus in resurrectione mortuorum. Unus resurrexit, jam non mo-
*Joan.*11.44. riturus. Resurrexit Lazarus, sed moriturus;
*Matt.*9.25. resurrexit filia Archisynagogi, sed moritura;
*Luc.*7. 15. resurrexit filius viduæ, sed moriturus;
*Rom.*6. 9. resurrexit Christus non moriturus. Audi Apostolum : Christus resurgens ex mortuis, jam non moritur, & mors ei ultra non dominabitur. Talem spera resurrectionem : & propter hoc esto Christianus, non propter felicitatem terræ hujus. Nam si propter felicitatem vitæ hujus vis esse Christianus, quando illa lux tua non hic quæsivit mundanam felicitatem, ante lucem vis surgere, necesse est ut in tenebris perseveres. Mutare, sequere lucem tuam; quare surrexit, surge : sede prius, & sic surge. *Cum dederit somnum dilectis ejus.*

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CXXIX. vers. 1. *&* 2. *num.* 1.

Vers. 1. *Vers.* 2. DE *profundis clamavi ad te Domine*, * *Domine exaudi vocem meam*. Vox hæc ascendentis est, pertinens ad Canticum graduum. Debet itaque unusquisque nostrum videre in quo profundo sit, de quo clamet ad Dominum. Clamavit de profundo Jonas, de ven-
Jonæ 2. 2. tre ceti. Erat non solum sub fluctibus, verum etiam in visceribus belluæ : nec tamen illud corpus & illi fluctus intercluserunt orationem ne perveniret ad Deum, & venter bestiæ non potuit tenere vocem deprecantis, Penetravit omnia, disrupit omnia, pervenit ad aures Dei : si tamen dicendum est, quia disruptis omnibus pervenit ad aures Dei, quando aures Dei in corde precantis erant. Ubi enim Deum præsentem non habet, cujus fidelis est vox? Verumtamen & nos debemus intelligere de quo profundo clamemus ad Dominum. Profundum enim nobis est vita ista mortalis. Quisquis se in profundo intellexerit, clamat, gemit, suspirat, donec de profundo eruatur, & veniat ad eum qui super omnes abyssos sedet & super Cherubim, super omnia quæ creavit; non solum corporalia, sed etiam spiritalia; donec ad eum veniat anima, donec ab illo liberetur imago ipsius, quod est homo, quæ in hoc profundo tamquam assiduis fluctibus exagitata detrita est; & nisi renovetur & reparetur a Deo, qui illam impressit quando formavit hominem; (Idoneus potuit esse homo ad casum suum, non est idoneus ad resurrectionem suam;) semper in profundo est : nisi liberetur, ut dixi, semper in profundo est. Sed cum de profundo clamat, surgit de profundo; & ipse clamor non eum permittit multum in imo esse. Valde enim in profundo, sunt, qui nec clamant de profundo. Dicit *Prov.* 18. 3. Scriptura Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Jam videte, Fratres, quale profundum sit ubi contemnitur Deus. Cum quisque viderit se quotidianis peccatis obrutum, acervis quibusdam & molibus quibusdam iniquitatum premi, si dictum illi fuerit ut Deum roget, irridet. Quibus modis ? Primo dicit, Si Deo displicerent facinora, ego viverem ? Si curaret Deus res humanas, ad tanta scelera quæ feci, non solum viverem, sed & bene mihi esset ? Solet enim hoc illis evenire, qui multum in profundo sunt, & prosperantur in iniquitatibus suis. Et tanto magis in profundo merguntur quanto magis videntur esse felices : fallax enim felicitas, ipsa major est infelicitas. Deinde & hoc solent homines dicere, Jam quoniam multa feci & damnatio imminet, hoc perdo, quod non facio quidquid possum : &, Ex hoc perdor, cur non facio quidquid possum? Quomodo solent desperati latrones dicere, Sic me occisurus est judex pro decem homicidiis, quomodo pro quinque, quomodo pro uno; quare non jam quidquid mihi occurrerit facio? Hoc est, Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit. Sed Dominus Jesus Christus, qui nec profunda nostra contempsit, qui usque ad istam vitam venire dignatus est, promittens remissionem omnium peccatorum; etiam de profundo excitavit hominem, ut clamaret de profundo sub molibus peccatorum, & perveniret vox peccatoris ad Deum. Unde clamantis, nisi de profundo malorum?

Ex ejusdem enarratione in Psalmum CXXX. vers. 1. *num.* 1. *& seqq.*

IN isto Psalmo commendatur nobis humilitas servi Dei & fidelis, cujus voce cantatur, quod est universum corpus Christi. Sæpe enim admonuimus Charitatem vestram, non quasi unius hominis cantantis vocem accipi debere, sed omnium qui sunt in Christi corpore. Et quia in illius corpore sunt omnes, tamquam unus homo loquitur : & ipse est unus qui & multi sunt. Multi enim sunt in seipsis, unus sunt in illo qui unus est. Ipsum *1.Cor.*3.17. est autem etiam templum Dei, de quo dicit Apostolus, Templum enim Dei sanctum est; quod estis vos : omnes qui credunt in Christum, & sic credunt ut diligant. Hoc est enim *Jacob.*2 19. credere in Christum, diligere Christum : non quomodo dæmones credebant, sed non diligebant; & ideo quamvis crederent dicebant; Quid nobis & tibi est, Fili Dei? Nos autem *Matth.* 8. 29. sic credamus, ut in ipsum credamus, diligentes eum, & non dicamus, Quid nobis & tibi est ?

est ? Sed dicamus potius, Ad te pertinemus,
1. Petr. 2. 5. tu nos redemisti. Omnes ergo qui sic credunt, tamquam lapides sunt vivi, de quibus templum Dei ædificatur ;
Gen. 6. 14. & tamquam ligna imputribilia, ex quibus arca illa compacta est, quæ in diluvio mergi non potuit. Hoc autem templum est, id est, ipsi homines, ubi rogatur Deus, & exaudit. Quisquis enim præter templum Dei oraverit Deum, non exauditur ad illam pacem supernæ Jerusalem, & si exauditur ad quædam temporalia, quæ Deus &
Matth. 8. 32. paganis donavit. Nam & ipsi dæmones exauditi sunt ut irent in porcos. Exaudiri ad vitam æternam aliud est, nec conceditur, nisi ei qui in templo Dei orat. Ille autem in templo Dei orat, qui orat in pace Ecclesiæ, in unitate corporis Christi, quod corpus Christi constat ex multis credentibus in toto orbe terrarum : & ideo exauditur, qui orat in templo. Ipse
Joan. 4. 24. enim orat in spiritu & veritate, qui orat in pace Ecclesiæ, non in illo templo, ubi figura erat.....

Hujus ergo templi vox est in Psalmo. In hoc templo, ut dixi, rogatur Deus, & exaudit in spiritu & veritate ; non in illo corporali. Nam illic umbra erat, in qua demonstraretur quod venturum erat. Ideo illud jam cecidit. Cecidit ergo domus orationis nostræ ? Absit. Non enim illud templum quod cecidit potuit dici domus, orationis, de qua di-
Matth. 21. 13. ctum est, Domus mea domus orationis vocabitur omnibus gentibus..... Hoc autem templum Dei, hoc corpus Christi, hæc congregatio fidelium unam vocem habet, & tamquam unus homo cantat in Psalmo. Ejus vocem jam in multis Psalmis audivimus, audiamus & in ista. Si volumus, nostra vox est ; si volumus, aure audimus cantantem, & non corde cantamus. Si autem nolumus, erimus in illo templo tamquam ementes & vendentes, id est, nostra quærentes. Intramus Ecclesiam, non ad ea quæ placent oculis Dei. Viderit ergo in numero vestro quis quomodo audiat, utrum audiat & irrideat, utrum autem & post se ponat, utrum audiat & consonet, id est, sentiat hic vocem suam, & adjungat vocem cordis sui voci Psalmi hujus. Tamen vox Psalmi hujus non taceat, instruantur qui possunt, immo qui volunt ; qui nolunt non impediant. Commendetur nobis humilitas, inde cœpit ?

Vers. 1. *Domine non est exaltatum cor meum neque in altum elati sunt oculi mei, neque ingressus sum in magnis, neque in mirabilibus super me.* Hoc planius dicatur, & audiatur, Non fui superbus, nolui quasi in mirabilibus innotescere hominibus ; nec quæsivi aliquid supra vires meas, unde me apud imperitos jactarem. Intendat
Act. 8. 18. Charitas vestra : magna res commendatur. Quomodo Simon ille magus in mirabilibus ingredi volebat super se, propterea plus illum delectavit potentia Apostolorum, quam justitia Christianorum. At ubi vidit per manus impositionem Apostolorum & per orationes eorum Deum dare fidelibus Spiritum-sanctum, & quia tunc per miraculum demonstrabatur adventus Spiritus-sancti, ut linguis loquerentur, quas non didicerant, omnes super quos
Ibidem. veniebat Spiritus-sanctus..... Cum ergo hoc videret Simon, voluit talia facere, non talis esse. Et nostis quia etiam pecunia putavit comparandum Spiritum-sanctum. Erat ergo de talibus, qui in templum intrant ad emendum & vendendum : emere volebat, quod vendere disponebat.....

Ergo sunt homines, quos delectat miraculum facere, & ab eis qui profecerunt in Ecclesia miraculum exigunt ; & ipsi qui quasi profecisse sibi videntur, talia volunt facere, & putant se ad Deum non pertinere si non fecerint. Dominus autem Deus noster, qui novit quid cui tribuat, & ut servetur compago corporis in pace, alloquitur Ecclesiam per Apostolum : Non potest dicere oculus manui, O-
1. Cor. 12. 21. pus te non habeo ; aut iterum caput pedibus, Opus vobis non habeo : Si totum corpus oculus, ubi auditus ? Si totum corpus auditus, ubi odoratus ? Ergo in membris nostris videtis, Fratres, quomodo singula officium suum habeant membra. Oculus videt, & non audit ; auris audit, & non videt ; manus operatur, nec audit, nec videt ; pes ambulat, nec audit, nec videt, nec facit quod manus. Sed in uno corpore si sit sanitas, & non adversum se litigent membra, auris videt in oculo, oculus audit in aure : nec objici potest auri quod non videt, ut dicatur ei, Nihil es, minor es ; numquid videre & discernere colores potes, quod facit oculus ? Respondet enim auris de pace corporis, & dicit, ibi sum ubi est oculus, in eo corpore sum ; in me non video, in illo cum quo sum video.... Sic ergo, Fratres, quisquis in corpore Christi non potest resuscitare mortuum, non illud quæret, sed quærat ne discordet in corpore : quomodo si auris quærat videre discordare potest. Nam quod non accepit, non potest facere. Sed si ei objectum fuerit & dictum, Si justus esses, resuscitares mortuum, quomodo resuscitavit Petrus. In Christo enim majora videntur feciſſe Apostoli, quam ipse Domi-
Joan. 14. 12. nus. Sed unde fieri potest, ut plus valeant sarmenta, quam radix ? Quomodo autem quasi majora videntur feciſſe illi quam ille ? Ad vocem Domini surrexerunt mortui, ad umbram transeuntis Petri surrexit mortuus. Majus hoc videtur, quam illud.
Act. 5. 15. Sed Christus facere sine Petro poterat, Petrus nisi in Christo non poterat : Quia sine me inquit nihil potestis facere. Cum ergo hoc
Joan. 15. 3. audierit homo qui proficit, quasi objectam calumniam ab ignaris paganis, ab hominibus nescientibus quid loquantur ; in compage corporis Christi respondeat, & dicat, Qui dicis, Non es justus, quia non facis miracula ; pos-
1. Cor. 12. 15. 16. &c. ses & auri dicere, Non es in corpore, quia non vides. Faceres, inquit, & tu, sicut & Petrus fecit. Sed Petrus & mihi fecit ; quia in eo corpore sum, in quo Petrus fecit : in illo quod potest possum, a quo divisus non sum : quod minus possum, compatitur mihi ; & quod plus potest, congaudeo illi. Ipse Dominus de super clamavit pro corpore suo, Saule, Saule, quid me persequeris ? Et ipsum
Act. 9. 4. nemo tangebat, sed pro corpore in terra laborante caput de cælo clamabat.

Si ergo, Fratres, unusquisque quod potest juste egerit, & in eo quod alius plus potest, non inviderit, sed congratulatus fuerit tamquam in uno corpore cum eo constitutus, pertinet ad eum vox ista Psalmi, *Domine non est exaltatum cor meum, neque in alium elati sunt oculi mei ; neque ingressus sum in magnis, ne-*

que

que in mirabilibus ſuper me. Quod enim exceſſit vires meas, ait, non quæſivi; non ibi me extendi, nolui ibi magnificari. Nam iſta exaltatio de abundantia gratiarum quam ſit timenda, ne quis de dono Dei ſuperbiat, ſed magis ſervet humilitatem, & faciat quod ſcriptum eſt, *Eccl.3.20.* Quanto magnus es, tanto humilia te in omnibus, & coram Deo invenies gratiam. Quam ergo timenda ſit ſuperbia de dono Dei, etiam atque etiam commendandum eſt Charitati veſtræ. Paulus apoſtolus quamvis ex perſecutore factus ſit prædicator, abundantiorem gratiam conſecutus eſt in omni labore Apoſtolico, quam ceteri *2.Cor.12.7* Apoſtoli: ut magis Deus oſtenderet ſuum eſſe quod dat, non hominis..... Cum ergo eſſet magnæ gratiæ, & magna dona meruiſſet a Deo, quid dicit quodam loco? Propter magnitudinem „ revelationum ne extollar. Intendite, rem tre„ mendam vobis dico: Propter magnitudinem, „ inquit, revelationum ne extollar, datus eſt „ mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ, „ qui me colaphizet. Quid eſt hoc, Fratres? Ne extolleretur tamquam juvenis, colaphizabatur tamquam puer. Et a quo? Ab angelo ſatanæ..... Sic ergo ille angelus ſatanæ quaſi libenter permiſſus eſt colaphizare Apoſtolum, ſed tamen Apoſtolus curabatur. Et quia illud quod medicus appoſuerat moleſtum erat infirmo; rogavit medicum ut auferret. Quomodo cum medicus apponit viſceribus aliquod forte epithema moleſtum & ardens, unde tamen curandus eſt ille cujus viſcera tumebant; cum ille ardere cœperit & cruciari medicamento, rogat medicum ut auferat: medicus autem conſolatur, monet eum patientiam, quia novit quam utile ſit quod *2.Cor.12.* „ appoſuit. Ita & Apoſtolus ſequitur & dicit, *7. &c.* „ cum dixiſſet, Datus eſt mihi ſtimulus carnis „ meæ, angelus ſatanæ, qui me colaphizet.... „ Propter quod ter Dominum rogavit, ait, ut au„ ferret eum a me. Hoc eſt dicere, Rogavi medicum ut auferret a me moleſtum epithema, quod „ mihi appoſuerat. Sed audi vocem medici: Et „ dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam vir„ tus in infirmitate perficitur. Ego novi quid appoſuerim, ego novi unde ægrotes, ego novi unde ſaneris.

Si ergo, Chariſſimi, potuit Paulus apoſtolus extolli magnitudine revelationum, niſi acciperet angelum ſatanæ qui ſe colaphizaret, quis de ſe poſſit eſſe ſecurus? Tutius videtur ambulare qui minus accepit, ſed ſi non perverſe quærat quod recte non accepit: quærat ſine quo non poteſt eſſe in corpore Chriſti, aut ſine quo male eſt illic. Tutior eſt enim in corpore digitus ſanus, quam lippiens oculus.... Non ergo quærat quiſque in corpore Chriſti niſi ſanitatem. Secundum ſanitatem habeat fidem; ex fide mundatur cor ejus, ex mundatione cordis videbit illam faciem *Matt.5.8.* de qua dictum eſt, Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt. Et qui fecit miracula, & qui non fecit miracula in corpore Chriſti, non debet gaudere, niſi de facie Dei. Redierunt Apoſtoli, & dixerunt Domino, cum *Luc.10.17.* „ miſſi eſſent a Domino, Ecce, Domine in no„ mine tuo etiam dæmonia nobis ſubjecta ſunt. Vidit Dominus quod tentaret eos ſuperbia ex potentia miraculorum; & ille qui medicus venerat ſanare tumores noſtros, & ferre infirmi*Ibid. 20.* „ tates noſtras, continuo ait, Nolite in hoc „ gaudere, quia dæmonia vobis ſubjecta ſunt; „ ſed gaudete quia nomina veſtra ſcripta ſunt „ in cælis. Non eos voluit gaudere ex eo quod proprium habebant, ſed ex eo quod cum ceteris ſalutem tenebant. Inde voluit gaudere Apoſtolos, unde gaudes & tu. Intendat Charitas Veſtra. Nullus fidelis habet ſpem, ſi nomen ejus non eſt ſcriptum in cælo. Omnium fidelium qui diligunt Chriſtum, qui ambulant vitam ejus humiliter, quam ipſe docuit humilis, nomina ſcripta ſunt in cælo. Cujuſvis contemptibilis in Eccleſia, qui credit in Chriſtum, & diligit Chriſtum, & amat pacem Chriſti, nomen ſcriptum eſt in cælo; cujuslibet quem contemnis. Et quid ſimile ipſi & Apoſtolis, qui tanta miracula fecerunt? Et tamen Apoſtoli reprimuntur ex eo quod de bono proprio gaudebant, & jubentur hinc gaudere, unde gaudet & ille contemptibilis.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum CXXXVIII. v. 12. n. 16. & 17.

ET nox tamquam dies illuminabitur. Nox tamquam dies: dies nobis proſperitas ſæculi, nox nobis adverſitas ſæculi: ſed ſi cogno- *Verſ. 12.* ſcamus merito peccatorum noſtrorum nos adverſitates pati, & dulcia nobis ſint flagella Patris, ne ſit amara ſententia judicis; ſic habebimus tenebras noctis hujus, quomodo lumen noctis hujus. Si nox eſt, quomodo ibi lux eſt? Non eſt, quia erratur hic a genere humano. Non eſt, quia nondum venimus ad illum diem, quem non coartat heſternus & craſtinus; ſed eſt dies perpetuus, ſine ortu, quia ſine occaſu. Nox eſt ergo hic: ſed quamdam lucem ſuam nox iſta habet, & tenebras ſuas. Quare ſit generaliter nox diximus: quæ eſt lux noctis hujus. Proſperitas & felicitas ſæculi hujus, gaudium temporale, honor temporalis, quaſi lux eſt noctis hujus. Adverſitas autem & amaritudo tribulationum vel ignobilitas, tamquam tenebræ ſunt noctis hujus. In hac nocte, in hac mortalitate vitæ humanæ habent homines lucem, habent homines tenebras, lucem proſperitatem, tenebras adverſitatem. Sed ubi venerit Chriſtus Dominus, & habitaverit animam per fidem, & promiſerit aliam lucem, & inſpiraverit & donaverit patientiam, & monuerit hominem non delectari proſperis, ne frangatur adverſis: incipit homo fidelis indifferenter uti mundo iſto, nec extolli quando res proſperæ accidunt, nec frangi quando res adverſæ ſunt, ſed ubique Dominum benedicere; non ſolum quando abundat, ſed etiam quando amittit; non ſolum quando ſanus eſt, ſed etiam quando ægrotat; ut ſit in illo vera illa cantatio, Benedicam Dominum in omni tem- *Pſal.33.2.* pore, ſemper laus ejus in ore meo. Si ergo ſemper, & quando lucet nox iſta, & quando obſcura eſt nox iſta; quando arridet proſperitas, quando triſtis eſt adverſitas, ſemper ſit laus ejus in ore tuo: & fiet tibi quod modo dictum eſt, *Sicut tenebræ ejus, ſic & lumen ejus*. Non *Item v.12* me conculcant tenebræ ejus, quia non extollit lumen ejus.

Ecce habes lumen ipſius in Job: abundabat omnibus rebus. Lux noctis in illius divitiis prima deſcribitur. Quantis rebus & quanta copia redundabat, lux erat noctis ejus. Putavit inimicus propterea illum talem virum colere Deum, quia illa omnia donaverat ei; & petivit ut auferrentur ab eo. Factæ ſunt tenebræ noctis illius, quæ primo habebat lucem. Noverat tamen

men ille, sive lux ibi esset, sive tenebræ, illam noctem esse, in qua peregrinaretur a Deo suo; & habebat interiorem lucem ipsum Deum suum, per quam lucem interiorem indifferenter haberet sive tenebras noctis illius, sive lucem. Propterea quia in luce noctis illius, ideſt, in rerum abundantia colebat Deum, ablatis illi omnibus rebus postea quam factæ sunt tenebræ illius, quid
Job. 1. 21. dixit ille? Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit ita factum est: sit nomen Domini benedictum. In nocte sum quadam vitæ hujus: Dominus meus, inquit habitat cor meum, illuminavit mihi solatiis quibusdam noctem istam, quando dedit copias rerum temporalium: subtraxit ipsam lucem temporalem, & quasi tenebrata est nox. Sed quia, *Sicut tenebræ ejus, sic & lumen ejus*: Dominus dedit, Dominus abstulit; sicut Domino placuit, ita factum est: sit nomen Domini benedictum. Non sum tristis in nocte hac; quia, *Sicut tenebræ ejus, sic & lumen ejus*. Utrumque transit, ut qui gaudent tamquam non gaudentes sint, & qui flent, tamquam non
1. Cor. 7. 30. flentes sint: quia, *Sicut tenebræ ejus, sic & lumen ejus*.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum CXXXIX. V. 7. n. 10. & 11.

Verſ. 7. *Percipe auribus, Domine, vocem deprecationis meæ*. Simplex quidem sententia est, & facilis ad intelligendum: sed tamen delectat forte cogitare, quare non dixerit, Percipe auribus deprecationem meam, sed velut evidentius exprimens affectum animi sui, ait, *vocem deprecationis meæ*, vitam deprecationis meæ, animam deprecationis meæ, non quod sonat in verbis meis, sed unde vivunt verba mea: Ceteri enim strepitus sine anima, soni dici possunt, voces non possunt. Vox proprie animatorum est, vivorum est. Quam multi autem deprecantur Deum, & non sentiunt Deum, nec bene cogitant de Deo? Sonum deprecationis habere possunt, vocem non possunt; quia vita ibi non est. Hujus qui vivebat, quia Deum suum intelligebat; & a quo liberaretur videbat, & a quibus liberaretur sentiebat, ipsa erat vox deprecationis ejus.

Verſ. 8. Ipsam commendans auribus Dei dicat, *Domine, Domine*. Tu Domine, Domine, ideſt, tu verissime Domine, non quales domini homines, non quales domini, qui emunt saccello: sed qualis Dominus qui emit sanguine. *Domine, Domine, virtus salutis meæ*, ideſt, qui das vires salutis meæ. Quid sibi vult, *virtus salutis meæ?* Conquerebatur de scandalis & insidiis peccatorum, de circumlatrantibus, & circuminsidiantibus malignis hominibus, vasis diaboli, de superbis invidentibus justis, inter quales necesse est vitam ducere, cum hic vivimus in peregrinatio-
Matth. 24. 12. ne nostra hac. Talia vero scandala abundantia „ futura Dominus prædixit, & ait, Abundabit „ iniquitas, & quoniam abundabit iniquitas, re„ frigescet charitas multorum. Sed adjunxit sta„ tim solatium: Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Attendit iste, & timuit, abundantia iniquitatum turbatus respexit spem: quia qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Extendit se perseverare, & vidit longam viam; & quia perseverare magnum est & difficile, ipsum oravit ad perfectionem perseverantiæ suæ, a quo illi jussum est ut perseveraret. Certe salvus ero, si perseveraro usque in finem: sed perseverantia ad virtutem pertinet, ut merear salutem: tu es virtus salutis meæ, ut me facis perseverare, ut perveniam ad salutem. *Domine, Domine, virtus salutis meæ*. Et unde spero, quia tu es virtus salutis meæ? *Obumbrasti super caput meum in die belli*. Ecce modo adhuc pugno, pugno foris contra fictos bonos, pugno intus contra concupiscentias meas: quo- *Rom 7. 23. &c.*
„ niam video aliam legem in membris meis re„ pugnantem legi mentis meæ, & captivum me „ ducentem in lege peccati, quæ est membris „ meis. Miser ego homo, quis me liberabit de „ corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum. Igitur laborans in hoc bello, respexit ad gratiam Dei: & quia jam cœperat æstuare & arescere, tamquam umbram invenit sub qua viveret. *Obumbrasti super caput meum in die belli*: ideſt, in æstu, ne fatigarer, ne arescerem.

Ex eadem enarratione in Psalmumum CXXXIX. verſ. 11. num. 14.

Verſ. 11. *Decident super eos carbones ignis in terra, & dejicies eos*. Quid est, *in terra*? Hic adhuc in hac vita *supra illos decident carbones ignis, & dejicies eos*. Qui sunt carbones ignis? Novimus istos carbones. An alii sunt isti, & alii illi de quibus dicturi sumus? Istos enim video ad pœnam valere: illos autem, quos commemoraturus sum, ad salutem. Dictum est enim de quibusdam carbonibus, cum homo peteret adver- *Pſ. 119. 9.*
sum linguam subdolam auxilium: Quid detur tibi, aut quid adjicietur tibi ad linguam subdolam? Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus vastatoriis: ideſt, verba Dei cor transfigentia, & vetustatem perimentia amoremque gignentia, & exempla hominum qui mortui erant & revixerunt, & nigri erant & fulgentes effecti sunt. Carbones enim tenebræ sunt, color indicat. Sed cum ad eos accesserit flamma charitatis, & ex mortuis revixerint, audiant ab Apostolo. Fuistis *Epheſ. 5. 8.*
enim aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Ipsi sunt carbones, Fratres, quos intuemur, quando volumus mutare vitam transfixi sagitta Dei, & impediunt nos malæ linguæ hominum, de qualibus hic modo querebatur, & volunt seducere a via veritatis, potiusque inducere ad errores suos, & dicere nobis, quia si professi fuerimus, non implebimus. Attendimus carbones illos. Qui erat heri ebriosus, hodie sobrius est: qui erat heri adulter, hodie castus est; qui erat heri raptor, hodie largitor. Omnes isti carbones ignis sunt. Accedunt exempla carbonum ad vulnus sagittarum: (Non enim timeam dicere vulnus, cum clamet ipsa sponsa, Vulnerata charitate ego sum:) & fit ibi vastatio scœni, propter quod & dicuntur carbones vastatorii. Vastatur scœnum, sed purgatur aurum: & mutat homo ex morte vitam, & incipit esse etiam ipse carbo flagrans: qualis carbo erat Apostolus, *1. Tim. 1. 13.*
qui prius fuit persecutor & blasphemus & injuriosus, niger & extinctus: misericordiam vero consecutus, accensus est de cœlo; vox Christi accendit illum: periit in eo tota nigritudo, cœpit fervens spiritu, quo accendebatur, accedere: Tales ergo & hic intellecturi sumus carbones ignis, qui cadunt super istos malos, & dejiciunt illos? Plane non prohibemur hunc habere intel- *Cant. 2. 5. ſec. LXX.*
lectum.

lectum. Video hic nobis eluceſcere non improbabilem & irreprehenſibilem ſententiam. Intelligo illos carbones cadere ſuper iſtos, ut dejiciantur. In alios veniunt, ut accendantur, in alios,
2.Cor.2.16. ut dejiciantur. Ipſe enim carbo dicebat, Quibuſdam ſumus odor mortis in mortem, quibuſdam ſumus odor vitæ in vitam. Vident enim juſtos flammantes ſpiritu, candentes luce, & eis invidendo cadunt: hoc eſt quod ſupervenient illis carbones ignis in terra & dejicientur. Quid eſt, *in terra*? Adhuc hic ſunt in hac vita, excepta illa pœna, quæ ſervatur impiis, carbones iſti illos dejiciunt, antè quam veniat ignis æternus.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum CXLI. verſ. 5. num. 11.

Verſ. 5. PEriit *fuga a me*. Tamquam circumcluſum ſe dicit. *Periit fuga a me*. Inſultent perſecutores, oppreſſus eſt, captus eſt, circumcluſus eſt, victus eſt, periit fuga ab illo. Ab illo periit fuga, qui non fugit. Qui autem non fugit, patitur quidquid poteſt per Chriſto, id eſt, non fugit animo. Nam corpore fugere licet, conceſſum
Matth. 10. 23. eſt, permiſſum eſt, Domino dicente, Si vos perſecuti fuerint in una civitate fugite in aliam. Qui ergo non fugit animo, periit ab illo fuga. Sed intereſt quare non fugiat, quia circumcluſus eſt, quia captus eſt, an quia fortis eſt. Et a capto enim periit fuga, & a forti periit fuga. Quæ ergo fuga cavenda eſt? quæ fuga a nobis pereat?
Joan.10.11. „ De qua Dominus dicit in Evangelio, Quia paſtor bonus animam ſuam ponit pro ovibus ſuis: „ mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cum „ viderit lupum venientem, fugit. Cum viderit „ prædonem, quare fugit? Quia non eſt ei cura de ovibus, Talis fuga ab iſto pereat, ſive ab ipſius capitis perſona accipiamus. hanc vocem illius Chriſti Domini, qui pro omnibus mortuus eſt; ſive a membris ejus Martyribus noſtris,
1.Joan.3.16. quia & ipſi pro fratribus paſſi ſunt. Audi Joannem dicentem, Sicut enim ille animam ſuam pro nobis poſuit, ſic & nos debemus animas pro fratribus ponere. Sed cum illi ponunt, Chriſtus ponit: quia cum illi patiuntur perſecutionem,
Act. 9. 4. ipſe clamat. Quid me perſequeris? *Periit fuga a me, & non eſt qui exquirat animam meam*. Ergo non eſt qui exquirat animam ipſius. Videt homines velle fævire in necem ſuam, velle effundere ſanguinem ipſius, quomodo non eſt qui requirat animam ejus? Et hoc duobus modis accipitur. Quomodo perire fugam accipitur duobus modis, quia & a capto & a forti perit fuga: ſic duobus modis quæritur anima hominis, aut a perſecutoribus, aut a dilectoribus. Ita ergo, *Non eſt qui requirat animam meam*. de illis dixit, Certe perſequuntur animam meam, & non quærunt animam meam. Si autem requirant animam meam, invenient inhærentem tibi: & ſi norunt eam quærere, norunt & imitari. Nam ut noveritis quæri animam hominis, & a perſecutoribus, inde alibi dicitur; Confundan-
Pſ. 39. 15. tur, & revereantur, qui quærunt animam meam.

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum CXLII. ℣. 9. n. 16.

Verſ. 9. Gen. 5. 8. EXime *me de inimicis meis, Domine, quia ad te confugi*. Qui aliquando a te fugi, *ad te confugi*. Fugit enim Adam a facie Dei, & abſcondit ſe inter ligna paradiſi, ut de illo
Job. 7. 2. ſec. LXX. diceretur in libro Job, Tamquam ſervus fugiens dominum ſuum, & conſecutus umbram. Fugit a facie Domini ſui, & conſecutus umbram: ad umbram enim fugit inter ligna paradiſi. Væ ſi per-
Sap. 5. 9. manſerit in umbra, ne poſtea dicatur, Tranſierunt omnia tamquam umbra. *Exime me de ini-*
Epheſ 6.12. *micis meis*. Non ego hic inimicos homines cogito. Non eſt nobis colluctatio adverſus carnem & ſanguinem, ſed adverſus quos? Adverſus prin„ cipes & poteſtates, rectores mundi. Cujus mundi? Non enim cæli & terræ: non enim regunt quod non fecerunt. Rectores mundi: ſed cujus mundi? Tenebrarum harum. Quarum te-
Epheſ. 5. 8. „ nebrarum? Utique iniquorum. Fuiſtis enim ali-
Epheſ. 6. 12. „ quando tenebræ, nunc autem lux in Domino. Rectores mundi, tenebrarum harum, rectores iniquorum: contra hos habetis luctamen. Magnum prœlium vobis eſt, hoſtem non videre, ſed vincere. Adverſus rectores mundi, tenebrarum harum, diabolum ſcilicet & angelos ejus: non illius mundi rectores, de quo dicitur, Et mundus per eum factus eſt; ſed illius mundi, de quo di-
Joan. 1. 10. citur, Et mundus eum non cognovit. *Exime me de inimicis meis, Domine, quia ad te confugi*. *De inimicis meis*, non Juda, ſed qui implevit Judam. Illum patior viſum, illum expugno non viſum. Accepit enim bucellam Judas, & intravit in
Joan. 13. 27. eum ſatanas: ut iſte David perſecutionem pateretur a filio ſuo. Quam multos Judas implet ſatanas, indigne accipientes buccellam ad judicium „ ſuum? Qui enim manducat & bibit indigne ju-
1.Cor.11 29. „ cium ſibi manducat & bibit. Non malum eſt quod datur, ſed bonum malo in judicium datur. Bene eſſe non poteſt male accipienti quod bonum eſt. Ergo, *Exime me de inimicis meis, Domine, quia ad te confugi*. Quo enim fugerem? Quo „ ibo a ſpiritu tuo? Si aſcendero in cælum, tu „ ibi es: ſi deſcendero in infernum, ades. Quid
Pſal. 138. 7. &c. „ ergo reſtat? Si aſſumſero pennas meas ut colum„ ba, & volabo in extrema maris; id eſt, ut ſpe „ habitem in finem ſæculi. Etenim illuc manus „ tua deducet me, & perducet me dextera tua. *Exime me de inimicis meis, quoniam ad te confugi, Domine.*

Ex enarratione ejuſdem in Pſalmum CXLIII. verſ. 1. num. 3. & 4.

Verſ. 1. BEnedictus *Dominus Deus meus qui docet manus meas in prœlium, digitos meos ad bellum*. Vox noſtra eſt, ſi corpus Chriſti nos ſumus. Benedicamus Dominum Deum noſtrum, *qui docet manus noſtras in prœlium, digitos noſtros ad bellum*. Repetito ſententiæ videtur: quod eſt, *manus noſtras in prœlium*, hoc eſt *digitos noſtros ad bellum*. An aliquid intereſt inter manus & digitos? Digitis utique operantur & manus. Non itaque abſurde accipimus digitos pro manibus poſitos. Verumtamen in digitis agnoſcimus diviſionem operationis, * & tamen radicem unitatis. Vide illam * Forte leg. & in manu radicem unitatis. gratiam: dicit Apoſtolus, Alii quidem per Spiri„ tum datur ſermo ſapientiæ, alii ſermo ſcientiæ „ ſecundum eumdem Spiritum, alii fides in eo-
1.Cor.12.8. &c. „ dem Spiritu, alii donationes curationum in uno „ Spiritu, alii genera linguarum, alii prophetia, „ alii dijudicatio ſpirituum. Omnia autem hæc „ operatur unus atque idem Spiritus, dividens „ propria unicuique prout vult. Alii illud, alii

„ hoc:

„ hoc : divisiones sunt operationis. Omnia hæc operatur unus atque idem Spiritus : radix est unitatis. His ergo armis pugnat corpus Christi, procedens in bellum, procedens in prœlium.

Jam prœliorum & bellorum genera commemorare fortasse longum est, & gerere facilius quam explicare. Habemus unum bellum quod commemorat Apostolus : Non est vobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, id est, adversus homines a quibus videmini pati molestias, non adversus ipsos pugnatis, sed adversus principes & potestates, & rectores mundi. Et ne intelligeres mundi, cœli & terræ, ostendit quid diceret : Tenebrarum, inquit, harum. Mundi scilicet, non qui per ipsum factus est ; quia, Et mundus per „ eum factus est : sed mundi qui eum non co„ gnovit ; quia, Et mundus eum non cognovit. Hæ tenebræ non sunt natura, sed voluntate. Anima enim per semetipsam non lucet : quia humiliter & veraciter cantat, Tu illuminabis lucernam „ meam, Domine, Deus meus illumina tenebras „ meas. Et, Apud te, inquit, fons vitæ, in lumine tuo videbimus lumen : non in lumine nostro, sed in lumine tuo. Nam & oculi nostri lumina vocantur : & tamen lux extrinsecus si desit, etiam sani & patentes, in tenebris remanebunt. Ergo bellum gerimus adversus rectores tenebrarum harum, rectores scilicet infidelium, diabolum & angelos ejus, rectores gladii ejus, de quo pugnat diabolus adversus fideles. Sed quomodo Goliæ prostrato tollitur gladius, ut ipsi Goliæ caput de gladio suo amputetur ; ita cum credunt „ ipsi infideles, dicitur eis, Fuistis aliquando te„ nebræ, nunc autem lux in Domino. Pugnastis de manu Goliæ, jam in manu Christi tollite caput Goliæ.

Ephes. 6. 12.

Joan. 1. 10.

Psal. 17. 29.

Psal. 35. 10.

1. Reg. 17. 51.

Ephes. 5. 8.

Ex enarratione ejusdem in Psalmum CXLIV. vers. 2. num. 4.

Psal. 33. 2.

BReve magisterium est, ut semper laudes Deum, veroque corde, non falso dicas, Benedicam „ Dominum in omni tempore, semper laus ejus „ erit in ore meo. Breve magisterium est, scilicet ut noveris eum misericorditer dare cum dat, misericorditer auferre cum tollit, nec te credas a misericordia ejus derelinqui, qui tibi aut blanditur dando, ne deficias ; aut corripit exsultantem, ne pereas. Sive ergo in ejus donis, sive in ejus flagellis, lauda tu. Laus flagellantis, medicina est

Vers. 2. vulneris. *Per singulos*, inquit, *dies benedicam te*. Prorsus per singulos dies, Fratres, benedicite : omnino quidquid acciderit, benedicite Deum. Etenim ne accidat aliquid, quod ferre non potestis, ipse facit. Ideo cum timore debes esse, quando tibi bene est, neque te ad hoc parare, quasi ut numquam tenteris. Si enim numquam tentaris, numquam probaris. Nonne melius est tentari & probari, quam non tentatum reprobari? *Et laudabo nomen tuum in sæculum & in sæculum sæculi.*

Ex eadem enarratione in Psalmum CXLIV. vers. 13. num. 17.

Vers. 13. FIdelis Dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis. Fidelis Dominus in verbis suis : Quid enim promisit, & non dedit? *Fidelis Dominus in verbis suis*. Possemus illi credere tantummodo dicenti : noluit sibi credi dicenti, sed voluit teneri Scripturam suam : quomodo si diceres alicui homini, cum aliquid promitteres, Non mihi credis, ecce scribo tibi. Etenim quia generatio vadit, & generatio venit, & sic transeurrunt ista sæcula credentibus succedentibusque mortalibus, Scriptura Dei manere debuit, & quoddam chirographum Dei, quod omnes transeuntes legerent, & viam promissionis ejus tenerent. Et quanta sunt quæ reddidit ex isto chirographo? Dubitant homines credere illi de resurrectione mortuorum, & de futuro sæculo, quod solum jam reddendum restat, quando si faciat rationem cum infidelibus, erubescunt infideles? Si dicat tibi Deus, Chirographum meum tenes, judicium promisi, diremptionem bonorum & malorum, regnum sempiternum fidelibus, & non vis credere? Ibi in chirographo meo lege omnia quæ promisi, dedue mecum rationem : certe vel computando quæ reddidi, potes me credere redditurum esse quod debeo. In ipso chirographo habes promissum unicum Filium, cui non peperci, sed pro vobis omnibus tradidi eum : jam computa in redditis. Lege chirographum : promisit pignus Spiritus-sancti me daturum per Filium meum ; computa redditum. Promisit ibi sanguinem & coronas Martyrum gloriosissimorum ; computa redditum : admoneat te * Massa redditi debiti mei. Sed & hæc gloria Martyrum ut redderetur, tibi promissa in chirographo, ubi scriptum est, Propter te mor„ tificamur tota die ; ut hoc redderetur, Fre„ muerunt gentes, & populi meditati sunt ina„ nia, adstiterunt reges terræ, & principes con„ venerunt in unum, adversus Dominum & ad„ versus Christum ejus. Principes convenerunt „ in unum, conspirantes adversus Christianos. Quid, ipsorum regum fidem, nonne & promisi in chirographo, & reddidi in effectu? Attende ubi promisi : Adorabunt eum omnes re„ ges terræ, omnes gentes servient illi. Ingrate, legis debitum cernis redditum, non credis promissum? Lege aliud in chirographo meo : Quoniam fremuerunt gentes : Quoniam inimici mei dixerunt mala mihi, hoc est Christo, Quando morietur & peribit nomen ejus? Quoniam hæc omnia fecerunt atque dixerunt, lege quod promisi, cui me solvendo obstrinxi. Præ„ valebit Dominus adversus eos, & exterminabit omnes deos gentium terræ, & adorabunt „ unusquisque de loco suo. Nempe jam prævaluit, exterminavit omnes deos gentium terræ. Nonne & hoc facit, & hoc reddit? Ante oculos omnium ponit solutionem debitorum suorum : quædam reddidit sub majoribus nostris, quæ nos non vidimus ; quædam reddidit temporibus nostris, quæ illi non viderunt : per omnes generationes reddidit quæ scripta sunt. Et quid restat? Non ei creditur, his omnibus redditis? Quid restat? Ecce fecisti rationem, tanta reddidit : numquid propter pauca residua infidelis est factus? Ablit. Quare? Quia, *Fidelis Dominus in verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.*

Rom. 8. 32.

Act. 2. 2. &c.

* Massa candida dicti sunt Martyres apud Uticam passi : unde & Uticensis Massa candida apellabantur V. August in Ps. 49. n. 9. serm 109. de diversis, & serm. 115. c. 10.

Psal. 43. 22.

Psal. 2. 1.

Psal. 71. 11.

Psal. 2. 2.

Psal. 40. 6.

Sophon. 2. 11.

APPENDICIS FINIS.

SANCTI
ASTERII
EPISCOPI AMASEÆ
HOMILIÆ.

SANCTI
ASTERII
EPISCOPI AMASEÆ
HOMILIÆ.

SANCTI ASTERII EPISCOPI AMASEÆ HOMILIÆ.

HOMILIA.

In locum Evangelii ſecundum Lucam.

De Divite & Lazaro.

SALVATOR Noſter Deus odium vitiorum, ſtudiumque virtutum non ſolum vetando præcipiendoque mortalibus ingerit, ſed claris etiam exemplis certam inſtituendæ vitæ diſciplinam tradit, factiſque ſimul & verbis ad eam recte pieque degendam impellit. Ita hoc loco, quamvis alibi jam ſæpe Prophetarum, & Evangeliſtarum ore, ſed & ſuo declaraſſet, odio ſe habere ſuperbas & elatas opes; gratam autem humanitatem, paupertatemque cum juſtitia conjunctam, ut rationi robur ac firmamentum addat, efficacibus utitur exemplis, divitemque & egenum graphice deſcribit: & illius quidem ambitioſas voluptates, hujus autem afflictam ærumnoſamque vitam cum utriuſque exitu nobis ob oculos ponit, ut aliorum ex inſtituto vitæque genere, de noſtro ipſorum recte vereque judicare poſſimus. *Vir quidam erat dives, & induebatur purpura ac byſſo.* Luc. 16. v. 19. Hæc oratio duobus, & quidem brevibus verbis eos notat ac traducit, qui nec recte divitias habent, & ad inanes immodicoſque ſumptus abutuntur: nam & purpuræ color valde pretioſus eſt planeque ſupervacuus, & byſſi item uſus minime neceſſarius. His autem, qui vitam ſectantur moderatam ac frugi, proprium ac familiare eſt, cum rerum uſum neceſſitate metiri, tum inane vanæ gloriæ ſtudium fallaceмque voluptatem tanquam vitiorum parentem vitare. Sed enim, quo melius eorum, quæ dicuntur, vim ac robur intelligamus, primus veſtimentorum uſus inſpiciendus eſt, quam late pateat, & quos ei fines atque terminos temperantia præſcripſerit. Quid igitur juſtitiæ lex ait? Pecudem Deus creavit pelle bene comata ac denſis velleribus: his detonſis tunicam & pallium pertexi tibi cura, quo cum hiberni frigoris moleſtiam, tum ferventis radii noxam effugias. Quod ſi leviore per æſtatem anni veſte eges, uberiorem ad commoditatem uſum lini Deus dedit, unde tibi decorum in proclivi indumentum, quod ſimul & tegat, & levitate refrigeret. Et his cum perfrueris, Creatori gratiam habe, quod non modo nos creavit, verum etiam tutelæ & præſidiis vitæ proſpexit. Quod ſi pecoribus & lana relictis, neceſſarioque Creatoris apparatu inſtrumentoque contempto, vanis cogitationibus veſaniſque cupiditatibus in luxum effuſus & byſſum requiris, & Perſicorum ſtamina vermium colligis, unde evanida, ut ita dicam, araneæ tela contexatur: ſi præterea tinctorem ingenti mercede conducis, ut purpuram venatus maritimam ejus animalculi ſanguine veſtem inficiat, id vero hominis eſt immodice laſcivientis, quique rebus creatis abutatur, nec habeat ubi pecuniam ſuperfluentem effundat. Eoque non immerito talis ab Evangelio vapulat ac reprehenditur, tanquam mollis & effœminatus, cultumque & ornamenta miſerarum puellurarum mutuatus. Alii item reperiuntur ſimilis amantes vanitatis, magiſque etiam & plenius vitia exercentes, qui ne hic quidem ſtultæ ſolertiæ fines conſtituerunt; ſed inani quodam & ſupervacuo commento, quod artem pictoriam per ſtamen atque ſubtegmen imitatur, omniumque formas animalium in veſtibus exprimit, florida ac ſexcentis variegata figuris veſtimenta tum ſibi, tum uxoribus ac liberis comparant. Qui ſibi ludunt etiam alibi, nil uſquam ſedulo vel ſerio facientes, ſed per immodicas opes abutentes vita, non utentes, ipſique Paulo & divinis vocibus, non dictis, ſed factis adverſantes: nam quæ ille verbis præſcripſit, hæc iſti mordicus retinent, & ipſa re faciunt rata. Quandocumque igitur in publicum prodeunt, quaſi depicti parietes ab obviis aſpiciuntur. Quin etiam pueri circumſtant, ridentes inter ſeſe, digitiſque picturam in veſtibus commonſtrantes, & ad multum ſpatii proſequuntur, nec niſi ægre recedere & avelli poſſunt. Videre eſt illic leones, pantheras, urſos, tauros, canes, ſilvas, ſaxa, ac venatores, & omnia denique, circa quæ pictorum induſtria naturæ æmula verſatur. Neceſſe videlicet erat, ut videtur, parietes non ſolum atque domos exornari ac depingi; verum etiam tunicas & pallia iis ſuperjecta. Qui autem quæve de divitibus illis religioſiores, argumenta textoribus ex hiſtoria Evangelica collecta ſubminiſtrant: ipſum, inquam, Chriſtum noſtrum cum Diſcipulis omnibus, ac miracula quæque quemadmodum ibi narrantur. Videbis nuptias Galilææ & hydrias, paralyticum lectum bajulantem, cæcum qui luto curatur; mulierem quæ ſanguinis profluvio laborabat, fimbriam prehendentem; peccatricem ad pedes Jeſu accedentem, ac Lazarum e ſepulchro redivivum; & hæc dum faciunt, pie ſeſe facere, & veſtimenta Deo grata induere arbitrantur. At me quidem ſi audiant, iſtis divenditis, vivas Dei imagines colant. Chriſtum ne pinge (ſatis enim illi quod ſemel ad corpoream naturam aſſumendam cauſa ſe noſtra ſponte demiſit) ſed mente & intellectu Verbum incorporeum circumfer: in veſtibus paralyticum ne habe; ſed hominem infirmum ac projectum require: ne aſſidue mulierem ſanguinis profluvio laborantem ſpectandam propone; ſed viduæ afflictæ miſerere: ne peccatricem ad genua Domini prolapſam tam diligenter contuere, ſed tuorum aſpectu peccatorum contritus lacrymas uberes emitte. Pro effigie Lazari reſurgentis, idoneam in tuæ tempus reſurrectionis apologiam para. Cæcum in veſtibus depictum circumferre noli, ſed cæcum viventem beneficiis ſolare, poſthabitiſque reliquiarum cophinis, & hydriis illis Canæ Galilææ, eſurientibus cibum, ſitien-

sitientibus potum præbe. Et in his quidem nobis illa splendida ac superba divitis vestis profuerit. Neque vero cætera negligenda. Præter luxum enim in vestibus, purpuraque ac byſſo, opipare quotidie epulabatur. Paria autem ac gemina prorsus ista duo sunt inutili inanique circa vestes ambitione efferri, ventrique & gulæ per voluptatem ancillari. Luxus utique & deliciæ cum studio virtutis repugnant, tum socordiæ, profusioni, intemperantiæ, servilique prorsus consuetudini homines mancipant & addicunt. Et quamquam res una atque simplex videatur, si propius inspicias, & sigillatim examines, e varia multiplicique vitiorum colluvie conflata reperietur. Deliciari enim absque magnis facultatibus haud possis. Atqui divitias accumulare citra peccatum impossibile; nisi alicui, sicut Job (quod valde rarum) simul & ditescere & justitiam colere contigerit. Ante omnia autem ei, cui laute delicateque vivere propositum, domo opus est cultius extructa ac pretiosis calculis, lapillis atque auro, sponsarum instar, exornata; tum etiam ad mutationes temporum, annique tempestates bene accommodata. Commendatur enim hiberna quidem calida & ad Meridianum conversa solem, æstiva vero Septentrioni opposita, quo tenues illæ & frigidulæ ab Arcto spirantes auræ perflare eam, & permeare commode possint. Ad hæc stragula multi pretii veste est opus ad scamna, lectos, culcitras, januas: nam omnia apud hos tales, quamvis inanima, accurate vestiuntur, cum pauperibus interim hominibus integumenta corporis desint. Adde vasa argentea & aurea, sumptuosam emptionem avium Phasianarum, vinique Phœnicii, quod Tyriæ vites, etsi maxime pretiosum, divitibus affatim sufficiunt, omnemque adeo voluptatis atque deliciarum apparatum, ab ipsis illis qui usurpant, accurate recensendum. Nam adaugescens & exquisitior in dies luxus etiam Indica aromata cibis affundit; magisque jam coquis quam Medicis unguentarii serviunt. Quin in mensæ satellitium perpende structores, pincernas, dispensatores, & qui his præeunt, musicos, musicas, saltatriculas, tibicines, ridiculos, gnathones, parasitos, turbam vanitatis comitem atque pediſequam. Hæc ut habeantur, quot pauperes injuria afficiuntur? quot orphani pugnis cæduntur? quot viduis lacrymæ excutiuntur? quot denique misere dilaniati ad restim & laqueum decurrunt? Ejusmodi profecto mortalium anima quasi lethæa quadam aqua degustata, sui prorsus oblivisci tur; quæ & ipsa sit & cui conjuncta, quodque hæc copula aliquando solvetur, ac deinde, redivivo corpore, rursus integrabitur. At cum debitum tempus adveniet, & indeprecabile decretum corporis & animæ nexum dissolvet, reputatio subibit eorum, quæ in vita patrata sunt, & pœnitentia sera ac nihil profutura. Tunc enim demum pœnitentia prodest, cum pœnitens emendandi facultatem habet, sublata vero copia recte faciendi, inutilis est dolor, & irrita pœnitentia. *Erat autem quidam mendicus, nomine Lazarus.* Non tantum pauper hic describitur, usque necessariorum carens, sed etiam gravi invaletudine oppressus, atque corpore tabido diffluentique, sine lare & certa sede, incultus, horridus, & ad januam divitis projectus. Ad summam, cum cura ac Tragico fere cothurno pauperis miseriæ enarrantur, ut non miserantis sævities magis magisque notaretur & innotesceret. Nam is quem alterius inopia atque ægritudo commiseratione non tangit, fera sane est rationis expers, perperum humanam indutus formam, ipsamque naturam prava voluntate fallens, ac denique feris ipsis atque belluis immanior. Siquidem sues jugulata sue, sensu quodam doloris afficiuntur, & circa fusum recens sanguinem triste murmur edunt. Circumstant tauri cædem boves, miserabili dolorem mugitu designantes. Quin gruum quoque greges, cum una forte gregalium in casses incidit, captam circumvolitant, & lamentabili quodam aerem clangore complent, comitem suam & gregalem requirentes. Et hominem, ratione præditum animal, mansuetum & ad Dei similitudinem virtutis ac bonitatis capax, proximorum acerbi casus gravesque calamitates tam parum afficient ac movebunt? Jacebat itaque ærumnosus ille gratusque mendicus in magnis doloribus, pedum usu privatus (alioquin enim alastorem illum atque superbum declinasset, aliumque pro janua illa hospitum interfectrice & pauperibus semper occlusa locum delegisse) ac manibus etiam pene carens, neque palmam protendere valens ad rogandum: sed & præclusa habens ipsa vocis organa, stridulumque & asperum pectore sonum emittens: omnibus denique membris vel mutilus, vel captus, neque aliud quam quædam infœlicis morbi reliquiæ, & miserandum infirmitatis humanæ exemplum. Neque tamen miseriarum ille catalogus superbi mentem ad considerationem flexit. Præteribat hominem tanquam saxum, eo scelere semet obstringens, cui nullum omnino velum, aut prætextus. Neque enim ad expurgandum adducere potuit illa vulgaria ac speciosa; *Non noram, ignorabam, latuit me pauper cum rogaret*: quippe qui pro foribus jacens egredienti simul & intranti spectaculo fuerat: & quo prorsus indeprecabilis superbi damnatio redderetur, micas de mensa deciduas supplici voce petierat; neque tamen omnino quidquam impetrarat; sed, cum ille satietate dirumperetur, fame & inopia contabuerat. Quare par & æquum fuerat, Chananæam illam Phœnissam huic diviti hominum osori magistram adhiberi, quæque scripta sunt, ei referre: *Etiam catelli*, o alastor ac fastuose! *comedunt micas, quæ cadunt de mensa dominorum*; tu autem fratrem tuum atque proximum hoc munere non es dignatus. Imo canes ipsi cum cura alebantur: seorsum quidem ædium custodes, seorsum venatores, tectoque & strato; suis illis, & quasi peculiaribus attributis ministris digni habebantur; cum interim humi neglecta jaceret atque calcaretur Dei imago, quam, si cui Moyses idoneus ac fide dignus de generatione hominum auctor, propria manu finxit præstantissimus ille architectus atque conditor universi. Quod si igitur hunc loci narratio de Lazaro finem haberet, atque ita rerum natura ferret, ut hac vita tam diversa, tam inæquali, vitæ nostræ curriculum definiretur, alta sane & exerta voce conquererer, quod, cum pari dignatione creati simus, tam inæqualiter erga proximos & eadem stirpe prosatos nos geramus. Enimvero cum ea quæ restant, auditu præclara sint, qui superioribus aggemuisti, bonum deinceps animum habe, jamque disce compauperis beatitatem. Comperies enim justi Judicis exactum tribunal, ubi voluptarius ille ingemiscat ac ploret; mendico contra bene pulchreque sit, & condignum uterque præmium ferat. *Accidit autem ut moreretur mendicus, & deportaretur ab Angelis in sinum Abrahæ.* Vides pauperis ac justi famulos: vides migrationis tam felicis administros Angelos, inquam, ipsos comites atque satellites, hilariter & blande eum intuentes, ipsaque specie & ore malorum remissionem ac medelam jam instantem declarantes. Impositus est autem

Matth. 15. v. 27. Matth 7. v. 28.

Luc. 16. 2.

tem

tem ſinui Patriarchæ; quod quidem quæſtionis anſam & occaſionem iis præbet, qui magna cum animi voluptate profunda Scripturarum ſcrutantur. Nam ſi juſtorum quilibet in eundem hunc ab exceſſu locum deferretur, peramplum ſane & in infinitum parentem hunc ſinum ad omnem beatorum multitudinem capiendam eſſe oporteret. At ſi id omnino impoſſibile (ſinus enim quamvis cavus & capax vel unum ægre virum, infantes vix duos complectatur) cogitatio quædam ſubit, & per imaginem ſenſilis hujus ſinus ad rem intelligibilem, quaſi manu nos ducit. Quid enim eſt, quod Abrahamus eos recipere dicatur, qui bene recteque vitam inſtituerunt? Fare, age, divine Luca (nam velut præſentem te compellabo) quid cauſæ, quod cum multi juſtorum Abrahamo antiquiores fuerint, honorem hunc illis in ævo remotiori conſtitutis debitum, iſti præcipue adſignaris? Præteriiſti ſilentio Enoch, Noe, & alios horum poſteros & ſectatores. Verum intelligere jam mentem tuam videor; nec abit, ut opinor, extra ſcopum mea ratiocinatio. Cum enim Abrahamus Chriſtum Dominum ſumme coluerit, eique ſe Chriſtus præcipue ſupra alios mortales aperuerit ac revelarit, cum admirabile
Gen. 18. v. 2. Trinitatis myſterium, tribus Angelis ſpecie & habitu viatorum hoſpitio per ſenem exceptis, in ejus tabernaculo præclare nobis fuerit adumbratum: cum denique pateat e multis myſticis ænigmatis hunc virum familiarem fuiſſe Deo, qui multis poſt ſæculis palam cum hominibus ſub velo carnis verſatus eſt; his de cauſis ſinum ejus tranquillum quendam portum, & quietum ab omni fluctuum agitatione locum dicit. In Chriſto enim noſtrum omnium ſalus ac ſpes & expectatio futuri ſæculi, qui ſecundum ſeriem humanam e carne prodiit Abrahami. Atque adeo laus hujus ſenis atque decus ad Salvatorem relationem habere mihi videtur, qui de virtute cujuſque cognoſcit, debitamque mercedem retribuit, ac ſalutari illa voce juſtos compellat: *Venite benedicti Patris mei: poſſidete regnum vobis paratum. Accidit autem ut moreretur mendicus.* Duo circa pauperem hunc notantur, inopia nimirum, & humilitas atque modeſtia. Non eſt itaque quod pauper quilibet ac pannoſus virtutis laudem ſibi vindicet, aut egeſtatem ad ſalutem ipſi ſufficere exiſtimet. Nec enim univerſim laudatur quemcumque neceſſitas egere cogit; ſed hic demum in admiratione eſt, qui ſponte & decreto quodam animum in paupertate componit ac moderatur: illis autem qui moribus & ingenio pravo ſunt, omninoque corrigi non poſſunt, viaticum eſt ac mala multa ſacinora coacta paupertas. Et omnes equidem parietum profeſſores, plagiarios, graſſatores, fures, & homicidas ipſos, cum ad tribunal judicio ſiſterentur, inopes, egenos, ignobiles, ſine domo certiſque ſedibus vidi. Unde liquido conſtat, beatum hic pauperem illum prædicari, qui monte philoſophica laborem & ærumnam perfert, fortiterque & conſtanter adverſos tolerat caſus, ac nihil vel ſceleris vel flagitii molitur, ut carni per voluptatem atque delicias gratificetur. Quem ipſum apertius deſcribit Dominus in enumeratione beatorum, ubi primo loco dicit:
Matth. 5. v. 3. *Beati pauperes ſpiritu*: Non omnis igitur pauper
Matth. 25. v. 34. juſtus; ſed ille qui Lazari ſimilis: neque dives omnis damnatus; ſed ille qui vitam inſtituit quomodo Lazari æqualis, aliique reipſa vitæ hujus teſtes & imitatores. Quis enim cœleſti illo Jobo opulentior? Neque tamen eum nimia illa rerum omnium copia & affluentia aut a juſtitia aballenavit, aut, ut breviter dicam, a virtutis orbita demovit. Contra, quis Iſcariote Juda pauperior? Neque tamen vel minimum ad ſalutem ei profuit egeſtas; verum cum & undecim pauperibus ac Philoſophis, & ipſi Chriſto Domino, qui voluntariam cauſa noſtra paupertatem ſuſciperet, contubernio junctus eſſet, nimia cupiditate & avaritia abreptus, proditionis ſcelus molitus eſt. Operæ pretium autem erit, utriuſque elationem defuncti prudenter examinare. Pauper enim cum obdormiſſet, Angelos ipſos habuit comites ac miniſtros, a quibus ad locum requietis optimæ ſpei plenus deferretur; alter poſt mortem ſepultus eſt. Nihil enim ſatius quam ipſam afferre Scripturam, quæ vel uno verbo infamem divitis exitum ſatis declarat. Mortuus quippe peccator vere ſepelitur, quoniam corpore & animo juxta terreſtris eſt, ac naturalem hujus dignitatem conjunctione & ſympathia carnis ad ſordes fæceſque terrenas deorſum trahit, nullumque poſteritati profuturum vitæ ſuæ monumentum relinquens, ignobilique tectus oblivione, ſimilem pecudibus exitum ſortitur: nam & corpus ſepulchrum, & animam infernus habet; ac quaſi tenebroſi duo carceres pœnam ſceleſti, & ultionem patiuntur. Et quis, obſecro, miſerum & infelicem ſtultitiæ non incuſet? quæ quidem, dum inter homines ageret, magna ſpirabat, ſeſeque efferens, omnes qui cum ipſo verſarentur, deſpicatui habebat, & obvios quoſque tantum non formicas atque vermes ducebat, inani faſtu, fluxæque & fugacis opinione gloriæ plane diruptus; at vero cum ab hac vita avelleretur, & tanquam maſtigia ſpoliaretur alienis, quorum ſe Dominum per humanam amentiam eſſe crediderat, ad oppoſitam arrogantiæ delabitur humilitatem animique demiſſionem, & aviculæ lugentis inſtar lamentans, & multa fruſtra deblateraus, Patriarcham implorat, miſericordiamque precatur, quam ipſe non uſurpaverat, cum ei beneſaciendi facultas in manibus eſſet. Petit denique & flagitat, ut ipſe Lazarus auxiliator adverſus flammas & incendium adveniat, utque leproſi digitum in aquam intinctum ad lambere aliquantum ſibi detur. Talis nimirum ac tanta eorum ſtultitia, qui corporis hujus nimium amantes: hic exitus eorum, qui divitiarum deliciarumque ſupra modum ſtudioſi. Eoque ſapientem ac multum in poſterum proſpicientem hominem decet, medicamenti vicem ad morbos avertendos hanc parabolam habere: tum humanitate & miſericordia, tanquam futuræ vitæ conciliatricibus, malorum hujuſcemodi diſcrimina declinare. Dramatica enim hæc oratio ac certis attributa perſonis, quo per demonſtrationem ac vivas imagines bene vivendi legem edocti, ſacra monita ac præcepta nunquam aſpernemur, perinde quaſi verbis tantum terrorem incutiant, & inanes intra minas conſiſtant. Nec enim me fallit, multos mortales hujuſcemodi cogitationibus delinitos peccandi ſibi ipſis licentiam condonare. Verum alia nos omnia locus hic Scripturæ docet, ipſiuſque Patriarchæ teſtimonio nulla judicii ipſius pœnam venia levat, nulla decretam mitigat ultionem clementia. Nam etſi multis & miſerabilibus Patriarcham verbis dives obſecraſſet, nullis ille flecti potuit lamentis, ut graviſſimorum cruciatuum doloribus eum eximeret: ſed maturo conſilio juſtam ad hunc modum ſententiam confirmavit: Deus unumquemque pro meritis condigne muneratur: ac tu quidem, qui dum viveres, aliena cum injuria luxu deliciiſque diffluebas, peccati pœnam in præſentia luis: iſte autem qui miſeram & acerbam in terris vitam exegit, in lætum hunc atque jucundum, re

con-

conversa, traductus est statum. Addidit, vastum immanemque hiatum infelices illos a beatis dirimere, & omni prorsus intercidere commercio, quo seorsum utique degant, ac distincte suam habeant qua bonorum, qua miseriarum sortem. Verum aliud, meo quidem animo, non tam sensu quam intellectu percipiendum occulte hæc parabola designat. Non enim profecto cogitandum, fossam illic aut scrobem, qualis in castris arcendis hostibus fieri solet, ab Angelis re ipsa ductam; sed potius a Luca, dum dissidium sejunctionemque eorum adumbrare studet, qui per virtutem, quique secus vitam coluerunt, similitudinem hanc & imaginem hiatus propositam fuisse. Et hanc cogitationem nostram velut sigillo concludit. Esaias, ita quodammodo loquens: *An non valida satis manus Domini ad servandum, aut aggravata est auris ejus, ut non exaudiat? imo vero peccata vestra diviserunt inter vos & Deum vestrum.* Esaiæ 59.

EJUSDEM HOMILIA.

In locum Evangelii secundum Lucam.

De Oeconomo iniquitatis.

INter differendum sæpenumero vobis dixi, quod commentitia ac falsa quadam notione mentibus hominum insita cum peccata multiplicantur, tum opera bona, quæ præstare quisque nostrum hac in vita debemus, retardantur. Hæc autem illa est, quæ cuncta, quibus utimur, fruimur, nexu mancipioque nostra esse nobis persuadet. Ab hac opinione est, quod magna contentione de illis litigamus, pugnamus, digladiamur, ac seu præcipua quædam & eximia bona, maxime ea amamus & æstimamus. Verum longe secus, imo plane contra sese res habet. Nihil enim quidquam eorum quæ possidemus, vere nostrum est: ac ne nos quidem ipsi tanquam domini hic in terris, ac velut propria sede & domo commoramur; sed quasi inquilini & advenæ, vel potius exules nolentes, ac nec opinantes abripimur, fortunisque simul omnibus, cum rerum Domino visum fuerit, exuimur. Ad summam, facillime res fluxæ hujus vitæ mutamur: & qui hodie clarus & illustris, cras miseratione & ope dignus; qui in præsentia locuples ac divitiis affluens, paulo post egere, vixque domi panem ad victum habere deprehenditur. Et hoc maxime Deus nobis hominibus præstat, quod semper idem & in eodem sit statu, vitamque & gloriam ac potentiam possideat sempiternam. Unde autem exordium hoc sermonis desumptum, prudentes ac litterati facile profecto jam animadvertunt. A Luca nimirum parabola, quam hujus intuitu rei do illo bonorum alienorum dispensatore commentus est; quem gementem ac plorantem describit, postquam tanquam prodigus ac dissipator ex Domino bonorum audierat; *Redde rationem villicationis*, & quam primum hinc abi: non enim ultra rebus te meis illudere, perque voluptatem abuti quasi propriis sinam. Est autem hæc non vera rei narratio; sed ficta parabola, quæ sermone quodam obumbrato mortalem virtutem nos docet. Itaque noveris quisquis es, rerum tibi alienarum dispensationem esse delegatam, ejectaque prorsus ex animo potestatis herilis arrogantia, dispensatori, & œconomi rationibus reddendis obnoxii circumspectionem & humilitatem sume, Dominumque semper expectans, codicem ac tabulas rationum solliçite compara. Inquilinus enim es, & ad breve tempus, velut in transitu concessa tibi usura. Quod si in notis ac familiaribus etiam hæsitas, ab ipsa re & experientia disce, quæ magistra est minime fallax. Prædium possides, vel ex hæreditate majorum, vel ex aliquo contractu: memoria igitur tecum repete & enumera, si potes, quotquot idipsum ante te possederunt. Post deinde futurum in ævum cogitationem mitte, tecumque reputa, quam multis numero post te eo potientur: ac die mihi sodes? cujusnam ejus dominium, & quodnam eximii discriminis inter illos qui aliquando id habuerunt, qui nunc habent, aut deinceps sunt habituri? Nam si quis omnes velut e machina congregavit, domini profecto plures, quam glebæ reperientur. Amplius, si videre libet expressam hujus vitæ imaginem, recordare, si forte accidit, aut finge aliquando tempore æstatis arborem in via conspicatum undique viridem & patulam, lataque aptam umbra, vel domus vicem implere, propter amœnitatem ei successisse, & quantum licebat, sub ea commoratum: dein alium, te jam abituriente, viatorem adstitisse; depositaque sarcina, tua abeuntis excepisse omnia, statum, ignem, ramorum umbra ac lympham præterfluentem. Sed & hunc, ubi pauxillum in herba, te ambulante, requievscet, viam rursus inire cœpisse; eamdemque arborem una die decem forte hospitum ab breve tempus diversorium exstitisse, & cunctis usu potuisse, cum tamen unius propria Domini censeretur. Haud aliter sese habent stationis hujus atque vitæ copiæ & facultates. Multos illæ quidem alunt & oblectant; dominium autem earum penes unum Deum, cui incorruptibilis & interitus expers vita. In pandocheum etiam aliquando, cum iter faceres; divertisti, ibique lectum, mensam, pocula, discos, aliaque omne genus vasa reperisti, cum nihil quidquam tecum attulisses; & ubi nondum ad satietatem iis usus esses, supervenit alius anhelabundus ac pulverulentus, & aliena ceu propria affectans, ad abitum te excitavit & impulit. Talis omnino vita nostra, fratres, aut si quid his quæ diximus magis transitorium & caducum. Quare cum aliquos audito dicentes, prædium meum ac domus mea, non possum satis admirari, quomodo quæ ipsorum non sunt inani syllaba sibi vindicent, tribusque sallacibus literulis aliena amplexentur. Sicut enim histrionum personas proprie & peculiariter eorum possidet nemo, sed pro re & argumento promiscue quisque sumit: ita terram fœcesque terrenas quasi vestes ex aliis alii induunt. Dic quæso, num aliquid regno majus? Atqui scrutare quæ regum sunt: chlamydes conquire regias, quamplurimas sane reperies, quæ regum multorum corpora texuerunt: quod & de coronis, fibulis, zonis censendum: omnia nempe hæreditatem instabilem, usumque eorum communem, & ab iis qui abeunt, ad alios qui remanent, transeuntem. Quid autem & quanti tota illa quam Præsides obtinent scena, argenteum vehiculum & virga aurea? Non semper ista a Præside habentur, nunquam certe ab eodem, nisi forte ad exigui temporis usuram. Sicut enim feretrum aut sandapila alia subinde cadavera suscipit: ita principum virorum insignia utentes identidem commutant. Unde & frequentes Apostoli nobis erudiendis in hanc fece sententiam voces. Repræsentat enim hujus mundi faciem illud: *Tanquam nihil habentes, & tamen omnia possidentes, & utentes, tanquam non utentes.* Hæc enim omnia ad unum scopum tendunt, quod velut in diem hic vivere debeamus, semperque exitus signum ac tesseram expectare. Et quo plenius discas, legibus te & regulis subiici Dominicis, ad quas omnia dirigenda sint, teipsum imprimis intuere, & considera

Luc. 16. v. 2.

2. Cor. 6. v. 10. 1. Cor. 7. v. 31.

tam

tam corporis aſpectu quam animi, præceptis virtutis teneri, neque tuæ ſpontis, tui ve dominum ipſius eſſe; ſed cum ſermonem, tum actiones, atque adeo quoſcumque vitæ motus lege certa habendos. Accepiſti corpus a Creatore ex partibus pluribus compoſitum, & quinque ſenſibus ad uſum commoditatemque vitæ inſtructum, qui nec ipſi liberi ſunt, verum pro ſe quiſque legibus certis adſtringuntur. Et quod ad viſum quidem attinet, qui princeps cenſetur, contuere naturam, & contemplare quæ viſu pulchra ac præclara: Solem terrarum orbem colluſtrantem, lunam triſtem & obſcuram faciem noctis illuminantem: ſtellas cæteras exiguum illas quidem neque nobis ſufficiens ex ſeſe lumen præbentes; verum tamen decus neſcio quod ſpeciemque ſcintillantem, quam ſortita ſunt, ejaculantes. Aſpice terram plantis omnigenis herbiſque comantem, ac mare æquabilem in planiciem expanſum, ubi pura tranquillitas ſtravit ac fixit. Ad hæc & talia licet oculis utare: cætera vero ſpectacula, quæ per oculos noxam animæ inſerunt, fuge & prætercurre, velumque ne videant obducito. Satius enim ſenſui tenebras inducere, quam operibus tenebrarum occaſionem præbere. Et ideo per Mat-
Matth. 5. v. 28. thæum heſterna nobis die Dominus dixit: *Quicumque aſpexerit uxorem alterius ad eam concupiſcendam,*
Matth. 18. v. 8. *jam adulterium cum ea commiſit in corde ſuo.* Ac vel præſtet oculum projicere cum ad fœda ac noxia reſpicit. Sed & auribus ſuæ leges, ſuæ cautiones. Ad ſanos enim ſanctoſque ſermones inclinare & patefacere eas oportet, ac per iſtos quaſi tubos ad animum bona dicta tranſmittere. At ſi quis vitiorum aſſecla peſtilenſque & pernicioſus homo propius accedit, ut peccati cœnum per aures infundat, vitandus ille & fugiendus non aliter quam genus illud ferarum, quæ toxicum ejaculantur. Os etiam & lingua contineantur, ut bona tantum & honeſta promant, a fœdis & vetitis abſtineant: a maledictis, inquam, ſycophantiis, calumnia, contentione cum fratribus ac blaſphemia contra Deum; eorumque vice proferant, atque enuntient quæcumque pia, quæcumque religioſa, quæcumque bonorum operum cauſa & incentivum. Sacri denique Pſal-
Pſ. 39. v. 1. tæ quiſque hæc uſurpet: *Dixi, cuſtodiam vias meas, ne peccem lingua mea*, &, *Linguis ſuis doloſe ægebant:* ac præterea: *Quid gloriatur in malitia qui po-*
Pſ. 5. v. 11. *tens eſt in iniquitate? Tota die injuſtitiam cogitavit*
Pſ. 41. v. 1. *lingua ipſius. Sicut novacula acuta feciſti dolum.* Ad ſummam, ſit & os inter ea quæ proſunt. Ac naribus quoque & odoratui modus adhibeatur, ne voluptati deditæ nimium ſint, unguentorumque pretioſorum fragantes halitum conſectentur. In tales enim
Eſaiæ 3. v. 10. & 24. Eſaias acriter invehitur. Quin manus quoque meminiſſe mandatorum debet, ac cavere ne promiſcue qualiacumque contractet. Protendatur ad faciendam eleemoſynam; non ad furtum: tueatur propria, neque colligat aut comportet aliena: corpora ægra ac male affecta ad opem ferendam attingat; non vegeta ac libidinibus ſemper prurientia. Conſtare jam ſatis exiſtimo, quod nec ipſius noſtri domini ſumus; ſed œconomi tantum ac diſpenſatores. Quidquid enim legibus ac præceptis adſtringitur, ipſi ſubditum & obnoxium eſt legislatori. Quod ſi igitur ne ipſe quidem corporis noſtri partes ac membra libera ſuique juris ſunt, ſed voluntate Domini ad functiones ſuas diriguntur & gubernantur; quid his dicemus, qui ſibi perſuadent, auri, argenti, agri, cæterarumque rerum plenam ſe poſſeſſionem merumque dominium habere? Nihil omnino tuum, o bone! ſervus es, & omnia tua Domini, quia ſervus liberum peculium non habet. Nudus in hanc lucem prodiiſti, & quæcumque poſſides, ex lege Domini accepiſti. Sive enim hæc ex patrimonio, Deus voluit ac juſſit, ut liberis exuvias ac ſpolia ſua parentes partiantur: ſive ex matrimonio hoc ipſum, & quæ eo pertinent, a Deo ſunt inſtituta: ſive denique ex mercatura, agricultura, aut aliis acquirendi modis, Deo favente & adjuvante nactus es. Ecce patet itaque, tua non eſſe quæ habes: videamus jam quid præſcriptum tibi ſit, & qualis eſſe eorum adminiſtratio debeat. Da eſurienti, tege nudum, cura male affectum, nec pauperem aut jacentem in triviis neglige; de te ipſo noli ſollicitus eſſe, aut cogitare quemadmodum ad diem craſtinum pervenies. Et iſta quidem ſi feceris, a legislatore cohoneſtabere; ſi vero mandatorum rationem nullam habueris, male multabere, graviterque puniere. Hæc profecto mihi non videntur ejus eſſe, qui ſuus ſibi dominus, cuique libera quidvis agendi poteſtas; ſed omnino contra, multitudo præceptorum arguit hominem imperio regio legibuſque Dominicis ſubditum, a quo præſcriptæ vitæ ratio quaſi debitum aliquod exigetur. Et nos tamen neſcio quomodo tanquam liberam degamus vitam, & a rationibus reddendis immunem, miſeros inopeſque deſpicimus, ac miſeriis ſuis immori patimus; cum interim non dubitemus per ambitionem ac vanitatem ſumptus immodicos facere. Nam & adulatorum intemperantium multitudinem alimus, & paraſitorum infelicium turbam in comitatu habemus; & cum in beſtiariorum ac ferarum & generoſorum equorum alimenta, tum in præſtigiatores & mimos alioſque perditiſſimos homines opes exaurimus: atque adeo rem facimus ſtultitiæ & inſaniæ prorſus ad finem. Nam ubi impenſa lucrum inæſtimabile ſalutemque æternam adfert, compreſſa manu pecuniam cohibemus, ut ne pauci quidem oboli excidant: ubi vero de ſumptibus iſtiuſmodi agitur, quos & peccata comitantur, & pœnæ infinitæ, ac vel ipſum ignis ſupplicium conſequitur, ultro opes effundimus, totoque oſtio, ambitione jubente, exire permittimus. Qui ſane non eſt ſenſus animuſque ſervorum Dominum expectantium; ſed juvenum intemperantium, comeſſatorum ac voluptatibus deditorum. Quod ſi dicere libet, audito, quam ſollicite timideque concredita ſibi diſpenſator providus adminiſtret, Davidis mihi librum explica, ac locum eum quære, quo pius ille vir præſtitutam exitus ſui diem ſtudioſe inquirens ad Deum ita fatur: *Notum fac* *Pſalm. 38.*
mihi finem meum, & numerum dierum meorum, *v. 5.*
quis eſt, ut ſciam quid deſit mihi. Vides in his verbis tanquam in imagine clamantis animum & effectionem, quam ſit timidus, quam in futurum longe proſpiciens, quam curioſe judicii ſupremæque lucis in inquiſitione verſetur, ne ſignum obitus imparatum eum offendat & opprimat; utque præcognito quod ſupereſt incolatus ſpatio, diligentia ac ſtudio officium ſuum implere poſſit, priuſquam veniat qui abducat. Eſt enim vere cujuſque noſtrum exitus, œconomi quædam ac diſpenſatoris effigies, ſi ſigillatim examinemus, & inter ſe contendamus, quid patiatur & qui vita defungitur, & qui diſpenſatione abdicatur. Nam qui moritur, ad eundem plane modum aliis adminiſtrationem tradit, atque œconomus claves: hic ejicitur ex agro, ille ex toto terrarum orbe tanquam ex uno aliquo fundo cedit: œconomus labores ſuos, vineas, hortos, domos, mœſtus invituſque relinqui; ille autem cui vita deferenda quemadmodum adfici tibi

vi-

videtur ! Nonne bona ſua ſuſpirat ac deplorat ? Nonne ſupellectilem theſauroſque deamatos miſerabiliter circumſpicit ? cum nec opinato longe ab iis abſtrahitur, & ad locum ei deſtinatum traducitur, talibuſque aures ejus vocibus perſonant : *Redde rationem villicationis tuæ* : oſtende quomodo præceptis obtemperaveris, quo animo erga conſervos, leni ac benigno fueris, an contra ſævo & inhumano tyranni in morem pugnis ac verberibus in eos ſæviens, eleemoſynæque demenſo miſeros defraudans. Et bene ſe res habebit, ſiquidem propitium reddere Dominum bonumque ſe ſervum approbare poterit; ſin minus, non illic ei paratæ virgæ & flagra, non obſcurum piſtrinum, non compedes ferreæ, ſed ignis inextinguibilis ; ſed tenebræ perpetuæ, nullaque lucis intercapedine diſtinctæ ; ſed ſtridor dentium, ipſius Evangelii teſtimonio deſignatus. Quod ſi nunquam, o bone ! terrenis hiſce bonis tanquam alienis exuere, age ſane, fruere mundo omnibuſque voluptates ſenſibus admitte; ſin, ut quam diutiſſime fruamur, eis aliquando finis præſto, carendumque erit ; metuamus, fratres ! migrationis illum diem, & ex præſcripto Domini, tempore incolatus vivamus, ne vincti & ære alieno oppreſſi abripiamur ; ſed liberi, ſed ſecura conſcientia ſoliſque commentariis actionum noſtrarum irreprehenſibilibus, & extra cenſuræ aleam onuſti viam ingredi poſſimus. Malus fuit hujus vitæ diſpenſator vir ille dives, cujus quidem ager quanquam uberes fructus reddiderat, nihil tamen in tanta fortuna copiaque rerum boni vel cogitavit vel fecit, ſed hiante ventris deſiderio, latiſque & profundis cupiditatis & avaritiæ finibus apertis, ſuum ipſius in uſum atque voluptates omnia convertit, talia ſubinde dicens : *Deſtruam horrea mea, & majora extruam, & dicam animæ meæ : habes multa bona repoſita, requieſce, cde, bibe, lætare*. Et dum loqueretur, ecce adſtitit qui abduceret : acceſſit ſpecie terribili conſervus, deturbatum diſpenſatorio munere rapturus ad pœnam. Et quid tum, quæſo, prodeſt voluptuariæ vitæ propoſitum ? Atque hæc quidem vivide graphiceque noſtram ad cautionem deſcripta ſunt. Jam vero quid experientia vitæ quotidiana ? Nonne hæc aſſidue talia quoque vociferatur ? dum hunc quidem qui meridie firmus & valens, ante ortum veſperi mortuum nobis oſtendit: illum qui veſperi bene ſanus & incolumis, ante radium matutinum conclamatum atque depoſitum : alium item in accubitu ſuperque menſam animam efflantem. Et quis tandem, obſecro, tam ſtupidus atque ſtolidus, ut non animadvertat quotidie noſtrum aliquem, alium alias, ex hujus vitæ diſpenſatione quaſi loco moveri ? Sed enim bonus ac fidus miniſter rectaque ſubnixus conſcientia adficitur animo, quemadmodum olim Paulus : ille enim vel Domino non urgente ad eum anhelabat ac ſolvi cupiebat, ſed & ultro diſpenſationis munus deprecabatur, alicubi loquens : *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus* ? Ac rurſus : *Bonum mihi diſſolvi, & eſſe cum Chriſto*. Contra, qui plenus cogitationibus terrenis, glebæque & humo vere cognatus, de migratione anxius, ita lamentatur ut ille in parabola : *Quid faciam, quia Dominus aufert a me diſpenſationem ? Fodere non valeo, mendicare erubeſco*. Deſidis ſimul atque voluptarii hic dolor, hæc querela. Nam fletus in abitu & ejulatio hominem arguit ſundo ſuo prorſus agglutinatum & affixum, carniſque voluptates, quibus fuit deditus, gementem ac deplorantem. Imbecillitas autem ac fuga laborum, vitæ per inertiam ac deſidiam actæ crimen eſt, ac nota. Nam ſi operi ac labori aſſueviſſet, a fodiendo nequaquam abhorreret. Quod ſi allegorice de his quæ ſub intellectum cadunt, parabolam hanc interpretamur, ubi ſemel hinc migraverimus, neque operandi neque mendicandi tempus : eoque nemo dicat, *Fodere non valeo*. Ut enim maxime valeas, nemo permiſerit. Cultus & obſervatio mandatorum hujus propria vitæ eſt, fruitio vero futuræ. Quare ſi hic ceſſaveris, ac nihil operatus fueris, fruſtra de viribus, fruſtra de foſſione cogitaveris. Sed nec rogando vel mendicando quidquam profeceris. Declarat inſigne virginum inſipientium exemplum : quæ, cum oleum ipſis deeſſet, ut impudenter, ſic incaſſum a prudentibus id petierunt. Quo docemur, adveniente Sponſo, neminem oleo alieno, id eſt aliorum recte factis ſuum ad commodum atque fructum uti. Suis quiſque factis quaſi veſte quadam amictus eſt, ſive ſplendida illa ac pretioſa, ſive vili ac paupertina : nec exuere eam fas & alia permutare, nec omnino vel ex dono vel commodato judicii tempore exornari. Manet quiſque qualis revera eſt, ſive bonorum egenus, ſive dives & copioſus. Et hæc quidem hactenus. Quid jam dicamus de condamnatione & remiſſione debitorum, quam iniquitatis ille œconomus commentus eſt, ut ſolatium aliquod & auxilium in malis apud conſervos ſibi compararet ? Non enim ſane proclive, convertere id in allegoriam ſcripto congruentem. Dicam tamen quod in mentem multa volventi mihi venit. Omnes quicumque peccatorum remiſſionem obtinere ſtudemus, alienarum donationem rerum lucrum atque quæſtum proprium facimus. Aliena appello quæ Domini ſunt. Nihil enim omnino noſtrum, ſed quod bonorum cumque exiſtet, illius mancipio proprium eſt. Quum igitur aliquis finem ſuum & abitum conſiderans, peccatorum onus beneficentia levare ſtudet, ac vel debitorum ſibi nominum gratiam facit, vel agentibus de fortunis ſuis largitur ; ea quæ Domini ſunt donando, plurimos ſibi conciliat amicos, qui bonitatis ac liberalitatis ejus teſtes apud Judicem erunt, ſuoque teſtimonio recreationis & refrigerii locum ei parabunt. Teſtimonium autem qui beneficiis affecti ſunt apud Judicem ferre dicuntur, non voce & oratione tanquam apud ignarum ; ſed ipſis illis quodammodo benefactis quæ acceperunt, auctores ſuos pœna criminum eximentibus. Nam qua ratione ſanguis Abelis clamare ad Dominum dictus eſt : eodem modo opera bona teſtimonium ei tribuere dicentur qui fecit in Chriſto Jeſu Domino noſtro, cui gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matth. 13. *v.* 42. 22. *v.* 13. 24. *v.* 51. 25. *v.* 30. *Luc.* 13. *v.* 13.

Luc. 13. *v.* 18.

Rom. 7. *v.* 24.

Phil. 1. *v.* 24.

Luc. 16. *v.* 3.

Matth. 25. *v.* 1.

Geneſ. 4. *v.* 10.

EJUSDEM HOMILIA

Adverſus Avaritiam.

VIri Chriſtiani, cœleſtiſque participes vocationis, quotquot & ex agris & ex oppidis (univerſim enim omnes appello) hoc ad feſtum concurriſtis ! unuſquiſque veſtrum utique perſpicit & intelligit, qua de cauſa convenerimus, & quare Martyres ædium ornatu cultuque magnifico, tum annuis hujuſmodi cœtibus honeſtentur, & quo potiſſimum propoſito ſibi ſcopo majores noſtri iſta quæ videmus inſtituerint, eumque ritum ad poſteros tranſmiſerint. Planum certe, perſpicuumque ei qui vel parum cogitationem intendit, quod zelo pietatis hæc talia conſtituta, quodque publici iſti ſolemneſque conventus tamquam ludi quidam atque pædagogia ſunt animarum : ut & Martyres co-

colentes insignem eorum pietatem imitemur, & Doctoribus ea occasione congregatis aurem præbentes profuturum aliquid ignoratumque nobis antea discamus, quod ad dogma confirmandum, aut ad ambiguum obscurumve Scripturæ locum explicandum, aut ad morum & vitæ emendationem pertineat. Sed enim vos mihi videmini, virtutis omisso studio, curaque animæ posthabita, toti circa Mammonæ sordes, forumque rerum venalium versari; alii quidem ipsi contrahentes; alii alienis intenti inhianteque, & æmulos invicem scisitantes, quomodo res alienæ depretientur ac vilescant. Verum agite, transferte mihi studium hoc ad Ecclesiam: relinquite avaritiam, illam circumforaneam, illam Mœnada: adversamini tanquam turpem meretriculam, multitudini arridentem, & alienis ornatam induviis ac fucatam. Contra, amate divinam hanc, probam, pudicam, amictam decore, vultuque gravi ac modesto. Sic enim ait Salomon in libro Proverbiali: *Ne dimittas eam, & custodiete: dilige eam, & conservabit te.* Noli per contemptum præterire, & quæ in mensa hac proposita, quia gratis consequi potes, ne aspernare. Sed eo gratiora sint ac magis expetantur, quod nos hic non sedemus ad modum institorum cum statera ac trutina; sed unicum censemus lucrum auditoris ad discipuli salutem. Lecta a nobis in acta Apostolorum Pauli ad Festum & Agrippam oratio; Pauli, inquam, & fidelis Apostoli & prudentis oratoris. Ac tibi perspectum, auditor, siquidem animum advertisti, quomodo nec veritatem ille ex metu prodat; & obsequium erga Agrippam sermonis libertate temperans duros commitiget animos atque deliniat, non aliter quam si belluas aliquas orationis, ut ita dicam, contrectatione incantaret. Vaticinatus est & hodie Zacharias, ingentium de Unigenito mysteriorum januam nobis reserans per lapidem septem oculorum ictus habentem, perque candelabrum aureum, super quod lucernæ septem, duoque trunci olivarum. Multa deinceps Scripturæ loca thesaurum boni conditum habent, quæ percurrere quidem omnia velim, & spiritualis ostendere conventus abundantiam; verum urget me & impellit ad debitum solvendum hesterna promissio. Cum enim instituta tum a nobis & incepta avaritiæ esset accusatio, neque exponi denudarique vanitas ejus & stultitia potuisset, in hanc diem rejecimus. Quare attendite, & æqui veritatis æstimatores atque judices estote. Non enim alienis de rebus, sed de nostra ipsorum salute disceptatur, & damnatorios quosque calculos adversus propriam animam quasi ream & domo vel urbe eiiciendam quisque mittit. Avaritia itaque est non solum pecuniæ cæterorumque bonorum cupiditate fervere & ferri, præsentiaque aliis insuper cumulare velle; sed, universe loquendo, qualibet in re plus quam par est, aut adest, cupere & affectare. Et a diabolo quidem peccatum hoc manavit, qui initio cum eminentissimam Archangeli dignitatem & ordinem obtineret, & tyrannidem ac rebellionem adversus divinitatem molitus est demens, ac mox in aerem terræ proximum deturbatus, malus nobis & vitæ nostræ factus est vicinus: atque adeo neque divinitatem, quam captabat, adeptus est; & Archangeli, quo fulgebat, honorem amisit: servi instar infidi, qui temerariis ausis in latronem evasit; ac canis illius in Gentium fabulis, qui & carnem perdidit, & umbram (nam quomodo rem inanem & incomprehensibilem?) prehendere non potuit. Post hunc primus hominum voluptate pellectus vetitas sumpsit dapes, summoque excidit immortalitatis bono, sicut Esau postea

Prov. 4. v. 6.

Act. 25. & 26.

Zachar. 3.

Zachar. 4.

Genes. 25. v. 31.

propter pulmentum jure primogenituræ. Sed & multitudinem hanc linguarum & idiomatum immoderata quorumdam cupiditas in vitam nostram introduxit. Qui fœlicitate nimia lascivientes cum pervium sibi cœlum fore credidissent, ridendamque ejus ad adscensum turrim moliti incassum essent, tum ipsi cohibiti sunt & coerciti, tum pro consensu concentuque sermonis dissidium atque dissensionem invexerunt, humanæque genti molestam ex obscurarum sono vocum, interpretandique laborem reliquerunt. Jam vero Pharao quare in tantas tamque varias calamitates incidit? Nonne plus habendi cupiditate, dominandique peregrino populo, qui nihil ejus ad imperium pertineret? Hinc factum, ut, cum alienos non dimitteret, suos deperderet, qua strage primogenitorum, qua in trajectu maris. Nam omitto fluenta sanguinea, ranarum infinitam sobolem, bruchorum tetram luem, pustularum papularumque fœdam eruptionem, & quadrupedum necem cum cætera clade & peste, qua populus Ægyptius ob avaritiam atque cupiditatem Principis damnatus est. Alibi vero peccatum hoc mala scabie & spissa lepra vindicatum didici. Et juxta mecum hic recordare, quisquis historiam amas, & Elisæi præclara facta libenter audis, quemadmodum Naaman ille Syrus, postquam in Jordane lavisset, a lepra fuerit liberatus; contraque ea correptus puer Giezi, puer avarus & imperitus, qui spiritualem gratiam, gratuitamque Doctoris sui medelam pretio venditarat. Quid Absalonem mitissimi patris ferocem audacemque filium ad parricidium adegit? Nonne intempestiva successionis regiæ & aliena invadendi diripiendique cupiditas? Judam quid e catalogo Discipulorum expunxit, & ex Apostolo proditorem fecit? Nonne cum gazophylacii infida administratio, tum pretium infame, & denariorum aliquot propudiosum auctoramentum? Ananiæ denique & Sapphiræ tristis unde & tragicus in Actis Apostolorum exitus? Nonne quia suarum furto rerum propriorumque denariorum sacrilegio sese contaminarant? Deficiet me dies, si ministros & mancipia avaritiæ dinumerare pergam. Quare missam faciam veterem historiam, & quotidianam vitæ experientiam interrogabo, cujusmodi fera sit avaritia, quam ægre quos semel prehenderit, elabi sinat, ut vegeta semper ac valida, nunquam debilitetur atque deficiat; sed cum iis quos sibi subjecerit, consenescat & perennet. Libidinosus amatorque corporum, ubi jam longam insaniam insanivit, remissionem finemque morbi tandem invenit, vel postquam senilem ipse ætatem attigit, vel cum eam quam amat exoletam videt ac floris exstincti. Gulosus ventris voluptatibus aliquando renuntiat, sive quando jam satietas eum cœpit, sive cum stomachus, eæque partes, quibus cibum concoquendi vis ac munus, imbecilliores factæ, desiderium & appetentiam illam hiantem sedarunt. Ambitiosus, postquam in multis se jactavit theatris, spectari tandem velle & inanes flare glorias desinit. Verum avaritiæ morbus ejusmodi malum est, ut vix unquam eo liberari possis: & quemadmodum hæc semper virens atque frondens hedera adsitas irrepens arbore valide circumvolvitur & adhæret; ac ne ramis quidem fatiscentibus aut arefactis recedit, nisi quis flexus istos & anguineos quasi gyros ferro secet: ita nec avari mentem, sive juvenis hic sive senex, in libertatem facile vindicaris, nisi sobrio prudentique consilio velut machæra morbum discideris. Avarus propinquis est odiosus, famulis gravis, amicis inutilis, exteris dis-

Hebr. 11 v. 16.

Gen. 11.

Exod. 9. 8. 10.

Exod. 11. & 14.

4. *Reg.* 1. v. 14.

Lucæ 4. v. 27.

4. *Reg.* 5. v. 27.

Luc. 22. v. 4.

Act. 5.

ficilis & vix affabilis, vicinis moleſtus, uxori malus contubernalis, liberorum parcus atque ſordidus educator, ſui ipſius malignus curator, noctu interdiuque ſollicitus & cogitabundus, ſecum ipſe loquens ac diſſerens, eorum more qui mente exciderunt & in inſaniam lapſi ſunt. Denique cum omnibus abundat, tanquam omnium egenus ingemiſcit: præſentibus non fruitur: quæ abſunt anxie quæritat: propriis non utitur & ad aliena oculos adjicit. Multi iſtius (inquit) greges, agni, ſtabula vix capiunt, plauities ac paſcua tota teguntur. Ac ſi pinguem & bene habitam ovem vicini viderit, miſſo proprio grege, in unam & alienam illam cupiditate fertur. Atque ita quoque de bobus, equis, agris. Omnium copia rerum ædes coanguſtat, ſine uſu, ſine fructu. Nullum enim percipere fructum voluptatis poteſt, quiſquis inſatiabilis, eſtque domus ejus ſimilis conditoriis ſive ſepulchris, quæ ſæpe plena ſunt auro atque argento, cum qui utatur, exiſtimat nemo. Corpus avari non alitur: anima nihil lucratur; quia non exuberat e dextera ejus eleemoſyna. Quis autem laboris & ærumnæ finis? Dicat eorum aliquis quos hic morbus corripuit. Multos equidem ipſe novi, qui etiam cum in morbo cubant, pecuniam ſalute ſua magis ament & æſtiment. Nam ſi forte medicus remedium eis parabile præſcribit ac parvi pretii ex apio puta, thymo, vel anetho, quæ paſſim obvia ſunt & parvo comparantur, ſine mora conſilio obtemperant: ſi vero medicamentorum ejuſmodi mentio, quæ ex pluribus componuntur, & vel ex pharmacopolio, vel ex unguentaria petenda ſunt, animam potius exhalent quam crumenam ſolvant. (Quid mirum?) cum mente & cogitationibus terreni ſint, terreſtrium poſſeſſionem rerum vitam & ſpiritum ducunt. Hos talés publica communiſque felicitas moleſtia afficit ac dolore; damna contra ac clades, delectatione & gaudio. Exoptant graves & intolerabiles indici penſitationes & tributa quo grandiore per eam occaſionem fœnore pecuniam ſuam occupent; aventque videre miſeros aliquos a fœnatoribus oppreſſos & conſtrictos, ut eorum agros, inſtrumenta, aut pecora vel jumenta parvo per neceſſitatem ære projecta acquirant. Frequenter autem Philoſophorum inſtar circa Meteora verſantium, in cœlum ſuſpiciunt, non ut ſideris alicujus ortum aut planetæ domum ſcrutentur; ſed ut aeris conſtitutionem conſiderent, & an aperientia ſigna largiores imbres aut ſiccitatem denunciet. Ac ſi proſpectione ſua multis malum imminere animadverterint, aliena lætantur infelicitate. Omnia undique ſummo ſtudio in horrea ſua congerunt & coacervant, obſignantque ſingula, ac duplici communiunt ſera, dimetientes ſine fine & ſupputantes. Inter hæc & dum iſta ſpe titillatur, & quaſi per ſomnium inanibus & imaginariis opibus avarus ditatur, ſi nubes aut nebula craſſa ſupervenit, ea terretur ac ſi periculum ingens ipſi immineat. Quod ſi minutula pluvia terram aſpergit, ſublacrymari incipit: ſi magna aquæ vis & ſiccitati tollendæ par ingruit, extremus eum lectus occupat, jamque non minus ſollicite, quam ſi filius periclitetur, remedium paſſim quærit, modumque & rationem frumenta a tabe & vermibus diutiſſime ſervandi. Ac ſi jam æſtuare animadvertit & calore corripi, pro medicorum inſtituto refrigerare ſtudet, eaque tum excutit & expandit, tum ſeparat ac perflari ſinit. Sed & miſer adſidet, tegumenque & tutamen a meridie excogitat, quod circa noctem rurſus amovet, ut auræ nocturnæ aſpirare liberius queant. In his laboribus ac moleſtis? ſi pauper eum adit, ac periclitantis aliquid frumenti rogat, nimia ejus caritate aut nihil dabit, aut parce & ſemianimus dabit. Ergo vero te exhortor qui tali præditus es ingenio, ne perpetuo ſic laborare & diſcruciari velis. Miſeratione enim dignus quilibet avarus: etiam ille qui delicias non abhorret, qui beatam vitam voluptate ventris aliiſque definit, eumque finem hominis præcipuum putat. Multo magis & omnium quidem miſerrimus, qui illiberalis atque ſordidus, qui cum ſuum defraudat genium; tum unus occupat per quæ pluribus bene pulchreque fuerit ſine ullo tam exactæ continuæque diligentiæ fructu vel fine. Quis enim ignorat, propter ſeipſum, exceptis virtutibus, nihil fieri; ſed ut aliud ex alio procedat ac ſequatur? Nemo certe quiſquam ſolius cauſa navigationis mari ſe committit: nemo propter ipſam agricolationem in labore ætatem agit: ſed liquido conſtat, quod certo uterque ſcopo moleſtias iſtas ſubeat: alter nimirum uti fruges uberemque meſſem colligat; alter ut tranſmarinæ negotiationis divitias referat. Tu vero dic, ſodes, quidnam ſpectes, & cur ne omnia undique corradas, opeſque exſtruere inutiles ſtudeas? Delectat me, dices, aſpectus. Atqui ratione alia morbo tuo indulge: nam alienis etiam bonis ſedare deſiderium hoc potes. Si te capit & exhilarat argenti fulgor, in officinis fabrorum argentariorum aſſidenti coruſcantem argenti lucem contemplari licet; aut circa forum & loca rerum venalium, ubi diſci, lances, aquales, & omne genus expoſita vaſa, animum oblectare. Liberum hoc & gratuitum ſpectaculum. Quinetiam ſpectare cos potes, qui argentum examinant, ac pecuniam in menſis perpetuo contrectant atque dinumerant. Immo vero rectis potius obtemperans monitis pravum hunc appetitum exues, animumque mutabis. Facilis enim correctio, cum avaritia non ſit naturalis aliqua neceſſitas; ſed impetus & voluntaria quædam affectio, difficile non difficile deponere iis qui conſultum ſibi volunt. Mitte cogitationem in futurum ævum, quando non eris, quando pauxilla terra corpus tuum exporrectum omniſque ſenſus expers habebit, & paucorum tabula palmorum reliquias tuas teget. Ubi tum opes, ubi tanto collecta ſtudio cimelia? Quis bonorum abs te relictorum hæres? Nec enim is omnino, quem tu tibi deſtinas, certus erit ſucceſſor. Si liberi tibi ſuperſtites, ſorte ab avaro tuique ſimili circumſcribentur, injuria afficientur, ac flentes patriis ex ædibus expellentur. Quod ſi liberorum expers, amicorum aliquem hæredem inſtituis, non eſt cur teſtamenti tabulis magnopere confidas, tanquam certæ & definitæ legi, tanquam rei minime controverſæ, cuique contradici nullo modo poſſit. Parva res ſcriptum irritum facit. Nonne vides ut apud tribunalia ſuper teſtamentis aſſidue litigetur? quot ea modis, & quibus artibus per juriſperitos, advocatos, oratores, ac falſos, qui ad hoc aluntur, teſtes, perque judiciorum nundinationes oppugnentur? Ex his certe quæ vivo te & vidente fiunt, conjecturam facere debes de his quæ poſt te futura. Si tibi divitiæ bene & innocenter partæ, exemplo beati Jobi, bene eis utere; ſi male & per nefas quæſitæ, ſolve quaſi captivas, ſuiſque dominis, quibus per injuriam ablatæ, vel quales ad te pervenere, vel etiam cum auctario, velut Zacchæus, repone. Si nullas habes, noli per malas artes acquirere. Alioquin enim abeuntem, ac neceſſarium ingredientem iter, triſte peccati viaticum perſequetur: boniſque abs te relictis alieni ignotique fruentur. Tum

Da-

Davidem mirabere dicentem. *Thesaurisat; & ignorat cui congregabit ea*. Tum & divitem illum Lazaro oppositum agnoscis: illum quidem in Evangeliis nobis lectum, neque fabulam ad terrorem compositam, sed certum absolutumque futuri typum ævi. Byssus computruit, regnum ad alium traductum est, deliciæ & voluptates evanuerunt; peccatum autem ab illis profectum manet: abeuntemque porro comitatur, non aliter quam umbra corpus: eoque post epularum magnificentiam; post lautas opiparasque mensas: quæ guttam leprosi digito distillantem requirit, ac medicum ad opem ferendam implorat, cui ne manus quidem fuisse videntur ad canes abigendos, qui vulnera circa atrium jacentis allamberent. Sed & desiderat conjungi Lazaro, quem ex adverso videt, fossa media vel hiatu divulsus. Quo quidem designatur non vallum, non agger manu factus, ut in castris ad hostem arcendum, sed peccatorum obex & sepimentum: quod condemnato, velut muri objectu, aditum transitumque ad justum intercluſit. Et huic explicationi subscribit Isaias, cum insipientem populum graviter increpans sit affatur. *An non valida satis manus Domini ad servandum, aut aggravata est auris ejus, ut non exaudiat? Imo vero peccata vestra diviserunt inter vos & Deum nostrum*. Quod si peccata mortales a Deo separant, de avaritia non est dubitandum, peccato longe gravissimo, quam vera voce veritatis ille præco Paulus idololatriam appellat, omniumque stirpem & genitricem malorum. Quid enim eos qui Christo nomen dederant, ac mysteriorum participes erant, ad cultum dæmonum pertraxit. Nonne plura possidendi cupiditas, & alienas fortunas occupandi? Nonne promissorum spe magistratuum ac præfecturarum, regiæque munificentiæ & largitionis ab impiis facta, Dei cultum religionemque quasi vestem repentino mutarunt? Et hæc quidem anteriorum exempla temporum memoria servavit: sunt etiamnum recentia ac nostræ ætatis. Cum enim Imperator ille, qui Christiani personam per simulationem diu gestaverat; repente eam deponens, totamque deducto sipario scenam denudans, & ipse dæmoniis impudenter sacrificavit, & alios variis eo præmiis invitavit; quantus ab Ecclesia ad altaria factus est concursus? quam multi per bonorum escam & illebras una cum ipso transgressionis hamum devorarunt? Qui nunc quidem Stigmatiæ civitates oberrant, omnibus, odio ludibrioque tanquam Christi Domini propter pauxillum argenti proditores, expuncti Christianorum albo, sicut Judas Apostolorum, a transgressoris appellatione noti, sicut a signis equi, qui in peccatum omnium gravissimum pertrahi facile passi sunt, sequutique statim impuræ & execrabilis impietatis mystagogum. Ita nimirum avaritia juxta Apostolum idololatria est, omniumque radix malorum, innumera ex se vita progignens. Sicut enim ii qui aurum in sinu visceribusque terræ scrutantur, auream glebam circa principem & proprium generationis locum cumulatim repositam inveniri narrant, & aliquas inde velut venas in longum hinc inde produci sicut arborum a stipite late sese explicant ac diffundunt radices: ad eundem modum, imagine non minus impropria auri & avaritiæ, multa video germina multosque surculos una eademque stirpe avaritia conjunctos. Hinc video filium capiti genitoris imminentem, & absque ulla vel venerandæ canitiei vel auctoritatis patriæ reverentia longiorem senis vitam indignantem. Cum enim copiam omnem domi largiter suppetere videt, cujus dominium penes ipsum non sit, eoque potiri ipse cupit, & sui quoque juris fieri, gravis illi patria, auctoritas ac potestas. Et initio quidem intra silentium sese continet, alteque reconditum morbum habet; aucta dein paulatim cupiditate, & animo jam tumente, repente malum prorumpit, non aliter quam e fistulis & canalibus aquæ vis. Tum ille sero seni prorsus intolerabiles, vivumque tantum non effert ac valentem. Si equum agiliter conscendit, miratur & adstupet: si largius & ut bene sanus, cibum sumit, fert ægre, secumque murmurat: si famulos ad opera ac ministeria mane excitat, vigilantiam bonamque valetudinem senis gemit ac dolet. Quod si aliquod cimelium alicui donaverit, aut servum manumiserit, tum nullius homo pretii ac delirus audit; tum, quasi vivendi regulam ac præscriptum transgressus, alienique prodigus ac profusus, convitiis atque probris omnibus proscinditur; longioris, heu, vitæ & spiritus non statim emissi reus! Tui isti, scelerata avaritia, fructus: tuo impulsu & incentivo filius parenti inimicitias denuntiat: tu comples terram latronibus & homicidis, mare piratis, urbes turbis atque tumultibus, forum ac tribunalia falsis testibus, sycophantis, proditoribus, advocatis ac judicibus eo propendentibus, quo tu pertraxeris. Avaritia mater inæqualitatis, immisericors, inhumana, crudelis. Per hanc vita mortalium dispar ac discors: aliique satietate nauseant, & opes superfluentes velut cibum nimium evomunt; alii fame & penuria pressi, in extremo pene discrimine versantur: hi sub tectis recumbunt auro distinctis ac variegatis, domosque incolunt parvarum instar urbium, in quibus balneæ, porticus in longum porrectæ, & plures quasi domus omnisque magnificentia ac splendore; illi contra ne duo quidem tigna quibus tegantur, habent; cumque perdurare sub dio non possunt, vel ad caminos balnearum confugiunt, vel si in balneatores hospitibus inimicos incideriut, pariter ac suos fimum fodientes, necessarium sibi calorem procurant. O disparem vitæ conditionem inter homines a natura dignatione pares! quæ quidem perturbatio rerum atque diversitas non aliunde quam ab avaritia profluit. Ab hac est quod alius contra decorum pene nudus, alius præter innumeras ad usum corporis vestes parietes ipsos purpura velat. Pauper nec in ligneа quidem mensa confringere panem potest, cum mollis ille & delicatus fulgore latissimæ ex argento mensæ, quam opere ductili fieri curavit, mentem & oculos pascat. At quanto fuerat æquius, illo laute quidem & opipare epulante, cæteraque delicias ad satietatem usurpante, mensæ pretium in alimenta pauperum converti? Alius ætate fessus & ingredi invalidus, aut vitio aliquo claudus, asinum necessarium vectorem non habet; alius ipsos equorum greges ob multitudinem ignorat: huic oleum ad lichnum deest; ille solis luminibus, & candelabris censeri dives potest: hic quidem in solo nudu procumbit; ille vero divitiis laborans in lecto se resupinat circumquaque fulgente, & argenteis sphæris atque catenis vice funium exornato. Tales nimirum inexplebilis avaritiæ affectus absque ea foret, neque esset hæc in vita mortalium inæqualitas, hoc dissidium, neque tam variis cladibus atque calamitatibus insuavis ea nobis ac lachrymabilis redderetur. Hinc homines naturalem erga homines charitatem exuunt, hinc ferrum acuunt, acieſque instructas inter se arietant, summaque cum immanitate tanquam belluæ depugnant. Cætera deinceps quis enarraverit? Muri validi & excelsi

Isa. 56. v. 1.

Ephes. 5. v. 5.

Ephes. 5. v. 5.

machinis conquaſſantur, urbes expugnantur, conjuges abducuntur, liberi in ſervitutem rediguntur, agri vaſtantur & uruntur : arboribus ipſis, tanquam injuriam intulerint, haud temperatur : cædes fit magna juvenum ac virorum, rivique ſanguinis a ſtrage cadaverum profluunt ac volvuntur : facultates denique & fortunæ eorum qui vincuntur, præmii loco victoribus cedunt univerſæ. Quid deinde? viduarum lamenta, pupillorum fletus, & parentes ſuos libertatem amiſſam elugentium. Qui nudiuſtertius multarum magnarumque divitiarum poſſeſſor, tum fruſtum panis protenſa dextera mendicat : qui ſervos complures habuerat textores, ædeſque veſtibus refertas, lacero detritoque male rectus panniculo, ſervitutem ipſe ſervit, & aggerere aquam, equili ſtercus abradere, & hujuſmodi fœda ſubire miniſteria cogitur. Alia ſexcenta mala ſunt quæ ſummatim oratione complecti, impoſſibile. Omnium autem eorum cauſa ac radix plus habendi cupiditas, & iniquus alienorum bonorum amor. Hanc affectionem ſi quis hominum pectoribus exegerit, nihil erit quod vetet, quin & in alta pace tranquille degamus, & omnis prorſus exulet e vita noſtra contentio, terror atque perturbatio : quin protinus naturalem ad charitatem & amicitiam redeant omnes. Et ea re Dominus noſter bonis monitis diligenter hunc morbum curat, dum alias quidem affirmat, non poſſe nos Deo ſimul & Mammonæ ſervire; alias vero divitem illum miſerum proponit, qui magnis cogitationibus plenus, ac diuturnam ſibi ſpondens voluptatum fruitionem, non ultra craſtinum vitam erat producturus. Sed & alibi, dum eximium & numeris omnibus abſolutum illum prædicat, qui facultates ſuas pauperibus dilargitus ad inopem Philoſophiam ſponte properabit, illam virtutis matrem atque contubernalem. Verum hic audire mihi videor, etiam in ſilentio, publici ſaporis quorumdam voces quibus doctoribus obſtrepi ſolet. Et quomodo vitam, inquiunt, ſuſtentabimus, ſi rei familiaris nulla cura? quomodo neceſſaria comparare velabimus? quomodo vel æs alienum diſſolvetur, vel mutuum petenti dabitur, ſi tuo conſilio paupertatem omnes amplexi fuerimus? Increduli iſte ſermo & diffidentis inſipientis hæ voces, & ignorantis quod Dominum habemus Deum hujus vitæ gubernatorem, deſponſatoremque, qui natis animantibus neceſſaria tum alimenta, tum veſtimenta ſponte ſua ſuppeditat. Divina providentia fovet ac tuetur opera ſua, nec unquam in fide divitem egeſtas ærumnoſa oppreſſit. Teſtabitur id, ut opinor, abunde vel unum quod e ſacris litteris a me proferetur exemplum. In hiſtoria Regum mulier deſcribitur, quam ſupra viduitatis ac ſollicitudinis malum fœnerator avarus & inhumanis urgebat obſidebatque, liberos etiam ipſos, quos præter miſeræ nihil reliquum, loco pignoris abducturus. Itaque cum in extremas eſſet redacta anguſtias, ac nemo quiſquam ditiorum miſeratione tangeretur, adiit ad hominem humanum ac fidelem. Eliſæus hic erat Propheta, terrenis quidem expers bonis, incorporeis autem atque cœleſtibus ornatus & copioſus : Philoſophus ab aratro, ſine domo, certiſque ſedibus, veſte una ac ſimplici utens hæreditate nuper quidem auctus, ſed hæreditate ovinæ parvi pretii pellis, & benedictionis inviſibilis igneo curru delapſæ. Hic igitur ſupplicem infecta re non dimiſit, nec de auxilio continuo deſperavit, etiamſi non adeſſet quod quærebatur, neque verba aliqua degeneris aut diffidentis animi protulit, ſicut aliquis e vulgo, & unde argentum mihi debito diſſolvendo? verum ut peritiſſimus medicus, etſi medicamenta ad manum non erant, inopinatum morbi remedium excogitavit. Et *Quid habes*, inquit, *mulier in domo tua*? Dic, ſodes, ſi quid inibi tibi reliquum. Nec enim quiſquam adeo pauper, nihil ut omnino poſſideat. Ubi vero reſpondit, vas eſſe fictile cum oleo pauxillo. Fac, ait, multa mihi vaſa pares. Et ipſa quidem paravit; ille autem impleri juſſit; unde perſoluto fœneratori debito, mulier anguſtias & inopinam evaſit. Nam pauxillum illud olei, quod apud ſe eſſe Prophetæ dixerat, in modum fontis inopinato ſcaturivit, omneſque quotquot conquiſitæ fuerant, amphoras replevit : ac demum fluere deſiit, cum vaſa ad recipiendum deeſſent; æquatumque eſt indigentiæ beneficium divinum. Nam a divina profecto miſericordia, non ab olea plantave manavit hoc oleum. Hanc, ſi poteſtis, ſcientiam vobis comparate, quicumque quam late patet Oriens & Occidens, uſpiam eſtis, Reges, dynaſtæ, divites, voſque mundanæ ſapientiæ conſulti, donum hoc agreſtis, & ab aratro profecti Vatis acquirite, quod auferri non poterat, & jugiter apud eum permanebat : cum illa veſtra, quibus quærendis ſtudetis, bona ſexcentis expoſita ſint periculis, latronibus, parietum perfoſſoribus, tyrannis, raptoribus, ſycophantis, inſidiatoribus, mari fluctibus haurienti, telluri ipſi hiatibus dehiſcenti. Spes igitur noſtra, ac cellæ penuariæ vice ſit Dei dextera : quæ populum Judaicum e terra Ægypti eduxit, bonorumque affatim vel in ſolitudine Charan ei ſuppeditavit : quæ Danieli auxiliatorem Habacuc miro modo ſtitit, & Iſmaelem abjectum & maternis abdicatum vulnis ſervavit : quæ Judæis per ſingulas ætates opitulata fuit, ac denique panes quinque hordeaceos ita in infinitum multiplicavit, ut ſinguli millenorum hominum famem ſatiarint, ſingulaſque præterea cophinos reliquiis adimplerint. Deo noſtro ſit laus & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

Matt. 6. *v.* 24. *Luc.* 16. *v.* 13. *Luc.* 12. *v.* 18. *Exod.* 14. *Joan.* 6. *v.* 9. & 19. 4. *Reg.* 2.

EJUSDEM ASTERII

Homilia in Feſtum Kalendarum.

DUo dies heſternus hodiernuſque feſta conjungit inter ſeſe minime cognata aut congruentia, ſed diverſa plane & contraria. Alterum enim proprium eſt multitudinis in exteriora intentæ, perque nundinationem vilem & illiberalem multum Mammonæ argentum corradit; alterum autem verum Dei cultum puramque & criminis expertem vitam docet atque commendat. Quia vero complures, voluptatibus & occupationibus vanis antepoſitis, conventui in Eccleſia concionique ſacræ non interfuerunt, age nunc fatuam illam ac noxiam oblectationem, quaſi phrenitim inter riſum atque jocum necantem, eiicere ex animis conemur. In quo Salomonis quidem dicendi modum & inſtitutum opportune mihi videor imitari poſſe : qui dum juventutem monet, ab intemperantiæ laqueis ut diligenter ſibi caveat, quo plus roboris & nervorum orationi inſit, perſonam intemperantiæ tribuit mulieri perditæ damnatæque vitæ, & omnes ejus improbitatem velut marmori inſculptam his, qui illecebris ejus ineſcantur, ob oculos ponit. Quare & ego feſti hujus ab hominibus inſtituti vanitatem pateſacere, ejuſque ſtudioſos & amatores ab erroneo hoc ſtudio deterrere atque avocare conſtitui. Hæc itaque publici feſti lex eſt, primum ut certus ſit ac manifeſtus ejus

Prov. 5. 6. & 7. *cap.*

ſcopus, tum ut communis omnium lætitia; non ut aliqui in gaudio ſint, cæteri in mœrore & luctu. Id enim bello magis quam feſto congruit, in quo neceſſe eſt victores exſultare, lætitiaque propter victoriam ſeſe efferre; victos cladem ſuam atque calamitatem deplorare. Verum enim vero, primum quem habeat finem (originem) horum dierum celebritas, obſcurum & incertum. Nam fabulæ quæ multæ narrantur, ſeſe invicem facile ſubvertunt, ac veri plane nihil habent. Deinde cum paucos admodum gaudii compotes, tum plures longe triſtes animique ægros video, quamquam læta ſerenaque fronte dolorem tegunt & obumbrant: omnia denique ſtrepitu plena ac tumultu, turbamque mutuo ſeſe impellentem. At eſt anni ineuntis læta quædam recordatio. Quam læta quæſo, bone vir? Ante omnia quidem congreſſus imaginem intuebor qualis ſit, ut plena ſuſpicionis ac minime amica. Salutatio tenui inclinataque voce profertur, ſucceditque oſculum muneris initium, & ſuavium quidem pangitur, numiſma autem expetitur, obtentumque charitatis avaritiæ litatur. Nam pura ac ſincera amicitia humanitatis officia non vendit; gratis præſtat & citra mercedem. Circumfertur itaque paſſim ac donatur auri magna copia, ſine juſto aliquo vel ſpecioſo donationis titulo ac prætextu. Nuptiæ non ſunt, nec ſuperbientis ambitionem ſponſi vocare potes. Nec eſt item quod eleemoſynam ſumptum eum appellemus, unde nullum pauperibus commodum aut levamentum: non etiam contractum, ubi mutuum non fit aut ulla permutatio: donationem multo minus cui neceſſitas adhæret. Quemadmodum igitur & feſtum hoc & ſumptus hos indigetabimus? equidem non reperio. Vos agendum indicate qui colitis & celebratis: reddite rationem, ſicut nos divinarum feriarum, quæ vere feriæ & ſunt & dici debent. Natalem enim celebramus, quod eo tempore ſeſe Deus in carne mortalibus oſtendere cœpit. Luminum feſtum agitamus, quia per peccatorum remiſſionem tanquam ex obſcuro prioris vitæ carcere lucidam ad vitam atque liberam eximus. Jam vero die Reſurrectionis ornatiorem cultum aſſumimus, magnamque lætitiam præferimus, quod ea dies immortalitatem nobis ad meliorem felicioremque ſtatum manifeſtum reddit. Atque ita deinceps de cæteris. Ad ſummam, nulla res eſt humana, cujus non aliqua ratio reddi poſſit; & ſi quid eſt forte ejuſmodi, quod rationem aut ſcopum non habet, meræ nugæ ſunt. O rem ineptam & abſurdam! Omnes alienum ſperantes inhianteſque diſcurrunt & vagantur: qui munus dederunt, dolent; qui acceperunt, ſibi non retinent aut ſervant. Tranſmittitur enim ad alio, & quod quis a cliente donum accepit, eo ſuum ipſe patronum aliquem muneratur. Fluxum & inconſtans hujus lucis aurum eſt, & quaſi ſphæra luſoria ab alio ſtatim ad alium tranſit. Novus hic munerandi modus, novum cultus obſequiique genus cum indeprecabili penſitationis ſive tributi neceſſitate conjunctum. Nam major & dignitate præſtans ipſa vultus ſui reverentia movet; minor perit, atque omnes tanquam gradibus in ſinus potentiorum exhauriuntur. Quod in aquarum denique confluentibus accidit, hoc tempore videre eſt. Illic enim tenuis minutuſque rivulus in alium majorem influit, & hic alio rurſus grandiore & magis exundante abſconditur: atque adeo minores multi rivi conjuncti, vicini fluminis acceſſio fiunt: quod & ipſum dein alterius mage majoris, atque ita deinceps, dum extremum lato profundoque mari miſceatur. Feſtum hoc non feſtum, & mendaci prorſus nomine plenum acerbitatis ac moleſtiæ: grave prodeuntibus in publicum, grave domi remanenti. Viles enim de plebe homines, agyrtæ & ſcenici præſtigiatores in turmas diſcreti, nulli non domui clamoribus ac plauſibus, velut fauſta precantes, moleſtiam exhibent. Et circa januas quidem eorum qui tributa cogunt & exigunt pertinacius hærent, donec tandem qui intus obſidetur, tædio moleſtiaque expugnatus, pecuniam projiciat quam habet & quam non habet. Qui alterius ad fores accedunt, nec ante veſperam ulla mali remiſſio. Cœtus cœtum excipit, clamor clamorem, jactura jacturam. Egregium hoc feſtum, æris alieni cauſa ac fœnoris, paupertatis occaſio, miſeriarum initium. Si quis ob fortunarum tenuitatem fidem non habeat, quique mutuum det, inveniat neminem, trahitur ac vexatur, ut ille qui foro cedens fiſcum ac vectigalia regia deſervit, plorat perinde quaſi bonorum proſcriptione multetur: lamentatus, ut qui latronum in manus inciderit, cuſtoditur, verberatur. Si pauxillum aliquid domi conditum in alimenta conjugis atque miſerorum liberorum, promitur id & projicitur; ac ſedet ille cum ſuis per feſtum hoc præclarum eſuriens & omnium indigus. Nova pravæ conſuetudinis lex, moleſtias & affanias celebrare, pauperiem & indigentiam feſtum appellare. Hæc præterea dies ſimplicibus teneriſque pueris argenti cupiditatem & amorem inſtillat: hæc ab una ad aliam tranſire domum docet cum munuſculis ac fructibus autumnalibus argento compactis. Pro quibus duplum ipſum redditur, teneræque mentes ad nundinationes, & quæſtum illiberalem informari hinc incipiunt. Quid porro ſacroſanctis optimiſque agricolis hac fieri die ſolet? abſtinere publico, vicoſque & plateas urbis fugere coguntur magis quam retia lepores. Nam ſi qui deprehenduntur, verberantur, injuria a tumulentis adficiuntur, amittunt quæ in manibus, in pace pro hoſtibus habentur, ſubſannantur ac ludificantur, tam verbis quam factis, implenturque contumeliæ optimi noſtri Prophetæ malitiæ omnis expertes, ſimplices & candidæ Dei imagines, fidique in libertate vitæ noſtræ ſervi ac miniſtri. Sic igitur homines dignitate præſtantes, ſic inopes, ſic pueri, ſic agreſtes: alii vexantur, alii murmurant & fremunt, alii diſcunt quæ neſcire pulchrum bonumque foret. Videamus jam quid armatis militibus hoc feſtum proſit. Bonorum jacturam faciunt, luxationiſque & vulnerum mercedem annonam ac cibaria promunt, & prodigunt cum gravi morum diſciplinæque damno. Condiſcunt enim illiberales & inhoneſtas ſcenicorum artes ac ſtudia, unde mollities ac diſſolutio morum, ludoſque ejuſmodi & jocos, qui legibus & principatui, quorum cuſtodes conſtituti ſunt, minus adverſantur. Summam poteſtatem riſum jocumque faciunt, currum, ut in ſcena, conſcendunt, ſatellitia ficta creant, publiceque & palam agitant quæ propria ſunt mimorum & hiſtrionum. Sed illa tamen pompæ auguſtiora, cætera quis enarret? Nonne velato ore in fœminam degenerat ille fortis, ille animo præſtans, ille in armis ſuis admirabilis, hoſtibus formidabilis, Tunicam ad talos demittit, zonam pectori circumvolvit, calceamenta muliebria ſumit, & more fœminarum, capiti crobylum imponit: quin etiam cum ſana colum circumfert, dextraque filum ducit, quatrophæum ante tulit, ſpiritumque & vocem in acutiorem & muliebrem ſonum extenuat. Hæc celebritatis hujus utilitas: hæc hodierni feſti publici commoda ac fructus. Conſules etiam ipſi fama incly-

clyti, & ad fastigium humanarum dignitatum evecti per vanitatem opes exhauriunt, non modo sine fructu, sed & cum peccato; dicique vere potest, quam sublimis eorum thronus, tam insignem esse dementiam. Cum enim permultos capessere soleant honores, & amplissimas Regiæ præfecturas obtinere, quam plurimum e qualibet extruere opum student. Et hi quidem stipendium militare suum incommodum vertunt; illi justitiam & veritatem pretio sæpius addicunt, alii thesauros gazamque regiam depeculantur, & omnia undique nullo vel infami vel iniquo prætermisso lucro, cum offensa Numinis, coacervant; nunc autem præsident, aurumque congestum, intra breve tempus, in aurigas, tibicines, mimos, saltatores, spadones distribuunt. Addo propudia muliercularum, quæ corpus suum vel carnifici venale præbeant, bestiarios impuros, & ab omni spe derelictos, ipsasque belluas, quibus alendis auro opus sumptuque in carnes aut mazam. Ista autem omnia non alia causa, quam ut ipsorum nomina contractibus ac diplomatis præscribantur. O stultitiam! o cæcitatem! Deus pollicetur, eorum qui pauperes alent nomina libris viventibus, immortalibus, incorruptibilibus inscriptum iri quos neque tineæ neque tempus absument. Et hos tu libros non affectas, non rationem tantorum promissorum habes, non memoriæ divinæ (qui liber ille vivus) inscribi, insignirique studes: sed contra magnificis a tabulariis exarari, a mangonibus prædicari, a vilibus adulatoribus excipi plausu, malus utilitatis arbiter, ineptus & imperitus rerum æstimator. Quin potius pauperem injuria affectum munerare: non Musicum dissolutum: affice beneficio viduam pro scorto, mulierem decenter concelusam pro ea quæ se vulgat? inquire de Virgine sancta Deo psallente, & sperne psaltriam inverecundam ac palam cantu velut insidiis homines intemperantes captantem: fer opem pupillo, libera pauperem ære alieno ac fœnore, & gloriam perpetuam videbis. At tu loculos evacuas in turpem animi relaxationem, in risum indecorum & inconditum: neque consideras quam multas pauperum lacrymas dones, per quas opes illæ tuæ conflatæ, quam multi in vincula conjecti verberatique fuerint, aut ad laqueum accesserint, ut tibi suppetat quod Scenicis hodierno die largiaris. Et quis, quæso, finis? Vanitas. Post omnia tumulus exiguus, paucorum obolorum vestis corpusculum ambiens: ac paulo post necessarium temporis malum, oblivio, quæ cuncta, circa quæ sudaveris, tenebris involvat: sed & judicium divinum, & indeprecabilis mali propositi vindicta ac pœna. Ubinam Consules & fasces: Propone tibi ob oculos, & enumera qui, heri, qui nudiustertius fuerunt: nonne hic quidem, ut facinorosus aliquis, per repentinam armatæ multitudinis seditionem capite truncatus est, ostentatusque majore post necem pompa, quam cum in curru sublimis, & exsultabundus transveheretur? ille præter exercitus præfectura eundem adeptus honorem, in extremis Ægypti Libyæque finibus, in locis arenosis & humoris omnis humanique cultus expertibus, damnationis supplicium fugiens, miserrime extinctus est? Quid de eo dicamus, qui & ipse de numero Consulum atque ducum exercitus in terra Colchide nunc degens, barbarorum humanitati vitam & spiritum debet? Præsidem autem illum rectoremque provinciæ fortissimum & invictum, ut existimabat, qualis vitæ catastrophe excipit. Primum quidem filium suum vidit capite truncatum, & ipse postea capitali sententia damnatus est, laqueoque gulæ jam admoto, clementia Principis manibus carnificis exemptus est; ut quantulum ætati supererat, senex in dolore & calamitate sensuque malorum exigens, ac plenus dedecoris & ignominiæ, tali magni consulatus exitu vita decederet. Quid? quod anno superiore gigantea prorsus facinora atque etiam majora molitus est, cujus sexus in dubium vocabatur, virgasque consulares affectavit, qui virgas heriles effugerat, ac tantum telluris possedit, quantum nec facile nominare, qui nunc exigua conditur humo, & quantulum ei non nemo miseratione motus impertiit. Non igitur vere juxta sapientem illum Ecclesiastem hæc talis cuncta vanitas vanitatum, ac vel amplissimæ dignitates inania quædam visa & ostenta somniorum? quæ cum ad breve tempus oblectarunt, post deinde diffugiunt & evanescunt, & cum aliquantum floruerint, subito marcescunt. Sed nos hic finem dicendi facientes, laudem & gloriam Servatori tribuemus.

EJUSDEM ASTERII HOMILIA

In locum Evangelii secundum Matthæum,

An liceat homini dimittere uxorem quacumque ex causa, Cap. 19.

PRæclara Christianis & laboris amantibus duarum est harum copula ac concursu dierum, Sabbathi, inquam, & Dominicæ, quas tempus in orbem recurrens hebdomadis singulis reducit. Nam quasi matres aut nutrices Ecclesiæ & populum congregant, & sacerdotes ad docendum considere faciunt: atque adeo cum discipulos tum Doctores ad animarum curam ducunt & impellunt. Mihi quidem auribus adhuc insonat hesterni diei concio, insidentque memoriæ circa quæ tum laboratum fuit. Video crucem spiritu Propheticæ ab Esaia fixam, ac vestimenta Domini quasi calcantis in torculari cruore tincta, atque Servatorem ipsum dextra præmium præferentem. Video Salomonem æquam judicii trutinam librantem: miseret me debitoris Evangelici, qui lenitatem & clementiam qua Dominus erga ipsum fuerat usus, in conservum non adhibuit; sed per imprudentiam & inhumanitatem suam ipsius calamitatem instauravit. In his enim capitibus die superiore proximo versabamur, omnes scitis qui non indiligenter animum advertistis. Hodie etiam multa nobis præclara in mensa, quam videtis, Spiritus proposuit, adieci autem animum ad garrulos istos ac tentatores Pharisæos; & improbitatis eorum vehementer misereor, quod ipsum sapientiæ fontem suis interrogatiunculis circumvenire aggressi sunt, in contrariumque quæstiones eorum, Unigeniti divinitate vertente, conatibus & ausibus suis exciderunt. De quibus & Esaias hisce verbis vaticinari mihi videtur: *Convertens sapientes retrosum, & scientiam eorum stultitiam faciens, & appendens verba pueri sui.* Ac rursus David: *Linguis suis dolose agebant: judica illos Deus: decidant a cogitationibus suis.* Verumtamen gratia eis esto, licet adversariis, quod divinam sapientiam ad edendum responsum excitarunt, nostrum ut in usum hæc litteris ac memoriæ proderentur. Ecce enim matrimonium, id est res humanæ vitæ maxima, velut ad normam hic dirigitur, finesque certi definiuntur ejus & contrahendi & dissolvendi, Quibus diligenter uterque cœtus & sexus attendat, quo tum fœminæ

Esa.63.v.3

3. Reg.3. v. 24.

Isa. 44 v. 25.

Ps. 5. v. 11.

tum

tum viri quæ propria cujuſque ſint, condiſcant. *An liceat vero qualibet cauſa conjugem repudiare.* Hoc quidem Judæorum problema : ſcopum autem interrogationis hunc invenio. Quoniam fœminæ faciliores ad credendum, & ad miracula Chriſti celebranda, fidemque de divinitate ejus amplectendam propenſiores eſſe viderentur (ut & fuiſſe poſtremo patuit ex earum multitudine quæ Servatorem, cum ad ſupplicii locum duceretur, proſequuta eſt, & paſſionem ejus miſerabiliter deflevit) ut offenſam & odium apud hunc ſexum ei conciliarent, doloſam iſtam interrogationem & hæc verborum quaſi retia fabricati ſunt. Verum ille dolum ſibi inſtructum vi divinitatis animadvertens, & leviora lenioraque docere & præcipere ſolitus, inſidias eorum eluſit, ac ſecundum mulieribus reſponſum dedit ; atque ita Phariſæos quæſtioni intentos inhianteſque tanquam lupos, inanes prædæque expertes ablegavit. Ipſa, ait, creatio conjunctionis, non divortii ſcopum oſtendit ; primuſque nuptiarum auſpex & conciliator exſtitit ipſe Conditor univerſi, qui & primos, quos finxerat, homines conjugali inter ſeſe vinculo copulavit, & poſteris velut perpetua quadam ſerie convivendi cohabitandique neceſſitatem impoſuit, legis inſtar divinæ colendam & obſervandam. Qui autem nexu tam arcto junguntur, non amplius duo ſunt ; verum una caro. Quare quod Deus conjunxit, homo ne ſeparet. Hæc Phariſæis dicta tum fuere : audite jam vos mulierum inſtitores, qui ceu veſtes ſubinde eas mutatis, qui thalamos tam ſæpe & facile ſtruitis quam nundinarum tabernulas ; qui dotem ac bona ducitis, conjuges ad quæſtum ac negotiationem habetis ; qui vel leviter offenſi libellum repudii conſcribitis, multaſque velut viduas in vita relinquitis. Exiſtimate, & omnino vobis perſuadete matrimonia morte tantum & adulterio dirimi. Non enim, ut contubernia meretricia, quæ ſolam venantur voluptatem, paucorum numerus dierum terminat, itidem in iis ſeſe res habet quæ rite & ex lege fiunt ; ſed plane contra, o bone ! Una contrahitur corporis & animæ ſocietas, ut & affectus affectibus commiſceantur, & caro carni quodammodo colligetur. Quæ cum ita ſint, quomodo citra animi perturbationem abſcindis? quomodo ſine moleſtia, ſine ægrimonia ab ea recedis, quam vitæ ſociam, non uſurariam in breve tempus accepiſti, quæ ſoror tua, quæ conjux. Et ſoror quidem, creationis aſpectu materiæque terreſtris, ex qua compoſiti eſtis ; conjux autem propter matrimonii legitimam copulam atque conjunctionem. Duplex hoc vinculum legis & naturæ quemadmodum abrumpes ? Pacta nuptialia ac ſponſiones quomodo reſcindes ? Et quibus de pactis loqui me cenſes? An de his quibus ſcripta jam dote & ipſum manu propria ſubſcripſiſti, & ſigillum appoſuiſti tuum? Valida quidem illa ſunt ac firmata ſatis : verum ad vocem Adami me converto : *Hæc caro ex carnibus meis, hoc os ex oſſibus meis : ipſa vocabitur uxor mea.* Non de nihilo profecto vox iſta memoria prodita ; ſed ut communis eſſet omnium confeſſio virorum fœminis, quæ viris per nuptias legitime junguntur, hujus unius ore prolata. Ac ne mireris unius ex verbis cæteros obligari ; quæcumque circa protoplaſtos illos initio acciderunt, in naturam poſteris abierunt. Quare ſi mulier aliqua temere repudiata, ſumpto Geneſeos libro, ad judicem (judicem eundem ac teſtem) te pertraxerit, dic age quid reſpondebis ? qui defugies eorum auctoritatem verborum, quæ per temetipſum coram Deo pronunciata, quæque non vilis aliquis ſcriba, ſed ipſe Moyſes litteris conſignavit Dei famulus ac miniſter ? Patris ac matris expertem mulierem Adamo Deus in manum tradidit ; &, uti bonus curator, pupillæ tutelæ proſpexit. Iſta parentis ſuæ defenſione, his cauſæ ſuæ firmamentis adverſus ingratos infidoſque maritos filiæ recte etiam utentur : nec ullo modo poteris uxorem habere deſpicatui, legibus & antiquitus divinis & poſterius humanis aſtrictus. Incutiant tibi pudorem vitæ commoditates quas uxor adfert. Membrum eſt, adjutrix eſt, vitæque ſocia & communium genitrix liberorum ; in morbis opitulatrix, in calamitate ſolamen ; domus cuſtos, ac bonorum theſaurus. Eadem dolet, eadem gaudet ; communes, ſi quæ ſunt, poſſidet opes, rem tenuem & anguſtam ſedulo ſuſtentat, maloque paupertatis, quantum poteſt, occurrit ac reſiſtit, laborem denique & moleſtiam educandis liberis propter conſortium tuum ingentem ſubit. Si calamitas incidit, ille malis obrutus latet ; amici qui cenſebantur, amicitiam felicitate metientes rebus adverſis ſeſe ſubducunt ; ſervi ſimul & dominum & miſerias fugiunt. Sola adhæret uxor ægræ partis membrum, & in malis ſerva ac miniſtra : hæc virum curat, hæc lacrymas abſtergit, hæc plagis ac verberibus medetur, hæc in carcerem uſque comitatur, &, ſi quis ingredi permiſerit, libenter una cum eo concluditur ; ſin id prohibetur, ſicut familiaris hero catellus circa januam carceris manet. Novimus ipſi *mulierem, quæ attonſa coma veſtem virilem, eamque floridam, induit, ut ne virum fugientem latentemque deſerere cogeretur. Ita cum ſervitutem ſervire videatur, affectui vere ſervivit, in eoque vitæ genere compluribus perſeveravit annis, locum ex loco, ſolitudinem ex ſolitudine mutans. Talem etiam patientiſſimi Jobi conjugem fuiſſe reperimus. Deſeruerunt eum omnes, unaque cum opibus adulatores defluxerunt : amici ipſi rebus ſecundis amicitiam æſtimantes cum fortuna mutarunt. Si qui remanſerunt ac præſto fuere, eorum præſentia contumeliæ quam officio propior, augendæ magis ærumnæ quam ſolatio fuit ; quique conſolari debuiſſent, coram eo lamentati ſunt. Sola autem hæc primaria pauloante & ornatiſſima fœmina nuſquam a viro deceſſit, aſſeditque vel in ſterquilinio, ſaniem & tabum abſtergens, vermeſque plagis educens ; vere quidem illa vitæ ſocia, non felicitatis contubernalis, individuæ cultrix amicitiæ, non aſſentatrix, aſſectatrixque voluptatum, unum denique de tanta fortuna ac tota cognatorum ac benevolentium cohorte reliquum marito bonum. Ac proinde ex nimio conjugis amore in peccatum blaſphemiæ prolapſa fuit : ac ne diutius ille conflictaretur, & ipſa continuis in doloribus eum videret, Deo maledicere, & accelerare mortem ſuaſit. Seu nempe ſecura viduitatis ac ſolitudinis, unum id cogitabat, quemadmodum e vita non maritus exiret. Hæc talia cum recente experientia memoria vetus adverſus eos adfert, qui erga conjuges injurii ſunt & iniqui. Quid porro reſpondeat hujus criminis reus ; quam ſaltem ſpecioſam levitatis ſuæ defenſionem proferat ? malum, ait, odioſumque mulieris ingenium, lingua temeraria ac præceps, mores a domo rebuſque domeſticis alieni, nec ipſa bona aut frugi rei familiaris adminiſtratrix. Sint hæc ita ſane : perſuaderi adhuc mihi patior, & accipio veſtra dicta, ſicut unus eorum judicum qui parum exploratam aurem habent, ac facile accuſatorum inſectationibus tranſverſi rapiuntur. Tu vero dic, obſecro ; cum eam initio duceres, an neſciebas homini te conjungi ? Hominem autem cum quis audit, non ſtatim peccatum adhærere & conſequi cogitat,

Deum

Matth. 19.

Geneſ. 2. *v.* 25. *Matth.* 19. *Marc.* 10. *v.* 9.

* De Sabina Julii Sabini conjuge refert Plut. in Ερωτικῷ ex Cornel. Tacit. lib. 20. Hiſt. Pet. Victorius lib. 18. var. lect. cap. 15. *Job.* 2. *v.* 7.

Geneſ. 2. *v.* 23.

Deumque ſolum culpæ & reprehenſioni non obnoxium? Tu ipſe nuſquam peccas? non moribus & ingenio tuo moleſtiam uxori præbes? An omnis omnino purus & expers culpæ, matrimonii legem inviolabiliter ſervas? Quoties ipſa forſitan a temulento contumelia affecta eſt? Quam multas & magnas injurias, quam indigna verba ſuſtinuit? Quot & quanta tua vitia in obſcuro ſunt; quoniam uxor non revelavit? Toleravit illa temere & ſine cauſa iraſcentem atque debacchantem: & quamvis libera ac dignatione par, conticuit ſicut ancilla de foro empta. Neceſſaria ad vitam, & victum vel inopia vel avaritia non ſuppeditanti, quanquam ægra animo non maledixit: nec redeuntem a ſympoſio, vino oneratum & inſanientem, ebrietatis odio non admiſit aut rejecit: ſed cum venia ac lenitate, qualis humanitatem noſtram decet, te ſuſcepit, & reprimentem ac verberantem ad lectum manuduxit, caputque ægrum ac meri vaporibus agitatum ſedulo curavit: ſola nimirum tui miſerta, cum famuli mentis ob errorem, & agitationem herum deriderent ac ſubſannarent. An tu paſſim in compitis & plateis oberrans, frigidis de cauſis uxorem tragice turpiterque traducis, ut ad faciliorem cogitati repudii veniam & excuſationem viam & aditum tibi munias. Duri, immites ac belluini id genus homines, vereque geniti quemadmodum fertur, e robore vel ſaxo: qui rebus omnibus oblivioni traditis, æquo animo & abſque ſenſu doloris ſegregantur: Quis autem ægrum ſibi membrum curationis vice abſcindat, cum & nullum fere periculum, & medelæ magna ſpes & pene explorata? Exorta eſt in manu puſtula; diligenter eam curamus: inflammatio pedi infeſta, pharmaco tumorem cohibemus: Quod ſi prætermiſſa medicorum inſpectione & cura, quoties aliquid doluerit, ad ferrum & ſectionem imus, exiguo ſane tempore membris nos ipſos omnibus mutilaverimus. Verum non eo modo; o viri! eſtote memores membrorum veſtrorum, flectant; & pudore quodammodo afficiant obſequia ac miniſteria mulierum: ac dum ira accenſi fueritis, partus unius dolores cum his quæ dolorem vobis faciunt contendite; multiſque hæc partibus vinci comperietis. Conſiderentur, inque medium proferantur benevolentiæ bona, morborum curationes, caſuum omnium atque calamitatum ſocietas, lacrymæ mariti cauſa ſuſæ. Veniat in mentem quod parentes ſuos, quod domum ubi primum lucem aſpexit, propter te reliquerit, foriſque venientem & externum ſequuta ſit: quod forte ſuarum aliquid recularum alienare non dubitaverit, ut eo moleſtiam atque moroſitatem viri redimeret. Hæc omnia affectum concilient, amoriſque vinculum nectant, ac lubricum animum, velut marcidam domum, contineant atque confirment. Vincat miſericordia, & conſuetudo convictuſque longi temporis ne calcetur, quæ faciunt ut etiam bruta animantia ægre disjungantur. Vidi certe bovem, quod aberraſſet ab armento, ſoluſque ſibi relictus eſſet, miſerabiliter mugientem: pecudem item balantem, monteſque percurrentem & ſaltus, dum ad gregem rediiſſet, a quo inter paſcendum receſſerat. Sed & caprea idem paſſa, quanquam in varios incidit greges, prætercurrit, nec ante curſum ſiſtit, quam ubi ſuum, cui aſſuevit, & gregem & caprarium repererit. Ne brutis igitur ipſis nos, qui rationis participes, duriores exiſtamus, neque minoris uxorem faciamus, quam aliquem viæ comitem, aliumve ex cauſa levi & ſubita leviter nobis notum. Vides quemadmodum quos via publica junxit, idemque tectum ac diverſorium, aut umbroſa per æſtum meridianum arbor excepit: fortuitum occurſum in occaſionem amicitiæ rapiant, & cum ad divortia viarum pervenerint, non ſine ægrimonia divellantur, ac ſublacrymantes & fixis alter in alterum oculis conſiſtant, ſymbolaque mutua largiantur: ut progreſſi deinde paululum, rurſus ſeſe convertant, revocatiſque fauſta ac felicia apprecentur: ut denique brevis uſura temporis tam arctam jungat amicitiam, ut ægre digredi cogendique tantum non eſſe videantur. Et tu comparem ac vitæ ſociam deſpicatui ſic habes, ut vaſculum amiſſum aut vile veſtimentum per neglectum in via oblivioni traditum, catellumve Meliteum qui domo clanculum ſe ſubduxit. Ubi ſimulatus initio affectus? Ubi tori ſocietates atque communio? Ubi legitimum vinculum & diuturnæ vis conſuetudinis, quam & in naturam abire tum ratio dictat, tum experientia demonſtrat! Facilius cuncta abrupiſti quam Samſon hoſtium funes. *Judicum 6. v. 13.* Atqui vir probus & in ſtatu conſtans vel demortuæ memoriam conjugis ægre deponit, liberoſque fovet ac diligit tanquam commune depoſitum matris ac naturæ, ſpirantemque in eis defunctam videre ſibi videtur. Hinc enim ex liberis maternæ ſimilitudinem vocis præfert: ille de forma ac lineamentis plurimum hauſit, alius mores & ingenium parentis repræſentat. Atque ita pater multas habens & vivas & ſpirantes conjugis effigies, perpetui conſortii, connubiique ſpeciem animo ſuo informat, eoque nullam novæ cogitationem voluptatis admittit: nec hodie qui tumulum conjugi fecit, poſtpaulo thalamum adornat: aut a lacrymis ac ſuſpiriis nuptialem ad choream iterum feſtinat: non veſtem atram ac lugubrem feſta ſponſalique ſtola permutat: non in calentem etiamnum a priore matrimonio lectum alteram inducit, aut novercam, odioſum liberis nomen, adducit: ſed turtum non illam quidem a ratione profectam, ſed inſitam a natura ſanctimonia imitatur. Non autem hanc ferunt, ubi ſemel a contubernali disjungitur, perpetuam colore viduitatem, & facere plane contra ac columbæ, quæ in polygamiam proclives ſunt. Hactenus quidem vapulet maritus, crebriſque denſæ nivis inſtar ingratitudinis criminibus pulſetur. Quod ſi forte adulterii culpam objicit, eamque divortii rationem reddit, omnem ſtatim accuſationem a marito injuria hac affecto in adulteram transferam, & pro hoſte probus poſthac illi defenſor ac propugnator aſſiſtam. Laudabo eum qui fugiet inſidiatricem, qui vinculum abrumpet, quo eum aſpidi, quod echidnæ copulavit. Huic enim primum dat veniam ipſe Conditor univerſi, tanquam juſto dolore percito, meritoque domus peſtem & exitium domo exigenti. Nam cum duplici fine matrimonia contrahantur; benevolentiæ, & liberorum quærendorum, neutrum in adulterio obtinetur. Nec enim affectui locus, ubi in alterum animus inclinat: ac ſobolis omne decus & gratia perit, quando liberi confunduntur. Sed quæ pertinent ad hoc peccatum, in alia quæſtione tractata fuerunt opportune. Continentiam igitur & caſtitatem, quod eſt indiſſolubile matrimonii vinculum, pars utraque mihi cole. Hæc enim ubi colitur, ibi concordiam & mutuam benevolentiam locum habere neceſſe eſt, quando vaga ac ſpuria cupiditate liber animus juſto, legitimoque totus amore occupatur. Hæc porro continentiæ lex non fœminis tantum, ſed etiam viris a Deo lata eſt; qui tamen, legislatoribus adhærentes humanis, per quos libidinari ipſis licet, ſeveri quidem judices ſunt, & arbitri caſtitatis muliebris, ipſi vero cum ſumma impudentia in plures inſaniunt, & juxta Proverbium,

bium, aliorum medici infinitis ulceribus scatent. Et si quis eos horum flagitiorum arguit, lepidam & jocularem defensionem adhibent. Viri, inquiunt, etiamsi plures ad fœminas accesserint, nullum domui familiæque damnum inferunt; at mulieres ubi peccant, externos hæredes in domos ac familias inducunt. Verum audiant tam stolidæ sententiæ auctores, ac discant, per ipsos quoque domos alienas everti. Fœminæ enim eæ, quibuscum consuetudinem habent, aliquorum vel filiæ vel uxores omnino sunt, & invenietur aut matrimonium insidiis petitum, aut pater injuria affectus, qui postquam susceperat, eduxerat, virginemque perducturum ad thalamum speraverat, omni spe & expectatione per istos pudicitiæ prædones deturbatur. Quod si jam pater est qui flagitia hæc patrat, cogitet atque consideret, quid animi sit patri sic delusо: si maritus, sibi illatam eam injuriam reputet. Nam ita demum bene præclareque se res habent, si de aliis quisque statuit, quod evenire sibi velit. Si qui autem Romanis auscultantes legibus, permissam esse scortationem & crimine vacare existimant, gravem sane errorem errant, ignorantque leges divinas ab humanis dogmatibus nimium quantum dissidere. Audi Moysem Dei voluntatem annunciantem gravesque & amaras adversus scortatores sententias pronunciantem. Audi Paulum dicentem: *Scortatores, & adulteros judicabit Deus.* Alii isti nil quidquam ad salutem tibi proderunt tempore retributionis, sed ipsi trepidantes æstuantesque mente vix constabunt: insipiens & indoctus deprehendetur legum ille architectus Plato, cum gravi illa orationis suæ facultate ac robore contra omnes legum latores vim suam efferente: cum ad pœnam distrahi videbunt eos, quibus ipsi scortandi licentiam indulserunt. Nam omnino qui non vetuerunt, aliena sibi peccata asciverunt, & gemino obnoxii crimini inveniuntur, quod & ipsi sibi non temperarint, & aliis passim peccare permiserint. Qui igitur cum uxoribus vivere volunt modestis & bene moratis, ipsi suos mores ita componant, ut conjugibus institutioni disciplinæque sint, hæque domesticis ad virtutem exemplis excitentur.

Hebr. 13. v. 4.

ASTERII AMASEÆ EPISCOPI, Sermo in Danielem Prophetam & Susannam.

NUnquam doni superessluentia dives, Spiritus gratia, sua quando, ac quibus velit, exhibere cessat. Tanquam enim fluvius *aquis* plenus *salientibus in vitam*, secus omnino ac visibilia hæc terram irrigantia flumina, emissiones virtutis subministratas habent. Neque enim, uti quandoque illa, eam profluens aqua deficit; neque illorum more incrementa vel decrementa admittit; neque pro eorum ratione hanc ac illam partem allambit; quin etiam abundat semper, ac omnibus sufficit, inque eos affluens qui plenitudinis sunt participes, nihil minus plena consistit: sed & ita uberem habens gratiam, pro etiam ætatum modo distribui ac dividi nescit. Neque enim quæ sunt immensa, pro corporum molis ratione mensurari possunt, sed animi ingenuitatis ac puritatis socia, pariter elucent ac produntur. Quocirca nunc quidem cum Samuele nuper latente versatur, nunc vero Davidem ab ipsis assumit gregibus ovium, ac fratribus præfert, quibus ille ceu immaturiori ætate, contemptus videbatur alium ab aratro assumens, unctione initiat: postque illos, nobis nunc in argumenti partem propositum, beatum ac plane sapientem Danielem, tenerum adhuc, ac val-

Joan. 4. v. 14.

Gratiæ amplitudo quanta.

2. *Reg.* 3.

1. *Reg.* 16. v. 11.

1. *Reg.* 17. v. 19.

de juvenem, seniorum judicem, ac Prophetam creat. Quanquam enim illi res erat gravis, illius captivitatis, ac patriæ loco Babylonem habebat, videbaturque ab immatura ætate despectior, atque à tot malis fiducia carens: quod tamen virtute præditus esset, fuissetque prima statim adolescente ætate Philosophia eruditus, ac omnino forti ac constanti polleret, in ipso ætatis flore, senum illorum ac perfectorum redargutor ac judex effectus est. Cæterum modicum quid si lubet, sermonem ad principium reducentes, videamus ut Deo amicum esse, sublimem ac beatum præstet.

Qualis Dan. inter captivos.

Capta penitus ac bello expugnata ab Assyriis civitate Jerusalem, Hebræorum per id tempus populi Babylonem translati sunt. Porro inter juvenum captivorum turmas beatus quoque Daniel unus fuit; agebatque in terra hostium contemptibilis puer: afflicti populi exigua quædam ac multesima appendix, qui neque haberet quo apud sui generis homines clarus esset, nec apud hostes justum belli spolium videretur, obscurus, inglorius, ætatis ac calamitatis præjudicio, quem solus probe videns oculus ille perspiceret. Solus quippe Deus purum adolescentis cernebat animum, margariti instar marinis ostreis implexum, aut sicut avarum in terræ sinu repositum: ut quæ ornatam sponsam arcanioris thalami abditam velo. Ubi autem opportunum appetit tempus, oportuitque ut qui delitescebat, in palam proferretur: ut obscurus ille, notus evaderet: ut contemptus, conspicuus fieret: ut denique, qui in calamitatis tenebris absconditus fuerat, claritatem acciperet: modico divini Spiritus afflatu atque illapsu, humilis ille, universis sublimior evadit: sapiens, qui nec os aperire posse: oculatorum redargutio, judicum judex, homo rudis: sublimi solio sedens, qui neque tribunalium unquam minister fuisset: juvenis castitatem calumnia appetitam ulciscens: convertens errantem populum: male latam civitatis universæ calculo sententiam revocans. Audistis enim recitatam modo lectionem, omninoque rei miraculum suspensos animo tenet. Ego quoque iis omissis, quæ libri alii habent, si qua nobis psalmi conjuncta voluptate utiliter modulati sunt; si qua Apostolus consilio suggessit; si qua Dominus pro potestate in Evangeliis sanxit, huic potissimum narrationi animum adjeci. Video namque duplicem commendari juventutem, alteram quidem ferendo, alteram sustinendo sententiam: ac Danielem quidem, pro lata rite sententia plausum habere ac gratulationem: Susannam vero pro victoria castitatis obtinere coronam. Venite itaque qui pulchrorum ac virtutis amantes estis, antiquum illud memoria instauremus judicium. Veteri castite novam in præsenti exscindamus incontinentiam, traducentes juvenilem senectutem, ac canam admirantes juventutem. O scelesti senes ac populi principes, innumeros ad emendationem necessarios habentes pædagogos: legitimo fœdere junctarum nuptiarum insidiatores: maligni castitatis aucupes: subtiles dolorum instructores: calumniæ prompti inventores! Scortationem labiorum tenus damnatis, & adornatis adulterium: aliorum medici, plenique ipsi morbo, *Sepulcra dealbata*, intus immundicia plena, externa vero superficie, ornata: sublimes, ac in judicium sedibus præsidentes, tumque, cum scortari voluistis, inter arbustorum densa, ac dumeta adrepentes. Risit cum videret prævaricationum doctor, ac malorum consiliarius, ut principes populi: ut viri proceres ac delecti, ceu sepulcrorum effossores quidam ac latrones, impudico recreandi spectaculo, ventrem traheretis, vulpiumque more latitaretis inter

Matth. 23. v. 27.

nemera; quæ nimirum e nemorosis ac umbrosis locis, domesticis insidiantes avibus, in eas dum incaute pascuntur, insiliant. O similem illi malitiam, quam humanorum illa animorum lues a principio in finem usque molitur? In horto primum corruit sublimis homo; nunc quoque in horto, viri senes a serpente acti, a prima illa ac principali gloria excidunt: quique judices erant, præjudicio damnati fiunt; alieni a vita, ac operarii peccati. Cæterum hoc certamine vicit quidem viros, victoriæ autem palmam concessit fœminæ, nec primæ hominis levitatem illam, in Babylonis adolescentula invenit.

Babylon haud confusio a Susanna.

Ac merito dicat aliquis, haudquaquam Babylonem confusionem propter Susannam esse, sed mandatorum Dei observationem ac castitatis custodiam: virili pectore mulieris civitatem, lætæ pro victoria festivitatis locum.

Brevis cum Josepho comparatio.

Hanc ego, ut intermedia tantum excipias tempora, cum casto Joseph virtutis similitudine compono. Sisto autem honestam fœminam secus castum virum; Deo amicam secus filium Israel: unam ambobus ac eandem pro castitate impono coronam; victorumque pedibus devictos substerno; Joseph quidem impudicam Ægyptiam, servi liberi heram: Susannæ vero infames senes. Castitatis eos institutores constituo; hanc quidem muliebris; illum autem virorum juventutis: orbis terrarum luminaria: resurrectionis flores: adulterorum Judices: legitimarum nuptiarum custodes. Interim vero, in sacra duntaxat fœmina, nostra versetur oratio. Nunc enim castus ille Joseph extra argumentum ac castitatis parenthesis est.

Cervus serpentibus noxius. *Prover. 5. v. 19.*

Ubi enim senes, quod quidem arbitrabantur, intra retia venationem tenentes, exque insidiis, ceu mox capturi, irruentes, nihil nisi pulcherrimam cervam pavidam invenerunt, sed illis pariter ac fabulæ auctori draconi resistentem. (Porro ferunt cervam animal esse serpentibus noxium: pulchre vero invenit sermo animalis imaginem.) Ubi, inquam, obsecrarunt, nec fuerunt auditi; comminati sunt, nec perterruerunt: deinceps jam malo œstro perciti homines, consilii inopes fiunt, ac utrinque duobus maximis malis anguuntur, quod sint fraudati desiderio, quodque sceleris argui possint. Sunt autem calumniati, scelesta capita, ac mali solutionem, aliud excogitant malum, velamenque mœchiæ, necem instruunt. Peccator enim, postquam in prima delicta inciderit, ceu sune, primo peccato, reliquas consequenter iniquitates attrahit: ac vero bona bonis oriuntur; malis autem procreantur similia. Quocirca nunc quoque, adulterii fructus, cædes subgerminat, citoque, ceu pro magno fœminæ scelere, Concilium sedet, ac multitudo judicium spectatura, in concionem vocatur. Porro, iidem ipsi accusatores, ac judices erant; fidemque calumniam struens canities habebat: juventus autem calumniam patiens, ab obtinente opinione præjudicium ferebat. Ad hæc excitatus populus, idque patiens, quod ab stolido impetu populus pati solet, errore indignabatur, senumque impetum una sequebatur. Reæ actæ fœminæ parentes lamentabantur: lugebat maritus tristem casum, filii hinc inde matri in periculo versanti hærentes, lugubre quid vociferabantur: genus universum præ pudore abscondebatur. Præclari autem illi judices, ac castitatis vindices, honesto pallio obtectam (neque enim vel in malorum confusione sui ipsa obliviscebatur, honestatis habitum habens) honesto ejusmodi temugento nudari jussere, quo pro mœchiæ tribunali, mœchiam operantes, judicandæ mulieris aspectu turpem cupiditatem sedarent: sed & manus capiti imponentes, pro latæ symbolo damnationis, mundum illud corpus, impudici homines contactu polluebant: ac contra eam, belli veritatis præsides, falsum pro concione orabant.

Pulchra sententia.

Ubi porro persuaso populo, jam sententia lata esset, ac pœna instaret, tunc calumniam passa mulier ad judicum illum judicem adspexit: causæ remissionem ab hominibus in Deum transtulit. Invocavit tribunal illud quod falli nequit: nec veritas quicquam tardavit. Tu mihi jam quoque, o beate Daniel! qua tunc ratione a Spiritu excitatus es, in sermone exurge. Dic tu etiam: *Innocens ego a sanguine hujus*, quomodo postea Pilatus adversus furentes Hebræos. Voca iterum ad judicium populum: incipe litem male absolutam: reorum loco statue falsi nominis judices: commutetur præsidum ordo, videatque mulier viros senes, qua ipsa paulo ante ratione urbi spectaculo fuit. Tu captivus cives judica: hospes viros indigenas: juvenis veteres. Commoda sacrum os Spiritui: non enim *habes labia immunda*, uti se Isaias despiciens ait; neque uno de Seraphim, aut purgatorio carbone indiges. Prudenter separa falsos judices, ut ne tuis quoque interrogationibus, uti mulieri in horto, consentione insiliant. Nam & illud prudenter intelligamus, quo ter beatus puer verborum tenore sit orsus sermonem: *Inveterate dierum malorum! Nunc venerunt peccata tua quæ faciebas prius, condemnans quidem insontes, absolvens vero reos.* O miraculum, magnamque Spiritus libertatem! *Ubi enim Spiritus erat, ibi libertas.* Videtis enim, ut neque in ipso exordio timeat: sed ut in ima ipsa conscientiæ intendens, ac animos senum peccatorum apothecas videns, testes quidem ac probationes non quærat: durius autem per contumeliam appellet, ut qui Propheta, sententiam scriptam in pectore haberet. Ac quidem quod spectat ad ipsum, nec quicquam dixisset: sed nulla mora abduci jussisset: quia tamen suadendus erat insipiens populus, levesque judices, qui ex actorum potius canis, quam ex veritate sanxissent, etiam seorsim positis, interrogationis adhibet probationem, ex qua dissona responsione mendacium arguit: ac lata sententia, non carnificibus tradit reos, sed ultores Angelos adversus eos accersit: sic nimirum, eoque cumulo Sanctorum provexit dignitas, ut & virtutes invisibiles illis obsequio ac ministræ adsint.

Daniel. 13. v. 46.

Isai. 6. v. 5.

Daniel. 13. v. 52.

2. Cor. 3. v. 17.

Daniel, Angelis senes puniendos tradit.

Quænam vero deinceps facta sunt scelestis senibus? Mutato judicio, cum veterum iniquitatum, tum recentis peccati pœnas morte daturi: tota vero Babylon gestarum rerum miraculum, ac rem sic novam in ore habens, Deum canticis celebrabant, quid latentium fabularum notitiam in publicum feciisset. Porro Helcias recepta filia, totus animo renovatus est: Joachim, festum victoriæ diem cecinit pro uxore: filii, veræ illius ac castæ pignora, vultibus blande ad risum compositis, circa matrem gestiebant, flebilisque ille lectus totus in lætitiam cessit. Vos autem, Christi populus, piissima ac salubri audita narratione, ne negligenter auditam prætereatis: quinimo doctrinæ ac exercitationis vitæ argumentum, sermonem assumatis. Vos fœminæ, æmulamini Susannam: sic viris castitatem servate, uti suo illa servavit: maluitque pati, ac audire pericula, quam mœchia Deum provocare; viro probrum facere; domos ac familias perdere; dubias proles facere. Vos senes, ut qui tales senes sint, odio habete: Magistratus, iniquorum judicum finem timete: Juvenes, æqualem vobis

Ethicum.

Juve-

Juvenem imitamini, quo ſic omni ætate in bonorum formata typum, Eccleſiæ cœtus omnis ſanctus ac probatus efficiatur, in Chriſto Salvatore noſtro; quem decet gloria, poteſtas, honor, cum Patre coæterno, ſanctiſſimoque, ac vivifico Spiritu, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.

ASTERII AMASEÆ EPISCOPI.

In Cœcum a nativitate.

Ex R. P. Jac. Sirmundi Socier. Jeſu autographo, multis emendato ex Seguieriano Codice.

AUdivimus modo divina plane ac ſublimia argumenta, tonitrui filii Joannis, ceu potius Spiritus Sancti, qui eundem ex piſcatore ac mantali artifice, ſcriptorem ac oratorem effecit. Quippe multam nobis ac prolixam enarrarunt Domini diſputationem, qua is, ab Hebræorum cogitata monarchia animos abducens, contumacem ac incredulum populum divina Patris ac Filii ſcientia, erudiret: portam eis gratiæ a legali traditione aperiens, ſenſimque a veteri ad novum teſtamentum, velut olim a deſerto ad divitem illam ac frugibus uberem terram, ducens. Cæterum dum is varie prææternam ſuam exiſtentiam, ac Patri ſemper conjuctam probat, ac diſerte cœcis inclamat; *Joan. 8. v. 58.* eſſe ſe ante Abraham, nihil illi ſermonis perſpecta virtute, nullaque ſcita contradictione, quod dictum improbant, coarguentes, verborum loco ad lapides confugiebant, ac diu ante crucem, manus homicidas ad cædem exercebant. Cui vero ubique conſtitutum eſſet, ut ad contumelioſum ac blaſphemum populum longaminiter haberet, eorum declinavit iram atque tumultum, non humili, ſed divina quadam fugiens ratione: qui medius ſtans, ac cum palparetur, non cerneretur; verſanſque cum ira tumentibus, non cerneretur. Steterunt vero illi attoniti, animi quidem propoſito in cædem intenti, haud tamen invenientes qua ratione iram explerent: nihil venatoribus imperitis abſimiles, qui Pulchrum ſimile. præmaturius ſuſcitata ac ſubmota præda, ſuffugiente cervo in locum aliquem, ac clanculum egreſſo, temere per ſaltum errant, moleſtum onus retia ferentes, fruſtraque ſecum catulos trahentes.

Equidem vero, quanquam alioqui ſum malus ſervus, id tamen necdum oblitus ſum, eſſe me ſervum, quique pro Domino adverſus injurioſos habeam inſurgere. Quamobrem etiam clamabo in Hæbreos, tanquam hodie præſentes, ac furore actos: ergone ſceleſti lapidibus beneficum appetitis? Quis enim vos e petra potavit? Appetitis eum lapidibus, qui lapideis tabulis inſculpta lege, viam veſtram formavit? Appetitis, *Dan. 2. v. 45.* inquam, lapidem electum, pretioſum, quem *1. Petr. 2. v. 6.* Iſaias prædixit? Appetitis ſpiritalem lapidem, *Matth. 3. v. 9.* nulla hominis manu, e prærupta petra, juxta quod docuit admirabilis Daniel, abſciſſum? Appetitis lapidibus ſummum angularem lapidem, qui parietes duos novi ac veteris teſtamenti committit? Tametſi enim non creditis, potens eſt Deus de lapidibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ, *Gen. 18. v. 18.* hoc eſt, acceptabilem Chriſto populum ex Gentibus ac præputio congregare: in quo etiam promiſſionem ſuſcepit Abraham, dicente ei Deo, fore in eo benedicendas omnes Gentes. Arcana enim Deus ſcientia futurum prævidens, omnes in poſterum credituros, fidei duci ac principi in filiorum ſortem attribuit. Ex tunc enim contuebatur Hebræorum populi ſeditionem, ac videbat lapides falſique nominis filios abdicatis accenſebat. Cum autem ſermone veritatem annuntians,

haudquaquam perſuaderet pietatem: tametſi aderat, abſcondebatur; ac apparens non videbatur, quo tali miraculo admittere cogeret eſſe ipſum Chriſtum, ac Deum parente Abraham ſeniorem. Audite, ergo, inquit, o vere cœci ac ſtulti! *Exod. 33. v. 4.* quiſnam iſte, qui & verſatur vobiſcum, nec tamen videtur? num forte ille eſt qui ad Moyſen loquens, minime conſpiciebatur, ac tamen apparebat? Nam tunc quoque videbatur ignis ac rubus, ambo muta; nihilominuſque audiebatur vox, ac ſermo erudiebat, certoque, quod futurum erat, prænunciabatur: ſicque virorum prudentiam, ut perſonam ex rerum cognatione intelligitis.

Cum ſic autem aliene a ratione ac ſtulte Hebræi haberent, Dominus noſter ac Salvator, velut ſedulus quidam ac ſapiens medicus, non cedente morbo ad primum experimentum, modum alium curationis aggreditur. Statuit vero ut mente cœcos, cæco curet qui obvius inventus eſſet, *Exod. 17. v. 6.* non accidenti aliqua læſione cœcitatem paſſus; *Exod. 34. v. 1.* ſed naturæ vitio; ſic nimirum ex utero in lucem productus.

Hominem porro conſpicatus, ſtetit, præſtoque ad curationem fuit: curationem utique humana majorem ratione & arte. Quippe ars medica ac ejus ratio, eorum morborum contemplationem tradit, qui jam a natura perfecto animali ac in lucem edito, caſu poſtmodum aliquo accidunt; congeniti autem corpori vitii, minime curationem promittit: at neque univerſim morborum, ſi qui deinceps acciderunt: cujus rei abunde teſtes ſunt mutilati homines, quibus nemo medicorum, membrorum privationem ſarcivit. Quamobrem etiam diſcipuli, morborum miſerantes, videnteſque hominem qui lucis jucundiſſimam voluptatem nequidem unqam guſtaſſet, curioſius inquirentes ærumnæ cauſam, Dominum interrogabant; haud ſcite admodum, num ob propriam culpam, an propter parentum delicta, ſic affecto corpore in lucem productus eſſet. Utrinque autem percontatio reprehenſionem habet: neque enim filius, nullius ipſe reus, pro parentibus reprobatus eſſet: cum Deus non puniat alium pro alio: neque vero ſuorum ille criminum pœnas daret, qui necdum in vitam proceſſiſſet, ſiquidem ita cœcus natus erat: nemo ſiquidem necdum natus peccator eſt. Ipſa quidem interrogatio haud valde probata eſt. Videamus vero Nemo pœnas dat eorum quæ peccaverit, antequam naſceretur. ut veritas, Dominus noſter ita percontantibus reſponderit. Morbus iſte, o diſcipuli! minime gentium, peccatorum retributio eſt, ſed futuræ diſpenſationis præparatio, quo is, qui communis habetur homo, majora homine operetur: utque univerſorum Auctor, poſt primam creationem, nunc quoque opificii argumenta inveniat atque ex particularibus, univerſis fidem ſtruat: ac denique durus populus intractabiliſque, adorare perſuadeatur abjectis lapidibus. Illuminentur ergo oculi non videntes, ut juſtitiæ Sol animos ipſipientium illuſtret. Fiat res nova, ac creentur oculi, quos noverint ſeditioſi, ut quem dicunt Joſephi Filium, vere fabri filius eſſet, potuiſſet quidem confractum currum reficere, aut ligna a junctura diſiuncta conſerere, ſeu etiam fractam trabem fulcire; vel item aſperos aſſeres complanare; aut omnino illa præſtare, quæ pater artifex pro artis ratione ac inſtituti filium doceat; ut tamen partem hominis, eamque pulcherrimam, nempe oculum, ſic maxime a natura elaboratum, nemo alius, quam qui a principio in naturam poteſtatem habet, condere potuerit. Cœcitas viri permiſſa ceu argumento aſtruendæ Chriſti divinitatis.

Sane, ut quis attente humanis membris animum adjicere velit, in hac maxime parte corporis omni-

potentem ac variam Dei sapientiam, tantam artis magnificentiam in tantillo membri ambitu exhibentis, perspexerit. Nam primo quidem affusam habet quidam gratiam, estque tenerrimus, ac carne vacans, ut ita dicam, in delicata substantia duritiem habens, inque molli contentionem quandam; ac variis coloribus illustrius interfloret. Ejus itaque meditullium, nigri declinationem habet, eamque non ejusdem per totum rationis: sed variis quibusdam circulis commissam, centro quidem ac meditullio nigriori; exteriori autem circumflexu paulatim in flaviorem desinente tincturam. Eam foris munit album, spendidum illud ac pellucidum; haud tamen summe ac nulla temperatione candidum, sed vitrea quadam ac pellucida specie formatum. Rubens color circa pupillam affusus est, ut albo ac nigro contemperet gratiam. Ad hæc autem sic in denso pellucidus est atque levis, ut & propius accedentium formas exprimat, ac velut egregium speculum, eorum quibuscum sermonem miscemus, figuras repræsentet: quamobrem etiam ejus circuli summe medium centrum pupilla appellatum fuit, humanam semper exhibens speciem, ut quis e regione aspexerit. Ut enim nequit fieri, ut quis aspectans in speculum, non statim suam in materia figuram adumbret: sic neque, ut quis adverso vultu alteri consistens, non suam formam oculo appingat. Sese ergo homines invicem aspicientes, sibi mutuo specula efficiuntur.

Pulchra oculi descriptio.

Dignus itaque in creatis admiratione oculus. Is enim Deum quoque mihi exponit, qui totam accurate creaturam perdiscat, exque operatione artificem ostendat. Hic, ex iis quæ visibilia sunt, invisibilia animæ explicat. Per eum Solis habeo notitiam, ac cœli ornatum novi, lustroque stellarum pulchritudinem, & terræ basim, ac maris naturam: diversa semina arborumque varietatem, ac colorum variam tincturam: tenebrarum tristem faciem, ac lucis splendorem: omnia denique si qua laudavit Deus conditor. Atque adeo, nisi esset oculus, creatorum universitas sine teste senuisset, cum nullus Dei sapientiam ac virtutem, quæ in ea elucet, aspecturus esset.

Oculi præstantia, ac utilitas.

Gen.1.v.31. Psal. 148. v.5.

Ob eam ergo mirabilem visus structuram, nunc quoque oculi ceu ex temporanea molitione conditi sunt, quo abjectiores de Unigenito cogitationes ex carnis nobis humilitate accedentes, submoveamus: ex gestorum magnificentia angustam omnem abjectamque opinionem ab animo eiicientes; sciamusque, beatum Deitatis lumen ac pulchritudinem, vas testeum assumpsisse: quod nobis lucernæ instar splendorem submineret. Omnino autem, ipse per se Dominus curat: nec solo sermone ad opus utitur, qui rerum ornatum universum præcepto produxisset: qui duobus verbulis, membris solutum hominem curasset, qui & ore, & manibus, omnique alia providentia cœcitatem curat, quo certam ex rebus fidem incredulis faciat. Spuit in terram, exque sputo lutum facit, Nimirum idcirco ad curandum terram adhibens, quo ostendat, ex eodem se luto, ex quo primitus totum animal formatum fuisset, nunc quoque reliquum membrum condere. Saliva autem illud sarcit, ac dissipatum experseque glutinis continet pulverem, quo nobis perspicue ostendat, omnia Verbum virtute oris sui peregisse: nam: *Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum.*

Psal. 148. v.5.

Joan.9.v.8.

Joan.9.v.6.

Cur saliva ac lutum in Cœci curatione.

Ps.32.v.6.

Ratio alia moralior.

Forte autem idcirco etiam spuendo curat, quo eos ad metum compungat, qui brevi post expuendo injuriam facturi erant. Nec sic tamen furentium inflexit audaciam; quin fuit multis oblitus sputis, qui sputo rem ejusmodi gessisset. Primi ordinis creatricem virtutem in eum modum ostendit. Ac quidem jubendo lavari in piscina Siloe, futuram nobis salutem per aquam innuit, quam Missus Siloe universis concessit. Tunc enim bene videmus, cum aqua mystica mundati fuerimus. Tunc nos gratiæ lumen circumfulget, cum Baptismi virtus peccatorum sordes maculasque eluerit. Quotquot vero jubente Siloe lavamur, spiritale videmus lumen, quod illuminat omnem hominem venientem in mundum. O miraculum, ac vim magnam! Discessit e piscina qui paulo ante cœcus erat, ornata facie oculorum auctario, Solis probe radium videns. Vicinos ac notos res tanta in stuporem vertebat; turbabat sane nova curationis ratio. Circuibat urbem homo videns, quo novum ac mirabile factum opus omnes viderent, a Jesu nato in Bethleem; a pusillo illo infante, pannis involuto in præsepio. Hæc enim Judæos morabantur, ut ne Deitati crederent.

Quid velit imperata lotio in Siloe.

Joan.2.v.8

Ergo stulti ac tradi corde! considerate animo quotquot a sæculo fuerunt homines; incipientes ab Adam; omnes deinceps investigate, num quod modo factum est, sub aliis quoque factum reperiatis: num sæculum, curationis ejusmodi exemplo illustre occurrat? rursumque ad irrisionem Domini mei, proferte fabri Filium, cujus sciatis fratres, cujus domum ac familiam noveritis. Studentes humilia omnia percensere, multam vestram profundite incredulitatem. Quod si rem ejusmodi nec quisquam patravit homo, neque ætas ulla tale quid narratum audivit, vestram ipsi damnantes insciitiam, ad veritatem deinceps respicite. Vos quoque lavamini in Siloe, ut ne in vestra moriamini cœcitate.

Matth.13. v.55.

Enimvero nihil illi quod operæpretium esset. Non sermo etudiebat: non docebat actio: non miraculorum virtus flectebat: contra autem per improbam arrogantiam sexcentis modis obscurare omnia ac irridere tentabant. Porro eis in contrarium versutia cedebat. Quo enim magis erant increduli, aliisque ac aliis interrogationibus rem demoliri studebant, eo amplius veritas confirmabatur: idemque eis atque bestiis illis accidebat, quæ ab aliquo vulneratæ nec dumque tota cuspide ventri infixa, quo in hominem irruunt impetu, sibi ipsæ totum adigunt ferrum.

Scitum simile.

Quod primum curiose quærunt hoc est: Sitne hic ipse Cœcus, nec ejus loco alius proditus sit: cum se palam homo ipsum contestaretur, ac totam curationis seriem enarraret, ut & lutum oblitum sit cœcitatis remedium; utque piscina lutum abluens, visum præbuerit. Hæc vicini curiosius indagabant, discebantque: requirebant Pharisæi, atque credebant.

Prima Pharisæorum strues in Cœci miraculum.

Porte nec Altera.

Strues altera assumebatur ad convellendum quod factum esset, ut ostendere conarentur non esse Christum, qui curasset. Quia vero homo sospitatorem clamabat, suaque confessione ac prædicatione, gratias rependebat, ac beneficium prodebat, obturatis auribus, ac animo perplexi, nec habentes quid agerent, ad morbi rursus inquisitionem recurrunt: diligenter scrutantur, sitne is Cœcus a nativitate, hominisque parentes consulunt, ac singula accuratius exigunt, non ut rem gestam confirment, sed ut quovis modo labefactandi miraculi ansam arripiant, falsique aliquid commenti moliantur, quo fidelem plebem a studio avertant. O excellentem malitiam! Depugnare contra veritatem, nec adorare omnium conditorem: sed benefico

fico detrahere: non admirari potentiam, sed conari gesta elevare. Credite vel parentibus, o Pharisæi! sic natum esse cœcum hominem; rursumque ad Cœcum recurrit, secundoque, ac tertio certo ab eo docendi malos conatus ac insidias. Ubi vero primus conatus non successerit, ad secundum procedite: ubi nec secundus, ad tertium: ubi nec tertius, deinceps ad quartum. Astutæ vulpis cursus versate: ac quidem omni vos parte ceu indagine cingunt veritatis retia; nec fieri potest ut a miraculo exitum inveniatis. Enimvero nullam omittite strophem araneæ texentes telam, varie quidem, imbecilli tamen conatu ac inutili, insidias struentes.

Judæi olim a parentibus increduli.

Morbus hic a patribus in vos est derivatus. Incredulorum parentum increduli filii. Eodem illi modo habuerunt, quod spectat ad Ægypti miracula. Novis modis præterque expectationem ab hostibus salvabantur, ac salutis auctori increduli erant. Alebantur escis nobilioribus quam habeat naturæ usus, erantque famelicis ingratiores. Suscipiebant manna de cœlo missum, aliorumque Ægypti ac cæpium tetrum desiderabant odorem. Columna nubis interdiu obumbrabantur, ut ne Solis radiorum æstus molestiam faceret; igniſque columna per noctem illustrabantur, novum aliud præter lunam eximiumque consecuti luminare: ac quasi nihil divinæ virtutis efficacitatem persentirent, ita novos ac sublimes dari quærebant deos, ubi parum quid Moyses accipienda lege in monte detentus, reditum protraxisset. Vero vos eorum hæredes improbitatis, qui neque legem dilexeritis, ac gratiam odio habeatis. Qui non amygdalina virga, sed ferrea regi habeatis.

Exod. 16. *v.* 13.

Exod. 13. *v.* 21.

Exod. 32. *v.* 8.

Num. 17. *v.* 8.

Videris hominem transeuntem ad lucem; ubi tota longe anteriora ætate, inutilibus luminibus in tenebris egisset, alienos oculos duces sequens; quotidie sedens pro templi foribus; ærumnam publicans quo plures ad miserendum pertraheret; cujus tota civitas ægritudinis testis esset: nunc autem videntem ac celeri curatum remedio, non variorum medicaminum compositione, aut ferri sectionibus; sed luto solo, coque salivæ injectione confecto: qua vero ratione non admiratione defixi estis, non obstupuistis; non vosmet in terram abjicientes, cum adoratis, qui oculos de terra creavit, divinamque virtutem colitis: non autem livore disrumpimini, ac Deum tanquam artis socium æmulamini; tanquam opifices, rerum opificem; tanquam gentiles, æque vobis honoratum ac comparem.

Porro legentes veteris testamenti libros, si qui de Hebræorum populi regimine scripti sunt; quique Regum principatus, ac eorum docent historiam, faciles quæ de singulis narrantur, suscipitis; ut parum absit quin Moysen Deum existimetis, supraque modum admiramini Elisæum, ac ejus laudatis Thesbitem præceptorem: ac quotquot per singulas ætates divinitus afflati Sancti extiterunt, atque a Deo beneficia consecuti sunt, magnaque ac præclara patrarunt, æquales Angelis augetis honoribus: nihilque quod spectat ad antiquos reluctamini: nec reiicitis quæ a patribus natura accepistis, tametsi ita natura comparati sint homines, ut non facile fidem adhibeant, auditis: quod autem novissime oculis exhibitum vidistis, quæque digitis contrectare potestis, ac diligenti auditu percipere, hæc incredule simul ac improbe depravatis, prophetias proculcantes, ac eorum quæ fuerunt prædicta, exitum evertentes. Quæ enim modo, periculo facto, conspecta sunt, prius olim Isaias verbis docuit: *Ecce Deus noster judicium retribuit ac retribuet: ipse veniet, & sanabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient. Tunc saliet sicut cervus, claudus; & aperta erit lingua mutorum.* Sunt hæc non Petri ac Joannis verba, nec ullius recentiorum, aut suspectioris personæ sermones, ut suspicantes ad gratiam laudasse, respuatis veritatem: sed sermones sunt vestræ prophetiæ, si modo B. Thecuitem nostis filium Amos Prophetam Prophetæ natum; virum ex genere Israelitam, legalis institutionis caput. Sit Deo gloria, protestas, honor, nunc & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

Num. 17. *v.* 8.

ASTERII AMASEÆ EPISCOPI in sanctos Principes Apostolos Petrum & Paulum.

Isai. 35. *v.* 4.

Ex venerandæ antiquitatis Seguieriana Bibliot. Codice: nuper allato ex celebri monasterio τῶν Ἐγκλείστων Græciæ.

HI sane omnes, consueta ac legitima ratione exhibiti, sacri Martyrum honores, festi dies sunt, ac præclare e pietate gestorum tituli perpetui. In iis, ubi Ecclesiarum Præsules, dicturi accesserint, ad rerum in orationis argumentum propositarum magnitudinem suas exigentes vires, ipso statim exordio ad veniam, remque a se amoliendam, confugiunt, sermonisque exilitate, minui rerum magnificentiam asserunt. Ut vero illi, singulos quosque Martyres laudibus celebraturi, velut animum despondent, majusque aliquid quam pro sua facultate laudationem agnoscunt, ac liquido suam ipsi fatentur imbecillitatem, quid me fiet, cui hodierna die Martyrum præceptores celebri laude prosequendos propositum sit? Veros, inquam, illos, primosque discipulos Christi, Ecclesiarum Patres, solos probatos fideleque Evangelii præcones; qui cum Deo miscere colloquia, suisque ipsi auribus divinam suscipere vocem digni habiti sint. Haud enimvero, quod sit sublimis sermo, ac arduus conatus, idcirco operæ pretium videatur, ut iners unumque silentium eligamus, ignavorum more ac maris rudium, qui ad maris ipsum adspectum abjiciunt animum: ac neque principio sustinent navim conscendere, nec vel experiendi causa, extrema ipsa littora modicum obnavigantes lustrare: quin ter beatis viris, quorum hodie celebrandorum gratia convenimus, conatum concredentes, quod nostræ erit facultatis aliorum lætitiæ præstare studeamus. Novi siquidem a nobis exigendum, non quantum magnis illis ac admirandis merito debeatur, sed quantum pauperibus nobis in promptu sit. Utinam vero modicum quid ejus mihi gratiæ suppeditatum suppeteret, cujus ambo hi Sancti participes, alter quidem Hierosolymis incredulos docuit: alter vero cum Athenis in Areopagum venisset, superstitiosos ab impietatis errore convertit; ostendens eis Christum, ac veræ pietatis ac religionis annuncians sacramentum. Sic enim liqueret, aliquid nos eorum præstare quæ sunt proposita: nec procul admodum ab argumenti tanta præstantia abesse.

Quia vero præclara illa Spiritus dona magnorum sunt, ipseque, ejuscemodi gratiarum divitiis indignus existo, meam vobis alacri animo pauperta-

4. Reg. 4. *v.* 3. 8.

tem, velut Elisæus, cum pulmento olera, appono: haudquaquam ea privandus laude, ut ne omnino prætendam quod bonum ac præclarum est: Ne quis autem me vestrum, Auditores, qui viros strenuos laudandos susceperim, externæ putet ac profanæ sapientiæ sectaturum leges. Non enim com-

compoſita arte aſſentamur atque blandimur; ſed Dei amantium ac religioſorum animorum virtutem, vera narratione repræſentare ſtudemus. Quamobrem tacebitur genus, nec parentum illuſtris gloria, negotii aliquid dicturo præbebit. Quippe, *caro & ſanguis regnum Dei non poſſidebunt*, nec cœli cives a terrenis ac ſæculi prærogativis honoraturi ſumus: ſed plane ſecus; obſcuram parentum vitam; artes mechanicas; paupertatis denique appellatum probrum; hæc utique inter laudandum commemorabimus. Nam juxta Evangelium noſtrum, Chriſtiani, in humilitate gloriam habent. Sane quidem externorum encomia contuens, maxime vitupero: quod eos laudaturi quos ſibi propoſuerint in laudis argumentum tanquam nihil peculiare dicendum ſupperat, ad Majorum fruſtra ſepulcra confugiant, ac defunctis in caſſum negotium faceſſant; mortuoſque viventium ornamento aſciſcant: quibus vita functos invocant nihil boni ac præclari apud eos extare profitentes quos laudibus celebrant. Præterea, ut quidem certum eſſet ſic omnino comparatum eſſe, ut qui claris majoribus procreati ſunt, ipſi quoque probi exiſterent, ac virtutem, ceu quadam naturam velut hæreditaria ſucceſſione tranſmiſſam ſuſciperent, eſſet fortaſſe haud incongruum parentum meminiſſe: cum vero ſtudiorum diverſitas plerumque generis ſucceſſionem mentiatur: Philoſophi namque filius, luxurioſus ac ganeo evadit; ac Philoſophus, voluptarii ac libidinoſi filius: fruſtra laboratur percenſendis encomio proavis ac majoribus; cum ſit oſtendendum, quæ cujuſque facinora ac res præclare geſtæ ſint. Quod hæc vero ſic habeant, haud aliunde diligenti perveſtigatione noverimus, quam ex ſacris ipſis Chriſtianorum Scripturis quorum multiplex variaque utilitas exiſtit.

1. Cor. 15. v. 50.

Humilitas Chriſtianorum gloria. Encomiorum improbata lex laudandi majoribus.

Virtus non natura ac generis ſucceſſione, ut quis inde laudetur.

Scimus plane Sacerdotem, ſenem illum magni Samuelis cum educatorem tum magiſtrum. Nihil tamen ipſe quanquam optimus erat, juvit filios: idque, cum apud parentem ipſum educati eſſent, ac quotidie ſacerdotii jura ac leges audirent. Rurſum vero Timotheus impiis parentibus editus erat: ille, inquam, Apoſtolus, Paulique generoſus catulus: haud ille tamen, ceu quandam naturam, ſecutus eſt parentum memoriam: quia libera voluntate eorum odio impietatem habens, ad ſacram pietatis legem transfugit; dulciſque fructus ex amara radice prodiit: mulorum copula, ac ovium partus. Sic Abſalom modeſti ac ſobrii patris, furens juvenis; eoque temeritate ac audacia notus, quo pater probris ac ingenuis moribus: ſeu potius, ut quod ſit magis e veritate, dicamus; exuberanti malitia paternam longe ſuperans virtutem. Atque adeo ut quis contrariis ejuſmodi filiorum ad parentes moribus, animum adhibere velit, ſtudioſos ac recti amantes innumeros malis prognatos offendet: maloſque viciſſim parentibus optimis ſatos. Idque admodum merito. Siquidem enim natura, non mores, vitium aut virtutem efficeret, non jam duo eſſent, ſed alterum uniformiter prævaleret.

1. Reg. 2. v. 52.

Act. 16, v. 1.

2. Reg. 15. &c.

Dicatur ergo Petrus *filius Jona:* Cujuſnam vero illius, nihil mea refert. Ego namque a filii actis, honeſto parentem; atque ab imis incipiens, ad ſuperiora tranſmitto laudem; lucernarum inſtar, quæ noctu a ſolo ac ima domo, tecta illuminant. Sane vero Iſaias vaticinio ait, poſuiſſet Patrem, Filium *lapidem angularem*: nimirum ſignificans, mundi totam conceptionem illo fundamento ac baſi nixam eſſe. Quin & rurſum Unigenitus, uti ſacris Evangelii libris conſcriptum eſt, Petrum, Eccleſiæ fundamentum dicit: *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam*. Primus enim revera hic ceu grandis quidam ac durus lapis, in mundi hujus cava demiſſus eſt, ſive *convallem plorationis*, quemadmodum David; ut Chriſtianos omnes ſuperædificatos portans in ſublime; nempe, ad ſpei noſtræ domicilium ſubvehat. *Fundamentum aliud nemo poteſt ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Jeſus*. Sed & ſimili quoque Salvator noſter appellatione primum ſuum Diſcipulum honeſtandum duxit, nominans fidei Petram. Per Petrum ergo, verum ac fidelem pietatis doctorem effectum, Eccleſiarum ſtabilis inflexaque firmitas conſiſtit. Juſti porro ædificatione radicati ſtamus, qui ab ortu ſolis ad uſque occaſum ſumus Chriſtiani. Plane, cum a tempore annunciationis Evangelicæ, multæ increverint tentationes, tyrannique nos innumerabiles, ac illis prior, diabolus, funditus deſtruere, atque a fundamentis evertere conati ſint: decurrerunt flumina velut torrentes, inquit ſalubris ac ſacra Scriptura; vehementes diabolicorum ſpirituum venti irruerunt; copioſi ac immenſi perſequentium Chriſtianos imbres impetu defluxerunt, nec quicquam tamen divino potentius viſum eſt munimine; quod nimirum fidei ædificatio ſacris primi Apoſtolorum manibus extructa eſſet. Hæc porro dicenda habui, ob illud unum verbum benedictionis ejus, qui Evangeliſtam ac ſacrum præconem, petram nuncupavit. Videamus autem, ſi lubet, qua Petrus ratione ædificaverit, non lapidibus lateribuſque, vel alia terrena materia, ſed ſermonibus ac actionibus, quas ſpiritus exercebat inſtinctu.

Joan. 1. v. 42.

Iſai. 28. v. 16.

Matth. 16. v. 18.

Petrus fidei petra a Domino appellatus. Eccleſiarum firmitas Petro doctore conſiſtit.

Pſal. 3. v. 7.

1. Cor. 3. v. 11.

Matth. 7. v. 27.

Cum Deus itaque ac Salvator noſter in cœlos aſcendiſſet, quando Apoſtolis ſpectantibus nubes ei vehiculum facta eſt, viriſte, docendi partes Evangelii ſuſcepit; atque ſociis omnibus prior pro Epiſcopi ac præpoſiti munere os aperiens audentis animi fortitudinem contra populos adverſus pietatem furentes, oſtendit; ac ſapiens orator in medio Gentium ac Iſraelis enituit: Gentium, inquam, acuentium linguas, quæque ira, ut quis Jeſum nominaſſet, implerentur. Ita ſane ut quod a Propheta in Domini perſona dictum eſt, Petro quoque admodum congrueret: *Circumdederunt me canes multi: tauri pingues obſederunt me*: is tamen ſpiritu fervens altaque memoria illud ad ipſum Domini mandatum retinens, quo fuit dictum: *Paſce agnos meos*: ſtans in promiſcua ex innumerabilibus Gentibus multitudine, clamabat: *Viri Judæi & qui habitatis Hieruſalem univerſi*. Ac ne locum totum ſubnectentes longiores ſimus, in memoria revocat Joelis oracula, prædicentis ſpiritu prophetico Spiritus adventum: tum tranſit ad Davidem, ac exponens Pſalmum quintumdecimum, confirmat reſurrectionem: ſicque ſermonem univerſum in verborum ſapientia ac legis teſtimonio concludens, ſtatim poſt ſe traxit auditores; non decem, aut centum; vel etiam ter autve quinquies tantos: quinimo, *tria millia* virorum: Eccleſiæ cœtum, integrum populum abunde habentem hoſtes percellere, a quibus repentina adeo mutatione abſciſſi eſſent. O Suadæ fervida accenſaque medicamina, animos intime ac penetrabiliter perſtringentia! O divina ſapientia, humanam omnem ſapientiam obſcurans! Quid ad hæc, qui Demoſtheni ſupra Rhetores defertis lauream: quique Socratem laudatis inter Philoſophos? Tantum enim abeſt ut magnus ille ac celebratiſſimus pro oratoria facultate, ea auditoribus perſuaſerit quæ animo conſtituta eſſent, ut etiam ab iiſdem urbe ac patrio ſolo deportatus ſit: Socrates vero, plurium illorum ad Athenienſes ſermonum, ac ſapientia re-

Primus Petrus a Domini aſcenſione uti Epiſcopus aut paſtor prædicat.

Pſalm. 21. v. 13.

Joan. 21. v. 1.

Act. 2. v. 41.

Petri vis ſermonis.

ſer-

fertarum disputationum finem, cicutam invenit, interficiente discipulorum choro, tanta nimirum pollebat vi suadæ. At Petrus, piscator ille, ille manuum arte victum quærens: ille imperitus, ac quicquid per contemptum velis appellare, uno sermonis factu, tria virorum millia venatus, firmiter transtulit; idque cum illi moleste ferrent ac tumultuarentur, ac ne os quidem diducere a principio sinerent.

Postquam autem Christianorum ordo ac cœtus abunde satis auctus erat, cum ad sermonis doctrinam ac admonitiones, virtutis ac potentiæ efficacis mirabile documentum præbuisset, claudum sospitem, ac integris pedibus a templi vestibulo erigens: illum, inquam, claudum ex matris utero, quique naturæ vitio laborabat, confluente ad templum universo populo, quem miraculi fama ad spectaculum provocarat; universisque intente in virum adspicientibus, cum miraculo stupefacti starent; obstructa sunt ora Christi hostium: fuitque deinceps crux, non probrum, sed victoriæ trophæum: rursus ergo imperitus ille, ille mechanicus artifex, secundos aggreditur sermones in hæc verba ad eos loquens: *O viri, siquidem admiratione dignum, ac divinæ potentiæ arbitramini quod est factum, ipsum adorate qui claudum curavit, Jesum, quem cecidistis, quemque demum iræ exuperanti æstu, in ligno exaltastis. Ille ipse est, vivitque, ac sicut vobis sæpius dictum est, a mortuis excitatus universorum dominatur. Quamobrem nunc eorum quæ peccastis pœnitentiam agentes, accedite ad eum, & illuminamini, quemadmodum vester ille parens David ait. Siquidem enim filii Prophetarum estis ac discipuli Moysi, nolite majorum vestrorum gratiam spernere, iis animum adhibentes qui falsa loquuntur: sed prudenti judicio quæ ab illis fuerunt prænuntiata considerantes, vestræ Salvatorem gentis, animis suscipite. Quippe ille est, quem Moyses Prophetam vobis suscitandum promisit.* Hæc Petrus ac iis similia ad populum differens, abiit tribus millibus æquales alios auctario referens. Ac quidem talis Petrus publica concione fidenter Evangelii doctrinam exponebat loquens, alacer, imperculsus, prudens; suorum fiducia, ac adversariorum pavor.

Petri secunda prædicatio.

Act. 3. v. 12.

Ps. 33. v. 6.

Deuter. 18. v. 15.

Quia vero non id tantum pietatis Doctor optimus studiose agebat, ut Dei populum numerosa multitudine augeret; sed longe amplius, ut discipuli accurate pro traditarum legum ratione vitam instituerent: ut vidit vero Ananiam illum, suorum ipsum fructuum furem, novumque sacrilegum, malam peccati invecturum in Christianos consuetudinem severe eum ab Ecclesia excidit: non velut crudelis animo ac homicida, sed spectato quod conduceret, ejusmodi peccatum curans medicina. Cum enim populus recens conversus atque conflatus, a Gentilio ac Judaico victu, morumque neglectu, Evangelicas nuper leges accepisset, merito plane existimavit nedum verborum correptionem discipulis necessariam esse, verum etiam secundo metu aliquo indigere. Sic enim moribus comparatum est, ut qua ratione prima studia regulata fuerint, eadem ad finem usque inolescente consuetudine perseverent: idcirco ubi peccatum arguit, mortem mox supplicio induxit, non usus gladio, aut ve carnificibus reum tradens; sed momento illo temporis, qua ratione sustulit, præclarum Christi potentiæ specimen edens. Tantum enim objecit crimen, inque illud vocatus homo expiravit. Hoc vero quantum sit, quantamque Ecclesiæ reverentiam ac metum injecerit, haud opus doceri habeamus. Duo quippe simul confecit: ut nimirum, cum Salvator Deus esse crederetur; tum & ejus doctori legum adesse comites Angelos, qui prompte ut Apostolus voluisset, exequerentur. Voluit claudo beneficium præstare, nihilque gratia tardavit: voluit punire sacrilegum, moxque pœna præsto fuit.

Act. 5. v. 1.

Ananiæ mors castigante Petro.

Erant hæc abunde, ut vel lapideas mentes stupore afficerent, certamque omnino facerent fidem, nullam Petri verba habere deceptionem; sed vere Deum cum ipso esse, sanctumque ac veritate fultum, quod annunciabat sacramentum, existere. Sed & hoc attendamus necessum sit: illud quidem puniendo ac necem inferendo, semel duntaxat ab Apostolo usu suadente signum usurpatum esse, quo iis qui mala essent voluntate, castigandi potestatis specimen exhiberet, beneficia autem ac sanitates, quotidie ac jugiter præstitisse: tantaque erat curandi ac gratiæ facilitas, ut nemo ægrotus accedens spe sua frustratus abiret; sed integer ac sanus domum reverteretur. Quisquis vero Hierosolymis Petrum locus habebat, is Christum loquebatur: habebatque sequentem infirmorum multitudinem, ac mirabile diebus singulis promiscuæ plebis spectaculum, congregatis aliis quærendæ causa liberationis a malorum molestia, aliis vero, ut impertiendæ sanitatis spectatores essent. Sic namque etiam illud mirabile de Apostolo conscriptum est, de quovis alio inauditum: ut nimirum, infirmorum cognati ac domestici, publice eos in lectis exponerent, *ut veniente Petro, umbra illius obumbraret quemquam illorum*: adeoque servus celebriori præ Domino fama habetur. Ac forte in signo isto completur, quam Salvator prophetiam ad discipulos est locutus: *Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, & ipse faciet, & majora horum faciet.* Cum autem hoc dico, minime gentium servum cum Domino comparo. Apagesis furentis sensum: sed Deum, qui per famulos suos potentiæ suæ specimen edat, nullum e discipulis suis, perinde ac Petrum muneribus locupletasse, pronuncio: quin supernis sublimem effectum donis, universis eum prætulisse. Uti vero discipulorum primatum tenet: major quoque inter fratres rerum experimento per Spiritus sancti virtutem ostensus est. Primus vocatus, cito obsecutus est, cum in litore, in mundi loco aspero inventus esset. Is namque humanæ eum tempestatis jugiter circumstrepentibus fluctibus, continuum circa littora precum clamorem ac vota habet. Primus inter Christianos sæculi res sprevit despectisque omnibus quæ in pedibus ac mundana sunt, studium animumque ad spiritalia ac cœlestia traduxit.

Petrus semel morte punit; beneficia ac sanitates juges impertit.

Petri prærogativa singularis: ut sola umbra sanet. *Act. 5. v. 15.*

Joan. 14. v. 12.

Uti donis, sic virtute major inter fratres.

Dicat vero, forte eorum aliquis, qui pauperem atque obscurum ter beatum illum apellare solent: Quid enim vero ille reliquit? Qua se possessione abdicavit? Universa, o homo, dimisit, quæ habuit. Cuique vero, quod possidet, magnum est: illudque, divitiæ sunt, quod tenuis ac egenus habet. Similis apud Deum habet, tum qui currus dimittit, tum qui contemnit asinum. Quod enim diviti equis quatuor vectus currus, hoc clitellæ viles pauperi. Perinde autem Philosophus est, tum qui argenteam ac historiis varie distinctam ornatamque, tum qui ligneam vilisque pretii mensam relinquit: ac similiter, tum qui frequens hominibus oppidum, tum qui exiguum hortulum: qui vestem auro textam, quique veterem ac detritam tunicam. Non enim Deus multitudine aut qualitate eorum, quæ dantur, collationem indicat ac humanitatem: sed gratam habet ac probat dantis voluntatem. Quamobrem etiam Evangelium viduam illam uti probam deprædicat, quæ obolum impertita esset: quod nihil

Ut multum pauper, reliquerit.

Luc. 21. v. 22.

Matth. 10. v. 42. nihil retinuisset eorum quæ habebat. Quin etiam, qui aquæ frigidæ calicem præbuerit, expediti revera faciliſque convivii mercedem, regnum accepturus est. Eo enim quod suppetebat, sitientis necessitatem curavit: tametsi vini odorati ac generosi ob paupertatem copia non erat. Hæc porro per indulgentiam dico. Haud enim prorsus, ut quid piscator, idem & pauper existat. An nescis piscatorem margaritas captare? Margaritæ autem flos sunt superbarum excelsarumque divitiarum, quibus reges ornantur, quibus fœminæ, opum pariter ac ornatus amantes, gloriantur. Piscator purpuram inficit, decantatam illam, ac imperii insignibus addictam. Piscatores subfluvas ac velut auro rutilas lanas tingunt quibus pinnas flavas capiunt. Haud ergo eorum artis instrumenta spectanda sint, tanquam vilia ac contempta, rete, inquam, ac hami: ex eo autem quod exercent, eorum facultates noveris. Alioqui enim, nihil agricultura pauperius occurrat, ut ex ligone ac rutro ejus quis probet divitias. Sed & ii qui regem illum divitiarum, aurum fodiunt, inopes erunt. Sola quippe ascia eis usui est, ac lignea scutella qua aurum discernant a terra. Taceant itaque Gentiles Hebræique, qui Petro paupertatem exprobrant, atque a piscatoris arte magnum illum deprimere tentant. Talia vero gloriari cessantes, dicant rogo percontanti mihi? Quisnam piscator, aut universim homo, supra mare pedes incessit? Quis supra lacum stantem gressum fixit, uti ille supra fluctus agitatos ventis? Cum enim Deus ille noster, quæ ejus bonitas! multa per suos servos patrarit miracula, cum olim in Republ. Israelis, tum quibus postremis temporibus, benigna Salvatoris nostri Incarnatio mundo exhibita est, nullus tamen eorum, qui a principio in finem usque claruerunt Sancti, fide sua ac superna gratia, rem ejusmodi noscitur gessisse.

Ut piscator Petr. haud etiam pauper.

Singulare Petro ut super aquas ambulaverit; & si demum nostris Hiacintho ac Raymundo, &c. Deus tribuit.

Mirabilis quidem Moyses nullo navigio traiiciens mare: is tamen terra gradiebatur, uti hominibus comparatum est, cum aquæ hinc inde ad se recessissent. Magnus item Jesus ille ejus successor, quod Jordanem supra etiam ripas exundantem transmiserit: verum is quoque, perinde ac mare rubrum, seipsum dividens, inhibensque fluentem, terram nudam transmittenti populo, qua incederent, præbuit. Nullus vero unquam virorum gressum in aqua fixit. Nec enim hoc lex naturæ habet, ut humida fluidaque substantia, corpori solido ac prementi resistat. Putem vero, universorum herum ac Dominum, supra modum tunc præfervens, accensumque viri desiderium admiratum, ex cujus impetu exclamavit dicens: *Jube me venire ad te super aquam*, tantæ illius dilectionis ac fidei merito, novam illam ac mirabilem gratiam concessisse, cujus Petrus solus visus est capax, omni retro hominum successione ab Adamo ad usque novissimum. Vera siquidem ac peculiaris Dei miraculi ejuscemodi exhibitio, creatæ abjectionem naturæ immensum superans, quemadmodum etiam Prophetarum optimo Davidi visum est. Nam & ille in quodam psalmo Deum laudans, ejusque sermone omni ac cogitatu majorem potentiam enarrans, ista dixit, quæ pro more modulantes scitis: *In mari via tua, & semita tua in aquis multis, & vestigia tua non cognoscentur*. Quod itaque Dominus in deitatis rationibus propriis habuit, hoc cum servo, tali dignans honore, commune fecit.

Datum Petro sic incedere dilectionis ac fidei merito.

Exod. 34. v. 21.

Jos. 3. v. 16.

Matth. 14. v. 28.

Psal. 76. v. 20.

Act. 8. v. 9. *Matth.* 3. v. 17. *Joan.* 13. v. 23.

Beatus quidem magnus Joannes, qui supra pectus Domini requievit. Magnus quoque Jacobus quippe qui tonitrui filius appellatus sit. Præclarus item honestantibus ipsum honoribus Philippus, ut qui raptus fuerit a Spiritu, cum Æthiopem Salvatoris notitiam docuit: omnes nihilominus Petro cedant, seque fateantur secundos, si modo gratiarum comparatio honoris prælationem probaverit. Universa sane sigillatim contemplans atque considerans, virum hunc deprehendo cum in sermonum disputationibus, tum in operum patratione ubique similiter reliquo discipulorum choro; præsilientem ac præsultantem idemque vitæ stadium currentes pone relinquentem.

Petrus universis major omni parte discipulis.

Percontante enim quandoque Domino ex Duodecim, ac periculo probante, ut illi de ipso opinionis, inque ea certitudinis atque animi haberent; jubenteque ut clare edicerent, quem eum dicerent: cum omnes reliqui vellent tacere ac cunctarentur, palamque præferrent parturire animis aliqua meditatione quid responsuri essent: statim aperiens os, qui vivum accensumque fidei carbonem animo ferebat, quo & prius Isaiæ labia mandata fuissent, beatam illam ac plane perspicuam præclare edidit confessionem: *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Quænam quis pro horum dignitate verborum, idoneus maximi Apostolorum Interpres effectus, demirari possit? Videte enim primum, ut sit sermo nihil superfluus ac brevis paucarum dictionum exclamatione, rerum innumerabilium magnarumque virtutem exponens. Omnis quippe hic talis optimus sermo, cujus est decus locutio, nec redundans sensu exili ac modico: contra vero, qui verborum brevi contextu multa significet; ad instar grani sinapis; quod quidem, ut manibus teneas, spectesque, minimum est, ut autem ori ac linguæ admoveas, gustesque, animal totum a pedibus ad caput ad suum trahit calorem. *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Unus hic sermo ad Dei ac Salvatoris nostri agnitionem conferens, duo hæc intelligentia respicit ac sensu habet: unum quidem quod ad primam spectat deitatis generationem; nempe Verbum quod in principio semper est, & est apud Patrem, ac Deus est, uti nos magnus Joannes ille Theologus docuit, ceu spongia quædam Unigeniti ac Dominico pectori adjacens, ac inde occultæ sapientiæ cognitionem trahens: alterum vero quod ad carnis œconomiam, quam bonus Deus assumpsit, nostræ se imbecillitati inclinans. Operæ pretium ergo sit responsionem contemplari, ut brevi sermone ac paucis verbis, omnium accurate intellectum paucis declaraverit, atque ab inferioribus ducto exordio, ad sublimia quoque sigillatim animum subvexerit.

Petri confessio. Mar. 16. egregie expolita ac illustrata.

Tu es Petrus. Iste œconomiam declarat, ac Dei in carne apparitionem edisserit. Nec enim Christus nomen est præterni, sed ungendorum gratiæ indicatio. Quamobrem etiam Dominus noster cum id omnino susceperit, ut homo fieret, aliaque omnia spectantia ad carnem, una quoque suscipit ut appelletur Christus, tanquam inunctus in Regem, non olei cornu, uti Samuel, Davidque, ac deinceps alii homines; sed Spiritus operatione, per quam etiam 1. Dominicus ille homo (sic enim multi libenter Jesum appellant) mirabili quadam, novaque ac insolita ratione in Virginis utero conceptus fuit. Jesum porro confessus nostri causa factum hominem, haudquaquam illic sermonem terminavit: quinimo spiritali scala Jacob in cœlum conscendens, Deique Verbum, quod erat in principio, contemplatus, propriam illi veramque dignitatem adjungit, *Dei vivi Filium* appellans. Accurate vero hic, ac non alius: isque ipse rectam nihilque perversi habentem fidei confessus regulam, cunctisque nobis inviolabili lege tradens pietatis sermonem, haud indonatus abiit, ac sine præmio: quin potius ab eo beatus nuncupatus qui eximie beatus est, fidei petra

Christi nomen ab œconomia atque hominis.

Caute hominem Dominicum appellat, uti etiam Greg. Orat. 15.

ap-

appellatur, fundamentumque ac basis Dei Ecclesiæ. Accipit vero per promissionem claves regni, ejusque portarum efficitur dominus; ut aperiat, quibus voluerit; claudat vero, quibus jure claudendæ sint; plane vero pollutis ac profanis, ac eam negantibus confessionem, cujus ergo ipse, tanquam sedulus gnavusque bonorum Ecclesiæ custos, regni ostiis præfectus fuit. O nebulam ac caliginem illam plurimam humanis offusam oculis, qua prohibentur hæretici Patrum videre vestigia; ac quam Apostolorum pedes viam triverunt, incedere. Ecce namque eximia quadam ratione sincerus ille Christi discipulus Petrus: ille, inquam, primum ubique tum quod ad honores spectat, tum quod ad merita ferens suffragium: ille admodum magnus, cujus decus universum implevit terrarum orbem; jussus edicere ut de Deo ac Salvatore sentiat, non a longi cujusdam commenti vafritie cœpit, nec syllogismorum rerumque circulo vallatus percontanti respondit: uti nunc solemne habent graves illi rhetores, inque verbis positæ fidei artifices: sed corde simplici succinctam veritatem exposuit, haud quaquam ingenitum contra genitum distinguens: de iis quæ ad dissimile spectant nequicquam emota mente frivola disputans; nec vero substantiarum, quæ omnia superant, distinctionem curiosius indagans: nec demum immensam deitatem syllogismis metiens; qualia habent Arii ludicra, Eunomiique prava conamina. Æmulemur itaque, o Christiani, (quorum fides, nota est ac insigne, non verborum effluentia) piscatorem illum, illum simplicem, illum Bethsaida ortum, primam illam Christi venationem. Studeamus dicere: *Tu es Christus Filius Dei vivi*: his autem plura, pugnæ verborum studentibus dimittere: quorum opus, contentio: finis autem, interitus.

Petrus, ingressus cæli dominus, a confessione.

Arium petit ac Eunomium.

Ergone hactenus inque dictis finem habent Apostoli miracula? quin plane secus, nequidem videmur incœpisse, ut quis cum dictis, quæ reliqua sunt comparet. Ego nihilominus pleraque vestræ scientiæ permittens, (Scitis enim Petrum, ac res Petri, tametsi nemo virum laudare in animum induxerit) pauca quædam volo dicere te requie, utque e terra in cœlum migraverit, ut illic faciam dicendi finem, ubi ille vitæ finem accepit. Cum ergo Salvator sponte assumpta morte humanum genus sanctificaturus esset, ceu peculiare quoddam depositum ac peculium, universalem ac orbe toto diffusam, viro huic commendat Ecclesiam: ubi cum tertio interrogasset illud, *Amas me?* Cumque is, multa alacritate singulis interrogationibus totidem professiones adjecisset, mundi curam accepit; velut unum gregem, unus Pastor; quibus audivit: *Pasces agnos meos*, fereque sui loco dedit Dominus fidelissimum discipulum, in patrem, pastoremque, ac magistrum, iis qui essent accessuri ad fidem. Cum itaque eam vocem audisset, haud quaquam segnitie vitam traducendam duxit; nec dilexit vivere extra periculorum aleam: quin universum circumquaque lustrans terrarum orbem, cœcis Christum revelabat; iis dux effectus qui exerrabant: eos provocans qui pietatem gustassent: hostes impugnans: consolans domesticos: persecutiones sustinens: carcerum molestiam ferens: multis modis Evangelii causa pericula adiens.

Joan. 21. *v.* 15.

Petrus, unus Pastor unus Gregis universalis Ecclesiæ, ac Vicarius Christi.

Processu deinde temporis, urbem regiam petens inde ad regnum excurrit. Nero enim in iram provocatus, uti olim Herodes in Palestina, cum Christum Regem Magi annuntiarent: aliis quidem spretis suppliciorum generibus lata sententia ter beatum Apostolum affigi cruci decernit, ut nedum Petrus mare gradiens Dominum imitaretur, verum etiam in ligno suspensus. Tanquam nihilominus humilis sapiensque, vel in ipso certaminis tempore ac lucta cum mortis pavore, perspectum habens quid Dominum inter ac servum interesset, unum quid beneficii loco ab hostibus rogavit: ne scilicet eadem cum Domino figura affigerent ligno, sed verso ad terram capite crucifigerent. Haud quippe par esse, ut vel in morte, æquales servi Dominique partes essent. Dixit, ac voti compos effectus est; crucisque de medio ad eum abiit, qui crucifixus resurrexit: ipse quidem martyrii corona donatus: nobis autem, harumce festivitatum gaudia relinquens.

Petri humilitas sub ipsa mortis angustia.

Hæc nos quoque tibi, o charum ac sacrum caput! pro nostra virili facultate multarum gratulatoria virtutum gestorumque reddenda habuimus. Tempus vero est, ut ad pugilem alterum sermonem convertamus: ad tuæ, inquam, virtutis socium illum Tarsensem: eum, inquam, qui diverso quidem supplicii genere: verum uno eodemque pietatis fine, una tecum ad Christum profectus est.

Paulus ille admirabilis, canora illa Evangelii tuba, prius quidem acerbus Christianorum hostis: postremum vero fortissimus Ecclesiæ patronus: Apostolis quidem recentiori gratiæ partu editus, ac posterior tempore Christi discipulis accensus: idem nihilominus probata virtute, ut ne quid amplius dicam, ac duodecim illorum canos pudore afficiam, Moysis æqualis: æmulator fervens, ut quis alius: legis prognaculum: veteris testamenti turris firma ac inconcussa: donec mutavit animum; grande eorum periculum, qui Christum loquerentur: nostrosque ubique terrebat, ac in fugam agebat, vere juxta prædictionem Jacobo, *Benjamin lupus rapax*, optimos quosque novi testamenti discerpens ac dispergens greges. Quia vero etiam sancti Stephani fabulam luserat, adhucque cruore fœdatis manibus Damascum pergebat, persecutionemque persecutioni, ac cædes cædibus nectere, totumque funditus Christianismum, primum hactenus florentem ortum evellere satagebat: rem Deus probe vidit; nimirum fore, ut acris hostis ac validus, generosi pectoris ac fortis animi efficeretur amicus: subitoque circumfulgens lumine, percellit, ac ad humilitatem convertit: incusso quidem timore a cursu cohibens, flammantes vero ac iram spirantes oculos, offusis tenebris castigans. Punit autem non silentio: verum etiam facto sermonem adjunxit, dicens illi quod scriptum est: *Saule Saule, quid me persequeris? Durum est tibi contra stimulum calcitrare*: non tanquam opus haberet conferre sermonem. Quid enim verbis opus cum res sufficerent? Verum ut quærendi occasionem præberet atque dicendi, ipsum, qui mortuus ac humo conditus putabatur, Christum vivere, atque e cœlis apparere. Verum præstat ipsa, quibus lupi Hebræi præda, enarratur, verba proponere.

Pauli laudatio.

Genes. 49. *v.* 27.

Pauli conversionis historia.

Act. 9. *v.* 2.

Saulus autem adhuc spirans minarum & cædis. *v.* 1.

Delineat sermo, virum, ira se a præcedenti cæde rumpentem: ægre adhuc post jactus lapidum ducentem spiritum: sævo ac truci adspectu hominem, qualem eum oportebat, qui prima prophetiæ Patriarchæ symbola retineret. Ille enim morti propinquus, cum filios, lecto undique circumstare jussisset, spiritu prophetavit. Sic itaque benedicens Judam, illum quidem alloquebatur: verum ut allegoriam spectes, Christum laudabat, qui ex eo foret. Tum vero sane, ad Benjamin, tanquam ætate juniorem venit: ac sane, filium quidem alloquebatur: revera autem designarat Paulum, quem novimus ex ejus tribu descendentem

Prophetia Jacob in Paulo impleta.

Benjamin lupus rapax, mane comedit & ad vesperam distribuet escas. Exquiramus quid illud utique velit, *mane comedens*, hoc est, persecutor, qui in cædes intentus erat, fundebat sanguinem, velut gregem, Ecclesiam Christi dispergebat: bonus demum factus est pastor, abjectoque quod erat persecutoris, Apostolum induit: universis vero tanquam escas, legem distribuit, atque hanc nobis sacram mensam posuit. Talis quippe ac tanta existit Dei virtus, ut ira impiisque cogitatibus ceu armis seditiosos nudet, facileque adducat atque cicuret, ac mansuetas oves, pro bestiis morsu ludentibus, reddat. Quid ad hæc Scriptura? *Accedens*, inquit, *ad principem sacerdotum, petiit ab eo epistolas in Damascum ad synagogas, ut Christianos duceret in Hierusalem.* v. 2.

O pugna atque discrimen earum, quas tunc Paulus epistolas requirebat, earumque, quas postea Christum annuntians scripsit. Illæ quidem vinciebant Christianos: hæ autem multas, gravesque, atque molestas catenas Christi causa ferendas, persecutori injecerunt: atque in illis scriptum erat, Paulus Hebræus legis defensor, inimicus crucis? Evangelii hostis, in posterioribus autem Epistolis? *Paulus servus Jesu Christi.* Cujusnam rogo? Utique, Crucifixi! O miraculum! Quod paulo ante probrum fuit, nunc facta est gloriatio: quodque spernebatur, gloriæ hodie titulo memoratur. Nullus enim gloriæ avidus ac superbus rex, Imperii adeo se splendoribus jactavit ac extulit, atque Paulus cruce & clavis; qui se omnibus *vinctum* scriberet, magisque sibi ipse ferro placeret, quam nullæ mundo aureo. Phil. 19. &c.

Pauli gloriatio servum esse Jesu Christi, ac vinctum.

Et subito circumfulsit eum lux de cœlo. Quidni ei apparet in forma hominis, uti Stephano de cœlo apparuit, sed in ignis specie atque luminis? Nimirum, Stephano quidem, tanquam qui perfectus esset, probeque Incarnationis mysterium nosset; nec damni aliquid ex humana utilitate accepturus esset, recte se ea forma ostendit, qui in cœlum ascendisset: Paulo autem, ut qui ideo Jesum nollet Deum appellare, quod in corpore ad nos adveniisset, haud quaquam apparet homo, ut ne infideli offensionem augeat: sed potius in fulguris specie ac ignis, quo a lege & Moyse eam pertrahat. Nam & illic idem ipse Deus Moysi apparens, in igne loquebatur: ac cum legem daret in monte Sina, igni collustrans Hebræum, tabulas ei in manus dabat. Itaque perfundit lumine, ut rerum tunc ac modo gestarum similitudini adjiciens animum, sese velut ex quadam oblivione excitans, ejusdem potentiæ divinas apparitiones agnoscat. Mittit autem fulgorem de cœlo, ut ne jam Paulus animo versans Bethleem ac Galilæam, filium Davidis ac hominem appellet Christum, ac si qua alia nomina sunt ad œconomiam spectantia: palam vero doceatur, cum Deus in cœlis esset, inde ad nos veniisse, unde etiam nunc apparet.

Tum clare addit, *Ego sum Jesus*. Nomen utique ejus, qua se nobis inclinavit, dejectionis, ut fidem astruat incarnationis, ad quam scandalizabantur Judæi, Ego ille sum, quem cædebatis colaphis, quem flagellabatis, quem ducebatis ac trahebatis, modo quidem ad Caipham, postea vero ad Pilatum; quem assidue fabri filium vocabatis, quem mortuis accensebatis, magno risu eos excipientes ac explodentes, qui prædicarent resurrectionem. Ille modo cum loquar, non appareo: cum adsim, non videor: animum illuminans, oculis offundo tenebras. Crede ergo etiam Stephano me apparuisse, quando is id vobis dicens minime credebatur. *Durum*, ergo, *tibi est contra stimulum calcitare*. Stimulum dicit, clavos v. 5. Act. 7. v. 55.

crucis. Quemadmodum enim qui acuto ferro impingit, nihil quidem lædit ferrum. Qui enim, cum sit durum ac resistat? se autem ipse vulnerat; sic etiam qui contendit cum Deo, ultro sibi interitum provocat. Jam ergo, stude sapias ac emenderis, visuque, a mirabili illo fulgore, amisso, nunc cum primis intellige, idcirco induisse me corpus, ac hominem factum esse, ut ne omnes, nudæ velo Deitati consuescentes, cœci fierent.

His ita gestis dictisque, en tibi Paulus manu ducebatur, miserabile spectaculum, quinimo jucundum, meritoque lætitia afficiens animum. Vinctus est lupus, castigatus raptor, ferox mansuefactus lene incedebat, velox ille cursor: discipulus adducebatur, discipulorum tyrannus: ducebatur alterius bibitum sanguinem, qui Stephani sanguine manus polluisset. Mansit autem ad tres dies cœcus; plane merito: qui enim in Trinitatem peccasset, trium jure dierum debuit pœna plecti. Sanguis Christi in Eucharistia, v. 9.

Hunc sane modum admirabilis ille ad pietatem eruditus est. Ubi autem veritatem gustasset, didicisset experientia, Christum vivere esseque, ac universorum dominari: nec a morte fuisse corruptum, autve discipulos eum furatos esse, statim a lege ad Evangelium transmigrans, universis Christum, quem nuper blasphemans convitiis impetebat, Deum annunciabat: eratque qualis fuisset hostis, talis socius ac auxiliator. Utroque nimirum potens atque robustior. Continuo autem ac inopinato ingressus in Synagogas Damasci, legis libros ac Prophetarum, pro concione exponebat: non quidem ut legem confirmaret, seu ut lege Christum prædicaret, comparans cum iis, quæ gererentur, discipulorum sermones: ac denique per legem, legem excludens, ut ipse de seipso ait ad Romanos scribens: *Ego enim per legem, legi mortuus sum*: hoc est, scriptorum per Moysen ductu, Evangelicam agnovi pietatem. Stupor ergo Damascum tenebat, universique portento simile ac divinum quid apud se celebrabant. Venite, videte Hebræum illum Tarsensem: ferventem illum paternæ legis discipulum: acrem Jesu patronum, eumque Deum prædicantem, atque e Scripturis nostris, Salvatorem ipsum, qui promissus est, probantem. Itaque periculum est, ne in contrariam sententiam totam abducat civitatem, ne & populum universum alliciat, atque a lege avertat. Quippe in Scripturis versatus est, estque subtili ingenio, acri sermone, moribus facilis, plurimumque ad fidem momentum habens: quod nimirum res nostras apprime sciens non ignorantia decipi videatur, sed probatione ac judicio inveniisse, quod rei esset, ac veritatem: in tantam utique anxietatem ac angustias, magnam conjecit civitatem; populum numerosum, prima strenui Proselytæ prædicatio: majorque tunc Damascum habebat turbatio, quam nuper Hierosolymis constitutos Christianos, cum Paulus Stephanum lapidaret. Quemadmodum enim viri fortitudine præcipui ac mirabiles, qui se addixerit ordini, una illi victoriam addicunt; sic & vir divinus, magnos omnino eos præstabat, quibus suum momentum contulisset, ac auxilium præstaret. Paulus repente e persecutore prædicator, Damascum totam commovet. Gal. 2. v. 19.

Sic itaque prædicato in Phœnicia Evangelio, primisque illic apostolatus jactis seminibus, ubi & ipse scientiæ lumen accepisset, Hierusalem petiit, novum pulchrumque, in ea constitutis urbe, spectaculum. Qui enim præmiserant, ac vincula, quibus Christianos alligaret, portanda dederant, cum nescirent, quæ media accidissent, primo adspectu, jucunde viderunt, prædamque exigentes, vinctam Christianorum multitudinem se visuros sperabant, rem- Hierosolymam reversus, a suis quæritur ad mortem.

que

que multarum illarum pollicitationum requirebant. Verum ubi processu sermonis, Saulum, Paulum invenerunt, qui una cum appellatione animam mutasset, Christique effectum servum, ac Apostolis aliis serventiorem discipulum, primum quidem jocum ac irrisionem arbitrati sunt quæ dicerentur; at ubi probantes mentem inveniissent sermoni congruentem, unum sibi hoc consilii reliquum putaverunt, ut adolescentem perderent; tanquam fieri non posset, ut vivente Paulo atque loquente, Hebræorum religio sospes foret: idque palam totum retro tempus probavit.

Purum statim a legalibus Christianis. mum prædicat.

Cum enim multi hactenus, tametsi Christiani erant, haud possent pure ex Evangelii norma vivere, sed haberent in utramque partem, ac quandoque etiam uterentur circumcisione, ut aliqua parte quæ Judæis grata essent præstantes, eisque indulgentes eorum delinirent iram. Solus hic imperculsa mente, nihil remissum ac non accuratum docuit, sed clara voce atque diserte a principio sermonem prædicavit. Eoque provexit libertatis sensus, ut cum aliquando Galatæ, cum propria ipsi lenitate, tum magistrorum negligentia, ad legis observantiam reversi essent mirabili ad eos scripta epistola, qua in novitate Christianæ vitæ pietatem sectari, ac religionem colere doceret, cum ipso Apostolorum Principe horum occasione congressus sit, ac ubique Petrum reprehendebat, cumque eo velitabatur, ceu eo, qui veterum usu, ac eorum quæ abolita essent, novam Christianorum turbaret institutionem: nihil reveritus senis canos, autve Apostolatus prærogativam, ubi creari periculum veritati vidisset: quin Galatis quidem acerrime restitit: Petrum vero crebro arguit quam licebat, maxime libertatem decoro ac modestia temperans. Ac ubique quidem prædicando ac suadendo operam ponebat: quod si vero quando etiam in perditis moribus pravisque homines incidens, grave aliquid passus esset vel conjectus in carcerem, vel verberibus affectus, vel appetitus lapidibus, haudquaquam suam illam alacritatem ob malam causam amisit: quin modicum cedens, rursus hostes adibat, versansque sermones suos, felixque modis inveniendis quibus adorietur, ac se facile admodum incidentibus necessitatibus aptum comparans, prorsus abibat, vel omnibus, vel pluribus in suam sententiam pertractis. Sæpe enim cum acerbissimis plagis acceptis inventus est, inque urbis illius suburbiis ejectus, quam erudiebat ad pietatem; quin & pro mortuo præ malorum gravitate habitus, postridie forum petens, ac dexteram protendens, eos iterum docebat, qui ad mortis ipsas fauces adduxissent: sic nihil curabat corpus, fortique animo in supernæ vocationis scopum intendens, decertabat: subinde provincias, urbes subinde mutans, terra desudans labores atque certamina, accinctus ad maris pericula: clare ac diserte orans ad frementes populos, judicibus iratis satisfaciens; Hebræos ad Christi agnitionem a Scripturis inducens, quas illi in pretio haberent; Græcos, externis ac profanis doctrinis inflectens, ac naturæ legibus non scriptis, confirmans Christianos, proselytos, &, qui fidei accessissent, ædificans, ac congruis doctrinis alens, uti satores novellas plantas moderato ac castigato aquarum influxu fovent ac recreant. Quod vero ejus maxime vim dicendi ostendit, id vero perdiscamus.

Petrum arguit ea occasione, id tamen cum modestia.

Pauli constantia.

Act. 14. *&c.*

Athenæ, urbs est Achajæ primaria, doctrinarum sedes, uti olim laudatorum ore meruit celebrari, virorum sapientum, ac litterarum colentium studia, antiqua officina. Qua ergo Paulus totum Illyricum percurrens, ac ubique spargent scintillas fidei, quas auspex Spiritus excitabat, vivasque semper servabat;

Ejus res Athenis. *Act.* 17.

necessario circuitu ad sapientes quoque Athenienses venerat. Res erat multa digna sollicitudine, qua vero ratione coriarius homo, pro concione de Deo apud eos oraturus esset; qui universo simul humano generi, ut eruditionem spectes, dominari vellent. Ille nihilominus animi ac genii magnitudine, supernique doni fretus divitiis, non unam aliquam petiit subtegulaneam domum, autve in quadam officina sedens disputare cœpit, quomodo etiam primi ac præcipui apud eos Philosophi, cum iis, qui propiores adibant, consuescere solebant: sed ad ipsum Areopagum excurrens, ubi severus quidem ac formidabilis Senatus capitales causas judicans sedebat: inventaque illic collecta copiosa multitudine stans, publica concione consuetos oratores vincebat, quorum apud eos eloquentiæ certamina quotidie erant. Ducto autem exordio ab inscriptione, quæ altari insculpta erat, ejusque occasione ignotum eis Deum opportune annuncians, ac demum tota absoluta oratione, tantum abest ut idiota ille ac rudis, quod ad externam sapientiam spectat, aliquid dicendo peccaverit, ut etiam Senatus ejusmodi principem Dionysium, una cum uxore dictis acquiescentem converterit, ac Christi servum effecerit: ab uno altari ac parva quadam inscriptione, a multorum religione altarium avertens.

Inde vero victor rediens, ubi maxime fortis erat bellicus Gentilium dæmon, ac inde ad vicinam urbem Corinthum transiens, Achajæ Metropolim, loquensque in synagogis doctrinam salutarem, abiit adjuncto fidei, non uno aliquo e multis, seu vulgi homine, verum principe ipso Synagogæ cum tota domo atque a vertice legis victor: cruceque sublimi instar trophæi magnifice elata, sic quoque illam reliquit civitatem Christo se inclinantem. Temporis autem processu, ac pietatis sermone promovente, velut dux quidam effectus est, Regi in dies, urbes, oppida, agros acquirens, nervos ac robur prius dominantis tyranni succidens.

Corinth. *Act.* 18. *v.* 8

Tum vero Corintho transiit Pisidiam: deinque Lycaoniam ac Phrygiæ urbes petens, ac inde invisens Asiam, postmodumque Macedoniam, communis erat orbis terrarum doctor, coram quidem positos sermone juvans, absentes vero convertens per epistolas. Solus ille est, cujus nunquam genua, cum semper iter ageret, sunt lassata: ac nec lingua torpuit, nulla requie ad hostes ac amicos Evangelii mysteria enarrans. Ac quidem talis Paulus quod spectat ad doctrinam: quod autem ad reliquam vitæ philosophiam, qualis rogo? qui semper jugiterque doctrinæ assiduus, ac Evangelio serviens ne panem quidem ab aliquo gratis referebat: quin interdiu quidem adversus sexcentos, hostes certamen habebat, noctu vero, scapellum, pellesque, ac artis versabat opus, ut annonam inde, ac vitæ commeatum pararet: ut nihil se gravem præberet Apostolum, ut prædicatorem absque sumptu, qui ad usque panem hospitibus parceret.

Pulchra monitio.

Hunc nos sermones Sacerdotes audiamus, qui nedum cum participes sumus altaribus, verum etiam ab illis divites sumus, ac in deliciis agimus, sacrasque facultates, nostram ipsorum possessionem facimus; quique, Christi causa subjectis, tanquam servis graviter imperamus: haud plane sacerdotium dominatio est; quin potius, ut quis intelligat, servitus. Non magistratum auctoritate decernente dignitas, sed modestæ ac castigatæ dispensationis ministratio. Nonne potestatem habebat divinus Paulus, ut ex sacris manducaret biberetque, ac modicum quid stipendii laborum ad corporis, quod quotidie cædebatur, fomentum ac curam, acciperet? Nequaquam tamen usus est

1. *Cor.* 9. *v.* 4.

potestate, ut nihil in terra accipiens, omnia in cœlis reponeret. Quapropter etiam, cum adhuc carni corruptibili alligatus esset, majoribus quam pro humana ratione donis auctus est: atque ut bonorum futurorum, honorumque ævo illo repositorum arrham pignusque contueretur, assumitur usque ad tertium cœlum; visionesque nostram mortalium sortem exuperantes videt; ac verba arcana audit, ut ait ipse: quamquam id modeste agens, ac necessitate compulsus, cavensque ubique gloriari, exque præcedentibus donis suis sese efferre. Ut tamen eorum sensus comprimat, componatque ad modestiam, qui pro exiguis donis inflantur, pauca ex suis velut coactus aperit: nec id aliter quam assumpta alia persona, atque omne de se ipse suspicionem amoliens.

Paulus nihil hic accipiens sibi omna reponit in cœlis.

2. Cor. 12. v. 2.

Sane quidem Elias ille Thesbites, eoquod in specie ignei currus in altum subvectus sit, ubique decantatur, ac multam sæculo admirationem relinquit. Quousque autem pervenerit, sermo nullus exposuit. Fors enim etiam modicum a terra elatus a virtute agente ipsum, illi loco redditus est, in quo erat domicilium habiturus. At Pauli translatio longe illustrior fuit atque celebrior; adjuncto etiam medio ad quod usque sublatus fuit: nam cum septem celebrantur cœli, parum abest ut ne medium assecutus sit. Jam mihi Hebræi sensum deprimant magnum quid de Moyse gloriantes, quod solus usque ad verticem Sina pervenerit, intraque caliginem ac nubes penetrarit. Meus sane Paulus, montis quidem loco, ad cœlum ascendit: loco autem nebulæ, supra aerem nubibus celsiorem evasit. Ac plane merito: decebat enim Christi hominem tantum Moysen superare, quanto Evangelium præcellit legem.

Pauli, quam Eliæ ac Moysis ascensus raptusque illustrior.

In divinis autem apparitionibus, Deique ad eum sermonibus utique vinctus solveretur, ac tristis defectoque animo corroboraretur, respondente Deo cum in vigilia, tum in somnis. Quid enimvero etiam opus dicere, cum nec ille ipse gratiam illam suam silentio presserit, sed simul omnibus liquido revelaverit, dicens: *An experimentum quæritis ejus qui loquitur in me Christus?* Alii quidem cum Prophetæ, tum Apostoli, certis quibusdam temporibus ac momentis definitas habebant supernas operationes, ac modo illis divinum aderat Numen, modo etiam aberat. Hic autem vir tanquam semel Dei peculiare templum ipsi ad inhabitandum delectum destinatumque, sic semper habebat Christum, cum concilii inventorem, tum sermonum magistrum; tum denique operum adjutorem. Ac quidem Joannes Zebedæi filius magnus visus est, quod majori præ discipulis aliis ad Dominum fiducia, supra ejus pectus recubuerit: quamobrem maxime apud omnes clarus habetur atque celebris. Hic autem, qui non jure humana majori conditione habeatur, qui nimirum non Jesum in corpore; sed nudum carne Verbum quotidie reficeret, vas se utile ac mundum præstans conditori. Cæterum cum plura ac omnis generis varia mihi dicenda forent, quæcumque nimirum, vir hic divinus mundum universum docens, dixit, fecitque, terra pariter ac mari; in judiciis ac tribunalibus, in foris, in populis, in concionibus, in regum aulis, sponte prætereo præ illorum tanta multitudine; Nec enim constitutum habeo ut rerum ab eo præclare gestarum commentarium elucubrem, ita ut nihil desit: sed ut contexam laudationem, eamque pro virili tantum mea facultate. Quocirca ubi unum dumtaxat postremum suggessero, faciam dicendi finem.

2. Cor. 13. v. 3.

Joan. 13. v. 23.

Postquam enim universum circumquaque lustrans Orbem, ac sermonem super candelabrum ponens, ingentem evangelicæ cognitionis ac scientiæ accendisset ignem, Romam regiam urbem petit, ut universorum dominos docens, ac in sententiam cogens, inque discipulos obtinens, ex abundanti hominibus reliquis congrederetur. Cum autem illic quoque reperisset Petrum, in idem studiose incumbentem opus, sacramque quandam ac divinam bigam copulans, eos qui erant sub lege, in synagogis docebat: Gentiles in foris lucrabatur: ac varius quidam bonorum doctor erat puram Dei sinceramque scientiam declarans, moralis virtutis accuratas regulas sanciens: choreas ac ebrietatem, omnemque luxuriam ac turpem voluptatem cui maxime, cum plebs universa, tum is qui rerum potiebatur, dediti erant, ab humana procul consuetudine depellens. Graviter quippe Neronem perstrinxit, optimæ castæque illa conversationis insinuatio, majori a labefactata voluptate affectum dolore, quam si Imperio pulsus esset. Etenim erat ut alius quis subtilis voluptatum inventor atque artifex, deliciis captus ac tibiarum se cantu recreans, ignavus molliseque ac effœminatus, scortorum præses, non rex virorum. Qua enim ratione aliorum dominaretur, qui ne sibi quidem imperare sciret? Id unum curabat ac sollicitus agebat, ut pietatis ac castitatis doctorem ex urbe exscinderet. Ac vero Herodis æmulatus animum, Apostolos in carcerem tradit, ut ille Joannem: habensque alterius instar Herodiadis, impudicam ac veneri mancipatam voluntatem, Petri ac Pauli quærentem caput, martyrio ambos coronavit: alterum quidem affigens ligno: Pauli vero cervicem abscindens: nobisque ac universo Mundo, festam lucem atque conventum, ac tantæ argumentum solemnitatis, Sanctorum passionem relinquens.

Paulus Romam Petri subsidio venit.

Offendit apud Neronem ob doctam castitatem

Hæc nobis, ter vos beati! annua lux recurrens attulit: vos quidem ubique ceu Orbis communes Athletas prædicans, vestroque honore, hominum mentes ad meliora componens. Virtutis quippe honor, plurimum provocat emulationem in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria ac imperium in sæcula: Amen.

ASTERII EPISCOPI AMASEÆ in Sanctum Martyrem Phocam.

Ut Sanctorum memoria utilis.

PUlchra est ac utilis honesta colentibus Sanctorum memoria. Nedum enim eos qui virtutis ac pietatis desiderio tenentur, sermone erudit; verum etiam eorum qui recte vixerunt, actiones, locupletes magistros producit. Idcirco etiam Dominus noster egregiorum operum documenta tradens: *Qui autem fecerit*, inquit, *& docuerit, hic magnus vocabitur*: Et alibi: *Luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum qui in cœlis est*. Doctrina enim quæ sermone consistit, inferior imbecilliorque reali operis exibitione, magistra existit: ac quanto visum auditu certiorem dicimus, tanto liquet actionem sermone potiorem esse. In hunc modum scientias addiscimus: in hunc modum edocemur artes, ut nimirum prius sermone ad disciplinam provehamur: tumque manu ac experientia, obscuram eam firmemus. Ac Geometra quidem multa in libro posita opera, ac aures sermone magistri plenas habens, haud aliter variarum figurarum vim

Matt. 5. v. 16. & 19.

Actio, quam sermo, docendo efficacior.

Pulchra inductio.

per-

percepturus sit, quam ubi puncta ac lineas, circulosque in tabella didicerit. At neque Astronomiæ desiderium habentem, nudus sermo disciplinam docuerit: ac nisi erudiens, scienti arte globum coram versans, ipsis oculis Poli motum exhibuerit: Medicus denique, tametsi laboris plurimum in Hipocrate, ac reliquis medicæ artis doctoribus posuit, rudis est artis curandi, donec plures infirmos invisens, ab ægrotis ipsis sanandi modum didicerit. Sic nos quoque discipuli Martyrum, fortium virorum actiones, magistrorum loco nobis ante confessionis agonem statuentes, ad extrema usque pericula, pietatem servare docemur, qui nimirum sacros eorum loculos ac sepulcra, velut columnas literis insculptas, ac martyrii certamen accurate prodentes, adspectemus.

Gen. 18. & 23. Ut sacra luca adspectu juvent.

Quemadmodum autem qui accedunt ad quercum Mambre, vel ad coemptam specum, quam Ephron Chettæus vendidit in Sarræ sepulturam: quo loco ipse cum filiis Patriarcha jacet, statim cum locorum aspectu, animis imaginem renovant ac mente contuentur fidelem Patriarcham: primitias illas religionis: primam in eo circumcisionem: sed & eos, qui ab illa radice germinarunt, surculos cogitant: nempe Isaac, Jacob: ac cum virorum recordatione, totius eorum historiæ spectatores fiunt: sic & ego hodie, ter beati Phocæ venerabile delubrum adiens, ex loci specie, omnium simul quæ de illo gesta narrantur, memoria repleor. Video professione hortulanum; animo simplicem; hospitalem; maritimæ regionis eximium decus; in mediterraneam beneficum; Sanctum illum Sanctorum; ac iis, qui Christi causa consecuti sunt gloriam, gloria potiori auctum.

Præmia dat Christus Martyribus pro meritis.

Sacer quidem est ac divinus universus generosorum ac fortium Martyrum catalogus, passione, debitam pro passione referens gratiam; ac sanguine, pro sanguine debitam omnium Salvatori solvens remunerationem. Verum in his ipsis, non una est omnium gloria, nec una mensura: cunctis æqualia attributa sunt præmia: quin primum & secundum, ne Sanctorum quidem effugit catalogus: Hujus autem rei, ut arbitror, causa est, quod sit judex accuratus, nec quicquam in partem alteram inflecti queat. Intuetur enim & suppliciorum magnitudinem, & tolerantiæ constantiam: examinansque certamina, pro meritorum ratione athletis distribuit præmia. Neque vero mirandum est, ita a Deo honorari justitiam, cum ne in humanis quidem Imperatores ac agonothetæ, viros fortes, aut pugiles, æqualiter universos habeant: sed cuique pro rei præclare gestæ modo, dona congrua decernant.

Magna Phocæ nominis apud Christianos claritas.

Hæc autem disserui, quo virum, qui hodierni conventus nobis præbuit causam, sociis, ac pugilibus, qui eosdem desudarunt agones, illustriorem ostendam. Nam alii quidem, neque omnes apud omnes sunt noti, neque hominum sermone virtutem celebratam habent: Phocam autem, nemo est qui ignoret: sed quomodo Solis radius universorum oculis explicatus est, ita etiam hujus Martyris fama, omnium aures circumsonuit? atque ut paucis dicam, quotquot Dominum Christum noverunt, iidem quoque ejus noverunt fidelem servum. Verum enim vero relictis, si videtur, quæ ille cum aliis encomia habet communia, eximias Martyris laudes, Martyrum amantibus vobis recensebo.

S. Phocæ patria.

Tulit itaque sanctum hunc virum, magnum, inquam, illud Christianorum commodum, vicina Sinope, antiqua civitas ac nota, fortium virorum ac Philosophorum ferax. Ne quis enim mihi imprævitæ studium. sentiarum diversam religionem reputet: sed id tantum, num omnino studiosorum virorum nutrix fuerit ac parens. Vitæ autem studium ei erat horti cultura, quem ibi ante portam civitatis in Isthmi ostio possidens, diligenter colebat, ut sibi ac indigentibus esset vitæ solatium. Sed & hospitibus, prompto ac alacri animo, parvam ac pauperem domum apertam volebat. Cum autem habitaret in via publica, quæ suppetebant, adventantibus communia promebat, ac Lot quidam medius, non Sodomitarum sed Sinopensium erat. Porro temporis processu, haud vacuum mercede mandatum invenit. Vivificæ enim mortis occasio, ex hospitalitate lucro accessit. Unde vero, ac quonam modo, paulo altius repetentem audite. Hospitalitas.

Cum Christianæ pietatis sermone annunciato, divina prædicatio ad omnem aurem exiret, Christumque ac ejus mysteria nota redderet, *fremuerunt gentes*, ut ait Psalmista, *Regesque ac Principes in unum convenerunt*: ac Christo regnante, errantes populi irascebantur. Quærebatur autem quilibet Christianus, tanquam maleficus: ac qui prope erat, puniebatur: qui vero procul erat, investigabatur. Quamobrem Phocam quoque, nequidem vile studium, hortulanique conditio celavit: sed is quoque, ut verus Christi discipulus, denunciatus est: Ac sane ad eum venerunt, qui nulla judicii forma, nulla defensione, a misera hac fluxaque vita, jussi erant abducere. Nam erat tale crimen, quod vir strenuus clara voce confiteretur: nulloque interrogante, operibus proderet: interrogante autem aliquo, impensius gaudens clamore efferret. *Psal.* 2. v. 1.

Venientes ergo illius lictores supplicii, nostrique festi auctores, apud eum ipsum, qui quærebatur, diversati sunt, ut neque ii cognoscerent, neque ab illo cognoscerentur. Interim vero adventus causam celabant, ut cum prius accepissent ex iis qui abitant extra civitatem, quisnam esset Phocas, & ubi degeret, repente invadentes, ut quondam Judæi, Juda duce, Dominum in horto comprehenderent. Ignorabant autem se prædam habere inter retia: canes, ovem: lupos, agnum: rapaces aves ac uncungues, columbam. Ut autem Isaias Propheta ait: Hœdus cum pardo accubabat, agnusque cum lupis pascebatur, ac leones simul cum vitulo commune convivium inibant. Cum autem, uti moris est, mensæ societas ac consuetudo, fiduciam invicem generassent, rogavit ex eis Martyr, quinam essent, ac qua de causa ad ejus venissent civitatem. Illi vero alacrem viri susceptionem ac hospitalitatem reveriti, cum præcepissent, ne quod auditurus erat, cuiquam enunciaret, ei arcanum aperiunt, ac insidiarum exponunt fabulam: ut nimirum quærant capere puniendum Phocam. Quocirca hospitalitatis cumulo, hoc quoque beneficio ab eo offici rogabant ut captando quem quærebant, una ipse operam conferret suam. Isai 1. v. 9. & 65. v. 25. Phocas occisores suos excipit hospitio, benigneque etiam agnitos tractat.

Audivit Dei servus, immotoque animo auditum sermonem suscipiens, nihil abjectum, ac quod pusillum animum indicaret, passus aut locutus est: neque periculo exterritus spectavit fugam: idque, ejus ineundæ magnam ac liberam habens facultatem, cum ii necdum scirent eum esse quem quærerent: contra vero omnino fecit, se fortiter gerere, non fugere statuens. Eorum itaque precibus annuit: &, Ego, inquit, in præsenti negotio vobis adjutor ero: novi enim virum & facile quæsitum inveniam. Nec erunt longiores moræ, sed die crastina vobis eum ostendam. Vos tantum in hoc meo paupere diversorio requiescite. Ubi sic eis cer-

certo promisisset, duabus se rebus dispertit; nempe excipiendis tota humanitate occisoribus, ac parando sepulcro. Cum autem parasset fossam, & quæ ad sepulturam erant necessaria, ad eos postridie accedens, Diligenter, inquit, vobis quæsivi Phocam, estque jam parata præda, ac si lubet, comprehendatur. Illis autem præ gaudio quærentibus, ubinam vir ille esset, Non procul, inquit, sed vobiscum est: nam & ego ille ipse sum. Rem itaque exequimini, longique itineris ac laboris scopum implete. Obstupuerunt animis homines, eoque audito, dirigerunt, salem ac mensam reveriti, munificumque paupertate convivam. Ad hæc vero animos, ut se interficerent, exhortatione addebat; jubebatque ne quicquam dubitarent, dicens ne fore quidem illorum manus cædem, sed eorum sacinus, qui præcepissent. Dixit, persuasit, passus est, ac capite truncatus, grata Deo hostia oblatus est.

Parat sibi sepulcrum.

Capite cæditur.

Ab eo tempore hactenusque, columnam eum ac sustentaculum divinarum per orbem Ecclesiarum, o viri! habemus: estque ille Martyrum clarissimus, habens ipse primas partes inter optimos. Is omnes conferto agmine ad suum trahit domicilium, suntque planæ viæ publicæ iis, qui ex unaquaque Regione ad locum orationis contendunt. Atque est quidem magnificum illud templum, cui obtigit, ut sacrosanctum haberet Martyris corpus, eorum qui affliguntur, relaxatio; eorum qui morbis laborant, officina medica; eorum qui esuriunt, mensa: abundantius enim nunc alit Phocas defunctus, quam prius Joseph in Ægypto vivus. Nam ille quidem frumentum permutabat pecunia: hic autem gratis largitur egentibus. Sic mendicorum ac erronum turbæ ad Sinopes Isthmum, ceu ad commune aliquod penarium accurrunt. Sed illic quidem sic. Si autem etiam alibi, paucarum reliquiarum impertitione, veluti coloniam aliquam ex metropoli deductam, sibi Martyr constituit, est is quoque locus admirabilis, ac universis Christianis desideratissimus: quomodo utique, noster hic locus effectus est epulantium domus. *Pretiosa enim in conspectu Domini, mors Sanctorum ejus:* multisque locis divisæ reliquiæ, integram ubique ter beato viro, nominis servant claritatem.

S. Phocæ templum.

3. Ejus dispertitæ variis locis reliquiæ ubique claritatem habent. *Ps.* 15. 1. 25

Sic etiam in regia civitate, Italiæ principe, ac Mundi totius regina, universi populi concursu honoratur Martyr ac celebratur, habetque insigni pulchritudine extructam ædem. 4. Non minus autem Romani Phocam colunt quam Petrum & Paulum. Quamobrem ut ferunt, caput Martyris summo studio compararunt, contrariam scelerate Herodiadi assumentes sententiam. Nam illa quidem sanguinem sitiens, justi caput venerandum popposcit ad contumeliam: illi autem honoris causa, suæque ipsorum utilitatis, digne sibi Martyris caput vendicarunt.

S. Phocas Romæ celebris. Citatur hic locus in 7. Synodo.

4.

Nautæ autem, ac qui sunt vectores, non solum qui transmittunt Pontum Euxinum, verum etiam qui secant mare Adriaticum, ac qui feruntur super Ægæum: qui item Occidentalem navigant Oceanum, quique maris Orientalis sulcant sinus, consueta celeusmata, quibus navigationis labores recreant, in novam Martyris laudationem veterunt, totusque eis in ore est Phocas decantatus: quippe in præsentis auxilii perspicua argumenta præbeat. Nam sæpe visus est, nunc quidem noctu, maris procella inturgescente, excitans gubernatorem ad clavum dormitantem: aliquando autem rursus tendens rudentes, ac veli curam gerens, eque prora, brevia prospiciens. Quocirca nautis lege constitutum est, ut Phocam convivam

Nautarum ubique patronus.

5.

Pialex Nautarum de S. Phoca.

habeant. Quia vero nequit fieri, ut qui nunc incorporeus existit, conviva ac mensæ particeps fiat, videte quomodo pia cogitatio, quod factu impossibile videbatur, facile reddiderit. Quotidie enim æquam unam, pro comedentium ratione, partem Martyri attribuunt. Eam autem unus aliquis e convivis emens, deponit pecuniam; idem alter sequenti die, ac tertia, alius: forsque illa emptionis universos obiens, partis emptorem quotidie suggerit; postquam autem eos portus exceperit, distribuitur famelicis collecta pecunia: idque pars Phocæ est pauperum beneficentia.

Eum quoque Reges admirantur, qui fortissimus religiosusque extiterit, suscipiendique Pauperis ædem sacram, præclaris ac magnificis exornant donariis. Contendunt, qui juniores cedunt superare veteres. Nec jam mirum, ut Romani Imperii homines pii, quorum vita regitur moribus atque legibus, usque adeo Christi famulum venerentur, cum ad usque Barbaros pervenerit admiratio: feriissimique omnes Scythæ, quotquot, inquam, habitant Continentem ex adverso Pontis Euxini: accolæ lacus Mæotidis, ac fluvii Tanais, ac quicunque incolunt Bosphorum, & ad Phasidem usque fluvium extenduntur, omnes, inquam, hi obsequium Olitori præstent: cumque moribus omnibus ac studiis a nobis differant, hac una re sola nobis consentiunt, ut eorum feritas morum a veritate mansuescat. Unus certe illinc Princeps Rexque, coronam capitis deponens, auro, ac gemmarum floribus magnifice splendentem, exuensque pretiosæ materiæ bellicam loricam; quippe superba est ac luxuriosa Barbarorum armatura; utraque misit donaria Deo per Martyrem, potentiæ ac dignitatis consecrans argumenta. Clarum enim est misisse coronam, ut pro regno gratias ageret: loricam vero, ut pro virtute bellica.

Nota quam celebris hic Martyr.

Regis Barbari præclara donaria.

Quæ autem propter hæc continue eveniunt beneficia per visiones in somnis, ac curationes quas ægroti consequuntur, quo quis modo narraverit, cum sermo ad singula accedere non possit? Nos ergo hic desinentes, Salvatori gloriam offeremus, cujus servi fideles tantam gratiam sunt consecuti, ut in omni necessitate ac casu, pro concesso eis dono, conservis suis benefaciant: idque postquam ab humanis excesserunt, fuerintque separati a corpore. Quorum memoria efficax, quotidie pervadens civitates ac vicos, ubique benefactorem Dominum prædicat: quem decet omnis gloria, honor, & potestas, ac magnificentia, nunc & in sæcula sæculorum. Amen.

EJUSDEM ENCOMIUM IN Sanctos Martyres.

Licet, ut videtur, etiam a vehementer infensis & implacabilibus inimicis, lucrum aliquod vel maximum capere: ac cum reliqua vitæ experientia probat, tum quæ modo sunt celebrata. Nisi enim diabolus Christianos persecutus esset, ac adversus Ecclesiam bellum suscepisset, nullos haberemus Martyres: iis autem non extantibus, mœsta ac nihil hilaris festaque vita nobis ageretur. Quid enim solemnibus hisce conventibus comparari queat? Quidve adeo venerabile ac præclarum, quam ut urbem totam mœnibus effundi videas, atque ad sacrum locum procedere, pura illic sinceriissimæ pietatis mysteria celebraturam? Porro vera pietas est, ut eos, veneratione ac honoribus prosequamur, qui forti pro Domino animo, tormenta passi sunt, ac

Diabolus persequendo Martyres fecit.

Frequens ad martyria concursus in Natalitiis Martyrum.

ad-

adversum mortis supremum discrimen decertaverunt: quorum principes sunt, ac duces, qui nos hodie in concionem vocarunt: viri nimirum, præclaræ mortis titulo immortales; vitæ contemptu, perpetuo viventes; quique regnum sanguine commutarint, ac carnis insidias in beneficium verterint. Sic plane, cum bona voluntas aurigæ instar præsederit homini: sibique ejus appetitus omnes ac agitationes subjugaverit, ac velut habenas, animi cogitatus attente sobrieque pertenderit, exstimulando ignaviam, ac nimiam incitationem cohibendo, nequit fieri, ut vitæ cursus incompositus, ac periculo conjunctus existat.

Martyres, nostri accusatores.

Itaque habemus Martyres, qui nedum vitæ probe instituendæ magistri sint, sed qui etiam peccati accusatores. Qua autem, Martyr, ratione, accuset ac vocet in crimen, ita accipe. Cum ille per constantiam flammæ ignis victor extiterit, quidni tu luxuriam castitate domas? Cum Martyr nullam divitiarum ac pecuniarum, quas dimittebat, rationem habuerit, quidni tu justitiæ causa paucos nummos contemnis? Cum Martyr noluerit genus ac familiam prælatum Deo, sed ab uxore, liberis, charissimis abjunctus sit, quidni tu impensiorem castigas affectum? quinimo, propter aliqua tibi forte necessitudine conjunctas personas, justitiam conculcas, nec Dei timorem reputas? Cum Martyr Numinis causa ipsum exuerit corpus, quidni tu vel modicam tunicam, qua nudum tegas, contemnis? Hæc sibi ex adverso composita nostram arguunt morum pravitatem. Vel ergo Sanctos, ut magistros revereamur, vel ut accusatores timeamus, iisque ipsi consentaneam exhibeamus videndi rationem, quos honore prosequimur: atque in eum etiam modum Deo obediamus, in quem illi obtemperaverunt mandatis, ac promissa firmiter speraverunt.

Spei vis.

Spes namque spiritalium bonorum, proha admodum fortitudinis ac tolerantiæ existit doctrix; quæ nimirum, velut idoneum pignus certaque arrhabo animis insidens, periculum omne imperculsos jubet aspicere, ac reipsa ferre strenue. Atque id, consentanea maxime ratione. Sic enim fere hominibus natura comparatum est, ut iis laboribus, quibus nihil præmii propositum sit, molles ac resoluti efficiamur; eosque vicissim vegeti ac alacres adeamus, qui præmia ac honores finem habent. Quamobrem universi Martyres, Evangelicæ illi Scripturæ animum adhibentes, qua Dominus sacros pugiles ac Dei amantes hortatur, dicens: *Si quis confitebitur me coram hominibus, confitebor eum coram Patre meo*: pro ea confessione, immotis animis acutum ferrum tolerarunt, ac rogos conscenderunt, corpusque ferarum faucibus vorandum præbuerunt, ac quique dorsa virgis subjecerunt, lateraque ungularum aculeis laniati fuerunt: ferrea vincula pertulerunt, tenebricososque carceres domicilium habuerunt: famis necessitate oppressi sunt, ac sic extabuerunt: instar lapidum, facies cædentibus exposuerunt: injurias, ut surdi audierunt: velut muti, ad eos qui probris ac sannis exciperent, siluerunt: mediis populis ac theatris ignominia producti sunt: toto nudato corpore per forum ac plateas fuerunt circumducti; nec viri tantum; sed etiam fœminæ, quod miseriam omnem vincere videatur. Alii igne fuerunt combusti: alii hyemis gelu obriguerunt: variis modis præclara nobis facinora partiti sunt, quo cadentes, ac morte, victore, efficerentur.

Matth. 10. v. 32.

Reliquiarum Martyrum veneratio, eorumque

Idcirco pia corpora, decenti ornatu componentes; benedictionis vasa illa, beatorum animorum organa, philosophorum hospitum domos, ceu pretiosissima pignora in omne sæculum conservamus: iisque, tanquam præcipuis donis nostris munimur: ac Ecclesia, Martyrum satellitio, haud secus atque civitas armatorum manu, protegitur, cogunturque celebres populi totius conventus, ac solemnitatum jucunditatem percipimus, ac iis recreamur. Qui humanæ vitæ adversis casibus ac calamitatibus vexantur, velut ad asylum quoddam ac perfugium, ad ter beatorum requiem, ac solatia festine accedunt. Precum illos ac orationum interceſſores adhibemus, propter excellentem, qua pollent, fiduciam. Iis præsidiis levantur paupertatis incommoda; curantur morbi, ac principum minæ sedantur; omnisumque sæculi turbinum ac tempestatum tranquilli portus, sacra Martyrum delubra existunt.

invocatio, protectio ac cultus.

In hunc modum pater, ceu parens altera, infirmam prolem tollens, atque in ulnas suscipiens complectensque, medicas quidem officinas ac medicos transcurrit: ad auxilium vero artis expers confugit; atque ad unum aliquem Martyrum adiens, per eum Domino orationem offert, verbis ejuscemodi compellans eum, quem mediatorem ascivit. *Qui propter Christum es passus, intercede pro passione morboque. Qui fiducia polles, conservis commoda sermonem, tametsi desiisti in humanis esse; at nosti quæ sint passiones ac morbi humani generis. Tu quoque quondam Martyres obsecrasti: priusquam ipse Martyr existeres: Accepisti tunc quærens: modo cum habeas, largire. Tui præmii cumulo postula, quod nostro cedat commodo. Tuo sanemur livore, uti mundus livore Christi.* Alius ad nuptias pergens, thalami exordium facit, quas in Martyriis preces fundit. Quis item in procinctu navigationis, non prius natus rudentes solvit, quam maris Dominum per Martyres invocaverit? Mendicorum porro populi, pauperum turmæ Martyrum requiem ac refectionem lares communes habent: Ubique autem terrarum ac maris decantantur Martyres. Id plane congrue atque merito. Non enim communi ratione gesserunt justitiam, sed ipso corpore bajularunt crucem. Non disperserunt pecunias, sed sanguinem effuderunt. Non miserati sunt pauperum, sed nec sui ipsorum sunt miserti. Non inviserunt afflictum in carcere, sed ipsi catenas portaverunt. Quamobrem eam gloriam ac honorem consecuti sunt, quæ æquis modis patientiæ ejusmodi ac malis responderet.

Pia supplicatio ac prosopœia.

Isai. 53. v. 5.

Martyrum excellens virtus.

In hunc itaque modum Martyres: at ubi eorum tyranni occisores, qui alta sapiebant, ac superba commicabantur, qui super excelsos thronos sederunt, nec suum principem agnoverunt? Rugierunt leonum instar, pardis velocius cucurrerunt, ursis ferocius discerpserunt, velut lupi sanguinem effuderunt, tanquam vulpes dolum fecerunt. Ii vero tales jacent ipsis mortuis abominabiliores. Vitam suam oblivione obtexerunt: infernum habent sepulcrum; titulumque, impietatem; ac memoriam, infamiam. Incassum eos pœnitet, frustra gemunt: eos autem, quos illi dehonestarunt, sempiterna excepit memoria, ac laus senii expers. Quandiu enim rerum gestarum narrationem atque honores ætate juniores a senioribus suscipiunt, avusque nepoti, sive etiam pater filio eorum tradunt cultum, immortalem laudem efficiunt: ac ceu inviolabilem quandam hæreditatem, hasce sæculo celebritates per successiones conservatas transmittunt, qui rem quoque multis hæreditate cariorem. Nam hæreditatis bona, vel fur abstulerit, vel hostis acceperit spolii loco; vel rerum adversus casus evacuaverit, virorum autem Sanctorum memoriæ festam lucem nullus exciderit annus: quandiu anni erunt, ac curret tempus, cœlumque habebit Solem,

ac

ac terra pascet suas animantes, mereque item proprias: quinimo, ut verius dicam, his quoque cessantibus elementis, tametsi putent aliqui, nunquam tamen Martyrum ac Justorum gloria extinguetur, nec cum creato mundo visibili morientur, quæ eorum celebris memoriæ sunt; quin & majori tunc decore florebunt, transmutata in vitam incorruptam humana natura.

Licet autem incredulis, ac iis, qui de futura spe nostra ambigunt: ex iis quæ ævo hoc aguntur, certa bonæ nostræ expectationis accipere pignora. Ecce enim per universum orbem impletus est Christi athletarum circulus, nec est locus ullus, quo non eorum memoria habeatur: annique tempora omnia, terræ donis ac frugibus potiora pugilum gesta, celebraturis ac festa agentibus conferunt. Quocirca ut aliquis sedulus esset Martyrum amans, atque omnium passionibus, festi vellet celebritate litare, ne diem quidem in anno non festum præteriret. Universi etenim solari ipso globo illustriorem mundum, præclara strenuorum virorum facinora habent. Quia enim is qui bonis adversatur, ut maxima Christianorum moliebatur pessundare mysteria, universosque furfuribus aspergens, sensis suis ac affectibus obruere nitebatur, ac casso labore, luti operibus occupare: strenuorum Deus virorum copiam monitis instruens, atque ad tolerandum, ac virtutis edendum specimen, erudiens informansque impudenti illi, ac insidiis humanum appetenti genus objecit. Hi vero, novum desudarunt, ac nihil consuetum, certamen. Nec enim cædendo ac acies perfringendo victores extiterunt, sed patiendo atque occisi strenue habuerunt.

Possint quotidie celebrari Martyrum festa.

Qualis vero, inquis, auditor! belli victoria? Quodnam autem genus illud facinoris, ut tormentis quis, ac verberibus subjiciatur: ad hæc autem, ut igni, vel gladio, aut carceris maceratione finiat vitam? Verum noveris, quæ bella suspicimus pietatis ergo, secus geri atque alia: nam alia quidem bella, in cædibus ac strage hostium, fortitudinis specimen habent: hæc autem certantium passione ac morte victoriam pariunt. Porro Sancti, pro ea qua pollent fiducia, mundi intercessores existunt: nescienque hostis, in eorum quæ habebat proposita, contraria incidit. Quot enim Martyrio perfunctos occidit, tot hominum adjutores fecit. Videasque, in omnibus quæ designavit, hoc ipsum passum esse. Unde putat pietati se impedimentum allaturum, inde augmentum pietati ascisçit: Dei namque sapientia, stulto illi ac insano consilia in contrarium vertit: idque ita, cujusque temporis res gestas recolentes, habere invenimus, puta, Moysis expositionem, venditionem Joseph. Statim in principio secundum hominem Abelem occidit, quo piorum exscinderet semen: secus autem evadit. Ab eo enim tempore, quo Deus maledixit Cain, gravi homicidæ odio habentur. Sic in Christo, quem Satanas cruci affigendum in Judæorum animos immisit. Hoc utique ipsum illi in Martyribus accidit, quorum plures subterraneas memorias spernunt, eorum elevantes ac vilipendentes dignitatem. Nonne, inquiunt, ille homo est? Nonne corpus absumptum est? Nonne eorum memoria in pauculis reliquiis, iisque sepultis posita est? Hæc plane Gentiles objiciunt, ac Eunomiani: nos vero ad utrosque dicamus.

Martyrum peculiare vincendi genus.

Martyres mundi intercessores.

Martyrum memoriæ subterraneæ. Eunomiani Gentilibus socii abrogandis honoribus. Martyrum: ut & utrisque novi sectarii.

Nos minime gentium adoramus Martyres, sed tanquam veris Dei adoratoribus habemus honorem. Non colimus homines; sed eos admiramur, quitempore persecutionum in Dei præclare cultum absumpti sunt. In loculis ac sepulcris pulcre elaboratis deponimus, structurisque magnificas eorum requietionis excitamus domos, ut eorum qui præclare vita functi sunt, honores æmulemur. Nec vero mercede vacuum in eos exhibemus studium, sed eorum apud Deum patrocinio fruimur. Quin enim non valent nostræ preces Deum inflectere, ac impetrare necessitatis tempore, ac molesta calamitate. Quippe cum nostra oratio, non obsecratio sit, sed delictorum commemoratio: idcirco ad conservos confugimus Domino charissimos, ut pro quibus egregie ac ex virtute egerunt, nostris illis delictis medeantur. Quodnam ergo istud crimen, ut Martyribus honorem habentes, ipsi quoque placere Deo studeamus? Quod, inquam, crimen, ut ad patronos confugiamus? Sed & tua deinceps exquiramus, num qui accusas, ipse sis ab omni mundus crimine. Qua id vero ratione: cum sexcentos mortuos homines, non honore prosequaris, sed ut Deos adores?

rantur, ac patroni apud Deum ascisçuntur.

Nonne tu Cererem ac Proserpinam, pro tua amentia, deorum honore auxisti? duoque muliebria templa extruisti, ac honoras victimis fœminas, varioque omni cultus genere adoras? Nonne tuæ religionis velut caput ac summa, mysteria sunt illa Eleusina: ac populus Atticæ, Hellasque universa, celebrandæ causa vanitatis pariter concurrit? Nonne illic obscurus ille descensus, ac inhonesta illa sacerdotis ac vatis, cum fœmina sacerdote colloquia: solius, cum sola? Nonne extinguntur faces, plurimusque ac innumerabilis populus, suam ipsorum salutem arbitrantur, quæ sic in tenebris ab ambobus fiunt? Nonne tu Dionysium Thebanum ut Deum adoras? Etenim patriam dico, quo hominem noveris: nempe vinitorem virum, ac vino deditum: ebriosum commessatorem: qui populum turpiter lascivientem agmine traheret: ea facientem, quæ luxuriosos ganeones notent: pocula vero miscentem cum Sileno sene, ac cum Satyris in tripudia effusis, epulis ac mero indulgentem: virum denique, vini ac crapulæ mundo fabulam. Nonne tu Herculi existenti viro, tanquam Deus esset, victimas offers, robusto homini potensque ac forte adepto corpus: adorasque, quod sæpius strenue egerit, ac ferarum edomitor fuerit? Quid vero rursus Æsculapium illum, magnam orbis partem in ferula ac ferrea pixide vagatum, nonne colis ac admiraris? Nec sane hoc te fecere inficias ieris. Quippe orbe toto extantia templa, Æsculapio, inquam, Herculi ac Dionysio sacra, tuæ illius vanitatis argumenta existunt: sicque ego quidem a crimine liber ac absolutus abibo. Non enim adoro Martyres, nec Deos repeto: te vero liquet teneri criminibus, idque cum eorum alios reos agas: in eorum morem, qui mala agente conscientia, priores ipsi innoxios in crimen vocant. Quippe probatum est, homines te adorare, non deos. Pauca hæc e multis adversus Gentilem.

Dii gentilium ex hominibus.

Novæ autem factionis Judæi! quid mirum ut Martyres inhonoretis, qui Christum spernitis, vestrisque ipsorum sermonibus ab æqualitate Paterna separatis; quique loca, quibus requieverint sacra corpora, velut profana ac immunda caveatis? Enimvero, qui non cogitatis quod operæ pretium est, timere Christiani appellationem, qui cum Gentilibus Martyres odio habeatis. An nescitis Christum principem esse Martyrum, qui primus passus sit, ac servis æmulationem dimiserit? Post eum Stephanus pro nominis illo ratione Deo consentaneæ ac religiosæ claritatis pugil. Tum Discipuli omnes ac Apostoli. Vide autem una injuria, quam multos probro afficias: Joannem Baptistam; Jacobum illum Domini fratrem appellatum, Petrum, Paulum, Thomam.

Adversus Ahomæos Agiomachos.

Non adorantur Martyres, sed hono-

Hos

Hos nomino tanquam Martyrum duces. Ad hæc immensam eorum multitudinem, qui vitæ causa morte defuncti sunt. Parumne tibi ut hos offendas? Levene periculum ut eorum hostis habearis? Horum quilibet diabolum vicit, una cum dæmonum malo sodalitio; fuitque adscriptus Angelorum collegio, ac tanquam probatus pugil publico præconio celebrandus in resurrectione servatur. Astabit enim & ipse, Deo ac Salvatore nostro apparente, osque aperiet in fiducia, Angelorum lætus spectaculo, Dei se gloria beatum prædicans & verberibus, vinculis, tormentis, morte utili; quod immortalis ei vita accesserit.

Verum scio, quid hæc audiens sentias, ac dicas, Sum & ipse talium capax. Modo vivam e virtutis ratione, nihil deterior, aut minori honore futurus sum, ab iis quos nunc admiramur. Plane vero: sunt hæc animi arrogantis verba; ejus qui seipsum justificat more jactabundi illius Pharisæi, atque ab omni humilitatis sensu aliena. Palam vero liquet, nisi quis prius se ipse humiliaverit, non provehendum ad id, quod est altum ac sublime: Dominica namque sententia est. Quin ut aliquis talem te futurum certo spondeat, ergo ne nolis, obsecro te, iis habere reverentiam, qui tibi pietatis viam initiaverunt, qui honorum fuerunt duces, qui virtutis doctores, qui ad tolerantiam, ac mortis contemptum erudierunt? Disce a sæculi hujus ac Mundi discipulis probos ac gratos mores; ut cum magistri similes evadant, nec eis quicquam de artis peritia desit, magistrorum tamen osculentur pectora, revereantur, laudibus celebrent: eis concedant primas, colant ut patres. Multa Sancti valent, tametsi vita functi; cumque migrarint e sæculo, beneficiis tamen impertiunt homines: ac quidem Elisæus fidem abunde dictis astruit, qui nimirum, cum diu ante a sæculo migrasset, ac mortis somnum accepisset, immortalem tamen ac indivulsam Dei gratiam acceperit, tumulo assidentem ac mortuis ossibus hærentem. Nosti, quisquis existis studiosus Scripturarum discipulus, ut cum mortuus aliquis necessariorum cura funere efferretur, supervenientibus repente latrunculis sive hostibus; uti facile in angustiis ejusmodi ac turbatione accidit, inter beati Prophetæ sepulcrum projectus, confestim receperit animam, atque ad vitam redierit? Quid ergo dicturi sumus pro eo, quod fuit gestum? Ergone sensum habuit vir justus eorum quæ gererentur? Precesne emisit, velut pro filio Sunamitidis? Verum nihil ejusmodi rerum nobis veritas cogitandum ingerit. Nam vir justus a multis jam annis tumulo jacebat, corpusque in cognatum pulverem, ac sui generis cineres, fuerat resolutum. Liquet autem, Deum, qui addictos ipsi homines post etiam mortem semper clarificet, mirabilia hæc ad sepulcra eorum, ac loca quibus quiescunt, operari miracula: quo posteri perpetua serie pignus habentes præclaræ conversationis, vitæ cursum consummentur. Eodem modo Elias hujusce præceptor Prophetæ, post equos flammeos ac igneum currum, in alia agens vita, ac ab humanis ad locum migrans, quem est consecutus, amplissimum suæ virtutis melotem reliquit symbolum. Tametsi, quanti illa pretii videbatur? Nihil quippe aliud erat quam pellis mortua, usu jam ac vetustate inutilis. Hanc nihilominus ipse reformidabat Jordanis, mediaque scindebatur aqua, ac discreta stabat, qua olim ratione sub Jesu, qui futuri figura fuit. Aderat autem, cum etiam abesset Thesbites ille, ac Philosophi indumentum, discipulum demulcebat, præstante Dei clementia, ut is tuto flumen transiret, Sanctorumque indumentis honorem habente, tanquam animata essent. At-

Luc. 18. v. 11.

Sanctorum a morte efficax protectio multiplici declarata exemplo. 4. *Reg.* 13. v. 21.

4. *Reg.* 4. v. 21.

que ut perspicue palam esset, miraculum illud in flumine, non percutientis merito patratum esse, sed ejus honoris causa, qui excessisset, ac fuisset assumptus: Elisæo aquam percutiente, fluebat illa nihilominus more solito, cum nihil ei novi accidisset. At ubi ille frustrato conatu clamasset: *Ubi est Deus Eliæ?* Clamansque iterum aquas attigisset, mox flumen diviso fluento, nudam aridam ostendit, Prophetaque pede ad ripam alteram pervenit.

Joseph autem, non tam peculiari affectu patrem defunctum amans, quam gentis Patriarcham, ac generis caput honorans, ejus ex Ægypto reliquias celebri adeo cultu reduxit, ut Moyses cum Mundi creati historia reliqua, hanc quoque narrationem Mundo tradendam, ac literarum monumentis consignandam putaverit. Rursum vero Pharao ipsa vigilia, ut ita quis dicat, sublatum ab oculis, Israele proficiscente, Josephum amisit. Porro ubique corpus comes populo aderat, multaque cura ceu quid bonum ac præstans ducebatur, atque ut tuta sexcentorum trium millium ac quingentorum multitudinis virorum, a malis defensio ac tuitio, eaque reverentia urnam prosequebantur; qua sacram arcem portantem Dei legem. Quocirca etiam David quodam loco Deum obsecrans propitium fore populo ac placabilem, innumerabilibusque supplicationibus obtestans, ut juges mutuoque succedaneas calamitatum plagas sistens; fausta rursum providentia Hierusalem gubernaret, ac qua olim gubernata esset, ita ait: *Qui regis Israel, intende: qui deducis velut ovem Joseph.* Deum enim flectere nititur charissimorum ac amicorum nomina in medium adducens, solerterque admodum supplicationem obit, impie scelera multitudinis, sanctorum Patrum appellationibus velut celans ac obtegens.

Gen. 49. v. 29.

Exod. 13. v. 19.

Num. 1. v. 46.

Psal. 79. v. 2.

Eundem quoque nobis sensum suggerit, qui de Sodomis exiat sermo Abraham: namque pro Sodomitis deprecans, quo Deus tempore illis infensus, quam prædixisset, intulit pœnam, justorum ille contemplatione populum universum salvum fieri rogabat. Incipiens enim a quinquaginta in decem desiit, Deo statim annuente supplicanti, velut statera quadam ac bilanci libra, innumerabili peccatorum turbæ, Justorum denarium contra penderet. Atque ut amplius declararetur, vel unum justum rem esse pretiosam, ac Deo charam, cum dena quidem multitudo desiderata esset, tantusque ille peccatorum populus, ne paucos quidem ejusmodi Justos habere deprehensus fuisset: essent vero scelesti audaciæ daturi pœnas, Lot unus violenter trahitur a locis maledicto addictis, ac cum tota familia salvus efficitur, acceptis a Deo in justitiæ præmium universis domesticis.

Magna ergo res vir justus, qui se ipse primum juvet, tum universæ deinceps gentis existat amplissimus thesaurus: adspectu quidem ignotus, quique nihilominus semper adsit, ac alios ipsis eruditat rebus: olim mortuus, rerumque præclare gestarum celebritate vivus. Filiorum bona hæreditas, ac inviolabilis: quam non absumat tempus, nec fur auferre possit: quippe quæ incorporea, ac nulli concreta materiæ sit, in incorporeis vigens animabus. Vides, ut & glorioſi inclytique Israelitæ, quanquam omnibus spoliati, ipsoque amisso solo patrio, haud tamen claram illam a Dei amante tuo ac Patriarcha appellationem amiserint; quin etiam Barbaris mancipati, justitiæ patrum merito libertatem adepti sunt: atque in deserto agentes, ob parentum clara facinora, cibis donati: cumque continue peccarent, ac sæpius in blasphemias ora solverent, essentque digni judicati qui exterminio punirentur, Abrahæ

tamen causa indulgentiam meruerunt, ac propter Israelem consecuti sunt veniam: duro corde filii parentum merito salute donati.

Scis vero quisquis studiosus es ac discendi cupidus, ut in primis cum Deus Moysen a gregibus ovium ad populorum vocaret præfecturam, hæc dicat statim ad servum suum: *Ego sum Deus Patris tui; Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*: ac paulo ulterius producto sermone ista addat: *Congrega seniores filiorum Israel, & dices ad eos: Dominus Deus Patrum vestrorum mihi apparuit: Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*: sicque Deus ipso statim initio, patrum justorum nomine velut nota quadam nepotes insignit; qui bonum sciat ac utile, ut ab illis, ac eorum specimine cognoscantur. Verum processu temporis, cum populus in injuriam prorupisset ejus, qui beneficio affecisset, ac Salvatoris contemptum, vitulique fabrica ac adoratione offendisset, ac adorassent inanimæ cranium, animæ omnis ac rationis sensum amittentes; cum nihil hic Moysi suppeteret, quo Dominum discipulis placaret, ærumnosus tandem prædagogus ad Patrum memoriam confugit, iisque sibi adjunctis, supplicationem promit. Sic enim ait: *Esto placabilis super nequitia populi; recordare Abraham, Isaac, & Jacob servorum tuorum, quibus juraſti per temetipsum, multiplicaturum te semen eorum sicut stellas cœli*. Erat grandis ira, furor indeprecabilis: ubi tamen sapiens ac industrius supplex Patrum personas adhibuisset, ac senum multas intercessiones ex memoria Deo objecisset, flammæ instar pœnam extinxit; Patrum oleo, insanientium filiorum vulnera curans.

Exod. 3. v. 6.

Exod. 31. v. 12.

Relicto Moysis libro, ad libros Regum transi. Etenim illic quoque filium videbis indulgentiam consecutum, eo quod proles est Patris Dei amantis ac pii. Is porro celebratissimus ille Salomon est. Cum enim ille processu temporis, nedum passionibus dominaretur; sed & illis servus effectus, ac vitæ neglectu incontinentissimus luxuria evadens, paternam quoque pietatem ac religionem mutasset, legis offensione, idola fabricans: ait ad eum Deus: *Scindens scindam regnum tuum, & dabo illud servo tuo: Verumtamen in diebus tuis non faciam hæc propter David patrem tuum: de manu filii tui accipiam illud*. Hæc nos historia docet. Sed & Psalmorum canticum eodem sensu hæc habet: *Junior fui, etenim senui, & non vidi justum derelictum, nec semen ejus quærens panem*.

3. Reg. 11. v. 11.

Ps. 36. v. 25

At, ut videtur, ubi semel anima contra veritatem audere præsumpserit, atque eo statu habet, ut vitæ locum novum aliquid moliri vesane existimet, nihil est, quod ad rectam ac ex ordine compositam viam convertat: quin frænum mordens, ceu pullus quidam tractatu difficilis, in barathrum proruit: sessore animo ac mente vehementiori in nequitiam agitatione superato: quod utique hos quoque Eunomianos factitare videas: sic enim lubentius appellantur, quam Christi homines, qui Deum blasphement: Dei homines probro afficiant: magisque loca aversentur, quibus Sancti requiescunt, quam sobrii homines altaria, profanaque ac polluta dæmonum sacris loca. Porro par erat, ut qui ejusmodi dementiæ studeant, quique temeritatem in omnes virtutis loco habent, vel saltem dæmonum reverentur voces, clara palam voce contestantium virtutem Martyrum: ac quemque illorum velut præsentem, atque eos ab obsessis hominibus abigentem atque fugantem ex nomine compellantium. Sive autem quis ea velit adversus immundos spiritus præstare pietatis athletarum exercitus, sive Angelos qui ad eorum, qui requie donati sunt, honorem, sacris eorum delubris assideant, nihil interest. Nam quicquid dicatur, ad eorum gloriam est, qui Christi causa morte sunt defuncti. Porro palam quotidie elucent, alia aliaque, ad diversa Martyrum beneficia, quibus male a Satana vexati liberentur. Qui enim nuper more canum latrabant, ac quondam inexplicabilibus tenebantur furoris noxis, nunc sobrii ac sani videntur, ipsisque rebus Martyrum intercessionis fiduciam atque vim testatam universis adspectantibus faciunt. Sicut autem Salvatoris nostri potentiæ indubitata argumenta in medio Hebræorum populo obambulabant, tum quos lepra mundasset, tum cœci quibus sanasset oculos, tum si quis paralyticus obfirmata membrorum compage, nullo impedimento ambulabat: sic & modo, qui crucem crucifixi Salvatoris causa portaverunt, ejus quam a Domino acceperunt, gratiæ perspicua documenta præbent, variis ac diversis modis conservorum morbos curantes. Ac quidem Paulus Petrusque; ille quidem cum ejecisset spiritum Pythonem, hic autem claudum illum in templi vestibulo jacentem erexisset; ejusmodi miraculorum potentia Hebræos Gentilesque ad obediendum Evangelio converterunt: at multum hæreticorum agmen, qui nostrum hoc sæculum male turbant, ne a rerum quidem ac miraculorum præstantia Martyres reveretur: vocant vero eorum cœmeteria, nuda ac prophana voce πολυάνδρια ad sepulcra communi; ipsaque vestibula tanquam polluta infectaque execrantur: nec meminerunt divini illius oraculi ore omnium celebrati: *Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus*. Itaque precemur Deum, sed & Martyres obsecremus, ut a communi Domino impetrent, dari spiritum compunctionis iis qui hæretico errore aguntur: & ut soluta omni dubitatione, tanquam medio pariete ac maceria, fraterna omnes unitate conveniamus, in Christo Jesu Domino nostro, quem decet gloria in sæcula. Amen.

Act. 16. v. 16. & 31. v. 2.

Ps. 115. v. 17.

Eunomiani sic lubenter appellati summum odium in Martyrum cœmeteria.

Dæmones reverentur ac sentiunt Martyres.

BEATI ASTERII AMASEÆ Episcopi enarratio in martyrium præclarissimæ Martyris Euphemiæ.

Ex dupl. Reg. collata cum edit. in 7. Synodo act. 4. versione nova.

NUper, o viri! Demosthenem egregium illum Oratorem præ manibus habebam, eamque Demosthenis orationem, qua ille Æschinem acerbis enthymematibus impetit. Diu autem prolata lectione peneque obruta mente, aliqua remissione ac ambulatione, quo fessus animus nonnihil labore levaretur, agebam. Egressus autem domo, postquam in foro aliquantulum cum notis ambulassem, illinc me in Dei templum otio oraturus recepi. Cum vero hoc quoque consecutus, unam quandam ex porticibus transirem, vidi in ea picturam quandam, cujus me species omnino cepit. Dixisses Euphranoris artificium esse, aut eorum alicujus, qui olim plurimum dignitatis picturæ conciliarunt, non aliter pingentes, quam si vivas in tabulis formas exhiberent. Adesdum vero, si voles: quippe etiam nunc per tempus enarrare licet, egoque picturam exponam. Neque enim nos musarum alumni pejores pictoribus colores habemus.

Euphemiæ facies expressa in tabella.

Sacra quædam fœmina intemerata Virgo, suam Deo castitatem dicavit: Euphemiam appellant. Cum autem quandoque Tyrannus pios homines ac Christianos persequeretur, illa admodum alacris vitæ aleam sponte adiit. Cives autem, ejusque socii religionis, pro qua ea mortem obiit, ceu fortitudinis ac sanctitatis gloria insignem admirationi habentes haud procul templo sepulcrum ædificantes ac posito loculo, honores ei publicos adhibent, annuum

ejus

ejus certaminis diem, communem ac totius Populi conventu lætam facientes celebritatem. Sacri quidem sacramentorum Dei interpretes jugi sermone memoriam honorant, populosque convenientes, ut illa patientiæ certamen consummaverit, omni studio informant: sed & pictor pietati & ipse studens, artis opera, historiam totam in sindone, quam licuit viva expressione designans, ibidem juxta sepulchrum sacram ad spectaculum appendit tabellam. Sic autem habet artis hoc præclarum opus.

Sedet Judex throno sublimis, acerbo ac truci vultu contuens Virginem. Ars quippe in inanimi quoque materia irascitur, cum lubet. Porro adsunt magistratus satellites, ac milites non pauci, ac quidem commentarienses, tabulas ferunt ac stylos; quorum alter manum e cera educens, intense adspicit in adstantem judicio Virginem, totam deflectens faciem, tanquam jubeat loqui clarius, ut ne difficile audiens, mendosa scribat, ac digna reprehensione. Adstat autem Virgo pulla veste, ac pallio philosophiam professa, ut quidem putavit pictor, ipso quoque vultu lepida: ut autem ipse existimo, egregie ornato virtutibus animo. Ducunt autem ad præsidem duo milites; alter quidem ante trahens, alter vero a tergo vigens. Porro Virginis habitus pudore ac constantia mixtus enitet. Inclinat quidem, ac cernua oculos dimittit tanquam virorum erubescens obtutus: stat vero imperterrita, nihil in certamine timidum patiens. Quamobrem cum alios hactenus pictores, Colchicæ illius mulieris fabulam contuitus laudarem: ut gladium filiis adactura, misericordia ac ira divideret faciem, ac alter quidem oculus iram ostenderet, alter matrem parcentem ac facinus horrentem, designaret: nunc plane ab ea cogitatione ad hanc picturam admirationem converti, mirumque in modum opificem admiror, ut accuratius mores quam colores miscens, pudorem simul ac fortitudinem, affectiones utique per naturam contrarias, præclare temperarit.

Ulterius autem procedente imitatione, carnifices quidam in lævibus nudi tunicis, operi jam insistebant: ac alter quidem apprehendens caput, ac retro inflectens, alteri os Virginis præbebat expeditum ad pœnam: alter autem adstans, dentes excutiebat. Porro supplicii organa, malleus videntur, & terebra. Cetorum resolvor deinceps in lachrymas, mihique affectio intercipit sermonem. Sic enim perspicue guttas sanguinis adpinxit penicillus, ut vere dicas a labiis fluere, ac lamentans discedas. Iterum carcer, iterum casta Virgo in pullis vestibus sedens sola, manus ambas extendit in cœlum, Deumque in malis adjutorem invocat. Porro oranti illi apparet super ejus caput, signum illud quod Christiani adorare ac appingere solemne habent; putoque appetentis passionis symbolum. Mox ergo, ac post modicum, ignem validum loco alio accendit pictor, hinc inde rutilanti rubrica condensans flammam. Statuit vero Virginem mediam, expansis quidem manibus in cœlum, nullam tamen vultu præferentem tristitiam; sed magis gaudentem, uti ad incorpoream ac beatam commigrantem vitam. Hactenus cum pictor manum tenuit; tum ego, sermonem ac linguam. Cæterum tempus tibi est, ut & ipsam si velis, picturam absolvas: quo plene perspicias, num longe impares enarrando fuerimus.

Crucis signum effictum in Euphemiæ capite.

S. Asterii.

EXCERPTA PHOTIANA.

Asterii Amaseæ Episcopi Sermo hortatorius ad Pœnitentiam.

Lectum est ex B. Asterii Episcopi Amaseæ sermone hortatorio ad pœnitentiam.

LUcas itaque, animorum magis quam corporum medicus, ipsum Deum nostrum ac Salvatorem, cum perditis ac projectæ mentis hominibus scribit lenem versatum ac facilem: non ut eorum vitii ac malitiæ assumeret aliquid, sed ut suam eis justitiam impertiret. Etenim Sol, quo a creato Creatoris providentiæ specimen habeamus, non patentes modo campos illustrat, verum etiam concavas partes ac cavernosas. Qui spem semel curationis abjecit, totum se morbo mancipat. Sic qui vitiorum ac affectionum victores evaserunt, ac vere super serpentes, ac scorpiones ambulant; nec illos decet ad suam fortitudinem, aliorum æstimare vitam: sed Deo quidem, cujus beneficio virtutem gesserunt, gratias agere; imbecillioribus autem non insultare, sed fraternam eis dextram porrigere. Æmulamini charitatem Christi: jam enim se per hominem hominibus ostensurus, Joannem præmisit pœnitentiæ sacrum præconem. Interroga Petrum, ut pœnitendo mundatus sit, neque in Simonem redierit, sed Apostoli honorem retinuerit. Equidem arbitror, Judam quoque proditorem illum, nisi statim sui carnifex factus sibi injecisset manus, sed ad genua accidens misericordiam deprecatus esset, orbi illam universo supereffusam consecuturum fuisse. Hisce autem argumento sunt, qui e crucifigentibus ad pœnitentiam reversi, pœnitendo salutem adepti sunt. Ligabat quondam Christianos Paulus, postmodum autem catenas ipse pro Christo portans, crimina dissoluit. Lapidavit Stephanum, sed lapidatus peccatum expiavit. Hæc noscens Moyses, homo enim fuit, noscebatque naturam, vitulum fieri pro sacerdote præcepit: plane tamquam eo qui peccati reus esset, ac opus expiatione haberet. Quod autem id temporis erat carnalis vitulus, hoc modo pœnitentia incorporea, ac incruenta oratio est. In tantum autem decet Sacerdotem studere clementiæ, ut etsi Dominus quemdam excidi jusserit, ceu infrugiferam arborem, ipse tamen satoris instarque cultoris, veniam ac temporis remissionem deposcat. Hunc enim sterilis ficus intellectum exhibet, qui in Evangelio sermo scriptus est: Attende mulierem peccatricem: non ei convivarum numerus pudorem injecit: haudquaquam epularum tempus tanquam importunum confessioni excepit: sed grandi luctu affecta, ne momento quidem medicum peccatorum dimittendum putavit. Quin ne in conspectum quidem veniens, supplicavit: sed toto se habitu indignam professa, retro accedens, ac pedes prehendes, solutisque crinibus, ac universis quæ agebat, lugentem prodens animam, atque lacrymis irrigans Salvatoris pedes, condolentia multa misericordiam petebat.

Non debent fortiores aliorum ad æstimare vitam. *Luc. 10. v. 19.*

Luc. 1. v. 76.

Joan. 21. v. 13.

Judas salvandus ut pœnitens non desperasset. *Act. 2. v. 37.*

Act. 8. & 9. &c.

Exod. 29. v. 1.

Quanta sacerdotem decet clementia. *Luc. 13. v. 6.*

Luc. 7. v. 38.

Ejusdem Asterii Episcopi Amaseæ, ex sermone in Stephanum Protomartyrem.

STetit vero solus, populo in cædem hiante ac homicida, circumquaque vallatus. Nemo autem per id tempus aderat: non amicus, non familiaris ac domesticus, non cognatus. Quædam enim hæc in periculo constitutis consolatio est, ut quem e notis

Stephanus in agone solus.

adesse videant. Orationi, pro iis quoque qui lapidarent, adjunxit preces. Quippe ii, vel nolentes, viro beneficium præstábant. Preces vero sic fusæ, quo tendunt? Non petit ut inimici innoxii sint a peccato nulloque ii ejus reatu teneantur: hoc enim palam divinæ adversatur dispositioni ac legi, quæ homicidis justam pœnam decrevit. Sed quid, obsecro, dicit: *Ne statuas illis hoc peccatum*; hoc est da, ut timore compungantur: incita illorum mentem ad eorum pœnitentiam, quæ nunc perpetrant. Porro Paulus interficientium vestimenta servans carnificis populi ministrum agebat. Cum autem propter alia, tum propter Sabellium illum Afrum, ejus ab Ecclesiis damnum præmoliens Deus, se quidem in propria ac perfecta gloria ostendit. Sed & Filium in perfecta ostendit persona. Constituit autem a dextris, ut personarum distinctione subsistentias declaret. Sed & Spiritus Sanctus simul junctus est: nam ante dixerat: *Et non poterunt resistere sapientiæ & Spiritui qui loquebatur*. Vide igitur, ut Scriptura Sancti quoque Spiritus nobis distincte personam suggesserit. Quod si Spiritus priori loco scriptus est, ac tum Pater, Filiusque, nihil ea ordinis mutatio nocet fidei. Sic enim moris est Scripturæ: aliquando enim solum Filium nominat: aliquando vero Spiritum cum Filio: alias incipit a Patre ac in Spiritum desinit: ac e contra, incipit quidem a Spiritu, procedit vero per Filium ad Patrem: quam præcipue dicendi rationem admirabilis Paulus lubens custodit.

Quid pro inimicis precetur.

Act. 7. v. 59.

Paulus carnificis populi minister in Stephano.

Asterii fides adversus Sabellium.

Luc. 10. v. 30. *Ejusdem in illud*, Homo quidam descendebat ab Hierusalem in Jericó.

QUid ergo Christus ad legis petitum se tentantem dicit? *In lege quid scriptum est?* in memoriam redigens charitatem ad Deum & proximum, tantum non dicens. Quocirca ut tibi Deus videar, charitatem mihi debes: si non credas, meque purum hominem putes tui similem, sic quoque ex legis præcepto amare debes. Illos vocamus fratres, qui eodem editi sunt semine, ac eodem utero geniti. Qui vero eundem habemus Creatorem, ac eandem matrem terram, ex qua conditi sumus; eandem quoque dignitatem animæ, easdem pietatis ac civilitatis leges, eandemque spem futuræ vitæ quomodo non fraterna omni ac cognatorum necessitudine, invicem propinquiores sumus devinctioresque? Cum vides hominem, teipsum in ipso vides. Cum ergo etiam ejus contuemur mala, famem, sitim, nuditatem, necessitates alias, morbos aliasque afflictiones, ceu mala propria ac calamitates miserari oportet, ac iis affici. Multos novimus qui verbis se pericula adituros profiterentur; quique nihilominus in rerum periculo, benevolentiam mentiti sint. Sane quidem Salvator sic suum dilexit opus, non ut seipsum, sed plusquam seipsum: nobis vero, non tanta dilectio imponitur; sed ut quisque proximum diligat sicut seipsum: sublato quod exuperantius est, ut ne gravius præceptum, impletuque difficilius tradere videretur.

Ut quisque noster proximus.

Nos dominus plus se dilexit: minoraque nobis præcipit.

Asterii vera historia, illud de spoliatio ac vulnerato in via.

Ut autem rerum ipsa exhibitione Dominus dilectionis legem clarius ostenderet, rem plenam misericordiæ, quæ utique per illud tempus accidisset, ob oculos ponit: legislatorem docens, nostrum cum proximum esse, qui mortalem hanc ac miseriis obnoxiam gestans carnem, ope ac misericordia indiget. Res sic habet. Viator quidam descendebat ab Hierusalem in Jericho: cumque latrones invasissent, ablata sunt ei quæ ferebat, estque nudatus ipsis etiam indumentis: ac demum acceptis a latronibus plagis pene moribundus, in via publica nudus jacens animam agebat. Miserabile plane spectaculum oculis misericordia præditis, ac vel scientibus misericordiam.

Dominus cum Judæis loquens, docensque tanquam dementes, ac frustra in hac lacrymarum valle versantes, ita ait: *Vos deorsum estis: ego de supernis sum*: ex iis tantum nominibus *sursum al deorsum*, discernens atque distinguens bonum ac malum. Sic nunc quoque cum ait, *descendebat*, eodem sensu dixit. Fuit is porro Adam, qui a beata illa ac superna vitæ consuetudine, in barathrum, ac humi depressam atque afflictam vitam devolutus est.

Joan. 8.

Quis est Sacerdos? quis Levita? Plane mystico intellectu Moyses ac Joannes, ambo in parabola obscure denotati, ac quos plerique ignorant. Hi enim offendentes hominem: hoc est, universum genus: pietate ac virtute nudum, atque ab hostibus vulneratum, inspexerunt quidem, sed sanare non potuerunt. Samaritanus vero veniens, probrosi nominis dehonestamento bonorum thesaurum occultum ferens, medicinam adhibuit; nempe Salvator noster, infami appellatione Samaritani latitans, jacentique homini salutis fontem scaturiens. Appellat vero Scriptura Samaritanum, hic quoque Judæorum amentiam confundens, quod eum, qui affluentioribus supra Levitas ac Sacerdotes misericordiæ visceribus, saucium hominem sanat, per contumeliam ac irrisionem Samaritanum vocarint.

Sacerdos ac Levita mystice, Moyses ac Joannes.

Ut Dominus appellatus sit Samaritanus.

Quid autem sibi vult *jumentum*, cui Salvator agentem illum animam imponens, in diversorium duxit? Liquet plane, divini Verbi vehiculum, ac velut subjugale corpus esse nostro simile, quod gestavit: in quo, ac per quod omne sustinens ac portans, ad sanitatis remedia ac Ecclesiam ducit. Quippe etiam ea perfecta est sanatio vulnerum, ac ab eis liberatio.

Corpus Domini jumentum, &c.

Luc. 18. v. 10 *Ejusdem in illud*, Duo homines adscenderunt in templum, ut orarent.

SErmonem de oratione duabus parabolis complexus est: partim quidem docens constanter orare per Judicem ac Viduam: partim vero cum reverentia ac humilitate, per Pharisæum ac Publicanum.

Optimum est ut assiduo cogitemus esse nos creaturas, ac animalia infirma: Creatorem vero Deum & optimum vitæ nostræ curatorem. Hoc vero ante omnia præstat oratio. Nemo enim quæ sunt conducibilia, petat, nisi prius certo persuasus Deum esse, qui preces exaudiat, quique ea, quæ petuntur, possit præbere.

Orationis effectus ac commodum.

Est autem oratio, vitæ nostræ auxilium, colloquium cum Deo, oblivio terrenorum, ascensus in cœlum. Ac quidem recto corpore expansisque manibus orans, crucis passionem figura exprimit: sin autem quis revera oret, sitque qui orat, Deo acceptus, nedum figura crucem repræsentat, verum etiam affectu. Tanquam enim cruci affixus, sic carnis omnem cupiditatem extinguit, opum omnium, gloriæque, ac cognatorum affectionem a memoria procul excutiens. Nihil autem perinde concupiscit ac amat, atque ut tempus ac otium nanciscatur, quo sententiæ aliquid occurrat. Ad hæc vero duo tanquam in scopum collineat, ut effugiat pœnam, vitaque cito excedat: nihilque præterea animo fixum habet, ac agitat, qui oratione crucifixus est. Quin & Ezechiam a portis inferi ipsa liberavit, ac prius Solem (quo ejus alia opera taceam) servum

Quid oratio.

Quid figura ac habitus orantis.

4. Reg. 20. v. 5

ostén-

ostendit : servumque conservorum usibus mancipatum.

Fiunt bona non bene.

Accidit ut quis bonum per naturam faciat: utque non faciens bene, labores ac operam perdat: velut Pharisæus sese in oratione jactans: ac si quis alius eleemosynæ ostentator est, ac his similia. Levius peccasset Pharisæus, ut Publicanum a convicio liberum reliquisset. Nunc uno verbo, contra pariter absentes insurgit, ejusque qui aderat, vulnera vellicat. Quare Pharisæus a gloria in ignominiæ barathrum corruit: Publicanus vero a vitæ probro, ad felicem beatumque statum transit : atque ille quidem magno intervallo a Dei necessitudine recessit: hic autem in fiduciæ locum subductus est.

Ejusdem, in Zacchæum.

Luc.19.v.1. HIericho urbs erat Chananæorum metropolis, quam olim Jesus Nave expugnatam internecione delevit, quamque modo verus ille Jesus curatum venire dignatus est. Cœcus quidem, *Jos.6.v.1.* *Luc.18.v.15.* lumen recepit: populus vero ad fidem inductus est: lingua omnis Jesum celebrabat : omnisque oculus, ad oculum lumine donatum, miraculi ac salutis ultro ac sponte magistrum, habebat: qui plane non verbis, sed rebus veritatem discipulos doceret.

Publicani grande vitium.

Omne quidem vitium, quid malum est ac dignum odio: at Publicanus exuperantius omnibus. Nullum enim specie aliqua honestum peccandi prætextum habet. In aliis quidem invenitur mali quædam necessitas ac radix, unde nascatur iniquitas: at Publicanus fera est; pestis vias regias obsidens, nihil ad prætextum habens. Morbo hoc Zacchæus ægrotabat, priusquam ad Jesum accederet; qui morbus cœcitate cœci Hierichuntici deterior erat: siquidem hic corpore, ille animo læsus erat.

Ne aliis tribuas aliena : sed injuriam passis propria restitue. *Et si quidem aliquem defraudavi, reddo quadruplum*, inquit, non aliis. Nec enim hoc mercedem habet, que Deo acceptum est: sed iis ipsis quos fraudavi.

Ut restituendum. *v.9.*

Zaccheus filius Abrahæ morum imitatione.

Hodie salus huic domui facta est, eo quod & ipse filius sit Abrahæ. Quomodo ergo ex Abraham ille qui ex Hiericho est Chananæorum urbe ? Quid commune Abrahæ, quod spectat ad genus, cum Chananæis? Plane liquet tametsi non erat carne filius Abrahæ; moribus tamen ac operibus, simul atque ad Christum accessit, ingenuum magis ac legitimum factum esse atque agnitum, quam qui ex Patriarchæ visceribus nati erant. Sic & Apostolus Elymam vocavit *filium diaboli* : Dominus quoque *Act. 13.v. 10.* in hæc verba ad Judæos : *Vos ex patre diabolo estis*. *Joan. 8.v. 44.* Ita ergo & Zacchæus cum fidem Abrahæ imitatus esset : (Quemadmodum enim vocatus ille, patriam reliquit, sic iste telonium dimisit, ac partes divitias ex telonii lucris.) Idcirco etiam Christus veritas ipsa merito eum filium Abrahæ prædicavit.

Luc. 15.v. 11. *Ejusdem, in duos filios quos Lucas commemorat.*

Filius senior ac adolescentior.

PArabola quidam, Deum ac rerum hujus diversitatis factorem, Patrem vocat : filios vero majorem natu, minorem, homines duos: alterum quidem, constantem in concessa gratia ac hæreditate ipsum contingente, quique nunquam ab Ecclesia rebellis recesserit, aut intemeratorum mysteriorum communionem, per vitæ luxuriam respuerit : alterum qui adversus præfata omnia petulantius egerit, atque ideo a vero patre recesserit, concessaque ab eo munera, pro more ganeonum ac luxuriosorum, dissipaverit ac obligurierit. Pars ergo illa substantiæ, quæ contingit, quam junior filius a patre petit, baptismus est, ac perceptio intemerati corporis. Etenim multi etiam juniorum hæc petunt, & accipiunt : cæterum qui senili mente sunt præditi, ii quoque donum hoc omni diligentia custodiunt. Sane vero quod quemque contingit, æquis partibus existit distributum : sed accipientium pro cujusque studio diversitas, majus illud, aut minus facit; aut etiam omnino helluatur ac male consumit, uti in prodigo accidit. Hæc itaque contingens portio est, quam parabola innuit. *In loginquam vero regionem proficisci*, est a Dei donis & præceptis longe discedere.

Portio quæ nos contingit Baptismus, ac perceptio Dominici corporis.

v.11.

Adam quoque substantiam dissipavit, paternoque omni copioso illo patrimonio amisso, expulsus est e regione bonorum affatim copia affluente. Grave plane juniori filio a patre discedere. Quippe parentis oculus, prodigam dilapidationem, ac luxuriam, colloquiaque mores corrumpentia, longius pellit fugatque. Cum autem juvenis sui fit juris, ac neque timor ullus adest, nec pudor, qui duo fortes lascivientis juventutis custodes existunt; tunc plane, tunc fugiunt omnia, ac sus deque vertuntur. Hujus porro regionis longius a Deo semotæ civis diabolus est. Peccati siquidem civitas, primum civem ac principem auctoremque, Diabolum habet; qui omnes undequaque luxoriosos ac prodigos cogat, faciatque concives, atque in turpes, & quæ porcos deceant, actiones mittat. Etenim ille, gregem agit porcorum more viventium : non ovium ratione utentium existit pastor, quemadmodum Dominus, *qui animam suam ponit pro ovibus suis*. *Joan. 10. v. 11.* Princeps ergo porcarius, miserum juvenem mittit ad pascendum porcos; quique olim felix agebat, porcorum commensalis effectus, siliquas comedebat. Tale quid enim est peccatum: ad modicum dulce, nihil tamen quod alendo, aut utile sit ferens. *In se autem reversus*. Nec enim sui compos fuerat, vitiosis affectionibus traditus ac venundatus, menteque alienata. Porro se prodigus a conversione ac pœnitentia, mercenarium appellat, ac sibi infamiæ omnia ascisci nomina: ut nos Evangelium doceat, qua ratione pœnitentes humiliari oporteat, exque verbis, corde compungi. Docet autem parabola, pœnitenti ac ei qui a peccato Deum placare studet, ne in cœlorum quidem intendendos oculos : quin potius vultu ad pudorem composito, debere animi mœstitiam, ac meticulosam conscientiam indicare.

Diabolus Princeps regionis longinquæ summusque porcarius.

Peccatum inutile. *v. 17.*

Pœnitentis habitus ac humilitas.

Vide autem ut Dei bonitatem describat. Venientem enim prodigum nedum repellit, autve despicit, quin etiam obviam procedit : idque currens, ut celerius errantem recipiat, colloque circumfusus amplectitur ac stringit, affunditque lacrymas, ac exosculatur, reconciliationis symbolum præbens, ac pignus veniæ, traditis oblivioni quæ is olim commiserat. Sit vero prima stola, non ipsum Baptisma (nec enim fieri potest ut secundum quis Baptisma suscipiat) sed gratia, quam quisque fidelis per baptismum a principio induit. Loco enim *Lavacri recreationis*, nobis a Deo concessa est, quam pœnitentia regnationem facit: quæ nimirum sordes nostras lacrymis eluens, rursum mundos ac puros reddit. Datur prodigo post stolam etiam annulus symbolum spiritalis signaculi Spiritus. Ut enim in Baptismi recreatione, cum stola est, tum signaculum doni Spiritus sancti : ita etiam in regeneratione quæ Pœnitentia fit. Denique afferuntur & calcei, quo serpentis caput cum fiducia ac tuto calcare possit. *Tu* enim inquit, *observabis caput ejus : & ille observabit calcaneum tuum*. Ad utrumque igitur calceamenta

Patris bonitas in prodigum.

Quid prima stola. *Tit.3. v.5.*

Quid annulus.

Quid calceamenta. *Gen.3.v.15.*

conducunt, cum ad conculcandum ſer pentis caput, tum ut per læſionis injuriam effugiat. Ne patris bonitatem moleſte habeas, quòd in filium a miſeria, amore propenſior ſit. Qui miſericors eſt, non rigide judicat, ſed clementer indulget: idque maxime ſi pater exiſtit, cujus viſcera, ceu vi quadam, ad miſericordiam affectus trahat.

Miſericors ſummum jus ignorat.

Ejuſdem in ſervum Centurionis, quem Dominus ſanavit.

HAcce concione argumentum a ſervo capiens, in hortandis ſervis ac dominis præcipue deſudat: priores quidem admonens, ut prompta obedientia ſincereque dominis ſerviant: poſteriores vero, ut clementer ac benigne ſervos tanquam contribules, fratreſque ſuos tractent. Idem enim utriſque lutum, eadem fictoris manus, naturæ eadem opera ac paſſiones, eadem cernitur ſtructuræ corporis figura & forma: quocirca, tametſi nulla alia lex, vel divina, vel naturalis, cognatam miſericordiam ac dilectionem exhibere compelleret, fraterno nihilominus paternoque ad eos amore habere ſe oporteret. Quin & medicos adhortatione ad clementiam ac humanitatem provocat.

Servorum ac dominorum, mutua officia.

Vidi, inquit, Scytham, ingreſſum nuper adoleſcentiam, qui Græcam citius linguam didiciſſet. Is cum eum poſtmodum dominus, qui coemerat, ſtudiis informandum liberalibus tradidiſſet, tantum in illis profecit, ut in pleriſque præclare eruditus evaſerit, tumque apud Græcos, tum apud Romanos, illuſtris ac celebri fama enituerit: quippe qui juriſprudentiam profeſſus ſit. Porro qui emerat dominus, Syrus erat, civis Antiochenus, ac pueros Grammaticam docebat. Quin etiam, hujus ſe ſervi Scythæ diſcipulum fuiſſe, profitetur ſtudioſus noſter Aſterius: ubi tamen aut quibus in diſciplinis, non exprimit.

Servi Scythæ illuſtris hiſtoria.

Aſterius ſervi Scythæ diſcipulus.

Tu etiam Moyſem profugum, populorum ac Gentis conſtitui principem: non jam morte Noe, mundum aquis obrutus arcæ vehiculo tranſmittentem: ſed imperio ſecantem mare, ejuſque ima pedibus ambulantem. Tuus ſervus, Eliæque ille diſcipulus Eliſæus, qui & Sunamitidi viventem reddidit filium; atque a morte, admotum reliquiis cadaver reſtituit vitæ. Adhuc enim fidei gratia, tanquam odorata pigmentariaque ſpiratio perſeverans, ipſum viri fidelis ſepulchrum glorioſum præſtabat.

Geneſ. 7. *Exod.* 3. & 4.

Servorum præſtantia in Moyſe & Eliſæo.

4. *Reg.* 4. *v.* 35.

4. *Reg.* 13. *v.* 21.

Ejuſdem, in ingreſſum Jejuniorum;

NEmo qui convivia ſectatur, virtutis eſt diſcipulus. Una ebrietas, cum patrem honeſto habitu, tum filium libertate privavit. A ventris cupiditate etiam Iſaaci ſenior filius damnum accepit. Inhians enim, qua fame tenebatur, pulti, fatri quidem primogenita vendidit, paternamque poſtmodum benedictionem, illo furante, amiſit.

Gen. 9. *v* 21.

Geneſ. 25. *v.* 32.

Gulæ mala.

Geneſ. 27. *v.* 27.

Ne jejunium adulteraveris, ut ne tibi perinde atque cauponibus accidat. Cum enim illi, vino admiſcentes aquam, puniantur: quomodo qui jejunii auſteritati, 4. ſubtiles quaſdam voluptates adjungunt, pœnam effugient? Fugiamus voluptariam vitam. Haud enim fieri poteſt eundem voluptati deditum, ac eſſe virum religioſum. Rex ille quondam Aſſyriorum, qui totus ventri vivebat, ac voluptariæ vitæ, ſicut bos præſepi alligatus eſt. Tres autem pueri, cum vinum execrabantur propter libamina, tum carnes omnes, propter ſacrificia; Deus tamen majorem eis ſupra hominum voluptati deditorum, pulchritudinem addebat: jejuniumque competricis loco erat.

Cum jejunio ab aliis abſtinendum voluptatibus.

Dan. 4. *v.* 29.

Dan. 1. *v.* 8.

Præbe aures arcanorum doctrinæ, & obliviſcere deliciarum, quemadmodum populus Chriſtum ſequens verbo docentem atque opere. Relinquens malignantium ſynagogam, ad Eccleſiam accede. Quod ſi adhuc Judaicis devinctus es, quid tibi aliud vult jejunium, quam ut Nili crocodilos imiteris, quos ajunt hominum, quos vorarunt, capitibus adlugere, ac enectorum reliquiis libare lacrymas: non quia belluas facti pœniteat: ſed puto, quod illa carne careant, nec in cibos ſint idonea.

Matth. 15. *v.* 32.

Crocodilorum lacrymæ ſuper devorato. rum capita ac calvarias.

Sanæ quidem jejunium prudentiæ eſt, ac ſanæ mentis; decentiſque ac modeſti habitus magiſter exiſtit: chorea vero diffluentem deliciis animum oſtendit. Sed & cujuſque rei peculiares quædam figuræ ſunt, quibus ex ipſa ſenſibus ſubjecta ſuperficie inviſibilis affectio animi ac ſtatus declaretur. Quia enim, qui legem accipit ad normam vitæ, morumque componendam rationem, pœnam quoque, ut prævaricationis reatum incurrat, timere debet: idcirco etiam Deus humanæ vitæ ſcripta præcepta hominibus promulgans, mox quoque tubæ vocem adjecit, in ſignum futuræ reſurrectionis: quo nimirum, mandatorum, diſciſli, per reſurrectionem judicium prævidentes, dinæ legis placita inviolata, nullaque tranſgreſſione ſervarent.

Exod. 20. *v.* 18.

Quid clangor jubæ in legislatione.

Ejuſdem in Cæcum a nativitate.

HÆcce oculi deſcriptio, ac illa imaginis, quæ ſanctæ Euphemiæ formam refert, multam affinitatem venuſti characteris cultæque orationis habent: ut non alius atque alius, ſed idem ſit ambarum deſcriptionum auctor. Liquido autem pium ſi hoc loco prodit, æquali filium Patri honore, ac ſæculis anteriorem ducens. Quamobrem Arrianus non ſit, qui culto ac eleganti ſermone imaginem deſcripſit.

Idem Aſterius deſcriptionis oculi auctor & imaginis S. Euphemiæ. Aſterius orthodoxus.

Cum Salvator annuncians Judæis veritatem, ad pietatis ſenſum non inflecteret; qui præſens erat occultabatur: ac qui apparebat, non videbatur, ut eo miraculo, Judæos fateri compelleret, ipſum quoque Deum eſſe, qui non videretur: nec alium plane, quam qui Moyſi loquebatur, nec videbatur, tametſi apparebat. Nam tunc quoque oculis parebant ignis ac rubus, ambo muta: nihilominuſque audiebatur vox, ſermoque docebat, ac certo, quod erat futurum, prænunciabat.

Se Dominus latendo Deum oſtendit.

Exod. 3. *v.* 3.

Ejuſdem, in Jairum, & Mulierem ſanguinis profluvio laborantem.

HAud facile, ut videtur, humanum genus ad virtutem inducitur, ac parum curat doctrinam ſermonum. Idcirco etiam Salvator ad mortalem uſque ac incorruptibilem carnem ſe hominibus inclinans, cum Judæos ſurda aure ad verba habentes videret, ſe ad res convertens, curationem curationi, ac miraculum nectit miraculo, beneficiorumque periculo non creditæ Deitati fidem certam adſtruere contendit. Res porro male homini ceſſerat. Filia, eaque unica, domus firmamentum, familiæ hæres, ante nuptias efferenda erat, ante thalamum tumulo inferenda. Mulier quædam venereo vitio graviter infirma: quæque vitalem totam ſubſtantiam effunderet, ac cujus, tum corpus tabe conſumptum eſſet, tum facultates in medicos exhauſtæ: unam demum iis anguſtiis ſpem reliquam

Matth. 5. *v.* 22.

Syrophoeniſſæ declarata hiſtoria, ejuſque pulcra.

vi-

videt; ut ad Domini pedes procideret. Dominus autem mutos audivit fœminæ cogitatus; silentioque, silentem sanavit, ubi illa fimbriam tetigisset. Ac illa quidem, furatam se donum putabat; ille autem haud quaquam gratiæ furtum passus est, & ut a nescio obtineretur. Ac quidem hactenus non loquitur quam impendit sanitatem; postea tamen evulgat, non querens gloriam: absit. Ubi enim gloriæ appetitus miraculo præit? sed ut fidei fœminæ fructus uberes universis ostendat: atque ut præsentium alios ad Dei cognitionem converteret; aliorum vero vesaniam, cum rebus, tum verbis publice notaret. Vidi, inquit, quæ me retro tetigit. Nec enim eum duntaxat oculum habeo, qui superciliis subjectus, obtegitur palpebris: quinimo etiam alium, qui terram simul ac mare intuetur, universamque creaturam. Porro autem mulier silentio accedit, ob reverentiam ac timorem, minime tamen licet: legit enim Deus, etiam nobis tacentibus, nostrum cujusque mentem; haud secus atque nos, cum percurrimus librum. Quamobrem etiam tacente Mosis lingua, ejus cordis voluntas audiebatur. Siquidem beneficii collator beneficium tacuisset, nec ipsa forte quæ acceperat, quicquam inde commodi consecuta esset, id tanti muneris casui tribuens. Miraculum hoc adspexit hominum infinita multitudo: Spiritus vero Sanctus ante multas ætates per Malachiam vaticinatus est, *Orietur*, inquit, *vobis, qui timetis nomen meum, Sol justitiæ: & sanitas in pennis ejus*. Justitiæ quidem Solem appellans Dominum; pennas vero, vestimenti fimbriam.

Exod. 14. *v.* 12.

Malach. 4. *v.* 2.

Discamus sanatæ mulieris gratitudinem. Cum enim esset e civitate Paneade. 8. (Est autem hoc oppidulum Palestinæ) ænea statua sanantem honoravit: haud indignum accepti beneficii munus, hoc rependi arbitrata. Duravit autem statua ad annos plures, eos plane mendacii arguens qui Evangelistas in crimen falsi ausi vocare. Nihilque obstiturum videbatur, ut ne ad usque nostra tempora statua sospes esset, ac etiamnum utrumque ostenderet; tuni, inquam, divinum miraculum; tum gratam mentem mulieris beneficium consecutæ: nisi Maximus ille, qui ante Constantium Romani Imperii arcem tenuit, homo idololatriæ deditus, impiusque Christo in statua invidens, æternam illam statuam ab oppido sustulisset: tametsi auferre non potuit rerum gestarum memoriam: nam ecce, statua quidem non apparet: Evangelium tamen ubique miraculum clamat atque prædicat, ac Hæmorrhousa ab Oriente usque ad Occidentem celebratur. Quocirca invanum laboravit, qui materiam sensilem abstulit. Statua enim tametsi erecta & conspicua, tacebat, inanime miraculi monumentum: at fama cum sermone rem assumens, urbes ac vicos quotidie percurrens, beneficii auctorem deprædicat.

8. Statua Syrophœnissæ sive Hemorrhousæ.

A Maximino sublata: alii dicunt a Juliano.

S. P. NOSTRI NICEPHORI
PATRIARCHÆ CONSTANTINOPOLITANI,
VINDICATIO TESTIMONII ASTERII,
tractatu in Divitem & Lazarum, ex 2. ejus Antirrhetico.

SECUNDUM producunt Asterium Amaseæ Episcopum, in sermone quis ejus nomine prænotatur, in Divitem & Lazarum, in hæc verbe dicentem: *Noli Christum pingere. Satis enim illi est una illa corporationis humilitas, quam sponte nostri causa suscepit. Quinimo Verbum, quod vacat corpore, spiritali ratione animo tuo gestans, circumfer.* Atque hæc quidem sola, quæ suo commoda fini arbitrati sunt, ex tota subtrahentes tractatione, proposuere: spretis reliquis, tanquam hæc quæ ipsis libita essent conficerent. Nos vero operæ pretium duximus, ut a principio sermonem resumentes, ea suppleremus, quæ argumento desiderabantur: quo nimirum lectores Scriptoris mentem, ac quamobrem scripserit, facilius ac liquidius percipere possint. Ea porro sic habent. *Sequitur Asterii integer locus, suo jam loco editus.*

Sancti Asterii verba.

Hic vero Asterius, quantum ex orationis titulo datur intelligi, non hoc principaliter videtur agere, ut prohibeat Christum pingi; at neque ut picturam adorandam neget. Id autem finis morali hac doctrina, propositum habet, cum ut pauperum dispensationi ac curæ provideat, tum ut divitum circa minuta anxietatem, perstringat. Nam primum quidem, quos perscribit, religiosiores appellat: remque, religionis opus agnoscit: haud vero novi, an religionis ergo, ac pietatis, quis ea præditos jure vituperet. Tum vero appellat historiam Evangelicam, quam irridere ac carpere, quis non a Christianorum longe religione abhorreat? Ubi itaque prius hæc velut laudationis specie edisseruisset, ad propositum revertitur. Quia ergo ad eos sermonem habebat, qui divitiis sæculi erant locupletes: quosdam forte insano quodam amore rebus sensui subjectis addictos videns, ipsisque adeo textoribus facessentes negotium, inque Phrygionum illa arte laboratis pannis sericis ac Sybariticis vestibus male res consumentes suas: monet deinceps atque hortatur, ut superfluos ac ambitiosos sumptus ejusmodi pretiosarum jactantiæ vestium resecent; nec indumentorum inutilem possessionem, ac splendorem magni faciant, quorum gloria ac magnificentia, haud secus atque verni flores diffluat, ac cito marcescat: potius vero solliciti sint de animi pretiosiore substantia, eamque larga in fratres egenos erogatione comparare studeant: iisque sumptibus, plurimas, quibus abundant, divitias ac opes impendant. Ac vero ea sunt quæ argumenti hujus ratio pollicetur. Sin autem quis diligentius attendat, Asterium istum lætum quodammodo, ac quem picturæ ipsum spectaculum delectet, inveniat: quam maxime *Evangelicam narrationem* appellat, ac parcendo, res velut oculis subjicit: atque quos refert, religiosiores cognoscit: sed neque picta ac coloribus expressa illa, ima-

Asterii in imagines reverentia.

imagines nominat; sed absolute Dominum, maxime in mulieris peccatricis historia: discipulos quoque, ac quæ spectant ad Galilææ nuptias, personasque, ac gesta alia, quæ illic percensuit propriis ipsis nominibus, nullaque paraphrasi. Siquidem ergo solum hic Christum pingi prohiberet, haberet stultorum sermo aliquid ad veritatis speciem. Cum autem etiam Discipulos, Cœcumque, ac Paralyticum, ac quæcunque alia proposita, pingere prohibeat, dissuadeatque; quis non percipiat, vel si rusticior sit ac imperitior, non hoc inde inferri, ut non omnino non sit pingendus Christus: totamque ejus admonitionis vim, in pauperum collimare curam: alioqui neque Cœcus pingendus sit, neque Paralyticus, neque mulieres, autve cophini: sin autem, dicere liceat ejus ætatis homines, venerationi habuisse cophinos, ac res alias, autve pictos deos existimasse. Enimvero, id nemo sani capitis cogitaverit: nec nisi stultorum ac emota mente hominum delirium sit.

Carpit vestium luxum obtentu pietatis, atque ad pietatem in pauperes hortatur.

Undique ergo liquido constat, non eo primarie ac ex instituto tendere Asterii orationem, ut imagines sublatas velit: sed ut immodicam vestium superbiam ac mundum spernere doceat, pauperumque cura affici. Velut enim adversus eos, qui superfluo vestium luxu abuterentur, indignans ostenditur; quamobrem divites admonet, ut vestium quidem multam ambitionem, ac divitiarum cupiditatem sistant: nec suum omne studium rebus materiæ concretis, ac corporeis addicant: quin potius, consolentur atque foveant, ejusdem imaginis lutique, ac mixtionis secum participes, miserationis affectu ac beneficentia large in eos bona conferentes. Hujusmodi porro doctrinæ genus, nedum ab Asterio; quin & jam ab omnibus divina sapientia præditis Ecclesiæ præsidibus, usurpatum perspiciatur. Plane enim doctorum id curæ proprium, ac maxime ad solatium aliquod pauperum.

Illud autem obscurum, qua parte jubet Asterius, ut ne Christus pingatur, eum se palam prodere, qui sciat valentem pingi. Num enim tanquam non sit comparatus pingi, necne, hoc facit? Nemo plane sani capitis, tanquam qui sit comparatus, eat inficias. Quis enim mentis compos prohibeat fieri, quod non sit comparatum? Puta, nemo alicui prohibeat ne velet. Quamobrem vero? Plane, quia non sit comparatus volare: bene autem jubeat quis non ambulare, aut navigare, ac si quid tale naturæ ineat: quod nimirum qui jubetur, jam sit comparatus. Utique igitur. Christum noverat, qui pingi posset: atque adeo monebat, ut ne pingeretur, tanquam qui jam pictus, pingi comparatus esset. Propter vero præfatas rationes, non quia pingi non possit, prohibere voluit.

Christus, eo pigendus quod factus homo.

Quod si quis illa verba, *Satis illi est una illa corporationis humilitas*, tanquam rationem ac argumentum, ut Christus pingi nequeat, opponere in animum induxerit: noverit ille, ab eo potius humilitatis modo, talem nobis ostendi, qui pingi possit. Si enim, quod sublime ac divinum est, pingi nequit, atque delineari: tale prorsus concedendum sit, quod est humile atque humanum. Quod autem ab eo dicitur: *In animo tuo spiritali ratione gestans quod est incorporeum*: tanquam moraliter dictum est intelligendum; non velut habeat locum negationis. Ejuscemodi enim ad suos differentem cives, intelligere possumus. *Siquidem*, inquit, *ratione assumpti a Christo corporis, tantus labor ac cura pro vestium splendido cultu exstitit, cogita eum quandoque etiam incorporeum, sic tamen ut a corpore non excedat. Quippe etiam in te exstitit incorporei ratio, qua pro ratione imaginis, Deum exprimit. Neque enim mens tua ac animus, corpus sunt, tametsi in corpore conjuncta sunt ac unita: quo jugi tu memoria in anima feras, quæ incorporea est, mentemque ac animum colas, mundesque rationem ac cogitationem mandatorum observatione, ac eorum cura, qui paupertate atteruntur, nobisque similium hominum passibilium morbo affectorum, tibique actio ac vita dirigatur, ac Deo consentanei gressus illuminentur: nec vis, quæ corporali visu cernuntur, inque usum mundi corporalis cedunt, omnia largiaris: quorum gratia hæcce fari coactus sum; ac duriorem verbis sermonem adhibere.*

Ut incorporeus animo gestandus.

Neque ergo incorporeum hoc loco accipi debet, ut illi opinantur: alioqui purus revera Manichæus, ac Manichæorum hæresi laborans, Asterius probaretur: quos adversarii ut magistros impensius promptiusque sequuntur. Sane vero ex his omnibus perspicue ostendit, quid de Christi illa sentiat incorporatione: ut nimirum, qua ratione Christus vacat corpore, ubique eum adesse sciens, corporaliter non ubique adesse sciat. Unde liquido magis apparet, existimare eum circumscriptum, ac qui pingi possit ac delineare, secundum id quod in eo corporaliter intelligitur: in quibus, cum vim sermonis, tum scriptoris propositum perspicere possumus; ut nimirum supra quam decori ratio exigebat, differendo processerit, ac tantillum pietatem neglexerit, id prudenti agens consilio ac temperatione, ut eos, qui in incertum divitiarum impensius conversi essent, ædificaret, ac plures lucri facerent. Inde vero, qui adulterant omnia, non posse Christum pingi, ac corporis expertem eum callide rapientes, iniquitatis suæ malignum consilium asserturos se putaverunt: quibus in hunc modum elucidatis, incassum insani homines ad Asterio gloriantur. Sic vero hæc probata habeant.

Dispensatione excedit Asterius, ut a divitiarum amore retrahat.

Cæterum his consequenter, Asterius iterum inducatur: siquidem vero alius quis, ab eo qui in manibus versatur, sola fortasse Veritas noverit: nos equidem ejus rei gratia nihil contendemus. Quod si idem ipse est, jam inde suis ipsi jaculis feriantur, ac acutis saucientur telis earumque machinarum, quas excogitarunt, jactus excipiant. Nunc enim divites pariterque atque pauperes amandet; eademque divitias ac paupertatem ratione, omnem denique sæculi felicitatem atque miseriam: tollanturque quæsiti inde colores, ac ambiguitate nudaque ac perspicua magis recta Ecclesiæ revelata gloria prodeat. Laudet vero sacram illam Christi statuam; utque illa Evangelicæ prædicationis patrona constiterit, ac testis, Deum verum nobis similem factum hominem, sincera veritate silentio prodens, ac ultro præcurrens miraculorum præco, Judæorumque atque Græcorum infidelitatis atque impietatis, coargutio: hactenusque maneret, figuram ac speciem retinens, divina illa imago, nisi impii quidam atque profani, Romani Imperii subinde moderatores atque præsides, cum odio in Christum, tum æmulatione in venerabilem ac sacram Christianorum religionem, sustuliissent: est autem nobis incompertum, quid sit factum, sublata ita e medio. Idem vero ipse fœminam celebret, quæ posuisset statuam, idque ejus valde admirans, ac suspiciens bonæ indolis gratitudinem, ac quæ illa beneficio rependisset; gravissimi morbi, quo tenebatur,

Hæret Nicephorus, sit-ne idem Asterius qui in Divitem & Lazarum, quique in Hæmorrhoüsam scripsit.

cu-

curatione exhibitum miraculum, monumento ac titulo publicans. Inferatur autem oratio, sic ad verbum habens.

Asterii verba.

Deinceps vero discamus sanatæ mulieris gratitudinem, animique ingenuitatem, qua cum munus suscepit. Cum enim esset Panæadis civis; quod est Palestinæ oppidum: ænea statua beneficium honoravit; congruum hoc beneficii accepti arbitrata præmium. Longoque temporis spatio servata est statua, qua perspicue arguerentur, qui falsi crimen Evangelistis inferre præsumerent. Hæc namque merces est. Clamante sanitate beneficium impensum: qui poterat curatio non cognosci? Nec quicquam vetabat, ut ne hactenus statua sospes esset, amboque illa ostenderat, tum Dei miraculum, tum mulieris beneficio affecta gratam mentem; nisi Maximinus ille, qui paulo ante Constantium Romani Imperii sceptra moderatus est, ver idololatra atque impius, ac Christo in imagine invidens, statuam æneam, ipsam solam, ab oppido sustulisset: non rerum gestarum memoriam. En enim statua nusquam comparet: Evangelium vero ubique miraculum clamat atque prædicat: Hæmorrhousæque historia, a Solis ortu ad occasum per orbem universum celebratur. Fruſtraque vir impius operam posuit subtrahendo æneam statuam. Nam statua quidem, cum etiam staret, ac esset conspicua, tacebat, quæ nimirum mutum esset miraculorum monumentum. At fama una cum sermone assumens opus, urbes quotidie, oppidaque, beneficii authorem prædicans, percurrit.

Hic se ergo Asterius perspicue ostendit, ut non prohibeat excitari Christi monumenta, nec in fœmina rem reprehendat; ac divitias ac affluentiam opum, vestesque pretiosas accuset: quin potius efferat laudibus, quod esset gestum. Nam ferunt fuisse eam ex illustri familia, eque civitatis ditioribus, unde etiam, suam una statuam erexit ante sacram Imaginem, quo & curantis magnificam gloriam fidemque, ac probam gratamque curatæ actionem publico monumento ostenderet. Quod si quando etiam sancte decenterque, de sacris sanctisque nobis Imaginibus Asterius disserit, velut ea sunt quæ in celebratissimam Euphemiam Martyrem exposuit, interim quid sic dicta differantur; brevi autem post, opportune, ac loco proprio assumantur, quando etiam adversus imagines, imaginibus infensissimi homines, bacchantium more contumeliam instruunt.

Hæmorrhousæ statua, coram Dominica erecta statua.

EX PHOTII AMPHILOCHIANIS dubiis; quot Asterii fuerint, ac quam illi opinionem habuerint.

PAriter quidem floruerunt Asterii duo: is nimirum qui Arianorum furoris fautor ac defensor, fuit, ac qui piorum dogmatum extitit alumnus: qui & magni & Juliani discipulus, a puerili ætate in monasticæ vitæ palestra sese exercuit: postea vero etiam religiosorum monasterio præfuit: cujus & discipulus, præter plures alios conspicuos viros, celebratissimus ille Acacius Berrhœæ fuit. Porro Arianæ ille hæresis admirator, a puero ac adolescentia, Gentilium errore educatus, sophisticam coluit: demumque simulato Christianismo, in Arianorum partem deflexit: atque is quidem Antiochiæ pœnas dedit petulantiæ linguæ admirabilis Juliani precibus extinctus, alter vero virum sanctum ad justam vindictam provocavit. Alius ergo est orthodoxæ fidei alumnus, aliusque erroris præco. At neque is, qui Euphemiæ Martyris enarrationem composuit, commune aliquid habet cum impietatis vindice. Primum quidem, quod impius ille citius pœnas exolverit. Nam qui præfatæ Imaginis enarrationem sermone prosecutus est, ut ipse in quibusdam orationum suarum locis differit, ad decrepitam senectutem pervenit. Item, alter quidem Arianorum furore plenus erat: hic vero in suis tractatibus, quæ sunt fidei Orthodoxæ, docet ac tradit: non autem quod Dei Filius ac Verbum ex nihilo sit, ut insanus ille blasphemusque Asterius: quin potius semper esse, ac semper Patri coexistere, Deum tradens asserit. Tertio, Asterius ille hæreticus non urbis Amaseæ, sed alterius cujusdam haud longe Antiochia Episcopatum impietatis mercede a sociis hæreticis accepit; unde etiam accersitus Antiochiam impietatis subsidio a suæ sectæ hominibus, admirabilis Juliani precibus, uti sumus præfati, mirabili exitu vitam finivit. Præterea alter quidem gregem docet, inque virtutibus studiose laborat, ac religiosæ totius conversationis ac vitæ domicilium proditur: quorum nihil deprehendas in altero.

SAN-

SANCTI ASTERII
AMASEÆ EPISCOPI
LAUDATIO
S. PROTOMARTYRIS STEPHANI.

QUAM vere ſacer, præclaruſque rerum nos exhilarantium circulus! Feſtus namque dies feſtum diem excipit: ſolemnis celebritas ſolemnem occupat celebritatem. Porro vocamur ab aliis ad alia vota; Dominique natalem diem ſervi honor continuus premit. Porro autem ſive quis in illius nativitatem conjecerit oculos, qui heri carne editus eſt, cum Deitatis ratione exiſtat ſemper; ſive etiam in martyrium illud, quod generoſi pectoris famulus hodie pertulit; multa quidem, diverſaque inveniet, omnia tamen eo tantum ſpectantia, ut & nos pietatem diſcamus. Heri ſane recurrentem per anni circulum conſueta ac quotannis agi ſolita, feſtivitate, Salvatorem mundi natum eſſe didicimus; ac carnis expertem, carne amictum eſſe; incorporeumque induiſſe corpus: tum etiam noſtri cauſa ſuſcepiſſe paſſiones, atque in ligno exaltatum eſſe; nulla alia de cauſa, quam ut noſtræ ſaluti conſuleret. Hodie vero ſtrenuum pugilem cernimus pro illo lapidibus obrutum: ut ſanguine debitas pro ſanguine grates rependeret.

Stephani feſtum ſtatim a Chriſti die natalitio.

Stephanus itaque, læti hujus conventus coactor, ipſe nos ad præſentis hujus lætitiæ convocavit commercia, allexitque: ipſe civitatem, in unam velut concionem, univerſam congregavit, ac compulit: Vir, primitiæ Martyrum, laborum pro Chriſto inſtitutor ac doctor, bonæ erepido confeſſionis, ac prima initia. Ante Stephanum quippe, nemo pro Evangelio ſanguinem fuderat. Quemadmodum autem fratricida ille Cain, ut Moyſis docet hiſtoria, fraternam perpetravit cædem: fraternæ enim a natura amicitiæ loco, contentionem, diramque æmulationem aſſumens, primus homicidio terram fœdavit: ita etiam perbeatus Stephanus, piis pro religione certaminibus fuſo primus ſanguine, terram ſanctificavit. Vir quidem Apoſtolis tempore poſterior; at præclaris facinoribus, prior. Nec mecum velim indigneris Petre, moleſteve habeas Jacobe, vel ægre feras Joannes, ſi nedum parem veſtro virtutis ſtudio virum ſtatuam, verum etiam majus aliquid ei tribuere videar: imo gaudete, lætoque ac hilari vultu excipite. Quippe patres eſtis, quos nullus invidiæ livor exſtimulet, quique magis præclaris filiorum facinoribus adgaudeatis, ac quibus voluptе ſit a filiis virtute præiri. Etenim ſi quid boni, præclarique geſtum eſt a Stephano, illud ipſum continuo veſtrum eſt, qui illum inſtituiſtis, ac ſacris initiaſtis diſciplinis. Commendata namque athletarum probitas, in celebrem palæſtritarum gloriam cedit. Quocirca a vobis paululum veniam precatus, libere, quæ mihi argumentum præbet piis viri ſtrenui Chriſti cauſa certaminibus, patrocinio effabor.

Primus pro Evangelio Martyr. Gen. 4. v. 8.

Diſcipulis aliis antiquior es, ſancte Petre! omniumque primus Jeſum Chriſtum annunciaſti. Verum cum adhuc Evangelicum ipſe ſermonem prædicares, exque alia in aliam urbem proficiſcereris, provinciamque ac regionem ex regione ac provincia mutares, inſtareſque verbo; ingreſſus hic ſtadium, certaminumque rapiens coronam, te interim in terra verſante, cœlum capeſſens, gloriam adeptus eſt: quodque majus videatur, cum ipſum Pater ac Filius viſione illa admirabili vocarent. Sic ipſe Petrus: deque eo dicta ſufficiant. Summæ namque impudentiæ eſt, contentioſius de primatu cum patribus certare, honoriſque prærogativam eis invidere. Videamus autem & tua Jacobe Joannis frater! Chriſti exiſti præco, alterum a Petro aucupium. Quis vero non tuam admiretur fidem? Solum enim vocatus, nulla ſtatim mora obtemperaſti. Una cum naviculam etiam Zebedeum patrem reliquiſti, Chriſtum ſequens uti verus germanuſque diſcipulus. Alacri animo fateor, pro religione paſſus occubuiſti: quippe quem Herodes tyrannus occiderit gladio: verum multis id annis a Stephani nece. At quid figillatim quoſque refero, quando univerſis etiam Sanctis ſimul præripuit palmam: primus aciem adverſus diabolum inſtruens, atque de illo victoriam referens, Davidem imitatus, quamvis rei ordine inverſo? Vicit David Goliath lapidibus, vicit & Stephanus iis quoque diabolum. Ille nihilominus quibus percuſſit: hic autem, quibus percuſſus eſt. Nos autem Chriſti populus, ut olim Iſraelis ſuſtollamus vocem, ſauſtiſque ei acclamationibus pro victoria canamus, velut præſentem intueremur, ac coram ſtantem admiraremur.

Eo titulo, ſuperior Apoſtolis ac quodammodo major.

Act. 7. v. 55.

Matt. 4. v. 2.
Act. 12. v. 3.

1. Reg. 17. v. 49.
Act. 7. v. 58.

Præclara ſane laude dignus cenſeatur quivis religionis propugnator, quamvis ſecundus, tertiuſve, certaminis aleam ſubeat, non tamen ea admiratione, eaque laude, qua primus. Secundus enim, prioris æmulatione ad imitandum adactus; tum inde ira percitus, ad certamen appulit animum: alter vero nullo prævio uſus duce, ipſeque exiſtens boni inventor, jure merito principem locum tenet. Magna itaque viri hujus alacritas, magnuſque etiam idcirco & honos, immortaliſque memoria, quam neque oblivio ulla obſcuravit, neque tempus obliteravit, quinimo alia aliaque per ſucceſſionem generatio, præclara merita enarranda ſuſcepit. Idcirco diem hunc feſtum jure perpetuo ſacerdotes, populi, pueri, viri, ac mulieres, celebramus. Verum ipſam prius accurate diſcutiamus hiſtoriam, ut ad uſque rei cutem ducti, majori virum admiratione proſequamur.

Stephani hiſtoria.

Erat Stephanus Chriſti Diaconorum primus; ſanctificatus gratia, vas Spiritu Sancto plenum, quotidie domeſticos confirmans, erranteſque ad rectam viam reducens. Cum autem acrius doctrinæ inſiſteret, majori hoſtes, præ Apoſtolis aliis, moleſtia affecit, præque iiſdem, diabolum, qui

pri-

primus hostis exiſtit. Is namque igneos ac truces, iis cum primis adhibet oculos, qui pietati ſeſe addixerunt. In eum ergo, ſtipatum quoddam exci-
Alexandrini in ſeditionem proclives. vit agmen: nempe Alexandrinorum genus, ad omnem longe expeditum ſeditionem. Plane enim audiſtis, ut ejus urbis cives, acri audaciæ fervore, proclives ruant, efferveantque, quo eorum temere ferat animus. Ut autem adverſum ſe turbam confluentem vidit, in arcto poſitus, quis tunc ageret ambigebat; ſolertem tamen artem excogitavit, dulcem nimirum, ac blandum ſermonem: nihil enim præſentaneum magis ad iræ ſedandos motus, quam blanda, concinnaque admonitio. Mihi quæſo, inquit, odii cauſam dicite, ac cujus ergo intentatis manus, palamque velut dilaniaturi videmini. Illis autem reſpondentibus, eo nimirum quod patrias everteret leges, ac novorum dogmatum doctor exiſteret, ſtans in medio vir beatus, ſimplex ac extemporaneus Orator: nec enim ea promebat quæ artis methodo didiciſſet, ſed quæ Spiritus afflatu ſuggerebat.

Act. 7. v. 2. Stephani oratio enarrata. *Viri*, inquit, *fratres & Patres*. Prudens exordium; optimum concionis ad populum ira exæſtuantem principium. Lenia namque, blandaque verba, non ſecus ac melle quodam referta, aut molli conſperſa oleo, ardentes illos & ferinos impetus comprimebant. Subinde Abraham alte in memoriam revocat, ut a priſcis temporibus ordiens, ac in longum protrahens ſermonem, magno illo interjectæ digreſſionis intervallo, citatum illum effuſumque furorem calculum, ſenſimque abſumeret. Abſoluto autem longo illo orationis ambitu, oſtendit Moyſen etiam Chriſtum prænuntiaſſe; quo ſolerter, ſumma ipſa legislatoris auctoritate, quaſi obrependo, fidei verbum occulte inſinuaret. Scite autem ea omnia prolocutus eſt,
Act. 7. v. 51. quæ ad auditorum profectum conferebant. At ubi vidit obfirmatam malitiam, ac præfractam, pugnacemque animum pervicacem, ac durum: tunc tandem ſumma animi libertate præditus, ac ſpe omni præſentis vitæ deſtitutus, artificium omne quod blande animos demulcere, conciliareque poſſet, omittens, nullis verborum ambagibus, aperte vo-
Pſalm. 21. v. 13. cavit eos *dura cervice; incircumciſis cordibus*, legis oppugnatores, qui Sancto Spiritui reſiſterent: aliiſque ejuſmodi compellavit nominibus. Illico autem, haud ſecus ac Dominum, *Circundederunt*
Verba Aſſerii Phorio deflorata. *eum canes multi, & tauri pingues*, ut in Pſalmis canitur, *obſederunt* Juſtum. Porro ille ſolus ſtabat, populo in cædem hiante, ac homicida undiquaque vallatus: ac ne unus quidem per id tempus propior aderat, non amicus, non familiaris, non cognatus. Quædam enim hæc in periculo conſtitutis conſolatio, ac levamen eſt, ut quos ex notis e propinquo videant aſſiſtentes.

Ubi autem magni illius certaminis altiſſimus ille Poſitor ac Vindex, neceſſarium Stephano adjutorem animadvertit (quanquam enim ſtrenuiſſimus erat, humanis tamen agebatur affectibus) ei ſtatim apparet; atque in cœlum intendenti, Filium a dextris ſtantem in humana forma oſtendit. O ingentem benignitatem! O miram bonitatem! Pugili ſe conſpicuum præbuit is, pro quo ille certabat, talemque prope modum univerſorum Deus ad eum vocem demiſit. *Eia Stephane, ne quid pa-*
Pulcra Patris ad Stephanum proſopopœja. *tiaris degeneris animi. Quanquam enim nullum hominem habes, qui auxilietur, nulluſque amicus tibi præſto ſit ærumnarum tempore; ego nihilominus una cum Dilecto, ea quæ fiunt obſervo. Præſto requies eſt; patent reſeratæ paradiſi portæ. Parumper ſuſtinens temporaneam iſtam vitam deſere, ac ad æternam, immortalemque contende. Adhuc degens in carne Deum vides; quod plane mundanæ omnis naturæ ſuperet vires. Sacrum illud myſterii accepiſti a ſenioribus Apoſtolis; Patrem, verum habere Filium dilectum, nunc autem tibi cum oſtendo, quantum per mortalis conditionem ferre potes. Adſtat autem etiam mihi Filius a dextris, ut ex ipſo ſitu, in quo ſit honore cognoſcas. Multis olim ſcandalo fuit, ut Deus carne indutus verſaretur in terris; nunc autem, ſublimem mecum conſpicare, cæleſtem ac cœlis altiorem geſtantem hominis formam, ut perfectam, completamque carnis diſpenſationem probet. Eam ob rem lapidibus appetitus, ne ſuccumbas, neve fatigeris, aut langueſcas. Qui cernas certaminis præſidem, ne certamen pertimeſcas. Dimitte corpus, ipſum deſpicatus ut terreſtre vinculum; ut ruinoſam, ac collabentem domum; ut vas figuli quod facile confringitur. Accurre liber ad ſupernam hanc hæreditatis ſortem. Præſto namque tibi eſt præclari hujus ſtrenuique facinoris corona. A terra in cœlum commigra. Sine corpus homicidis, haud ſecus ac eſcam canibus. Furentem rapidamque multitudinem deſere, atque Angelorum choris accede.*

Hoc ſane propoſito, forti Deus conſtantique viro apparuit, ne is timore perculſus, ſuccumberet; neve magnanimus impendentis mali granditate victus, animo conſternaretur. Quocirca neque au-
Act. 5. v. 19. Act. 12. v. 6. xiliarium ei Angelum miſit, ut poſtea Apoſtolis in carcere; neque aliquam ex adminiſtris ac conſervis virtutibus: ſed ipſe ſemetipſum palam exhi-
Ipſe Deus Stephano apparet, ut in eo Martyrii primitias roboret. buit. Tunc quidem primitiæ agebatur Martyrii, eratque operæ pretium, ut primum opus quam maxime abſolutum foret: quo futuris deinceps temporibus ſuperextruendi Martyres, firmam æmulandi crepidinem, baſimque acciperent, nec ignaviæ ac timiditatis imitatores evaderent: uti ſane in communibus bellis, ac quæ humano geruntur uſu, accidit. Unus enim quis anteſignanus, miles dato ſigno opus aggreditur; utque iis viriliter agens victor evaſerit, ſuorum omnium erigit animos firmatque, adverſarium verno conſternat, ac dejicit: ſin autem imbellis, ignavuſque parum quid ſuccubuerit, illico contribulium ſuorum frangit animos, eoſque ſegnes prorſus, ac ignavos reddit, fugæque efficitur teſſera. Hac plane de cauſa Deus e cœlo apparuit.

At Stephanus, magna ea viſione dignatus, quia nec alius quiſquam non ſuppreſſit ſilentio ea quæ viderat, ſed ſtatim exclamans, ait: *Ecce video cœlos*
Act. 7. v. 59. Stephani animus in enarranda viſione. *apertos, & Filium hominis ſtantem a dextris Dei.* Rebatur enim ſtatim ac viſionem enunciaſſet, ſe incredulos ad aſſenſum pellecturum. At illi, dicta tanquam iræ, majoriſque furoris irritamenta excipientes, ac quaſi ad verba blaſphemiæ aures obſtruentes, ſe protinus ad cædem accinxerunt. Extrahentes vero extra civitatem Chriſtiſerum hominem, qui patientiam geſtaret uti Dominus crucem, malum malo curant, neciſque, nece depellunt, crimen ac cruci lapides addunt. Cum autem ter beatum virum in quadam terræ planitie ſtatuiſſent; procerum, inquam, illud corpus, excelſumque martyrum trophæum, eumque undique in orbem concluſiſſent, ſanguinarius ille, ac iracundus populus, ac eam imitati, quam in bellis pugnæ impreſſionem vocant, lapidibus appetunt ſummangularis illius Lapidis Diaconum: ac quæque quidem Hebræorum manus necem operabatur: ipſe vero Martyr jaculantium ſcopus erat: in medio ſtans, velut Sagitarii ſignum.

Ubi porro corpus omni parte contuſum colliſumque ac ſanguine cruentatum, jam fatiſcebat ut ne rectum in pedes ſtaret, concutiebaturque deci-
Conſtantia Stephani, corporis ipſo habitu prodita. duum,

duum, ac casum minabatur, haud secus ac procera platanus, quam fabri plures accidant: nihil tamen, plurium more, turpi ipse casu prostratus est. Neque enim toto humi corpore pronus distentus est, neque cecidit in latus, neque se resupinus inflexit: sed decoro precantis habitu ponens genua, e vita excessit: urgens oratione, instansque quam citissime animam a carne separari, atque ad eum, quem contuebatur, clamans: *Domine Jesu Christe! suscipe spiritum meum*. Festinus namque ad unum velut coloniam ire properabat, ut e peregrino, ad patrium solum: ad illustrem præclaramque civitatem, e terra deserta, æstuque arida, ac horribili squalore obsita contendebat. Obsecrationi autem etiam orationem pro persecutoribus addit. Quanquam enim inviti, gratiam præstabant, lapidibusque obruentes salutis auctores erant, ac perimentes, vitam conciliabant; atque a luto separantes, ad regnum transmittebant.

Act. 6. v. 58. — Orat. pro interficientibus.

Hanc quoque ergo orationis dilectionem contemplentur, in quem nimirum collimet scopum: *Domine ne statuas illis hoc peccatum*. Non orat, ut quidam peperam ratiocinantes autumant, peccatum inimicorum inultum ac impunitum iri, nulliqué rationi ac pœnæ obnoxium. Plane enim id esset repugnare divinæ constitutioni, justique judicium ac legem emendare, quæ homicidis meritas pœnas præscribit. Sed quid ait? *Domine, ne statuas illis hoc peccatum*: hoc est, Timorem compunctionis eis incute: in eorum, quæ nunc temerario ausu perpetrarunt, pœnitentiam compelle: ne quæso in circumcisione permittas mortem obire: ad tui agnitionem, pœnitentia redeuntes trahe, sancti Spiritus flammam in eorum pectoribus accende. Si enim ita se emendaverint, atque ad meliorem se frugem receperint, utique sane tunc non statues illis peccatum; sed gratiæ lavacro tuo, meoque sanguine abluti, a criminibus immunes, liberique erunt. Hactenus peractum est drama, ac lusa fabula: ac Angelorum quidem exercitus agonem demirantes, Stephanumque ingenti stripatum satellitio in hæreditatis suæ partem evehentes, impensius gaudebant: diabolus vero inanis graviterque defectus, ac consilii inops abscessit. Atque ut quippiam corporeum magis, crassoque de aere spiritu illo proferam, propheticum loquendi modum imitatus, atrato vultu, *quasi adustio ollæ*, deflexit iter; tum quia præter spem suam res prospere cessisset in melius; tum quod iisdem artibus, quibus se Christianos minuturum putabat, Martyrum numerum adauxisset.

Exponitur ea oratio. — *Nah. 2. v. 10.* — *Joel 2. v. 6.*

Verum quid de Paulo item sacro dicam? Nam & ille unus erat occisorum, verus *Benjamin lupus rapax*. Quanquam enim ipse non impetebat lapidibus, at servabat tamen lapidantium vestes, ac carnificis populi ministrum agebat. Enimvero post hac brevi, nunc tumentem te, efferamque iram, ac furorem spirantem visurus sum, qui velut langueſcens anus, ac imbecilla, ad manus traharis; cum veritatis gustu facto ad Ananiam duceris. Porro dulci admodum risu diffundar, cum temetipso denarrante, tuas Evangelii causa afflictationes audiam: utque inter cætera hæc discrimina referat; *Semel lapidatus sum*. Par namque est, ut lapidibus mediis lapidum ipse depellas crimen, unaque ac eadem passione, peccatum eluas.

Gen. 49. v. 8. — Pluribus hæc ipsa in Pauli Encomio. — *Act. 9. v. 8.* — *2. Cor. 11. v. 25.*

Operæ pretium autem, æquumque videatur, ut neque Stephani visionem inexplorata relinquamus. Semper sane universorum Deus, futura, quæ vitam exinde insequuntur humanam prospiciens errata, quo prudenter eis occurrat, medelam longe ante apparat: idque nunc efficit. Nam si ad pugilis dumtaxat utilitatem divina apparitio facta esset; satis utique etiam vox e cœlis facta habuisset, ut in baptismo primum; vel ut deinde in Transfiguratione; vel ut etiam in jam memorato Paulo, cum Damascum iter faceret.

Explicata Stephani visio adversus Sabellium. — *Matt. 3. v. 17. & 17. v. 5.* — *Act. 9. v. 4.*

Atqui nunc, tum vel maxime quia futurum profecto erat, ut ex Africa profectum malum, Sabellius inquam, Dei Ecclesiam invaderet, perversamque opinionem de Personarum confusione in mundum induceret: hac de causa Deus futura præcavens, ac posterorum præmuniens animas, se quidem ipse Stephano ostendit in sua plane, eaque perfectissima gloria: Filium vero etiam demonstrat, in persona numeris omnibus absoluta, ipsumque ad dexteram suam statuit, ut clara personarum distinctione subsistentis explicaret.

Verum dicet fortasse quispiam; recte quidem hæc de Patre & Filio a te philosophata sunt: at ubi est Spiritus sanctus? Si enim ad plenam fidei confirmationem Pater e cœlo cum Filio apparuit, opus etiam videbatur, cum eis etiam sanctum Spiritum adesse, ut exercita quædam reipsa mysteriorum cognitio, visione ipsa hominibus innotesceret. Necesse itaque est ad istam objectionem, nostram sententiam in medium proferre. Oportere nimirum, o nimium sapiens! eum qui recitata aliqua, acri, & exacto judicio expendit, & rimatur, tum rectæ mentis esse, tum memoria firmum: ut ita cuncta pariter, quæ scripta sunt, comprendere valeat. Si enim Spiritus sancti præsentiam quæris; recole quæ paulo superius dicta sunt, antequam de lapidibus ageretur & nece, & invenies ante ipsam visionem Spiritum sanctum loquentem, & Stephano adstantem, athletamque præparantem, ac componentem. Clare namque in principio narrationis hanc primam nobis protulit vocem: *Stephanus plenus gratia, & veritate, ac fortitudine, faciebat prodigia, & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellabatur Libertinorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant a Cilicia, & Asia, disputantes cum Stephano: & non poterant resistere sapientiæ, & Spiritui, qui loquebatur*. Vides itaque sacram Scripturam distincte, ac dilucide Spiritus sancti nobis proposuisse personam? Quamvis autem Spiritum sanctum prius descripserit, deinde vero Patrem ac Filium, nihil fidei officit ordinis inversio. Is enim sacræ Scripturæ mos est. Aliquando enim solum Filium nominare assolet: aliquando vero Spiritum sanctum cum Filio; alias vero a Patre initium sumere, ac in Spiritum sanctum desinere: & versa vice initio facto a Spiritu sancto, per Filium sermonem, ad Patrem ducere. Hancque dicendi proprietatem, omnium maxime apud Paulum absque ullo discrimine liceat observatam videre. Officium porro nostrum, quod Stephano debebamus, explevimus; non ex merito quidem, si rei magnitudo spectetur; at si dicendi facultas, abunde. Deo nostro gloria, nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

Act. 6. v. 8.

FINIS.

IN-

INDEX
IN APPENDICEM OPERUM
SANTI PROSPERI AQUITANI.

A

AARON adjutor Moysi, cujus gesserit figuram, 78. Aaron unctus oleo sanctificato, Christum unctum nostrum ostendit, 85. Vestes Aaron mystice taxantur, *ibid.* Quæ omnia Christo conveniunt, *ibid.*

Abba, Pater : harum duarum vox una ex circumcisione, altera ex præputio, 185.

ABEL Christi gessit figuram, 65.

ABIMELECH concubinæ filius judex effectus in Israel, deinde infructuosæ arbori comparatus, hæreticos designat, quos Ecclesia tamen, ut mulier, quassato capite occidit, 95.

ABISAG Davidem calefaciens, & virgo tamen permanens, anima castitatis calore succensa frigidas in fide animas accendens, 101.

ABRAHAM pater multarum gentium. 69. Abraham pater fidei gratia vocantis appellari meruit, 68. Quomodo nobis pater fidei, *ibid.* Tentatur Abraham, 70. Abraham cur servum suum jurando manum sub femore suo ponere jubet, 71. Abrahæ semen etsi multiplicatum in Judæis, non tamen innumerum. Promissio ergo Dei per fidem gentium impleta probatur, *ibid.* Abraham sacerdos, 68.

ABSALON, quomodo elegerit consilium sibi noxium, 208.

Abstinentia animo & corpori est necessaria, 29. Omnibus est necessaria, 30. Quænam sit perfecta, 29. Religiosis tamen debet esse familiarior, *ibid.* Abstinentia carnium, 33. Pomorum peregrinorum & delicatiorum forbitiuncularum usus officit abstinentiæ, 33. Abstinentiæ, jejunia, & vigiliæ, si non ex amore Dei sed ex amore laudis tolerentur, non sunt ornamenta morum, sed velamina vitiorum, 42. Ineptire credunt quidam eos qui licita & usitata nobilibus crimine ambitionis infamant, 47.

Academici novi omnia vergentia in interitum incerta esse agnoverunt, 124.

Acceptio personarum quid, 155. Acceptionis personarum calumnia refellitur, 156. Divina electio non habet personarum acceptionem, etiam si ex meritis non procedat, *ibid.* Neque quod gratia uni detur alteri non detur, *ibid.* Exemplo rem illustrat, *ibid.* Ibi nec fatum nec merita, sed gratia Dei & ira, *ibid.* Quæstionem de duobus geminis non solvendo solvit Apostolus, *ibid.* Deus non acceptor personarum, dum cujus vult misereatur, vel non misereatur, 191. Acceptorem personarum Deum non esse ex parvulorum causa probatur, 195.

ADÆ natura inculpata & sine vitio creata, 147. Dona gratiarum Adamo in creatione collata. 149. Gratia si homini defuisset, non sua culpa cecidisset, *ibid.* Gratia primi hominis qualis, 149. Adæ status ante peccatum, 30. Viderit ne Deum ante peccatum, *ibid.* Fortissimo dimisit Deus atque permisit facere quod vellet, 151. Non tanta Adamo gratia collata est quam sanctis, 150. Potentior est gatia in Christo data, qua efficitur ut homo in bono permanere velit, quam gratia Adæ, 149. Homo ante lapsum beatus, sed non plene, 148. Futurus perfecte beatus, si steterisset, 148. Quæ ista beatitudo, *ibid.* Voluntatis Adami vires ante peccatum, 149. Adjutorio quod necessarium est jam ad resistendum concupiscentiæ non indigebat, 148. Præscientia sui casus miserum eum fecisset, *ibid.* Adam ante lapsum sanguine Christi non indiguit, 161. Adam per superbiam corruptus, omnem posteritatem suam necessitati corruptionis ac mortalitatis addixit, 36. Affectavit fieri quod Deus est, *ibid.* Adæ peccatum tanto gravius quanto facilius peccatum est, 150. Omnes in Adam peccaverunt, 148. Adam servus fugiens Dominum, & consecutus umbram, 265. Peccatum Adæ Creatori præjudicium bene condita natura afferre non potuit, 63. Adæ ob peccatum condemnatio. 65. Quæ bona peccato perdidit, aut in se corrupit, 30. Quomodo intelliguntur omnes peccasse in Adam, 37. Quid sit imitari Adam, 31.

Adscensio Christi, & dona Spiritus-sancti. David, Evangelia, Actus Apostolorum, non uno in loco, 118.

Adjutorium sine quo aliquid non fit, & quo aliquid fit, 149. Adjutorium Angelo & primo homini necessarium si defuisset, non sua culpa cecidissent: nunc quibus deest, pœna est peccati, 149. Adjutoriorum gratia quæ sit obscutum, hanc tamen Apollolo defuisse nemo dixerit, 173. Adjuvatur nemo, nisi qui & ipse aliquid agit, 206.

Adoptionem parvulorum in Baptismate agnoscebant Pelagiani, 155. 156. Ut infans unus præ altero ad baptismi gratiam perveniat, non fit parentum merito, sed gratia Dei, 155.

Adventus Christi prior ut salvet mundum, posterior erit ut judicet mundum, 208. Adventui Christi secundo præcursores & testes erunt Enoch & Elias, 55. Adventus secundus Christi in claritate prædictus a David, Malachia, Isaia, Christo in Evangelio, Apocalyp. & Paulo, in Sibyllinis versibus, 129. Sicut bonis lætitiam infert, ita malis exitium, *ibid.*

Adversitas. Dies nobis prosperitas sæculi, nox adversitas, 263. Si peccata recordemur, dulcis fit adversitas, *ibid.*

Adulteri puniebantur legibus humanis etiam tempore auct. lib. de promis. & præd. 79.

Æquitatis officia, 50. Æquitas facit ut omnium necessitates, nostras esse dicamus, & humano generi nos natos credamus, *ibid.*

Affectiones animi quataor timere ac dolere, cupere ac lætari non esse vitia, 54. *& seq.* Vitæ tamen istius sunt, non future, 55. Non has affectiones habendo, sed eis male utendo delinquimus, 54. Quomodo huic vitæ necessariæ sint affectiones illæ, 55. Sancti & perfecti timent & cavent, volunt & cupiunt, lætantur & gaudent, contristantur & dolent, sed interest quid timeant &c. In bene utentibus virtutes, in male utentibus passiones, perturbationes, aut ægritudinis fiunt, *ibid.*

Aguntur homines, ut agant, 142.

Alexandriæ templum Serapis : quæ ibi dæmonis illusio, 120.

Ambitiosi describuntur, 42.

AMBROSIUS Pelagii ore magnopere laudatus, 203. Ambrosii contra Pelagianos de gratia Dei testimonia, 162. Ex Apostolico sensu sumsit quæ scripsit Ambrosius, Ambrosius Pelagio opponitur, 202.

Amen. Christi sanguinem omnis terra accipiens clamat, *Amen*, quod est, *Verum*, 65.

Amicitia. Qui amicum propter commodum quodlibet amat, non amicum convincitur amare, sed commodum, 51. Solus amor propter Deum æternus est, *ibid.*

Amor caussa cur bonum recte fiat, 158. Amor qui est naturalis, 51. Honestus quidem, sed charitate longe inferior, *ibid.* Sine amore Creatoris nemo bene utitur creaturis, 187.

Angelus, i. rector Ecclesiæ Pergami, 91.

Angeli quales sint creati, 10. Quod boni perseveraverint, ex ipsorum provenit voluntate, *ibid.* Iidem jam nec possunt nec volunt fieri beatiores, *ibid.* Unde factum sit ut aliqui caderent, *ibid.* Angelorum bonorum permansio, malorumque casus per liberum arbitrium, 148. 149. Quale habuerint adjutorium, *ibid.* Sic Deus ordinavit Angelorum & hominum vitam, ut in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficium, justitiæque judicium, 148. Non posse peccare facta est Angelis sanctis merces meriti, 149. Angeli sancti vitæ contemplativæ participes sunt, 10.

Angustias patitur omnis malitia, sola innocentia est ubi deambuletur, 229.

Anima per semetipsum non lucet, 266. Ut oculi nostri, *ib.* Refelluntur qui putant animas ob delicta alibi commissa in corpora meritis suis convenientia detrudi, in iisque magis minusve affligi, 177. Animarum receptacula ante resurrectionem, 241.

Animi perturbationes ab aliis passiones, ab aliis ægritudines vocantur, 52. Animos aliorum sine ipsorum confessione nescimus, qui qualer eras tino futuri simus ignoramus, 24.

Animalia in Lege quæ munda aut immunda, Animalia munda & immunda quid notarent, *ibid.*

ANNA uxor Elchanæ quid figurate fecerit, 99.

Antichristi persecutio prædicta a Daniele, & Joanne in Apocalypsi, 127. Antichristi superbia notatur ab Ezechiele, Paulo, Christo in Evangelio, & Joanne in Apocalypsi, *ibid.*

Signa Antichristi, *ibid.* In templo Salomonis esse sessurum quidam conjiciunt, *ibid.* Præcones mendacii sui habebit, *ibid.* Adventus Antichristi non erit humilis, ut adventus Christi, ex Isaia, *ibid.* Nihil eorum faciet, quæ Christum impleſse Evangelium sonat & propheta, *ibid.* Finis Antichristi, diboli, & angelorum ejus, & eorum hominum qui ad eorum aocietatem transierint, *ibid.* Antichristi facta, ultimi temporis angustiæ, & resurrectio mortuorum Isaiæ & Ezechiel, ut Danieli ostensa, quemadmodum Evangelica auctoritate firmantur, 107. Antichristus depictus in Job libro, Paulo, & Evangelio, 124. Statim post Antichristum verus Christus venturus 126.

Antiqui patres, quibus revelatum est, disputationes allegoricas de legalibus præceptis conscripserunt, 87. Antiqui sancti non pertinebant ad legis litteram, sed ad gratiam Christi venturi, 176.

Apostolus magnus gratiæ præceptor, confessor, prædicator, 174. Apostoli & Doctores columnæ Ecclesiæ, 84. Apostoli duodecim fontibus designati, 80. Quomodo Apostoli majora videntur feciſse quam Christus, 262.

Apostolatus munere omnes gratiæ continentur, 174.

Aquæ inferiores quæ perfundunt terras, & aquæ superiores remotæ ab aspectibus, sed fidei commendatæ, 230.

Arcæ Noe fabrica, 66.

Arcadius religiosus & Christianus princeps, ne traderet confugientes ad se Armenios bellum cum Persis confecit, 119. Victoriam auguratus ex crucibus quæ in vestibus apparuere, *ibid.* Victor monetam auream signo crucis notatam fieri præcepit, *ibid.* Hæc in usu totius orbis & maxime Asiæ persistens, *ibid.*

Ariani sævi in Ecclesiam, 126. Præcursores Antichristi, 127.

Armenius Presbyter & Abbas, 228.

Arbor quænam bona, vel mala, 166.

Aspectu impudico puella Carthaginensis domicilium se diabolo præbuit, 124.

Avaritia generalis, qua plus appetit quisque quam sat est, 231. Avaritia alia amor pecuniæ, *ibid.* Apostolus per amorem pecuniæ generalem avaritiam intellexit quæ radix est omnium malorum, *ibid.* Avaritia vincenda ei qui rempublicam gubernat, 132.

Augustinus beatæ recordationis Episcopus a Bonifacio II. vocatus, 228. Multi Patres & sanctæ Sedis Antistites de initio fidei paria disseruerunt Augustino, *ibid.* S. Augustini elogium, 55. Hunc Julianus Pomerius in libris suis de Vita contemplativa secutus est, *ibid.* Ejus sententia de animi affectionibus in *lib.* 14. *de Civit. Dei, cap.* 9. *ibid.* Benigne interpretatur Augustinus, quod incautius a judicibus gestum in causa Pelagii, 175.

Aurelius Carthaginensis Episcopus cum templum Cœlestis deæ Deo vero dedicare susciperet, titulus in frontispicio mirabiliter conscriptus legitur, Aurelius Pontifex dedicavit, 121.

Aures castæ quales, 39.

Auxilium Dei quod habent sancti, 43. Auxilium gratiæ necessarium, 180. Misericordia datur, vel judicio non datur, *ibid.* V. Gratia.

B

Babylon magna per mundum expolianda trophæis, ejusque filia quicumque facta ejus imitatur, 125. Babylon non uno loco sita, sed tota est sparsa in orbe, *ibid.* In Babylone sunt cives supernæ patriæ, 126. Hi exeunt de Babylone, qui non fastus ejus, sed humilem viam Christum sequuntur, qui gemunt & dolent ob iniquitate quæ fiunt in medio eorum, ad quos Christus loquitur in Evangelio, *Matth.* 5. 4. *ibid.*

Babylonicæ turris exstructio, 67.

Balaam ex gentibus licet, unius veri Dei vates, 90. Idem semel prohibitus, iterum corde perverso a Deo petit, tentans utrum locus daretur eundi ad Balac, *ibid.* Balaam mente saucio facta potestas pergendi: avaritiæ suæ corde captivus vadit, *ibid.* Angelus ei obvius jumento ipsius se potius manifestare voluit quam illi, quia pejor jumento effectus fuerat, *ibid.* Etiam per talem adventum unici Filii sui ex populo Israel Deus gentibus promittebat, teste Evangelio, 91. Consilium nequissimum Balaam, quo totus pene Israel in mortem incidisset, nisi Phinees adulteros transfodiens, iram Dei placasset, *ibid.* De Balaam pseudopropheta, *ibid.*

Baptismus rubro mari comparatur, ad quem festinans hostem diabolum fugit, ut Salvator eum inveniat, 80. Aqua baptismi salutem venienti ad Salvatorem ministrat: peccata vero cum diabolo auctore in profundo detrudit, *ibid.* Baptismus non confertur aut denegatur parvulis ob præcedentia bona vel mala merita aut parentum aut ipsorum parvulorum, neque ex prævisione bonorum vel malorum operum, 196. Ecclesia cor & os maternum parvulis præstat, ut sacris mysteriis imbuantur, 178. Unde fideles appellantur, *ibid.* Baptismus sine charitate nihil prodest, 24. Baptismi ministros justos quidem esse oportet, nec tamen si non fuerint non valet baptismus, ut volebant Donatistæ, 249. Eleganti compatatione id docetur, *ibid.*

Barnabas in Apostolarum susceptus Domino præcipiente, 84.

Beatitudo non est perfecta ubi non est secura, 12. Beatitudinem omnes appetunt, 218. Sine fide ad eam non pervenitur, *ibid.*

Beati qui dicuntur in hac vita, spe beati sunt, ipsa re futuri beati in altera, 12. Beatorum inæqualis quidem erit beatitudo, sed nullus non erit sua sorte contentus, 117. Beatos in cælo suorum, qui ibi non fuerint, miseria non contristabit: sed de omnium qui ibi fuerint felicitate gaudebunt, *ibid.*

Bel idolum confractum, & draco interfectus a Daniele, totum mundum dæmonum dominatu liberandum designant, 108.

Benedictio Jacob & Esau, 72. Benedictio dulcedinis gratia Dei, 158.

Beneficentia, 50. quomodo recte fiat *ibid.* De justitiæ fonte procedunt ea quibus juvari hominis possunt, *ibid.* Beneficentiæ multa opera, *ibid.* Beneficentia in proximos Deum conciliat, 52.

Beniamin noster Paulus ex Saulo, ex tribu Beniamin, 76. Quomodo in eo impleta spiritaliter, quæ olim a Joseph erga Beniamin facta sunt, 76. Poculum Joseph in sacco Beniamin, calix passionis Christi in corpore Pauli, *ibid.*

Bellandi initium a Cain, 65.

Bestia quarta Danieli visa, quatuor regna sibimet succedentia, 107. In septima ex ariete & hirco, Persarum atque Græcorum prælia, *ibid.* Inscriptio bestiæ in fronte & in manu, non tantum diaboli facta imitari, sed & gloriari in malis operibus, & sub figura Christi Antichristi facta exercere, 124. De talibus Christus in Evang. & Joannes in Epistola, *ibid.*

Blasphemiæ nomen, æternitatem, divinitatem, altaria hominibus tribuere, quæ vanitas non veritas tradidit, atque exsecrabilia sunt, 125. 126.

Bonus. Nemo sterliter bonus, 165. Deus bonos non tantum præscit, sed ipse facit, 150.

Bonum qualiter sit voluntarium, 206. Boni etiam imperfecti cupiditas donum gratiæ est: alioquin gratia secundum merita daretur, 157. Boni cupiditas, charitas, quæ tota ex Deo, 158. Nulla bona facit homo, quæ non facis Deus ut faciat homo, *ibid.* Bonum beatificum fit amore Creatoris, 167. a Deo petendum, 167. Bona quædam quorum usus esse non potest malus, 179. Nemo habet aliquid boni, nisi ab illo acceperit qui solus bonus est, 260. Bona aliqua sine charitate haberi possunt, prodesse non possunt, 45. Bona quæ Deus dat peccatoribus majora daturum justis innuunt, 248.

Bona Ecclesiæ sunt vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, 26. Quod habet Ecclesia, cum omnibus nihil habentibus habet commune, nec aliquid inde eis qui sibi de suo sufficiunt debet erogare, *ibid.* Bona Ecclesiæ recte possideri ab eo qui propria vendidit aut dimisit, 25. Exemplo sanctorum Paulini & Hilarii Arelatensis probatur, *ibid.* Bona Ecclesia non ut possessores, sed ut procuratores possidebant sancti illi, *ibid.* Non in usus suos vindicaverunt ut propria, sed ut commendata pauperibus diviserunt, 26. Facultates Ecclesiæ quibus distribuendæ sint, *ibid.*

Bonifacii II. Papæ Epistola ad Cæsarium Arelatensem, qua confirmat ea quæ in Synodo Arausicana II. fuerunt definita, 220. Breviterque Semipelagianos ex eo quod cetera gratiæ deputabant, multo magis idem dicere debuisse de fide arguit, 228. In ceteris quæ minus recte laperent operatione divina instruendos sperat, *ibid.*

Botrus ab exploratoribus terræ promissæ ablatus, 89.

C

Cain Cur sacrificium ejus reprobetur, 65. Bellandi initia instituit, *ibid.* Figuram gessit Judaici populi, *ibid.* Cain contemtor divini mandati, superbiæ caput, auctor invidiæ, princeps illatæ mortis, & primus in hominibus parricida, *ibid.*

Canticum Deuteronomii terribile, 91. Cantica Canticorum, librum Geneseos, ac partem Ezechielis, & cetera talia cuivis non licuit legere tempore Legis, 39. Canticum novum & canticum vetus, 236. Qui vult cantare canticum novum, diligat æterna, *ibid.*

Capitula Cælestii capitalia, 172.

Carbones ad pœnam, alii ad salutem, 264. Carbones tenebræ sunt, color indicat, cum accesserit flamma, lux fiunt, *ibid.* Carbones mali impedientes a via Dei, *ibid.* Carbo Apostolus, de cœlo accensus, 265.

Charitas fructus noster, 253. Fructus Spiritus primus ab Apostolo ponitur charitas, *ibid.* Cetera ex illo exorta & religata, *ibid.* Merito Christus dilectionem sic sæpe commendat, tamquam sola præcipienda sit, sine qua non possunt prodesse ce-

ceteta bona, & quæ non potest haberi sine ceteris bonis, quibus homo efficitus bonus, *ibid.*

Caritatis descriptio, 44. 45. Quam necessaria ad salutem, 45. Apostoli verba, 1. Cor. 13. de ea explicantur, *ibid.* Nulla actio aut passio, proderit sine charitate, *ibid.* Nihil erit peccati, damnabilis, nihil deerit boni iis quibus charitas bonorum omnium mater affluxerit, *ibid.* Omnia bona fidelium non virtuti humanæ, sed charitati quæ est a Deo assignanda, *ibid.* Charitas superiora Scripturæ, 230. Charitatis præceptum super omnes libros, quia nihil eminentius charitate in divinis libris, 231. Quæ bona ex Dei & proximi charitate nascuntur, 46. Charitas Dei non qua nos diligit, sed qua nos facit sui dilectores diffusa est in cordibus, 186. Caritatis miri effectus, & quam varii, 44. Hæc vocatur ab Apostolo *excellentior via*, *ibid.* Quia sine charitate non ambulare possunt homines, sed errare, *ibid.*

Carnem Christi in passione confectam susceptt populus Christianus manducandam, 81.

Cernas. Non carnium naturæ damnandæ, sed carnales concupiscentiæ fugiendæ, 81.

Carnales qui adhuc parvuli sunt in Christo, 214. Fideles qui non secundum Deum vivunt carnales appellat Apostolus, 35. Et unde tales vocet, *ibid.*

Carthagini nomina Proconsulum in calculis eburneis conscripta in foro citabantur a præsenti judice, eratque dies ille solemnis albi citatio, 132. Ibi qui bene rem gesserant laudabantur, qui secus sibilis convitiisque excipiebantur, *ibid.*

Castigandi qui possunt pati increpationem, impatientes objurgationis ut languidi palpandi, non adulando, sed compatiendo, 24.

Catholicus quis dicendus sit, 124.

Catilina, 164. 165.

Census terrenus si vitiose diligitur, non est voluptatum materia, sed dolorum, 27.

Centuplum. Dominus suis vincentibus centupla pollicetur, 73.

Chaldæi astronomiæ dediti, 67.

Christus secundum carnem filius David, secundum vero divinitatem Dominus David & creator David, & non solum ante David, & ante Adam, ex quo omnes homines: sed & ante cælum & terram, in quo omnis creatura est, 233. Christi adventum præconia omnium spirituum nuntiarunt: etiam per linguas inimicorum suorum veritas clamavit, 111. De Christo ex Virgine Isaias, Lucas, Paulus, & Sibylla, 112. 113. Maximum Dei donum cum Christus factus est nobis caput, nosque ipsius membra, 233. Cum oramus ad Deum, nec Filium inde separamus, & cum precatur corpus Filii, non a se separat caput suum, *ibid.* Oramus ad illum, per illum, & in illo, *ibid.* Christus etiam infans ignorantia caruit, & animi infirmitate, 180. Christus particeps mortalitatis nostræ, ut nos efficeremur participes divinitatis ipsius, 232. Nos participes unius ad vitam, ille vero ad mortem particeps multorum, *ibid.* Christi fuga in Ægyptum. Osee & Matthæus, 113. Christus parentibus subditus secundum naturam humanam, non secundum divinam, 255. Patri subjiciendus post judicium quomodo dicatur, *ibid.* Christus solus ex Virgine natus sine corruptione: solus sine peccato ex Augustino, 105. Angelorum cibus, incarnatione fit cibus hominum, 249. Non ex præcedentibus meritis humana natura in tantam sublimitatem subvecta in Christo, 259. Verbum & caro, Deus & homo unigenitus Dei Filius, *ibid.* In Christo natura humana impeccabilis, 149. Christus mediator novæ legis non solum, veteris Testamenti vindictam temperavit, sed etiam novæ legis mandata addidit, 83. Quæ contraria non esse legi ostenduntur, *ibid.* In novo quoque Testamento non parva exempla vindictæ processerunt, *ibid.* Christus in templo seniores convincens. Lucas, Petrus & Paulus, Isaias, 114. De baptismo Christi & testimonio Patris, *ibid.* Christus in Isaac figuratus, 70. Christus mare pedibus ambulans ex Davide, Matthæo &c. 114. Christus populum pascens in deserto. David, Isaias, Evangelistæ, & Paulus *ib.* Christus portatus asello ex Zacharia & Evangeliis, 115. Christus venditus a Judæis transiit ad gentes, 74. Christus spinis coronatus, ex Psalmo, Evangeliis & Sibylla, 116. Christus contumeliis saturatus, Isaias, Evangelia, Petrus, & Sibylla, 115. 116.

Christi Crux & vulnera, ex Isaia, Psalmo, Jeremia, Evangelistis, Petro & Paulo, 116. In medio latronum crucifixus Christus. Isaias, Evangelium & Petrus, *ibid.* Christi vestimenta divisa. David, Joannes, *ibid.* Christi caro senescendo ad mortem etiam ventura fuisse videtur, 180. Christi latus lancea percussum in cruce, unde fluxerunt sacramenta, 261. Christus felle & aceto poratus. Psalm. Joannes, & Sibylla, 116. Lancea percussus. Zacharias, Jeremias, Joannes, Petrus, Joannes in Epistola, & Sibylla, *ibid.* In ejus passione Sol, & Luna obscurati sunt: ex Joel, Evangeliis Paulo, 117. Velum templi scindendum prænuntiat Sibylla, *ibid.* Sepelitur. Psalmus 15. & 87. Evangelia, Paulus: & Sibylla, *ibid.* In Christi morte sanctorum corpora resurgunt Isaias, Matthæus, Paulus, Petrus: Sibylla, *ibid.* Resurrexit tertia die, ex Osee, David, Evangeliis, Paulo, *ibid.* Christi contumeliosa Passio credentibus Christo est vera libertas, 69. Christus in quantum homo a Deo suscitatus, in quantum Deus a se ipso, 258. Christus quomodo primitiæ resurgentium, cum ipse mortuos suscitarit, 117. Idem testatur Sibylla, *ibid.* Christus spiritum duplum discipulis insrudit, semel post resurrectionem, secundo vero in die Pentecostes 103. Nec tamen duo Spiritus sunt, sed ipse idem multipliciter prærogatus ab individua Trinitate *ibid.* Christi regnum lapide abscisso de monte sine manibus, Deus & homo ex Virgine natus, 106. Regnum Christi omnem terram implebit, & permanebit in æternum: hoc orando petit Ecclesia cum dicit, *adveniat regnum tuum*, *ibid.* Christi nomen a chrismate dictum, 252. Ideo unxit nos, quia luctatores contra diabolum fecit, *ibid.*

Christianum nomen est novum quod terras obtinuit, 118. Christianorum spes quæ sit, 245. Christianiani qui male vivunt injuriam Christo faciunt, 292.

Circumcisio data Abrahæ, 69. Cur in præputio, non autem in alio membro, *ibid.* Circumcisio parvulorum octava die fieri præcepta, quia Christus die Dominico resurrexit, 209. Circumcisio cordis figurata in circumcisione carnis, 69. Ut hi qui in eremo nati Jordanis in transitu abluti, circumcisionem ex cultellis susceperunt petrinis: sic omnis in baptismo consecratus ex petra Christo corde circumciditur, 92.

Clerici peccatorum gravium rei ante confessionem nec communicare debent, nec officium suum implere, 25. Alias duplicis peccati rei futuri, *ibid.* Quomodo illi potius Deum placare debeant, *ibid.* Clerici qui possessionibus suis renuntiare non possunt, sine peccato possident sua, si quæ accepturi erant ab Ecclesia accipiunt, 27. Quod si putant deforme esse se pauperes reddi, noverint deformius esse possessores de eleemosynis pauperum pasci, *ibid.* Clerici quos pauperes aut voluntas aut necessitas fecit, laudabiliter accipiunt ab Ecclesia vitæ necessaria, 26. Clericis, si non habeant unde vivant, Ecclesia non reddit præmium laboris, sed necessaria præstat, *ibid.* Clerici sua possidentes non sine grandi peccato ab Ecclesia aliquid accipiunt, *ibid.* Peccatis alienis sua multiplicant, *ibid.* Nec Clerici propria habentes aliquid accipiant de bonis Ecclesiæ, nec ipsi pauperes qui se possunt suis artificiis aut laboribus expedire, *ibid.* Clerici qui Ecclesiæ serviunt, si ea quibus opus non habent ut labori suo debita exigunt, nimis carnaliter sapiunt, *ibid.* Ecclesiæ fideliter servientes, non stipendia terrena sed æterna præmia exspectare debent, *ibid.*

Columba super Christum baptizatum cur descenderit, 249.

Cogitatio turpis mentem inquinat, honesta purificat, 38. Primam boni cogitationem Deus in occulto inspirat, 187.

Concilium Africæ universale contra hæresim Pelagii & Cælestii, 171. Concilii Africæ universalis Carthagine habiti canones aliquot, *ibid.*

Concupiscentia. Hoc periculosa animæ ingerit ægritudo, ut noxia sumere velit; & quæ utilia sunt & saluti proficiunt renuat, 88. Concupiscentia non naturalis, sed naturæ pœnaliter indita, 37. Non est naturalis, sed vitiosa, *ibid.* Concupiscentia carnis quam mala, 79. Concupiscentia prava, nisi ei assentiaris, non est peccatum, 80. Concupiscentia non bona, cum ei sit resistendum, 169. Concupiscentia carnis & ipsa non sine superbia, 38. Ordinarii de mulieribus sermones ex interiore concupiscentia nascuntur, 39. Confessio. Post confessionem curandum ut sanetur vulnus peccati, 239. Quomodo id præstari possit, *ibid.* Confessionis spontaneæ & pœnitentiæ utilitas, 25. Confessio spontanea peccantium benigne suscipienda, 24. Confessio peccatorum apud Sacerdotem, 24. 25.

Conjugum officia ad invicem, 22. apud fideles conjuges vera virtus castitatis, 168.

Conjunctioribus quando amplius impendi liceat, 46.

Conscientia impiorum platea civitatis magnæ Sodomæ, plaudentium in morte sanctorum quod acerrimis quasi caruerint inimicis, 128. Conscientiæ omnium in die judicii patefient, 43. Conscientiæ peccatricis tribulatio, quanta, 242. Deus tamen adjutor dimittendo peccata, *ibid.* Conscientiæ stimuli sunt pœnæ gravissimæ, 43.

Consilium Dei fidelibus adnuntiandum in quo situm sit, 22.

Consparsio seu Massa ex Adam, alia ex Abraham, 190.

Constantino Imperatore, Donatiani confutati, & Arius punitus a Deo, 120.

Consuetudo vitiosa quam ægre deseratur, 47.

Contemplativæ vitæ etiam hic haberi posse portionem, 11. Contemplativæ vitæ qualis in, cælo habebitur descriptio, 10.

Contemtores mandatorum Dei etiam, reges, cæcos dixit Dominus, 105.

Converſionem differentes ſimiles corvo de arca emiſſo, vocem corvinam cras, cras emittentes, 230. Acceleranda converſio, *ibid.* Averſio a Deo ex nobis eſt, converſio ad Deum ex Deo, 179.

Cornelius ex gentibus ad fidem veniens, 115.

Corpus quatenus diligi debeat, 46. Corporis compago ſymbolum charitatis, 215. Corpus omne licet Angelicum inferius eſt quam anima, 234. Corpora tam damnatorum quam beatorum fient immortalia, ſed diverſo fine 10. Corporum glorificatorum qualitates, 13. Dominus dedit nobis manducare corpus ſuum, in quo tanta perpeſſus eſt, 237. Quomodo ſpiritaliter manducetur corpus Chriſti, 252.

Correctio. Rectores Eccleſiæ ſubditorum correctio lætificat, obduratio contriſtat, 23.

Correptio facienda, 147. Quoniam incertum nobis eſt quos Deus ſalvare decreverit, omnium & ſingulorum debemus procurare ſalutem voto, prædicatione, correptione, 152. Omnibus correptio eſt adhibenda, 153. Correptio prædeſtinato eſt ſalubre medicamentum, reprobo pœnale tormentum, 152. Correptione non malum, ſed bonum pro malo redditur, 153. Excuſationi nolentium corripi occurritur, 143. Quamvis prædeſtinatio certa, ſeu quamvis prædeſtinatorum nullus perire poſſit, non eſt tamen negligenda correptio, 153. Cur juſte corripiantur qui non obediunt Deo, tametſi gratiam obediendi nondum acceperint, 143. Sive ſint regenerati, ſive non ſint, *ibid.* Correptio fraterna quibus maxime incumbat, 16. Correptio ſuperiorum quomodo accipienda, 20. Correptio a paſtore non intermittenda, 16. Correptionis neceſſitas & utilitas, 142. Correptio utilis & neceſſaria, etiamſi gratia a Deo pendeat, 143. Correptio & gratia non ſe invicem tollunt, 152. Correptio unde habet ut utilis ſit, *ibid.* Dei eſt correptionem utilem facere, 153. Correptio quandonam proficit, 142. Correptio nonniſi per Deum proficit, *ibid.* Correptioni conjungenda oratio, 152. Uſus præcepti, correptionis, & orationis, 142. Correptio quomodo facienda, 153. Correptio ex charitate proficiſcitur, 152. Correptio pro culparum diverſitate diverſa, *ibid.* Publice publica tantum corripienda peccata, 153. Correptio peccantium præcepta eſt, 50.

Correptionis aſperioris pericula, moderatæ fructus, 23. Quare infirmi patienter ſuſtineantur, *ibid.* non omnes objurgari expedit, nec omnes blande tractari, *ibid.* Sancti ſacerdotes omnium quos curant non voluntati, ſed utilitati proſpiciunt, *ibid.* Correptio ex levi ſuſpicione facta, arguitur, 25. a Spiritu-ſancto Eccli. 19. 28. *mendax* appellatur, *ibid.* Superbiæ & non humilitatis indicium eſt: & contumelioſa reputatur, *ibid.* Iram Dei non effugiet qui aliquem non ſic corripit ut emendet, ſed ut ſe procaciter jacet, *ibid.* Correptionis neceſſitas in ſacerdotibus, 16. Et quomodo præſtanda, ſecundum exemplum Apoſtoli, *ibid.* Qui peccantem novit nec corripit, peccati particeps efficitur, 50.

Cooperari. Quibuſnam Deum diligentibus omnia cooperantur in bonum, 146. Omnia cooperatur Deus in bonum iis qui diligunt eum, 147.

Corvi panem & carnes Eliæ miniſtrantes, Judæi prius in præceptis panem, poſtea carnem Domini in paſſione gentibus miniſtrarunt, 102.

Creatio rerum, 64. argumenta quibus creatio naturarum in tempore oppugnatur, 240. Reſpondetur his, *ibid.* Cur creare pergat homines Deus, quos novit ſub peccato naſcituros, 204. Credere in Chriſtum eſt diligere Chriſtum, 261. Non quomodo dæmones, *ibid.* Summa credendorum quæ docere debet potifex & credere populus, 15. Non quodlibet credere bonum eſt, 185. Quo ſenſu charitas omnia credere dicatur, *ibid.*

Crimina quæ a corporis Chriſti communione removent, 161. Crimina non confeſſa ſed aliunde nota, & quæ patientia non ſanantur, igni piæ increpationis curanda, 24.

Cupiditas. Non ſolum a cupiditate poſſidendi ſuperflua, ſed etiam a voluptate percipiendi abſtinendum, 33. Pauperum allevatio prætextus cupiditatis, *ibid.* Cupiditas & ſuperbia unum malum: nec ſuperbus ſine cupiditate, nec cupidus ſine ſuperbia, 38. Cupiditatis tyrannis in eos qui ipſi ſerviunt, & cupidorum ſtatus miſerabilis depingitur, 28. Cupiditas cupiditate alia pellitur, 163.

S. Cypriani Tractatus de oratione Dominica, 144. Cypriani teſtimonia de gratia Dei, 161.

D

Dæmones ante lapſum beati, ſed non plene, 148. Eorum locus nunc eſt aer iſte caliginoſus, 36. Dæmonis illuſiones Alexandriæ in templo Serapis, 120. Romæ in ſpecu, ubi virgines ſingulis annis immolabantur, a Monacho Stiliconi noto ob meritum, diſſipantur, *ibid.* Differentia quæ eſt inter dæmones, & impios homines, 10.

Damnatorum ſtatus, 44. *Ignis & vermis* totam exprimunt damnatorum pœnam, *ibid.* Occidi dicuntur, non quod aliquando deficiant, ſed quod in doloribus pœnaliter vivant, *ibid.*

Dan. Tribus in Perſide habitans tempore auctoris libri Promiſ. & Prædict. 126. Ex ea naſcetur Antichriſtus, ex prædictione Jacob Patriarchæ, *ibid.*

Daniel vir deſideriorum, 105. Prophetia ejus myſteriis licet plena ſit, pars tamen ejus ita elucet, ut tempus ſignaverit adventus Salvatoris, *ibid.* Duodecim ejus propheticæ viſiones: in Hebræo tantum decem, *ibid.* Hæ duodecim percurruntur, *ibid.* Seniores impudici hæreticorum figura Eccleſiæ integritatem vitiare contendentium, *ibid.* Daniel ex cibis regiis non contaminatus, Chriſtus & diſcipuli ejus a deſideriis mundi alieni, 106. De Danielis Prophetia, *ibid.* Daniel in lacum leonum miſſus, & inde erutus, Chriſti figura, *ibid.* Daniel eductus illæſus e lacu leonum, inimici vero ejus a lonibus devorati; Dominus ſuos eruens a diabolo, 108. Danielis ſocii in flamma illæſi, veri Chriſti adoratores a flamma præſentis ſæculi ad cæleſtem gloriam perducti, 106.

Dati Chriſto qui intelligantur, 146. Chriſti diſcipuli duobus modis dicti, *ibid.*

David, manu fortis, 99. Paſtor ovium, ut Chriſtum paſtorem ſignaret, 100. Geſtorum David, cum Chriſti beneficiis comparatio, *ibid.* David leonem & urſum occidens, ex ſemine ſuo venturum ſignat, qui conculcavit leonem & draconem, *ibid.* Arma Saul a Davide rejecta, ſapientia hujus mundi a Chriſto neglecta: quinque lapides electi, quinque libri Legis, *ibid.* David fugiens, Martyrum figura, *ibid.* David parcens Sauli, Chriſtus parcens etiam regibus ſævientibus, *ibid.* David declinans inſidias Saulis; Chriſtus ſubtrahens ſe Judæis, gentibus annuntiatus, *ibid.* David arreptitium ſe ſimulans futura myſteria agit, *ibid.* Hæc ab Auguſtino expoſita, *in Pſ. 33. n. 5. ibid.* David plenus vera & alta & pia ſapientia, 207. quæ reſponderit maledicentem Semei percutere volenti, *ibid.* David lapſus quomodo utilis juſtis & peccatoribus, 243. David unctus in regem quid in figura geſſerit, 99. David Saulem occiſum dolens & vindicans, a toto Iſrael agnoſcitur, Chriſtus inimicos diligens & vindicans, totus ad eum colligitur modus, 101. David elatus adulterium, homicidiumque commiſit; monitus pœnitentiam agit, & mortem licet evaſerit, in eum tamen graviter vindicatur, 99. David exemplum ſobriis animabus, ut diſcant amplius metuere proſpera, quam adverſa, 101. Davidi promiſſa non eſſe de Salomone intelligenda, *ibid.* David turbatus cum videret iniquos florere in ſæculo, bonos vero laborantes: ſed confirmatus cum attendit utrorumque noviſſima, 243.

Decimas & primitias &c. cur ſacerdotibus diſtribui juſſerit Deus, 29. Decimas Deus ſibi offerri, eaſque ſacerdotibus diſtribui conſtituit, *ibid.*

Defunctis cura eſt de his quæ hic aguntur, patet ex divite apud inferos de fratribus ſollicito, 258. De ſuis plerique ante mortem provident, *ibid.* Quæ pro defunctis commendandis frequentat Eccleſia, non ſunt adverſa ſententiæ Apoſtoli, qua dictum eſt, *ut referat unuſquiſque ſecundum ea quæ per corpus geſſit*, 241.

Debbora expugnans Sizaram & Jahel ligno configens, Eccleſiæ ſimilitudinem gerunt, expugnantis idola & hæreſes ligno crucis, 93.

Declamatores, Quid differant inter ſe declamatores & doctores, 18.

Delectatio. Tanto magis delectat opus bonum quanto magis diligitur Deus ſummum bonum, 179. Qui fiat ut juſtitia nunc magis minuſve delectet, *ibid.* Delectationis carnalis pravi effectus in homine, 39. Quomodo delectationi carnali addicti homines, etiam abſentibus objectis carnalibus, interius corrumpantur, 39.

Deliciæ ſi abſque deſiderio percipiantur non officiunt, & viles cibi plerumque abſtinentiæ profectum, ſi appetenter accipiantur, impediunt, 32. Probat exemplo David, & Eliæ, *ibid.* Deus vera poſſeſſio, in quo omnia habentur: modo homo primitus ſit Dei poſſeſſio; & quanta talis hominis beatitudo, 29. Qui temporalia quærit, quanta ſit divinæ dulcedinis multitudo non didicit, *ibid.* Mundo renuntiandum ut fiat Deus poſſeſſio, *ibid.*

Deſcendere. Deum deſcendere, eſt humanos actus inſpicere, 67. 70.

Deſerit aliquantum Deus, ne ſuperbiamus, 205.

Deſperationi & perverſæ ſpei Scriptura occurrit, 234. In peccatis non deſperandum de venia, 243. Sed imitanda David Regis pœnitentia, *ibid.*

Detractores æquanimiter non eſſe ſuſtinendos, 48. Qui detrahunt, aut detrahentibus acquieſcunt, vanitatis morbo laborant, *ibid.*

Deus & juſtos & injuſtos videt, 233. Deus quo ſenſu deſcendere dicatur, 67. 70. Deus in hac vita ſine alicujus creaturæ aſſumptione non poteſt videri, 12. Dei patientia & longanimitas, 230. Dei vacatio ab opere ſine deſidia, 241.

Deorum turba a Varrone descripta, etiam cum Jove fulmina vibrante, non potuerunt efficere ne eos perderet Crucifixus, 121.

Diabolus princeps Angelorum qui ceciderunt, 148. Diabolus Angelus a Deo creatus, per superbiam factus est diabolus: ex Ezechiele, Isaia, Evangelio, 123. In veritate factus non stetit, quia subditus Creatori esse noluit, cujus potentiam nec malus evasit, *ibid.* Qua elatione peccaverit. Isaias, Ezechiel, Evangelium & Petrus, *ibid.* Cur Deus hominibus parcat, diabolo non parcat, *ibid.* Quo præcipitatur. Isaias, Ezechiel & Evangelium, *ibid.* Diabolus in veritate fuit, sed non permansit, 143. Diaboli quæ sit potestas, 72. Gaudia ejus, *ibid.* Diabolus nec in porcis potestatem habet nisi daretur a Deo qui Job ei tradidit sub hac auctoritate, ne præcepti excederet modum, *ibid.* Diabolus quam terram comedendam in sententia a Deo prolata acceperit, 64. Diabolus ligatus & missus in abyssum. David, Job, Evang. Apocalypsis testantur, 123. Tectum super diabolum cum in abyssum missus est: detectum, quia oportet eum solvi & produci, *ibid.* Mille anni, quibus expletis solvetur diabolus, a parte totum accipiendi, aut ab initio LXX. hebd. Danielis; usque ad Christum ducem, *ibid.*

Dicere. Quomodo Deus dicatur dixisse Semei, ut malediceret David, 208.

Dies verus æternitas, 263.

Difficilia usu fiunt facilia, 26.

Diluvium quadraginta dierum quid notet, 66. Finis diluvii 601. anno Noe, finem mundi post sex ætates sæculi significat, *ibid.*

Dilectio & delectatio justitiæ, gratiæ indicia, 142. Dilectionis ordo quis esset debeat, 46. Diligere Deum quid sit, *ibid.* Qui perfecte Deum diligunt in hac vita, *ibid.* Deus plusquam se quis diligat, *ibid.* Deus propter se diligendus: si propter illa, quæ præstat amatur, non gratis amatur; quia illud propter quod diligitur, ei antefertur, 51. Proximum diligere quis censeatur, 46. Non carnaliter diligendus *ibid.* proximus, Dilectio proximi fructus noster, quem ipse Christus dedit nobis, 253. Dilectio mundi qua se diligit falsa, non vera, *ibid.* Diligit se & odit, odit naturam, diligit iniquitatem, 254. Mundum quomodo diligere jubemur, *idid.*

Disciplina a discendo dicta, 219. Alia notione in iis quæ pro peccatis suis mala quisque patitur dicitur disciplina, *ibid.* Disciplina Ecclesiæ est ut ne liceat transire de Ecclesia ad Ecclesiam, 176.

Discipulorum electio ex Jeremia, Marco & Sibylla, 114. Discipuli increduli de resurrectione, Osee, Gen. 49. Marcus, Thomas in Joanne, Joannes in Epist. & Paulus. Citatur & Maro, 118. Discipuli Christi duobus modis dicti, 146.

Discretio a massa perditionis per gratiam, 144. Nemo nisi gratia Salvatoris discernitur, *ibid.* Omnia quæ ad salutem æternam sunt necessaria procurantur iis qui discreti sunt, sive electis, *ibid.* V. Electio Gratia. Deus cujus vult miseretur, non justitia, sed misericordia; & quem vult obdurat, non iniquitate, sed veritate vindictæ, 192. Quæstio illa non aliter solvenda quam solvit Apostolus Rom. 9. 22. & 23. 161. Sufficit scire quia non est iniquitas apud Deum, 160. Inscrutabile cur infantes alii discedant frustrati baptismo, alii non, 177. Cur non omnes liberentur, 190. Variæ figuræ adsumendorum & rejiciendorum, in columba & corvo arcæ, & loco, Matth. 24. 40. In discretione parvulorum nec fatum, nec acceptio personarum, sed misericordiæ & veritatis profunditas, 170. Cum Deus, coronat merita nostra, nihil aliud coronat quam dona sua, 193.

Divitiæ & gaudia quæ reprobanda, 27. Divitiæ temporales & ipsæ bona sunt, sed bonis & malis communia, ideo spiritualibus viris non sectanda, *ibid.* Divitiis temporalibus aliter utitur iniquus, aliter justus, *ibid.* Amissione earum diversimode efficitur. justus & injustus, *ibid.* Quæ divitiæ promittantur timenti Deum, 236. Divitiæ spiritales quomodo videantur, *ibid.*

Doctrinæ nomine quæ contineantur, 199. Aliter Deus, aliter homo docet, 178.

Dominus verus Dominus, non quales qui emunt faccello, sed qualis Dominus qui emit sanguine, 264 Dominorum erga servos, & servorum erga dominos officia, 22.

Domum cordis qui habet malam, pellitur ab illa foras, 229. Ubi foras, & quare, *ibid.*

E

Ebrietas. Non tantum a vini usu, sed ab omnibus quæ inebriant abstinendum vere abstinenti, 33.

Ecclesia ovis unica, cujus membra sunt omnes oves homines, 161. Ecclesia catholica tunica Christi non divisa, ex Paulo, *Ephes.* 5. 25. 116. Ecclesia columba, sponsa, electa & turrut, cujus pulli parvuli baptismo consecrati, 86. Ecclesia columba: hæreticus corvus, 66. Ecclesiæ ortus prædicitur & annuntiantur, a Davide, Isaia, Marco, Joanne, Actibus Apostolorum, Petro & Paulo, 118. Ecclesia commissa, velut navis agitata, non relinquenda, sed caute regenda, 15. Non solum omnes quos habet, sed etiam ipsum gubernatorem perdet submersa fluctibus aut soluta, *ibid.*

Electio gratiæ, non ex operibus, 189. Quæ electio ab Apostolo agnoscatur erga Jacob & Esau, *ibid.* Electio, misericordiæ; reprobatio, Dei judicio adscribenda, 190. Electio non ex præcognitis meritis, 169. Electio ex gratia & proposito Dei, 211. Electio, gratiæ, non meritorum, 144. Electio ad regnum, *ibid.* Illi electi qui secundum propositum vocati, *ibid.* Electio per misericordiam & per judicium, 144. Quomodo electi dici possint qui non sunt perseveraturi, *ibid.* Electio gratiæ quam occulta, 216. Electio ex massa perditionis gratuita, 157. Cur non omnes ex massa perditionis liberentur, *ibid.* Electionem futuris operibus tribuentes Pelagiani desipiunt, *ibid.* Quomodo justa electio Jacob, & reprobatio Esau, 210. Electio Jacob an ex præscientia future fidei, *ibid.* Electio quomodo sit, aut justa sit, ubi nulla distantia, *ibid.* Electio non ex operibus, sed per gratiam, 215. Cur ex eadem massa unus eligatur, alter reprobetur, ad inscrutabilia Dei judicia referendum, 214. Judicia Dei occulta in hominum electione, 216.

Electi qui secundum propositum vocantur, 191. Electis Deus facit etiam peccata proficere in bonum, 147. Electi, Dei filii, Christi discipuli duobus modis dicuntur, 146. Electorum nullus perit, 144.

Electiones. Sancti Pontifices quosdam honorari ambientes prætermittunt, alios latere cupientes honorant, non ex invidia, sed prudenti consilio, 24.

Eleemosynæ laus, 88. Eleemosynis instandum, ut sanentur peccati vulnera, 239. Eleemosyna compendiosum sacrificium, quod totum hominem mundat, 88.

Elias, 102. Deus Eliam pascendum mittens ad viduam, non defecerat per aves posse pascere prophetam suum; sed eum viduæ necessarium sciebat, *ibid.* Elis & Enoch mittendi in fine sæculorum, ex Malachia & Apocalypsi, 128. Eliæ & Enoch passio in Apocalypsi prædicta, *ibid.* Elias & Enoch resurrecturi primi omnium, 129. Coram omnibus adscensuri in cælum, *ibid.* Elias Elisæi studium exercere volens, necessario se per devia sequi illum imperat, 103. Christi figura fuit dona promittentis discipulis sibi inhærentibus, *ibid.*

Epicurus. Virtutes induxit voluptatis ancillas, 164. Epicurei in corporis sanitate voluptatem maximam ponunt, 217. Voluptati servire virtutes volunt, *ibid.*

Episcopi. Non sufficit Episcopo bona operari, nisi etiam sibi commissos fideles de credendis instruat, 15.

Epistola ad Romanos de commendatione gratiæ maxime loquitur, ut inde se prædicatio ejus, velut a capite orbis, toto orbe diffunderet, 192. Intentio Apostoli in Epistola ad Romanos 216. Græci codices, unde in Latinam linguam Epistolæ ad Romanos interpretatio facta est, 176.

Erroris nocumentum, 53.

Erubescentia & confusio Adæ ex qua præcipue nuditate orta sit, 30. Erubescentia comes peccati individua, 43.

Esau & Jacab populorum duorum, Judæi & Christiani figuræ, 71. Coctura rubra Passio Christi, *ibid.* Esau non damnatur indignus, 190. Esau cur non congruenter vocatus, 213. Cur fidei donum ei subtractum, 212. Ejus reprobatio quomodo justa, 210. An ex præscientia futuræ voluntatis est improbatur, 212. Quomodo Esau Deus odio habuit, qui nihil odit eorum quæ fecit, 214. Cur donum fidei subtractum Esau, 212. An ex præscientia futuræ voluntatis improbatus Esau, & approbatus Jacob, 212. Quod prædictum erat de Jacob, *Eris dominus fratris tui*, &c. (Esau) in illis non provenit; ut res tunc signata per litteram, nobis manifestaretur in gratia, 72. Quomodo Esau Deus odio habuit, qui nihil odit eorum quæ fecit, 214.

Esdras propheta, 108. Esdras sacerdos & propheta, regi Babylonio gratus, accepta ab eo licentia veniens Jerusalem, zelo legis accensus purgandam a vitiis primitus plebem statuit, *ibid.* Librum Legis reperit, ostenditque ejici debere uxores alienigenas: Christiani populi figuram ostendens quos admonet Christus, *Si quis dimiserit domum, aut agrum, aut uxorem, &c.* *ibid.* Esdras sacerdos scripsit sententias Judæorum prudentium quos Artaxerxes interrogaverat, 109.

Esther, 109. Liber Esther scriptura sacra, 155. Esther Ecclesiæ comparatur, 109.

Eva adhuc virgo mortem intulit mundo, rediens Virgo Maria protulit Salvatorem, 113. Evæ maledictio, 64.

Eutropius Patricius paganus edictum subreptitie obtinet ab Arcadio contra azylum Ecclesiarum, offensam ejusdem incurrens ad ejus quam oderat refugium convolat, 120. Susceptus ab Ecclesia etsi ejus inimicus, per Joannem sacerdotem vita ei & salus obtinetur, *ibid.*

Exaltatio post mortem speranda, 260. Exaltatio de abundan-

dantia gratiarum timenda, 263. In Paulo ne extolleretur colaphizato apparuit, *ibid.*

Excommunicatio, 176. Excommunicationis usus, 24. Excommunicatio potest esse utilis, 152. Excommunicatione pœna major in Ecclesia non est, *ibid.*

Excusatio vana male viventium, 194. Quibus id quod dixit Apostolus dicendum, *O homo tu quis es &c. ibid.*

Exstasis, mentis excessus, 238.

Ezechias elatus in bono, quem Isaias increpat: admonet Christus in bonis operibus, quæ Dei dona sunt, non esse gloriandum in homine, sed in Domino; ne quod humilis accipit, superbus amittat, 104.

Ezechiel Propheta, 108. Ezechiel resurrectionem mortuorum futuram vidit, quam speramus & credimus, 165. Jerusalem cælestem describit, *ibid.*

F

Fabritius minus impius quam Catilina, 165.

Falsarius rodit, ut locusta, famam, vitam, actusque alienos, 79.

Fati nomine quid intelligatur, 156. Fato fieri quod merito non fit, Pelagianorum est sententia, 168. Pelagianorum, gratiæ appellatione fatum induci dicentium, ora obstruunt infantes, 167. Fati assertores esse convincuntur Pelagiani, potius quam catholici, 168.

Fausti Basilica Carthagine, in cujus secretario habitum Concilium Africæ universale, præsidente Aurelio Episcopo, 171.

Felicitas fallax ipsa major est infelicitas, 261. Malos felices esse numquam permittit Deus, sed ideo malus felix putatur, quia quid sit felicitas ignoratur, 252.

Fenestra arcæ, respectus in salutem animarum, 66.

Fides justitiæ fundamentum, quam nulla præcedunt bona, & ex qua omnia procedunt, 50. Quæ nobis præstet, *ibid.* Fides duplex, 185. Fides donum Dei miserentis, 211. Fides in potestate, quia nullus credit, nisi voluerit, 185. Fides donum Dei, 153. Fides verbum consummans & brevians quod fecit Dominus super terram, 215. Fides ex auditu, 16. Eam nulla bona opera præcedunt, 50. Fides bona opera præcedit, 246. Fides gratuito datur a Deo, 192. Non sic ad præscientiam pertinent credentes, quomodo non credentes, *ibid.* Non omnium est fides qui audiunt verbum, *ibid.* Cur ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, inscrutabile, *ibid.* Apud Apostolum *Rom. 3. 30. ex fide & per fidem*, non differunt, nisi varietate locutionis, 184. Quomodo gratiam bene operandi fides mereatur, 188. Non potest homo boni aliquid, nisi fidem per gratuitam gratiam acceperit, 154. Quæ fides laudanda, 185. Fidei gratia in quibusdam tanta, quanta non sufficit ad obtinendum regnum cælorum, 209. Fidei inchoationes quædam conceptionibus similes, *ibid.* Fides eorum qui sub lege sunt, alia a fide filiorum, 185. Fides futurarum rerum ante incarnationem Christi, fides præteritarum postea ad salutem, 180.

Figuræ in veteri testamento succedunt figuris: omnes tamen Christum Ecclesiamque significant 77. Moyses Christi figura, *ibid.*

Filius Dei quo sensu dicatur minor Patre, & seipso, 254. Utrumque Scriptura dicit, & æqualem Patri Filium, & Patrem majorem Filio, *ibid.* Distinctio naturarum in Christo loco Philip. 2. 6. manifestius commendata, *ibid.* & in illo Gen. 1. 26. *Faciamus hominem* &c. 255. Scripturæ de subjectione Filii sub Patre perperam intellectæ explicantur, *ibid.* Filius quomodo minor Patre & seipso, 254.

Filii Dei quidam secundum susceptam temporaliter gratiam, quidam secundum æternam Dei præscientiam, 146.

Filii parentibus honorem impendere debent, non exhæredationis metu; sed futuræ remunerationis desiderio provocati, 26.

Filii noctis & tenebrarum, qui mala operantur, 245. 246.

Finis dupliciter dicitur, 242. Finis Legis quomodo Christus, *ibid.* 244. Finis mundi venturus cum crediderint omnes gentes prædicitur, in Isaia, Malachia, Matthæo, Aggæo, Habacuc, 122. Favent Sallustius, Academici novi, & Plato, *ibid.*

Flagella non semper pro peccatis accidere, numquam tamen casu aut injuste, 53.

Florus monachus Uzalensis Augustini librum de gratia & libero arbitrio secum ad monasterium fert. 141. Flori fides catholica, *ibid.*

Florus quidam S. Sosii martyris sibi meritum adsignans, non longe a Neapoli illicita faciens a Nostriano episcopo & Herio presbytero detentus & coercitus, a provinciæ limitibus pulsus est, 125.

Fortitudo vera nec molestiis nec illecebris succumbit, 49. Fortitudo vera non vana, sed humilis, *ibid.* Fortitudinis partes, 52. Fortitudo animi describitur, 49. Fortitudo nostra Dominus quomodo, *ibid.* Quæ fortitudo vere virtus sit, *ibid.*

Frontem hæreticorum non esse frontem, 165.

Fructus. In tribus fructibus exploratorum Josue, mysteria Christi & Ecclesiæ, 88.

Fuga perit ab illo qui non fugit, 265. Fugere corpore licet, animo non licet, *ibid.* Interest quare non fugiatur, *ibid.*

Fundamentum ædificii spiritalis fides, 68. Fundamentum omnis rei futuræ fides est: cujus culmen ædificii terras cælumque obtinuit in Christo, *ibid.*

G

Galliarum Episcopi quidam cetera bona ex Dei gratia provenire adquiescunt, fidem solam in libero arbitrio remansisse volunt, 220.

Gaudium non quodvis est bonum, 27.

Gedeonis exercitus ad aquam probatus gratiam commendat, ut non in se quisquam, sed in Domino glorietur, 93. Milites Gedeonis succincti lumbis, hydrias portantes, & faces succensas: milites Domini præliaturos signant quomodo Christus jussit, *Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes portantes*, 94.

Gemitus justorum semper vivit in corde eorum, 239.

Generatio quot annis terminetur, 256. Qua ætate homo generare possit, *ibid.*

Genethliaci de natalibus nascentium mores & eventa conjectant, 210. Genethliacorum responsa vana, *ibid.*

Gentes. De gentibus quæ naturaliter facere legem, eamque habere scriptam in cordibus dicuntur ab Apostolo, 181.

Giezi vendere volens quod propheta gratis dederat, & lepra Naaman percussus, hæreticorum figura, qui suis vendentes expiationes peccatorum, maculis illorum insigniuntur, 104.

Gladius Dei quid sit, 18.

Gloriatio dupliciter excluſa intelligi potest per fidem. 181. Nemo gloriari potest coram Deo, 150.

Gog & Magog, verba Hebræa, Latine Tectum & Detectum, 123. Gog & Magog quidam Getas & Massagetas dixerunt, qui Ecclesiam vastabant cum scriberet auctor lib. De promiss. & prædict. 128.

Gratia proprie donum charitatis, 202. Gratia ante merita bona, 161. Quæ vera gratia Pelagianæ opposita, 246. Gratiæ gratuitæ exemplum in parvulis, 208. Quale adjutorium primo homini concessum in statu innocentiæ, 149. Sine gratia nullum prorsus sive cogitando, sive volendo, & amando, sive agendo faciunt homines bonum: non solum ut monstrante ipsa quid faciendum sit sciant, verum etiam ut præstante ipsa cum dilectione faciant quod faciunt, 142. Desiderare gratiam initium gratiæ est, 141. Gratiam ex meritis dari volebant Pelagiani gratiam destruentes, 153. Fidem quoque sibi tribuebant, qua filii Dei fieri meriti essent, *ibid.* Gratia Dei per Jesum Christum quænam sit, 142. Qui nondum agit, sive non faciendo omnino, sive ex charitate non faciendo, oret, ut quod nondum habet accipiat, *ibid.* V. Oratio. Divinæ gratiæ potentia & energia, 149. Ideo possunt homines, quia sic volunt; ideo sic volunt, quia Deus operatur ut velint, 150. Subventum est infirmitati voluntatis humanæ, ut divina gratia indeclinabiliter & insuperabiliter ageretur, *ibid.* Testimonia Scripturæ pro gratia, 159. Ex verbis Jeremiæ & Ezechielis probari gratiam gratuitam & efficacem, 160. Gratiæ ante & post lapsum datæ distinctio, 148. Majoribus nunc donis adjuvanda nostra infirmitas, 150. Gratia in Christo data longe potentior quam gratia primi hominis 149. Adjutorium duplex, aliud sine quo non fit aliquid, aliud quo fit, *ibid.* Exemplo alimenti & beatitudinis declaratur, *ibid.* Gratia est ante omne meritum, 311. Gratia in Christo claruit, 179. Gratia Dei in Apostolicis litteris legitur, in Propheticis autem scrutando cognoscitur, 257. Gratia indigno data, 174. Gratia novi testamenti charitas, non quælibet, sed *de corde puro &c.* 183. Gratia quænam in Ecclesia prædicetur, 12. Gratia Pelagiana in interiori & multiformi mentis illustratione, 199. De gratia nihil Pelagius profitetur, quod non possit intelligi de lege atque doctrina, 212. De gratia Christi quid sentiendum, 161. Gratiam secundum merita dari dicit Pelagius, 202. Gratiam in lege atque doctrina ponit Pelagius, 199. Gratia quam confiteri debet, ut sit Christianus, ea est qua non solum suadetur, sed persuadetur bonum, 245 Gratia gratuita, 204. Gratia novo Testamento promissa per prophetam, 183.

Gratiæ vis demonstratur, 154. Deus voluntatem in cordibus hominum operatur, *ibid.* Occultissima & efficacissima potestate Deus convertit hominis voluntatem, 155. Gratia proprie dicta donum caritatis, 246. Nos ambulamus, nos observamus, nos facimus, sed Deus facit ut ambulemus, ut observemus, ut faciamus. Hæc est gratia Dei, 160. Per gra-

gratiam & cognitio boni & delectatio, 180. Non tantum ad perfectionem boni sed etiam ad primum ejus initium hominem egere gratia Dei, 162. Gratiæ initium a fide, 209. Catechumeni credunt, & Cornelius credebat Deo, *ibid.* In quibusdam gratia fidei tanta est, ut sufficiat ad justificationem, in aliis tanta ut non sufficiat, nihil tamen horum sine gratia, *ibid.* Vis gratiæ, 154. Sine gratia nihil boni fieri posse quod ad veram pietatem veramque justitiam pertinet, confitendum, 202. Quid deprecemur Deum cum adjutorium ejus ad faciendam justitiam deprecamur, 180. Gratiæ nomine cur fatum a Catholicis asseri calumniantur, Pelagiani, 155. Gratia datur secundum Dei misericordissimam voluntatem, *ibid.*

H

HÆRESIS Pelagii & Cælestii ipsa fidei nostræ petit fundamenta, 203.

Hæretici omnes a consortio apostolorum alieni: non in Ecclesiis prædicant, sed in plateis, 124. Hæreticos qua ratione præfiguraverit corvus a Noe ex arca emissus, 66. Hæretici leprosis similes extra Ecclesiam mittuntur, 78. Hæretici omnes ostenduntur a Joanne in Epistola dum dicit, *non erant ex nobis*, &c. 124.

Hebdomades LXX. a reparato templo ad Christi nativitatem cucurrerunt, 109.

HEBER, *Genes.* 10. Solus linguam Hebræam retinet, 67.

Hebræus populus metu incolarum terræ promissionis alium a Moyse ducem eligere, & in Ægyptum redire statuens, illos significat, qui per baptismum liberati, metu dæmonum, desperantes erga se impleri promissa Dei, eligunt ad eum reverti cui renuntiaverunt, 89. Hebræi spernentes Samuelis ducatum: iidem postea Jesum Regem spernentes, 99. Hebræi spolia Ægyptiorum non furto abstulerunt, sed sibi pro mercede a Deo reddita, 80.

HERTUS Presbyter seductorem detinet & coercet, 125.

HERMES Trismegistus dolens futuram idolorum everionem, 121.

HEROS & LAZARUS Episcopi, 174.

HIERONYMUS LXXII. Hebdomadas Danielis magno ingenio & labore explicuit, 107.

HIRCANUS ultimus ex Machabæis dux & pontifex, 110.

Homicida. Non tantum qui gladio, verum etiam qui odio sæviunt, homicidæ sunt, 79.

Homo prævaricando creatori præjudicium inferre non potuit, 63. Idoneus potuit esse homo ad casum suum, non est idoneus ad resurrectionem, 261. Hominis sapientia vera quæ secundum Deum, 218. Hominis nomine carnales intelliguntur, 214.

HONORIUS Theodosii filius templa omnia cum adjacentibus spatiis Ecclesiis confert, simulacra confringi concedit, 120.

Humilitatis necessitas: & antithesis cum superbia, cujus effectus diversi enumerantur, 37. Humilitate sola Deo proximi efficimur, 237. Humilitate ad Christum acceditur, 260.

Hypocrisis sive simulatio virtutum nequior vitiis, 110.

I

JACOB an electus ex præscientia futuræ fidei, 210. An expræscientia futuræ voluntatis approbatus, 212. Dilexit in eo Deus non culpam quam delebat, sed gratiam quam donabat, 214. *Vide* Electio. Jacob Esau vestibus indutus & pellibus hæddorum manibus circumtectus Christum figurabat, qui similitudinem carnis peccati accepit, & legem veterem implendam suscepit, 72. Benedictio quam Isaac Jacob dedit Christo convenit, *ibid.* Claudicatio Jacob patriarchæ, 73. Jacob claudicans populum Hebræum significat per errores varios a Christo aberrantem, *ibid.* Jacob descendens in Ægyptum quid figuret, 77. Cujus posteritatis multiplicatio Christiani populi multiplicationem indigitat, *ibid.* Intentio Apostoli gratiam commendare in Jacob, 197. Scopus Apostoli in exemplo Jacob & Esau, 210.

Idolorum cultus pompa inanis describitur, 89. Idola subvertenda prænuntiantur in Deuteron. Isaia, Jeremia, Zacharia, Psalmo, Lucæ Evangelio, Paulo: immo & Sibylla, 120. Exempla subversionis idolorum, *ibid.*

Jejunium libenter suscipiendum, 23. Jejunia quadraginta dierum a Moyse, Elia & Salvatore consecratum, 67. Jejunio præferenda fratrum charitas, 33.

JEPHTE actio figurata, 95. Jephte votum temerarium, *ibid.*

JEREMIAS in utero sanctificatus, 177. Jeremiæ & Ezechielis prophetiæ quasi contrariæ implentur, dum Sedechias oculis effossis adducitur in Babyloniam, 105.

JERICO prima in civitatibus promissæ terræ, 91. Jericuntinorum murorum superba constructio, non humana, sed divina manu concussa intercidit, 92. Quid hujus urbis subversio docet, *ibid.*

JESUS latine est Salvator, 180. Jesus Nave jubente Deo dux populi effectus. Hunc decebat Dei populum in terram promissionis introducere, qui & nominis & rei sacramenta salutemque portaret, 91.

JEZABEL uxor Achab regis incomprehensibili judicio Dei quo datur potestas malis, prophetas Domini occidit, 102.

Ignorantia non est justa excusatio, 195. Petrus peccata ignorantia commissa dum passionem Christo prædicenti contradiceret, & postea præsumeret, respectus atque compunctus omnia flendo delevit, 86. Ipsa ignorantia in eis qui intelligere noluerunt, sine dubitatione peccatum est; in eis autem qui non potuerunt, pœna peccati, 195.

Imaginem Dei in homine peccatum delevit, instaurat gratia, 183. Imago Dei non omnino deleta in infidelibus, *ibid.*

Imitatio. Non Adam imitari debemus, sed Christum, 31. Quid sit Christum imitari, *ibid.* Non sola imitatio Christi justos facit, sed gratia, 176.

Immortalitatis & beatitudinis appetitus naturalis, 164. Immortales esse omnes volunt, sed quia multi immortales se esse posse desperant, non credendo quod possint, non ita vivunt ut possint, 218.

Incarnatio Verbi, 148.

Impietatem odit Deus, & in aliis eam punit per damnationem, in aliis adimit per justificationem, 214.

Impudicitia concupiscentiæ usus malus, pudicitia virginalis nullus usus, 167.

Indulgentia Dei & gratia gratuita magis elucet in infantibus regeneratis, 188. Infantes vitam æternam scientes accipiunt, ejus muneris merito, quod hic cum profuit nescierunt, *ibid.*

Infans in utero matris non est pars corporis matris, 170. De nece infantium pro Christo, Jeremias, David, Matthæus, Joannes in Apocalypsi, Maro, 117. Hos etiam a nolente Jerusalem Christus suo numero sociavit, *ibid.* Christus etiam infantium Salvator & Redemtor, 178.

Inferni tristis status, 43.

Infidelitas in infantem trajicitur, 171.

Infidelium opera non sunt virtutes, 35. Pelagianorum objectiones pro virtutibus infidelium, 166. Bona opera quæ faciunt infideles esse Dei dona, 166. Ipsorum vero peccata quibus bona male faciunt, *ibid.* Quantulacumque opera non invenirentur in infidelibus, nisi ex reliquiis imaginis Dei, 183.

Infirmos blanda pietate Deo lucrandos, 24. Exemplo Christi infirmi sustinendi nobis qui aut ipsi infirmi sumus, aut infirmari possumus, *ibid.*

Ingrati & perseverantes in lepra in castris Dominicis non suscipiuntur, 87.

Incorruptio & immortalitas communis erit corporibus justorum & iniquorum, ut nec beati præmium finiant, nec damnati supplicium, 10.

Inimici. Non hoc orandum ut moriantur inimici, sed ut corrigantur, 239.

Qui inimici sint adversus quos nobis est lucta, 255. 266. Diabolus qui Judam implevit est a quo eripi precatur David, 265. Hunc patiebatur, visum, illum expugnabat non visum, *ibid.*

Iniquitas omnis parva magnave sit, puniatur necesse est, 244. Puniatur ab homine pœnitente, ne puniatur a Deo vindicante, *ibid.*

Iniqui tenebræ, 265.

Injuste nihil accidit respectu Dei, 53.

Injustitiæ duo genera, 50.

Insana dicens & ridens, phrenetico similis, 166.

Instruendi & corripiendi auditores, sive proficiant sive non, 18.

Intellectus viro comparatur, 250. Animam habere & intellectum non habere, id est, non adhibere, nec secundum eum vivere, bestialis est vita, *ibid.* Non fides ex intellectu, sed ex fide intellectus, 161. Per fidem ad intellectum pervenitur, 177. Nolle intelligere est nolle credere, *ibid.* Scriptura culpat non intelligere quod intelligendum est, & non meminisse quod memoria retinendum est, quod homines suæ culpæ deputari nolunt, 257.

Intrare per Christum quid sit, 240.

Invidia de superbiæ fonte manavit in diabolo, a quo primo processit, 41. Non superbia ex invidia, sed e contra, *ibid.* Invidiæ pernicies, 38. Huic ab homine non potest adhiberi remedium, cujus est vulnus occultum, *ibid.* Qui homines invidiæ malo laborent, 41. Invidos bona puniunt aliena, *ibid.* Status miserabilis invidorum, qui in bono fiunt mali, *ibid.*

Invidorum status, *ibid.*

Invitus facere quomodo quis dicitur, 185.

In-

Invocare. Qui sint qui Deum invocant in veritate, 234. Hos exaudit Deus, *ibid.* Qui Deum ipsum, a quo accepit de quibus gaudet præponit his omnibus, ipse invocat Deum in veritate, *ibid.*

JOANNES-BAPTISTA. De eo testimonia Isaiæ, & Joannis Evangelistæ, & Petri, 112. In Joanne lex omnis & prophetia cessavit, 111.

JOANNES Episcopus Jerosolymitanus, 174.

JOB ex semine Esau fortissimus athleta Dei in exemplum omnis patientiæ productus, 72. Job cum a muliere impugnaretur, primi hominis recordatus Evam novam, & in illa diabolum inimicum paucis verbis expugnat, 72. Job patientiæ exemplum, *ibid.* Job justus figura conversionis futuræ gentium, 73.

JONAS in ventre bestiæ orans, & exauditus, 261.

JOSEPH typum Christi gerebat in Ægypto, 74. Joseph e carcere liberatus Christum resurgentem significat, Pharaoni præsentatus mundo prædicatum, &c. 75. Joseph & Benjamin filiorum Jacob omnis actio Christum sonat & Ecclesiam, 73. In somnio Joseph Christus adorandus & Ecclesia fidem amplexura notatur, 74. Joseph detrusus in carcerem, carcerisque custos factus, Christi patientis figura: & duo spadones Pharaonis, duorum latronum cum Christo crucifixorum, 75.

JOSEPHI historia, 110.

JOSUE nomini recte etiam terrena hereditas distribuenda servata est, cum Jesum sonaret, 90. Josue omnes gentes terræ Chanaam expugnans, Jesus expugnans omnia vitia, 92. Josue congruebat ut populum induceret in terram promissionis, 91.

Ira Nulli irascenti ira sua videtur injustia, 249. Ira inveterascens fit odium, *ibid.* Melius non irascimur nec juste cuiquam, quam velut juste irascendo in odium delabimur, *ibid.*

ISAAC risus, 69. Isaac filius Abrahæ inusitato ordine natus, signum divini operis, non humani, 196.

Israelitas non esse furatos Ægyptiorum thesauros, 80.

JUDAS Patriarcha, ex quo Judæi dicti, 73.

JUDAS primus inter judices: Christus de tribu Juda judex omnium, 93.

JUDAS Machabæus propter veram vitam & alios in bello mortuos sacrificium offerri voluit: mortis contemptum inculcans, 110.

JUDAS traditor ostenditur discipulis. David Zacharias, Evangelia, Sibylla quoque, 115. Judas omnia non ita reliquerat, ut sinceriter abrumperet vinculum cupiditatis, 258.

JUDÆI nuncupati tamquam portantes vel sequentes jus Dei, 81. Judæi fallentes semetipsos prophetata de Christo ad regnum suorum personas referunt: Danielis prophetiæ cedere coguntur, 107. Judæi Christum repudiantes & Barabbam dimitti poscentes manna sanctum repudiaverunt, & velut porros, cepas, & alium, Ægyptiacas escas desiderarunt, 88. Judæis murmurantibus, carnes divina majestas exhibuit: non quæ reficerent, sed quæ potius vexarent comedentes, *ibid.* Judæorum errorem confutaturus Daniel scripsit de Hebdomadibus LXXII. 107. Hi cum exspectent Christum, crediturі sunt Anti-Christo, ut Jesus dicit, *Joan.* 5. 43. *ibid.* Evangelii gratiam suis meritis debitam, nec Gentibus, nisi suscipierent sacramenta legis, dandam esse credebant Judæi, 209. Judæos dispersos non credimus, sed videmus, 96.

Judicium. In judicio nec ad sanctos erit refugium his qui eorum exempla & verba despexerint, nec ulla excusatio, 43. Formam hominis, non Dei in Christo videbunt impii in judicio, 256. In judicio coronabit Deus in miseratione & misericordia, sed etiam sic secundum opera, 187. Quam sit metuendum, 44. Judicium ultimum adstruitur ex David, Evangelio, Paulo, & Apocalypsi Joannis: immo & Sibylla, 130. In judicio Dei miseratio & misericordia, 187.

Judicia Dei occulta, 170. Exempla quædam obstupendorum judiciorum Dei, 145. Cum inscrutabilia sint judicia Dei, teneat homo non esse iniquitatem apud Deum, sed qua æquitate cujus vult miseretur, & quem vult obdurat, se tamquam hominem ignorare fateatur, 190.

JUDITH. Ecclesiæ figura, quæ & ipsa missa in vulnera capitis inimicorum nostrorum, non pepercit animæ suæ in Martyribus sanctis, 109.

Jugum grave filiorum Adam, & jugum suave filiorum Dei, 170.

Justificari est justum fieri, 182. aliquando justum haberi seu deputari, *ibid.*

Justificationis misericordiam quibusdam non esse præbendam æquissime judicat Deus, 213. Quomodo omnes justificari dicantur in Christo, 171. Justificatio in fide & operibus sita est, 16. Non plures justificantur, quam condemnantur, 176. Recte vivere & bene operari, nisi justificatus ex fide nemo potest, 216.

Justi in hac vita aliquoties aut suo peccato cedunt, aut alieno consentiunt, 53. Justis quæ caussa timendi, 205. Antiqui justi per fidem Christi incarnationis salvati, 209. Factores legis non per opera, sed per gratiam justificantur, 182.

Justitia est virtus socialis, quæ beneficiis quæ præstat augetur, 52. Justitia ex Deo, justitia ex lege, 200. Justitia ex dono Dei, 183. Justitia ex fide, & tamen gratuita, 188.

Justitiæ erat damnari omnes, 204. Quæ sit justitia Dei, 186. Deus non sic modo longanimis in sustinendo, ut numquam iustus in vindicando, 233. Cur alii convertantur, alii pro aversione sua puniantur, consilium est justitiæ occultioris penes Deum, 180. Justitiæ supernæ quædam vestigia impressa tenenda sunt in contractibus humanis, 213.

JULIANUS Episcopus ad quem diriguntur libri tres de Vita contemplativa, 7. Hoc promotore libri illi susceptі, *ibid.*

L

LABORIOSAM omnibus esse hanc vitam peccati merito, 65.

Languores vetustatis perseverante intentione proficiendi de die in diem decrescente vetustate senantur, 187.

Lapis magnes ferream machinam suspensam tenens, 120.

Lapides appellantur *Luc.* 19. 48. lapideos deos colentes, 71. Duo lapides in humeris sacerdotis, duo præcepta sunt dilectionis Dei & proximi, quibus duodecim tribuum sculpta nomina, duodecim discipulos designant, quos Sacerdos noster in humeris perfecta dilectione portavit, 85.

Latinas vera, quæ breviter & aperte, observata dumtaxat usitatorum verborum proprietate, res intelligendas enuntiat, non quæ vernantis eloquii venustate luxuriat, 56.

Latronis in cruce justificatio per fidem nullis præcedentibus meritis, 215.

Laus Dei. Deus semper laudandus, & in donis & in flagellis, 266. Deus vita semper laudandus, *ibid.*

Lex divina speculum non celans pulcritudines aut fœditates quorumcumque, 101. Lex justificationem non efficiebat, sed prævaricationem, 183. Legitimus legis usus, 141. Legis veteris & novæ mandata comparantur, 83. Legem fieri anturaliter, idem quod secundum naturam gratia reparatam, 248. Quæ sunt apud Apostolum gentes naturaliter quæ legis sunt facientes, 165.

LEO Papa Manichæos subvertit, & contrivit Pelagianos, & maxime Julianum, 125. Leonis Papæ Epistola ad Aquilejensem Episcopum de Pelagianis, 151. Hoc velamento domos adeunt & multorum corda corrumpunt, *ibid.* Leonis Papæ Epistola de Pelagianis, *ibid.*

Lepra in veteri Lege quid significaret, 86.

Leprosi decem, *Luc.* 17. 87. Unus ex decem leprosis gratias egit, quia unitas cognoscit non in se, sed in Domino gloriandum, *ibid.*

Levi. Tribus Levi ex Moysis præcepto non parcentes propinquis suis, tales discipulos Christi futuros ostendit: quod sancti fecere Martyres, 86.

Liberalitas, 50. 51.

Liber Pelagii a Jacob & Timasio acceptus, cui respondit Augustinus lib. de Nat. & gratia, 172.

Libri quidam Scripturæ aut librorum partes antiquitus ab adolescentibus legi prohibebantur, cur, 39. In his tamen licet secundum historiam facta credantur, virtutes figurantur, *ibid.*

Librorum de Vita contemplativa argumentum omne paucis verbis perstringitur, 7.

Liberum arbitrium media vis, 186. Deus naturam intellectualem condidit cum libero arbitrio, etsi præsciret quosdam per elationem peccaturos, 217. Liberum arbitrium unde liberum in bono, 154. In malo liberum unde, *ibid.* Paulus liberum arbitrium ostendit cum monet ne in vacuum gratia Dei suscipiatur, & in se vacuam non fuisse dicit, 141. nec tamen laborem suum sibi ausus est arrogare, *ibid.* Præcepto liberum arbitrium, oratione auxilium gratiæ necessarium ostenditur, 117. Deo volenti salvum facere nullum hominum resistit arbitrium, 152. Fides catholica de libero arbitrio, 141. Liberi arbitrii elatus assertor Pelagius, 201. Liberi arbitrii defensores, immo deceptores, quia inflatores, 193. Liberum arbitrium & gratiam Dei conciliandi difficultas, 203.

Libertas voluntatis quatenus secundum gratiam defenditur, 145. Cor Deus Angelos & hominem libero arbitrio permisit, 148. Sufficit ad malum, ad bonum autem parum est, nisi adjuvetur ab omnipotenti bono, 149.

Locus. non est ullus ulli medius locus, ut possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo, 178.

Lucta cum carne in hac vita non definit, sed ex triumphorum multitudine animus roboratur, 40. Lucta Jacob & Esau in utero matris signum fuit rerum magnarum, quia non fuit arbitrium, sed prodigium, 189. Tales motus non a parvulis, sed de parvulis facti, *ibid.*

Luna in Scripturis Ecclesiam significat, 74.

M

MACHABEI post captivitatem Babyloniæ duces populi, virtute sua Macedonibus, Ægyptiis & Romanis confœderati, 110. Machabæorum mater præclara femina septem filios non huic mundo, sed ipsi peperit cælo, magnum exemplum præbens, *ibid.* Ipsa statim secutura filios præmisit ad vitam veram, *ibid.* Machabæorum laus, *ibid. & seq.*

MAGI offerunt Christo aurum, ut Regi, thus ut Sacerdoti, myrrham ut morituro pro nobis, 113.

Mali. Tolerandi mali a bonis, 238. Deus utitur cordibus etiam malorum ad laudem atque adjumentum bonorum, 198.

Malitia. Si non potest homo non habere malitiam, vel oderit illam, 238.

Malogranata in veste pontificis, omnis Ecclesia per mundum connexos continens populos in vinculo pacis & gratiæ, quos unum tegmen operit charitatis, 85.

Mandatorum decem distributio, 78. 79. Custodia illorum mors æterna effugietur, 64.

Manna cur cum mensura certa sumi debuerit, 81. Manna quo sub certa mensura diurna populus vescebatur, quam si quis excederet vermibus corrumpebatur, avaritiam & intemperantiam damnat, 81.

MARIAE virginalis uterus per portam Orientalem semper clausam ostenditur in Ezech. 44. 108.

MARONIS testimonium de Christo nato ex Virgine, 113.

Martyres semel baptismo in Christi sanguine tinguntur, atque suo cruore denuo sunt retincti: sic & ipse tinctus est semel in Jordane, iterum in passione: utrumque cocco bis tincto designatur, 84. Martyrum corpora ut hydriæ Gedeonis illisa fugavere inimicos, 94.

Massa ex qua eliguntur homines quidam, non media, sed tota damnata, 190. Homines omnes una massa peccati, 213. peccatorum & impiorum una est massa, in qua & Judæi & Gentes, 215. Ex massa damnata si nullus liberaretur, justum Dei judicium nemo juste reprehenderet, 148.

MASSA Martyrum candida, 266.

Medicum spiritalem quinam adeant, 42.

Membrorum concordia symbolum charitatis, 215.

Mendacium. Laborant homines loqui mendacium, nam veritatem tota facilitate loquerentur, 232.

Mens unde fit sordida, 38.

Mensa & ara Tabernaculi, Crux Christi, 84. Mensam Christi a regibus, mediocribus, & pauperibus circumdari: Isaias, David, Salomon, Evangelium, Paulus. Quibus verba Sibyllæ conveniunt, 121. Maronis dictum applicatur, 122.

Mensura geometrica quanta sit, 65.

Mercedem spectabat Abraham Deum sequens, 68.

Meritum comparatur per charitatem quam diffundit in cordibus nostris Spritus-sanctus, 44. Merita non præcedunt gratiam, 246. Nullum meritum ante gratiam, cum omne bonum meritum non in nobis faciat nisi gratia, 193. Deus cum coronat merita nostra, nil aliud coronat quam munera sua, *ibid.* Ante gratiam merita non bona, sed mala, 188. Merita Dei dona, 233. Charitas, in qua omnia bona facimus, & ipsa vita æterna, totum de misericordia, *ibid.* Qui suspicantur aliqua merita ante gratiam, non intelligunt se negare gratiam, 208. Ipsum hominis meritum donum est gratuitum, 188. Gratia est omne meritum electis, 144. Merita non præcedunt gratiam, 202. Meritis malis redduntur bona munera, 160.

MICHAEL & angeli ejus cum dracone pugnantes ostensi Danieli & Joanni, ita ut 490. anni ibi dicti currant ab adventu Salvatoris, usque in solutionem diaboli, 124.

Mille generationes, *Ps.* 104. v. 8. nec æternum aliquid videntur significare, & totum tempus ab Adam, usque in finem mundi designant, 256.

Miracula. An Christus majora per Apostolos quam per seipsum fecerit, 103. Miracula Christi: ex Isaia, Marco, & Petro, 114. Miracula Christus nondum natus de Maria fecit, & in ipsius virtute omnes qui fecerunt, 240. Spiritus Eliæ duplex in Elisæo, Christus ampliora per discipulos fecit quam fecerat per seipsum, omnia tamen idem ipse fecit, qui eis faciendi tribuit potestatem, 103. Miracula quidam exigunt ab iis qui profecerunt in Ecclesia, 262. Aliqui proficientium putant se ad Deum non pertinere si non fecerint, *ibid.*

Misericordia & veritas sæpissime junctæ in Scriptura: aliquando tamen mutatis nominibus, 180. Etiam in judicio necessaria nobis erit misericordia Dei, 151. Misericordia in extremo judicio pro bonorum operum meritis justo judicio piis retribuetur: nunc vero non ita, *ibid.* Deus nullius frustra miseretur, 212. *& seq.* In omnibus quæ quisque agit secundum Deum, misericordia ejus prævenit eum: quod nolebant pelagiani, 159.

Misericordia non semper bona, 166. Anima misericors fœneratur Deum, dum dat in necessitate, sibi consulit ad salutem, 105.

Monachus seductor falsa fingens miracula detectus & fugatus Carthagine, 125. In Asia quoque ab eodem aut alio talia perpetrata, *ibid.*

Mors corporis, pœna peccati est, 64. Mors corporis perpetuæ mortis figura, 64. Mors electorum qua eor sursum ponitur, 254. Quomodo valida ut mors dilectio, *ibid.* Mors peccatorum quælibet pessima 237. Exemplum in divite & paupere de quibus, *Luc.* 16. 19. *ibid.* Unde mors judicanda *ibid.* Mors æterna non evaditur, nisi prius hic a peccato resurgatur, 64.

Mortui quibus mirabilia Christi non profuerunt, non carne sed corde mortui, & non prædestinari, 239. Utrum & quatenus, vel quomodo ea quæ circa nos aguntur, noverint spiritus mortuorum quæstio difficilis, 258. Ipsis esse aliquam curam de nobis ex Evangelio intelligitur, *ibid.*

Mortificatio in quo sita sit, 32. & quo usque extendatur, *ibid.* Inutilia opera mortificationis, si vel ex vanitate suscipiantur, aut interna vitia non reprimantur, 42. Tunc prodest mortificatio corporum, si carnalibus vitiis absoluti, sanctis virtutibus floreamus, 34.

Novus typum Christi gessit, 77. 78. Et quomodo hoc, *ibid.* Proximus morti quid in figuram fecerit, 91. Moyses Hebræos altercantes reconciliare volens & ab his repulsus, Christus a Judæis rejectus, 77. Moysis manus in sinum missa & producta nivi similis apparens, oratione Christi pro nobis nostra peccata purgari signat, 78. Moysis diffidentia Deum offendit: & in pœnam populum in terram promissionis non introduxit, 90. Moyses extensis manibus orans Crucifixi instar expressit, cui signo inimica potestas non poterit obviare, immo omnis aufugiet, si spes pugnantis ex manibus Crucifixi pendeat, 81.

Mulier & bestia a qua portatur, *Apocal.* 17. 1. *& seq.* 125. Ejus pœna, *ibid.*

Multi. Quos multos appellet Apostolus cum ait, *Peccatores constituti sunt multi*, 171.

Mundus diligi non debet, 46. Cujus mundi rectores dæmones, 265. 266. Doctrina hujus mundi dum deponit superbiam ad Christum descendens. Ecclesiæ, quæ filia Christi, efficitur mater, 77.

Musicum organum ex Apostolis & doctoribus Ecclesiarum, quod Spiritus-sanctus tangit, 133.

Mysterium. Quæ celantur aut in magno aguntur mysterio, aut intentio cordis extenditur in Deum, ut avidius nosse quærat, 104.

N

NATIVITATIS Christi pax & salus, ex Isaia, Luca, Christo apud Joannem, Paulo, & Marone, 113.

Natura. Status quem assequetur beata in cœlis, 9. Omnis natura hominis dominatu animæ & famulatu corporis temperata est, 215. Naturam humanam depravatam fuisse cito post peccatum est declaratum, 55. Legem fieri naturaliter, idem quod secundum naturam gratia reparatam, 183. 248. Etsi Apostolus illic de infidelibus intelligatur, non tollitur data differentia novi testamenti, 183.

Necessitas peccandi jam facta plerumque nos peccare cogit, 36.

Negotiis hominum quædam divinæ justitiæ imago impressa est, 213.

NERONEM quidam Antichristum intelligi volunt, 126. Sive ipsius formam & speciem corporis sumat, sive in alterius specie appareat Antichristus, Neronis spurcitiam sævitiamque habiturum Daniel testatur, *ibid.* Mores Antichristi ex Daniele, *ibid.* Ex Judæis de tribu Dan veniet, ex prophetica benedictione Dan Jacob patriarchæ, *ibid.*

NESTORIANORUM hæresis, 148.

NOSTRIANUS Episcopus, 125.

Nocere. Duobus modis nocet homo, aut faciendo miserum, aut deserendo miserum, 229. Nec est innocens qui sibi nocent, *ibid.* Sibi prius nocet, qui vult aliis nocere, *ibid.*

Nox multiplex in qua David memor fuerat nominis Dei, 259. In qualibet nocte memor esse homo debet nominis Dei, *ibid.*

Nubere velle non pro magno habendum, 206. Nec tamen ibi prodest aliquid velle, nisi Deus marem feminamque conjungat, *ibid.*

Numeris. Quaternarius numerus perfectioni sacratus, 48. Numeri quinarii perfectio & consecratio, 66. Numeri senarii consecratio, *ibid.*

O

OBDURATIONIS meritum invenitur, 193. Non obdurat Deus impertiendo malitiam, sed non impertiendo misericordiam, 192. Misericordiæ non invenitur meritum, *ibid.*

Obedientia Abrahæ Christianis imitanda, 70.

Obscura. In obscuris quæstionibus, de intellectis Deo gratiæ agendæ, de nondum intellectis, pax & caritas servanda, & petenda a Deo intelligentia, 207. Monitum est Apostoli, *Philip.* 3. 15. & 16. *ibid.*

Oculos corporeos beatorum nihil corporale latebit, 13. Oculus intentio est operantis, 166. Ante oculos habere, diligere, 230.

Odores ipsi quoque animæ nocent, 39.

Odor bonus fama bona, 252. Bonus odor Christi boni sunt, aliis in vitam aliis in mortem, 253. Qui sint quos bonus odor occidit, *ibid.*

Offerre. Quæcumque Deo offerri possunt a Deo data, etiam fides, spes & caritas, 244. Cetera potest inimicus auferre invito, hoc auferre non potest nisi volenti, *ibid.*

Officia Ecclesiastica. Qui se impares administrandis officiis Ecclesiasticis norunt, juste non se offerunt, 52.

Omnis. Quomodo omnis Israel salvus fiet, 119. Quomodo Deus illuminet omnem hominem venientem in mundum, 178. In Græco potest intelligi lumen ipsum veniens in hunc mundum quod illuminat omnem hominem, *ibid.* Quomodo & omnes per Adam peccatores, & omnes per Adam juisti, 176. Quomodo omnes per Adam ad condemnationem, & omnes per Christum ad justificationem, 179. Quomodo omnes ad justificationem venire dicantur, 209. Excutitur dictum Apostoli, *Qui vult omnes homines salvos fieri*, 219. Quo sensu Deus omnes velit salvos fieri, 207. Interpretatio loci Apostoli, *Qui vult omnes homines salvos fieri*, 153. Omnes quomodo per Christum justificantur, 204.

Omnipotenti medico nihil insanabile, 244. Etiam nolentes curari adtrahit præveniendo, *ibid.*

Opera bona gratiam non præcedunt, sed consequuntur, 209. Operum bonorum necessitas, 237. Opera ex gratia, non ex operibus gratia, 188. Opera infidelium, 173. Fides initium unde bona opera incipiunt, *ibid.*

Operari. Deus velle & operari operatur, 142.

Opprimere. Quodammodo opprimimus quando oppressos eum defendere possumus, contemnimus, 50.

Oratio necessaria his qui gratia non aguntur, 50. Qui orationem suam tepidam, frigidam, & pene nullam dolet, jam orat, 216. Impium est ea desiderari vel peti a Deo quæ sunt animæ perniciosa, & maxime quod cum murmure postulatur, 88. Hoc desiderio Deus offenditur, *ibid.* Omnis fidelis multa deprecatur secundum sæculum, & non exauditur, ad vitam æternam semper exauditur, 245. Sola vita æterna secure petitur, quia aliquando accipietur, *ibid.* Oratione commendamus Deo etiam fidem nostram, 173. Deus non exaudit ad præsentem voluntatem, exaudiendo ad futuram sanitatem, 234.

Orat & oratur Christus, 233. Quomodo Spiritus sanctus interpellet pro nobis, 193. Non spiritus noster interpellare intelligendus est, *Rom.* 3. 26. *ibid.* Christus carnem portans oravit, 233. Semper orandum, *ibid.*

Oratio continua, 238.

Ordo dilectionis, 46.

ORIGENES multa de lepræ mundatione differuit: & quæ recta fide sensit, Christo consignavit, 87.

Originalis peccati transfusio probatur, 64. Originalis peccati propagatio, 36. Originalis peccati pœnæ, mors, sterilitas terræ, labores, 65. Arbitrium voluntatis cum gratia commendatur, 174.

OROSIUS Presbyter, 174.

OSEE prophetæ conjugium, 92. Osee propheta jubetur mulierem accipere fornicariam, ut sit jam uxor, quæ paulo ante fuerat meretrix, *ibid.* Ecclesia virgo & mater filiorum fecunditate lactans, 92.

Ostium arcæ Noe figura erat confossi lateris Christi, 66.

Otium sanctum contemplationis, in quo exercetur animæ negotium, 12. Otium studiosum & spiritalis occupatio, 52.

P

PÆNITENTIA impiorum post judicium infructuosa, 150. Nisi Deus dederit, nemo agit pœnitentiam, 169.

Populum Hebræum post eremum & Marath aquam amaram victrix palma suscepit: populum Christianum significans statim ut amarum passionis poculum biberit, omni amaritudine liberandum; 80.

Parentes primi similitudinem Dei appetierunt, 30. Qui non venerantur parentes, canibus fiunt similes, neque talibus sanctum dandum Dominus in Evangelio dicit, 79.

Parsimonia non rerum usum sed delectationem interdicit, 33.

Parvuli inobedientiæ filii quæ movetur in membris repugnans legi mentis, 180. parvuli non baptizati ubi futuri, 178. parvulorum quoque Salvator Christus, 180. parvulorum moriturum opera futura Deus prævidere non potuit, 119.

PASCHA, transitus 80. In hoc omnis actio fidei nostræ, passionisque Dominicæ agitur sacramentum, *ibid.*

Pastoris anxia sollicitudo, 32.

PATER adjuvat Filium in quantum Deus hominem, propter formam servi, cui homini Deus, & cui formæ servi etiam Dominus est pater, 258.

Patientiæ humilis Jobi pietas omnem molestiam superbiæ debellavit, 173. Salus expectanda a Deo cum patientia, 248. Cœlestis medicus venit non solum fovere, sed & secare & urere, *ibid.* Non minor habeatur patientia sub homine, *ibid.* patientia non sub Deo curante, quam quælibet est laudanda, 49.

PATROCLUS Episcopus, 171.

PAULUS in eadem descriptione natus qua Christus ostenditur ex verbis ejus. *Act.* 22. 26. *Ego autem natus sum* Romanus 111. paulus electus a Deo per Aaron significatus, 78. paulo post revelationes necessarius angelus satanæ, quo colaphizante reprimeretur elatio, 200. paulus orans ut auferretur a se angelus satanæ, cur non exauditus, 263. paulus apostolus quomodo virtutes & gratias omnes habuerit, 173. 174. plures & ampliores in Christo, *ibid.* paulus multis locis fidei gratiam præponit operibus, non ut opera exstinguat, sed ut ostendat non esse opera præcedentia gratiam, 209. paulus architectus noster Arcæ figuratam fabricam ad Ecclesiam refert, 66.

Præmia in cœlis erunt inæqualia, 10.

Peccatum est hominis inordinatio atque perversitas, 215. peccatorum caussæ, 36. peccatum peccato tollitur, 205. peccatum primorum parentum qui sit admissum, 30. Neminem a Deo puniri propter mala opera quæ præsciatur commissurus si vixisset, 197. Cur Scriptura inexcusabiles dicat qui scientes peccant, 195. peccata ignorantiæ & negligentiæ, 257. peccatum impunitum esse non potest, 244. Homines perversi falso jactitabant paulum dicere, *Faciamus mala, ut veniant bona*, 208. Quolibet modo ab homine peccetur, voluntate peccatur, 154.

Posse non peccare & non posse peccare qui differant, 149. Angeli beati pro merito permansionis suæ acceperunt non posse peccare, 149. Et accepturus erat homo si stetisset, *ibid.* Nihil sic a peccato servat, sicut timor supplicii & amor Dei, 43. Non eo modo jam possumus peccato resistere, quo Adam in natura sana potuit, 37. peccati excusatio a primis parentibus, 64. In corruptione nostra omnes peccatorum caussas habemus, 37. peccata aliena impatienter ferunt qui sua non cogitant, 24. peccata aliena non debemus facile accusare, sed gemere, *ibid.* peccata ignorantiæ & scientiæ distinguuntur in sacrificiis veteribus, 86. peccatum nullum sine superbia admittitur, 36.

Peccatum originale. Quomodo in utero baptizatæ formetur homo futurus sub diabolo, 170.

Peccatum aliud parvum, aliud magnum, 25. peccata venialia, 183. peccata quædam pœnas esse aliorum peccatorum, 207.

Peccatores omnes non eodem modo tractandi, sed alii portandi, alii castigandi, 20. peccatores tenebræ non sunt natura, sed voluntate, 266. peccatorum supplicia, quid Deus donet electis ostendunt, 215. Ita debent peccatores omnes diverso modo curari, ut sub ope Christi nullius salus in hac vita debeat desperari, 21.

PELAGIUS monachus, 174. pelagius in judicio Diospolitano anathematizavit eos qui dicerent gratiam secundum merita dari; sed nihil aliud in posterioribus ejus disputationibus invenitur, 192. pelagius in Synodo Diospolitana quomodo absolutus, 181. pelagii Epistola ad Demetriadem, 200. pelagius in judicio Palestino negavit se dicere, gratiam secundum merita nostra dari, 154. Quod tamen postea in libris defendit, *ibid.* pelagii expositiones epistolæ pauli ad Romanos, 174. pelagius debet perversam pauli expositionem aut suam negare, aut emendare, *ibid.* pelagius tria esse dicit quibus mandata explentur, possibilitatem, voluntatem, & actionem: possibilitatem, datam confitetur a Deo, duo reliqua non esse asserit, 198. Discipuli pelagii ex parte a præceptoris doctrina recedunt, 157.

Pelagiani non defensores, sed præcipitatores liberii arbitrii, 154. pelagiani non tam contra Manichæos defendunt, quam contra catholicos extollunt liberum arbitrium dum laudant illud, 159. pelagiani convincuntur in parvulis geminis, uno post baptisma, altero sine baptismatis gratia mortuo, 157. pelagiani gratiam sine meritis naturam humanam esse dicunt, 192. Quomodo pelagiani recipiendi, 175. Versutia pelagianorum, *ibid.*

Pellis morticina homo superbiens, 160.

Perfectio hujus vitæ non est perfectio, si comparetur cum perfectione alterius vitæ, 12. & in quo utraque differat, *ibid.* &c. Perfectio vitæ contemplativæ, quæ hic haberi potest perfectioni futuræ comparari non potest, 11. In quo differat utraque, *ibid.* Ut ex omni parte perfecti simus vult Deus, & nobiscum agit, non solum præceptis, sacramentis, exemplis, sed etiam per Spiritum sanctum diffusa caritate, donec perfecta sanitate Deus sicuti est a nobis videatur, 206.

Persecutiones decem ab Orosio numerantur, plures ab Augusto, 120. Persecutio apud Persas tempore auctoris lib. de Prom. & Præd. *ibid.* Qui defecerunt in persecutionibus, 259. Vivi absorpti qui scientes persecutoribus cesserunt, 261.

Perseverantia donum Dei, 143. Etsi perseverantia sit a Deo, non negligenda correptio ejus qui non perseveraverit, *ibid.* Perseverantia petitur in oratione Dominica, 144. Perseverantia datur filiis Dei, 146. Deus perseverare facit prædestinatos, 150. Perseverantia datur prædestinatis, 146. Perseverantiæ adjutorium quale primo homini datum, quale nunc datur prædestinatis, 149. Quale nunc donum perseverantiæ datur electis, 150. An rogante Christo ne deficeret fides Petri, defectura fuisset, si Petrus eam deficere voluisset, 145. Quicumque non perseverant, non sunt a massa perditionis prædestinatione discreti, *ibid.* Reprobi quidam veram habent ad tempus justitiam, etiam si non in ea perseverant, 146.

Perseverantia in fide donum Dei, 151.

Petra in deserto aquas proferens, Christus est ex Apostolo, 1. Cor. 10. quæ percussa in cruce sanguinem produxit & aquam, quibus sobrie inebriamur, 81.

Petrus de se nimium præsumsit, 147. Quibus oculis Christus Petrum respexerit, 203.

Pietas. Qui veræ pietatis est plus intendit in ea in quibus sibi displicet, quam in ea, si qua in illo sunt, quæ non tam ipsi, quam veritati placent, 217.

Piscis nomen. Ἰχθὺς Jesus Christus Dei Filius Salvator, 110.

Pisces post Resurrectionem Domini jussione capti, sancti omnes ex omni gente numero sibi soli cognito congregati, 132.

Philosophi hujus mundi res suas abjicere potuerunt, nec tamen secundum Deum vixerunt, quia voluntatibus propriis non renuntiarunt, 30. Omnis Philosophia Christianæ cessit doctrinæ, quam illa utiliter expugnans inimicorum jaculis destruxit inimicos: sicut Moises ab Ægyptiis eruditus, illico expugnavit Ægyptios, 77.

Plagæ 10. Ægypti præceptis decem comparatur, 79. Corrupti mores Ægyptiorum corruptum aquæ elementum habere meruerunt, *ibid.*

Plato mundum finem habiturum docuit, 122.

Pœna justa tale vitium, ut jam molestum sit obedire justitiæ, 180.

Pollutio hominis dormientis non est ei culpa, 39.

Populus Hebræus primitivus inter populos, 67.

Possessiones Ecclesiæ non sunt res mundi sed Dei, 29. Ut sacræ sunt habendæ, *ibid.* Quomodo his uti debeant sacerdotes, *ibid.* Hoc est possidendo contemnere, non sibi sed aliis possidere, nec habendi cupiditate ambire, sed pietate subveniendi suscipere, 26.

Potestas est ubi adjacet voluntati facultas, 185. Quisque in potestate habere dicitur, quod si vult facit, si non vult non facit, *ibid.* Omnis potestas, sed non omnis voluntas a Deo, *ibid.*

Præadamitarum error exploditur, 240. Acutissimum Philosophorum quorumdam in hanc rem argumentum etsi ratio refutare non posset, fides irridere deberet, *ibid.* Deus non ex nobis cogitandus, *ibid.*

Pontifices sancti non inflantur quia hic fidelium sunt capita, sed lætantur quia aliquando Christi clariora futuri sunt membra, 14. Pontificis negligentis descriptio, 14.

Præcepta multo attentius perficere debet, qui ex amore perfectionis vult transcendere, 42. Quidquid nobis jubetur, orandum est ut impleatur, 181. Simulque conari debemus, *ibid.*

Prædestinatio, 152. Prædestinationem occultari opus est in hac vita, 151. Nemo de salute & prædestinatione sua certus & securus, *ibid.* Securitas de prædestinatione quando, *ibid.* Qui cadunt & pereunt in numero prædestinatorum non fuerunt, 150. Prædestinatos Dei misericordia comitatur in quocumque statu, *ibid.*

Prædestinationis causæ inscrutabiles, 196. Cur illum potius quam illum Deus liberet, scrutetur qui potest, sed caveat præcipitium, 194. Prædestinatio non ex prævisione bonorum operum, 196. Sententiæ Pauli de prædestinatione certa quidem veritas, sed magna profunditas, 208. Omnes prædestinari per unum mediatorem Christum & per unam eamdemque fidem salvantur, 180. Nullis temporibus negata a Christo prædestinatis medicina, *ibid.*

Prædicationis necessitas ex necessitate fidei & bonorum operum ad salutem evincitur, 16. Sacerdotum prædicatio simplex & aperta, gravis tamen & disciplinata, non vero sublimis esse debet, 108. Non ad conciliandos audientium plausus, sed ad ciendas lacrymas accomodata, *ibid.* Patiendum est fidem sibi per hominem prædicari, quamvis possit homini non per hominem dari, 143.

Prædicatorum qui eloquentes sunt, sed vitæ negligentes periculum & status, 44.

Prælatorum desidia notatur, 176. Quomodo potestate sua uti debeant pontifices, 17.

Præsepe Christi. Isaias, Lucas, Paulus, & Sibylla, 113.

Præsumere. De se non præsumendum, 148. In Nabuchodonosore cum neglexisset Danielis consilium regno expulso, deinde in illud restituto, præsumtorum pœna, quos Deus tamen in mensura lacrymis potat, deinde pœnitentes reparat, 16. Exemplum aliud in Petro, & Judæis interfectoribus Christi, *ibid.*

Præteriti pro futuri temporis verbis cur Scriptura utatur, 147.

Prævaricatores, qui audiunt legem, & non faciunt, 230.

Prius & posterius in rebus creatis, non in Deo, 241.

Profundum multiplex de quo ad Deum clamandum est, 261. Christus qui nec profunda nostra contemsit, etiam de profundo hominem excitat, *ibid.*

Prophetia & alia gratis data non perfectioni fidelium necessaria sed fragilitati, nec in cælo erunt, cum perfectiora successerint, 45. Prophetiæ locus nullus erit in futuro sæculo, *ibid.* Prophetia Jacob impletur cum Herodes patre Idumæo, matre Arabica natus a Cæsare Augusto Judææ gentis imperium sumit, quo tempore orbe pacato, descriptionem fieri præcepit: quæ cum ageretur venit Christus, 110.

Propositum. Secundum cujus propositum vocentur electi, 158. Secundum propositum vocati, *ibid.*

Prosperitas timorem parere debet, 266. In prosperitate disci debet sapientia, quam non vacat audire in tribulatione, 242. Si Christus habitet animam, homo fidelis indifferenter utitur hoc mundo, nec extollitur prosperis, nec frangitur adversis, sed ubique Deum laudat, 263. Exemplum Job. *ibid.*

Providentia Dei circa parvulorum salutem occulta, 208.

Proximum quandonam diligamus ut nos ipsos, 46.

Prudentiæ munus proprium, 51. 52.

Prudentiam perfectam nemo hic adipiscitur, 53.

Psallere Deo recte quis dicendus sit, 235. Psallit Deo cujus opera concordant cum voce, *ibid.*

Psalmus, laus Domini, *ibid.* Psalmus non quilibet cantus, *ibid.*

Pudicitiæ & virginitatis discrimen, 169. In infidelibus virginitas carnis esse potest, non pudicitia virginalis, *ibid.* Pudicitiæ acquirendæ ratio, 39. Pudicitia conjugalis quæ, 167. Pudicitia conjugalis limes est mali, & ideo bonum est, 168. Nullum crimen per fidei bonum bene uti libidinis malo, 169.

Pugna. Aliud est non pugnare & esse in pace, aliud pugnare & vincere, aliud pugnare & vinci, aliud nec pugnare, sed trahi, 238.

Purgatorius ignis firmatur testimoniis David, Malachiæ, Matthæi, Petri, Pauli, ac Sibyllæ, 130.

Pytagoræ & Platonis scholæ veras virtutes non esse dicebant, nisi quæ menti imprimuntur a forma æternæ immutabilisque substantiæ, quæ est Deus, 163. In his tamen non vera virtus, & unde hoc, *ibidem.*

Q

Quærere. Anima quæritur aut a persecutoribus & a dilectoribus, 265.

Quæstionum magnarum & difficilium tractatio quid utilitatis afferat de his scribenti, 7.

Quies. In quiete memor sit Dei, ut in actionibus meditetur Deum, 245. Qui quando otiosus est non cogitat Deum, in actionibus non potest cogitare Deum, *ibid.*

R

Rahab meretrix cujusce rei figuram gesserit, 9. Rahab & Thamar animæ fornicariæ Jesum excipientis figuræ, *ibid.*

Raphael Archangelus missus a Deo ad Tobiam, 110. Magna ejus in Tobiam beneficia, *ibid.* Tobias Christum inter cetera prophetavit, *cap.* 14. 14. Piscis cujus interiora dæmonem fugarunt & Tobiam illuminarunt, Christus purgans Mariam, a qua expulit septem dæmonia, *ibid.*

Rationalis in pectore, ex pretiosis moribus omnis doctrina pontificis: ut sit habens rationale obsequium, 85.

Rebecca divinitus acta prophetica arte benedictionem Jacob filio minori conciliat, 71.

Rex terræ quomodo quis fiat, 247. Super reges terræ terribilis Deus, *ibid.*

Reges prius Ecclesiam persequentes, ad eam adducti. Psal. Isaias, Matthæus, Lucas, Sibylla quoque, 119. Iidem reges jugum legis Christi susceperuri, in psalmis, Salomonis Sapientia, Evangelio, Jacobo, Paulo. Maro quoque favet, 120.

Regina Austri nulla necessitate impedita venit audire sapientem Salomonem: Judæi vero ultro venientem ad se Sapientiam contemserunt, 102. Hæc regina Ecclesiam ostendit, *ibid.*

Regnum Dei quis prædicat, 42. Regni Israel a regno Juda divisio, Hæreticorum Schismaticorumque figura, 102. Regnum mortis quid apud Apostolum, 176. Quatuor regna in metallis statuæ a rege Babylonio visæ, Babylonium Macedonium, punicum, & Romanum Orosius historiographus intellexit, 106.

Reluctantes Dei gratia prævenit, ut volentes fiant, 159.

Remissio peccatorum etsi nullis præcedentibus meritis dari dici potest, non tamen sine aliquo merito est si fides eam impetrat, 192.

Reparatio Hominis perfecta reparatio in cælo, 10.

Reprobi quidam habent ad tempus veram justitiam, sed in ea non permanent, 146. Non sunt ex numero filiorum, etiam quando sunt in side filiorum, *ibid.* per reprobos & electos divitiæ Dei manifestantur, 191.

Resistere peccato non ut Adam potuit, possumus, 36.

Resurrectio carnis firmata testimoniis Ezechielis, Isaiæ, Evangelii, Pauli, & Joannis in Apocalypsi, 129. Nec necessitas, aut mutabilitas, *ibid.* Resurrectio carni promittitur, ut animæ beatitudo, 245. Omnium erit resurrectio mortuorum, sed dispar, 261. Resurgentne omnes, 129. Christus solus resurrexit non moriturus, 261. Talis speranda resurrectio, *ibid.*

Retributio. Quadruplex Dei retributio, 209. Quam retributionem roget David cum dicit, *Retribue servo tuo*, 231. Quatuor retributiones distingui possunt, *ibid.*

Romani secundum formam terrenæ civitatis boni, 217. Cur ad tantam imperii gloriam consequendam a Deo adjuti, *ibid.*

Ruth quid typice egerit, 98. Ruth figura Ecclesiæ ex Gentibus, *ibid.* Booz & Ruth Obed genuerunt per cujus, successionem usque ad Christi nativitatem perventum est, *ibid.*

S.

Sabbatum quomodo Judæi observarent, quomodo Christianis sit observandum, 171. Sabbatum Christiani in tranquillitate cordis, *ibid.* Sabbati observatio, 240. Sabbati requies, ut vacantes ab omni opere malo Deum contemplemur, 129.

Sacerdos cur speculator sit dictus, 16. Sacerdotum cura pro populo sibi commisso, 31. Sanctorum sacerdotum laus & officia, 19. Quomodo in sacerdotum ingrediantur, & quo animo illud exerceant, 22.

Sacerdotis carnaliter viventis luctuosa descriptio, 17. *& seq.* Sacerdotum carnalium culpa & pœna ab Ezechiele, *cap.* 34. *& seq.* descripta 17.

Sacerdos semel ingrediens in sancta in sanguine alieno: Christus semel oblatus cum suo sanguine introiit semel in sancta, 84.

Sancti in fine sæculorum futuri quanta virtute luctaturi cum diabolo soluto, cum quo ligato tantis periculis dimicatur, 124. Facie ad faciem Deum videbunt, 132. Juge canticum *Alleluja* cantabunt, *ibid.* Numerus sanctorum Deo certus & definitus, 191.

Sacramenta malis non prosunt immo obsunt, 250. Sacramentum in conjugio Adam & Evæ, 63.

Sacrificia pro delictis oblata a Cain & Abel, 65. Cur alterum acceptum a Deo, aliud repudiatum, *ibid.* Sacrificia varia antiquæ legis Christum figurant, 86. Sacrificia pro votivis & solemnibus quæ Christi populus offerat, paulus ostendit, *Hebr.* 13. & 16. dicens, *offeramus sacrificium laudis* &c. *ibid.*

Sacrificium altaris & eleemosynæ pro defunctis, quatenus & quibus prosint, 241.

Sæculari militiæ propter stipendium deserviri potest, non Ecclesiasticæ, 26.

Salomon pacificus interpretatur, 101. In ejus nomine multa divina promissa resonant, *ibid.* Ne ipsius personæ deputarentur, sed Christo, a præceptis Domini declinans in senectute, & vitam & sapientiam amisit, *ibid.* Salomon gladium afferri jussit, non ut puerum feriret, sed ut viscera matris demonstraret, *ibid.* Hæretici similes falsæ matri puerum dimidium petenti, *ibid.* Christus vero eo gladio quem venit mittere in terram hæreticorum fraudes removet, & vivum nomen suum veræ matri (Ecclesiæ) reddit, *ibid.* Salomonis sapientia, *ibid.*

Salphaat filiæ paternam hereditatem susciplentes, animæ auxilio humano destitutæ, quas respicit Deus, earumque fit portio, 93

Sallustius mundi finem futurum agnovit, 122.

Salus plena hominis ubi futura, 54. Omnes egere morte Christi ut salventur, 178. Salus omnium procuranda, quoniam incertum nobis est, quosnam decreverit Deus salvos facere, 152.

Samson quid præfiguravit, 96. 97. 98.

Samuel dux, Sacerdos, & propheta, figura Christi, 99.

Sanandi ordinem cælestis medicus non ab ægroto accipit, sed a se ipso, 205. Non quærat quisque in corpore Christi, nisi sanitatem, 263. Hinc cetera bona sequuntur, *ibid.*

Sancti, ut nos, fragiles erant, 43. Sanctorum in cælo felicitas, 10.

Sanctificari. Aliter sanctificantur sancti, aliter sanctificatur nomen Dei, 182. Cum in oratione Dominica Deo Patri dicimus, *Sanctificetur nomen tuum*, quid petimus, 144.

Sanguis Christi. Sanguinem Christi bibunt fideles, 65. Clamantes, *Amen*. *ibid.*

Sapientia est rerum humanarum & divinarum scientia, 219. Quamquam proprie sapientia sit rerum divinarum, scientia humanarum, *ibid.* Illud tantum tribuendum scientiæ illi quo fides gignitur, nutritur, defenditur, roboratur, *ibid.*

Satanas. Etiam opus satanæ exclusum opere satanæ, cum traditur peccator satanæ, ut discat non blasphemare, 205.

Scala. Jacob in somno ostensa, & lapis oleo consecratus, Christum signabant: ut Christus Nathanaeli expositi, 73.

Schisma. Iniquitas est scindere unitatem, tamquam vestem Christi, tamquam retia piscantium Apostolorum, 124.

Scientia hujus vitæ plenitudini futuræ collata, pars est scientiæ, non tota, 54. De scientiæ & sapientiæ distinctione, 219. Scienter pius, & pie sciens nemo nisi qui acceperit Spiritum sanctum, 193.

Scriptura sacra chirographum Dei, 266. Multa reddidit ex isto chirographo, quæ restant reddet. Quæ ibi promissa, reddita jam fuerint, *ibid.* Scripturas scrutari jussit Christus, non in superficie pertransiri, 258. Deus noluit sibi credi dicenti, sed voluit teneri Scripturam suam promissionum testem, 266. Scripturarum interpretatio quibus abutuntur Pelagiani, 158.

Securitatem salutis nullus dum hic vivit habet, 9. 12. 55.

Sedere alibi honorem judicandi, alibi humilitatem ostendit; 260.

Sedes Dei cælum, & anima justi, 243.

Seducere. Ariani multos seducebant potentia temporali, aut industria mali ingeni, aut abstinentia parcitatis, 124.

Semel locutus Deus quomodo, 186.

Semen servorum Dei, non Judæi, sed imitatores fidei Abrahæ, & qui diligunt Deum, 246.

Sensus. Auribus præstare sensum videndi, & oculis audiendi non est impossibile Deo, 173.

Septuaginta arboribus palmarum, omnis numerus sanctorum Martyrum consignatur, 181.

Sequi Christum quid sit, 31. 32.

Sermo ex industria cultus sententiarum vivacitatem enervat, & totam vim dictorum splendor elaboratus evacuat, 56. Ea compositio satis ornata videtur, quæ conceptiones animi cum necessaria perspicuitate profert, non quæ illecebris aurium deservit, *ibid.*

Serpens æneus erectus in deserto typum Christi gerebat, 90. Ut serpens æneus visus morsus serpentum sanabat; sic pestiferos morsus diaboli exaltatus in cruce Jesu, si respiciatur, id est, si ab eo ut cælesti medico non recedatur, *ibid.*

Serpentis seductoris Evæ condemnatio, 64.

Serviendum Domino in timore, & exsultandum cum tremore, 147.

Sibylla Erythræa, 112.

Simon magus in mirabilibus ingredi volebat, 262. Plus illum delectavit potentia Apostolorum, quam justitia Christianorum, *ibid.* De talibus erat qui in templum intrant ad emendum & vendendum, *ibid.* Simon magus se perdidit & Neronem decepit, 128.

Simulacra. In Mauritania producta de cavernis simulacra antiqua quæ fuerant absconsa, 121.

Simulatores. Religionis simulatorum descriptio, 23. Cur tales ab Ecclesiæ rectoribus tolerentur; *ibid.*

Sobrietas. Quantum stomacho reficiendo, & fami eximendæ satis est indulgendum, 32. Finem edendi non saturitas faciat sed voluntas, *ibid.* Dupliciter violatur sobrietas, *ibidem.* Viri abstinentes nec delicioli esse solent, nec avidi, *ibidem.*

Societas. Illi arguuntur qui nihil humanæ societati proficiunt ex contemptu utilitatis communis, 52.

Sol sapientiæ ubique lucet, sed a stultis non videtur, 178.

Solvitur quæstio dicentium, *Quid adhuc conqueritur?* 190.

Spes & desperatio in peccatis, 234. In Deo sperandum non in se, nec in alio homine 236,

SPIRITUS-SANCTUS ex Patre & Filio procedit, 15. Spiritus non multiplex, sed unus & idem omnia operatur, 193. Aliter adjuvat nondum inhabitans, aliter inhabitans, *ibid.*

Stellæ signum. Balaam, Isaias, David, Matthæus, Paulus, Sibylla & Maro, 113.

Stoicorum de animi affectionibus sententia, 55.

Studia. In studiis spiritalibus proficere possunt multipliciter viri Ecclesiastici, 52.

Subditorum erga rectores suos officia, 20.

Superbia omnis peccati initium, quæ mala generet, 36. Quibus indiciis deprehendatur, 40. Sine superbia non possunt Dei præcepta contemni, 38. Appetitus propriæ potestatis hominis superbiam præcedit, 180. Superbia ex angelo diabolum fecit, 36. Contra superbiam imprimis vigilandum, 180. Superbiæ pravi effectus: iidemque cupiditati. 38. Superbia radix peccati mundo pereunte non potuit perire, 67. In circuitu impii ambulant, sed circuitus eorum caput superbia, 232. Omnis superbus fictus est, omnis fictus mendax, *ibid.* Adversus superbiam divina medicina, 179.

Superflua. Possidenda non sunt superflua, 33.

Surgunt ante Christum qui volunt hic excelsi esse, ubi humilis ille fuit, 260.

SYMMACHUS vir doctus & eloquens, sed paganus, panegirico Theodosii recitato aram Victoriæ in Senatu restitui suggerens, ab Imperatoris adspectu pulsus, ipso die rheda non strata vectus exsulare jubetur, 120.

T

TABERNACULI eique annexorum mystica structura examinatur, 84. Quæ oblata sunt in fabricam tabernaculi, ex his mystica omnia in tempore futuræ Ecclesiæ revelabantur, *ibid.* Ternis seris connectuntur columnæ Tabernaculi: quoniam fidei, spei, & caritatis vinculo doctores Ecclesiæ salubriter adstringuntur, *ibid.*

Temperantiæ officium, 48. Quidquid sine quo potest vivi percipitur, non sustentandæ vitæ, sed fovendæ luxuriæ carnis impenditur, 30.

Templum a Salomone constructum spiritale ædificium significat, quo Rex noster Christus fidelium corda non tantum singula templa in singulis, sed etiam unum ex omnibus templum fecit, 101. Hoc Templum sub Dario cœptum, sub Cyro post annos quadraginta perfectum. De quibus Judæi in Evang. *Joan.* 2. 19. non de eo qui a Salomone ædificatum fuerat loquentes, 108. Templum Dei sunt qui credunt in Christum & diligunt, 261. Templum ubi rogatur Deus & exaudit, *ibid.* Hoc templum corpus Christi, congregatio fidelium, *ibid.*

Temporales, 151.

Tempus amatorum mundi semper paratum, tempus justorum nondum venit, 252.

Tenebræ. In tenebras exteriores mitti quid, 43.

Tentatio. Diabolus amplius cecidit, quando se ab eo Jesus tentari permisit, ostendens nequitias seductionis ejus, & docens suos quomodo debeant resistere tentatori, 123. Quæ tentationes conversis cavendæ, 47. Vitia spiritualia sollicite vitanda, *ibid.* Melius est tentari & probari, quam non tentatum reprobari, 266. Inimici nostri diabolus & angeli ejus oppugnant extrinsecus, nec expugnant eos qui apprehendunt turrem fortitudinis, 258. Christus prior tentatus est, ne nos in tentatione vinceremur, 240. Tentatio Christi nostra doctrina est, *ibid.*

Terra hominis peccato maledicta, 64. Terra promissionis gratiam significat, 257.

Testamentum vetus in novo revelatum, in vetere novum velatum, *ibid.* Testamentum novum, canticum novum, homo novus prædicantur; in Jeremia, Isaia, Matthæo, Paulo: in Marone adumbrantur, 118. In novo Testamento discretio nulla est personarum ex Apostolo, *Gal.* 3. 18. *ibid.* Testamentum fidei in Abrahæ imitatoribus, 256.

THAMAR gemini populus duos designabant, 91.

Timor non quilibet haberi debet in vitio, 54. Timor supplicii quam servet nos a peccato, 43. Timoris sancti a pœnali distinctio, 54. Timor pœnæ, amor justitiæ, 158. Timor Domini qualis esse debeat, 235. Sic time Dominum, ut speres in misericordia ejus, *ibid.*

TOBIAS ea patientia præditus, qua sciebat iram Domini æquo animo sustinendam, 110. Hujus mores sancti depinguntur, *ibid.* De Tobia, *ibid.*

Tradit Deus in passiones ignominiæ convenienter, nec tamen voluntates malas operatur, 170.

Trahi a Patre quis dicatur, 154. Christus non usus est verbo ducendi sed trahendi, ne intelligamus præcedere voluntatem, 154. Trahit Pater faciens ut volentes ex nolentibus fiant, *ibid.*

Transitus per Jordanem baptismi typus est, 92.

Tribulatio. In quacumque tribulatione confugiendum ad Deum, 242. Nemini contigit sine tribulatione vivere, *ibid.* Si cui contigit, plus metuenda tranquillitas, *ibid.*

TRINITATIS unitas & æqualitas Scripturarum testimoniis insinuatur, 254. Inseparabilia sunt opera Trinitatis, 256. Non ex solo Patre omnia, sed etiam ex Filio, 254. Eadem opera Patris & Filii, 258.

Tripartita testium divisio, 128.

Tubarum septem certamen spiritale, 92.

Tumor aures cordis obstruit, 159.

Tunica Christi indivisa, 74. Tunica Christi desuper contexta, nec a militibus divisa unitatem Ecclesiæ signat: quam unus sorte possedit, quia sorte provenit ut unitas Ecclesiam possideat, *ibid.*

Tutius videtur ambulare qui minus accepit, 263.

TYCONIUS de Apocalypsi multa scripsit, 128.

V

VALENTINUS. Ad eum & fratres ejus scripsit Aug. librum de Gratia & libero arbitrio. 207. Item librum de Corrept. & gratia.

VALENTINIANI III. Constitutio de Pelagiani. 171. Valentiniano Constantii & Placidiæ filio imperante, & Urso tribuno insistente, Templa omnia ad solum diruta, 121. Valentiniani Valentis fratris pietas & merces, 73.

Vanæ gloriæ servire virtutes non decet, 217.

Vandali Africam evertentes tempore auct. libr. de Prom. & predict. 121.

Vanitas quid sit, 42. Vanitatis pernicies, *ibid.* Vanitas non virtutes promovet, sed vitiorum licentiam corroborat, *ibid.* Quos tentet, & in quæ mala præcipitet, *ibid.* Vani opera laboriosa sine labore suscipiunt, ut hominibus placeant, *ibid.* Omnis creatura humana in Adam quoniam veritati subjecta esse non voluit, subjecta est vanitati, 259.

Vasa sacra sine reverentia contrectantes Deo contumeliam irrogant: & eorum pœna, 107. Vasa lacra diripientes quæ pœna maneat, 99. Vasa perditionis ad usum correctionis aliorum fiunt, 215. Deus in vasis misericordiæ etiam per vasa iræ notas facit divitias gloriæ suæ, 191. Ex Judæis vasa iræ & vasa misericordiæ, sicut ex Gentibus, 215.

Vela. Undecim velis cilicinis tabernaculum operitur: quo reum esse ostendat totum mundum, ac sub pœnitentia degere: quod psalmi undecimi initium habet, 84.

Velle & posse differunt, 184. Velle nostrum ad Deum & ad nos pertinet, 212. Voluntatis duritia an sit de divina pœna, 213.

Vellus repletum in area sicca, Synagoga repleta divinis mysteriis, Ecclesia tunc sicca in fide gentium: pluvia in area, nunc repletam Ecclesiam gratia ostendit, 94.

Venenum quid faciat corpori, 35.

Venire ad Christum est credere in Christum, 153.

De Verbo Deo & homine David, Habacuc, Joannes, Paulus & Sibylla, 112. Verbum Dei audit & videt omnia, nec aliunde audit, aliunde videt: sed totus visus est, & totus auditus, 250. Cum tamen non idem sit humano cordi videre & audire & esse, ut Verbo, *ibid.*

Verba turpia &c. quomodo animo noceant, 38.

Veritas. A quocumque dicatur; recipienda est, quia Dei est, 20. Non tunc magna est si eam magni docuerint, sed ipsa potius magnos facit eos a quibus doceri aut discipi potuerit, *ibid.* Communis omnibus veritas, 246.

Vestis baptismalis quomodo amittatur, & recuperetur, 128.

Viæ Domini investigabiles misericordia & veritas, 192. Nec misericordia impedit veritatem, nec veritas misericordiam, *ibid.*

Videri Deus hic non potest, 9. Videndum esse in vita æterna, *ibid.*

Vindicta Dei in retinentes vasa Deo sacrata, 99.

Vinum non pro ebrietate, sed pro corporis salute percipiendum, 32. 33. Si desit infirmitas, ab eo abstinendum. Cur, *ibid.* Vinum quomodo contineat luxuriam, 32. Eo uti an liceat jejunanti, 33.

Virga Moïs Magorum virgas devorans, Christi doctrina paganorum hæreticorumque dogmata divina virtute consumens, 78.

Virga Aaron producens nuces, Christum indicat Sacerdotem: nux vero mundum, & Ecclesiam in mundo, 89. Nucea arbor ejusque fructus Ecclesiæ mysteria typice continent, *ibid.*

Virtus omnis in tribus ferme consistit, 51. Virtutis definitio ex Cicerone l. 1. de Inventione, 164. Virtus & vitium quo pacto ad diversa hortentur, 47. Quatuor esse virtutes principales, 48. Virtutes a Deo solo tribui, 48. Virtutis a vitio distantia, 35. Quæ consuetudo prava objiciat de conversione sua meditanti, 47. Quæ e contra virtus suadeat eidem, *ibid.*

Virtutes cardinales, quæ & principales, quatuor; virtutum omnium fontes, 48. Omnis perfectio in illis continetur, *ibid.* Virtus nulla vera sine vera pietate, 217. Tam turpiter servire virtutes humanæ gloriæ, quam corporis voluptati, *ibid.*

ibid. Virtutes gentilium, 162. Non ibi esse veras virtutes, ubi non est vera religio, *ibid.* Virtutes cum ad seipsas non ad Deum referuntur, vitia sunt potius quam virtutes, quia inflatæ & superbæ, *ibid.* Virtutes impiorum tolerabilius divino muneri tribuuntur, quam eorum tantummodo voluntati, licet hoc nesciant, 163. Virtutes nisi ad fidem referantur, non esse veras virtutes, 219.

Vita corporis anima, animæ vita Deus, 251. Anima etiam mortua vivificat, *ibid.* Non idem animæ vivere & sapientem &c. esse, ut Verbo, *ibid.* Quia non participando Verbum habet vitam, &c. ut anima, sed nascendo, 252.

Vitæ æternæ magnitudo non solum ineffabilis, sed & incomprehensibilis, 9. Brevis ejus descriptio, *ibid.* Vita æterna & ipsa gratia nuncupatur, 193. Non quia meritis non datur, sed quia data sunt & ipsa merita quibus datur, *ibid.* Vita æterna cur stipendium ab Apostolo non dicatur, sed gratia, 194. Stipendium quidem justitiæ est, sed nobis gratia est, cui gratia est & ipsa justitia, *ibid.* Vita æterna quomodo & merces sit & gratia, 151.

Vita actualis conversatio religiosa: quæ singulos doceat, 20. Magnus sensus est aliquem videre quia vapulat, & quando illi bene est, 259. Vita ipsa tentatio dicta in Job, *ibid.* Unde sive feliciter, sive in aliqua tribulatione constitutus plange, *ibid.*

Vitam Pater quomodo Filio dederit, 251.

Vitia unde vel nascantur vel augeantur, 36. Vitiis omnibus resistere vera fortitudo 49. Ad hoc nec desperandum, nec præsumendum, *ibid.* Animi fortitudo tam desperandi ignaviam debet excutere, quam jactantiæ contraire, *ibid.* Vitia virtutibus affinia, 164. Virtutes a vitiis, non officiis, sed finibus discernuntur, *ibid.* Veræ virtutes Deo servire debent, 164. Nemo sterliter bonus, 165. Cur sancti tardius sanentur in aliquibus vitiis, 180. Non ut damnabiles sint, sed humiles, *ibid.* Nec tamen negligenda vitia, *ibid.*

Vivit Deo qui vitam istam finit propter Deum, 95. Vivere secundum hominem qui dicendus 35. Quid sit secundum hominem, quidve secundum Deum vivere, 241. Qui vivant secundum Deum, & veras habeant virtutes, qui vero secundum hominem vivant, & virtutum similitudines nihil sibi profuturas habeant, 36. 37. Belluarum est sibi vivere, ab his distamus si omnium commodis vivamus, 50. Belluarum est sibi invicem nocere, hominum sibi invicem prodesse, *ibid.* Quid sit de Evangelio vivere, & quibus ab Apostolo illud concessum, 28. Hoc jure non usus est Apostolus, 29.

Unum. Apostolus *unum* & *unum*, Adam & Christum commendat, 209.

Vocatio Dei an sit effectrix bonæ voluntatis, 212. Vocatio ad pœnitentiam ad Dei occulta judicia est revocanda, 323. De Vocatione Gentium prædictiones apud Davidem, Isaiam, Evangelium, Petrum, Paulum, 119. Vocati non omnes secundum propositum, 215.

Voluntas bona a Deo, 179. Voluntates hominum Deus in sua potestate habet, 152. Exempla Scripturæ quibus probatur, Deum magis habere in sua potestate voluntates hominum, quam ipsi suas, *ibid.* Voluntati sanæ commissa est perseverandi vel non perseverandi potestas, 150. Deus mirabili potestate operatur in cordibus bonas voluntates, 201. Bona voluntas in nobis fit operante Deo. 212. Pelagiani credebant in excitanda ad bonum opus voluntate nihil gratiam operari: sed tantum in opere bono adjuvari, 154. Pelagiani & Catholici diversimode intelligunt dictum Isaiæ, *Si volueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ comedetis*, 159. Effugium quo Pelagiani eludere tentabant quod dicitur, quidquid bonæ voluntatis habet homo, Deo tribuendum esse, 179. Voluntas credendi unde, 186. Voluntas credendi a Deo, 186. Deum dominari & voluntatibus hominum probatur, 207.

Voluntas Dei, 218. Voluntas Dei semper invicta, 186. Quomodo velit Deus omnes salvos fieri, 167. De voluntate Dei erga salutem parvulorum, *ibid.*

Voluntarium bonum cum Deus operatur velle & operari, 206. Ecclesia pro inimicis suis orat ut convertatur in bonam voluntas eorum mala, 162. Gratias agere debet qui præcepta Dei voluit, 206. Voluntates hominum ita esse in Dei potestate, ut eas quo voluerit faciat inclinari, 207. Cur Deus non omne vas faciat in honorem, nec omne in contumeliam, 168. Voluntas omnis aut bona, quæ justitiam diligit; aut mala, quæ non diligit, 179. Omnes motus animi voluntates sunt, 232. Qualis voluntas, tales illi, *ibid.* Qui invitus aliquid facit, non quidem plena & libera voluntate, sed tamen non facit nisi voluntate, 185.

Voluptas a quibusdam depicta ut regina cui virtutes famulentur, 217.

Vox patris tertio insonuit, 114. Vox deprecationis quid notet, 264.

Uxor Loth in statuam salis conversa, 70. Uxor Samson alii viro tradita, leves animæ consortium unici sponsi Christi minime retinentes, sed se hæreticæ societati tradentes, 96. Illa mulier cum parentibus igni consumta, omnis anima hæretica cum suis doctoribus igni inextinguibili exurenda, *ibid.* Uxores plures patriarchas licite habuisse, 73. Uxores plures sancti patriarchæ habuerunt, non causa libidinis suæ, sed ex Dei licentia, ob prolem multiplicandam, *ibid.* Unam etiam habere Deus aliquando prohibuit, *ibid.*

Z

Zacharias & Joannes exploratores primi adventus Christi, 91.

Zebedaei filii vani, revocantur ad humilitatem, 260. Zelus Christi ad Templum ex David, Evangelistis, & Paulo, 115. In mercatorum ejectione notantur amatores pecuniæ, & avaritiæ mala, quæ ipse Maro damnat, *ibid.* Zelus & contentio quantæ pestes, 35.

LOCA SCRIPTURÆ
QUÆ EXPLICANTUR
IN APPENDICE OPERUM SANCTI PROSPERI.

GENES. III. 14. *Terram manducabis omnibus diebus vitæ tuæ*, 64.
Ibid. IV. 7. *Peccasti, quiesce, ad te conversio ejus, & tu dominaberis ejus*, ibid.
Ibid. V. 13. *Major est iniquitas mea, quam ut veniam merear*, 41.
II. Reg. X. 5. *Dominus dixit illi maledicere David*, 167.
Psal. I. 5. *Impii non resurgent in judicio*, 129.
XII. 2. & seq. *Benedic anima mea Dominum, & noli obliviscì omnes retributiones ejus, &c.* 187.
LVII. 10. *Lavabit manus suas in sanguine peccatoris*, 215.
LXVII. 31. *Ut excludantur qui probati sunt agento*, 131.
CXVII. 14. *Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem*, 49.
CXVIII. 68. *In suavitate tua doce me justitiam tuam*, 200.
PROV. XIV. 5. *Testis falsus non erit impunitus, & qui arguit inique, non effugiet*, 25.
CANT. II. 4. *Ordinavit in me caritatem*, 46.
SAP. XI. 25. *Nihil odisti eorum quæ fecisti*, 214.
X. 15. *Initium omnis peccati superbia*, 36.
ECCLI. XIX. 20. *Est correptio mendax in ira contumeliosi: & est judicium quod non est bonum*, 25.
ISA. X. 23. *Verbum enim consummans & brevians*, 215.
LXVI. 24. *Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non exstinguetur*, 44.
EZECH. XXX. 3. *Speculator si viderit gladium venientem super terram, & cecinerit buccina, & annuntiaverit populo, &c.* 18.
XXXIII. 7. *Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israel. Audies ex ore meo sermonem, annuntiabis eis ex me*, 16.
Ibidem, ℣. 8. *Si dicente me ad impium, Impie, morte morieris, non fueris locutus, ut custodiat se impius a via sua, ipse impius in iniquitate sua morietur, sanguinem vero ejus de manu tua requirem*, 16. 17.
XXXIV. ℣. 1. & seq. *Hæc dicit Dominus; Væ pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, &c.* 17.
Ibidem, ℣. 7. & sequent. *Propterea, pastores, audite verbum Domini: vivi ego, dicit Dominus Deus, quia pro eo, quod facti sunt greges mei in rapinam, &c.* 17.
XXXIV. 22. & seq. *Hæc dicit Dominus Deus, Ego facio, non propter vos; sed propter nomen sanctum meum, &c.* 159.
XXXIX. 9. *Si autem annuntiante te ad impium ut a viis suis convertatur, non fuerit conversus a via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberasti*, 18.
OSEE IV. 8. *Peccata populi mei comedunt*, 26.
Matth. V. 10. *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam*, 49.
Ibid. VI. 9. *Sanctificetur nomen tuum*, 182.
X. 16. *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ*, 53.
XXII. 13. *Ligate eos manibus & pedibus, & mittite in tenebras exteriores*, 43.
LUC. I. 6. *Conversati sine querela*, 213.
JOAN. I. 9. *Erat lumen verum quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, 178.
Ibid. 11. *In sua propria venit, & sui eum non receperunt*, 214.
Ibid. 12. *Quotquot autem receperunt, eum, dedit eis potestatem filios filios Dei fieri*, 153.
Ibid. 18. *Deum nemo vidit umquam*, 11.
VI. 44. *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum*. 153.
ACT. XX. 25. & seq. *Ecce ego scio quod amplius non videbitis faciem meam vos omnes, inter quos ambulavi prædicans regnum Jesu Christi. Ideoque contestor vos hodierna die, quia mundus sum ab omnium sanguine. Non enim subterfugi, quominus adnuntiarem vobis omne consilium Dei. Attendite vobis & universo gregi, in quos vos Spiritu-sanctus posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam adquisivit sanguine suo*, 22.
Rom. II. 14. *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt &c.* 181.
V. 14. *Qui est forma futuri*, 176.
Ibid. 15. *Multo magis gratia Dei & donum in gratia unius hominis Jesu Christi, in multos abundavit*, ibid.
VI. 23. *Stipendium peccati mors: gratia autem Dei vita æterna, &c.* 194.
IX. 10. *Non solum autem, sed & Rebecca ex uno concubitu*, 209.
Ibid. 11. *Cum enim nondum nati essent*, 210.
Ibid. 12. *Non ex operibus, sed ex vocante*, ibid.
Ibid. 14. *Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas est apud Deum?* 213.
Ibid. 15. *Miserebor cui misertus ero, &c.* 211.
Ibid. 16. *Igitur non volentis, neque currentis, sed miserentis est Dei*, ibid.
Ibid. 17. *Dicit enim Scriptura Pharaoni, &c.* 213.
Ibid. 18. *Ergo cujus vult miseretur, & quem vult obdurat*, ibid.
Ibid. 19. *Quid adhuc conqueritur: nam voluntati ejus quis resistit?* ibid.
Ibid. 20. *O homo, tu quis es qui respondeas Deo, &c.* ibid.
Ibid. 21. *Aut non habet potestatem figulus luti, &c.* 214.
Ibid. 22. *Si autem volens Deus ostendere iram*, ibid.
Ibid. 29. *Et sicut prædixit Isaias, Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen, &c.* 215.
XIV. 23. *Omne quod non est ex fide, peccatum est*, 35. 165.
1. COR. III. 3. *Nonne homines estis, & secundum hominem ambulati?* 214.
IX. 13. *Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt edunt: & qui altario deserviunt, cum altario participant. Ita & Deus ordinavit his, qui Evangelium adnuntiant, de Evangelio vivere*, 28.
Ibid. 15. *Ego autem nullo horum usus sum. Expedit enim mihi magis mori, quam ut gloriam meam quis evacuet*, 28.
XIII. 1. *Si linguis hominum loquar & angelorum, charitatem autem non habeam; factus sum velut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens*, 44.
Ibid. 2. *Si habuero prophetiam, & noverim mysteria omnia, & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam; charitatem autem non habero, nihil sum*, 45.
Ibid. 3. *Si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodest*, ibid.
Ibid. 4. & seq. *Charitas patiens est, benigna est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa; non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati, omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet*, ibid.
XV. 28. *Cum autem ei omnia subjecta fuerint, tunc & ipse Filius subjectus erit ei qui illi subjecit omnia*, 255. & seq.
EPHES. V. 18. *Nolite inebriari vino, in quo est luxuria*, 32.
THESS. V. 17. *Sine intermissione orate*, 239.
1. TIM. II. 4. *Qui vult omnes homines salvos fieri*. 219.
IV. 2. *Argue, obsecra, increpa, in omni patientia & doctrina*, 23.
VI. 10. *Radix omnium malorum cupiditas*, 37.
HEBRAEORUM. XIII. 17. *Obedite præpositis vestris, & subjecti estote eis. Ipsis enim pervigilant, quasi rationem pro animabus vestris reddituri: ut cum gaudio hoc faciant, & non gementes*, 23.

FINIS.

Prosper, Tiro
Sancti Prosperi Aquitani
Ed. 1. veneta

PLEASE DO NOT REMOVE
CARDS OR SLIPS FROM THIS POCKET

UNIVERSITY OF TORONTO LIBRARY